IOANNIS PETRI LVDEWIG, ICti,

S. REGIAE MAIESTATIS CONSILIARII INTIMI ET IN REGIMINE DVCALI MAGDEBVRGICO, IVRIS AC HISTORIARVM PROFESSORIS

OPVSCVLA MISCELLA

TOMO I.

I. IVRIS PVBLICI, CVM VNIVERSALIS, TVM GERMANICI IMPERII.

II. FEVDALIS, CVM IMPERII, TVM PROVINCIARVM GERMANIAE.

III. PRIVATI CIVILIS, CVM GERMANICI, TVM ROMANI.

TOMO II.

IV. HISTORIAE, CVM CIVILIS TVM LITTERARIAE.

V. PHILOSOPHICA.

VI. IVRIS CANONICI ET ECCLESIASTICI IN S.R.I.

VII. DIFFERENTIARVM IVRIS ROMANI ET GERMANICI.

MVLTVM DESIDERATA,

OB SENTENTIARVM IN OMNI STVDIORVM GENERE NOVITATEM

ET PATRII IVRIS PRAECIPVE INSIGNIA MONVMENTA

AB AVCTORE PLVRIBVS ACCESSIONIBVS AVCTA

ET IVNCTIM EDITA

CVM INDICE RERVM VERBORVMQVE INSTRVCTISSIMO.


CVM PRIVILEGIO SACRAE REGIAE MAIESTATIS PORVSSIAE.

TOMVS II.

HALAE MAGDEBVRGICAE,

IMPENSIS NOVI BIBLIOPOLII cIɔ Iɔ CC XX.

VIRO
ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
SAMVELI
DE
MARSCHALL,
HEREDITARIO DOMINO IN
DALVVITZ,
POTENTISSIMO PORVSSORVM REGI
AB INTIMIS ET SECRETIORIBVS
CONSILIIS AC MANDATIS,
REGALIVM CELERVM AC REI CVRSORIAE TRIBVNO,
RERVM BASILICAE BEROLINENSIS
ATQVE
GYMNASII IOACHIMICI
DIRECTORI,
BASILICAE BRANDENBVRGICAE
CANONICO,
CETERA,
DOMINO AC FAVTORI
MVSIS MEIS AMICISSIMO
S. P. D.
IOAN. PETR. LVDEWIG.



VIR ILLVSTRIS,

DOMINE HONORATISSIME,

REdit ad TE, quod TVVM est. Offero TVO nomini, cum aliis opusculis meis, etiam illud, quod TE iuuenem auctorem habet. Vtrumque pace TVA fieri posse omni ratio-

ratione a TE contendo et, pro adfectu, quem olim habuisti in doctorem TVVM, mihi polliceor. Nisi ingrata est adolescentiae et iuuentutis TVAE recordatio, meministi forte, quanti olim fecerim solertiam et excellentiam animi TVI, candorem et fidem, mores omni cultu efformatos, mundiciam, comitatem, qua TIBI omnium animos in prytaneo et urbe, spatio triennii et quod superest, conciliasti, praesertim illorum, qui illustris prosapiae et melioris sortis, in quorum amicitia et amore singulari perstitisti. Triginta fere annos doceo in hac Fridericiana. Intra quod tempus multa millia ingeniorum diuersissimi generis, aetatis, indolis, fortunae, climatis, patriae, educationis et institutionis musis meis innotuerunt. Quorum omnium uti rationem habui curatam; ita causas intellexi, ob quas de aliis bene posset sperari, de aliis secus. TE profecto semper habui in oculis animoque, certissimus non spei, sed fiduciae, fore, ut olim, felici ac prospero gressu, ad magna quaeque contenderes et consequereris spartam, solerti et prouida cura TVA exornandam, quam in TE semper intellexi aliis pluribus solicitiorem. Neque falsus, quod nunc intelligimus, fui diuinator. Ex quo enim Fridericianae valedixisti, dedisti TE itineribus, in BELGIVM et BRITANNIAM institutis. In utroque inuenisti maiores TVOS. Nam ex BELGIO oriunda est mater TVA generosa uetustae nobilitatis stirpe de SEVLEN, prognata. Matrona etiamnunc superstes, praestantium et virtuosarum foeminarum exemplar. Cuius ibi consanguineos salutasti, a quibus multis singularibus officiis es exceptus, ut difficilis aditus non esset ad res ibi notatu et ob-

ſeruatione TVA non indignas. In ANGLIAE vero et SCOTIAE regnis uti MARESCHALLORVM gentis TVAE ſat illuſtris memoria: ita quoque, TE praeſente, ſubiit TVOS gentiles familiae TVAE, quae inde in Porusſiae metropolin, REGIOMONTVM, ſe contulit, dulcis et iucunda recordatio. Cuius ut plenae fidei teſſeram haberes, REX ARMORVM, heroici in Scotiae regno iudicii PRAESES, codicillos ſcripſit gentilitiae nobilitatis TVAE teſtatiſſimos (*). In quibus non ſolum MARESCHALLORVM SCOTIAE NOBILIVM vetuſtiſſima memoria celebratur (**); ſed etiam conſanguinitatis vinculum docetur, quo pater TVVS Andreas de Mareſchall, qui, Scotia relicta, Regiomontum petiit, cum generoſae proſapiae MARESCHALLIS in Scotia cohaereat. Imo etiam illud additur: TIBI, licet nunc peregrino, Scotiae nobilitatis iura, praerogatiuas et indigenatum conſeruari eodem modo, quam ſi ipſum Scotiae regnum incoleres. Quod ſane non leue argumentum eſt beneuolentiae, erga TE habitae in Britannia ſeptemtrionali. Licet vero, gentium quodam concentu, qui habendus inſtar uocis naturae, illud moribus inductum inſtitutumque; ut nobilitas, a patria republica collata, locum etiam habeat eundem

(*) Litterae, teſtes auitae et uetuſtae nobilitatis tuae, ſcriptae Edenburgi, anno CIↃIↃCCIX. fide publica conceptae atque monitae collegii heroici ſigillo ſubſcriptaeque a rege armorum Alexandro Areskino Leone. In illis etiam picta et enarrata inſignia tua *tria folia Capathi, natiui coloris, ambiente limbo undulato coeruleo. In caſſide pro criſta habetur trifolium uiride*, cum ſymbolo: SEMPER VIRESCIT VIRTVS.

(**) Teſtibus autoribus etiam aliis in Anglia et Scotia celeberrimis. In quibus *William* DVGDALE *Baronage of England p.* 599--606. et alios liber: *The Peerage of Great-Britain* itemque *Memoirs concerning the Affairs of Scotland, from Queen Anne's Acceſſion to the Throne &c.* p. 8. 180. 254. 321. 335. 356. 379.

undem in peregrina alia quauis: illud tamen PRINCEPS AVGVSTISSIMVS cauit ſingulari codicillo (✳), ut uetuſtiſſima maiorum TVORVM nobilitas, in Scotiae regno florentiſſima, in Germaniae etiam prouinciis eodem cenſu, iure locoque aeſtimetur, quam ſi in illis nata et orta fuiſſet. Ex Britanniae inſula redux factus Berolinum, id egiſti; ut illa, quae in ſcholis ac itineribus didiceras, excoleres animumque ad curialia olim negotia praepapares. In quibus curis cum eundem defixum haberes, benigniſſimi numinis prouidentia, ſingulari certe diuinaque, ad ſpartam obeundam vocaris, ipſo principe TVO auctore. Potentiſſimus enim Poruſſiae REX, ingeniorum acerrimus ac prudentiſſimus aeſtimator, ex innumeris hominibus et muneris iſtius candidatis, qui in maximi principis conſpectum ideo dati; in TE, eodem fine praeſentem, oculos coniicit, adſpectat TE, alloquitur, periculum facit TVI, TEQVE adſciſcit ad prouinciam, ut REGI eſſes a ſecretioribus litteris et mandatis. In hoc autem munere, poſt DEVM, tibi nihil ſanctius fuit, quam talem TE exhibere, ut omnes actus TVOS optimo PRINCIPI probares. Succeſſit conſilium. Nam uigiliae, curae, alacritas et ratio rerum iuſſuumque regalium nunc domi, iterum foris, in hybernis ac caſtris expediendorum, conſultiſſima atque, in uario negotiorum genere, quorum nihil credidiſti ab officio tuo alienum, multum explorata, alibi occaſio, alibi cauſa fuit, qua ſapientiſſimi REGIS gratiam conſequereris. Et uero, ut alia taceam, REGALIS fiduciae illud luculentiſſimum indici-

(✝) Qui uerbis indulgentisſimis conceptus et encauſtu regali ſubſcriptus eſt Berolini die XVI. Decembr. CIↃ IↃCCXVII.

dicium. Quod nomen TVVM ordini ac numero eorum adſcripſit, qui REGALI beneuolentia praeſtant. Vt pectus TVVM CRVCIS illa teſſera conſpiciamus exornatum, illo INDVLGENTIAE AVGVSTAE ſingulari argumento. Celerum etiam, uti in hoc regno magni numeri, ardua negotia, praeſentiſſima in rempublicam commoda: ita non parum fuerat, eorundem, poſt alia plura, quibus diſtentus es, TIBI adſignatum eſſe tribunatum. Nouiſſimum illud eſt, quod REX AVGVSTISSIMVS eccleſiae et ſcholae palatinae TE nominauerit rectorem. Vnde bonorum omnium ea iudicia ſunt, alia plura reſtare, quae princeps, cui fides ſolertiaque TVA perſpecta, TIBI tuaeque decreuerit deſtinaueritque virtuti. Quae ſpes TE fallere non poteſt, cum plurimi pro TE fortunisque TVIS uota concipiant intelligantque omnes, TE animum circumferre cupidiſſimum, de pluribus mortalibus bene merendi. Illud etiam maximi omnino faciunt amici, olim TIBI familiares, quod fortunae et honores nil mutauerint quicquam pectoris integritatem illam. Vt, quibus olim dederas animum, eum nunc habeas ab illis alienum, contrahas ſupercilia et frontem atque deſpicias eos; ſed potius adiuues, promoueas eorum commoda et, ſi quae illis bene merita, apud AVGVSTISSIMVM PRINCIPEM eorundem ſis interpres ac interceſſor aequisſimus. Deum illi mecum implorant, ut TIBI bene ſit utque ex uoto TIBI omnia porro cedant feliciter. Scripſi in FRIDERICIANA die XII. Kal. NOVEMBR. anno CIↃIↃCCXIX.

IOANN. PETR. LVDEWIG, ICti

OPVSCVLORVM SELECTORVM

TOMVS II.

LIB. I.

HISTORICORVM

OPVSCVLVM I.

DE

NORIBERGA INSIGNIVM IMPERIALIVM TVTELARI

Menſe Martio anni CIↃIↃCCXIII.

SVMMA CAPITVM.

ritii. §. 4. in tertia mappa, linteum, ſpinae, crux, lancea, cluunt. Quae omnia, utrum genuina ſint, an ſuppoſititia, plene ſufficienterque explicantur.

CONSIGNATIO AERI LIGNOQVE INCISARVM IMAGINVM.

1. Imagines Stromeri et Pfinzingii *Cap. II. §. 4. not. oo.*
2. Numi Caroli M. ſuppoſititii *Cap. VII. §. 3. not. bb. num. 24.*
3. Tabula aenea, *in qua exhibentur delineanturque inſignium imperialium figurae plene accurateque. Cap. VII. §. 2. Sigillatim I.) numus, qui* Sigismundi *imperatoris uno latere imaginem exhibet cum imperiali amictu; altera II.) arma Chriſti* praeſepe, lanceam, *ſacrum crucem. Vbi inſcriptio lanceae propterea eſt notanda, quoniam eaedem litterarum figurae reperiuntur in lancea ipſa, de quibus egimus n. 25. III.)* diadema Carolinum *cum arcu, quem in fronte ornat ſuſtinetque crux cum octo arcolis arcuatis, IV.)* diadema Rudolphinum, *die Hauß-Crone, quo Carolus VI. ante redimitus fuerat, cum urbem ingrederetur, quam unctus eſſet coronatusque in imperatorem. V.)* Sceptrum *ſimplex et argenteum, VI.) calceorum par, eccleſiaſtico nomine* ſandalia. *Haec illis ex aſſe reſpondent, quae exhibentur in vetuſtiſſima imagine Carolina apud Baluzium tom. 2. p. 1277. VII.)* Pomum *ſiue globus imperialis crucis et faſciae ornatu diues. VIII.)* gladius, *quod creditur defenditurque, Caroli M. IX.)* ACINACES *eiusdem Caroli, cuſtoditus Aquisgrani, X.) arca ſiue* capſa *argentea, in qua reliquiae imperiales reponantur ſuſpenduntur que. XI.)* Numulus, *in quo habetur inſignium et reliquiarum promptuarium, lancea, crux, pomum imperiale, dens Ioannis, brachium Annae, linteum et mappa in calice. Diſtribui is ſolet illis, quibus aditus aperitur ad ſpectandum reliquias, XII.) gladius S* Mauritii, *XIII.)* imago *Sigismundi Caeſaris, induti imperiali amictu, in quo conſpiciuntur 1) diadema 2) pluuiale ſeu pallium 3) ſtola oblique plicata 4) alba 5) tunica, cui intexti gryphi 6) chirothecae 7) acinaces Caroli M. aquisgranenſis 8) ſceptrum 9) globus imperialis 10) ſandalia.*
4. Diuerſorum Germaniae regum et imperatorum numi octo genuini, *e theſauro regis Boruſſiae, omnes inediti, dict. not. bb. num. 25.*
5. Duo numi bracteati *e muſeo domini praeſidis ibid.*
6. Capita Conſtantini M. et Caroli M. *unde diadematum diuerſitas ex Nic. Alemanni parietinis Lateranenſibus dict. §. 3. not. ii. num. 39.*
7. Caroli M. imago cum uexillo, *quod ipſi porrigit dextera S. Petri, ex* Henſchenii actis SS. *die 12. Iulii ibid.*
8. Numus bracteatus epiſcopi Cunradi cum globo duplicato, *ſignaculo monetae imperialis, ex muſeo* domini praeſidis *not. tt. num. 26.*
9. Duo numi bracteati, *qui referunt imaginem ſancti Mauritii.* V*nus monetae Halenſi debetur, in quo S. Mauritii conſpiciuntur gladius, uexillum minus:* alter, *minor, eſt Magdeburgicus eiusdem Mauritii, militum chriſtianorum imperatoris additurque hic illius ſcutum. not. xx. in fin.*

SYLLABVS MONVMENTORVM ADPENDIX.

LITT. A.

Diploma LVDOVICI *marchionis Brandeburgici, quo inſignia imperialia enumerat ſigillatim, eademque a parente Caeſare relicta exhibet Carolo IV. anno 1350.*

LITT. B.

Bulla INNOCENTII VI, *qua, in gratiam imperialium reliquiarum, quas habet rutas, inſtituit feſtum diem armorum Chriſti in Germania* an. 1354.

LITT. C.

Litterae SIGISMVNDI *caeſaris, quibus reliquias regni Bohemiae (non imperiales) reuocat, olim alienatas. an. 1422.*

LITT. D.

Annua SVPPLICATIO *facta Norribergae, in gratiam imperialium reliquiarum, deſcripta hiſtorice an. 1458.*

LITT. E.

Bulla MARTINI V. *an. 1425. qua* IVS TVTELARE *Noribergenſibus* AETERNVM *confertur, eaque a duobus aliis pontificibus poſt denuo confirmatur.*

LITT. F.

Enarratio inſignium imperialium interprete Wagenſeilio.

LITT. G.

Anonymi enumeratio imperialium reliquiarum.

LITT. H.

Enarrationis reliquiarum imperialium alia epitome.

LITT. I.

Inſignium imperialium geometrica dimenſio.

LITT. K.

Principum electorum litterae Noribergam, imperialium inſignium rogatrices d. XX. Menſ. Dec. 1689.

LITT. L.

Caeſaris Leopoldi litterae ad Noribergenſem ſenatum argumenti eiusdem. die 7. menſ. Dec. 1689.

LITT. M.

Aquisgranenſium uindiciae aduerſus Noribergenſes, horumque pro tutelari imperialium inſignium iure aeterno, facta repoſitio an. 1712.

LITT. N.

Familiarum Stromerianae et Pfinzinganae uetuſta nobilitas.

LITT. O.

Iacobi GRETSERI, *Soc. Ieſu theologi ſyntagma de inſignibus imperii Ingolſtadii 1618. 4t. quod opuſculum, cum rariſſimum ſit, hic adiunximus.*

Cap. I. Quaenam ſint S. R. Imperii ſacra cimelia et Lipſana?

Cap. II. Quis aſſeruauerit, uel etiamnum aſſeruet haec cimelia?

Cap. III. Quid nomine armorum Chriſti ſignificetur?

Cap. IV.

Cap. I. §. 1. 2. 3.

CAP. I.

OCCASIO RATIOQVE INSTITVTI.

§. 1.

Custodia insignium Noribergae

Interest omnino patriae, ut ciues (aa) iura eius tueamur in PVBLICA INSIGNIVM IMPERIALIVM CVSTODIA, *gloriae dignitatisque plenissima, atque nouantium ICtorum contundamus in hoc genere insolentiam. Ne peruersa eorundem iudicia rectius sentientes turbent (bb) rerumque ignaros circumueniant agantque in transuersum.*

Pro iure ciuitatis differere licet ciui. (aa) Quamuis enim *D. Praeses* principio dubitauerit; *utrum thema hoc esset academicum huiusque loci:* cum tamen intellexerit post uoluntatem meorum eorumque iussus, a quibus fortunarum mearum omne momentum pendet: dedit hoc mihi, ut amori patriae indulgerem, quantum mihi suggererent pietas, ratio, ueritas, iustitia.

Silentii damna in iuris publici argumento. (bb) Quotidie experimur, quod in iuris, maxime publici, prudentia numerus errantium fere ius faciat. Quando in rarioribus argumentis, quorum A ratio ex medii aeui notitia pendet, paucissimis tempus, otium uiresque ad indagandum et eruendum. Vt adeo plerosque fidem sequi oporteat non suam, sed alienam. Propterea pessime sibi consulunt, qui, post publica aduersae partis scripta, muti esse malunt, quam suas prodere rationes in libraria taberna. Ita enim fit, ut illis uiri patrocinentur litterati, horumque libellis occupentur rerum consiliorumque administri difficiliusque post ab opinione, licet falsa, dimoueantur, in qua iuuenes ac uiri enutriti fuerunt.

quouis seculo disputata est semel a principio iuris CIↃ CCCC XXIV.

§. 2. *Tria fere secula elapsa sunt, ex quo fidei Noribergensium commissae* IMPERIALES RELIQVIAE, *anno scilicet* CIↃ CCCC XXIV *(cc). Inde tribus etiam insultibus impetita est* VRBS TVTELARIS *ab aemulis obtrectatoribus; qui id egerunt, ut, si fieri posset, aureum clauum illi de moenibus manibusque extorquerent. Scilicet circa tempora* TVTELARIS IVBILEI *spiritus tantum conceperunt homines inuidi et uirus suum aduersus iura tutelaria magno conatu et impetu, frustra tamen, euomuerunt (dd). . Vt ciuitati integro seculo esse non licuerit quietae.*

Noribergn tutelaris ex largitione Sigismundi. (cc) Instruet hoc argumentum sectio B altera, ubi historiam recensebimus *insignium Noribergam*, iussu Sigismundi imperatoris, *translatorum*. Addito sacramento: *ut ibi aeterno iure permanerent.* Accessit huic auctoritas Romani pontificis, quam pontificii requirere solent in reliquiarum translatione. Testes utrinque laudabimus suo loco.

Secularia Noribergae bella pro iure tutelari. (dd) Credere posses, non sine prouidentia quadam factum esse, ut *quouis seculo* Noribergae tutelaria haec iura in dubium uocarentur. Scilicet, partim ut solertiam id excitaret in urbe, ad uigilias in tanti momenti excubiis: partim ut pretii admoneret ciues rei, cuius desiderio aliae ciuitates tantopere agerentur.

***Primum** a. CIↃ IↃXXIV. a pontificiis clam*

§. 3. Iubileo *huius cimelii* primo *purioribus sacris ciuitas se addixit, eieratis ritibus doctrinisque pontificiis anno* CIↃ IↃ XXIV. *Inde statim uoces calumniantium:* haereticam urbem spoliauisse sacros thesauros *(ee). Vt, quantum su-*

superſit, ab illa debeat uindicari. Riſerunt fraudem ciues fidaeque cuſtodiae tot habuerunt teſtes, quot illuſtres peregrinatores urbem tranſierunt, quorum oculis, ſi hoc a ſenatu rogauerint, exponi ſolent reliquiae ſigillatim.

Calumnia de ſpoliis Noribergenſium.

(ee) Interpretem huius calumniae agat *Peſſina* de CZECHOROD *in S. metrop. Prag. rad. 4. p. 405. 406.* his quidem uerbis: *Noribergae imperiales reliquiae in praeſentem usque diem, ſed ſine ueneratione et cultu, NB. auro inſuper, argento ceteroque pretioſisſimo ornatu, a Lutheranis ſpoliatae, ſeruantur.* Liuor hic non meretur attendi. Illud uero attentione digniſſimum, quod eodem prorſus anno purioribus ſacris ſubſcripſerit urbs: quo ante centum annos accepit ſacrarum reliquiarum cuſtodiam. *Codex mſct. D. Praeſ. Im 1524. iſt das Heiligthum* (hoc nomine inſignia adpellat) *zu Nürnberg das letzte mahl gewieſen worden, als ſich die Lutheriſchen Secten angefangen.* Vt idem annus ex utraque cauſa Noribergae merito eſſe queat iubileus.

Annus 1524. Noribergae utrinque iubileus.

Secundum an. CIↃ IↃC XXVI. ab iisdem *palam.*

§. 4. Alterum iubileum *incidit in ſacrum illud Germaniae bellum tricennale. Tum igitur occaſio adparere uidebatur Romanis, qua minas ſpargerent aduerſus urbem, neſcio quas, ut redderet ſacras reliquias et nuntium mitteret iuri tutelari. Non ex occulto conſilia haec acta ſunt, uerum prodita illa palam. Is enim finis libelli,* NORIBERGA IN FLORE *inſcripti (ff). Qua in herba anguis et uirus latet:* urbem, haereſi infectam, indigniſſimam eſſe cuſtodiae iure imperialium reliquiarum. *Tranſiit tamen et hoc fulmen, rerumque facie mutata, hoſtes illi ne quidem hiſcere auſi ſunt, quod olim magno quaeſiuerant conatu.*

Conſilia de extorquendis Noribergae inſignibus Ferdinando II. data.

(ff) Quinque nuper imperialibus libellum redemi, qui *duodecim* ſchedas non excedit: quapropter *rubricam* eius huc placet transſcribere: *Noriberga in flore auitae Romano-catholicae religionis. Ex antiquiſſimis uariorum monaſteriorum bibliothecis ueteribusque monumentis, graphice delineata et expicta a Chriſtiano* ERDTMANNO *V. O. R. S. Talis eram. Quid nunc? mox quoque qualis ero? Anno chr. 1629. 4t.* Opuſculum duas partes habet. In *prima* habentur pontificum et imperatorum diplomata de imperialibus reliquiis, Noribergam translatis, earumque ibidem ſolenni, ſacro et mercenario cultu. Praeterea catalogus additur, in quo reliquiae ſanctorum recitantur, quas Noribergenſes, lucri cupidine, uendiderint aurifabris, indicato ſimul ab iisdem accepto pretio. Inde clauſula: *Aber leyder, GOtt erbarm es. Gold, Silber, Edelgeſteine und alles was der lieben Heyligen Gebeine zugeeignet geweſen, wäre alles zu verſchmertzen. Wenn man nur die Heyl. reliquien nicht etwa verbrennt oder ſonſt wohin geworfen und entheiliget hätte.* Proh! *Noriberga quam foede, unius rancidi et uxoraturientis monachi Auguſtiniani, Wolffgangi Volperti, a Luthero magiſtro corrupti ab auita maiorum fide apoſtatauit,* et quae eiusmodi. *Altera* pariter recitat bullas papae, quibus Noricam extollit in ſacris fidem. Epiſcopi etiam *Bambergenſis* aliquot litterae ibi leguntur, cui in ſacris quondam paruit Noriberga. Adduntur libelli facientes ad notitiam ordinis Teutonici et aliquot in urbe et extra eam monaſteriorum. Conſtat uero aliunde, hoc libello inſtrui debuiſſe illos, qui Ferdinando II. Caeſari auctores eſſent uel expugnandi urbem uel repetendi ab illa reliquias imperiales.

Enarratio Noribergae in flore *Erdtmanni.*

Tertium a. CIↃIↃCCXII. ab *Aquisgranenſibus.*

§. 5. Tertium *idque nouiſſimum, quod inſtat, eandem ſcenam inſtruxit, ſed nouo tamen actore. Aquisgranenſes enim hanc conſcenderunt arenam iuraque imperialium inſignium tutelaria ſibi adſeruerunt ex rationibus priuilegii cuiusdam atque honore priſtino archiſolii. Poſtulatum hoc eique a Noribergenſibus facta repoſitio in publicam lucem iuere (gg). Vt adeo iuris in imperio controuerſi in poſterum non leue eſſe poſſit argumentum.*

Aquisgrani et Noribergae contentio de iure tutelari inſignium S. R. I.

(gg) De rationibus argumentorum agendum erit inferius: nunc tantum de libellis, in hac cauſa promulgatis. *Aquisgranenſium* poſtulata exhibet *diarium coronationis nouiſſimae* Caroli VI. imperatoris, in adpendice: *Kurtzer Bericht, über deß Königl. Stuels und des H. Röm. Reichs St. Aachen bey denen Krönungen der Kayſer habende* praerogatiuen *und gerechtſame.* Oppoſuerunt huic Noribergenſes ſcriptum: *Kurtzer doch beſtgegründeter Gegen - Bericht, der Löbl. Reichs - Stadt Aachen gantz neuerlich anmaſſenden Anſpruch an die Käyſerl. und Reichs - Kleinodien, ſo von der Stadt Nürnberg verwahret werden, betreffend. Nürnberg bey A. J. Felßecker* an. 1712. f.

Pretium iuris tutelaris in

§. 6. *Et uero maximi patria mea controuerſiam facit, a qua pendere, intelligit gloriae urbis ciuiumque non parua momenta. Accedit palladii fiducia, quam in praeſidio ponit imperialium reliquiarum; quibus infauſto ſidere per hoſti-*

Cap. I. symbolo urbis: *ser-uo ut ser-uer.*

hostium conatus, quos numen auerruncet, sublatis, fortunas suas et ipsa in perditis habet. Cuius diuinationis interpres symbolum Noricae ciuitatis, quod binis in uerbis proditur: SERVO VT SERVER, *siue, quod alibi legitur:* SERVOR SERVANDO (*hh*). *Vt frustra omnino sint, qui ideo increpant ciuitatem: quod pretium habere nesciat in his sacrarum reliquiarum excubiis.* §. 7.

Symbolum Noribergae: servando seruor.

(hh) Habes illud symbolum in *numis* A et *inscriptionibus* urbis solennibus multoties recitatum, ut operae pretium non sit, testes conducere. Id uult ciuitas: se quidem excubias praesidiumque praestare reliquiis imperialibus; sed maius ex his ipsis se praesidium sibi polliceri. Fieri enim non posse, credunt, ut urbs imperii Germanici auxilio destituatur, quae illius custodiat seruetque cimelia. Ipsum numen hac custodia pacari trahique ad urbi praestandas suppetias, ut nos credamus, formula sacrorum non patitur, quam profitemur. Breui symboli una adpellatio: uerum significatus duplex: unus diuinior, non sine nota superstitionis; alter ciuilis, nostro etiam calculo probatus.

Scriptores *insignium*, non iuris tutelaris. Quod arenae *inauguralis.*

§. 7. *Hoc cum ita sit, mirum est, desiderari hodieque iuris, nostratibus semel ac iterum in dubium uocati, plenum atque idoneum adsertorem. Qui enim hoc argumentum ante nos tractarunt* (*ii*), *illi historicos tantum agunt, et telis, aduersus nos aliquoties emissis, necquicquam respondent. Dabimus itaque primi operam, ut* Noribergae, *imperialium insignium* custodi, iura *constent* tutelaria: *deinde illa, quae ex aduerso alii obmouent obiiciuntque, recte ac plene conuellantur. Numen adsit dicendis.*

SYLLABVS DE INSIGNIBVS S. R. I. 1) ex instituto *Gretserus de S. R. I reliquiis.*

(ii) Principem in illis locum meretur B GRETSERVS; cuius libellum sub hasta redemi, in gratiam opusculi huius, *quinque* et quod excedit ioachimicis. Eius inscriptio est haec: *Syntagma de S. R. I. sacrosanctis reliquiis et regalibus monumentis, praesertim de quadruplici lancea 1) Dominica 2) Mauritiana 3) Constantiniana 4) Carolina, auctore Iac.* GRETSERO *Soc. Ies. theol. Ingolstadii 1618. in 4t.* Quatuordecim schedas absoluit hoc syntagma eo C ordine dispositum: *cap. I. quaenam sint S.R.I. cimelia et lipsana? II. quis ea adseruauerit et adseruet etiamnunc? III. quae arma christi uocentur? IV. festum armorum christi, lanceae praesertim, ab Innocentio 6. institutum non sine indulgentiis, rogatu Caroli IV. imperatoris, V. bulla Martini 5. de translatione insignium ex Bohemia Noribergam, VI. concursus populi ad annuam ostensionem reliquiarum et insignium imperialium, VII.* D *officium diuinum decantari solitum, VIII. quaenam ibi lancea adseruetur? IX. de lancea Antiochiae, X. de festo lanceae, XI. controuersia de lancea Antiochiae, XII. lanceae repertae miri effectus, XIII. lanceae Constantinianae descriptio, XIV. mira de lancea Mauritii, XV. de reliquiis Wittebergensibus, XVI. de roseae crucis fraternitate, XVII. recognitio quorundam locorum de cruce.* Vt omnia Gretseri opera rara sunt: E ita hoc inprimis paratu est difficillimum. Quapropter non miror, alios, qui de insignibus S. R. I. ex instituto scripserunt, illud tamen non uidisse. Sed praeterea duo eiusdem auctoris huc pertinent opuscula.

de S. cruce.

Primo liber eius *de cruce Christi* tomis IV. editum *Ingolstadii* an. 1600. et altera pars 1605. in 4t. Deinde alter quem inscripsit

hortus crucis.

hortum crucis Ingolstad. 1610. in 4t. impressum. Vterque eruditus est plenissimusque sacrae historiae antiquitatum, in quibus etiam crucem, lanceam, gladium aliaque recenset, quae in imperialibus reliquiis Noribergae adseruantur. Sequitur *Iacobus* BOSIVS *in cruce gloriosa seu triumphante* editus *Antwerp. 1617. f.* qui, inter alia, *lanceam* imperialem non dominicae passionis esse uult, quam Romae credit adseruari, sed tantum Constantini M. Post hos *Vlric.* OBRECHTVS de *Clenodiis S. R. I.* dissertationem scripsit academicam, quam disputauit *Argentorati 1677. 4t.* sed leui is tantum brachio rem tractat, quae lucubratiuncula uix duas schedas excedit. Ampliorem operam promisit *Io. Christoph.* WAGENSEILIVS. Scribit nouissime uir limati iudicii et lectionis multae *Lud. Ant.* MVRATORIVS in opusculo de *corona ferrea cap. 16.* quod extat *tom. 2. anecdotor. p. 324.* eiusque institutum his uerbis prodit: *ampliorem segetem scribendi clarissimo Wagenseilio relinquimus. Qui de coronis Caesareis amplissimum commentarium meditatur, uti me per litteras certiorem fecit celeberrimus bibliothecae Mediceae praefectus, Anton. Magliabechius.* Verum ex quo ad Noribergae descriptionem is animum adpulit, mutauit institutum atque huic argumento *de reliquiis et clenodiis S. R. I.* caput dedit XXVI. quod occupat quatuor schedas. Poterat tamen maiorem hic industriam et ipse adhibere, quae in eo tantum uersatur, ut ipsarum reliquiarum apertam et solertem descriptionem nobis daret in partibus, figuris, habitu, coloris rerumque aliarum designatione, eousque desiderata. In aliis rebus ad historiam facientibus parcus est, in iure tutelari mutus. Ante illum *Iacob. Bernh.* MVLTZ pleraque imperialium reliquiarum genera in pictu-

Iac. Bosius

Vlr. Obrechtus

Wagenseilius.

II. iuris publici consulti *Multzius.*

Cap. I. II. picturis, aeri incisis exhibuit inseruitque *repraesentationi maiestatis imperatoriae capite XXV. p. 774.* Quae tabulae pleniores sunt, quam illis addita descriptio.

Limnaeus.

LIMNAEVS *lib. 1. c. 14. de insignibus S. R. I.* inscripsit, sed praeter *aquilae bicipitis* descriptionem nihil habet dignum memoratu: in *additione* ad hunc locum agere instituit etiam de imperialibus clenodiis: sed, more suo, euagatur ad regna peregrina et ampullam Rhemensem, si aqua illi haeret in domesticis. Neque felicior epitomator eius OLDENBVRGERVS *lib. 2. c. 12.*

Pfeffingerus.

Ex recentioribus, praeter unicum PFEFFINGERVM, plerumque alios industria uincentem, nullus laudari meretur, cum hoc argumentum exscribere maluerint, quam oleum ei dare. Ipse solus *lib. 1. tit. 8. §. 2. p. 872. 873.* loca quaedam habet, aliis haud notata. Porro huc referri debent descriptiones Caesareae coronationis.

III. descriptiones coronationis imperialis.

Quia hac occasione historici mentionem fecerunt imperialium reliquiarum singularem. A *Maximiliano I.* ad *Matthiam* scriptores Caesareae inaugurationis iunctim edidere *Wechelii* hoc titulo: *inauguratio, coronatio, electioque imperatorum a Max. I. ad Matthiam Hanou. 1618.* Anno post GOLDASTVS quoque plures exhibuit iunxitque *Politicae imperialis parti 1. 2. 3. 4.* Excellunt in his *Hartmannus Maurus, Georgius Sabinus, Matenesius, Ferrarius.* Et FVGGER *in Spec. Austr. lib. 5. c. 31. et lib. 6. c. 20.* Quorum etiam faciunt Polygraphi Francofurti *Florianus* et *Lersnerus* et Aquisgrani *Noppius* et plenius urbis chronographus, nondum editus, atque etiam ipsius *Noribergae*, cuius plurima chronica latent in *mscr.* Eadem causa ad hoc argumentum fuit THVLEMARIO *cap. XXV. octouirat. p.*

A *490. sq.* Qui in ceremoniarum sacris occupatus fuerit, inter Germanos reperitur nemo.

§. 1. IV. Ceremoniarum scriptores.

Licet desidiam hic nostram excitare potuerint *Galli, Angli* et *Itali* huius rei curiosi indagatores. In hac tamen classe nunc adpellare liceat *Franciscum* MODIVM, qui *tom. 1. lib. 4. triumphalium pandectarum* pariter habuit imperialium insignium rationes. Cui addi potest BECMANNVS *in notit. dignit.* locis B diuersis. Neque insignium imperialium obliuisci potuerunt auctores rei heraldicae.

V. Auctores heraldici.

In his palmam ceteris praeripuit *Theodor.* HOEPINGK, qui *cap. 2. insign. §. 7. sect. 2. membr. 3. p. 149.* de imperialibus clenodiis edit multo cum auctorum, quos laudat, adparatu. SPENERVS *part. 1. cap. 6. §. 14.* aliqua tantum de imperiali corona habet, ut uix hic locum sustineat. Neque operae est maioris, quod post illum C habent alii. Coronarum scriptores hanc etiam spartam tangunt.

VI. libri de coronis.

Nimirum PASCHALIVS *lib. 9. cap. 18.* Et nouissime *Mart.* SCHMIEZEL in *libello* insigni *de coronis sect. 2. c. 2. artic. 2. p. 173. 174. sq.* ubi in descriptione imperialium clenodiorum sequitur narrationem Wagenseilii. Tandem non inutile est, in nostro argumento illos consulere, qui triplicis aut quadruplicis coronae imperialis habue- D runt rationem.

VII. triplici praesertim S. R. I.

Notae sunt de ferrea, argentea et aurea coronis fabulae. Quas *Lipsiae* respondit disputando *Fellerus.* Sed instructior longe hac in re MVRATORIVS, supra commendatus in multae lectionis opusculo de *ferrea* Longobardiae *corona.* Historicos omnis fere aeui taceo, qui clenodiorum imperii faciunt mentionem.

VIII. Historici.

Quos in quouis segmento laudabimus sigillatim.

CAP. II.

HISTORIA TRANSLATIONIS *INSIGNIVM IMPERIALIVM* NORIBERGAM

ANNO CIↃ CCCC XXIV.

Historia tutelaris.

§. 1. *Ante historiae enarratio danda est, quam de iure disquiramus. Licet uero imperialia insignia, ut in locis Germaniae aliis pluribus, ita quoque Noribergae fuerint aliquoties (kk): de illa tamen translatione hic agendum, qua cimelii huius custodia aeternum commissa patriae ciuitati.*

Noriberga custos insignium ante Sigismundum.

(kk) Licet enim antea imperatores insignia S. R. I. uel secum habuerint, quoties Noribergae diuerterunt uel reposuerint illa eo ad tempus, securitatis causa: neutrum tamen iuri Noribergensium tutelari aliquid potest conferre. Cum plura imperii loca alia sint, quibus olim breuis fortuna custodiae insignium temporariae. De *Noriberga* locus est *Henrici* REBDORFFII ad ann. 1350. *Ludouicus Marchio* Brandeburgensis *insignia imperialia, uidelicet lanceam, qua perforatum fuit latus domini et clauos et gladium Caro-* E *li M. nec non alia, quae reseruata fuerunt in oppido* Monaco, *tradidit* Carolo *IV. regi in* Nürnberg. *Qui in Bohemiam in ciuitatem* Pragensem *ipsa deduxit.* Iterumque Rebdorffius uidit insignia *Noribergae* an. 1361. Quod etiam monet CZECHOROD in *radio 4. Prag. metr. p. 406.* Sunt, qui perhibent, ea lege tradidisse Ludouicum, ne Carol. IV. illa transferret aliorsum, sed Noribergae custodienda perpetuo iure relinquerer, teste ALBERTO *Argentoratensi.* Qua de re tamen inferius.

§. 2. In

Cap. II. debetur Sigismundo Caesari.

§. 2. In eo concors est annalium fides, testatior forte, nisi res facta fuisset clam (ll): quod Sigismundo largitori hoc beneficium debeamus. Egerat tum imperator in Hungaria, quorsum imperiales reliquias, cum Boemia exiret, incertum quo consilio (mm), secum asportauerat, reposueratque illa in loco Plintenberg, Budae uicino, claroque munitione. Pependit tamen animi princeps, tot belli periculis tum circumseptus, ubi reliquias imperiales omnino statueret in tuto. Noriberga tandem probatur, idque ob causas, mox indicandas, cui per nuntium, quod secum decreuerat, aperit. §. 2. 3. 4.

insignium Noribergam translatio quare clam facta?

(ll) Sunt quidem multi huius translationis testes: non tot uero, quot in re tanti momenti expectares. Quod ideo factum esse, existimo, quoniam hoc consilium Sigismundus ex arena sumpsit neque rem ante potuit trahere in procerum ac principum Germaniae solennem deliberationem. Accedit, quod ipsa transuectio clam facta sit, ne quidem pretio rei, quam uehebat, cognito aurigae. Vtraque enim prouidentia opus esse, uidebatur: ne Hussi adseclae, Caesari tum rebelles, proditum intempestiue thesaurum tollerent auferrentque. Auctor chronici MAGDEBVRGICI anonymus: *reliquiae uenerunt in curru Noribergam, ueredario nesciente. Vrbi cum proximus esset, tunc primum fuerat illi dictum. Qua-* A *propter ab equo descendit, adorauit thesaurum et sic pedestris ducebat currum usque in urbem et eius hospitale.*

insignia quare Sigism. habuerit secum in Hungaria 1424.

(mm) Siue id fecerit Sigismundus pietatis ergo, ut esset ex sacris ei reliquiis diuinum auxilium aduersus hostes, instar *arcae* foederis ueteris testamenti; siue quod reliquiis ipsis metueret ab Hussitarum in Bohemis furoribus spoliisque; si- B ue quod ea in re imitaretur ueterum imperatorum instituta, qui insignia imperialia nullo facile momento a se dimiserunt, partim, quod animum quotidiano earundem cultu reficerent recrearentque, partim etiam, quod omnes cauere uellent casus, quibus amittere possent hoc felicis imperii palladium.

Translationis historia.

§. 3. In sinu gaudet ciuitas, hoc Caesaris consilio honorata. Vrget iter, collocantur cimelia in curru. Auriga, nescius eorundem, ex Hungaria ingreditur uiam, per quam, si non maturius, magis tamen secure, in Germaniam perueniret remque, quo iussus fuerat, transferret (nn).

Translationis testes historici.

(nn) Historicorum testimonia sequuntur, qui hanc translationem descripserunt. *Matth.* MARESCHALCVS in *chronico Elwang.* p. 461. in uolumine Freheriano: *an. 1424. dominus rex Hungariae et Boemiae sanctas reliquias, quas de Boemia in Hungariam transtulit, ad Noribergam ciuitatem transmisit. Quae ibidem plebi in Non.* MAII *sunt ostensae cum magna solennitate.* Plenius paulo *Andreas* PRESBYTER in chron. Bau. *an. 1424. tempore quadragesimae reliquiae et insignia imperialia de castro Karlstein in Bohemia per Sigismundum regem ad Vicegradum, uulgariter Plintenberg in Vngariam, propter haereticorum* (nota causam) *perfidiam deductae, de Hungaria in* * *Nürnbergam, ciuitatem imperialem, sunt portatae.* Ad quem etiam locum prouocat CRVSIVS *part. 2. lib. 5. c. 7. p. 166.* Cursim AVENTINVS *lib. 5. Inst. Boic. p. 353. n. 40.* scribit prouocatque ad memoriam, ab auis acceptam: *insignia imperii Sigismundus imperator, auorum me-* C *moria, Noribergae condidit. Vbi quotannis conceptis feriis, magna populi, qui undique coit, frequentia monstrantur.* In causa exponenda luculentus est *Conrad.* CELTES *in descriptione Noribergae cap. 8.* ubi ita scribit: *Has*, designauerat paulo ante reliquias imperiales, *Sigismundus Caesar in eo motu, quo Boemia a religione Romana defecerat, a Praga, Bohemorum metropoli, Noribergam, quam solam inter tot claras Germaniae urbes hoc munere dignam cense-* D *bat, traduxit. Quae nunc quotannis, exactis XII. post pascha diebus, in publico foro, maxima ueneratione et cultu ostenduntur.* GRETSERVS *cap. 5. syntagm. insignium S. R. I. p. 34. 35. Attulit Sigismundus reliquias et imperialia ornamenta Praga Noribergam an. 1424.* die XXI. Martii, festo S. Bened. *ubi ingenti populi reuerentia et ueneratione excepta et in ecclesia noui Hospitalis reposita sunt.* Taceo alios scriptores narrationis eiusdem.

Ex longo itinere in urbem ingressus facer ac solennis ann. 1424.

§. 4. Aderant comites uehiculo duo senatus legati, STROMERVS *et* PFINZINGIVS *(oo). Praecursore per hos in urbem misso nuntioque facto sui aduentus: commouentur ciues excitanturque ad tripudia et supplicationes. Aliquot ab urbe lapides obuiam eunt sacro thesauro ordine solenni, a flaminibus disposito, illumque nullo non cultus genere excipiunt comitanturque in urbem (pp) hora* IX. *die* XXI. *mensis Martii anno* CIↃCCCCXXIV. *Vt proterue peccent, qui in tempore labuntur (qq), adeo solicite curateque notato.*

(oo) Ple-

Cap. II.

Legati *senatus ad suscipiendum imperiales reliquias* Stromerus et Pfinzing.

(oo) Plenior hac in re codex MSCT. *hist. Noriberg.* in museo *Dn. Praef. Item* anno domini 1424. *am nechsten Mitwochen vor unser Frauen Tag in der Vasten zu der neunten Ur do ward das wirdig Heilichthum, das zu Prag gewest ist, eingeführt. Und das bracht der Sigmund Stromer zu der Rosen von unserm Herrn dem Römischen König Sigmund zu Hungarn von dem Schloß Blindenpruck und ward befohlen dem neuen Spittal zu dem Heil. Geist.* Testimonium hoc coaeuum est, cum litterae codicis Sigismundi aetatem prae se ferant. Ceterum hoc senatus tum legato Stromero, refert nostra, ut eius hic exhibeamus effigiem, gentis et aeui dignitate conspicuam. [*]

Imagines S. STROMERI.



Addit WAGENSEILIVS *cap. 26. p. 226. Missi sunt Pragam, omnibus, honoris, uirtutis, fortunaeque ornamentis praediti uiri senatorii, Sigismundus* STROMER *ac Georgius* PFINZING, *quorum fidei fuere concredita.* Quamuis autem haec narratio uero minus uideatur congruere, quod insignia haec non Praga, sed ex Hungaria, neque palam, sed occulte auecta translataque sint Noribergam: cum tamen illud certum sit, *Pfinzingium* [**] legationis Noricae alterum comitem fuisse, illius hic scutum addemus, ad Sebastiani effigiem adiunctum ex illius progenie.

PFINZINGII scutum.



Imaginem enim ipsius legati frustra quaesiuimus. Me existimante, hi duumuiri de ciuitate optime meriti sunt. Neque nomen in opusculo nostro ideo tantum habent, quod officio reipublicae oratorum sint defuncti: uerum propterea illis

A grates referendae sunt a posteritate, quoniam legationem susceperunt, haud dubie, tam ob motus Hussitarum, quam ob longum, simulateque conficiendum iter, plenissimam periculorum. §. 4.

Imperialium reliquiarum in urbem comitatus.

[pp] Codex IMHOFFIANVS chronici Magdeburgici, cui sua Wagenseilius debet, hac in re plenus est et luculentus. Quem ideo exscribemus. *His temporibus* B [1424] *fuerant ibi* [in uicinia Budae] *reliquiae, quae pertinent ad imperatoriam dignitatem. Quae postea uenerunt in Noribergam, in curru cum husonibus* [piscibus], *ueredario nesciente. Et quando adpropinquauit ciuitati Noribergae, quasi per dimidium milliare, uenit clerus cum crucibus et reliquiis. Et tunc primitus erat ipsi dictum, quod duxisset tantas reliquias. Qui descendit ab equo, cadens in ter-* C *ram, adorauit sacrum thesaurum illum et sic pedestris ducebat currum cum equis usque in locum, ubi adhuc sunt reconditae in hospitale S. spiritus. Et omni anno semel, scilicet feria sexta ante misericordias domini cum magno honore erat ostensio eorum.* Gratiam referimus uiro generosissimo, de patria aeque ac litteraria republica optime merenti, quod locum hunc dare non recusauerit publico. Vtinam ta- D men uel in hoc argumento tabularium urbis proderetur. In quo haud dubie pleniora latent translationis commentaria.

Narrationes aliorum inanno translationis.

[qq] E testatissimis narrationibus, quas hactenus dedimus, facile ad intelligendum, errare illos, qui alios translationi annos solent substituere. Cum enim *Dn. Praef.* codex adeo curatus sit, ut E uel *horam* translationis in urbem notauerit, frustra annus habebitur incertus. Versatur tamen in hoc peccato CZECHORODIVS *radio 4. eccles. Prag. p. 405. 406.* cum, quod annum huius translationis adleget 1420. tum, quod anno sequenti 1421. inter ordinum de Sigismundo grauamina etiam referat hoc, quod *imperiales reliquias* Noribergam, extra regnum misisset, quasique uendidisset mercede. F Quamuis enim libellus grauaminum regni an. 1421. factus etiamnunc supersit in GOLDASTI *adpend. doc. p. 91.* et plenius apud HAGECIVM *in chron. Boem. part. 2. p. 105. 106.* confudit tamen auctor Bohemicas reliquias cum imperialibus. De quarum spolio frustra, illi certe, querebantur, eoque tempore, quo nedum illud contigerat.

§. 5. Re-

[*] Elogium illustris familiae uide in adpendice litt. N Chron. Noriberg. ad ann. 1424. *das Heylt. hatte* Sebald Pfinzing *vom Käyser erlanget und sein Sohn* Georg *und* S. Stromer *dasselbe von Prag geholet.* [**] Elogium illustris familiae uide in adpendice litt. N

Cap. II. III. lus custodiae aeternum ab an. 1424.

§. 5. *Retinuit adhuc, et, quod Deus iubeat, aeternum retinebit factum hoc palladium Noriberga. Neque enim alio consilio ei uel imperator dedit (rr) uel ipsa suscepit ius tutelare, quam ut perenne esset semperque duraturum.* §. 5. 1. 2.

Ius tutelare Noribergae num aeternum sit an temporarium?

(rr) Equidem nullus dubito, tabularii Noribergensis instructiorem hic fidem esse, unde repeto superius desiderium. Hoc ipsum tamen, quod de iuris aeternitate diximus, plurima produnt. Pactis enim se iam an. CIↃ CCC LII. obstrinxerat Carolus 4 ne insignium imperialium custodiam alii crederet, quam Noribergae aut Francofurto. Quod claris uerbis scribit ALBERTVS *Argentinensis* ad annum *1532. p. 256. 257.* Quem locum exscribemus inferius. Vt adeo credibile sit, Sigismundum hanc spem ex quadam iuris necessitate expleuisse. Accedit euentus ipse. Per *tria* enim integra secula Noriberga insignium imperialium fuit tutelaris. Et quamuis, quod in opusculi principio dixi, homines quandoque maleuoli eidem hunc clauum uoluerint extorquere; non tamen legi, quod illo unquam A ausi sint tegumento: dubitandum esse, num Sigismundus urbem hoc custodiae iure donauerit aeternum, an uero ad tempus, morte eius finiendum. Taceo bullam *Martini* V. (*adp. p. 21.*) pontificis, ubi aperte dicitur: *Statuentes, quod a modo reliquiae et insignia in eadem ciuitate perpetuo conseruentur. Ita, quod nulli liceat illas extra ciuitatem exportare uel extrahere quoquo modo. Quod si forte id attenta-* B *tum sit, praesumtores, etiamsi patriarchali, regali aut alia quauis ecclesiastica uel mundana praefulgeant dignitate, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. A qua non possint, nisi illis ciuitati restitutis, absolui.* Quod satis argumenti est. Cum bullae huius ingressus ostendat, omnia haec dicta scriptaque esse uolente et rogante ipso imperatore. Adde p. 22. infer.

CAP. III.

DE CAVSIS *TRANSLATAE CVSTODIAE* SIGILLATIM.

Causae translationis multiplices.

§. 1. *In* causis *laudandis, ob quas imperialia insignia* fidei Noribergensium *commissa, scriptores uarii sunt ac multiplices. Alii illas in* Caesare, *in* urbe *alii, plures in* ciuibus *quaerunt. Quae tamen omnes inuicem uinculo (ss) quodam cohaerent, tantum abest, ut sibi aduersae sint opponanturque.*

Multiplices causae consilia firmant.

(ss) Caue igitur, ne sententias pro erraticis habeas, quod sint multiplices. Eiusdem enim ueritatis plures esse possunt comites. Horum certe maiori hic numero propterea opus fuerat, quod rebus magnis non una esse soleat causa. Accedit, quod inde clarum sit, consilium C de *iure tutelari*, Noribergae deferendo, non immaturum fuisse aut praecipitatum; sed deliberatissimum et multis cum rationibus coniunctum. Vt adeo religioni esse debeat posteris, de eo dubitare uelle, quod princeps fecit ex consulto.

Prima, Noribergenses ius tutelare emisse.

§. 2. *Principio inter peruersa calumniantium iudicia referimus hoc, quod imperatoris animus* mercenarius *fuerit urbique ius tutelare insignium* uendiderit *pro* quinquaginta millibus florenis *(tt). Eo enim audaciae processit calamus mendax, ut ipsam definiat nobis summam mercedis. Quod tamen fidem nullatenus meretur (uu), cum testem habeat liuore in urbem corruptissimum et figmentorum in hac causa conuictum alias.*

Num reliquiae imperiales uenditae Noribergensibus?

(tt) Ex hominum maleuolorum sermunculis scripsit *Pessina de* CZECHOROD *in S. metrop. Prag. radio 4. p. 405.* ubi inquit: *Has imperiales reliquias, per Carolum IV. comparatas et successu temporis magis adhuc auctas, cum postmodum initio turbarum Hussiticarum, impurissima haeresis, terribilibus sumtis armis, humana diuinis confundendo, omnia in regno sursum atque deorsum miscere coepisset, amisimus. Sigismundus enim imperator et Bohemiae rex, eas * securitatis gratia Noribergam, urbem tunc catholicae religionis obseruantissimam an. 1420. transtulit. Et * pecuniis in sumptus belli, quod contra Bohemos parabat,* D *egens, Noribergensibus pro 50000. florenis anno sequenti oppignorauit. Vbi in praesentem usque diem, ornatu spoliatae, seruantur. Quod Sigismundi factum Bohemi proceres aegerrime tulerunt, ita, ut postmodum, inter alias, abrogatae illi coronae Bohemicae causas, in publico Czaslauiae conuentu an. 1421. etiam hanc ordine XI. adponere non dubitarent: quod imperiales reliquias, quas Carolus IV. in Bohemiam attulerat magnis impensis et quae hactenus toti regno decori fuerant, ille absque consensu publico extra regnum educi curauerit.* Vnus hic locus pluribus erroribus scatet, quos statim indicamus.

Cap. III. *Quod negatur aduersus* Czechorodium.

§. 3. 4.

(uu) Principio confundit hic *Czechorodius* Bohemicas reliquias cum imperialibus, errore crasso manifestoque. Quod probamus. Nam constat ex illis, quae supra attulimus p. 12. 14. 15. quod translatio imperialium insignium facta demum sit an. 1424. Quadriennio autem antea motae sunt aduersus Sigismundum in regni comitiis querelae. Illa enim habita esse an. 1421. cum HAGECIO teste ad *h. a.* scimus; tum ex ipsa sententia comitiali, quam uerbatim exhibet GOLDASTVS in *adpend. document. p. 90. 91.* Tantum igitur abest, accusari potuisse Sigismundum sacri spolii quadriennio ante, quam illud est susceptum. Imo ipsa grauaminum comitialium uerba arguunt uincuntque Czechorodium putidi mendacii. ARTICVLI X. & XI. hi sunt: *Quia coronam, qua nostri reges coronantur, in dedecus regni sine consensu procerum, abstulit. Quod thesauros innumerabiles regni, quos praedecessores nostri pia deuotione, ad honorem Dei et patronorum Bohemiae et ad profectum ecclesiis tributos, a castro Pragensi et Karlstein et uariis claustris ropuit et extra*

A *regnum educi procurauit, in damnum intolerabile regni Bohemiae.* Quis non uidet? loqui hic ordines Bohemiae de *sui* regni, necquicquam de *imperialibus* reliquiis. Accedit Sigismundi diploma an. 1422. in ADPENDICE litt. C. recitatum: in quo dolet imperator distractas ab eo reliquias regni Bohemiae, necquicquam uero imperialium ibi aliquam facit mentionem. Vt adeo credibile sit, optimum

B imperatorem, uenditione plurium Bohemiae reliquiarum sibi consuluisse, dum bellis urgeretur ab Hussitis: ab Germanici autem imperii insignibus sibi temperauisse semper, ne inuaderet res alienas. *Deinde* etiam publica execratione est dignum, quod Czechorodium non pudeat, imperiales reliquias, si non proprietate, certe custodiae usu uindicare suis Bohemis. Quod nulli scriptori istius aeui in

C mentem uenit, tantum abest, ut hoc gratis dandum sit hominis unius ad audaciam & furorem hic proiectae adsertioni. Sed impudentia eius castigatione dignior est, quam puerile hoc commentum aliquam mereatur confutationem.

Altera, metuisse Caesarem insignibus a furore Hussitarum.

§. 3. Propius est uero, quod Hussitarum in Bohemia motus, eorundemque animus, reliquiarum contemtor, metum incusserint Caesari: ne forte in praedam hae cederent ab illisque abriperentur (xx). Vt adeo boni principis officii esset, de loco tuto cogitare, ubi seruarentur thesauri imperiales (yy).

Num translatae ob motus Husfitarum *in Bohemia?*

(xx) In eo plerique scriptores omnino conspirant, inprimis *Bohemici* et *Norici*, quibus historia hæc domestica est, ut adeo prae aliis narrauerint eius singularia momenta. Locum CZECHORODII, idem sentientis principio uidimus *litt. tt. p. 17.* Consulendi etiam scriptores, p. 13. litt. nn. enumerati. Praeter hos GRETSERVS syntagmatis *c. 2. p. 11. Postea tamen Sigismundus imperator cimelia haec ex Bohemia, iam Hussitico ueneno deprauata, Noribergam, ceu ad sedem stabilem et immotam, transferenda curauit. Cum adprobatione summi pontificis Martini V. cuius super hac re bullam reperi in msc to quodam codice. Quae multa scitu digna complectitur.* Exhibuimus nos bullam, exscriptam ex ERDTMANNO *litt. E. in adpendice.* Nouissime WAGENSEILIVS *cap. 26. pag. 226.* causam repetit eandem: *Sigismundus quoniam Hussitarum motibus, qui fortunam fauentem habebant, Bohemiae regnum, in quo cum insignibus commorabatur Caesar, ideo ueritus, ne tanto thesauro aliquando hostes potirentur, consilium coepit, de eo in locum securum transferendo ibique re-*

D *linquendo in perpetuum. Placuit prae omnibus Germaniae ciuitatibus Noriberga praecipue, cui haec cimelia, in omne futurum aeuum, seruanda, committerentur.* Taceo loca aliorum, cum haec causa aliis sit testatior. Nemo tamen credat, uelim, ideo ex Bohemia uenisse imperialia insignia, ubi furor Hussitarum grassabatur. Ex Hungaria enim Caesarem haec cimelia transmisisse, testis est plenus & luculen-

Quamuis illa uenerint Noribergam ex Hungaria.

E tus *chronicon msct. D. Praes.* quod laudauimus *p. 15. litt. oo.* Suffragratur PASTORIVS *Franconiae rediuiuae cap. 3. p. 251. diese* reliquien *hatt* an. 1424. Sigismundus *der Statt Nürnberg verehret* (custodiam intellige aut sacrum usumfructum, non proprietatem) *welche* Sigm. Stromer *aus Hungarn abgehohlet hatt*. Plures addere nolo.

Reprehensio improba Sigismundi.

F (yy) Improbi igitur in manes imperatoris sunt CZECHORODIVS *radio 4. eccles. Prag. p. 502. 403.* ab eoque hic non multum alienus BALBINVS in uita *Arnesti, antistitis Pragensis*, qui hoc eius consilium atro calculo notant execranturque.

Tertia, urbis ciuiumque rationes singulares.

§. 4. Alii deinde ciuium fidem probitatemque; prudentiam senatus; urbis dignitatem, amplitudinem, celebritatem; moenium ac fossarum robur; uiciniamque regni Bohemiae in caussis ponunt iuris insignium tutelaris, Noribergam translati. Has consilii rationes ipse prodit imperator, interprete Martino 5, papa (zz). Quod testimonium cum publicum sit, priuata historicorum fide opus non esse uidetur.

[zz] In

Cap. III.

Ciuium fides ac probitas in cuusa iuris tutelaris.

Causae consiliorum de urbe perpetuo tutelari insignium S. R. I.

(zz) In utriusque uirtutis laude sunt Noribergenses cum apud Caesarem largitorem iuris tutelaris, tum apud ipsum pontificem. Intelligere hoc licet ex Martini V. Bulla, quam dedimus in adpendice diplomatico *litt. E.* unde uerba huc facientia excerpemus. *Rex,* Sigismundus, *considerans efferatam nimiam plurimorum etiam potentum Bohemiae regni* (ubi adseruauerat insignia domi secum) *nunc a ueritate fidei deuiantium insaniam in sancta debachari solitam*(habes primam) *censensque attentius, nonnunquam ante actis temporibus insignia imperialia detenta ab aliis et nonnisi cum multa sanguinis effusione recuperata fuisse* (est causa altera.) A *Solicitus itaque prudentissimus princeps de idoneo loco, lustratis in eius animo cunctis Alemanniae urbibus, multo cum reflexu tandem considerans, quod Noribergensis ciuitas, ut eius uerbis utamur, prae ceteris 1) potens 2) insignis 3) et famosa, 4) ecclesiastico decore conspicua, christianae fidei 5) deuotissimis etiam zelatoribus praepollens 6) sexus utriusque 7) in regenda reipublicae politia singularis prudentiae uiris ornata ac* B *demum 8) ipsi regi ex omni parte accommodatior* (ob uiciniam) *existeret, reliquias et insignia transferre uoluit illuc, perpetuo ibi conseruanda.* Cum fide publica hic uti liceat, operae pretium non est, ei priuatam iungere ex testimonio historicorum.

§. 5. 6.

Causae singulares electae ad hunc sparsum Noribergae.

Quarta a pontifice.

§. 5. *Sunt tandem, qui hanc gratiam debent pontifici, quod ciuitatem, antiquae fidei tenacem, Caesari ad hanc spartam commendauisset (aa). Quod facile daremus, nisi in hac historia uirus lateret, nostris omnino depellendum (bb).*

Pontificis R. fauor in Noribergenses.

(aa) Nam uerba Caesaris sua fecisse pontificem Romanum, cum eoque in *iure tutelari,* Noribergae adsignando, conspirauisse: illud quidem est, quod uidimus in nota praecedenti. Neque uero MARTINVS V. tantum promouit Noribergensium fortunas: sed etiam post ipsum PIVS et NICOLAVS, qui diuerso tempore *custodiam imperialium reliquiarum* non solum confirmarunt: sed etiam sacri exilii poenam omnibus dictarunt principibus, qui ius, Noribergae semel delatum, conuellere auderent in dubiumque uocare. Tempori parcimus, quin ipsa bullarum uerba hic exscribamus. Quae relegere licet in *adpendice* diplomatico *litt. E.* ubi bullae uerbatim exhibentur. C *reliquias exportare uel extrahere aut alias alienare quoquomodo.* Inde ERDTMANNVS *in Noriberga in flore p. 14.* arguit: *Nota bene sub qua conditione Noribergenses adseruent insignia imperii.* Huc respicit OBRECHTVS *de clenod. §. 12.* quando inquit: *Auctor est uirulentissimae pareneseos ad Ferdinandum II. imperatorem et electores imperii de transferendis Noriberga in alium locum sacri R. I. reliquiis.* Verum D exploduntur merito haec consilia idque ob causas infra suo loco indicandas. Reponet enim ad haec theologus: *quod Lutherana fides sit catholica,* ab illaque, per dogmata Lutheri, nulla urbi obiicienda defectio. ICtus negabit, fas esse pontifici, gratiam uniuersim urbi factam, ad limites constringere symboli Romani. Accedit imperii uox uniuersi: *euangelicos ritus* non haereticos esse pontificiis in

Num clausula iuris commissoria obsit Noribergae Lutheranae?

(bb) Nil dissimulamus. Verum est, in bulla Martini V. papae, quam exhibet *adpendix diplomaticus lit. E.* haec verba leguntur: *Reliquiae et insignia conseruentur Noribergae. Nisi forsitan, quod Deus auertat, contingeret, populum illius a fide deuiare catholica, nequaquam liceat inde* E nostra Germania. Vbi sacrilegii instar sit, Lutheranismum notare uerbo haereseos. Taceo, quod, post tot seculorum lapsus, causa haec imperii sit, necquicquam uero in principis solius arbitratu.

Sexta in Cunrado III. et Carolo IV.

§. 6. *Ad extremum illud singulare est, quod reliquiarum custodia urbem iam ante honorauerit Cunradus III. (cc) et, quod propius ad rem facit, Carolus IV. (dd). Vt opinabile sit, Sigismundum spem patris, Noribergae datam, large liberaliterque expleuisse.*

Conradus III. largitor Noribergensium reliquiarum an. 1140.

(cc) Non occurrit hic antiquioris fidei testis, quem tamen habuit forte PASTORIVS *in Franc. rediuiua cap. 2. p. 251.* dum scribit: *die Reliquien hat* Sigismundus *dieser Stadt verehret. Verstehe grössentheils. Denn Käyser* Cunradus III. *bereits* an. 1140. *etliche hieher nach Nürnberg geschencket hatte.* Illud tamen ex patria historia notum est, quod is imperator in deliciis habuerit Noribergam. Ceterum Noribergenses quoque reliquiae cum imperialibus non debent commisceri. Primum genus tribuere licet largitioni Cunradi III. uix alterum.

Caroli IV. promissio, factu Noribergae de iure insignium tutelari an. 1351.

(dd) Locum REBDORFFII dedimus supra *cap. 2. litt. kk. p. 11. 12.* Succedat ei ALBERTVS *Argentoratensis*, cuius narratio ad an. 1352. est haec: *Conuenerant* F *rex Carolus & Ludouicus marchio in Nürnberg de mense aprili concordantes omnino. Et cum rex non posset concordare occupatores marchionatus cum marchione, quod cederent: ipse marchioni adhaerens alios coram se citauit fictumque marchionem cum suis banniuit. Marchio quoque lanceam, clauos, partem crucis christi et alia insignia, quae imperio dicuntur per Ludouicum imperatorem, patrem suum relicta, regi praesentauit. Recepta cautione de reducendis* in-

Cap. III. IV.

infra triduum uel iu Nurenberg uel in Franckfurt per regem. Quod non fuit impletum. Sed ea Pragam perduxit, de quo Bohemia nimium gratulatur. Quamuis uero dubitare aliquis posset, utrum Caesari et Brandeburgico tum marchioni fas fuerit, de iure custodiae transigere insignium uniuersi imperii; deinde pactum hoc personale fuerit, quod nulla ratione obligauit Sigismundum, patris non hereditario, sed electitio iure successorem: opinabile tamen est, inter argumenta suasoria etiam hoc fuisse Sigismundo, ut Noribergae deferret ius insignium tutelare expleretque ita spem, urbi factam a suo parente.

§. 1. 2.

CAP. IV.

CONTENTIO VARIORVM DE *IVRE TVTELARI* INSIGNIVM S. R. I.

Lis haec iure tutelari Noribergensium est antiquior.

§. 1. ***Vetustior Germania in dubio huius custodiae iure olim anceps fuit ac multiplex (ee). Quod insignium imperialium tutelam diuersi ordines temporibus diuersis sibi adrogarent. Neque disputatio, concertationis plenissima, ante habuit exitum: quam haec sparta, stabili aeternoque iure, Noribergae mandaretur (ff). Tantum abest, ut ex hoc tempore in arenam uocata sit insignium S. R. I. causa tutelaris*** (gg).

De iure tutelari insignium quotuplices contentiones?

(ee) Vix de patria Homeri aut tumulo Vlyssis uel Alexandri tot esse potuerunt discrimina, quam de *custodiae iure insignium S. R. I.* adnotata reperimus. Neque unius tantum uel alterius seculi disceptatio haec fuit. Sed lis haec quadringentis fere annis multoties concussit Germaniam nostram, quoties patria uel rege caruit Romanorum, id est, indubie suffecto successore, uel inter imperii candidatos aemulatio aut contentio orta, uel princeps imperio fuit exutus. Quorum dissidiorum hoc capite dabimus specimina sigillatim.

Quae exspirauerunt in an. CIↃ CCCC XXIV.

(ff) Non firmius esse puto argumentum pro custodiae iure, quo patria gaudet, quam hoc; quod ne uestigium quidem adpareat ullius porro de custodia insignium discriminis, postquam anno CIↃ CCCC XXIV. sparta tutelaris Noribergae fuit demandata: quorum dissidiorum tamen ante hoc tempus inuenimus numeros maximos funestissimosque. Ita enim animum, habendi & custodiendi insignia, omnes deposuerunt, herbamque porrexerunt uictrici Noribergae de palladio, largitione Caesaris Sigismundi, pace concentuque ordinum imperii, reportato. Post trium inde seculorum interualla, ut alius nullus, ita quoque Aquisgranenses ne quidem hiscere ausi sunt: ut mirum non frustra sit Noribergensibus, unde hoc tempore, (uerbis eorundem utimur,) nouos illi ac insolentes spiritus conceperint ad audendum et impugnandum.

(gg) Si casus exceperis *cap. 1. §. 3. 4. 5.* recitatos. Qui tamen non eo pertinent, ut pristina iura impetant, sed potius ut firment illa stabiliantque. Cum ciuitatem ex illo demum tempore hoc palladio habeant indignam, ex quo sacris locum fecit, nostro iudicio, purioribus.

Si fulmina aduersus euangelicos.

I. BOIORVM adrogatio custodiae insignium S. R. I.

§. 2. ***Principio*** **Boici** ***ICti tutelaria imperialium insignium iura duci*** **Boioariae** ***adseruerunt (hh). Me quidem iudice audacter ac insolenter (ii).***

BOIOARIAE DVCI ADSERITVR IVS TVTELARE INSIGNIVM S. R. I.

(hh) Primus forte et unicus huius iuris adsertor est *Christ.* GEWOLDVS *de septemuiratu c. 10. p. 752.* his quidem uerbis: *Secundo ad duces Boioariae a temporibus Ottonis III. ac deinceps ratione et respectu huius officii* (dapiferatus) *pertinuit semper, in curia atque custodia conseruare insignia imperii* (quae sunt *crux* et *lancea* regalis, *clauis* dominici corporis insignita, *sceptrum, globus* et *corona*) *iure* HEREDITARIO. *Eademque insignia duces Boioariae iure hereditario retinuerunt et custodierunt semper. Prout de utroque Henrico, Hezilone et sancto postmodum in Caesarem electo patre nimirum et filio ex historiis constat. Nec non de duce Henrico Caesaris Lotharii genero. Qui post soceri mortem Cunradi Sueui electioni, tanquam, se absente non legitime factae, se opponens: tandem, sententia mutata, legatis eiusdem Cunradi regis Ratisbonae regalia praedicta restituit.* Pro more etiam *recepto in coronatione Wilhelmi Ludouicus Boioariae dux, archidapifer globum aureum in manu eius posuit. Denique in solenni imperatoris deductione elector Bauarus pomum illud seu globum aureum praegestare de iure et antiqua consuetudine solet.* Hactenus Gewoldus. Quem alii omnes in hoc argumento exscribunt, neque tamen nouum sententiae adferunt momentum. Vt adeo nomina eorum laudare, parum aut nihil intersit.

Lib. Nider. Altorf. M. S.

Sigon. et al. Dodechin. an. 1138. Vrsperg. chron. Richersp.

Trithem. in chron. Hirsaug.

[ii] Pro-

Cap. IV. ADVERSVS BOICA IVRA IN CVSTODIA INSIGNIVM S. R. I.

§. 2.

(ii) Produnt hic quamplurima, GEVOLDVM ſcriptorem illuſtrem et eruditum hic non ad ueritatem diſputauiſſe, uerum ad ſui principis ſenſus, omniaque congesſiſſe, quae ullatenus facere uiderentur ad Boioariae adſerendum ſeptemuiratum. *Principio* autem exempla, ad quae prouocat hic ICtus, nullius ſunt momenti, imo euertunt potius cauſam tutelarem a Gewoldo adſertam, tantum abeſt, ut firment eam ſtabiliantque.

Quod Boiis Otto III. non dederit ius tutelare an. 1002.

Nam HENRICVS II. ſiue ſanctus inſignia imperii non pace Ottonis III. accepit: ſed potius eadem praeter ius et fas extorſit S. Heriberto, Colonienſi antiſtiti, cui Otto III. iam nunc moribundus illa commendauerat, ut ad ſororis maritum Ezonem ſeu Ehrenfridum, archipalatinum in Germaniam perferret. Codex MSC. BROVILLERENSIS ita rem narrat: *Heribertus uero inſignia imperialia ſecum ex Italia* (ubi Otto III. obierat) *aduexerat. Quod aduertens Henricus, dux Noricorum, eum iuxta alpes inuadit et dicta inſignia extorquens, ſibique imperium adſumit. Sed Ezo, quia bona illius multa inuaſerat, ſe opponit. Hinc Lotharingi eum non agnoſcunt pro rege.* Verba nobis dedit TOLNERVS *cap. 9. hiſt. archipalat. p. 233.* Idem fere habetur in ACTIS SANCTOR. BOLLANDI *die XVII. martii in uita S. Heriberti cap. 4. p. 472.* quod ipſe inſignia, ab Ottone III. cuius egerat cancellarium, accepta *Henrico cum dilatione et difficultate conceſſerit et in alterum tentauerit diadema transferre.* SCHATEN *lib. 4. annal. Paderb. ad an. 1002.* fide coaeuorum addit: quod Otto III ne quidem ſoli Heriberto dederit inſignia moribundus: ſed potius fidei illa commiſerit omnium epiſcoporum, moribundo Caeſari praeſentium. Vt adeo dubium ſit, quod ſupra ſcripſimus de archipalatino, et credibilius forte, Caeſarem hanc cuſtodiae ſpartam uniuerſis imperii proceribus, usque dum ſuffragiis eorundem nouus rex fieret, demandauiſſe. Accedit, quod pleniſſimi Boicorum annalium conditores, neque ante tempora Gewoldi neque poſt illa, auſi fuerint, ex hoc ducis ſui conſilio, ſibi aut ſuae genti aliquod tribuere ius tutelare, multo minus illud habere pro aeternum hereditario. *Ioan.* ADLZREITTERVS *ſanctioris in Boioaria ſenatus cancellarius part. 1. lib. 15. §. 7. p. 377.* rem ita deſcribit: *Henricus imperii inſignia allata ex Italia, una cum Ottonis exuuiis, in ſuam cuſtodiam recepit. Crucem uidelicet, ſceptrum, globum, coronam, non uanum adeundi faſtigii imperialis authoramentum. Sacram lanceam, praecipuam regnantium tutelam Heribertus Coloniam clanculum auerterat. Ei demum daturus, quem procerum uota ad imperium poſcerent.* Quod antiſtitis factum tantum abeſt, ut improbet illuſtris auctor, ut potius probet illud tueaturque his quidem uerbis: *Quod factum* (antiſtitis) *tametſi innocens et optimae in rempublicam mentis, tamen obtrectatorum dicacitas apud Henricum ſic traduxit, ut, colliſis animis, orta ſit materia diſſenſionum.* Cum itaque Adlzreittero tanta in rebus Boicis induſtria, cura principis, fides, notitiaque: nemo fuerit, qui dixerit, eum uel domeſticum hoc ius ignoraſſe, uel, ſi conſtiterit illi de eodem, diſſimulauiſſe illud, multo minus, contraria ei narratione, euerſum uoluiſſe. Audacior tamen eſt Gewoldus in exemplo altero.

Neque Lotharius an 1139.

Quis enim ueterum unquam uel ſomnians dixit, Henricum ſuperbum, Boioariae ducem, ſoceri ſui, Lotharii Caeſaris inſignia hoc iuris tegumento ſibi adrogauiſſe, quod Boioariae *cuſtodia* competeret inſignium et clenodiorum imperii. Aliae enim cauſae adſunt. Quia Henricus Caeſaris demortui gener eſſet inueniretque imperialia inſignia inter ſoceri ſui theſauros; deinde ipſe crederet, illa non alii tradenda eſſe, quam legitime electo imperatori; praeterea ipſe non minus eſſet inter imperii candidatos. Quamprimum enim animum exuit ſibi habendi imperium, etiam imperialia inſignia Cunrado III. tradidit aemulo hactenus et riuali. *Otto* FRISINGENSIS *lib. 7. c. 23. Solus ex principibus dux Henricus, regalia ſeruans, aberat. Ad quae reddenda ei dies praefigitur Ratisponae. Quo ueniens* regalia *quidem multis illectus promiſſis, reddidit, ſed tamen ea minime conſecutus, ſine gratia receſſit.* Plenior hic eſt *Gotfridus* VITERBIENSIS *part. 17. chron. p. 511.* In *gratiam* omnes recepti ab Cunrado III. *excepto ſolo duce Bauarorum, Henrico, qui cognominabatur ſuperbus. Apud quem etiam inſignia regalia contumaciter adhuc detinebantur. Erat enim gener defuncti imperatoris Lotharii. Et ex hoc NB. tenebat regalia. Ad regnum, quantum poterat, adſpirabat. Coactus* uero *tandem regalia, id eſt, crucem, lanceam et coronam reddidit, gratiam autem regis non impetrauit.* Addunt alii, quod Lotharius ſocer ipſi commiſerit inſignia, quia gener eſſet, non quia Boioariae ius aliquod competeret tutelare, teſte MVTIO *lib. 17. ad an. 1138. p. 137. Andreas* PRESBYTER *in uita Cunr. III.* ait: *Inſignia regalia detinebat Henricus. Erat enim gener Lotharii et ex hoc tenens regalia, quantum poterat, ad regnum adſpirabat. Ratisponam tandem ueniens reddit regalia, crucem, lauream* (lanceam) *et coronam.* Arripuiſſe Henric. inſignia, quia *in finibus Henrici Lotharius obiiſſet,* ſcribit iudicatque ALBERICVS *ad an. 1137. p. 281.* Cui conſentit AVENTINVS *lib. 6. p. 384.* his verbis: *Henricus Boiorum regulus, gener imperatoris, Lotharii imperium adfectat, inſignia imperii retinet.* Addit cauſam, *Nam ſocer in eius ducatu obierat.* Locum ex TRITHEMIO ad an. 1137. chron. *Hirſaug.* exſcripſit

Cap. IV. *§. 2. 3.*

Franc. PAGI, sed auctum calamo ipsius. Neque enim in codice Hirsaugiensi ita reperitur; *Henricus Bauariae dux, qui socero morienti adstabat, insignia imperialia, hoc est, coronam, sceptrum, gladium et crucem, quae Caroli imperatoris fuisse traduntur, sibi cum imperio usurpare nitebatur.* Quid? quod, iudicio VRSPERGENSIS ad *an. 1126.* Henricus Boioariae rex non insignium sibi custodiam tribuit: sed hoc consilio illa sustulit, ut comitiis imperii illa offerret. *Dux uero Henricus, in cuius finibus obierat Lotharius, regalia reseruauit, ut in generali conuentu principum, qui Moguntiae conditus fuerat, praesentaret.* Inter tot igitur causas insignium ab Henrico acceptorum, uel quod ipse in Caesaris esset *familia:* uel quod Caesar in *territorio* eius diem supremum *obiisset:* uel quod *imperator* haec illi demandauisset moribundus: uel quod sibi *uiam* ita parare uellet ad imperium: uel tandem, quod in animo haberet, illa *principibus* imperii comitialibus offerre: nullus tamen est, qui Gewoldianae sententiae quicquam assentiretur crederetque, *Boioariam insignium* imperialium deam *tutelarem.* Taceo, quod et ante haec tempora et post de hoc iure custodiae disceptatum sit multoties, neque tamen reperiatur, Boios fuisse in huius concertationis societate. Vltimum uero, quod urget Gewoldus, nullarum quoque uirium est. Sit enim, quod archidapifer in actibus comitialibus pomum aureum gerat praeferatque illud imperatori: quid? quaeso! inde. Cum idem non solum faciant electores alii: sed etiam singuli in domesticis clypeis circumferant imperialia idola. Vno archipalatino excepto, cuius hic institutum est recentius, quod ipse quoque PREHERVS agnoscit *lib. 1. c. 15. p. 113.* causasque magis apertas addidit *Dn. Praes. de formula march. Brandeb. §. 9. litt. h.* Tantum abest, propterea aliquid praecipui iure dandum esse archipalatino.

Nullum a iure gestandi insignia ad ius custodiendi uinculum consecutionis.

II. ARCHIPALATINI.

§ 3. *Tegumentum eiusdem iuris, maius forte, habuit quondam* ARCHIPALATINVS (*kk*). *Sed tamen non minus ficte simulateque (ll).*

Pro tutelari iure archipalatini argumenta.

(kk) Recurrunt hic argumenta, quibus usus est Gewoldus, ad haec iura adserenda Boiis. Cum enim *archidapiferatui* hanc ipse tribuat iuris tutelaris praerogatiuam, non possunt non iisdem uestigiis insistere scriptores archipalatini. Qui *archidapiferatus* spartam non Boiis propriam esse uolunt: sed potius archisolii palatino ad Rhenum. *Deinde* ad heraldica archipalatini insignia prouocant, quibus *pomum imperiale* sit insertum. Quod adlegare non possint in Boicis insignibus adseclae Gewoldi. *Porro* ad prouinciae, Rheno uicinae, iura primaria oculos uertunt, putantque uinculum consecutionis esse firmissimum, ut imperii insignia custodiantur in imperiali archisolio, non solum, quod ille honor dari nequeat prouinciis minus primariis; sed etiam, quod coronationis imperialis actus ad istum locum, aeterna lege defixus, in quo potissimum opus sit usu insignium imperialium. Quapropter ex hoc loco illa minus adposite auellantur. Esse uero uel ex *archipalatini* etymologia clarum, quod ipse archisolii supremus curator sit iuraque tutelaria habeat omnium imperialium cimeliorum, ibi repositorum. *Tum* uicariatus quoque iura accedere, perhibent, quibus insignium tutela admodum sit concinna. Quod Caesaris demortui uices habeat palatinus, uacante imperio, atque in his pariter insignium custodiam, uiuo Caesari haud dubie competentem. *Praeterea* coniecturas exemplis firmari putant illorum imperatorum, qui, iam moribundi, custodiam insignium commendauerint archipalatino. Testimonia enim historicorum in praecedenti *§. litt. ii. p. 25. 26.* recitata sunt, quod Otto III. imperator insignia S. Heriberto hoc fine dederit, ut illa perferret ad *archipalatinum.* Ad uetustius prouocat exemplum TOLNERVS *cap. 4. p. 124. Defuncto Cunrado I.* inquit, *statim Eberhardus Palatinus C. ex mandato fratris insignia Henrico I. obtulit. Palatii enim comites, ut imperii uicarii, insignia imperii, nouo regi deferenda, custodiebant.*

Aduersus tutelaria iura ARCHIPALATINI.

(ll) Non difficilior hic argumentorum dissolutio, quam in §. praecedenti. Nam *primo* dictum est doctumque, archidapiferatus spartam in dapibus ferendis uersari, necquicquam in imperialium insignium custodia *Dn. Praes. §. 9. litt. h. dissertat. de formula Marchiae.* Vt adeo parum hic intersit, cui illa tribuatur, Boioariae duci, an uero archipalatino? *Deinde* pomi imperialis in archipalatini insignibus recentioris est instituti *Dn. Praes. l. c.* tantum abest, inde iuris uetustioris pendere posse aliquod momentum. Quid? quod alii principes electores omnes partem insignium imperialium suis clypeis inscribant, archicamerarius sceptrum, archimareschallus ensem, archipincerna poculum, qui tamen sibi ideo spartam non adrogant horum insignium tutelarem. *Post*, quamuis curam archisolii imperialis nemo disputet archipalatino: tamen ex illa nullum est uinculum consecutionis ad ius tutelare insignium. Partim, quod nulla eius uestigia supersint, partim, quod tale quid nullo unquam tempore sibi adrogauerint archisolii ciues, ut potius ex omni aeuo constet, insignium custodiam ante annum christi cIɔ ccccxxiv. fuisse admodum incertam, ne-

que

Cap. IV. que ulli ordinum uel consuetudine uel lege certa adscriptam. *Praeterea* neque primariae prouinciae gloria, qua Francia gaudet, Rheno uicina, hic aliquid adfert momenti. Nam iuris eandem strictissimi esse, propterea patet, quoniam hodie ne quidem *praecedentiae* locus a ceteris Germaniae prouinciis relinquitur pago Rhenensi. Tantum abest illam in iure cimeliorum imperii aliquid praecipui habuisse. *Ad extremum*, quod ad exempla attinet, illa alias omnino caussas habent, quam muneris rationem archipalatini. Nam Otto III. imperator Ezoni seu Erenfrido archipalatino propterea destinauisse fertur imperialium insignium custodiam, quia ille *sororis* esset maritus factusque ab imperatore *uicarius* imperii. Recitabimus uerba *MSCt.* BROWILLERENSIS *cap. 1.* in uita Ezonis, interprete PAPEBROCHIO *in act. SS. mens. Maii die XXI. p. 52.* quae haec fere sunt: *Hic interposuerat interpolator caput integrum* (doleo Papebrochium filum abrupisse) *quo narratur, quod Otto 3. Heriberto Coloniensi commiserit insignia imperii, ad sororis maritum Erenfridum archipalatinum deferenda. Quae cum intercepisset Henricus* (sanctus) *regnum integro anno uacauerit. Cumque insuper* IVRA PALATINI (tutelaria) *idem Henricus inuaderet: hic contra eum arma sumpserit, adiunctis sibi Lotharingis, qui Henrico obedientiam praestandam pro decennio suspenderint. Interim acta Moguntiae causa, cum pro Henrico iudicaretur discessisse Erenfridum* (archipalatinum) *statiuaque fixisse in Odernbeym. Vbi eum inuadens Theodoricus, Mosellanorum dux, praelio victus captusque sit. Cum tanta suorum strage, ut in prouerbium iuerit soleantque amicis optare, ne in Odernbeim unquam ueniant. Tandem pacem eo pacto initam, ut Henricus Erenfrido insulam S. Suiberti Duysburg et Salaueldt cederet. Deinde, interueniente Henrici, Mizeconi, Polono tunciam Richezam, Palatini filiam.* Non nescio, haec ideo in dubium uocauisse Papebrochium, quod fide Diethmari et Lamberti constet, Henricum II. an. 1002. inauguratum esse, neque hostes alios habuisse principio, praeter Hermannum, Alemanniae et Alsatiae ducem. Quicquid sit, TOLNERVS, qui dubia Papebrochiana respondit *c. 9. p. 233. 234.* ipse tamen agnoscit, non Erenfridum, qua archipalatinum sibi ius tutelare adrogauisse insignium imperialium, sed propterea, quod Caesaris pro se haberet supremam uoluntatem. Vltimum momentum est archipalatini *uicariatus*, qui *duplicem* habet significatum. *Vnum* ante auream bullam: *alterum* post eandem. *Primus* tantum in actibus uersabatur comitialibus et exercenda ibidem, nomine imperii, iurisdictione: alter uero limitibus circumscriptus est aliquot tantum Germaniae prouinciarum, duce carentium, graui teste *AB. tit. 5.* Ad *neutrum* trahi potest insignium custodia. Vtrumque enim rem tantum *iudiciariam* respicit: sed custodia cimeliorum aulici muneris est, a iure dicundo maximopere alieni. Quo lumine TOLNERVS legendus *c. 4. p. 12. in histor. Palatini uicariatus.* §. 3. 4.

III. ARCHICAMERARII. §. 4. ARCHICAMERARIO *in aliis regnis cimeliorum imperialium custodiam demandari (mm), id quidem est testatissimum. In Germanico autem imperio ea de re nihil inuenio adnotatum (nn).*

Insignium custodia penes ARCHICAMERARIVM *in regnis aliis.* (mm) Nolo loca aliorum excutere, qui hanc custodiae spartam in archicamerario adnotauerunt. LEGES PALATINAS Iacobi, Arragoniae regis, testes habemus omnium luculentissimas. Scriptae sunt illae circa annum CIƆCCCXX. atque nuper cum insigni commentariolo et centum figuris, aeri incisis, editae a PAPEBROCHIO loco accessionis ad *tom. 3. actor. SS. in principio*; dignissimae profecto, quae prodirent sigillatim. Quod plenior aulicorum munerum descriptio ex medio aeuo speranda non sit, ut potius eorundem hodiernos adparatus si non uincere, aequare tamen omnino queat. *Part. 2. c. 1.* de *officio* agitur CAMERLINGI, quod inter alia plura est hoc: *ut Camerlingus, facto prius inuentario de omnibus, quae sunt in reposito nostro et quae tenentur per armatorem, et quae de rebus, quae pro quotidiano seruitio aliis officialibus, et submissis, committuntur, ut et argentario et aliis, diligentiam in custodiendo adhibeat opportunam.* Et cap. 3. *Suberunt camerlingo camerarii. Hi siquidem debent uestes et calceamenta personae nostrae munde et honeste tenere, lectum nostrum facere et parare. Vtque camera nostra sit conuenienter ornata cauere, et debet omnino unus semper in camera iacere. Nocte etiam procurent, quod ibi uinum et aqua sufficiens ad bibendum, propter casus, qui quandoque de nocte proueniant improuise, species confectae ad comedendum, cetera.* Propterea etiam *c. 16. argentarius et thesaurarius camerlingo* subiiciuntur, quod uasa aurea et argentea aliaque cimelia ad nutum illius promere iterumque reponere iubeantur. Inde camerarii munus his limitibus ex ratione medii aeui describit FRESNEVS *h. u. p. 702.* camerarius *est dignitas in palatiis regum, cui camerae regiae, id est, thesauri seu* CIMELIORVM *regis cura incumbebat.* Quorsum etiam respexit HINCMARVS *de ordine palatii cap. 22.*

[nn]. In Germanico imperio res haec eo certior est, quo minor numerus archiofficiorum. Si enim uel imperator uel proceres insignium imperialium custodiam credere ac demandare uoluissent uni archi- *Cui etiam hic rationes faueant* ARCHICAMERARII S. R. I.

Cap. IV.

archiofficialium, certe alii nulli haec sparta concinna fuisset, quam archicamerario. Reliqua enim *archiofficia* ab hoc iure tutelari sunt alienissima. DIETHMARVS *lib. 4. chron. Merseb. p. 160.* singulis archiofficialibus suos ponit scribitque limites, his quidem uerbis: *Celebrata solennitas in Quedlenburg a rege, ubi quatuor ministrabant duces 1) Henricus ad* mensam *2) Cunradus ad* cameram *3) Hezil ad* cellariam *4) Bernhardus* equis *praefuit.* Qui ergo uel mensae uel cellariae uel stabuli rectoribus tribui queat custodia cimeliorum, ego quidem non uideo. Sed illum hoc munus tangere potest, cui uniuersi palatii et camerae incumbit custodia, ubi cimelia haec adseruantur. Atque in eo uersatur officium archicamerarii. Inde WITTEKINDVS ad *an. 936.* de archicamerarii muneris amplitudine celebre testimonium habet: *Lothariorum dux Gieselbertus* OMNIA PROCVRABAT (qua camerarius) *Eberhardus* mensae *praeerat*, *Hermannus* pincerna, *Arnulfus* equestri *ordini.* Vnde facile ad intelligendum est, quod aliorum *officiorum* orbes singulares ac tenues fuerint, solius camerarii sparta amplior patentiorque, ut cimeliorum curam habere posset sub complexu. Accedit, quod symbolum ac schema imperialis archicamerarii olim non solum *clauis* fuerit, sed etiam *sceptrum.* Vnde causa ad diuinandum, quod uetustas illi claues destinauerit ad arcam, in qua posita sunt imperialia cimelia. Quod si usu unquam uenit, ius hoc non morte expirauit Caesaris, quoniam archiofficia Germaniae pendent ab imperio, quod est immortale. Non igitur habeo, quod reponam illis, qui in Westphalica pace, in archicamerarii gratiam, obloquuti sunt thesaurarii auspicio. Quasi insolentia noui muneris sacros uiolaret limites supremi in imperio camerarii, cuius sparta tutelam complecteretur thesauri imperialis. Quod adeo certum est, ut eo ipso *b. m.* WAGENSEILIVS *de officialib, imp. cap. 10. §. 2. p. 153.* insigni errore lapsus sit. Qui sibi persuadere uoluit, archicamerarii imperialis munus in sola *thesauri* ac redituum imperialium procuratione uersatum fuisse, necquicquam in *praefectura* sacri *cubiculi* Caesaris. Vtramque uero spartam archicamerarii fuisse, adfirmamus. De ultima tot medii aeui loca testantur, ut uix adsequar, quid tantum uirum hic agere potuerit in transuersum. Nisi dixeris, eundem sacrae antiquitatis magis studiosum fuisse, quam barbarae ac ciuilis medii aeui. Ceterum in tanta rationum luce, ob quas insignium custodia dari potuerit archicamerario, nihilominus loca desidero, unde quodammodo constet, illud usu uenisse in imperio Germanico. Felicioribus forte esse licuerit illis, qui copiam tabulariorum imperialium habent, quibus etiam prouinciam ad indagandum et eruendum relinquimus et uoto nostro commendamus.

§. 4. 5.

IV. ARCHITHESAVRARII.

§. 5. *Multo minus eo se extendit sparta* ARCHITHESAVRARII *(oo): quae noua est, neque limites accepit (pp) eo prolatos.*

THESAVRARII *munus alibi in iure insignium tutelari.*

(oo) Vidimus in §. praecedenti *litt. mm, p. 29.* quod ideo thesaurarii, cimeliorum regalium custodes, subditi fuerint archicamerario, quoniam suprema imperialium reliquiarum cura illis fuerat demandata. In *Angliae* regno ius tutelare insignium et clenodiorum regis thesaurario sigillatim tribuit FLETA *lib. 2. c. 26. 27. 28.* De *Galliae* regno pariter traditum est memoriae, quod thesaurarius *regalium thesaurorum* fuerit *custos* ac procurator. Monumentum habes apud LABBEVM *tom. 2. biblioth. Msct. p. 366.* et apud SVRIVM *in uita S. Audereni c. 4. mensis Aug. die 24. p. 257.* Ad quem aulicae elegantiae morem etiam sacri respexerunt antistites, qui in coenobiis *thesaurario* omnium clenodiorum tribuerunt praefecturam. *Wilh.* DVGDALE *in monastico Anglicano tom. 3. p. 241. 242.* testimonium habet luculentum, his conceptum uerbis: *Officium thesaurarii est, ornamenta ecclesiae et thesauros custodire.* Idem *p. 250. thesaurarius custodiam clauium thesaurariae a modo habeat. Nec decanus eius officio se immisceat.* Idem *p. 337.* distinctius: *Thesaurarius, capituli minister, totius ecclesiae thesauri custos est. Vt sunt * reliquiae, libri, uasa, uestimenta, calices, cruces, curtini, puluini, pallia et id genus similia. Haec omnia eius fidei et custodiae commissa et tradita; sunt descripta in quodam libro testificante, quae et qualia sunt, quae in ecclesiae thesauris numerantur. Quorum omnium, ut fidelis custos sit, sacrosancto iureiurando adstringitur. Is nec immutare quippiam nec accommodare aliquod alicui potest, decano et capitulo inconsulto.* Et porro, *Is thesaurario sacristam sub se habet coadiutorem et concustodem.* Taceo alios testes generis eiusdem apud *Seldenum, Fresnenm, Iacob. Gothofredum*, aliosque antiquitatis Romano barbarae indagatores.

ARCHITHESAVRARIO S. R. I. *qui non competat ius insignium tutelare?*

(pp) Notum enim est, quod architesaurarii munus in Germanico imperio ante fuerit inauditum, quam belli tricennalis incendia cogerent pacificatores, ut nouum archipalatino *electoratum* concederent cum eoque insolens ac nouum hoc archiofficium. Equidem semper credidi, ultimo tum necquicquam opus fuisse, partim quod *electoralis* dignitas et inde pendentia iura et olim sine archiofficio fuerint et sine illo esse possint etiamnunc; partim quod *archipalatini* nomen pariter archiofficii sit. Vt adeo hoc satis

esse

Cap. IV. §. 5. 6.

esse potuerit nouo electori, siquidem archiofficii habuit aliquot desiderium. Sed haec cursim moneo. Sufficit enim nostro instituto, quod uerba, in FORMVLA PACIFICATORIA *an. 1651.* demum pro munere archithesaurarii concepta, talia sint, quae nos ab omni metu liberant, fore, ut aliquis hoc conatu peccet, quo nouo thesaurario imperialium insignium spartam tribuat tutelarem, Noribergae duobus seculis ante demandatam, quam archithesaurarii munus audiretur in Germania. Legi potest *dissertatio*, an. 1711. Helmstadii scripta propugnataque *de Germanici imperii archithesaurario*, auctore *Frid. Aug.* HACKMANNO, Iuliae professore.

V. CAESARIS uiui.

§. 6. *Illud de Germanicis* IMPERATORIBVS *certum est, quod uiui nunquam de se dimiserint imperiales reliquias* VSVMQVE *earundem habuerint fere* QVOTIDIANVM *(qq). A quo tamen iure ipsi remiserunt, postquam sparta tutelaris Noribergae fuit demandata (rr).*

Olim insignium S. R. I. usus fere quotidianus.

(qq) Nemo quidem de hoc dubitauerit, cui Caesarum habitus constat, in medio aeuo fere quotidianus. Scilicet, quod de Iustiniano Caesare P. DIACONVS *lib. 16. p. 485.* ex eoque *Dn. Praeses dissert. 1. differentia 14.* ostendit, Caesares Romanos uix in publicum prodiisse, nisi purpura et reliqua ueste imperiali essent induti et diademate caput redimiti: illud usu quoque uenit olim apud Germanicos imperatores. Vt ipsis imperialis habitus perpetuus esset et ubique solennis. Hoc enim ornatu conspicui fuerunt in ecclesiis, in cubiculis, in iudiciis, comitiisque, in itineribus, in castris, in ludis, et ubi denique non? Quod cum ita sit, ita autem esse, agnoscunt omnes, fieri non potuit, ut insignia imperii in uno loco ponerentur, quibus omni fere momento opus habuerat imperator. Quapropter ipse insignia domi posuerat tuleratque illa secum, ut, quoties uellet, illis uteretur. Tantum abest, Caesares insignia uel semel de sua custodia dimisisse (*). Siue igitur imperio exueretur ab ordinibus, siue obiret supremum diem Caesar, semper reperta sunt insignia imperialia inter eius reliquias. Et sane faciunt haec, ut mecum omnino dubitem, quo iure imperialibus insignibus aeuum tribuatur Carolingicum. Vsu enim quotidiano ueste set mitrae omnino attritae et consumtae sunt, ut hanc ferre non potuerint aetatem. Est igitur necesse, ut credamus, quemlibet imperatorem iuxta habitum, imperio sacrum, propriis usum esse uestimentis regalibus, nisi religio aut solennia suaserint, indui illum imperialibus reliquiis.

Hodie insignium S. R. I. usus Caesari post inaugurationem nullus.

(rr) Vsque ad tempora Sigismundi atque annum CIϽCCCCXXIV. his moribus nixisse imperatores, ut secum imperialia insignia, ubi locorum essent, circumferrent, iisque induti fere quotidie conspicerentur, illud quidem intelligi potest ex superiori *cap. 2. §. 2.* Verum postea ab his moribus, ut alii principes cultioris Europae, ita etiam imperatores sunt desuefacti. Postquam ultimi in hoc consenserunt, ut insignia ac diademata imperialia Noribergae crederentur ad stabilem et aeternam custodiam. Inde enim insignia repetita non sunt, nisi ad actum publicum coronationis. *Fridericus V. quamuis ornamenta sibi pretio incredibili comparasset, in hanc tamen solennitatem* PALLIVM, ENSEM, SCEPTRVM, POMVM, CORONAM*que Caroli M. ut fama fuit, ex archiuis* NORIBERGENSIVM *ad se deferri curauerat. Datur enim hoc uetustati, ut plus maiestatis habere uideantur, pondere noua carent. Quod si tales Caroli M. ornatus fuere, constat principes regesque uetustiores non tam uestis ornatum, quam nominis gloriam quaesiuisse. Quod si autem Caroli IV. fuerunt, ut mihi leo Bohemicus persuadet, est, quod amplius miremur, tam breui tempore in tantam creuisse luxuriam, ut uestimenta Caroli rusticana putes, si ad Friderici nostri ditissima et ornatissima compararis. Vtinam ueteres uirtute superaremus, quam in illis uanitate praestamus.* Verba sunt *Aeneae* SYLVII *in uita Frid. V. p. 80. 81.* Quapropter illa iam aetate inter res insolitas idem refert *p. 82. quod imperator* Romae *coronam ieiunus * totam diem gestauerit, auro et gemmis grauem, indutusque trabea trecentos milites percusserit gladio.* Recte PASCHALIVS *lib. 10. cap. 10. p. 696.* huius mutationis nos admonet, his quidem uerbis: *Hic aduertendum, non solum capite regis gestari diadema, sed et in ipsis adytis regiae domus super tribunali regio plerumque seruari. Qui mos ostentandi et adseruandi diademata hodie fere obsoleuit. Nisi in ipsis solennis inaugurationis. Cum rex aut imperator, sic ornatus, equites creat taliaque principum munia fungitur. Sed et mos reponendi diadema super sella regis hodie quoque est inter obsoleta.* Causae forsitan non difficiles sunt ad indagandum. Quia nostra tempora absunt a superstitione, cui immersa quondam fuerat uetustas: quia spernunt nostri principes spe-

(*) Imitatione regum ac monarcharum ueteris aeui. De *Alexandro* memorabilem locum habet DIODORVS *Siculus lib. XVII. part. 2. p. 624.* unde constat, illum diademate et uestimentis regalibus uel sellam suam instruxisse uel illis fuisse indutum. Inde etiam ATHENAEVS *lib. 5. deipnosoph. p. 202.* commemorat: *super regis Ptolomei sella coronam fuisse, ex aureis decies mille conflatam.*

Cap. IV. ciem inanium: quia ipsi subditi be- A nostro aeuo est fides in unctionis sacramentum et sacras imperii reliquias, cetera. §. 7.
ne norunt, quod potestas regem faciat, non diadema: quia infirmior

VI. CAESARIS ultima uoluntate. §. 7. *Grauior dubitandi caussa est, quid hic possit* VLTIMA CAESARVM *uoluntas* (ss). *Quod exempla supersunt eorum, qui imperialium insignium custodiam legauerunt aliis* (tt), *usque dum de nouo Caesare adpellando in comitiis constaret.*

Num Caesar insignium custodiam alicui credere possit ultima uoluntate? *a) qui desideretur huius iuris decisio?*

(ss) Mirum, hac de re nihil constitutum esse in imperio Germanico, cum tamen inde occasio nata sit ad bella et digladiationes, quibus toties concussa est Germania nostra, quoties illa uiuo Caesare sibi non prospexit rege Romanorum, id est, indubio successore. De exemplis uidebimus in animaduersione sequenti. Nunc B de rationibus. Quemadmodum enim alias uulgi sermone dicitur, *quod res omnium res sit nullius:* ita etiam euenire hoc solet in insignium custodia, mortuo imperatore. Nemo nescit, proprietatem insignium *imperii* esse atque huic, post obitum Caesaris, illa deberi. Sed cum imperium *ens* sit *morale*, quod omnes aut plerosque ordinum numeros complectitur: illius nomen multis uariisque modis C hic potest eludi. Inprimis ideo, quia tempore interregni uix sperare aut metuere licet, ut *omnes inuicem consentiant* conspirentque in unum idemque: *deinde* quondam comitia ipsa ignara fuerunt consuetudinis aut legis, ut numeros sequerentur partis *maioris*, sed quilibet suis sensibus gauisus est, quousque a potentiori non ui aut metu tractus fuerat in partes aduersas: *post* inter ipsos *proceres* D *aemulatio* tanta, ut fieri non posset, uni, omnium pace consensuque, demandari insignium spartam tutelarem: *denium* consultius fore crediderunt ipsi ordines imperii, ut insignia uel tutores haberent incertos uel in Caesaris familia relinquerentur plerumque inermi, quam custodia eorundem, uacante imperio, praepotenti principi committeretur. Qui uel sibi uel aliis ita uiam parare posset ad imperii fa- E stigium, non expectata legitima electione.

z] pro Caesaris ultima uoluntate tegumenta.

Hoc rerum statu, Caesares id sibi adrogarunt, ut disponerent ultima uoluntate, penes quem, quoue in loco insignia interim custodirentur, donec de nouo Caesare adpellando ordines in comitiis conuenissent. *Tegumenta iuris* huius erant uel esse poterant haec. *Quod* sibi idem sumserint Caesares et reges Carolingici. *Respond.* Ab his ad postcarolingos nullum F uinculum consecutionis. Quoniam Carolo M. imperium hereditarium fuerat et tantum non patrimoniale. Post autem Carolingos iura Caesaris cum uita illius expirant in formula regni electitii. *Deinde*, exempla superesse putant etiam Caesarum postcarolingicorum, qui fecerint idem. *Respond.* Non quaeri, quid factum sit, uerum quid debuerit fieri. Neque inde consuetudini locum esse, ubi desit patientia alterius. Cum uel ex §. 2. *litt. ii.* constet, saepissime Caesaris hic uoluntatem ultimam clusam insigniaque extorta fuisse illis, quorum custodiae Caesares illa commiserant. *Porro* desiderari tamen putant insignium ordinarios ab imperioque adpellatos custodes. *Respond.* Nulla consecutio, res non est tua, ergo est mea, et satis est, legem nullam pro Caesaris hic loqui ultima uoluntate. *Deinum* ultimae uoluntatis in iure fauorem laudant, quo curandum sit, ne illa impugnetur. *Respond.* Axioma iuris intelligendum esse de rebus, defuncti propriis, non de iuribus usufructuariis, in quorum numero reliquiae imperiales.

EXEMPLA *Caesarum, qui disposuerunt: de insignium custodia.*

(tt) Principem in exemplis locum habet historia Cunradi primi. De hoc enim claris uerbis WITTEKINDVS *lib. I. annal. p. 636. 637.* scribit: *Cunradus cum se morbo sensisset laborare, uocat fratrem, quem ita adloquitur. Sentio me diutius uitam tenere non posse. Quapropter attende fratris consilio. Fortuna Henrico cedit, rerum publicarum penes Saxones summa est. Sumtis igitur his insigniis 1) lancea sacra 2) armillis aureis, cum 3) chlamyde et 4) ueterum gladio regum ac 5) diademate ito ad Henricum* (aucupem) *facito pacem cum eo. Ipse enim rex erit et imperator multorum populorum. Vt ergo rex* (Cunradus frater) *imperarat, Euerhardus adiit Henricum seque cum omnibus thesauris illi tradidit. Deinde exercitus Francorum designauit eum regem coram omni populo Francorum atque Saxonum.* Idem enarrat EKKEHARDVS *cap. 5. de casib. monast. Sangall.* summatim his uerbis: *Incipiens autem mori clam loquitur fratri. Sumens* CORONAM *et* SCEPTRVM *nocte dieque accelera ad Henricum teque et regnum ei meis uerbis in manus dato. Fecit igitur, ut rex iusserat, ueniensque secretum Henrici petit alloquium. Eliminatis omnibus ipse ostium claus sit chlamideque exuta ad pedes uiro corruens, nimis stupenti coronam et sceptrum detegit et, quae iussus est, narrat.* Vtroque plenior est LVITPRANDVS *lib. 2. c. 7.* Postquam enim commendasset Henricum aucupem ad imperium, pergit. *His itaque prolatis, propriam* CORONAM *non auro, quo cuiuscunque pene ordinis principes pollent, uerum * gemmis pretiosissimis non solum ornatam, sed grauatam,* SCEPTRVM *et cuncta, quae regalia sunt*

Cunradi I. *anno 918.*

IN-

Cap. IV. §. 7. 8.

INDVMENTA, *in medium uenire praecepit et huiusmodi uerba effudit: heredem regiaeque dignitatis uicarium regalibus meis ornamentis Henricum constituo. Cui ut obediatis consulo et oro. Ipso igitur mortuo, memorati principes coronam cunctaque regalia indumenta Henrico duci contulerunt.* Taceo alios, qui idem adnotarunt. Verum, quod pace consensuque ordinum imperii hic omnia fecerit Cunradus, consilii hic rationes produntur, necquicquam nexus iuris necessarii. Exemplum Ottonis III. non opus est, ut mittamus sub examen. Quoniam parum ei morem gessit Henricus sanctus. Quod plene planeque docuimus *cap. 4. §. 2. p. 26. 27.* De Henrico S. pariter WIPPO *in uita Cunr. p. 426. n. 45.* testatur, quod uxor, mandato et iussu mariti, insignia custodiuerit. Verba eius sunt: *Imperatrix Chunegunda* * REGALIA INSIGNIA, *quae sibi* (illi) *imperator Henricus reliquerat, gratanter, non grauate obtulit et ad regnandum, quantum huius sexus authoritatis est, illum corroborauit.* Neque legitur, Cunigundae de custodiae iure insignium imperii, sibi per maritum commendato, litem ullam factam fuisse. Vxor etiam Henrici V., dubium an mariti iussu, sibi insignium imperialium sumpsit tutelam. Neque ui, sed pollicitationibus Moguntiae antistes eidem illa subtraxit. *Otto* FRISINGENSIS *lib. 1. de gest. Frid. cap. 15. p. 415.* hoc testimonio rem firmat: *Henricus V. imperator rebus humanis ereptus est. Ac imperatrix Mathildis, Henrici regis Anglorum filia,* * REGALIA *in sua potestate habebat. Quam Albertus, Moguntinae ecclesiae archiepiscopus ad se uocouit falsisque promissionibus ad sibi tradenda* REGALIA *induxit.* De genero Lotharii Caesaris non minus auctores adfirmare, quod ipse a socero acceperit insignium custodiam, illud quidem supra est dictum *cap. 4. §. 2. litt. ii. p. 25. 26.* Singulare etiam est, quod *abbas* VRSPERGENSIS ad an. 1210. de Ottone IV. Caesare scribit: illum suo arbitratu insignia imperialia Mediolanensibus commisisse. Verba chronici ipsa sunt haec: *Imperator coronatus dimisit exercitum et ipse cum paucis in Italia permansit, accipiens terram in suam potestatem.* INSIGNIA *quoque imperialia apud Mediolanum commisit. Vnde magnum fauorem a Mediolanensibus acquisiuit.* Quo loco supplendus est MVRATORIVS *de corona ferrea cap. 9. p. 296. 197.* Alia exempla praetereo, quoniam melior de illis locus dicendi occurrit, inferius.

(Margin: Ottonis III. *an.* 1002. — Henrici II. *an.* 1024. — Henrici V. *an.* 1125. — Lotharii II. *an.* 1139. — Ottonis IV. *an.* 1210.)

VII. FAMILIAE Augustae et IIX. ADMINISTRORVM.

§. 8. *Contra, demortuo Caesare, iure tutelari insignium imperialium usa quandoque est* FAMILIA AVGVSTA *(xx), uidua, liberi, agnati. Nonnunquam idem quoque sibi adrogarunt primarii consiliorum* ADMINISTRI *(yy). Vtrique sane praeter rem et rationem. Dummodo fuissent, qui petissent idem iure meliori (zz).*

Insignium custodiam qui sibi adroget FAMILIA AVGVSTA?

(xx) Loca, in nota praecedenti indicata, pleraque etiam repeti hic possunt. Mortuo enim Caesare, eius *uidua, liberi, agnati* adrogauerunt sibi insignium custodiam, usque dum nouus adpellatus esset Caesar, siue ita iussisset imperator moribundus siue prorsus non constaret de illius uoluntate. Mortuo Henrico VI. frater eius Philippus imperii insignia sibi adrogauit uiamque ita aperuit ad imperium. Hac enim praerogatiua multum momenti habuit eius electio ante aemulum illius Ottonem quartum. ARNOLDVS *Lubecensis lib. 6. cap. 2.* ait: *Inter haec Philippus, qui* IMPERIALIA *tenebat* insignia, *fratri succedere adspirabat.* Plenior est hic *abbas* VRSPERGENSIS in gestis Philippi *p. 319. Volebat* Philippus *tenere imperium, cum in potestate sua haberet insignia imperialia, utpote* CORONAM *et* CRVCEM *et alia, quae attinebant. Non enim cautum esset sibi, ut ad alium transiret imperium et sic tam ipse, quam patruelis suus, licet tunc paruulus, omni hereditate priuarentur.* Sic de Ottone IV. Caesare scribit BARONIVS *ad an. 1219. n. 1. p. 266.* his uerbis; *Ottone IV. e uiuis sublato, Henricus comes Brunsuicensis et dux Saxoniae* CORONAM, LANCEAM *et alia imperii insignia detinuerat,* haud dubie accepta ab agnato improli (*), *ne Fridericus ex more uetusto inauguraretur. Itaque suo iure Honorium postulabat, ut ad* IMPERIALIA ORNAMENTA *restituenda Henricum compelleret. Misit ea de re Honorius nuncium, qui Henricum ad restitutionem induceret siue etiam censuris ecclesiasticis compelleret. Commisit insuper Halberstadiensi et Hildesbemiensi episcopis, qui a sacrorum communione praecisum publice renunciarent atque prouinciis ac terris illius sacramentorum usum interdicerent.* Morem etiam gessit Henricus apostolico mandato. Nam ALBERTVS *abbas Stadensis* ad an. 1219. scribit: *Rex Fridericus conuentu habito apud Goslariam principes conuocauit, ubi* * *Henricus,* Brunsuicensis, *ei imperii* INSIGNIA *praesentauit.* Plenior in hac narratione auctor MAGNI *chron. Belg. ad an. 1212. p. 221.* qui etiam causam nominat acceptorum insignium: *Rex* Fridericus II. CORONAM et LANCEAM *ceteraque* REGALIVM *ornatuum* INSIGNIA *recepit ab Henrico duce Saxoniae, fratre Ottonis quondam* im-

(Margin: *exemplo* Philippi *an.* 1198. — *Henrici* Brunsuicensis *an.* 1219.)

Lud. opusc. tom. II. C 2

* Vt causas non habeat GRETSERVS *cap. 2. syntagm. p. 67.* dubitandi, quomodo Henricus Brunsuicensis insignia accepisset.

Cap. IV.

imperatoris. Datis eidem duci undecim marcarum millibus. Qui dux omnia, quae fratris erant uel quae Otto, post amissum imperium undecunque congregauerat, post mortem fratris sui sibi usurpauit. Addimus exemplum Ludouici, Brandeburgici marchonis, qui inter parentis Ludouici Bauari reliquias etiam imperiales reperit tenuitque, usque dum Carolus ei IV. satisfaceret, ab eoque usum custodiamque earundem tantum non mercaretur. Diploma habes in *adpendice litt. A.* quod alii Germanice exhibent: historiam exposuimus *cap. 3. §. 6. litt. dd. p. 22. 23.*

Ludouici Brandeburgensis *an. 1350.*

(yy) Sufficiat hic illustre exemplum Cunradi *Spirensis* episcopi. Is enim, mortuo principe suo, Philippo Caesare, cuius fuerat *cancellarius*, ante non reddidit insignia, quam a nouo Caesare Ottone 4. spem accepisset, fore, ut ab eodem in munere imperialis cancellarii confirmaretur. Plenior hic aliis est abbas VRSPERGENSIS *ad an. 1208.* quem exscripsit GRETSERVS *syntagm. c. 2. p. 68. 69.* Succedat ei CVSPINIANVS *in uita Ottonis IV.* quem nos recitabimus: *Spirensis antistes habens in sua potestate 1) coronam 2) cruceni 3) lanceam 4) insignia regalia, tanquam imperialis aulae* CANCELLARIVS, *penitus reddere recusauit, nisi in officio confirmaretur.* Locum addit, ubi tum condiderit insignia, domesticus testis *Wilh.* EYSENGREIN *in cat. episcop. Spirens. lib. 13. an. 1208. p. 232.* his uerbis: *Cunradus habens insignia in castro* TREIFELS *coronam, crucem, lanceam, tanquam imperialis aulae cancellarius. Ob id perdurauit in eo, quoad uiueret.*

Insignium custodiam qui adrogarint sibi Caesaris primarii ADMINISTRI? *Episcopus Spirensis an. 1208.*

§. 8. 9. 10.

(zz) Pertinent huc querelae, quas *cap. 4. §. 6. litt. rr.* mouimus, custodiam imperialium reliquiarum, Caesare demortuo, nulla uel lege uel consuetudine in imperio definitam fuisse. Fuit itaque hoc ius instar hereditatis iacentis, quae personam sustinet defuncti *l. 9. cum hereditas C. deposit.* ut adeo fingendum sit, uiuere defunctum imperatorem, usque dum ordines de noui electione conuenissent. Quam iuris fictionem ritus adiuuat, Poloniae regno solennis, cuius ordines demortuo regi ante tumulum non parant, quam nouus rex electus fuisset.

Quo utrique usi sint iuris tegumento?

IX. TERRITORII, ubi Caesar obiisset.

§. 9. *Adeo dubii fuerunt in opinionibus, cui imperialium reliquiarum, mortuo Caesare, debeatur custodia: ut aliqui hanc illi tribuere ausi sint, in cuius territorio (aa) imperator mortuus fuisset.*

TERRITORII, *ubi mortuus imperator, iura tutelaris insignium S. R. I.*

[aa] Plures enim causam ita tueri uoluerunt Henrici superbi, qui, socero suo, Lothario Caesare mortuo, sibi insignium imperialium tribuit custodiam. Eo, quod imperator in eius territorio supremum diem obiisset. Ipse FRISINGENSIS, scriptor grauissimus, *lib. 7. chron. c. 20. n. 46.* digitum, inter alia, eo etiam uidetur intendere, dum ait: REGALIA *dux Henricus, gener eius, in cuius finibus obierat, accepit.* Idem ALBERICVS *ad an. 1137. p. 281.* Idem AVENTINVS *lib. 6. p. 384.* Alias pro Henrico superbo rationes ex scriptoribus diuersis laudauimus superius *cap. 4. §. 2. litt. ii. p. 25. 26. 27.* Quae loca eum his omnino sunt conferenda. Et sane, in tantis opinionum discriminibus, nulla forte aequior magisque secura fuit, quam ut eo loco permanerent insignia, quo illa demortuus reliquerat imperator. Partim, quod nulli Germaniae prouinciae ante alias hic ulla iuris praerogatiua, quod saepius est dictum: partim, quod iacentis iuris ea sit indoles, ne a loco, ubi defunctus eam reliquit, temere dimoueatur.

X. CIVITATVM inanis praerogatiua in iure insignium tutelari.

§. 10. *Inter tot opinionum diuortia de custodiae iure reliquiarum imperialium, Caesare demortuo, nulla stomachum mouet uehementius, quam haec. Quod, insolenti conatu, aliquae ciuitates sibi spartam hanc adrogent tutelarem, in quibus, iussu Caesarum, insignia semel forte ac iterum deposita fuerunt. In quarum numero* PRAGA *(bb), ubi Bohemici scriptores sunt inconsideratissimi:* BAMBERGA, *patriae hic forte aemula (cc):* FRANCOFVRTVM *(dd):* HAMMERSTEIN *(ee):* KYBVRG *(ff):* DREISVELDA *(gg) et forte loca Germaniae alia.*

a] Pragae. b] Bambergae. c] Francofurti. d] Hammerstein. e] Kyburgi. f] Dreisueldae.

BOHEMORVM *impudentia in adrogando sibi iure tutelari insignium imperialium.*

[bb] Quis crediderit, adeo impudentes fore ultimos Germaniae Bohemos, ut sibi ac suo regno custodiam adrogarent aeternam insignium imperialium? Sed tamen interpretem huius furoris egit *Samandriensis episcopus Pessina de* CZECHOROD *in metrop. Prag. radic. 4. p. 402. 403.* Cuius uerba dedimus supra *cap. 3. §. 2. litt. ii. p. 17. 18.* cum sylloge errorum multiplicium Czechorodii in una fere periodo. Caeco autem in haereticos liuore scripsisse oportet episcopum, cum ex amico suo intelligere potuisset rerum diuersarum turpissimam perturbationem. Nam ante eum *Aloysius* BALBINVS, Iesuita suorum ciuium hic errorem perstrinxit, qui Noribergam spolii accusent sacrarum reliquiarum. Triplicis enim generis reliquias olim in Bohemia fuisse, adfirmat *1) imperiales 2) regales 3) cathedrales* Pragenses. Duo ultima uindicare sibi Bohemiam posse, agnoscit, non primum, in

quod

Cap. IV.

quod Bohemiae nil superfit iuris. Ipsum loquentem audiemus in *uita Arnesti lib. 2. cap. 13. p. 179. 180. sq.* his quidem uerbis: *Reliquiarum studiosissimus fuit Carolus IV. quas, Arnesto antistite Pragensi incitante, toto orbe collectas intulit Bohemiae. Tria reliquiarum genera tum in Bohemia. Primi generis* IMPERIALES, *quae a Caroli M. temporibus conquisita apud imperatores, uelut fatale imperii pignus adseruari solitae sunt. Eae an. 1349. Monachio Pragam ad Caesarem missae* [errorem intellige ex cap. 2. litt. kk. §. 1. p. 12. et cap. 3. §. 6. litt. dd. p. 21. 22.] *primum in urce* WISSEHRADENSI *deponuntur, mox in cathedrale templum S. Viti illatae, subinde ad arcem,* * *recens ob id conditam* CARLSTEINVM *deportantur. Vno die Veneris post octauum paschae sanctae illae reliquiae publice cultae atque in foro medio nouae ciuitatis* PRAGENSIS *honorandae populo proponuntur. Has reliquias amisit Bohemia iam inde a Sigismundi Caesaris temporibus auroque aliqua parte a Lutheranis custodibus* * *spoliatae, Noribergae seruantur.* Mox pergit in notulis: *Error hic quorundam euellendus est, quo putant, eas reliquias, quae Noribergae adseruantur, ad Bohemiae regnum pertinere. Errant toto coelo. Sunt enim haec cimelia sacra imperii, longe ante Carolum IV. a Carolo M. ex oriente collecta semperque* * *ad imperatorem et imperium spectabant. Itaque ad Carolum IV. qua imperatorem peruenerant. Sigismundus bellis Hussiticis imminentibus, cum pecuniis egeret, Noribergensibus quasdam primum pro quinquaginta millibus oppignerauit. Mox, probante pontifice circa an. 1424. omnes Noribergam transtulit. Erdmannus probare conatur, quanta iniuria ibi adficiantur. Violatas esse, dicit, gemmasque et aurum pro multis millibus in Polonium uenditum. At sacrae reliquiae regni Bohemiae eique adscriptae inuiolatae, nunquam ad haereticorum manus uenerunt.* In castris itaque nostris militat Balbinus Qui tamen in eo errat iniuriamque facit Bohemis suis, quasi de Sigismundo non uerum sit, quod etiam de reliquiis, Bohemiae propriis, plures distraxerit uendideritque. De quo tamen publicas ordinum querelas audiuimus *cap. 3. §. 2. litt. uu. p. 19. 20.* Quas in dubium nullatenus uocare licet, maxime, cum ipse Sigismundus se reum agnouerit in litteris, quas dedimus in *adpendice litt. C.*

Iura Bambergae tutelaria.

[cc] Ita quidem sibi persuadet HOEPINGIVS *cap. 2. §. 7. sect. 2. membr. 3. p. 149. n. 865.* cuius uerba sunt haec: *Quod ornamenta imperialia attinet, Noribergae hodie. Cum antea partem eorum Henricus II. imperator Bambergensibus commiserit.* Locus IRENICI, auctoris rari et utilis *lib. XI. exeges. Germ. litt. B. p. 204.* est hic: *Henricus quoque secundus de cruce et parte claui dominicae passionis et alia Babenbergensibus commisit.* Verum fallit falliturque iudicium Hoepingii. Fons enim, unde sua hausit Irenicus, est *Lupold. de* BEBENBVRG, qui *cap. 12. de zelo princip. Germ. p. 58.* ita disserit: *Imperator Henr. II. partem de cruce et partem claui passionis dominicae multorumque sanctorum reliquias, quas de* * *diuersis locis attulit, ac pretiosa et uaria ornamenta ecclesiastica, prout in praesentiarum cernitur, ecclesiis Bambergensibus, per eum instauratis, donauit.* Vnde facile patet, quod reliquiae hae Henrici fuerint, non imperii: ut adeo cum iure tutelari imperialium insignium nihil habeant commune. Quamuis uirulentum scriptum Erdmanni, *cap. 1. §. 4. litt. ff. p. 7. 8.* recensitum, Bambergensis quondam episcopi ius dioecesanum in Noribergam maximopere neque forte alio fine urgeat, quam ad fouendam & excitandam aemulationem. Verum operae pretium non est, has nugas maleuolorum confutare. Possident enim musae *Dn. praesidis codicem* MSCTVM *Martini* HOFFMANNI, plenissimi *annalium Bambergensium* scriptoris, qui *curiae Bambergensis* fuit *actuarius.* In quibus pariter Henricianarum reliquiarum mentio fit, necquicquam imperialium.

§. 10.

FRANCOFVRTENSIVM *tegumenta* 1352.

(dd) Tegumentum iuris esse posset Caroli IV. pollicitatio, Ludouico Brandeburgico facta de insignibus aut *Noribergam* reponendis aut *Francofurtum.* Quod enarratum est supra *cap. 3. §. 6. litt. dd. p. 22.* Licet autem Carolus non steterit promisso, quod pariter dictum *cap. 4. §. 10. litt. bb.* spem tamen factam expleuit filius eius Sigismundus, ut dictum *cap. 2. §. 2. 3. 4.* et *cap. 3. §. 6. p. 21. 22.*

HAMMERSTEIN *arx tutelaris insignium an.* 1125.

(ee) Ita consilium fuerat Henrici V. Caesaris iam nunc moribundi. Quod enarrat VRSPERGENSIS *ad an. 1125. p. 284.* his uerbis: *Henricus V. Traiecti ad extrema coepit propinquare. Vocatisque, qui secum erant, regina Mathilde coniuge sua, ceterisque primatibus, prout potuit, de regni statu consilium dedit.* CORONAM, *ceteraque* REGALIA, *usque ad conuentum principum conseruanda, in castello firmissimo, quod* HAMIRSTEIN *dicitur, reponi disposuit.* Neque tamen uotis steterunt illius heredes et propinqui. Idem enim VRSPERGENSIS *ad an. 1126. p. 287.* dicit: *penes Fridericum et Cunradum, mortuo auunculo suo Henrico V. iuniore, insignia imperialia remanserunt.* De Friderico sigillatim scribit ostenditque, quomodo insignia illi, inanium specie, extorserit Moguntinus, *abbas* STADENSIS *ad ann. 1126.* Quem tamen locum cum exscripserit GRETSERVS *cap. 2.* ideo hic remitto lectorem ad *adpendicis litt. O.*

KYBVRGVM *arx insignium tutelaris an.* 1300.

(ff) Quantum coniecturis adsequor Habsburgici imperatores hunc in Heluetiis locum propterea insignium imperialium

Cap. IV. §. 10. 11. 12.

lium custodiae destinauerunt, quod patria ipsis essent Heluetiae. Locus singularis est *Felicis* FABRI *lib. 1. hist. Sueu. p. 140 141.* ubi ita inquit: *Agnes Hungariae regina*, Alberti I. Caesaris filia, *in castro Kyburg capellam pulchram aedificauit in honorem depositionis dominici corporis de cruce, ad quam peregrinantur homines. Hanc capellam construxit propter* IMPERIALES RELIQVIAS, *quae hodie* NORIBERGAE *conseruantur. Quae * tunc in* KYBVRG *seruabantur, tanquam in loco tutissimo. Est enim castrum ualde firmum et pulchrum et ab anteriori parte uallo intermedio habet oppidum, quod tamen iam est destructum et est uillula.* Verum non frustra miror, concessisse hoc ordines patriae nostrae, ut insignia agerent extra limites Germaniae imperantis.

DRIESFELT, *arx tutelaris insignium imperii an.* 1253.

(gg) Tempore interregni haud dubie ordines imperii curarunt, ut insignia imperialia in tuto ponerentur, ubi secura essent a manibus spoliatorum et publicis latrociniis. Castrum igitur, Rheno uicinum, nomine DRIESVELT elegerunt, ubi illa deponerentur. Intelligere hoc licet ex litteris Wilhelmi Caesaris, quas exhibet *Ant.* MATTHAEI *in chronico Egmond. cap. 43. p. 52.* cuius loci nos admonuit uir celeberrimus. Est autem hic: WILHELMVS *Dei gratia Romanorum rex &c. abbati Haecmundensi, uicecancellario suo, gratiam et omne bonum.* Post alia: *Accedat ad cumulum gaudiorum, quod castrum Driesuelt et* INSIGNIA, *imperialia diademata, cum multis* SANCTVRIIS *et in ornatu ineffabili,* LANCEAM ET CORONAM *in nostro dominio iam habemus et pacifice possidemus.* Quando autem Wilhelmus antea iam inauguratus fuit symbolis ac insignibus imperialibus, quem ritum, post alios, describit auctor *chron. M.* BELGICI *p. 244.* haud dubie uel plura iam tum fuerunt diademata imperialia, uel imperator noua inaugurationi suae parauit. *Treifels* eadem arx tutelaris *cap. 4. §. 8. litt. yy.* commemorata superius.

XI. Familiae WALDEVRGENSIS an. 1221. ius tutelare.

§. 11. *Non maioris momenti illud est, quod Fridericus II imperator insignium custodiam in Germania crediderit administro suo Eberhardo de* WALDBVRG *(hh). Nam et haec precaria fuit, necquicquam perennis.*

C. de WALDBVRG *ius tutelare an.* 1221

(hh) Historiam hanc describit *abbas* VRSPERGENSIS *ad an. 1221. p. 335.* his uerbis: *anno 1221. res imperii in Lombardia et in Tuscia cupiens disponere Fridericus II. a Bononiensibus et quibusdam aliis ciuitatibus inhoneste tractatur. Et insignia imperii, uidelicet* CORONAM *et alia remittit in Alemanniam, faciens ea custodiri sub potestate Euerhardi de Tanne ministerialis et dapiferi sui in* WALPVRC. *Filium quoque suum Henricum, iam circiter octo annos habentem nutriendum et gubernandum commisit Cunrado de Tanne, pincernae et ministeriali suo in castro* WINTERSTTEN. Inde iudicium GRETSERI *cap. 2. syntagm. in adpend uides hic nobilissimae familiae Truckfessiorum a* WALDPVRG *antiquitatem simul et auctoritatem.* Addo *Schenkiorum, baronum de* WINTERSTETT hodie propaginem superesse in unico tantae familiae herede, qui domicilium habet in dynastia, Luneburgo, uicina, Schwachhausen. Cui infans unigena.

XII. Germaniae ARCHICANCELLARII postulatum in reliquiarum custodia.

§. 12. *Vltimo loco, ne aliquid omittamus, etiam spartam insignium tutelarem forte adseruit quondam sibi antistes* MOGVNTINVS *(ii). Sed exemplum illud ad stratagemata pertinet, non ad iuris praecepta (kk).*

ARCHICANCELLARII *pro iure tutelari argumenta.*

a] *exempla primum an.* 1208.

alterum an. 1126.

b] *custodia imperialis tabularii et sigilli.*

(ii) Tegumenta iuris esse possunt. *Primo*, quod sibi olim hanc spartam adrogauerit antistes Spirensis, non alia causa, quam quod esset imperii cancellarius. Loca dedimus superius *cap. 4. §. 8. litt. yy. p. 39.* ubi uerba imprimis huc pertinent, quod antistes habuerit *insignia* tanquam *imperialis aulae cancellarius.* Verum *respond.* quod factum illius antistitis coniunctum fuerit cum manifesta iniuria, quia ne quidem reddere ante uoluit insignia Caesari, rite electo, quam ipsum in cancellarii munere, cum uita Caesaris extincto, confirmauisset. Igitur illud laudari non potest pro iuris aliquo argumento. *Deinde*, mortuo Henrico V. Caesare, cum auunculus eius Fridericus insignium custodiam sibi adseruisset: Moguntinus antistes, imperii archicancellarius, illum persuasit, ut insignia redderet. Locum *Alberti* STADENSIS ad an. 1126. habes inferius in *adpendice litt.* O. *Respond.* Ipse Moguntinus non iuris aliqua ratione est usus, quasi ob cancellarii munus Fridericus insignia ipsi deberet: uerum consuasor fuit, ut, insignium oblatione pacaret ordinum animos caperetque apud eos beneuolentiam in futura electione. *Tandem* consecutionis uinculum nectunt a simili. Cum enim imperialis tabularii et sigillorum imperialium tutela credita sit Moguntino: eadem quoque ratione illi spartam relinquendam insignium imperialium tutelarem. *Respond.* superius *c. 4. §. 4. p. 30. 31.* iam ostensum est, insignium custodiam aulici muneris esse, quod longissime abest a cancellis ac limitibus cancellariae.

Dubitatio.

(kk) In praecedenti notula satisfactum esse, puto exemplorum dubitationibus. Addo nunc illud. Quod *L. B. de* BOINBVRG litteratissimo quondam *Boeclero* syllabum dederit plenissimum in

Mo-

Cap. V. *Moguntini* praerogatiuis. Quem ille addidit suae *notitiae imperii.* In quo certe hoc genus omissum non fuisset, si in tabulariis ullum superesset eius uestigium. §. 1.

CAP. V.

ADSERTORIS AQVENSIS

ARGVMENTA.

Historia rei nouissima.

§. 1. Noriberga et Aquisgranum *urbes sunt imperialium reliquiarum tutelares (aa). Vtriusque ergo legati cum sacris cimeliis petiere Francofurtum in nouissima Caesaris inauguratione (bb). Ad quam ceremoniam solent illa adhiberi (cc). Vt uero in diuersis ciuitatibus adseruantur quoque cimelia diuersa: ita non uidebatur materia discriminis, ut altera alteri litem ideo posset intendere (dd).*

Imperialium reliquiarum Aquisgrani enarratio.

(aa) Neque enim alia ulla ciuitas in uniuersa Germania reliquias custodit imperiales. De *Noriberga, dea tutelari,* agit nostrum institutum. De *Aquisgrano kurzer Bericht über des Königl. Stuels Aachen bey denn Krönungen habende* Praerogatiu*en.* Vbi *p. 1.* uerba sunt haec: *Zweytens ist Reichskundig, daß der Königl. Stuel und freye Reichs-Stadt Aachen folgende drey zur Krönung eines Römischen Königes essentialiter erforderende* insignia *in würcklichen bewahr habe. Als nemlich zum* ersten *das Schwerdt* Caroli M. *mit welchem ieztgemeldter Käyser in der von Ihme zu ehren der Mutter Gottes daselbst erbaueten Stiffts-Kirchen im Grab sizend gefunden worden. Welches Schwerdt den Römischen Königen bey ihrer Krönung und Salbung, unter dem Amt der H. Messe, angehangen und also fort von Ihr. Maiest. wehrenden drey Tagen nach der Krönung, getragen wird.* Anderens *wird zu Aachen aufgehalten das zur Krönung essentialiter geforderte auf praeparirte Baumrinden mit güldenen Buchstaben geschriebene Euangelium-Buch. In welchen der vier Euangelisten Euangelien enthalten und in* Caroli M. *Grab gleichfals gefunden worden sind.* Drittens *eine mit kostbaren Edelgesteinen besezte, zur Krönung gleichfalls* essentialiter *erforderte güldene* capsula, *worin von der Erde, worauf das Blut des Ertzmärteres* Stephani, *bey seiner* lapidation *geflossen,* adseruir*et und der zur krönenden Königl. Maiest. auf dero Verlangen eröffnet und gezeuget wird.* Ensis Carolini effigiem habes in tabula aenea n. 9.

1] Ensis Caroli M.

2] Euangelium Carolinum.

3] Capsula cum sanguine protomartyris.

Insignium ad inaugurationem perferendorum ceremoniae.

(bb) Hoc enim fine a principibus electoribus ciuitates, ante imperialem inaugurationem, requiruntur, ut deferant insignia, sibi commissa, ad locum inaugurationi destinatum. Formulam litterarum dedimus in *adpendice litt. K. L.* Comitatus solennia in itinere, haec fere sunt. Principio nominantur patritii, insignium *duces;* deinde *comites* ex eodem ordine eliguntur, quos adpellare solent *die Kron*-Caualliers. In illis nouissime fuerunt *Nuzel, Fürer, Scheurle:* in his *Ebner, Stromer, Harsdörffer, Holz*-A *schuer* equites, in curru uehebantur *Loeffelholzii* duo, *Welserus, Imhoffius.* Tum insignia in *currum* reponuntur, cuius adseclae sunt, post equites, modo commemoratos, serui militares, *die Einspanniger. Praeterea* ad conductum obligantur omnia territoria, per quae ita transitur. Quem imperare solent illi, qui insignia ad inaugurationem requirunt, quod docet *adpendix litt. L.* Addere plerum-B que etiam solet nouus imperator adseclas milites, *einige Hatschierer,* ad itum et reditum in urbe. Quamuis uero legati Noribergenses insignia exhibeant principibus electoribus in loco inaugurationis: tamen ubique socii et adseclae sunt, ubi illa in actu inaugurationis et post adhibentur. A quibus postquam illa receperunt, parant reditum ordine, supra descripto.

Exhibitionis insignium imperialium ceremoniae an. 1711. I] Noribergensium.

C (cc) Sequemur hic auctorem diarii nouissimae inaugurationis, cuius descriptio est haec: *Indessen verfügten sich (am Tage der Krönung) auch die Nürnbergische Herrn* Deputirte *in schwarzer Kleidung und Mänteln, in folgender Ordnung in St. Barthol. Kirchen* I.) *giengen zwey von denen iungen von Adel,* II) *Herr Losungs-Rath Scheurl mit seinem Bruder Herrn Pflegern zu Graffenberg,* III) *die beede* D *Herrn* Deputirte, *Herr Wolff Jacob Nüzel und Herr Christoph Furer,* IV) *der Gesundschafft* Secretarius *Arnschwanger,* V) *dero Herrn Abgeordneten beyde Scribenten,* VI) *die Käyserl.* Chaise *mit 6. Pferden, worauff die* beeden Ornat-Küssen *mit denen sammeten Decken bedeckt stunden,* VII) *Nechst denen giengen die aus denen adelichen Geschlechtern mitgebrachte Personen,* VIII) *ausserhalb diesen die Käyserl.* E *Hatschiers und Trabanten zu beyden Seiten, alle, gleichwie die ganze* Suite *mit entblößten Häuptern,* IX) *folgten die Nürnbergischen Einspanniger mit dem Gewehr über dem Arm. In besagter Kirchen ließen obbenannte Herrn* Deputirte *den in der Sacristey befindlichen Altar, von denen darauf gelegten Küssen und Decken abräumen,* und exponirten *darauf den* Or-

Cap. V.

Ornat *und* Insignia. *So dann übergaben sie uermittelst einer besondern* Rede NB. *denen geistlichen Churfürsten solche* insignia *und* ornat: *welche auch, nechst beschehener* Antwort uon Chur Meinz, *uon dem Chur-Mainzischen Herrn* Vice-*Canzler uon Lasser* specifice adnotiret *worden. Und bestunden solche* Insignia *in folgenden Stücken:* I) *Käysers* Caroli M. *Cron,* II) *dessen Schwerdt,* III) *das Schwerdt* St. Mauritii, IV) *der Scepter,* V) *der Reichs-Apffel,* VI) *das* Pluuiale *oder Käyserl. Mantel,* VII) *die* Dalmatica, VIII. *die* Alb, IX) *die* Stola, X) *Strümpfe und Sandalien,* XI) *die Handschue,* XII) *zwey* Cingula *oder Gürtel:* Vnde facile patet, quod cetera imperialium reliquiarum genera Noribergae permaneant neque in inauguratione requirantur. Nunc de Aquensibus.

II] Aquensium.

So dann wurden uon denen Abgeordneten des Stiffts der Stadt Aachen dem Freyherrn uon Thraeck, Dechant; Herr Curer, Bomersheime, Sangern; Herrn Salten, Syndico, *und dem* Secret. *Busen: wie auch dasigen beeden Burgemeistern Herrn uon Speckhauer und Herrn uon Fibus nebst dem* Syndico *Moll und* Secr. *Couet folgende* Insignia: *als* I) *das andere Schwerdt oder Säbel Kaysers* Caroli M. II) *ein uraltes auf* praeparirte *Baumrinden mit güldenen Buchstaben geschriebenes* Euangelium-*Buch,* III) *eine* pretiose capsul *mit* Reliquien *des heiligen Stephani aus ihrem Quartier mit zweyen Kayserl. Wagen, als einem uor die Herrn* Deputirte *des Capitels unter Begleitung der Kayserl. Hatschiern in die Kirche gebracht und Ihr. Churfürstl. Gnaden zu Maynz übergeben, und uon Ihren Herrn* Deputirten *in der Sacristey niedergeleget.* Addimus reliqua in margine [*], ad parcendum chartae spatio.

Noribergensium et Aquensium insignia sunt diuersa.

(dd) Patet hoc ex descriptionibus publice editis a nobisque recitatis *cap. 5. §. 1. litt. aa. et cc.* Et sane agnoscunt ibi Aquisgranenses legati, sibi non aliorum esse insignium imperialium custodiam, quam eorum, quae in tumulo Caroli M. reperit Otto III. imperator, postquam illum temere aperuisset. Cum enim hunc thesaurum conditum secum uoluerit Carolus M. eo ipso donatus dicatusque esse uideri poterat basilicae Aquisgranensi.

A Verum Noribergensium insignibus nil cum istis reliquiis est commune. Nam haec ante Ottonem III. gesserant iam secum reges ac Caesares Germanici Cunradus I. Henricus auceps, Otto primus ac alter. Quod uel GRETSERVS docere potest in *syntagmate,* quod habes in *adpendice litt. O.* et sigillatim *cap. 8.*

§. I. Vltimo ossibus fere debentur Carolinis an. 1000. repertis ab Ottone III. teste Labb.

Ceterum historiam aperti ab Ottone III. tumuli Carolingici describunt B plures ADEMARVS *in chronico* apud *Labbeum in biblioth. tom. 2. p. 169.* cuius etiam uerba exscripsit PAGI *ad an. 1000. §. 2. p. 86. Otto imperator per somnium monitus est, ut leuaret* CORPVS CAROLI M. *qui Aquis humatus fuerat. Sed ignorabatur locus certus. Peracto triduano ieiunio, inuentus est eo loco, quem per uisum cognouerat imperator. Sedens in aurea cathedra, intra arcuatam speluncam infra basilicam* C b. MARIAE. *Coronatus* CORONA *ex auro et gemmis, tenens* SCEPTRVM *et* ENSEM *ex auro purissimo et ipsius corpus incorruptum inuentum est, quod leuatum populis est demonstratum. Quidam uero ibi canonicus, cum enormi et procero corpore esset, coronam Caroli, quasi pro mensura capiti suo circumponens, inuentus est strictiori uertice, corona amplitudine sua uincente circulum capitis. Crus uero ad* D *cruris mensuram regis dimensum, inuentus est breuior.* SOLIVM *eius aureum imperator Otto direxit Bolislao,* Poloniae duci, *pro reliquiis S. Adelberti martyris. Rex autem Bolislaus, accepto dono misit imperatori brachium de corpore S. Adelberti. Et imperator gaudens illud excepit et in honorem Adelberti Basilicam Aquisgrani construxit mirificam.* Narratio historiae eiusdem DITMARI *p. 357. edit.* E *Leibn.* est haec: *Caroli Caesaris ossa, ubi requiescerent, dum dubitaret* Otto III. *rupto clam pauimento, ubi ea esse putauit, fodere, quousque haec in solio inuenta sunt regio, iussit.* CRVCEM *auream, * quae in collo eius pependit, cum* VESTIMENTORVM *parte adhuc imputribilium sumens, cetera cum ueneratione magna reposuit.* Breuiores sunt annales HILDESHEIMENSES ad an. 1000. *Pentecostes celebritatem Aquisgrani* Otto III. *feriauit.*

(*) *Von solchen* Insignien *und Zierathen seynd nun durch die assistirende Herren Bischoffe das Euangelium-Buch und* Reliquien S. Stephani *auf den* Consecrations-*Altar, die Kron, Schwerdter, Scepter und Reichs-Apfel aber auf den* Insignien-*Tisch, neben dem Altar* ad cornu epistolae, *geleget, und uon dar alle solche ietzt gemeldte Stucke, ausser beeden Schwerdtern* Caroli M. *durch den Herrn Casimir Ferdinanden Adolfen, Freyherrn uon Waldpott zu Bossenheim, Domscholasten zu Mäintz in ihre Chor-Kappen gekleidet, und Herrn Grauen Johann Philipp uon und zu Staden, Chur-Mainzischen Geheimen Rath und Groß-Hofmeistern, in einer Mainzischen Leib-Kutschen, worinnen diese beyde Herren mit entblosseten Hauptern rückwerts gefahren; die* Insignien *aber auf den ersten Sitz geleget, zu dem Ende in den Käyserlichen Hof uberbracht worden, damit solche Ihr. Majest. im hinziehen zur Kirchen uorgetragen werden könnten. Vnd hatten sie sich nachgehends wieder zurucke in die Kirche verfuget. Die ubrige Stucke als die Dalmatica, Alb, Stola, Sandalien, Strumpfe, Handschue und* Cingula *seynd von obgemeldten Nurnbergischen Abgeordneten in die Chur-Capelle getragen, auf den Altar ordentlich hingeleget, und so fort die Capell uon Herrn Wilh. Aug. uon Lynar, als* substituirten *Geuollmächtigten uon dem ältesten Grauen uon Werthern, des H. R. R. Thorhutern, uerschlossen worden. Das* Pallium *aber wurde auf den* Insignien-*Tisch, gegen dem Altar, ausgebreit. An welchem Tische die* Deputirte *beyder Städte sich nachgehends beständig aufgehalten.*

Cap. V.

uit. *Quo tunc admirationis causa, Karoli ossa effodere praecepit, qua tunc in abdito sepulturae mirificas rerum uarietates inuenit. Sed ultionem aeterni uindicis incurrit. Nam praedictus imperator comparuit ei et obitum suum celerius adfuturum praedixit.* Alii scriptores historiae huius tempus indicant tantum, neque amplius quid habent. Plura autem ex illis, qui hactenus laudati sunt, intelliguntur. *Principio*, quod Otto III. reliquias, in basilica Aquisgranensi repertas, sibi uindicauerit earumque partem dederit aliis, Poloniae utpote regi, sine ullo Aquensium interceſſu. Adeoque hodie eorundem iusto serior disputatio. Si quidem ex tumuli Carolini reliquiis aliquid apud Noribergenses superesset. *Deinde*,

A quod Noribergensibus insignibus nil sit commune cum tumuli Carolini thesauris. Nam sceptrum Caroli M. hic *aureum* describitur, cum Noribergense, omnium testimonio, sit *argenteum*. Crux Noribergensibus *lignea in adpend. litt. I.* tumulus uero Carolinus condidit *auream*. *Enses* Carolini hodieque diuersi sunt Aquisgrano et Noribergae. *Praeterea* nostra insignia in manibus fuerunt B Caesarum, Ottonis III. antecessorum, ut fieri non possit, illa tribui nunc demum inuentioni Ottoninae. Primum patet uel ex loco Wittekindi, quem dedimus *cap. 4. §. 7. litt. tt. p. 36. 37.* Quae omnia satis indicant euincuntque, multum discriminis inter Aquisgranensia insignia et Noribergensia omni tempore interfuisse.

§. 2.

Caput litis.

§. 2. *Verum in nouissima Caesaris inauguratione legati Aquisgranenses Noribergam propterea in ius uocarunt et adserere conati sunt*: imperialium reliquiarum non alium custodem esse, quam Aquisgranum *(ee)*. *Vt adeo, Noribergam huic reddere oporteat insignia imperialia, quae adhuc inique detineat magis, quam iure custodiat tueaturque. Eo tum processit aemulatio eorundem, ut non solum notarii fidem requirerent (ff): sed etiam controuersiae summa capita in publicam lucem ire paterentur* (gg).

Contestatio Aquisgranensium de insignium tutela in dubium uocata Noribergensibus an. 1711.

(ee) Aquisgranensium legatorum extat libellus in *adpendice diarii nouissimae inaugurationis*, hac inscriptione signatus: *kurtzer Bericht über des Königl. Stuels zu Aachen bey denen Krönungen habende gerechtsame.* In cuius *pag. 3.* haec uerba leguntur: *Obwohl nunmehro in der Stadt Aachen nur allein obspecificirte zur Römisch Königl.* Krönung essentialiter *erfordernde drey Stücke*, [*als 1.*] *das Schwerdt*, 2] *Evangelium*, 3] capsula sanguinis Stephani] *daselbsten aufbehalten werden: so ist iedoch sicher und bewehret es hellscheinend das in der Beylag* E. *enthaltene* documentum *weiland Kaysers* Richardi de anno 1262. *wie daß derselbe der Stadt Aachen die Königl. Cron, Scepter und Reichs-Apfel samt Königl. Kleidungen dieser gestalt in bewahr gegeben habe: daß selbe zur Krönung aller Römischen Könige gebraucht, dieselbe auch aus keiner Ursachen von dannen verbracht werden sölten. Weilen es aber hiernechst also geschehen, daß dieselbe auf Nürnberg gekommen, und ietzo daselbsten in bewahr stehen; so hat die Stadt Aachen, zu* saluirung *ihres auf gedachte Kayserl.* insignia *habenden kentbaren rechtens, gleichwie ein solches in allen andern vorigen Krönungen geschehen, die obgedachte* protestation *und* conseruation *denen Stadt Nürnbergischen Herrn Gesandten zu Franckfurt* per notarium *Fischer* insinuir*en lassen.* Verum, quod obiter F noto, ipse tabellarius agnoscit, quod Noribergenses legati eum non audiuerint, sed comites eorundem minas potius in eum sparserint, ut ab instituto eundem desistere oportuerit pedemque mouere ac discedere ingratis.

Quo fine actus notarii requisitus sit ab Aquisgranensibus?

[ff] Instrumentum notarii, de hoc actu conceptum, dedimus in *adpendice* C *litt. P.* Mirantur autem Noribergenses, quod *protestatio* Aquisgranensium non ipsi tum principi aut S. R. I. octouiris oblata sit; uerum, praeteritis utrisque, implorata sit fides unius tabellarii. Quo tamen uti non solemus, ubi limina patent iudicis aut iudicii. Sunt certe, qui perhibent, hoc factum esse ideo, quoniam idem frustra in locis modo dictis ante fuerit tentatum. Quod si est, esse au- D tem ita, historia fert, magna accedet Noribergensibus causae suae fiducia ex principis ac imperii aequitate. Sed nil nos hic definimus.

Qui publici iuris facta controuersia?

[gg] Prodiit *an. 1712.* apud *Zunnerianos heredes Francofurti* DIARIVM *inaugurationis Caroli VI. Caesaris* in f. In cuius fine *adpendicis* loco habetur cum Aquisgranensium aduersus Noribergenses libellus, tum *notarii* eo fine *conceptum in-* E *strumentum*. Quod cum factum sit, controuersiam negligere non potuerunt Noribergenses, uerum Aquisgranensium postulatis pariter responderunt in libello, quem habes in *syllabo adpendice litt. M.* Quemadmodum igitur argumenta publici iuris alia docentur tractanturque in academiis non ad sensus aliorum, sed ad rationes, quas doctoribus suggerunt leges, consuetudines ac idonea medii aeui monumenta: ita, consilio patronorum factum est, ut specimen conflictus inauguralis, in hac statuerem arena et quid ratio, usus, annales, diplomata, chartae, testes patriae meae iuribus dent, illud quidem exponerem tuererque.

Cap. V. Argumentum I] ab ARCHISOLII praerogatiua.

§. 3. *Rationes argumentorum sequuntur. Sunt autem hae.* Principio *ad honorem prouocant archisolii, quasi huius accessio quaedam, sparta insignium tutelaris (hh). Sed nullum seculum uidit agnouitque primi nexum cum altero (ii).* §. 3.

Insignium imperialium custodia num pendeat ab archisolio Aquisgranensi?

[hh] His enim uerbis utitur Aquisgranensium libellus: Erstlich *ist Histori- und Reichs-kundig, daß der* Königliche Stuel *Aachen von Käyser* Carolo M. *erbauet und bey deren ursprünglichen* fundamentalien *dahin* priuilegiret *sey, daß dieselbe zum Krönungs-Ort aller künfftigen Teutschen Käyser angeordnet worden. Welches die Wörter des Carolinischen* Priuilegii in terminis *geben. Solches auch die güldene Bulle mit mehreren bestätiget.* B *Auch fast alle Käyser von* Carolo M. *an biß auf* Carolum V. *zu Aachen gekrönet worden seyn.* Zweytens *daß der Königl. Stuel folglich die zur Römischen Krönung* essentialiter *erforderte* insignia *in würcklichem bewahr habe.* Concludit deinde adsertor Aquisgranensis, quod, quoties a regula discedatur in Caesaris alibi instituta inauguratione, toties imperator et imperium Aquisgranensium priuilegia C litteris muniant *reuersalibus*, ne uideantur illa omisisse non usu. Praeterea Caesarem ideo satisfacere urbi propter commoda, quae olim ab inauguratione expectauerint Aquisgranenses. *Primo* enim Aquisgranensibus legatis cedere loco Colonenses, Noribergenses et Francofurtenses in honorem archisolii: deinde *equum* cedere Aquisgranensibus, quo Caesar utatur, quando se inaugurationis D causa ad templum confert: quorum *praeterea* supremi consulis id iuris sit, ut missilium numorum, antequam spargantur, tantum sibi uindicare queat, quantum una manu capere. Vtriusque autem loco Caesarem Aquisgranensibus summam aeris soluere, quae pretium utriusque rei aequet exhauriatque. *Sumtus* etiam *itineris* restitui Aquisgranensibus a nouo Caesare ob caussam eandem. Quae o- E mnia cum ita sint, ut pristini iuris fidam seruent memoriam: ita curandum esse Aquisgranensibus, ne temporis uetustas IVRA INSIGNIVM TVTELARIA deleat, quae sibi, praeter ius et fas adhuc usurpauerint Noribergenses, cum illa Aquisgranensi debeantur archisolio. Fecit hoc ipsum glaucoma *Laurentio* BEVERLINCKIO, ut *tom. VI. theatr. p. 283.* in uerbo *reliquiae* sibi persuaderet, imperialium in- F signium custodia priuatam fuisse Noribergam, haneque datam fuisse Aquisgrano. *Reliquiae et lipsana, quae olim Noribergae in templo B. uirginis adseruari et exhiberi solita, inter quae etiam numerantur illa, quae nomine insignium imperii ab historicis recensentur. Quorum tamen pleraque Aquisgranum translata existimauerim.* Verum unus hic locus lapsus habet multiplices, quos facile emendabunt

A *capita* superiora *II.* et *III.* Vt uix hic notari mereantur. Abest quoque a uero, quod idem p. 286. scripsit: *Aquisgrani sanguinem S. Stephani protomartyris custodiri. Super * quo rex Romanorum, dum inauguratur, facit iuramentum.* Est tamen is locus Beyerlinckii proprerea memorabilis. Quoniam omnium fere reliquiarum orbis christiani habet matriculam. Ex quo sane adparatu patet, quod eadem res semel iterumque in aliis atque aliis locis reperiatur certissimo indicio plurium pseudo reliquiarum.

[ii] Non disputamus Aquisgrano honorem dignitatemque *archisolii*. Apertus est locus WIPPONIS, plenae fidei scriptoris in *uita Cunradi* Salici, ubi inquir: *Ad locum, qui dicitur* AQVISGRANI *palatium, peruenit. Vbi publicus thronus regalis ab antiquis regibus et a Carolo M. praecipue locatus, totius regni* ARCHISOLIVM *habetur.* Recte ad rationesque uereris aeui scribit *Lupoldus de* BABENBERG *cap. 10. de iure regni p. 114.* de argumento eodem: *Rex ungitur et coronatur Aquisgrani. Hic enim locus est* CAPVT REGNI, *ut etiam notat* Hostiensis in summa de princip. et reg. §. cui consit. sub §. cui imperator. *Cui etiam concordat chronica* Gotfridi, *quod Carolus M. quidem ibi sedem principalem regni Francorum constituit.* Inde PTOLEMAEVS *Lucensis epist.* ad an. 1201. de Othone IV. loquens notar: *coronatur Aquisgrani Otho ad * maiorem solennitatem et ad refrenandum impetum Teutonicorum ex causa iam dicta.* Alium locum habet *Felix* OSIVS *ad historiam Mussati p. 130. 131.* ubi Aquisgranum iisdem nominibus *sedes regni trans alpes adpellatur.* Scio quidem Aquisgranenses diploma recitare *Caroli M.* quo eundem dederit *urbi* suae *principatum*, quod noua deinceps constitutione an. 1166. firmauit Fridericus I. qui ossa Caroli eleuauit eumque classi adscripsit sanctorum et utrumque haberi in *actis SS.* BOLLANDI *die XXVIII. mens. Ianuarii p. 888. 889. 890.* sed prudenter addir ibi Bollandus: *Hoc diploma, quam obtinere auctoritatem debeat, alii iudicent. Complura in eo miramur. Nam suspectare aperte, quod alter imperator recitat et traditio Aquensis ecclesiae tuetur, uix audemus.* Imo frustra in gratiam aliorum hic titubant *actorum collectores.* Nam uix duae lineae sunt, ubi non criticae medii aeui tironibus indicia adparent foetus suppostitii. Tantum abest, ut rerum gnari hic, quod sentiunt, debeant dissimulare. Absit uero, ut inde aliquid decedat Augustae urbis amplitudini et dignitati, quam

Inter Archisolii iura qui non sint tutelaria insignium imperialium? Testimonia pro honore archisolii.

Cap. V.

Rationes aduersus tutelaria iura insignium imperialium.

quam saluam habet testimonio aliorum. Nos stringimus hic calamum obiter. Illud enim est, quod negamus: *inter archisolii iura etiam hoc esse, ut ibi insignia imperialia custodiri debeant Caesare siue superstite siue demortuo.* Principio enim usus huic nexui aduersus est *mille* ferme annorum in Germania. Ostendam hoc per summam sine die ac consule, qui repeti debent ex *capite 4.* praecedenti. Nam *niui* Caesares secum habuerunt insignia egeruntque post Ludouicum pium uel nunquam Aquisgrani uel nonnisi rarissime. Instar enim legis fuerat apud Germanos, ne Caesar uni loco adfixus haereret; sed singulis annis nouas patriae prouincias adiret. Ne ordines extra patriam quaerere oporteret iudicem supremum. Vnde Caesari in singulis fere prouinciis *palatii* et *palatini* singulares, ut apud illos, quoties opus fuerat, diuerterent. Adeoque nemo non intelligit, *uiuo Caesare*, imperialia insignia intra moenia Aquisgrani nullatenus fuisse (*). Mortuus autem imperator *insignium derelictorum* custodiam uel *uiduae* commendauerat uel *amicis* uel *liberis* uel *heredibus* uel rerum primariis *administris* uel *castellis* probe munitis: non semel autem Aquisgranensibus. Vnde iterum constat postulati eorumdem insolentia. Si autem omiserunt Caesares moribundi, de insignium custodia disponere. Hanc sibi spartam adrogarunt uel imperii archiofficiales (**); uel principes territorii, in quo obierat Augustus; uel cesserunt illa primum occupanti. Verum, testor fidem, quam debemus orbi litterato, in huius contentionis societate Aquisgranenses ne quidem semel fuisse. Tantum abest, ut in pristinis temporibus sibi haec custodiae iura uel per somnium adrogauissent. Omnia haec testibus ac monumentis *cap. 4.* sunt corroborata, quae nunc non licet repetere. *Deinde* in quamplurimis etiam regnis aliis neque sedes principis primaria neque locus coronationis commune quid habet cum lo-

A co, ubi adseruari et custodiri solent insignia regalia. Principio nobis exemplo sit Franco-Gallia non solum ob loci, sed etiam publicorum quondam iurium nobiscum uicinitatem. Nam cimeliorum regni istius alia adseruantur in S. DIONYSII abbatia, quae nouissime recenset FELIBIEN *en hist. de l'abbaye S. Denys cap. 3.* inde a temporibus, quod creditur Chlodouaei (***): alia iterum *Rhemis*, quapro-

§. 3. *Loca tutelaria insignium regalium in* Gallia.

B pter ecclesiae S. Rhemigii obsides dantur, ut certa esse queat, peracta inauguratione regali, redditum iri, quod illa ad eandem commodauisset FAVYN *au theatre d'honneur lib. 2. c. ult. p. 508.* TILLET *au recueil de Roys de France titr. de sacres et couronnements des Roys p. 181.* alia conduntur alibi. Sic de HVNGARIAE regno scribunt REVVA *p. 151.* et plenius SCHMEIZEL *cap. 4. de coronis p. 217.* quod *Budae* in se-

in Hungaria.

C de Augusta noluerint custodiri *sacram coronam* et reliqua lipsana regalia, quod locus, quo amplior sit, eo etiam sit plenior periculorum ad motus et factiones multitudinis: sed in castro *Vissegrad* quinque milliaribus inde sito uersus Strigonium. Quamuis post, castro mutato, regalia *Posonium* sint delata, ubi hodieque adseruentur. De POLONIAE *insignibus* eorumque custodia agit CHWALKOWSKY *lib.*

in Polonia.

D *1. iuris publ. cap. 3. §. 24. p. 41.* his quidem uerbis: *Ad coronandum delecta est* CRACOVIA *an. 1320. Antea enim in loco minime tuto* GNESNAE *coronabantur reges. Vbi etiam insignia regni adseruabantur.* Habes iterum aliam urbem regis sedem, aliam rursus insignium tutricem. In BOHEMIAE regno insignia regalia pariter custodita sunt extra regni metropolim, Pragam. Nam arcem *Wissehradensem*, mox

in Bohemia.

E *Carlstein* fuisse ibi insignium *tutelares*, docet testaturq; BALBINVS *in uita Arnesti cap. 13. p. 179. sq.* Cuius etiam uerba dedimus alibi *cap. 4. §. 10. litt. bb. p. 40. 41.* Quod si igitur ne quidem in aliis regnis uerum est, insignium regalium tutelam pendere a iuribus archisolii, neque in Germaniae regni firmum erit filum consecutionis.

[*] Omiseram supra *cap. 4. §. 6. p. 33. 34.* locum, quem nunc in margine do, unde constat, ante Caesares secum habuisse insignia, quam illorum aeterna custodia demandata esset Noribergensibus. Henr. REBDORFF ad an. 1361. de Carolo 4. Caesare rem ita narrat: *Imperatrix in Nurnberg masculum genuit* [Wenceslaum]. *Ad baptismum solennem ibi curiam inuocat imperator. Infans leuatus est de fonte per archiepiscopos Moguntinensem, Coloniensem, Pragensem et per episcopos sex et quinque abbates. Curia autem durauit per octo dies. Nam et* INSIGNIA IMPERIALIA *iubet deduci de Bohemia et ostendit Noribergae, et denunciantur magnae indulgentiae, quas Innocentius VI. concessit.* [habes in adpendice bullam litt. B.] *Et ipse cum uxore et* INSIGNIBVS *in Bohemiam est reuersus. Et nota, quod* INSIGNIA *imperialia, quae tunc uidi, sunt haec. Primum, ferrum* LANCEAE, *quae transfixit latus Christi. Item* CLAVVS *cum aliquali petia ligni* S. CRVCIS. *Item* GLADIVS *Caroli M. et* CORONA, *qua coronatus est. Item gladius* MAVRITII *martyris. Item petia* BRACHII *S. Annae et* DENS *Ioannis baptistae. Item petia* CORDAE, *qua christus ad columnam ligatus,* SPONGIA, *qua fuit potatus in cruce et aliae plures reliquiae SS.* [**] Ad tegumentum iuris palatini *cap. 4. §. 3.* laudati facit etiam locus *chron.* AVGVSTENSIS *ad an.* 1219. ubi ait: *Otto obiit.* REGALIA *quoque Henricus,* PALATINO *Rheni adsignanda, regi Friderico reliquit. Quae ad instantiam eiusdem* FRIDERICI *regis eodem anno, sub quadam forma compositionis ipsi adsignata sunt.* [***]. *Theod.* GODEFREDVS *in cerem. Franc. p. 362.* in coronatione Henrici IV. inquit, quod ipse adhibuerit *la couronne imperiale close, la moyenne, le sceptre, la main de iustice, la camisole, le sandales, les esperons, l'espée, la tunique, la dalmatique, le manteau royal et plusieurs autres refaits de nouuel. Au lieu de ceux, qui auoient esté religieusement gardez des le temps du Roy Clouis au tresor de l'abbaye de S. Denys en France.*

Cap. V. §. 4. 5. 6.

II] NEXVS ab VNO genere reliquiarum ad ALTERVM. *Filum consecutionis ab uno insignium genere ad aliud prorsus est nullum.*

§. 4. *Deinde ab uno genere insignium, quae tenent, ad alterum colligunt, quae urbi eorum iure debeantur (kk). Sed diuersis insignibus rationes diuersae (ll).*

(kk) Supra *cap.5.§.2.litt.ee.p.49.50.* dictum est, quod imperialium reliquiarum *tres* sint species *Aquisgranensibus*, utpote 1) *gladius* Caroli M. 2) eiusdem aureis litteris cortici inscripta EVANGELIA, 3) capsula *sanguinis* STEPHANI, protomatyris. Has igitur ex magno ac ingenti naufragio reliquias esse, sibi quidem persuadent Aquisgranenses. Fieri enim non posse, existimant, ut diuellatur imperialium insignium custodia. Vt potius una omnium esse debeat penes urbem Aquisgranum. Verba adsertoris habentur *l.c.* cui tabularii testimonium addi debet, quod in *adpendice* exhibitum *litt.P.*

(ll) Principio enim dictum est *cap.5.§.* A *2.p.49.50.litt.ee.* quod alia ratio sit *Aquisgranensium* reliquiarum; alia rursus *Noribergensium. Illae* ad templi diuae uirginis thesauros pertinent: *hae* autem sunt imperii uniuersi. *Illae* ossibus et tumulo Caroli sunt adfixae; non autem *hae. Illarum* custodia auctorem habet templi b. uirginis conditorem: *harum* tutela a Caesaris instituto uenit, auctoritate imperii ac pontificis adprobato. B *Deinde* quemadmodum in aliis regnis non est insolitum quid, ut diuersa regni insignia urbes diuersas habeant custodes: ita etiam fieri id potuisset in Germanico imperio. Vbi uero hac repositione opus non est, cum utriusque thesauri discrimina sint manifesta.

III.] PRIVILEGIVM Richardi Caesaris an. 1262. *Adsertio iuris tutelaris Aquensium ex* DIPLOMATE *an 1262.*

§. 5. *Illud Aquisgranensibus uidetur potissimum, quod* DIPLOMA *habeant Caesaris* Richardi *(mm), qui spartam insignium tutelarem aeternum tribuat templo ac urbi. Verum in hoc plurima desideria uirorum, qui docti sunt res Germanicas.*

(mm) Verba adsertoris Aquisgranensis semel laudauimus iterumque. Quae huc pertinent, sunt haec. *Obwohln in der Stadt Aachen nunmehro nur drey Stücke zur* C *Kayserl. Krönung bewahret werden: so ist doch sicher und bewehret es hellscheinend das* Documentum *weyland Kaysers* Richardi de anno 1262. *wie daß derselbe der Stadt Aachen 1) die königliche* Krone, 2) Scepter, 3) Reichs-Apfel, *samt 4) den königl.* Kleidungen *dieser gestallt in bewahr gegeben habe, daß selbige aus keiner Ursachen uon dannen gebracht werden sollen. Welches doch hernach geschehen, daß dieselbe auf* D *Nürnberg kommen.* Verba diplomatis, quae huc aliquid uidentur conferre, recitabimus, cetera dedimus in *adpendice litt. P. Hic est modus et forma, sub quibus* RICHARDVS, *rex Alemanniae,* legauit *capellae b. Mariae 1) unam auream* CORONAM, *et 2) unum par regalium* VESTIVM *de* armis suis cum 3) uno* SCEPTRO *et 4) uno* POMO *deauratis in perpetuum ibidem custodienda. Ita, quod regalia haec parata ibi sint ad coronandum tantummodo ibi reges omnes Alemanniae. Ab eadem capella non amoueantur nec uendantur pro aliqua necessitate aut casu aut modo quocunque. Datum* Aquis *an. 1262. regni uero sexto.* Hactenus diploma. Sequitur inde factum argumentum: *demnach uon dem Römischen König* Richardo *die zur kayserl. Krönung gehörige* Insignia *dem Stiffi und dem Königl. Stuel Aachen gegeben und* doniret *worden: und aber die zu dem an dem uorgestrigen Tag uollzogenem* actu coronationis *abgeordnete Herrn der Stadt Nürnberg all solche* Insignia, * *über verhoffen, wieder zu sich genommen: als haben der Stadt Aachen abgeordnete, damit solches derselben an ihrem Recht nicht* praeiudiciren *möge, nochmahlen am zierlichsten* protestiren, *und alle diensame Rechts-Mittel dawider uorbehalten wollen. Franckf.* d. 24. Dec. 1711. Cetera repete ex *adpendice litt. P.*

DESIDERIA illius priuilegii quod a] dubiae *fidei,* b] *auctoritatis* ambiguae, c] ancipitis *sensus,* *Dubia aduersus fidem diplomatis Richardi an. 1262.*

§. 6. Principio *enim fidem ante non habebit apud Ictos, quam producatur illud* ΑΥΘΕΝΤΙΚΩΣ *(nn); cum adhuc nil praeter fargmentum extet, conceptum frustatim.* Deinde *ipsa largitoris* AVCTORITAS *est ambigua et uacillans (oo). Eo inprimis tempore, quo Germania uerbo habuit Caesares, re ipsa interregnum.* Porro *neque certiori iudicio constant priuilegii* SENSVS *(pp), cum princeps de suo, non de imperii thesauro, quod dictu fere improbum, largitus esse uideatur.*

(nn) Fidentior essem in huius diplomatis censura, si quidem illud totum uerbatimque esset promulgatum. Dicam tamen etiam sic dubia, quae lector in illo offendi, quominus meam illi fidem darem. Principio *Richardus rex Alemanniae* dicitur in hoc instrumento, aduersus morem eius aeui et stylum Richardi. Is E enim in omnibus, quorum ego memini, diplomatibus titulo utitur regis *Romanorum.* In *proelio* WOERINGANO *p.55.56.57.* duo eius Caesaris diplomata habentur, his uerbis concepta. *Richardus dei gratia* * ROMANORVM (non Alemanniae) *rex, semper Augustus. Datum in castris Straffordiae prope Londinum tertia*

die

Cap. V. *die Iunii indict. 10. an. 1267. regni decimo* et alterum ita subscriptum: *actum apud Cameracum 20. die Septembr. indict. XI. an. 1268. regni XII.* Idem initium ostendes apud BESOLDVM in *docum. monusterii* Wurtenbergensium p. 805. *Richardus dei gratia Romanorum rex, semper Augustus,* subscriptio est: *Datum Coloniae XVI. die Iunii. Indict. XV. anno dominicae incarnationis 1257. regni nostri anno primo.* Deinde subscriptio diplomatis Aquisgranensis neque *diem* memorat neque *indictionem*, inde non minus causae ad suspectandum. *Praeterea* sedulam Richardus *sigilli maiestatis* facere solet mentionem; adeo, ut in diplomatis, principio laudati, fine, his utatur uerbis: *Et quia maius sigillum nostrum*, ita sigillum maiestatis adpellat, *propter guerrarum discrimina penes nos non habemus, ad praesens minori sigillo nostro praesentes litteras iussimus communiri.* Huius ergo si memoria nulla fuerit in charta Aquisgranensi, moribus uix illa conueniet Richardi. Taceo genus scribendi, quod maiestatem non habet, quam alias prae se ferunt Richardina monumenta. Scrupulus uero, quem alii in *anno* excitauerint cum doctissimo PFEFFINGERO *lib. 1. tit. 5. p. 624. 625.* nullius est momenti. Errant enim, qui priuilegium Richardi, ciuitati *Tigurinae* datum, propterea pro suppositițio habent, quod illud an. 1262. conceptum sit *Hagenoae*; cum tamen iam ante biennium, anno scilicet 1260. Richardus, a suis in egestate relictus, in Angliam reuersus esse dicatur scriptoribus coaeuis. Reducem enim post factum esse eundem in Germaniaque uixisse anno 1262. illud quidem scimus testimonio plenae fidei diplomatum. Exhibent certe litteras clientelares, quas *Richardus* hoc tempore Bohemiae regi Ottogaro dederit, GOLDASTVS *in adpend. dipl. Bohem. p. 67.* et BALBINVS *decad 1. lib. 6. Bohem. ep. 14. p. 14. 15.* his uerbis finitas: *In istorum omnium testimonium praesens scriptum sigillo maiestatis nostrae iussimus communiri. Datum* AQVISGRANI *nona die Augusti, indictione quinta, anno domini 1262 regni uero anno sexto.* Ita alterum in *Woeringano proelio* a Richardo *datum apud* CAMERACVM *XX. die Sept. ind. XI. an. 1268. regni nostri an. duodec.* Vnde clarum est, in errore uersari omnes historicos, qui perhibent, ab anno 1260. Richardum in Anglia semper uixisse mortuumque esse, Germania inde semper extorrem, an. 1271. Repeto, quod principio dixi. Tum enim ferri poterit de fide, quam charta haec Aquisgranensis mereatur, iudicium, si integra in publicum, quod uouemus, e tabulario fuerit prolata.

AVCTORITAS priuilegii RICHARDINI *nun.*

(oo) Infelix certe Aquisgranum, si iura sua aliter tueri nequit, quam unius anticaesaris auctoritate. Notum est an. 1256. in partes iuisse principes electores, quorum alii suffragia sua RICHARDO dederunt; alii autem ALFONSO, Hispaniarum monarchae. Neuter in alterius gratiam de iure suo, quoad uixit, concessit quicquam; uterque Caesaris nomine imperioque usus est; ipse pontifex suspendit iudicium, spatioque ad deliberandum sumto, protraxit tempus causam, que, si etiam potuisset, noluit tamen decidere; principes imperii non minus deinceps ad mortem usque Richardi an. 1271. animis studiisque diuisi permanserunt. In his igitur discriminibus quid? Idem scilicet, quod Bellarminus dicit de pontificis electione, uno aut pluribus electis, sedem uacare. Quapropter illi scriptores, qui tempora magni in Germania interregni ab an. 1256. auspicantur, nequicquam improbandi. Vt adeo, hoc rerum statu, frustra factum fuisse adpareat, quicquid in causis imperialibus dixit scripsitque Richardus. Praesertim autem hoc uerum est ab illo tempore, anno scilicet 1260. quo eundem ordines imperii, postquam ad summam redactus esset egestatem, ludibrio habuerunt, etiã illi, qui partibus illius fuerant principio addicti. Adeo, ut tantum non ualedixisse tum uideretur Germaniae. Accedit, quod stylo medii aeui scriptorum, Richardus imperium sit *nundinatus* atq; *effuderit ante principes electores nummos, ut aquam.* Quod si est, esse autem omnes istius acui annales testantur, *uitiosa* fuerit electio ideoque nulla. Cum alia ratione populus principibus electoribus hanc spartam non detulerit, quam ut libera ferrent suffragia, neque animis propositos haberent nummos, sed patriae commoda publica ac salutem uniuersorum. Et, nisi omnia me fallunt, diplomatis memini a *Rudolfo I.* hoc fine promulgati, ut irritum fieret, quicquid interregni tempore statuissent anticaesares Richardus et Alfonsus, nisi noui Caesaris iudicio confirmaretur. Verum Aquisgranenses uel ipsi forte dubitarunt de confirmationis aequitate uel a Caesare tulerunt repulsam. Dictum enim est *cap. 4. §. 10. litt. ff. p. 42. 43.* quod Habsburgici Caesares secum non solum habuerint insignia imperialia, sed illis arcem auitam Kyburgum dederint custodem, nequicquam Aquisgranum. Vt adeo ciues Aquenses ne quidem ad priuilegium prouocare ausi sint apud largitoris successorem, tantum abest, ut sine rubore illud nunc producere queant, post quinque seculorum interualla.

§. 6.

1262. nullius momenti,

a] quia electores iuerunt in partes,

b] idem iuris illius anticaesari,

c] diuisi imperii ordines,

d] Richardinum imperium nomen interregni habet,

e] a plerisque iam an. 1262. derelictum,

f] electionis uitium manifestum suffragiis aere corruptis,

g] priuilegia Richardina decreto imperii sublata.

[pp] Si diploma nullius auctoritatis est, quid opus quaeso, tempus perdere in explicando eius sensu? Dicam tamen unicum. Vix opinabile esse, *Richardum* in consecratione insignium *imperialia* intellexisse, ut potius existimem, *propria* illius haec fuisse, ab imperialibus prorsus distin-

Priuilegium an. 1262. num de insignibus loquatur imperialibus, an uero tantum Richardinis.

Cap. V. *§. 6. 7.*

ftincta. Firmant mihi hanc coniecturam, quae fequuntur. *Principio* nemo fibi perfuadebit, eo audaciae deueniffe Richardum, ut Aquisgranenfibus rem donaret alienam. Imperialia cimelia uolo, quorum ufusfructus imperatoris eft, non proprietas, quae imperii. *Deinde* in Aquenfi diplomate fimplicis coronae [*] ueftiumque mentio fit, cum tamen in reliquiis imperialibus tum numerata fint *diadema* et *enfis Caroli M.*, *lancea*, *Mauritii gladius*, ceteraque quorum elogia haud dubie non neglexiffet Richardus, fiquidem in his uerfata fuiffet illius donatio. *Praeterea* quemadmodum ualde dubium eft, Richardum reliquiis imperialibus inauguratum fuiffe: ita propriis infignibus illi opus fuit, quae fuis ipfe fumtibus facile parauit, in opibus tantis, quibus gauifus eft iam inaugurandus [**]. Atque haec tantum iure donauiffet Aquisgranenfibus. Primum uero exinde conicio, quia tempore Wilhelmi Caefaris *Dreifueldae* latuerunt infignia imperialia, quod fupra dictum *cap. 4. §. 10. litt. gg.* aft uero is locus neque patuit Caefari Richardo. Quorfum bulla refpicit *Vrbani IV.* pontificis ad Richardum fcripta, in qua iubet, ut legitimo Caefari *adfignentur ciuitates*, *oppida*, *caftra et fpecialiter caftrum de Treucles* (meo iudicio Dreiuels). Nam coniectura illuftris LEIBNI-
A TII, *forte palatium Treuirenfe*, minime probatur, quam tamen prodidit *Cod. iur. gent. prodr. art. 14. §. 4. p. 24.* Imo auctor *chronici* COLMARIENSIS *ad an. 1273.* claris uerbis dicit, quod infignia imperialia data fint Rudolfo I. *cuius praedeceffores reges* Richardus et Alfonfus *magna pecunia non potuerint obtinere*. Ex quo coaeui fcriptoris teftimonio non tam probabile, fed iam certum effo, puto: *Richardum* impe-
B riales reliquias non habuiffe, Dreisueldae conditas. *Accedit*, quod in mores fere iuerit, ut principes *coronas*, *ueftes*, *fceptra* aliaque confecrent diuis, fiquidem ipfi illa fuis fumtibus parauerunt. Exempla non folum habes in multitudine coronarum, quae in coenobio S. Dionyfii adferuantur: fed etiam in Henrico fecundo Caefare, qui abbatiae Cluniacenfi donauit confecrauitque coronam imperialem
C [***]. Addo, quod Richardus, ut diploma habet, de *fuis armis* infignia dederit. Arma autem pro thefauro accipit iftud *aeuum*. Quod nouum argumentum eft, tum de *Richardi*, non de *imperiali* thefauro ditatam effe ecclefiam Aquisgranenfem. Neque eft, quod ab hac me coniectura dimoueat inftitutum: *quod Richardus his reliquiis inauguratos uoluerit Caefares futuros.* Illud enim uotum eft, non mandatum ualetque eo cafu, fi copia non fit imperialibus.

d] carentis *ufu* ac e] robore *confirmationis*, — *Aquisgranenfium priuilegium anni 1262. fublatum non ufu.*

§. 7. Quicquid *fit.* ***Demus etiam, extare diploma, uelle ita Richardum: ne quidem res uel ita eft extra aleam. Deeft diplomatis, ab anticaefare confirmati, ufus omnis (qq); tantum abeft, ut illud in imperio fucceffores fecerint ratum (rr).***

(qq) Priuilegia non ufu tolli, non folum lege ftatutum eft *cap. 6. X. de priuil.* fed etiam ipfa ratio uult, ut, qui priuilegio uti negligat, is amittat illud derelinquendo. Sunt quidem doctorum non iidem fenfus in tempore definiendo, intra quod priuilegio noceat non ufus. Et quamuis inter parum ac nimium peccetur ab aliis atque aliis: nemo tamen erit, qui ne quidem feculum fufficere dixerit ad expungendam priuilegii uim. Qui ergo medica manus poft quatuor feculorum lapfus adferetur priuilegio Aquisgranenfium tutelari? Poftquam fatis conftat, intra haec tempora atque in tot interregnis ne unam quidem hiftoriam effe, unde conftet, fpartam infignium imperialium uel femel fuiffe penes Aquisgranenfes, uel,
D quod magis eft, hanc ab illis fibi adrogatam fuiffe.

(rr) Difputant publici iurisconfulti, utrum priuilegia expirent cum uita Caefaris largitoris: ut adeo opus fit fingulis cafibus noua Caefaris inftauratione. Mouit certe hoc principes electores, ut in AB. adftringerent nouum Caefarem ad confirmanda illis priuilegia ante inaugurationem, ne illud poft rogare rogando-
E que cauere tenerentur priuilegii mortem. Quicquid fit, confirmatio iuris, ab anticaefare conceffi; ut a nouo Caefare rogetur, non tam confilii eft, quam neceffitatis ac praecepti. In eo igitur peffime confuluerunt caufae fuae Aquisgranenfes, fi confirmationem iuris, tantopere ambigui, petere neglexerunt, minimum

Robore caret a fuccefforibus non confirmatum priuilegium an. 1262.

[*] Verba funt: *legamus unum coronam auream et unum par ueftium cum uno fceptro et uno pomo.* Quae uerba cruda et ab omni religione uacua funt, quam debuit iftud aeuum facris reliquiis. [**] Praefertim quando etiam NOPPIVS lib. 1. c. 10. domefticus Aquenfium fcriptor teftatur, Richardum coronam ceteraque inaugurationis inftrumenta ex Anglia in Germaniam fecum transtuliffe. Cuius loci nos admonet apologia in *adpend. litt. M.* [***] Quem diftraxit, ut pauperum famem reftingueret S. ODILO. Auctor uitae illius: *Dum fames ualida fines Aquitaniae affligeret, exhauftis iam in pauperum ufus aerariis, mox etiam plurima facrarii uafa confregit, infignia ecclefiae ornamenta diftraxit.* CORONAE *quoque, quam fibi Caefar Henricus, ob fui memoriam deftinauerat, non pepercit. Indignum talia negare pauperibus Chrifti, pro quibus effufus eft fanguis Chrifti.* Adde ad hunc locum notas *Andr.* QVERCETANI *p. 68. 69. biblioth. Cluniacenfis.* Habes etiam litteras Alfonfi Hisp. regis an. 906. fcriptas, ubi *coronam imperialem* aere redimit a bafilica S. Martini apud eundem *p.* 50. 51.

Cap. V.

mum a Rudolfo Habsburgico, Richardi successore. Ne in re tanti momenti, et universi imperii propria remaneret ulla subreptionis aut obreptionis suspicio. Quod uero ante tot secula neglexerunt, illius frustra nuncdemum quaeretur reparatio.

§. 8.

ff) expuncti moribus et

g) contrario instituto.

§. 8. *Ex aduerso erumpit potius ueritas ex tenebris istius aeui. Quod neque tempore ipsius Richardi, neque post insignia imperialia uel semel in* custodia *fuerint* Aquisgrani *(ss). Verum clare patet ex eo tutelares fuisse deas eorundem principio* Kyburgum, *deinde* Monachium, *post* Pragam, *demum* Noribergam, *hoc thesauro etiamnunc diuitem ac beatam. Accedit imperiale de Noribergensium iure tutelari institutum, Caesaris, imperii et pontificis Romani consensu auctoritateque corroboratum (tt): quod expungeret rationes, si quae fuissent, Aquensium. Tantum abest, ut illae negotium patriae queant facessere post trium seculorum interualla (uu).*

Mores imperii *ante et post diuersi priuilegio Aquisgranensium an. 1262.*

(ss) Capite *quarto* uniuerso dictum est probatumque, non stabilem fuisse in imperio Germanico spartam insignium tutelarem: sed hanc in manu semper fuisse Caesaris superstitis; mortuo autem illo hanc alios atque alios occupauisse, quorum ibidem *nomina, exempla, rationesque* in medium prolatae. Neque tantum usu ita uenit ante annum 1262. quo datum esse fertur priuilegium. Etiam post illa tempora his moribus uixerunt Caesares ac proceres Germani, neque ullam dederunt in custodia insignium imperialium Aquisgrano urbi praerogatiuam. Primus Richardi successor fuit *Rudolfus I.* Habsburgicus. Ast is insignia imperialia non Aquisgrani accepit, sed *Moguntiae*, testibus coaeuis. Ita enim auctor *chronici* COLMARIENSIS *ad an. 1273.* p. 40. edit. Vrstisianae: *Venit Moguntiam* Rudolfus I. *Hic praesentantur ei regalia, quae praedecessores reges magna pecunia* (quam constat Richardum et Alfonsum profudisse) *non poterant obtinere.* Ex quo unico loco plura constant, unde Aquensis priuilegii euertitur auctoritas. Nam ita Richardus nunquam habuit insignia imperialia, ergo illa credere non potuit Aquisgrano. Deinde insignia, statim in eius successore, Moguntiae offenduntur, ut frustra sit disputatio pro Aquisgrani tum sparta tutelari. Vim eandem aduersus Aquisgranense priuilegium habent uerba SCHATENI *in annal. Paderborn. lib. II. an. 1273. p. 123.* Bopardiam *cum peruentum 1]* LANCEA *imperialis et 2]* CORONA *aurea 3] augustalia imperii* ORNAMENTA *Rudolfo I. oblata sunt.* Boparda uero arx quatuor distat milliaribus a Rheni *Confluentia.* Imo, coronatione Aquisgrani facta, Rudolfus insignia imperialia statim forte misit in arcem sibi auitam, Küburgum *cap. 4. §. 10. litt. ff. p. 43.* Quod inde coniector, quia defuit illi sceptrum imperiale, cum Aquisgrani exigeret ab ordinibus homagium. Audiemus iterum testes rei coaeuos. *H.* STERO *ad an. 1273.* ita eam narrat: *Rudolfus, in palatio Aquensi constitutus statim exegit a principibus clericis et laicis fidei iuramentum. Quod cum recusarent propter sceptri* (imperialis forte, non Richardini) *absentiam, ipse electus signum crucis accipiens, talia dixisse fertur:* ecce signum, in quo nos et totus mundus est redemtus, et hoc signo utamur, loco sceptri. *Et deosculata cruce omnes principes tam spirituales quam seculares, ipsam crucem, sceptri loco, osculantes, recipientes feuda sibi fidelitatis iuramentum praestiterunt.* Idem habet EVERHARDVS *Ratisponensis tom. I. lect. antiq.* CANISII. Et sane Rudolfum I. imperatorem non solum perpetuo secum insignia imperialia habuisse, sed nequidem, eo mortuo, reddita haec fuisse ab illius heredibus, plura sunt, quae fidem nobis faciunt certissimam. Nam retinuerat illa *Albertus I.* imperator, atque arcem, hoc fine Kyburgi conditam, dedit illis tutelarem, quod ostensum est supra *cap. 4. §. 10. litt. ff p. 43.* Inde, hoc mortuo, insignia imperialia nequicquam nactus est Henricus VII. imperator an. 1309. quamuis Aquigrani unctus et coronatus fuisset. Nam Alberti filii illa nequicquam de custodia auita dimiserunt. Inde Friderici IV. qui aemulus fuit Ludouici IV. Bauari, coniux imperialibus insignibus est redimita. FVGGERVS *lib. 3. cap. 3. §. 3. p. 280.* domesticis testibus usus est, dum scripsit: *Kayser Friderich ließ an 1315. seiner Gemahlin bey dem Beylager die* Römische Kron *auffsetzen. Denn Hertzog Leopold, sein Bruder, hatte selbige, nach Absterben seines Vaters, kaysers* Alberti I. *bey handen behalten. Neben dem* Schwerd, Mantel und Handschue. *Auch andern des Reichs* Kleinodien, *als ein Stück vom* Creutz *Christi, den* Speer, *einem von den* Nägeln *und dergleichen.* Plenior est *Gerard. de* ROO *lib. 2. p. 79.* Circa haec tempora *Fridericus rex cum Elisabetha et Leopoldus cum Catharina Sabaudiae ducis filia nuptias Basileae celebrarunt in magna principum frequentia. Fridericus pro rege se gerens, cunctisque principalis fortunae ornamentis insignis * sponsae* CORONAM *imponi iussit et Romani imperii* INSIGNIA, *quae * ab obitu patris Alberti retinuerat,* LANCEAM *sacram, particulam* CRVCIS *dominicae,* CORONAM *et Caroli M.* GLADIVM *ostendi iussit.* Vnde haud dubie errant AVCTOR *paralipom. Vrsperg. ad an.* 1309. et NAVCLE-

Pene: RVDOLFVM I. *an. 1274. insignia fuerunt, non Aquisgrani.*

Insignia penes ALBERTVM I. *an. 1298. non Aquisgrani.*

Insignia neque Aquisgrani an. 1315.

RVS

Cap. V.

RVS *ad h. a.* aliique, quando scribunt, Henricum VII. Aquisgrani diademate Caroli M. inauguratum fuisse. Rectius enim *argenteae* tum coronae mentionem faciunt coaeui scriptores alii, quos congessere *Felix* OSIVS *ad Mussatum rubr. 5. p. 134. 135.* et PFEFFINGERVS *lib. 1. tit. 5. §. 10.* quoniam forte Lucemburgensis comes pepercit sumptibus, quo minus aureum pararet diadema (*). Sic Ludouicus IV. Bauarus an. 1314. Aquisgrani quidem est coronatus, uerum insignia imperialia Fridericus IV. Austriacus habuit, eius anticaesar. Haec enim anno demum 1324. uel post accepit Boius, quam profligauisset Austriacum in custodiaque haec ei pacta extorsisset: ut nuntium mitteret imperio Austriacus et imperiales ei reliquias redderet. *Alterum* dicunt *Wolffg.* LAZIVS *in Austriae historia lib. 2. p. 215.* his uerbis: *Leopoldus etsi imperii* INSIGNIA *a fratre relicta retineret, eorum tamen possessionem, utpote uictor, non admodum curabat Boius.* Idem *p. 218.* in enarratione pactorum inter Ludouicum et Fridericum an. 1325. *secundo, ut imperii* INSIGNIA, *a patre accepta, Leopoldus dux Austriae redderet BoioCaesari idque confestim ac sine tergiuersatione.* Tertio, *ut titulo imperii contentus foret et regem se de Roma adpellaret.* Primum uero, insignia imperialia ante haec pacta reddita fuisse, credunt narrantque (**) NAVCLERVS *generat. 45. p. 997. ad an. 1325.* hoc modo: *Tractabatur autem saepe de liberatione Friderici et impediebat liberationem eius, quod Lupoldus* INSIGNIA *imperii,* LANCEAM *scilicet et alia* IMPERIALIA *noluit resignare. Exortus est inde clamor:* quod nollet fratrem liberare. *Quibus ipse motus, tradidit mediatoribus* INSIGNIA. *Praedicens, quod etiam tuaditione facta frater non liberaretur. Sicut et factum est.* Idem plane FVGGERVS (***). Atque ex hoc deinceps tempore an. 1325. insignia imperialia Ludouicus IV. imperator in sua habuit retinuitque custodia Monachii. Quo mortuo neque dum illa de Boica custodia dimisit filius eius Ludouicus usque dum Carolus IV. imperator an. 1350. transigeret cum ipso, ut, quae acceperat a parente, illi traderet. Instrumentum traditionis et consignationem singularum partium dedimus in *adpendice litt. A.* Testes historicos laudauimus supra *cap. 2. p. 13.* et *cap. 3. §. 6. p. 21. 22.* A quo tempore

Insignia non Aquisgrani an. 1324.

Neque Aquisgrani insignia ab an. 1325. ad an. 1424. quo aeternum credita fuerunt Noribergae tutelari.

§. 8.

reliquiarum imperialium custodia gauisa est superbiitque Bohemiae metropolis Praga. Cui Innocentius VI. ideo festum tribuit diem, ARMIS *christi* SACRVM, quod bulla docet, quam habes in *adpendice litt. B.* et GRETSERVS *syntagm. cap. 1. 3. 4.* Fructus reliquiarum, per *septuaginta* annos et amplius *Prage* cultarum, ab an. 1350. ad an. 1424. describunt firmantque testibus historicis BALBINVS *in uita Arnesti, archiepiscopi primi Pragensis lib. 2. cap. 13.* ex eoque, quamuis cum uirulentia in euangelicos, *Pessina de* CZECHOROD *in S. metropoli Prag. radio 4. p. 400. 401.* Vtrumque auctorem laudauimus et correximus *cap. 4. §. 10. p. 39. 40.* Ex quibus uero causis factum, quare an. 1424. insignia imperialia Noribergam migrauerint Caesaris, pontificis ordinumque uoluntate concentuque, supra *cap. 2. et 3.* plene planeque est enarratum. Fateor, multum operis ac olei dedimus in diuersis latebris indagandis, ubi insignia imperialia ab an. 1262. aetate priuilegii Richardini cundita fuerunt: sed neutrum perdidimus. Ita enim ex tenebris erupit ueritas rei, ut ruborem nunc omnem exuere oporteat, qui dubitauerit, Richardinum diploma, si quod fuit, exangue esse, et, contrario in imperio usu, per hactenus dicta, eneruatum.

(tt) Quod omne patet ex illis, quae abunde commonstrata sunt superius. Et quidem de CAESARIS uoluntate, qui spartam insignium tutelarem Noribergae detulit, loquuntur *cap. 2. §. 2. 3. 4.* et *cap. 3. §. 2. 3. 4.* imo ipse papa testis idoneus et Aquisgranensibus omni exceptione maior, in *bulla*, quam dedimus in *adpend. litt. E.* Vnde porro trium pontificum consensus intelligitur auctoritasque *Martini, Nicolai, Pii.* Principes etiam electores hanc Noribergensium custodiam ratam fecerunt toties, quoties insignia ab urbe tutelari ad inaugurationem his uerbis requisiuerunt, *ihr wollet die bey euch in* Verwahrung *haltende* insignia *anhero uerschaffen.* Formulam habes in *adpend. litt. K.* Imo reliqui non minus ordines imperii huic etiam iuri tutelari Noribergensium adplaudunt, quum *Noribergensium comitatui* per territoria eorundem, in itu ac reditu cum insignibus, adesse tenentur conductu solenni. Quem litterae imperant Caesaris Leopol-

Sparta *insignium* tutelaris *credita* Noribergae 1424. *consensu* Caesaris, papae, ordinum *S. R. I.*

(*) Imo esse possent coniecturae, argenteam Henrici VII. coronam causam forte dedisse fabellae de tribus coronis triplicis metalli. Carolinam enim auream prorsus esse, testem habes in *adpend. litt. F.*
(**) Etiam *Gerard. de* ROO *lib. 3. p. 86.* ait de fratre captiui Caesaris Friderici: *Habebat ille sacra* IMPERII INSIGNIA. *Quae uti Ludouico mitteret, aegre a quibusdam principibus persuaderi se passus est. Quod futurum erat, praedicens, fratrem ea de causa non liberatum iri.* (***) *Lib. 3. cap. 4. a. 1. p. 292. Inzwischen kehret* Leopoldus *allerhand Mittel vor, seinen Bruder (Kayser* Fridericum*) zu entledigen. K. Ludewig begehrte von ihm des Reichs Kleinodien, die er noch bey sich hatte. Mit Versprechen,* Fridericum *dagegen ledig zu geben. Damit er nun nicht davor angesehen würde, als unterliesse er etwas, daß zu seines Bruders Erledigung dienete, ließ er Kayser Ludewig dieselbige folgen. Ungeachtet er wohl wuste, daß das Versprechen nicht werde gehalten werden. Wie denn auch geschehen ist.*

Cap. V. VI.

poldi, prolatae in *adpendice litt. L.* Vnde illud patere, existimo, contrario pridem instituto expunctam iuris Aquensium, si aliquod fuit, speciem inanium. Et sane cum Germaniae confinia cum Gallis, ab aliquot iam seculis, raro tuta sint, neque consilii rationes ferunt, ut in urbe finitimâ imperiales porro thesauri reponantur.

Ius tutelare derelictione *omissum et ciuilis termini* praescriptione *aliquoties.*

(uu) Equidem non ignoro, Aquenses adsertores affirmare, quoties Caesaris inauguratio facta sit, toties de iure suo contestatos esse legatos Aquisgrani urbis aduersus spartam Noribergensium tutelarem. Nouissimâ eorundem uerba an. 1711. concepta haec sunt: *So hat die Stadt Aachen zu* saluirung *ihres rechtens, gleich wie ein solches in* allen *undiedlen* * vorherigen *Krönungen geschehen, die* protestation insinuiren *lassen*, quam *adpendix* exhibet *litt. P.* Verum enim uero Noribergenses ad publicam sui tabularii fidem prouocant, de *contestatione* eius generis Aquisgranensium nec uolam nec uestigium superesse, ut mirentur conatum et insolentiam hominis nouaturientis. Nolim uerba haec mea esse, quae sunt Noribergensis apologiae, quam dedit *adpendix litt. M.* *Nun hat man an seiten Nürnberg in allen annoch uerwahrlichen* relationibus *nachsehen lassen, ob iemals von seiten Aachen eine* Protestation *geschehen. Vnd hat man uon dergleichen in denen uorigen Krönungen nicht ein einziges Wort gefunden. Es ist sich demnach wohl höchstens zu uerwundern*, qua fronte *der*

A concipiist *so frey in den Tag herein drucken zu lassen, sich erkühne, ob sey eine solche* Protestation *bey allen uorigen Krönungen geschehen. Da doch hieuon weder* uola *noch* uestigium *irgendwo erwiesen werden kan*, et quae sequuntur deinceps. Pugnant hic inuicem duo ordinum imperii archiua; quo casu neutri est fides habenda. Cum iuris axioma sit, *priuilegiatum aduersus aeque priuilegiatum priuilegio non uti.* Ac-

B cedit, quod *protestatio* sit facti, adeoque probari debeat a parte, quae prouocat ad eandem. Quod si igitur per tria secula ius suum non in memoriam reuocauit ciuitas Aquensis, quod est opinabile, cum mutus hic sit *Knipschildius*, muti urbis annales: animum certe recuperandi pridem exuisse uidetur, iuraque, si quae habuit, amisisse *derelinquendo*. Vt terminos praescriptionum ciuiles taceam, quos

C nemo non uidet, non semel, sed iterum iterumque fuisse praeterlapsos. Adeo enim in iura Aquensium erimus liberales, ne illis spatia obmoueamus praescriptionum uel *immemorialis* uel *longi* uel *longissimi* uel *extraordinarii* temporis, quibus amittuntur res priuatorum. Quamuis esse soleant ICtorum cohortes, docentium: ordines imperii, praesertim si litigent inter se, legibus uti Romanis, instar

D hominum priuatorum. Maxime, quod caput attinet praescriptionis *immemorialis*. Nostrae causae hoc genere partus opus non est, cui sufficit Aquensium *derelictio*, quae uox non legis est, sed naturae.

CAP. VI.

IVRIS TVTELARIS
NORIBERGENSIVM
APOLOGIA.

PRAESIDIA argumentorum pro *Noriberga* tutelari.

§. 1. *Illud superest, ut tela depellamus sigillatim, quibus impetita est in hac causa Noriberga tutelaris. Pluta sunt, quae urbi in hac sparta praestant firmissimum praesidium. Principio Caesaris*, SIGISMVNDI, *institutum (aa), maturum ac prouidum auctoritateque corroboratum plerorumque in imperio successorum (bb): principum ordinum deinde probatio et toties in Caesaris inauguratione accedens adplausus (cc): tandem auspicium pontificis Martini V. an. 1425. et fulmen aeterni ab ecclesia exilii, aduersus illos emissum, qui palladium hoc in dubium uocauerint meae Noribergae (dd).*

CONSTITVTIO Sigismundi *an.* 1424. *pro iure* Noribergensium *tutelari.*

(aa) Patet hoc non solum ex historia translationis insignium Noribergam an. 1424. quam plene enarrauimus supra *cap. 2. et 3.* sed etiam ex bulla Martini V. an. 1425. quam dedimus in *adpend.* Vbi uerba sunt dignissima commemoratu: *Sigismund.* imperator, *considerans efferatam plurimorum etiam potentum regni* Bohemiae, *nunc a*

E *ueritate fidei deuiantium uesaniam* [*] *plerumque debacchari in sancta solitam.* [causa est prima, quam excipit altera.] *Deinde censens attentius, quod cum ante actis temporibus reliquias et insignia ipsa per nonnullos* contra imperiale beneplacitum detineri contigisset* [**] *magnae pro illorum recuperatione strages et sanguinis effusiones secutae fu-*

[*] Cuius specimina et historiam habes supra *cap. 3. §. 3.* [**] Specimina horum euentuum dare potest *cap. 4.* quod de contentione diuersorum agit, penes quem, mortuo Caesare, esse debeat insignium imperialium custodia.

Cap. VI.

erunt [*]. *Volensque, tanquam princeps prudentissimus quaeuis in posterum pericula praecauere et idoneo ad* PERPETVAM *reliquiarum et insignium praedictorum custodiam habendo loco sollicitus. Lustratis cunctis Alemanniae ciuitatibus multoque ad illas directo reflexu* [in quo mirum est nullam ei de iure Aquisgranensi subortam fuisse difficultatem] *tandem considerans, quod imperialis, ut eius* (Sigismundi, cuius diploma in Noribergensi tabulario haud dubie extat) *uerbis utamur, ciuitas Noribergensis prae ceteris ciuitatibus insignis, famosa, polita, reliquias et insignia ipsa ad ciuitatem Noribergensem transferens ea ibi reponenda prouidit atque decreuit perpetuo conseruanda. Quare pro parte dicti * regis Sigismundi nobis humiliter fuit supplicatum: ut translationem huiusmodi gratam habere nec non, quod reliquiae et insignia a dicta ciuitate * exportare non ualeant, prouidere de benignitate apostolica dignaremur.* Quam quaeso aliter se habet haec constitutio, tam sancte et circumspecte multoque cum consilio pro imperiique salute, edita promulgataque: quam Richardina illa pro Aquensibus concepta, quorum uerba ieiuna sunt, frigida, nullius rationis. Pudeat igitur Aquenses adsertores, ultimum diploma uel conferre cum primo, cui tanto, si momenta spectes, cedit interuallo.

Caesarum confirmatio priuilegii Sigismundiani.

(bb) Post tempora Sigismundi, largitoris priuilegii tutelaris, imperatores his Noribergensium iuribus nullatenus contradixerunt. Imo non solum tacite illa confirmarunt: sed etiam fecerunt rata. Idque ideo, quoniam electi insignia quidem a Noribergensibus requisiuerunt, non tamen alia lege euentuque, quam ut redderentur illa statim Noribergensibus legatis, peracta inauguratione. Et, quod magis est, in ipsa inauguratione, pace Caesaris et ordinum legati Noribergenses perpetui esse solent insignium adseclae, ne ius eorundem tutelare uel unico momento intermissum uel interruptum esse, uideretur [**]. Illustre exemplum est in Friderico V. Caesare. In cuius gratiam Noribergenses legati insignia imperialia an. 1452. Romam attulerunt, ut cum illis pontifex Caesarem inauguraret. Habes historiam apud SYLVIVM *in uita Frid. V. p. 80. 81.* et plenius FVGGERVM *libr. 5. Austr. t. 7. p. 582* [***]. Quamuis illius interpres Birken quaedam de suo adspergere uideatur

§. 1.

Ratihabitio principum electorum custodiae insignium Noribergae.

(cc) Vim argumenti habes *cap. 5. §. 8. p. 64. litt. tt.* quod custodiam insignium toties adprobent principes electores, quoties illa a Noribergensibus requirunt. Qua formula requirantur, uidesis *adpendicis litt. E.* In reliquis ordinibus ursimus *conductum*, illis imperatum a Caesare et electoribus. Formulam accipe in *adpend. litt. L.* cetera. Filum consecutionis *cap. 5. §. 8. litt. tt. p. 64.*

Consensu papae qui opus in translatione imperialium reliquiarum?

(dd) Diploma illustre et momentosum Martini V. papae dedimus in *adpendice litt. E.* cum formulis, quibus illud *Pius*, et *Nicolaus* papae ratum fecerunt. Verba, quae huc pertinent, sunt haec: *Nos itaque* Martinus V. *translationem et repositionem huiusmodi ratas et gratas habentes, eas auctoritate apostolica confirmamus et etiam adprobamus. Statuentes nihilominus irrefragabiliter, et etiam ordinantes quodammodo, ut reliquiae et insignia ipsa in eadem ciuitate Noribergensi perpetuo uenerabiliter conseruentur. Ita quod si a quoquam exportare contingent, cuiuscunque dignitatis status uel conditionis existant, etiamsi patriarchiali, regali uel alia quauis praefulgeant dignitate, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. A quo non possint absolutionis beneficium, nisi restitutis insignibus, obtinere.* Neque est, quod aliquis hoc pontificis Romani improbet institutum, quasi illius nihil interfit, penes quem custodia sit thesauri imperialis. *Primo* enim papa non suo hic arbitratu scripsit, sed rogatione Caesaris Sigismundi. *Deinde* cum insignia, imperio sacra, mysticos sensus habeant, quos eruit formauitque Gregorius nonus [****], uel ideo curam quoque eorundem habuit Roma-

[*] Non enim omnes iudicio usi sunt Ottonis IV. Caesaris, qui parum legitur curauisse, quod insignia imperialia essent penes anticaesarem Philippum. *Otto de* S. BLASIO *cap.* 46 ait: *gloriabatur* Otto, *etiamsi non insignia aut schemata possideat; satis tamen eidem esse, quod regnia tenent locu et iura.* Addatur MEIBOMIVS *in apologia pro Ottone IV p.* 117. [**] Diarium nouissimae inaugurationis *cap. 5. p. 62. 63.* superius excerptum, *primo* dicit, quod Noribergenses legati deferant insignia ad locum inaugurationi destinatum; *deinde*, quod ea retineant secum in urbe ad illud usque momentum, quo insignia adhiberi solent in sacra ceremonia unctionis; *porro*, quod tum curru cum insignibus ad templum uehantur; *praeterea*, quod, ne in templo quidem, ab ara discedant, ubi insignia deponuntur; *post*, quod peracta inauguratione, statim iidem recipiant insignia cum iisque fiant reduces Noribergam. [***] Audiemus uerba, quantum illa prosunt nostro instituto: *Hierauf* [actum inaugurationis Romanae describit] *brachten des Käysers Bediente den Käyserlichen* Ornat Caroli M. *als die mit vielen Heiltbum und Edelgesteine besetzte* 1] *Cron, das* 2] *Schwerdt samt der Scheide;* 3] *die Gurtel,* 4] *den Scepter und* 5] *Reichs-Apfel,* 6] *den Chor-Mantel, samt* 7] *den Pantoffeln und* 8] *anderen Stücken trug Kayser Friderich allbereit am Leibe.* NB *Diesen Käyserlichen Schatz hatten die von Nurnberg* [*allwo er noch biß auf diesen Tag verwahret wird*] *K. Friderichen zu sonderbahren Ehren* [quasi uero penes ciuitatis hoc fuerit arbitratum] *mit sich gen Rom geführet. Welches zuuor niemahls einigem Rom Käyser wiederfahren ware, auch nachmals nicht geschehen. Diese Kleinodien nun empfinge ein Priester von der Bringere* [legatorum manibus] *Hande.* [****] Habes mysticos imperialium insignium sensus, interprete pontifice, apud *Petr. de* VINEIS *in epistol. praoemials* adparatu *p.* 77.

Cap. VI. §. 1. 2.

manus facerdos. *Tandem* illud facra uolunt Romanorum, ne reliquiae ab uno loco transferrentur in alium, fine confensu auctoritateque pontificis fupremi, tefte PAPEBROCHIO *in propyl. ad acta SS. p. 183.* Ex ufu itaque Romanae ecclefiae omnino fuerat opus, ut papa confentiret iuri rutelari, ad Noribergenfes per Sigismundum translato. Quae omnia cum ita fint, fibi religioni duxerit pontificius doctor, ut calculum det Aquisgranenfibus. Quorum caufa hunc finem habet, ut impetat euertatque illud, quod maturo Caefaris ac pontificis Romani confilio iudicioque fuit conftitutum.

Aauerfus Noribergam tutelarem ARGVMENTA I} a SACRIS euangelicis.

§. 2. *Eft igitur conatus ad omne audaciae genus proiectus, iura difputare uelle,* CAESARIS, ORDINVM, *ipfius* PAPAE *iudicio ftabilita et comprobata. Sed nunc opus eft, ut illum retundamus. Principio* PVRIORA SACRA *incufant, quorum caufa priuare uolunt hoc palladio ciuitatem (ee). Cum quod facrae reliquiae non profint* euangelicis *(ff); tum quod pontificios ita carere oporteat fructu, quem fibi ex cultu earundem pollicentur (gg); tum etiam, quod reliquiae catholicae cuftodes non ferant haereticos (hh).*

Euangelicorum *focru indigna effe reliquiarum cuftodia.*

(ee) Hoc enim confilio *Chriftianum* ERDTMANNVM edidiffe *Noribergam in flore* diximus *cap. 1. §. 4. litt. ff. p. 7. 8.* Confentit nobis OBRECHTVS *de clenod. imper. §. 12.* Auctor *uirulentiffimae paraenefeos ad Ferdinandum II. imperatorem et electores imperii de transferendis Noriberga in alium locum S. R. I. reliquiis, qui fe Chriftianum Erdmannum nominauit.* Plenior hic eft MVLTZIVS *part. 2. cap. 25. n. 164. 165. p. 775.* ubi numerat non folum tela, aduerfus Noribergam fparfa; fed etiam remittit illa et contundit. *Voluit,* inquit, *ante plusquam fexaginta annos pater Erdmannus imperatori perfuadere, ut depofitum iftud a ciuitate reuocaret. Cuius iuftam caufam effe, perhibuit, quoniam ciuitas ab ecclefia Romana in partes Auguftanae confeffioni addictorum conceffit.* Idem forte propofuerat fibi in animo Gretferus, quamuis in *Syntagmate*, quod *litt. O.* in *adpendice* dedimus, uerbis noluerit offendere.

Non ferre λειψανολατρείαν.

(ff) Eft enim fymbolis noftris omnino aduerfus cultus facrarum reliquiarum. Praefertim, fi nomine earundem ueniunt non corpora, fed ueftes, enfes, utenfilia, fupellex, quibus ufi fuerunt uiri fancti et martyres doctores. Legi poffunt in caufa noftra CHEMNITIVS *part. 4. exam. Conc. Trid.* GERHARDVS *in loco de morte §. 95.* ex noftratibus. Inter reformatos excellunt in hoc argumento prae aliis CHAMEIR *tom. 2. lib. 10. c. 8. 9.* VOETIVS *tom. 3. difp. felect. p. 473.* HEIDEGGER *in anatome conc. Trident. p. 1106.* aliique. Ratio ad intelligendum eft facilis. Qui enim fanctorum animas non credimus adiutrices, qui quaefo auxilia expectabimus ab corundem exuuiis? Qui uero fibi perfuadet primum, ille uix damnandus eft in altero. Pudeat uero noftrates quisquiliarum, quando ita argunt: *fi inter facras reliquias refertur mala* CRVX, *quid prohibet, quo minus illarum numeros adaugeamus iudae* LAQVEO, *quo fe iugulauit.* Verum merito exfibilauit eius generis nugas GRETSERVS, Iefuita doctus hiftoriam Germaniae.

(gg) Memorabilis eft hic locus *Iacobi* GRETSERI *in lib. 2. de facr. peregrinat. p. 350.* ubi dolet, *corpora fanctorum apud Lutheranos haereticos inhonora iacere et fine efficacia. Adeoque haereticos non folum ex offibus fanctorum nullos fructus fentire: fed etiam, quin tales fentiant, catholicos impedire.* Inde eft, quod gaudet, fanctum Bennonem Mifniae ereptum et a catholicis uindicatum effe, ne eius offa in otio contabefcerent. Eodem confilio Magdeburgenfes offibus fpoliati funt *S. Nordberti* fui, ut illa Pragae, ubi repofita funt, fructus ferrent, cum eorundem cultus fordefceret ciuibus Lutheranis (*) Regulam enim fe hic fequi, dicunt, quod mihi prodeft et tibi non nocet, illud nulla cum iniuria fore coniunctum.

Offibus fanctorum uim *eripere* cuftodiam haereticorum.

(hh) Tertium hoc damni eft genus. Lutherani facra offa non colunt; quin catholici colant, impediunt; imo facram illis eripiunt uim. In ultimo nos hic uerfamur. Interpres pontificiorum fit GRETSERVS *lib. 2. de facr. peregrin. p. 306.* circa annum 1072. *magno numero concurrunt homines ad S. Sebaldum* NORIBERGAM, *ut* Schaffnaburgenfis *teftatur ex eoque centuriatores et Hofpinianus caluinifta. Vnde uirus fpargunt* CENTVRIATORES: *hac noftra aetate, ubi lux euangelii effulget, Sebaldus et ceterae laruae non amplius miracula poffunt; fed iacent ibi, ut trunci. En lector! haeretici coelites pro* lor-

p. 77. his fere uerbis: CRVX *fit tibi* [de Friderico II. fermo eft] *memoria dominicae paffionis.* LANCEAM *confidera, quae fontem nobis aperuit duorum facramentorum.* CORONA *triplici coronaris a matre, nouerca, patre. In ultima claffe funt Germani.* SCEPTRVM *graue fit ad puniendum.* POMVM *initia curet et fine adeoque mifericordiae tibi fit auctor et index.* Adde VITERBIENSEM *part. 19. p. 531.* edit. Piftor. [*] Extat *narratio tranflati e Saxonia in Boemiam facri corporis* NORBERTI *Magdeburgenfis archiepifcopi, Pragae* excufa 1627. in 4t. Verum ante Norberti offa fublata aliaque, loco eorundem, fuppofita fuiffe; quae ultima tantum Magdeburgo eripuerint hoftes, enarrat tueturque praepofitus coenobii S Mariae MVLLERVS in libello fingulari. Vt adeo Pragenfes pfeudo Norbertum colere uideantur.

Cap. VI. *laruis et truncis habent. Quid si et coelum. Quid si et regem coelitum. Sed Lutheri, Caluini et similium cadauera hoc nomen merentur. Quid mirum? corpora sanctorum nulla apud nos edere miracula. Cum uel exusta sint uel cum aliis ossibus permixta: non honorantur, non inuocantur, non coluntur. Etiam S. Benno apud Lutheranos in Misnia inhonorus et inefficax maneret, si adhuc in Misnia eius iaceret corpus. Nam et christus in Capharnaum propter incredulitatem gentis illius, nulla edere uoluit* A *miracula. Ita et sancti propter uestram perfidiam nihil mirabilium faciunt. Quia indigni estis. Cum omnium coelitum sitis contemtores et omnem cultum diuis inuideatis. Haec aduersus rabulas centuriatores.* Nil adfingitur nobis in hoc argumento, quantum concernit disputatio aduersus sanctorum exuuias: uerum ab his ad coelites ipsos nemo ingenuus nectet uinculum consecutionis. Taceo BELLARMINI aduersus nos sparsam inuectiuam. §. 2. 3. 4.

II] clausula bullae COMMISSORIA.
III] CAVSA translationis finisque.
IV] FESTVS deest dies ARMORVM Christi.

§. 3. Deinde CLAVSVLAM *urgent* commissoriam, *qua bulla papae concepta sit (ii). Vt, quo momento ciuitas formulam sacrorum pontificiarum eierauerit: eo etiam excidere debeat iure tutelari. Cui accedat, quod* HAERESEOS *causa Sigismundus abstulerit insignia Pragae eademque transtulerit Noribergam. Sed nunc in scyllam incidisse (kk), quae olim uitare uoluerint charybdim. Tandem in Germaniae fastis diem queruntur desiderari, festum* ARMIS CHRISTI *(ll). Quam solam causam esse putant idoneam translationis reliquiarum (mm).*

Clausula commissoria nisi ciuitas beterodoxa.

(ii) Verba bullae, quam in *adpendice* B habes, sunt haec: *ita, ut nulli personae uel communitati uel potestati liceat reliquias et insignia extra dictam ciuitatem* (Noribergam) *exportare, nisi forsan, quod Deus auertat, contingeret, populum illius a fide deuiare catholica.* Inde ERDTMANNVS *Noribergae in flore p. 14.* collegit in margine: *nota, sub qua conditione Norībergenses adseruent insignia imperii.* Scilicet, *quamdiu fuerit in flore catholicae religionis.* Quod si enim discesserit ab hac, iudicio illius ciuitas ipso iure destituenda est custodiae sparta insignium imperialium. *Nam* quod sub conditione promittitur, illud negatur conditione deficiente.

Legis exspirasse animam.

(kk) Repetendae hic sunt causae translationis insignium *cap. 3. §. 3.* Princeps enim uidetur fuisse haec: *ne haeretici Hussitae, reliquiarum contemptores, disperderent illas.* Ponit etiam hanc inter alias D plures diploma papae, quod exhibet *adpendix litt. E.* Si igitur illud uerum sit, quod, anima legis expirante, lex ipsa expiret: cadere etiam iure tutelari Noribergam, cadente eius orthodoxia.

Desideratur festus dies ARMORVM CHRISTI.

(ll) Vsu uenit apud pontificios, ut eius *sancti* diem festum celebrent, cuius reliquiae in templo adseruantur. Plene de B *festis ob reliquias* egit *Carolus* GVYETVS *lib. I. heortologiae c. 9.* In gratiam igitur reliquiarum imperialium facile fuit papae Romano, ut pariter diem notaret, qui sacer esset imperialibus reliquiis. Principio eundem nominauit indulsitque anno 1354. Innocentius sextus, Carolo IV. rogatore, quod insignia in Bohemiae regno ipse deposuerat Pragae. Bullam dat *adpend. litt. B.* Illis autem post anno C 1424. Noribergam translatis, huic ciuitati non minus colendus esse uidebatur idem festus dies idque auctoritate Martini V. an. 1425. cuius epistolam (*) exhibet *adpendix litt. E.* de re ipsa agit GRETSERVS *cap. 4. syntagm. p. 75.* Ceremonias, festo diei armorum Christi solennes, enarrauit anonymus in *adpend. litt. D.* Est enim illud quoque in usu Romanae ecclesiae, ut diem *translationis sanctorum* colant festum, quod docet sigillatim GVYETVS *heortolog. lib. 1. c. 8. quaest. 2. 3.* Sed festum hunc diem Noribergenses de fastis suis expunxisse an. 1524. diximus supra *cap. 1. §. 3. p. 7.*

Translatio reliquiarum ob haeresin.

(mm) Atque hanc frequentissimam causam fuisse, ob quam corpora sanctorum ex Asia in Europam migrauerint, exemplis comprobat tuetur que GVYETVS *lib. 1. beortolog. c. 8. quaest. 3. p. 77.*

V] Insignium vsus CAESARI relinquendus.
VI] PERFIDIA finiri tutelam.

§. 4. Praeterea, post alios (nn), Caesarem dolent maleuoli. Quod huius quondam fuerit, insignia imperialia quotidie colere, custodire, tueri, etiam uti fruique illis (oo). Vtrumque desiderari a Caesaribus, fingunt, postquam sparta haec facta sit Noribergensium. Tandem notant ciuium in reliquiis imperialibus nudandis et exspoliandis perfidiam (pp), quo crimine omnis tutela finiatur.

(nn) Enar-

[*] Iure enim ordinario netas est, humanum corpus ad alium locum transferre *l. 14. C. de religiosis et sumtib. fun.* ubi uerba Caesarum haec: *nemo humanum corpus ad alium locum, sine Augusti adfatibus, transferat.* Idem in decretis can. *corporu de consecrat. dist. 1.* Idem inter dogmata ecclesiae ante Constantinum BASNAGE *tom. 2. ad Baron. p. 879.* Verum migrant mores hosce Romanae ecclesiae: 1] si locus haereticus sit factus, ubi *sanctus* est conditus, 2] si in nouo loco maior expectetur *sancti* cultus, 3] si populus acceperit *sanctum* tutelarem. In quibus casibus non denegare solet papa suam in transferendis reliquiis auctoritatem.

Cap. VI.

Dubium in iure tutelari garruissimum.

(nn) Enarrauimus *cap. 4.* omnium et singulorum pro iure insignium tutelari postulata. Quae cum ambigua sint, locum sustinere nequeunt aduersus priuilegia tutelaris Noribergae. Sed omnia haec ad interregna pertinent. Nam uiuo Caesari nemo unquam in dubium uocauit, quin reliquias imperiales secum habere iisque in bello ac pace uti frui queat. Quapropter in eo inprimis uim argumenti ponit aduersa pars, ut constet, quo iure Caesares his thesauris sint destituti.

Quod CAESARES SECVM *habuerint reliquias imperiales ad annum usque* 1424.

exemplo Henrici IV. *anno* 1106.

(oo) Equidem dixi hoc *cap. 4. §. 6. p. 33. 34.* Nunc autem exigit ordo, ut idem exemplis testimoniisque communiam ueteris aeui idque sigillatim. Non uero luculentius hoc patet, quam in destitutione *Henrici quarti*, qui ideo noluit insignia et reliquias imperiales de sua custodia dimittere, quod schemata haec esse debeant penes Caesarem, quam diu sit in uiuis. HELMOLDVS *in chron. Slauor. lib. 1. cap. 72. n. 2. 3. missi a principibus uenerunt ad regem Henricum IV. dicentes: Fac nobis reddi* CORONAM, ANNVLVM et PVRPVRAM *ceteraque ad inuestituram imperialium pertinentia, filio tuo* Henrico V. *deferenda.* Et mox *n 3. p. 83. statim regem aggressi sunt eique* CORONAM *de capite abruperunt. Deinde sublatum de* SEDE, PVRPVRA *ceterisque, quae ad sacram inuestituram pertinent, funditus exuerunt. Imo obturantes aures suas, perrexerunt ad filium deferentes et* IMPERIALIA *firmantesque eum in regno.* Plenior est in enumerandis insignibus *abbas* VRSPERGENSIS *an. 1106. p. 260.* Henricus *regalia uel imperialia insignia 1)* CRVCEM *scilicet et 2)* LANCEAM 3) SCEPTRVM 4) GLOBVM 5) *atque* CORONAM *filii Henrici V. potestati tradidit prospera illi imprecans, illum primatibus multo fletu commendans.* Imo, quod magis est, ipse Henricus IV. in querulis litteris, quas Galliarum regi scripsit nobisque conseruauit BARONIVS (*) *tom. 12. annal. an. 1106. n. 4.* imperiales ita numerat reliquias. *In illis tribulationis meae diebus a filio meo missus uenit, dicens: nullum uitae meae esse consilium, nisi sine contradictione omnia regni insignia redderem. Ego 1)* CORONAM 2) SCEPTRVM 3) CRVCEM 4) LANCEAM 5) GLADIVM *nisi Moguntiam.* Idem repetit in epistola ad filium apud eundem *n. 12. §. 60. ante captiuitatem in Bingen abstulisti nobis honorem; in captiuitate uero quicquid residuum erat, ut lanceam et crucem et omnia regalia insignia ui et timore mortis a nobis extorsisti, relicta uix ipsa uita.* Idem narrant recentiores SIGONIVS [**] aliique. Vnicum tamen fuerat, quare Caesares reliquias imperiales quandoque alibi locorum posuerunt. Scilicet, ubi iter ingressi sunt uel minus securum uel longinquum. De Ottone IV. agit *cap. 4. §. 7. p. 35. 36.* Succedat huic exemplum Friderici I. qui ante insignia et reliquias imperiales filio suo credidit Henrico VI. quam iter in Palaestinam ingressus fuisset. *Otto de S.* BLASIO *cap. 32.* anno 1189. Fridericus *imperator generalem curiam Presburch, in marchia Hungariae, celebrans exercitum peregrinorum in militiam christi coadunauit traditisque* REGALIBVS *Henrico regi, filio suo* [***] *diuisisque pro uelle suo inter filios praediorum suorum reditibus, cunctis ualedixit.* Verum, quod haec insignium traditio facta sit contra usum et ordinem imperii, omnino firmat adsertum, *ut regulam exceptio,* tantum abest, ut illi obsit.

§. 4. 5.

Friderici I. an. 1189.

Calumnia de insignibus exspoliatis auro et gemmis.

[pp] Nolo calumniam *Erdmanni, Czechorodii, Beyerlinckii* aliorumque iterum adponere. Fecimus illud supra *cap 1. §. 3. litt. ee. p. 7. 8.* et rursus *cap. 3. §. 2. p. 17. litt. tt. uu.* demum *cap. 4. §. 10. litt. bb. p. 40. 41.* Id enim aliis persuadere uolunt, Noribergam expoliauisse auro et gemmis reliquias imperiales. Quapropter actione tutelae impeti queat, ob quam munere tutelari tutor sit destituendus.

REPOSITIO ad priora sigillatim. I] euangelica sacra non haeretica sunt Germaniae.

§. 5. *Verum enim uero ad singula reponemus sigillatim. Principio absit, ut ciues priuari queant priuilegiis in Germania,* SACRORVM *ergo, quae pragmatica imperii sanctione probata sunt, et, pari cum ceteris iure, recepta in imperii societatem (qq). Deinde nouit et ipsa Noriberga sacros thesauros et pretio, quod habent, aestimat illos, ut falsi diuinatores sint, qui scribunt, siue adsint siue absint cimelia, urbis nihil referre (rr). Et uero sacris hodie reliquiis ille tantum deest (ss) cultus, quem protulit superstitio et auri fames. Qua labe, absit, ut illas conspergere uelimus.*

Vtriusque religionis eadem iura in imperio.

[qq] *Articulus V. §. 1. n. 1. Instrumenti* OSNABRVG. clarus est: *In omnibus autem inter utriusque religionis status omnes et singulos* (ergo et ciuitates) *sit* * *aequalitas exacta mutuaque. Ita, ut, quod uni parti iustum est, alteri quoque sit iustum.* Cui loco addatur *§. 11. n. 29. articuli V.* eiusdem. Quod si ergo utriusque *religionis* summa aequalitas, eademque iura sunt: fieri non poterit, ut in Germania, sacrorum ergo, ali-

[*] Extat etiam epistola cum aliis pluribus eiusdem imperatoris in collectione REVBERI *p.* 197. 198 *seqq.* [**] *Lib 9. de regno Italiae p.* 239. SCHATEN *annal. Paderborn. ad an.* 1106. KIRCHMANNVS *de annulis c. 20. p.* 143. [***] Huic enim fasces imperii demandauerat absens imperator, quod dicit *auctor* MONTIS SERENI *ad an.* 1189. Nulla itaque hoc tempore uestigia uicariorum aut uicariatuum imperii.

Cap. VI. aliquis patiatur damnum et priuilegio, quo ciuis *pontificius* gaudet, priuetur *euangelicus*. Aequus igitur iudex in hac controuersia sententiam feret hanc: *si pontificiis iustum est, exangues reliquias colere numinis instar, quamuis hoc execrentur euangelici instar idololatriae; neque euangelicis uitio uertetur, si reliquiis dent requiem, licet hanc illis inuideant pontificii.*

CVLTVS INSIGNIVM et reliquiarum hodieque superest Noribergae

(rr) Quamuis λειψανολατρεία a sacris nostris omnino absit, quod dictum est *cap. 6. §. 2. litt. ff. p. 69. 70.* prosequimur tamen, quantum par est, sacras reliquias cultu ciuili. Sunt enim *primo* in custodia fida et liberali. *Auctor chron.* NORIBERG. [*]. *In templo domus hospitalis, quod sancto spiritui sacrum, custodiuntur insignia imperialia. Posita sunt in capsa argentea, quae in celsitatem elata est pendetque in aere, catenis ex utroque latere religata. Claues, quibus aperitur, partim in conclaui, ubi aerarium est, partim in cancellaria domus hospitalis adseruantur. Nefas tamen est, arcam reserari, nisi a fabro, qui operam addixit reipublicae; nisi indulserint hoc principes* [**] *in senatu; nisi praesentes sint reipublicae quaestorrs et domui hospitali praefectus; nisi de loco constet, ubi cimelia recludi ac monstrari debeant. Vltimum plerumque fit in templi ipsius sacrario.* Sed nouissime, cum Carolus VI. Caesar urbem transiret, eius conspectui exposita sunt in curia reipublicae. *Deinde* si quando spectator spem explere uult, ex reliquiarum conspectu conceptam, faciles esse solent ciuitatis legati ad hoc tolerandum, quod olim notauit *Leo de* ROSMITAL *in suo itinerario, p. 62. adpend. Super lanceam*, dum sacras reliquias spectabamus, *sacerdos annulos nostros ponebat, ut, qui dolore et punctione lateris infestarentur, praesens et certum apud se remedium haberent.* Hodieque narrant, nihil esse noui, *daß sich anwesende Mannes- und Weibes-Personen den Speer durch ihre Röcke oder auch Kleider stechen und uorgeben, daß solches vor Kranckheiten und ins besondere für das Seiten stechen helffe.* Fiat secundum cuiusque fidem. *Praeterea* adeo soliciti sunt Noribergenses in reliquiis adseruandis, ut hanc praecipue causam adlegent, quare annuas abrogauerint monstrationes [***], ne insignia, uetustate corrosa, frequentiori tactu attererentur [****]. Quae cum ita sint, frustra calumniantur maleuoli, quod insignia apud Noribergenses iaceant humi prostrata et inhonora. *Porro* ciuitas in iure reliquiarum tutelari hodieque multum ponit dignitatis et praesidii. De symboli expositione, quo utitur Noriberga hodieque, docuimus supra *cap. 1. §. 6. p. 8. 9.* Neque enim ignara est, quod in aliis regnis insignium custodia uel in principe urbe fit uel, si regna hereditaria, plerumque in ipso archisolio *cap. 5. §. 3. p. 51. 52.* Nouit eadem, quod ideo pro Noribergensium fortunis uniuersum imperium excubias agat: quando tanti pretii thesaurus in illorum custodia. Sua facit omnino, quae *Eobanus* HESSVS scripsit de Noriberga in *adpend. litt. O.*

1) in fida et honorifica custodia,

2) in sacri cultus indulgentia,

§. 5.

3) in cura, ne ea conterantur,

4) in iuris tutelaris elogio.

> *O Deus! o urbis pulcherrima gloria nostrae,*
> *Quae sola hanc meruit, quae nulli contigit urbi*
> *Gloria, perpetuis non interitura diebus.*

Tandem ipsi etiam scriptores maleuoli perhibent [†] quoties demortuo Caesari, ut fieri in singulis Germaniae ciuitatibus solet, exequiae parantur, parantur autem omnibus, toties etiam cimelia imperialia in conspectu poni uenerabundo [††]. Ho-

5) in ornatu imperialium exequiarum.

[*] PASTORIVS *in Franconia rediuiua c. 3. p. 251. Wenn die reliquien besichtiget worden sind, so thut man sie wieder in einen silbernen Kasten und zeucht sie wieder hinauf, daß sie oben im Chor in der Hohe haagen, gegen Abend des Altars. Der Kasten wird mit drey Schlusseln aufgesperret, deren einen der Obriste Losungs-Herr; den andern der Hospital-Meister; den dritten der Herr Obriste Hauptmann hatt.* [**] *Der geheimde Rath und die sieben ältern Herrn.* MVLZIVS *part. 2. c. 25. §. 6. p. 775. n. 168. Lipsana imperialia Noribergae non cuiuis ostenduntur, sed tantum ad rogationes principis imperii aut urorum magnae dignitatis.* [***] Diem festum ARMORVM CHRISTI uolo, quem late describit *adpendix litt. D. et litt. O* in desideriisque ponunt Erdmannus, Czechorodius aliique. [****] *Codex MSCT. Dn. Praesidis: im Jahr 1524. hat man aufgehöret, das Heiligthums-Fest zu halten. Damit dieselbe durch vielen Gebrauch nicht abgenuzet, und weil alles alt und murbe, durch öffteres hin und her raumen uerdorben werden mochten.* En Noribergensium pro conseruandis reliquiis prouidentiam. [†] In iisque GRETSERVS in *adpend. litt. O.* Hodie tamen mores hosce forte propterea migrarunt, ne multa tractatione insignia attererentur corroderenturque. (††) *Codex* MSCT. *Dn. Praesidis* utrumque morem describit in exequiis Sigismundi et Alberti II. his quidem uerbis: *Item im Jahr 1438. am Vritag nach Ostern da beging man den Kayser hie zu Nurnberg mit der Grabniß zu dem neuen Spital mit Kostlichkeit. Wenn man that das Heiligthum alles herab. Das Speer, Creuz und andere Stuck auf den Altar bey der Seel-Messe. Vnd das andere Heylthum und* habitum *Kayser Karols, das hat man alles auf das Grab und parung gelegt. Die Kron und Schwerdt und all ander Dinck. Vnd all Priesterschafft, Pürger und die Gemeyn, die waren allda bey dem Opfer.* Idem CODEX laudatissimus in Alberto II. *Im Jahr 1439. an unser lieben Fr. Tag, als sy in dem Tempel geopffert ward, da beging man den Röm. König. Albrecht hie zu Nürnberg. Auch zu dem neuen Spittal mit dem würdigen Heylthum und andern Kostlichkeit. Als man denn vormahls den Kayser begangen hatt. Und sang der Bischoff von Regensburg das Amt bey dem Heylthum, und waren auch all Prysterschafft dabey.*

Cap. VI.

Hodie etiam pristinis moribus uti posset ciuitas, nisi parcere mallet ipsis insignibus, ne haec, multoties tractando, atterrerentur.

Reliquiarum cultus aut par aut maior Noribergae euangelicae, quam sancti Hieronymi ec. an. 380.

(ss) Non est huius loci ex sacris litteris disputare *λειψανολατρείαν*, quae sparta relinquenda est doctoribus theologis. Illud ex annalibus ueteris ecclesiae est notum, quod damnauerit reliquiarum cultus VIGILANTIVS: cui dicam impegit, satis acerbe ac uehementer, ut solet, doctor HIERONYMVS *in epist. aduers. Vigilantium*, quae habetur *tom. 3. opp. p. 54. 55.* Ad cuius testimonium prouocare hic solent praecipue pontificii auctores. Illud ergo sufficiat Noribergensium apologiae, si ostendero, etiam nunc reliquias eo cultu adfici a Noriberga euangelica, quem probauit tum acer Hieronymus.

a) in honore reliquiarum,

Principio exprobrat VIGILANTIO, quem *κατ᾽ ἀντίφρασιν* dicit DORMITANTIVM, quod existimet, sacras reliquias adorari [*]. Reponit Hieronymus: *nos autem non dico matyrum reliquias, sed ne solem quidem, non angelos, non cherubim colimus et adoramus. Ne seruiamus creaturae, quam creatori. * Honoramus seruos eorumque reliquias, ut eum, cuius sunt martyres, adoremus.* Verum summo honore imperiales haberi reliquias Noribergae euangelicae, illud quidem probauimus supra *c. 6. §. 5. litt. rr. p. 76.*

b) in earundem mundicia,

Deinde increpat Vigilantium, quod reliquias sanctorum, iudicio habeat Iudaeorum pro immundis. *Ergo Petri et Pauli immundae sunt reliquiae: ergo Mosi corpusculum immundum?* sed neque hanc censuram meretur Noriberga euangelica. Cuius ciues reliquias sacras, ubi illas ostendere iubentur, manu tractant honorificentissime, tantum abest, ut pollui manus existiment earundem tractatione.

c) cultu ciuili,

Porro ridet Vigilantium, quod illos, qui reliquias honorent suspiciantque, adpellet *cinerarios et idololatras.* Absit uero, uel hoc uirus spargere Noribergam euangelicam aduersus eos, qui magni faciunt decora dignitatemque reliquiarum.

d) excubiis,

Post, Vigilantium propterea Dormitantium salutandum esse, perhibet, quod eum male habeant ad sacras reliquias uigiliae. *Nam, quod dicis, eum uigilias execrari: facit et hoc contra uocabulum suum, ut uelit dormire Vigilantius. Et non audiat saluatorem: si non potestis una hora uigilare mecum. Vigilate et orate. Dominum legimus pernoctasse. Apostolos carcere clausos tota nocte uigi-* A *lasse.* Quare uero sophismatibus hic ludit doctissimus uir? Vigilantius enim non uigilias increpat, sed uigilias pro reliquiis. Habes itaque sophismata, mutati elenchi, compositionis et diuisionis. Illud uero est. Laudauit probauitque uigilias uiri christiani Hieronymus uniuersim, necquicquam uero propter spem in sacras reliquias.

§. 5.

e) custodia,

Praeterea Vigilantius reliquias proscripsit ex templis. Inde B Hieronymus cum confert cum *Iuliano persecutore, qui sanctorum basilicas et catatumbas uoluerit destructas.* Sed iterum indulgentior est Noriberga euangelica, quae etiamnunc reliquias adseruat in basilica. Quod uidimus *c. 6. §. 5. litt. rr.*

f) dignitate prolata ad supellectilem.

Tandem Hieronymus inter reliquias corpora retulit uirorum sanctorum, non uestes, arma, crepundias, supellectilem. His autem fere absoluuntur reliquiae imperiales, quibus ne quidem ho- C norem ipse uoluit tributum. Vnde consecutionis uinculum est firmissimum; Noribergae Euangelicae cultum maiorem pro imperialibus reliquiis, quam sancti patris Hieronymi. Haec sufficiant ad urbis apologiam. Nam de *inuocatione* reliquiarum; de auxilii *spe* ex *δουλείᾳ* earundem; de miraculis et *ostentis* apud illas nihil uel Hieronymus habet [**], uel puriora tempora ecclesiae. Vt ideo sacra ci- D melia irasci nequeant ciuitati euangelicae.

de reliquiarum cultu auctores.

Num uero sequior hic aetas paganismo infecta excitataque sit, ut sacra ossa adoraret: illud nolim ego definire. Volunt hoc *Ioan.* DALLAEVS in opusculo aduersus *Latinorum traditionem de cultus religiosi obiecto*, quem nostrates postea exscripserunt et *Samuel* BASNAGIVS *in annal. eccles. ad an. 356. §. 11. 12. 13. seqq. tom. 2. p.* 835. hocque plenior instru- E ctiorque ueteris ecclesiae et paganismi testibus *Iacob.* BASNAGE *en histoire de l' eglise lib. 19. cap. 4.* quod his uerbis est inscriptum: *origine du culte des saints et de leurs* RELIQVES *depuis l' an.* 350. ab hoc enim tempore paganismi superstitionem de reliquiarum cultu irrepsisse, putat, in ecclesiam. Respondit ad argumenta Dallaei ex instituto *Natalis* ALEXANDER praecipue *in hist. eccles. sec. V. dissertat. 25.* F *tom. 5. p.* 334. deinde etiam in *theologia morali lib. 4. c. 3. artic. 3. tom. 2. p. 572.* quem auctorem maximi facio, cum dogmata non ex ingenio disputet, sed ex ueteris aeui monumentis. Ceterum egomet sentio mitius. Opinor enim principio homines christianos post fata coluisse do-

[*] Nota est pontificiorum distinctio inter *δουλείαν* atque *λατρείαν*. Illam tribuere dicunt reliquiis, hanc soli Deo. Sed tamen satis est, *inuocationem* reliquiarum probare illos, quorum interpretem supra egit GRETSERVS *cap. 6. §. 2. litt. gg.* Neutrum certe uoluit indulsitque sanctus Hieronymus.

[**] Scriptum Hieronymi aduersus Vigilantium in *cultu reliquiarum controuerso* conceptum esse stomachose, nemo potest ire inficias. Sanctus itaque pater studio actus est, Vigilantium incusandi et conuincendi plurium errorum. Quod ut faceret, extulisset haud dubie reliquias plus iusto, siquidem illud aeuum hic in nimio peccauisset.

Cap. VI. §. 6.

doctorum suorum memoriam; ad hanc quotidie refricandam pignora adseruauisse, quae uiuis fuerint grata; tum haec quotidie in oculis habuisse, ut excitarent se aliosque ad similes uirtutes; post factum esse, ut crederent, animas pie defunctorum reliquiis et exuuiis suis frequentius adfuturas, quam locis peregrinis; inde nonnisi coram reliquiis suis in- A uocatum esse sanctum pro auxiliis et intercessione apud Deum; demum limites reliquiarum prolatos esse a cadauere ad pretii aut memoriae alicuius utensilia, ut etiam coram his fierent supplicationes; ad extremum sanctorum inuocationes indultas fuisse omni loco. Ita ex paruis initiis tanta excreuit moles et adparatus religionis in sacras reliquias.

ad II] CLAVSVLAE pontificis nulla uis. ad III] CAVSA iuris tutelaris Noribergae *sancta etiamnunc.* ad IV] MONSTRATIO nontemere omissa.

§. 6. *Pontificii* DIPLOMATIS *fulmen non est, quod hic multum curemus (tt). Ab illius enim dicteriis nullum publici iuris principium pendet in Germania, in quo tamen uersatur nostrum argumentum. Porro inter* CAVSAS *nostri iuris primaria est, ut insignia fidos habeant firmosque custodes (uu). Vtramque spem expleuit urbs probauitque eam imperio trium seculorum decursu, etiam euangelica. Vt dignior ideo gratia sit (*), quam dica hominum maleuolorum. Neque, quod porro obmouent, reliquiarum* MONSTRATIO *temere est omissa (xx): cum, pontificiorum quoque iudicio, illa parum consulta sit neque fiduciam mereatur diuinitatis aut portentorum.*

REPOSITIO *ad pontificis* CLAVSVLAM COMMISSORIAM *an. 1425.* *a) quod illa non publici iuris principium,* *b) expuncta in pace religionis,* *c) non tangit coetus puriores,* *d) falcem immittit in messem alienam.*

(tt) Principio uae Germanis! si publici iuris principia petere deberent ex Romani pontificis codice *decretorum* et *decretalium*. Mirum est, desiderari scriptorem, qui in *decretalibus* crimina collegerit Caesareae maiestatis (**). Quod cum ita sit, nemo in Germania adeo fuerit hospes aut partium studio corruptus, qui uerbis bullae pontificiae in hoc iuris publici argumento uel aurem praebeat, uel aliquod tribuat momentum. *Deinde* ex illo minimum tempore nullarum uirium est, quod statuit aduersus symbolum forte nostrum pontifex: postquam in OSNABRVGENSI *tabula art. 5. §. 7. n. 50.* eneruatum sublatumque, quicquid litterarum obest sacrorum nostrorum cum pontificiis aequalitati. *Praeterea* sensus pontificiae bullae his uerbis concepti sunt in *adpend. nisi forsan, quod Deus auertat, contingeret, populum illius a fide deuiare catholica:* sed ab hac labe etiam nunc immunis est ciuitas euangelica, quae hodieque in symbolo apostolico se addictam esse fatetur *fidei ecclesiae catholicae*. Et pleni sunt doctorum theologorum libri, quod euangelica ecclesia sit catholica. *Porro* Noriberga spartam tutelarem non pontifici tribuit, sed imperatori Sigismundo. Alterius igitur fuerat, restringere eandem ad certum reipublicae ecclesiae statum, non primi, cetera.

Sufficit Noribergae caussa spartae primaria etiamnunc.

[uu] Superius *cap. 3. p. 18. 19.* causas recensuimus, quare Sigismundus an. 1424. in custodia insignium aeterna elegerit Noribergam. Quarum momenta etiam hic mereantur expendi. Illud ex Caesa- B ris constat uoluntate, quam bulla recitat pontifex Martinus V. in *adpend. litt. E.* et frustatim *cap. 6. §. 1. litt. aa. p. 65. 66.* quod finis et caussa princeps fuerit, ne insignia imperialia porro essent *penes Caesarem* uiuum; ne, mortuo deinde Caesare, relinquerentur *possessoribus ambiguis* dareturque occasio ad intestina imperii dissidia et conflictus. Et sane est, quod grata mente agnoscant Germani Noribergensium in sparta hac tutelari fidem. Olim enim, quae turbae fuerint, mortuo Caesare, de insignibus, narrauimus supra integro *capite 4.* Nam licet etiam post Sigismundum Caesarum electiones titubauerint in *Alberto II.* in *Carolo V.* in *Ferdinando II.* in *Leopoldo I.* omnes tamen cauit turbas de insignibus Noriberga tutelaris.

Ab insignibus imperialibus MIRACVLA *aut portenta sperauerint ne quidem homines catholici.* *Quin a) hanc spem non meretur curta sanctorum supellex.*

[xx] Matriculam et album imperialium reliquiarum habes in *inuentario* Ludouici Brandeburgici anno 1350. quod exhibet *adpendix litt. A.* Quatuor fere illa generum sunt. *Primum* absoluit uestes, arma et utensilia CAROLI M; *alterum* CHRISTI; *tertium* EXVVIAS sanctorum martyrum; EORVNDEMQVE *quartum* supellectilem et uestes. In *primum, alterum* et *ultimum* genus spem portentorum et miraculorum posuere quondam ne quidem ipsi pontificii. Quod probamus. Nam principio uox *reliquiarum* Hieronymo, Augustino, Nazianzeno doctoribusque uetustioribus aliis significauit non nisi *corpora, membra et ossa* sanctorum: non *supellectilem, uestes, utensilia* eorundem. Tantum igitur abest, ut haec coluerint ex cultuque

(**) Ipso scriptore pontificio monitore *Hurtm.* MAVRO, qui ait, *reliquias imperiales a Noribergensibus summa cum diligentia et ueneratione sub fida custadia adseruatas esse.* (**) Votum hoc olim fuit *Du. Praes. im Päpstl. Vnfug wieder die Cron Preussen* cap. 1. §. 4. p. 27. Hodie forte id facilius esset, postquam *Io. Th.* ROCABERTI *bibliotheca maxima pontificia Romani tomis XXI prodiit in lucem Romae 1698. fol.* Fuit enim auctor in eo, ut omnium uolumina conquireret, qui unquam pro pontificis auctoritate aliquid scripsissent. In quo instituto audax est et effrenis, ut illa recoquat adfirmetque, quae ignauia exclusit medii aeui. Ad quae tamen secula litterata apud ipsos pontificios solent expallescere.

Cap. VI.

suque sperauerint miracula, ut ne quidem illis tribuere aut dare uoluerint nomen reliquiarum. Conquirerem testes et rationes, nisi ante fecisset hoc Ioannes *Dallaeus*, *Stegerus*, *Gosmannus* aliique. Vnde est, quod ne quidem pontificii auctores, si doctiores sunt, nostris hic respondere uelint. Haud dubie gnari, reliquiarum suppetias uirum prudentem non exspectasse a curta sanctorum supellectili. Et sane mirum est, malam crucem et execrata instrumenta, quibus pessima gens, Iudaei usi sunt ad inferendum seruatori nostro cruciatus et mortem, numerari nunc inter sacras reliquias et cimelia, plenissima diuinitatis. Inprimis autem Carolinis reliquiis detrahunt uim scriptores pontificii, qui eum uel in numero sanctorum expungunt uel tamen partium studii pontificem incusant, qui illum classi adscripserit sanctorum praeter rem & caussam. Candide satis SPONTANVS *ad an. 814. n. 5. Carolum sub Friderico I. imperatore* PASCHALIS, *papa doctus, in numerum* SANCTORVM *adscripsit. Sed, quod is haud legitimus pontifex, eiusmodi canonizatio non est recepta ab ecclesia Romana. Quod tamen pontifices non legantur id impugnasse, res sic tacita permissione seu tolerantia perseuerauit, ut in propria ecclesia, ubi sepultus fuit, coleretur.* Quod enim perhibet *Ioannes* CHAPEAVVILLVS *tom. 2. episcop. Tungrens. cap. 46. p. 117.* auctore hoc factam fuisse papa Alexandro, illud scripsit ex ingenio. Contrarium enim ostendit PAPEBROCHIVS *in actis SS. die 28. Ian. p. 888.* Qui ipse etiam de hoc sancto frigide uidetur sentire. Vt adeo spes decollet miraculorum apud ipsos pontificios. Quod imperialium reliquiarum genus superest, illud absoluitur fere *dente* S. Ioannis et brachio *Annae*. Qui adparatus iterum tantus non est, ut conferri mereatur cum abundantia reliquiarum, quae adseruantur *Coloniae*, *Augustae*, *Hannouerae*, olim *Halae* nostrae, quas diuitias quis urbi nostrae subduxerit abstuleritque, hoc latet nos etiamnunc. Tantum abest, ut in sacra reliquiarum spe principem locum mereantur Noribergenses exuuiae. Finem controuersiae impono uerbis pontificii doctoris, *Georgii* CASSANDRI *artic. 21. consult. p. 117.* cuius iudicium est hoc: *Cum uerae et compertae reliquiae in his prouinciis sint paucissimae, et multae earum non temere suspectae haberi possint; illarum certe frequentatio et ueneratio non multum pietati, plurimum superstitioni et quaestui seruiunt. Multo igitur consultius uidetur, ut ab omni reliquiarum ostentatione abstineatur. Et populus ad ueras sanctorum reliquias, id est, exempla pietatis et uirtutum imitanda prouocetur.* Hoc certe famosissimi apud pontificios theologi iudicio, omittenda esset imperialium reliquiarum monstratio, etiamsi custodes et depositarios haberent pontificios. Tantum abest, uitio id dandum esse urbi euangelicae.

b] *multo minus* nequitiae *Iudaicae* instrumenta.

c] *minime ornatus* pseudo-sancti, *quo iudicio aliqui aestimant* Carolum M.

§. 6. 7.

d] *non magis leues ossium* particulae.

Votum pontificii doctoris pro abolenda reliquiarum monstratione *explent Noriberga euangelica.*

ad V] IMPERATORI neque nunc opus monitore aduocato.

§. 7. *Ceterum trecentis abhinc annis non legitur, ullum* IMPERATOREM *insignium custodiam in uotis multoque minus in desideriis posuisse (yy). Neque uel nunc opus habent monitoribus aduocatis. Vltimum, quod de* SPOLIIS *dicitur ad Siculas gerras refer (zz): ut pudeat calumniatores impudentissimorum mendaciorum.*

ad VI] SPOLIA sacra inter uulgi gerras.

(yy) Qui optime intelligunt, ius tutelare Noribergensibus semel tributum, illis eripi non posse sine iniuria. Neque refricare oportet pristinos mores, *cap. 4. §. 6. p. 33. 34.* et *cap. 6. §. 4. p. 73. litt. oo.* descriptos. Qui pridem deleti sunt desuetudine. Accedit, quod ipsi imperatores ius tutelare Noribergensium toties ratum faciant, quoties repetunt ab urbe insignia (formulam habes in *adpend. litt. L.*) redduntque illa statim, peracta inauguratione, de quo supra *cap. 5. §. 1. litt. dd. p. 47. 48.* Ad extremum firmari solent ciuitatibus priuilegia, quum iurant homagium. In quibus principe loco spartam numerat tutelarem Noriberga. MVLTZIVS *part. 2. cap. 25. §. 6. p. 775. Inter confirmationem iurium et priuilegiorum, quae fieri solet ciuitati Noribergensi ab imperatore etiam intelligitur, ius perpetuae imperialium reliquiarum custodiae.* Cetera relinquimus illis, quibus patent fores ad urbis tabularium. In quo haud dubie libelli conduntur, qui pleniori filo id possunt corroborare.

IMPERATORVM *in reliquias nullum* postulatum *inde ab an. 1424.*

(zz) De scurrilibus calumniis *Noribergae*, reliquiarum *spoliatricis* dictum est *cap. 1. §. 4. p. 7. 8.* et *cap. 2. §. 2. p.* 17. 18. Facit tamen dubiam narratio AVENTINI *lib. 7. ad an. 1322. p. m. 469.* quae est haec: *Ludouicus IV. Reginoburgum ad comitia agendos proficiscitur. Sacra Augustalia, imperii insignia 1) hastam 2) clauos 3) uiuificae crucis magnam partem 4) ensem atque 5) hastam D. Mauritii 6) diadema aureum 7) ensem Caroli M. et alia huiusmodi penetralia,* NVMERO CENTVM VIGINTI *per sacrificulos populo monstrat.* Qui numerus, si iustus est, longissime superat eum, ad quem adsurgunt Noribergae custoditi thesauri. Vnde KRANZII opinio, quod imperialium reliquiarum pars tantum adseruetur Noribergae. Quicquid uero eius rei sit, illud sufficit fidei Noribergensium, quod habeant in custodia, quicquid hoc nomine recitat in in-

SYLLABVS *imperialium* reliquiarum *Noribergae conditarum, falli nescius.*

Cap. VII. inuentario Ludouicus, marchio Brandenburgensis. Quod *adpendix* exhibet *litt. A.* Dubium, annon et ipsa ciuitas cum litteris de recepto dederit et- A iam Sigismundo Caesari cimeliorum legitimum inuentarium. De singulis cimelii huius speciebus agemus in capite extremo.

§. 1. 2.

CAP. VII.

MATRICVLA INSIGNIVM ET RELIQVIARVM IMPERIALIVM *NORIBERGAE* [*].

Imperialium reliquiarum TRES SCENAE.

§. 1. *Tres olim scenas instruxerunt, qui populo ad spectandum colendumque exposuere sacros imperialium reliquiarum thesauros (aa). Quem ordinem, ne quid uel desit uel redundet, etiam sequemur in nostra enumeratione (bb).*

Reliquiae imperiales praeter Noribergenses.

[*] Quamuis enim imperiales reliquiae etiam adseruentur AQVISGRANI, quas habes supra *cap. 6. §. 1. p. 66.* et BREMENSIVM quondam lipsana huc referat GRETSERVS *cap. 1. syntagm. in adpend.* imo, postquam per tria secula fasces imperii sunt penes Austriacos, credibile etiam sit, VIENNAE non minus cimelia latere, quae id nominis mereantur, quorum referas forte *die Hauß-Krone n. 4.* nostra tamen opera non in aliis uersatur, quam in Noribergensibus, horumque sigillatim instituenda enumeratione.

Spectaculum Noribergense imperialium reliquiarum.

(aa) Nam ut alia spectacula suos actus et scenas habent: ita idem ordo probatus est sacris antistitibus in mercibus diuinioris pretii populo exponendis. Theatrum imperialium reliquiarum sigillatim aperit describitque *codex* ANONYMVS, quem exhibet *adpendix litt. D.* D Qui, cum in publicam iuerit lucem, instar matriculae est insignium imperialium, quae fallere nequit: ut frustra sint, qui spolii, furti et sacrilegii incusant urbem euangelicam. Quorum calumnias inconsideratissimas exprobrauimus supra *cap. 3. §. 2.* et *cap.* B *4. §. 10. p. 40. 41.* iterum *cap. 6. §. 4. p. 73. 74.* demum eiusdem *cap. 6. §. 6. p. 79. 80.*

Matriculae reliquiarum imperialium diuersae diuersorum.

(bb) Sunt enim, qui alio eos ordine eoque turbulento recitant. Alium enim catalogum habes in inuentario Ludouici Brandenburgici, quod extat in *adpendice litt. A.* alium in bulla Martini V. quam offendis in *adpend. litt. E.* alium rursus apud *anonymum*, quem C pariter *adpendix* dat *litt. C.* alium *Godfredus* VITERBIENSIS *part. 19.* alium ARVMAEVS ad *A.B.* c. 22 alium LIMNAEVS *lib. 1. iur. publ. c. 14. n. 35.* GRETSERVS *in adpend. litt. O.* alium, alium *Hartman.* MAVRVS *in Gold polit. part. 3. c. 3. p. 271.* alium OBRECHTVS *de clenod. imp. §. 7. 8. 9.* alium MVLTZIVS, qui *part. 2. c. 25. §. 6. p. 775.* singulas fere partes recensuit aeri inscriptas; WAGENSEILIVS alium, ut omittam, plures commemorare. Qui certe omnes uariant tam in numero, quam in recensendis speciebus. Verum laudatus a nobisque in *adpend. litt. E.* exhibitus catalogus publicae est fidei, tantum abest, ut in ullo parte aliqua uel deesse possit uel abundare.

SCENA Prima.
1) praesepe.
2) brachium.
3) dens.
4) tunica.
5) catena.

§. 2. *In* PRIMA *classe numerantur I)* PRAESEPE *Christi infantis (cc): II) deinde* BRACHIVM S. ANNAE, *quae uulgo diuae uirginis mater (dd): III) tum* DENS Ioannis *baptistae (ee): IV) porro segmentum* TVNICAE Ioannis *apostoli et euangelistae (ff): V) de tribus* CATENIS *singuli annuli, quibus uincti sunt Petrus, Paulus, Ioannes (gg).*

PRAESEPE *Christi.*

[cc] Fragmentum de PRAESEPE christi, in quo recubuit infans, uide *adpend. litt. E. ein Stück von der* Krippen, *darinnen das Christkind gelegen, und von den Königen angebethen worden ist.* Cum praesepe istud magnae molis esse potuerit, ita teguntur illius adulterinae partes excusanturque. Quod sermo et cultus in locis diuersis sit etiam de diuersis illius partibus.

BRACHIVM *S. Annae*

(dd) In *adpendice: dornach den* Arm S. *Annen der Mutter Mariae, damit sie sich* E *leiblich getragen.* Verum enim uero I) S. Annae brachium ostenditur *Romae*, II) *Coloniae*, deinde cum digito eius et cranio III) *Romae*, post IV) demum *Noribergae.* Vnde facile est ad intelligendum, aut fraudem agnoscendam aut fingenda quatuor brachiorum monstra. Quod ultimum uere est improbum. Licet sint, qui dubitent de ipsa Anna, matre uirginis Mariae. Quod de illa sacrae litterae taceant; deinde muta sint de eadem tria priora secula; post historiae de illa ambiguae et multiplices.

(ee) In

Cap. VII.

§. 2. 3.

DENS S. Ioannis baptistae.

(ee) In hunc tanta ueteris ecclesiae fuit religio, ut *Iulianus* eius reliquias omnes ideo combussisse dicatur, ne excresceret cultus earundem nimium. Quod si est, ossa Ioannis suspecta sunt non praeter caussam. Recitat tamen eorundem catalogos *Florian.* HAMMERSCHMIDT *in uita Ioan. baptistae, Pragae edita 1619.* Omisit uero Norbergensium *dentem*, quo eius *cap. 19.* potest omnino adaugeri. Memoriam illius habes in *adpend.* *Capsulam* tabula reddit n. 10. et 11.

Segmentum TOGAE S. Ioannis euangelistae.

[ff] *Einstück uon dem Kleide S. Iohansen, des Euangelisten, adpend.* Cum plures sint, qui fabulam crediderint de Ioannis immortalitate: ideo obicem posuit illa fraudibus, ne quis facile reliquias corporis euangelistae mentiretur. Eius itaque loco adgressi sunt illius uestimenta. *Gabriel* BVCELINVS *in sacrario Benedictin. d. 27. Decembr.* ait: *Huius paucas, quas, coelum petens, terris reliquit exuuias.* Tunica certe huius euangelistae dispertita est in loca diuersa, quae illius gaudent segmentis. Nominauit illa HAMMERSCHMIDT *in uita Ioannis euangelistae lib. 2. §. 10. p. 113. et §. 33. p. 155.*

De tribus CATENIS tres annuli.

[gg] Anonymus in *adpend. litt. E. Etliche Glieder uon dreyerley Ketten, damit Petrus, Paulus und Iohannes gekettent seyn gewesen.* Figuram habes apud MVLBZIVM *part. 2. c. 25. §. 6. p. 774.* Inprimis autem in catenas PETRI maxima religio cum Latinis fuerat, tum Graecis. Quoniam dies festos utrique illis adsignarunt, quod utriusque nos docent menologia. Notus est etiamnunc dies Petrikettenfeyer. Catena IOANNIS conspicitur in locis quam plurimis HAMMERSCHMIDT *in uita Ioan. lib. 2. §. 33. p. 155.* Romae in *ecclesia S. Pauli* pariter adseruatur catena, qua uinctus est Paulus, BEYERLINCK *in litt. R. p. 299.* Ex instituto de portentis Paulinae catenae GREGORIVS *epistol. lib. 3. c. 30.*

II] SCENA AMICTVS imperialis Caroli M.

§. 3. *Primam scenam excipit* ALTERA, *quam instruit* AMICTVS IMPERIALIS *Caroli Magni, quod creditur probaturque (hh), licet alii id negent flentque ex aduerso. Pertinent huc* DIADEMA *(ii), plenum dignitatis ac religionis;* TVNICAE *diuersae, una* uiolacei *(kk), altera* nigri *coloris (ll); dalmatica siue* ALBA *(mm);* PALLIVM *seu pluuiale (nn);* STOLA *(oo);* ZONA *(pp);* CHIROTHECAE *(qq);* SOCCVLI, *sandalia (rr);* ANNVLVS *(*), cetera (**):* SCEPTRVM *deinde (ss);* POMVM *(tt);* GLADIVS, *ab Aquensi diuersus, fabulisque sacer (uu);* ENSIS *demum S. Mauritii (xx).*

VESTIMENTA IMPERIALIA NVM CAROLI M.?

[hh] Vtrum IMPERIALIA VESTIMENTA Caroli M. sint, an regis alius aeui recentioris: admodum controuerti solet inter uiros litteratos. Nos eorum argumenta nostris illustrabimus coniecturis: cetera relicturi cuiusuis iudicio; ne in re graui et ita sentientium auctoritate firmata, aliquid desinire uideamur.

Quaestio dubia et momenti grauissimi siue neges eam, siue adfirmes.

Quamuis enim gloriae maiestatique Germanici imperii nihil decedat, siue schemata haec Carolo debeantur, principi sanctis adscripto (*), siue cuiuis alii, deinde ueritas omni tempore praeferenda fabulis; tum illa quae facti sunt, spernant imperia: cum tamen ipsius aeui uetustas, quo primum crediderunt Caesares, ordines, pontifices utrique litterati, opinioni huic magnum fecerint patrocinium; *deinde* ingrata sit opera, dediscere; *post* religio quodammodo iubeat, ut imperii haec instrumenta in numero tueamur sacrarum reliquiarum; *tum* in rebus uetustis leuiora etiam satis sint argumenta; *ad extremum* uestigia supersint prouinciarum, quae damnarunt et proscripserunt libellos [†*], ereptores domestica-

(*) Quoniam *sancti* elogium alii Carolo magno disputant; alii pontificem, *tituli* eius largitorem accusant studii partium; alii pro auctore *diuinitatis* Carolinae Fridericum imperatorem habent, ad idem olim fastigium anhelantem. Legi possunt, quae diximus *cap. 6. §. 6. litt. xx. p. 68.* (†*) Exemplo rem docebo *Prouinciae Arelatensis.* Haec enim a plurimis seculis credidit, quod uiri foeminaeque sanctae *Lazarus, Maximinus, Magdalena, Martha, Salome* et plures Hierosolymis emigrauerint circa annum christi 60. ut euitarent Herodis, qui Christi adseclas persequebatur, diram tyrannidem. Deuenisse eos maritimo itinere cum *Arimathia*, qui post in Britanniam iuit, in *Prouinciam*, uixisse ibi aliquandiu ibidemque mortuos ac sepultos esse. Quorum cadauera et reliquiae cultae fuerint *Massiliae, Aquisextiis*, inque oppidis Prouinciae eiusdem. Verum circa annum 1641 scriptor quidam aduersus hanc populi fidem calamum strinxit ediditque Parisiis dissertationem de commentitio *Magdalenae in prouinciam adpulsu.* Stomachum is conatus mouit *Ioan. Baptistae* GVESNAEO, ut auctori nouaturienti opponeret disquisitionem de *Magdalena Massiliensi* aduena, 1643. editam Lugduni Gallorum. Non tamen ideo acquiauit primus, sed huic reposuit *Disquisitionem disquisitionis de Magdalena Massiliensi aduena* typis redditam *Parisiis* 1643. Verum aegerrime hoc tulerunt proceres *Prouinciae*, neque his segnior magistratus damnauit Parisiensem auctorem et librorum exempla fisco adseruit proscripsitque. Quo consilio *Honoratus* BOVCHE edidit Prouinciae religiosae apologiam hoc quidem nomine: *Vindiciae fidei et pietatis Prouinciae pro caelitibus illius tutelaribus restituendis aduersus* supra commemoratos *libellos*, *Aquisextiis* 1644. Formula proscriptionis adiecta est in fine, unde haec uerba merentur commemorari: *La nouuelle opinion renuersant ce, qui est contenu aux breuiaires des eglises de cette prouince et deminue par ainsi la foy, que l' on doit adiouster a ce, qui est dit en l' office diuin. Que d' ailleurs le dit liure contient une fausse doctrine, contraire a la uerité d' une tradition immemoriale, conformée par la fondation de tant d' Eglises, par imposition des noms de*

Cap. VII.

Argumenta NEGANTIVM.

a] silentia scriptorum ante Carolum IV.

b] inscriptio Cunradi.

sticarum reliquiarum: consilio maturo A aliorum hic sententias laudare & sequi maluimus, quam prodere nostram. Illi ergo qui imperialia insignia Caroli M. esse, negant, his quidem utuntur argumentis. *Primo* aiunt, non esse, qui illa Carolo M. tribuerint ante aeuum Caroli IV. insignis reliquiarum conquirendarum patroni (**). Verum *reponunt:* argumentum a scriptorum silentio nullarum esse uiri- B um. Maxime, si res sit ex eo genere, quae adeo solicite non solent adnotari (1). *Deinde* ipsum diadema nomen *Cunradi imperatoris* habere inscriptum, (2) siue is *primus* fuerit(3) siue *alter* (4) siue *quartus* (5). *Reponunt* ad hoc illi, qui coronam manu tractarunt, esse circulum, cui nomen *Cunradus* insculptum sit, iunioris aeui, quam diadema ipsum neque eundem habere auctorem (6). *Praeterea* urgent, ipsum Luitprandum testari, coronam hanc *propriam* fuisse Cunradi (7). Verum historicus usum hic non a proprietate distinxit, quod condonandum non esset ICto (8). *Tum* cogere nesciunt in harmoniam, quod Luitprandus coronam ueterem describat gemmis grauem, non auro: contra alii Noribergensi aurum ita tribuant, ut ueterum inde reluceat parcitas (9). Verum quilibet scriptor sui aeui mores et luxum respexit. Quo intuitu saepe splendidum audit uni, quod alteri humile aut mediocre (10). *Porro* uias ac fata ignorant, quibus regalis Caroli M. supellex ex Gallia transmigrauerit in Germaniam (11). Verum fieri hoc potuit mortuo Carolo caluo et maxime in Carolo crasso Caesare, in cuius tutela et imperio fuit regnum Galliae (13) uniuersum.

§. 3.

c] corona dicitur Cunradi propria.

d] aurea, non gemmea.

e] Caroli M. supellex quaerenda sit in Gallia.

de tant de uilles de ce pays. Et tout considere, la cour a declaré et declare ledit traité impie et scandaleux, ordonne, qu'il sera supprimé. Fait inhibitions et deffences a tout imprimeurs, marchands libraires, colporteurs, et quae sequuntur deinceps. Specimen habes admodum insigne, quod consilii rationes non patiantur, ea in dubium uocare, quae uetustas posteris commendauit, quae populus adprobauit suo adplausu, quae tandem ad decus urbis aut orbis aliquid conferre uidentur. Quicquid cetera sit de ueritatis praescriptione immemoriali. (**) Opponit hoc CONRINGIVS in *castigatione* libelli, cui Inscriptio: *anti Conringiana defensio iuris Coloniensis quaest. I. § 6. 7.* his uerbis: *Coronam illam esse Caroli M. per complura secula* ad Corolum IV. usque *nullo monumento est proditum. Adeoque saltem tuto credi non potest.* Quamuis enim de *corona* tantum haec scribat auctor, actus studio contradicendi aduersae parti, quae fuerant Colonienses: idem tamen est de reliquis etiam iudicium, pertinentibus ad eundem Caesaris ornatum:

(1) Quod in rebus ad ceremonias earumque solennia pertinentibus, ipso BOECLERO iudice *in Ott. I. §. 6. p.* 290. est uerissimum. Et sane ante uix operae pretium fuerat, Caroli M. nomen commemorare, quam ipse matriculae adscriptus esset sanctorum. Imo post etiam tanti *sanctum Caesarem* non fecerunt, quoniam existimarunt, in promotione eius inter diuos magis ambitionem et assentationem regnasse, quam stupendae pietatis momenta. Vide *cap.* 6 §. 5.

(2) Verba CONRINGII ad *quaest.* I. § 6 *p.* 7. sunt haec: *Si porro corona Germanica est ipsiusmet Caroli M. qui fit, quod habeat nomen Cunradi inscriptum?*

(3) Vt pariter sentit CONRINGIVS § 6. *p.* 7. uerisimilius, esse *hanc coronam Cunradi I. quam ille morti uicinus Henrico aucupi per fratrem Henricum fecit offerri.* Sed nesciuit auctor imperatoris uerbum in inscriptione additum, quo usus non est primus Cunradus.

(4) Optime hoc ostendit WAGENSEILIVS *cap.* 26. *hist. Noriberg.* Quod intellectu est facilius. Quoniam reliqui Cunradi Romae inaugurati non sint, neque ideo nomen sibi adrogauerint *imperatoris Augusti*

(5) Quod sibi falso persuasit Ioan. GRYPHIANDER *de Weichb. Saxon. c.* 70. *n.* 9. Sed neque hunc imperatoris nomen sustinere, est quidem in propatulo.

(6) Late ac plene hoc dubium respondet WAGENSEILIVS *cap.* 26. *p.* 244. *Nam graciles antiqui circuli* (qui clauserint olim coronam imperialem) *siue aeui diuturnitate, siue quod imperatores in castris coronam circumnectabant, uitium passi. Substituit igitur Cunradus II. unum circulum, sed robustiorem.* Cui ideo imprimi uoluit suum nomen.

(7) Verba LVITPRANDI *lib.* 2. *c.* 7. *p.* 31. sunt haec: *His itaque prolatis Cunradus* PROPRIAM CORONAM *non auro, quo cuiuscunque ordinis pene principes pollent, uerum gemmis pretiosissimis non solum ornatam, sed grauatam:* SCEPTRVM *et cuncta, quae* REGALIA *sunt indumenta in medium uenire praecepit et uerba effudit; heredem regiaeque dignitatis uicariam regalibus* MEIS *ornamentis Henricum constituo.* Captant itaque uerba, *propriam* et *meis* Conringius et Boeclerus in *loc. cc.*

(8) Recte WAGENSEILIVS *c.* 26. *p.* 293. proprium et meum dicit Cunradus, quod *usu* erat illius. Imo ita distinguere uoluit coronam historicus, ne quis crederet, Henrico missam aliam coronam, forte iamnunc factam, sed illam, quam gessisset ipse Cunradus.

(9) Hoc dubium etiam moueri potest ex *Aenea* SYLVIO in uita Friderici V. quem locum supra dedimus *cap.* 4. sed BOECLERVS Luitprando hic opponit MAVRVM scriptorem inaugurationis Caroli quinti.

(10) Quid? quod illud satis sit: *Noribergensem coronam hodieque talem esse, quae descriptioni omnino respondeat Luitprandinae.* Quoniam illa insignem sustinet gemmarum copiam, numerum, pondus.

(11) Argutiae CONRINGII *ad quaest.* I. § 6 *p* 6 7. sunt hae: *Est porro uerosimile, si quam Carolus coronam Caesaream ad posteros transferri uoluit, eam peruenisse in manus Ludouici II Qui patri successit in dignitate imperatoria. Atque ita in Italiam translatam, Aquisgrani nequaquam remansisse.*

(13) Rerum eius aeui gnaris satis est intellectum, quod, mortuo Carolo caluo, Romani maxime *nomen* suum dederint CAROLO CRASSO; quod ipse pontifex eum *inaugurauerit* Romae; quod, mortuo anti Caesare Ludouico balbo, etiam *Galli*, a Normannis uexati, Carolum crassum salutauerint regem; quod ipse post haec *imperauerit* Galliae; quod saepius ex Germania in *Galliam* iuerit; quod Galliae *thesauri* nulli huic potuerint uel clausi esse uel negari. Quod cum ita sit, ita autem esse, nemo negabit, quis quaeso dubitauerit, Carolo crasso et occasionem et ius et animum fuisse, eripiendi Gallis

Cap. VII.

[ubi superſit hodieque]

[ſupellex Carolina donata ſit Anglis an. 927.]

ſum. *Imo* in ipſa Gallia hodieque dicunt ſupereſſe Caroli M. *gladium; ſceptrum; clauum* quoque (14). Verum aut gratis id adrogant ſibi Gallici ſcriptores aut plura inſtrumenta imperialia fuerunt, Carolo M. ſacra (15). *Tandem* illud dubium ceteris eſt grauius. Quando Anglicis annalibus eſt teſtatiſſimum, regi ſuo ATHELSTANO imperiales Caroli reliquias utpote LANCEAM; DIADEMA; Mauritii VEXILLVM; SPINAM coronae Chriſti; partem CRVCIS aliasque an. *927.* a Galliae rege,

A quem dicunt, HVGONE, patre Hugonis Capeti dono datas in Angliamque transmiſſas fuiſſe (16). Contra BARONIVS (17), inani commento, ſcribit donationem hanc factam eſſe ab Hugone regi Germaniae Henrico aucupi, cum quo tamen ſentiunt BZOVIVS (18) et SPONDANVS (19) neque errorem animaduerterunt Baroniana flagella, cenſores. Sed, quod miror, tertium uariatur. Nam Anglicus ſcriptor *Ranulphus* HIGDENVS perbibet, haec munera Athelſtano transmiſſa fuiſſe ab Ottone §. 3.

Gallis ſibique uindicandi inſignia Caroli M. imperialia? Licet in tanta ſcriptorum eius aeui penuria id ſigillatim adnotatum non ſit.

(14) Nolumus indagare in Galliae loca alia, quod ſolum S. Dionyſii tanum noſtrum ſufficiat inſtituto. *Mich.* FELIBIEN *en ſou biſtoire de l' abbaye de ſaint-Denys* partes enumerat ibi reconditas, quae ſequuntur: SCEPTRE *d' or long de cinq pieds dix pouces. Sur le baut eſt un lys d' or emaillé. On eſt repreſenté Charlemagne aſſis daas ſons troſne, auec ces mots grauez au deſſous:* SANCTVS KAROLVS. MAGNVS. ITALIA. ROMA. GALLIA. GERMANIA. Subſcriptio prodit partum adulterinum. Neque enim MAGNI nomen habuit uiuus Carolus; multo minus SANCTI, minime omnium GERMANIA ab ipſo habita fuit prouinciarum ultima. Porro EPEE *de Charlemagne, dont la garde, la poignée et le pommeau ſont d' or, auſſibien que ſes éperons. Le bout du foureau de l' epée eſt d' or et enrichi de pierreries.* Et iterum: *Vu des* CLOVS *auec les quels noſtre Seigneur fut attaché a la croix. Cette ſainte relique eſt un preſent de l' empereur Charle le chauue. On croit, que l' empereur Conſtantin VII. l' auoit ennoyée a Charlemagne.* Taceo alia.

(15) Primum eſt eo opinabilius; quo luculentiora in *ſceptro* ſuperſunt pſeudoreliquiarum argumenta. Imo, quod inſignibus Carolinis aliis fere nullis ſuperbiat Gallia; credibile eſt, illa in Germaniam inde transmigraſſe.

(16) Fuerat Hugo PATER HVGONIS *Capeti.* Is uero quamuis nomen non adfectaſſet Galliae REGIS, id tamen egit, ut ſponſam nanciſceretur ex regali familia conciliaretque ita genti ſuae dignitatem. Floruerat tum in Anglia rex ATHELSTANVS, qui ſorores deſponſauerat cum aliis regibus, tum Ottoni M. imperatori. Supererat Editha. Hanc ut ſine repulſa, quam meruerat comes, obtineret, fratri eius Angliae regi ſe commendare uoluit muneribus, quae dixi, Carolinis. Loquantur nunc ſcriptores domeſtici. Principio CONTINVATOR *Bedae anonymus lib. 2. c. 8. ad an.* 924. his quidem uerbis: *Quartam ſororem* Athelſtani regis, pulchritudinis mirificae HVGO *rex Francorum*, ita enim audiit quibusdam Hugonis etiam Capeti pater, quamuis ipſe nomen adfectauerit nullatenus, *per nuntios petit. Protulit procus nuptiarum munera ampliſſima. Odores aromatum: honores gemmarum: equos curſores: uas quoddam ex onychino:* ENSEM CONSTANTINI M. *in quo litteris aureis nomen legebatur antiqui poſſeſſoris, in capulo ſuper craſſas auri laminas* CLAVVM *ferreum adfixum cerneres, unum ex quatuor, quos Iudaica factio dominici corporis aptarat ſupplicio:* LANCEAM *Karoli M. quam imperator contra Saracenos ducens nunquam niſi uictor abibat:* [*Ferebatur eſſe eadem, quae domino latus aperuit*] VEXILLVM *Mauritii martyris, quo idem rex hoſtes in fugam ſolitus fuerat cogere:* DIADEMA *ex auro quidem multo, ſed magis gemmis pretioſum* [eadem prorſus uerba, quae tribuuntur diademati imperiali) *particulam ſanctae* CRVCIS, *cryſtallo incluſam: portiunculam coronae* SPINAE *chriſti.* Iisdem fere uerbis hiſtoriam hanc deſcribit *Wilh.* MALMESBVRIENSIS *lib. 2. c. 6.* Idem narrat *Henr. de* KNYGHTON *lib. 1. chron. c. 5*, qui eſt breuior. *Athelſtanus*, inquit, *habuit ſororem Hildam, quam deſiderauit rex Franciae Hugo bonus in uxorem. Et miſit ei de glorioſis exenniis* [exuuiis) *enſem Conſtantini, in cuius capulo* CLAVVS *domini:* LANCEAM *dominicam Caroli M.: auream* CORONAM *lapidibus pretioſis ad plenum refertam:* VEXILLVM *Mauritii: particulam* CRVCIS. *Rex, his laetatus, conceſſit ei coronam.* Auctor hiſtoriae RAMESIENSIS *cap. 4. p. 388. edit. Galeae* uniuerſim id tangit: *Tantae ſtrenuitatis Adelſtanus rex, ut exteri reges et principes ſorores eius, quas pater indotatas reliquerat, per internuncios nobiles xeniis et muneribus onuſtos in coniugium ſibi dari poſtularent et acciperent.* Gallici ſcriptores in his muti ſunt. Forte, quod ingratum illis ſit, commemorare nuptias emercatas, reliquiarum profuſam largitionem, cetera. Edildam tamen ſeu Eliſabetham hanc Hugonis boni alteram coniugem fuiſſe, notarunt fratres SAMARTHANI *lib. 11. hiſt. Gall. cap 8. p. 427.* ad annum 927. Neque eſt, quod aliquem turbet, quoniam Hugo iſte, pater Hugonis capeti rex dicitur. Re enim uera ipſe regalem habuit in Gallia poteſtatem, licet magni comitis nomine acquieſceret. Ceterum ex enumeratione harum reliquiarum facile pateat, easdem fere reſpondere imperialibus. Fit enim mentio hic DIADEMATIS; LANCEAE *dominicae;* ENSIS *Carolini; Mauritiani* VEXILLI; CRVCIS *dominicae.* Quae omnia uerbis fere iisdem enumerantur in imperialibus cimeliis. Vt adeo filum conſecutionis ſit firmiſſimum: *aut imperialia inſignia eſſe haec ipſa aut alterutrum genus eſſe adulterinum.*

(17) Verba eius *ad an. 929. p. 808.* ſunt haec: *Sed et de alia lancea eidem Henrico aucupi ab Hugone, in Gallia regnante, miſſa ſic accipe ex continuatore Bedae lib. 2. c. 8.* quem locum recitauimus in nota praecedenti. Vtinam habuiſſet Baronius, quem in hac hiſtoria laudare potuiſſet idoneum teſtem. Ita enim omni ſatisfieret ambiguitati, ſi conſtaret *inſignia imperialia Caroli M.* accepiſſe Henricum aucupem ab Hugone Gallo an. 929. eaque Germanico imperio aeternum deſtinauiſſe, in quo ſuperſint etiamnunc. Verum quando Baronius alium laudare neſcit, quam *continuatorem Bedae*, isque dona haec non Henrico, ſed Athelſtano; non Germaniae, ſed Angliae regno facta eſſe, uerbis ſcribat planis et apertis: ideo turpiſſimi eum pudeat commenti. Eſt ſane ſpecimen audaciae et fraudis Baronii, qui in re clara fingere conatur. Quaeſo! quid non fuerit auſus, ſi tenebrae fauerint commentis.

(18) Facilius huic ueniam dedero, cui religio eſt, emendare purpuram cardinalis a ſpurcitia.

(19) Huic maior alias eſſe ſolet animus pro fide et cura ueritatis.

Cap. VII. ne M (20). Vt adeo in eadem scena multiformes sint auctores. Quicquid sit. Illud certum est plerasque cimeliorum species hodieque inter imperialia insignia numerari: quarum in descriptionibus, in margine recitatis, fit mentio. Neque uestigium ullum reperi, qui fieri potuerit, quod ex Angliae regno haec deinde cimelia in Germaniam fuerint translata. Verum, quemadmodum Wittekindus, monachus Corbeiensis 1) *coronae* 2) *lanceae* sacrae 3) *ensis* ueterum regum, haud dubie Carolini, iam fecit mentionem, quod *cap. 4. §. 7. litt. tt.* uidimus; fieri non potest, ut imperialia Germaniae cimelia tribuamus demum uel Henrico aucupi uel Ottoni magno, uel ab hoc, profusa liberalitate, haec donata esse dicamus regi Athelstano. Rei ergo ordo exigit, ut existimemus, Galliae principem Hugonem uel inanium specie recreauisse

A animum Athelstani [21], uel plura summe Carolini imperii instrumenta [22], uel Anglos illa, quae a Gallis acceperant, ob eandem iterum causam donauisse Germanis (23). Hactenus de dubitationibus, nunc ad illa deueniendum est argumenta, quae uel nostro uel aliorum iudicio laudari possunt, ut constet, RELIQVIAS IMPERIALES, quod Caroli M. sint, FIDEM OMNINO MERERI. *Principem* hic locum dat B WAGENSEILIVS NVMO Caroli M. qui diadema exhibet, nostro simile (24). Verum pudeat auctorem rei monetariae non ignarum, uel monumentis ludere adulterinis, uel notas non agnoscere partus supposititii (25) Taceo, quod numi nostri imperatoribus habitum adfingant Romanum, nullus uero exhibeat uestitum aut diadema hodie simile imperiali. *Deinde* improbum esse, putant, ea in dubium uocare, quibus fidem iubeant tribuere *Caesar* et *pontifex*. Quorum

§. 3.

RELIQVIAS *imperiales* CAROLOM. *deberi argumenta.*

a] *quod numi Carolini gerant nostro simile diadema.*

b] *certum hoc fit diplomatibus Caesarum et Pontificum.*

---

(20) *Lib. 6. polychronic. p. 262.* clare et luculenter: *copulauit rex Athelstanus et aliam sororem suam Ottoni I. imperatori. A quo praeter* GEMMAS et EQVOS *recepit* ENSLM *Constantini M. in cuius capulo* CLAVVS *ferreus crucis christi:* LANCEA *Karoli M. dominica:* VEXILLVM *Mauritii: partem* CRVCIS: *partem* SPINEAE *coronae. Quarum aliquas rex Athelstanus monasterio Malmesburiensi delegauit.* Verum haud dubie affinem unum Athelstani confudit scriptor cum altero. Ottonem cum Hugone. Neque enim Caesari opus fuerat prouocare nuptias proposita regi mercede aut donis. Quod tamen sibi necessarium esse, existimauit Hugo: ne sanguinis regalis princeps sponsum sperneret comitem.

(21) Hoc ut credam propterea quoque adducor. Quoniam ex illo tempore nulla *sacrorum cimeliorum* in Anglia memoriae superest aliqua celebritas. Neque enim post, in tanta animorum superstitione, ad quam ferebantur Angli, in otio et contemtu latere potuissent sacri thesauri, si uetustiora secula illis aliquid pretii statuissent diuinioris. Contra Germania omni aeuo se felicem dixit, quod sacra haec cimelia essent penes ipsam.

(22) Si quidem disputatio tantum esset de *corona gladioque* Caroli, haod dubie res ita esset expedita. Verum historia non patitur, ut sacras *lanceas* fingamus *duas: clauos*, in tanto alibi numero, plures et *crucis* multiplices partes. Quamuis quilibet intelligat, quanta discrimina hodieque sint, quae tum reliquiae habendae pro genuinis, quaeue spernendae sint, ut supposititiae.

(23) Nisi locus esset WITTEKINDI *cap. 4. §. 7.* exscriptus; nisi lanceae, per Henricum aucupem Burgundo extortae, historia testatissima: illis uti liceret coniecturis. Athelstanum Henrici aucupis animum expugnare et allicere uoluisse *Carolinis muneribus*, ut sororem acciperet Otto filius, tanti imperii heres. Vel etiam postea Athelstanum *Carolina insignia* donauisse nouo adfini, quod crederet, schemata haec imperialia Germanico imperatore digniora esse, quam Angliae rege. Praesertim quod Athelstanus filio careret successore.

(24) Satis audacter fidenterque WAGENSEILIVS *cap. 26. p. 249.* idque his uerbis: *supremum fidei*, Noribergenses, reliquias Carolinas esse, *argumentum numus aureus apud Stradam, in quo Carolum M. ipsissima, quae nunc adhuc superest, corona redimitum esse, nemo, nisi qui oculorum sensum eierauit, inficiabitur.* Addemus nos ipsum hic numum ea quidem magnitudine, qua *lib. 3.* apud *Octauium de* STRADA *p. 376.* illic exhibetur. Nam Wagenseilius figuram contraxit.



(25) Non ignorantia hic peccauit Wagenseilius: uerum integritate. Quis enim quaeso! adeo hospes fuerit in rebus uetustioris aeui, qui nun senserit palpaueritque manibus notas supposititii foetus. *Principio* Caroli M. aeuum aureos numos tantae magnitudinis ignorauit. *Deinde* prodidit inscriptio fraodem. Tum enim formula *semper Augusti* necquicquam fuerat in usu, quam tamen numus exhibet. *Praeterea* Carolus se *magnum* non scripsit neque ita adpellatus est uiuus Quod tamen fit in

Cap. VII. rum iussu insignia nostra haberi debent Amento (27). His autem *praeterea* firmiores sunt testes et scriptores coaeui, qui inde a temporibus Cunradi primi, octo abhinc seculis, amictum imperialem referunt inter ueterum regum reliquias (28). *Accedit* porro cultus et religio pro imperialibus insignibus (29), per mil-

pro reliquiis Caroli magni (26). Verum cum testes a ueritate pendeant, non ueritas a testibus eorumque auctoritate fallanturque principes in his facilius, quam rerum gnari inter homines priuatos, ideo uim negant etiam huic argu-

§. 5. c] *scriptoribus coaeuis idem fit testatissimum.* d] *cultus ac religio nouem seculorum*

in numo. *Porro* Caroli aeuo neque exsculpti sunt numi tanta cura et arte, quam noster prae se fert. Tacco criteria fraudis alia plura, cum his nemo poterit aliquid obmouere. Vt, numeros



augere, opus non esse uideatur. Ceterum, ut, falsorum loco, numos demus genuinos, in quibus dicatum sit imperiale diadema; tabulam adponimus, cui octo numi inscripti sunt. Quos in manibus habuimus, dum spectaremus adparatum Berolinensem. Vnde nobis descripsit figurauitque doctissimus SCHOTTVS, regi a consiliis et reliquiarum thesaurarius. Habes hic numos CAROLI M. LVDOVICI pii HENRICI regis, trium generum FRIDERICI I. ADOLFI Nassouii, ALBERTI I. Vnde facile adparet, imperatorum coronas in numis uulgares et apertas esse; non clausas neque arcolis distinctas instar diadematis imperialis Noribergae adseruati. Sed dari haec possunt usui ac licentiae pictorum, qui maluerunt formas coronarum antiquas seruare Graecorum et Romanorum, quam Carolinum diadema sibi exemplio proponere, quod imitarentur. Fieri id solet hodieque, cum imperatores et reges in numis



lauros habent et Romani moris uestimenta: cum tamen neutro soleant uti. Non maius huic argumento est praesidium ex numis Germaniae principum *bracteatis* propter causam candem. Cui rudis stylus accedit, quo illos exsculpserunt homines omnis artis ignari. Summatim, ante Caroli IV. aetatem neque numos neque sigilla offendes cum diademate, quod ulla tenus respondet imperiali.

(26) Fides haec ueteri aeuo est testatissima a tempore inprimis Caroli IV. Ita an. 1361. imperialia *insignia* nomine CAROLINARVM reliquiarum iam adpellauit Ludouicus marchio Brandeburgicus. In *diplomate adpendicis litt. A* Neque titubat in adserendo princeps: sed rem habet pro certissima munitaque publica fide. Quae etiam nititur an 1425. Martinus V. pontifex in bulla, quam dat *adpendix litt. E.* Ex quo sane tempore nemo fuit, qui id indubium facile uocauisset.

(27) Cuius enim rei uices aetatesque ignorantur, illae facile induunt uetustati opinionem. Praesertim apud principes, quibus otium non est, mittere, quae creduntur, sub examen. Saepe etiam eorundem interest, ut historia, unde sibi promittunt gloriae aut dignitatis incrementum, fide, instar legis imperata, apud alios, praesertim subditos, patrocinium nanciscatur.

(28) Verba certe huc pertinent WITTEKINDI *lib. 1. annal p. 636.* ubi ait: *lanceam sacram cum* VETERVM *gladio* REGVM *ac diademate* ad Henricum aucupem transmissa fuisse. Neque enim diuellendum est uerbum, *diademate*, sed pariter coniungendum cum prioribus *ueterum regum*, ad quae omnino se referre uidetur. Quod supra diximus aduersus Contingianas argutias *litt ff.* Reliquorum autem regum nomina tanta non fuerunt, ut pretium adderent [illegible] insignibus ex eorundem commemoratione.

(29) In aliis certe regnis quis quaeso curat enses, uestes, arma regum antecessorum? Postea reges id potius agunt, ut deleant uestigia eius generis reliquiarum, ne populus principis demortui teneatur desiderio: tantum abest, ut uenerentur illas uelintque cultum earundem aeternum propagari. Verum contra factum est, meminimus, in *imperialium insignium* custodia. Hanc enim inde a temporibus Ottonum maximi fuisse imperatoribus imperioque, illud quidem est, quod ostendimus *cap. 4.* uniuerso.

(30) Opor-

Cap. VII.

mille propemodum annos continuata. Quo certe pretio indigna fuissent, nisi originem habuissent fidemque diuiniorem (30). Haec uero in alio principe natales nescit, quam in Carolo M (31). *Post* tam altas non egisset radices opinio, hunc demum fato quodam destinatum esse imperatorem, qui nactus esset imperialia insignia (32). Nisi his inesse credidissent uestigia diuinitatis (33). *Tandem* in aliis regnis diademata *regum* sunt (34): in Germania *regni* tantum (35). Vltimum certe creditu iterum esset difficile, si historia expungeretur, Germaniam illa a Carolidis regibus accepisse et Germanici regni adscripsisse thesauro (36), ut regibus et imperatoribus relictus esse uideretur nonnisi earundem usus. *Ad extremum* si

e] opinio ueri regis ex imperialium insignium possessione.

f] quod habita fuerint regni thesaurus, non regum.

g] filum con-

A uetustas Carolina in uno est indubia, falsi suspicio depellitur in reliquis: quia thesaurus hic uerbum meretur simplicis et indiuidui reliquiarum systematis (37). Sed lanceae nostrae aetatem uel sola tuetur auctoritas Luitprandi (38): euellitur itaque hoc ipso scrupulus etiam generibus imperialium reliquiarum aliis.

§. 3. [illegible] secationis a uetustate genuina anius.

B [ii] Num hoc diadema Caroli M. sit, illud quidem principio est respondendum. Coniecturis uti liceat in re obscura neque claris uerbis tradita scriptoribus coaeuis. Sunt autem nobis hae. *Primum* ostendit pictura Caroli M. uetustissima plenaeque fidei (39). Vnde patet quod ipse non *coronam* gestauerit, tum temporis usitatam, uerum mitrae simillimum diadema. Quod Noribergensi pro-

DIADEMA IMPERIALE num sit Caroli M? *Affirmatur. Quia respondet ei i] figura mitrae Carolinae.*

(30) Oportet enim omnes Germaniae reges et imperatores hunc deum quendam regni tutelarem habuisse, cui imperialium insignium tribuerunt natales.

(31) Is enim solus tum fuit, qui numero *diuorum siue sanctorum*, quos dicunt, est adscriptus. De quo uide *cap. 6. §. 6. litt. uu.*

(32) Legendum est hoc fine *cap. 4.* uniuersum, unde facile est ad intelligendum, quanta regnauerit inter Germaniae principes in imperialibus reliquiis superstitio. Quod in aliis orbis principatibus est inauditum.

(33) Vix enim unus est ex tot Germaniae regibus, qui ab hac superstitione animum potuit desuescere. De Ludouico IV. Caesare testimonium habes *cap. 5. §. 8.*

(34) Praesertim in regnis successiuis. In quibus olim fere in mores ierat, ut singuli reges sibi noua conflarent diademata: Praedecessores autem sua diademata uel tumulo destinarent uel templis ac mausoleis. Exempla in Gallicae coenobio Dionysiano laudat FELIBIEN eoque nos *cap. 5. §. 3.* Imo etiam Germanici Caesares sua habuerunt diademata, quae uel uiui donauerunt uel mortui legarunt coenobiis. Cuius rei exemplum dedimus *cap. 5. §. 6.* Verum Carolina insignia, ceu rem imperii propriam, non leguntur contrectasse.

(35) Recte *Noribergensis apologia*, quod insignia imperialia non Caesaris sint, uerum imperii, frustra adfingi Richardo, quod illa uel donauerit uel potuerit donare basylicae Aquisgranensi. Quod fusius est dictum *cap. 5. §. 6. litt. pp.*

(36) De *Hungariae* corona notum est, quod et illa ob eandem causam diuinitatis referatur inter bona non *regis*, sed *regni*. Auctores laudauimus *cap. 5. §. 3. litt. ii.*

(37) Semper enim solent in medio aeuo coniungi *diadema, gladius, pomum, sceptrum, amictus, lancea* ceteraque. De gladio autem, quin Carolidarum sit, non dubitat ipse *Conringius*, quod uidimus *c. 7. §. 4.* Quia Wittekindus ipse ait, GLADIVM *imperialem* Cunradi primi fuisse VETERVM *regum cap. 4. litt. tt.* CORONAM Luitprandus *ibidem* ita describit, quod illa se habet hodieque.

(38) Locum integrum habes in adpendice *litt. O. cap. 13.* Qui certe faciendus est maximi. Cum lancea, quam ipse describit ante octo propemodum secula, Noribergensi in omnibus respondeat numeris, ut neminem fugere possit, esse unam eandemque. Adparatus porro, quem idem tribuit diademati Henriciano, etiam hodieque conspicitur in Noribergensi. Ast diximus *cap. 4. litt. tt.* Henricum diadema suum, ut fama tum fuit, non sibi parasse, sed accepisse illud a Cunrado I. hunc a regibus Carolidis, quod ibidem adfirmat Wittekindus, scriptor dignus fide et historiae huic coaeuus. Sic igitur dilemma. Si insignium imperialium adparatus est suppostititius: fraus uel ante tempora Henrici facta est uel post. Non primum, quia id facile sciuissent cum Wittekindus, tum Luitprandus: neque alterum, quia figurae, formae, ceteraque his scriptoribus testata, etiamnunc ex asse respondent illis, quas reliquiarum nomine hodieque ueneramur.

(39) Est imago, quam Leo III. pingi curauit. Quae S. Petrum in solio cum *tribus clauibus* exhibet, porrigentem *dextra* manu pontifici Leoni pallium, *sinistra* Carolo M. lanceam, uexillo ornatam. Aere illam describit *Nic.* ALEMANNVS *in pariet. Lateran. p. 46.* unde desumpsit *Ioan.* MABILLON *in annal. Bened. lib. 26. n. 87. p. 342.* et plenius feliciusque expressit *Godefrid.* HENSCHENIVS *in actis SS. die [illegible] Iulii p. [illegible] n. 40.* Vbi duo inprimis nostrum hic firmant argumentum. *Primum* est, quod idem *triclinium Leoninum* Constantinum M. sistat in uno latere cum corona CVSPIDATA: in altero autem Carolum M. diademate contra redimitum instar *mitrae* cum *pinnulis* ARCVATIS. Deinde quod pinnula in *fronte* diadematis pariter *altius* adsurgat, quam ceterae diadematis areolae.



Modo plane eodem, quem habes in Noribergensi *num. 3.* Nam in utroque errarunt iconographi recentiores. Quo fine diuersas *utriusque imperatoris coronas* ex ipso triclinio *Leonino*, quod Romae conspicitur etiamnunc, quamuis pictura Carolo M. et Leoni tertio habeatur coaeua, in aere hic subiicimus. Vnde quilibet intelligat, oportet, quantum Constantini diadema abhorreat ab nostro et quantum illi accedat Carolinum.

Cap. VII. proxime accedit etiamnunc. Addo imaginem ipsam. Quoniam illa etiam prodest in ceteris, quorum mentio expositioque fiet suo loco.



2] *magnitudo.* *Deinde* Noribergense diadema, ita illud adpellare interim liceat, quod est imperiale, maius habet spatium, quam ut explere illud possit hominis caput mensurae licet grandioris. Inde etiam interponere solent Caesares mitram. Verum Carolo M. in usu fuisse adeo spatiosa diademata, auctore scimus ADEMARO, quem exscripsimus supra *c. 5. §. 1. litt. dd. p. 47. 48.* *Quidam*, inquit, *canonicus, cum enormi et procero corpore esset, coronam Caroli, quasi pro mensura capiti suo circumponens, inuentus est strictiori uertice, corona* * *amplitudine sua uincente circulum capitis.*

3] *gemmae.* Praeterea ueterum regum diademata praesertim barbarorum uel ex auro tantum conflata et gemmis uel destituta uel parce instructa fuerunt; uerum *Noribergense* et *Luitprandinum*, quod diximus *cap. 4. §. 7. litt. tt. p. 36.* ita describitur: *non auro, quo cuiuscunque fere ordinis principes pollent, uerum* * *gemmis pretiosissimis non solum ornatam, sed* * *grauatam.* Idem adfirmat de diademata Caroli M. MALMESBVRIENSIS, Anglus *lib. 2. c. 6.* aliique scriptores, laudati *cap. 7. §. 3. litt. hh. p. 89. 90.* Cetera argumenta genuini diadematis imperialis repete ex illis, quae scripsimus in nota praecedenti.

Diadematis figura, Figuram eius habes in tabula *n. 3.* Corona enim, quae huic uicina *num. 4.* Rudolfo II. debetur uocaturque *die Hauß-Crone*, quod domui Austriacae haec propria esse uideatur. *descriptio,* Descriptionem Carolini diadematis plenam et curatam dedimus in adpendice *litt. F.* De arcu illius Cunradino disputatum est *cap. 7. §. §. 3. litt. hh. p. 87. 88.*

§. 3. TVNICAE IMPERIALES ambigui numeri et coloris.

A [kk] Plures TVNICAS inter imperialia cimelia referri, illud quidem est testatissimum. In *numero* autem non conueniunt scriptores neque in *colore*. Veniam certe non meretur Wagenseilius, quod imperialis thesauri domesticus spectator litem non definiuerit. Frustra enim excusat ille negligentiam, quod *in his contemplandis non ita fuerit curiosus*; quod *non detur potestas, uestimenta omnia* B *explicandi*; quod *fidem sequatur Hartmanni Mauri cap. 26. p. 240.* Vltimum enim non ab illo expectandum; alterum consequi potuisset, cum tot annis ipsi deesse non potuerit occasio; primum notam omnino meretur in illo, qui de his scribere uoluit ex instituto *cap. 1. §. 4. p. 7. 8.* Inuentarium Ludouicianum an. 1350. mentionem facit *togae coeruleae*, contextae in manicis auro et unionibus *n. 13.* et C alterius *togae phoenicede* cum nigris aquilis, uideatur adpendix *litt. A.* Anonymus in *adpendice litt. D* commemorat *eine* braune; schwartze *und* weisse *geweihete Kleidung.* Verum sub ultimo genere *albam* intelligo, de qua inferius. *Hartm.* MAVRVS contra scribit: *unam cappam holosericam* VIOLACEI *coloris, cui aurum in modum aquilae intextum* (sed haec figura est pallii) *alterum ami*-D*culum* RVBEI *coloris, contextum pari modo magna aurea aquila: praeter haec duas dalmaticas, unam* VIOLACEI, *aliam* NIGRI *coloris*, cetera.

Tunica altera. [ll] Repetenda hic sunt, quae diximus in nota praecedenti. Vtinam uero componeret lites ciuitas tutelaris atque uiro litterato aperiret aditum, qui omnes uestimentorum imperialium species describeret pingeretque. Vt oculis usurpare E cimelia haec possent etiam extranei.

ALBA seu dalmatica seu etiam ποδήρης. (mm) Intelligimus albae uerbo *candidam togam S. Caroli in manicis contextam lapidibus et unionibus*, ut inuentarium illam describit Ludouicianum *adpendice litt. A.* Hac indui Caesarem inaugurandum exemplo Caroli V. comprobat *Hart.* MAVRVS: *dalmaticam albam holosericam pretiosis margaritis distinctam gemmisque.* ALBAM enim in Dalmatia natam esse in-F deque nomen habere, scribit ISIDORVS *lib. 19. c. 22.* DVRANDVS *lib. 3. c. 11.* Cum enim ante albis usi essent sacerdotes, quae *manicis* caruerunt: mox Dalmatarum imitati sunt *albas manicatas.* Graeci ποδήρην dicunt, ob longitudinem, qua descendere debet usque ad pedes, πόδας ISIDORVS *lib. 19. c. 21.* Verum scire, referr, utrum ALBA uestis *sacerdotalis* sit, an uero *regalis.* Primum uidetur aliis G ideo. *Num haec uestis sacerdotalis?* Quia Caesar uerbo gaudeat *diaconi*; quia in numero idem sit *canonicorum* Aquisgranensium; quia *alba* induti sint sacerdotes inde a temporibus, quod perhibent, *Iacobi* apostoli; quia sacrificiorum cum *candida* ueste etiam meminerit

Cap. VII.

Hieronymus lib. dialog. aduerſus Pelag. tom. 2. p. 565. quia idem fuerit ſacerdotum ornatus cum apud Iudaeos, tum apud Aegyptios, de quibus ſigillatim HERODOTVS *lib. 2. c. 46.* et SPENCERVS; quia tandem ueſtis myſticos ſenſus habeat innocentiae, quod *alba* ſit, patientiae, quod lintea et quae ſunt generis eiusdem. Contra uero habitus REGALIS coniecturas faciunt, quod ſit *holoſerica*, ſacerdotum enim *albae linteae* eſſe debent ſpernuntque ſericum et lanam; deinde gemmis, auro, unionibus ornata in extremitatibus, quod lege prohibitum eſt apud ſacerdotes SAVSSAY *in panopolia ſacerd. lib. 2. c. 2. 3.* poſt eadem alba induantur reges alii, exemplo Aragoniae, quod habet *du* FRESNE *tom. 1. p. 6.* praeterea laici etiam quondam uſi fuerint alba, ueſtimenti genere ſimpliciſſimi, ita LANFRANCVS *Cantuarienſis archiepiſc. epiſt. 13.* ad extremum de Caroli M. habitu ſigillatim quoque EGINHARDVS: *ad corpus camiſiam* [ita ſaepius etiam *alba* dicitur] *lineam* [ſed noſtra holoſerica] *et feminalibus* [femeralibus] *lineis induebatur*. Si meo hic iudicio liceat uti: exiſtimauerim, clericos imperatori auctores fuiſſe, ut pariter cum illis *alba* uteretur. Partim, ut ueſtibus clericalibus ita accederet dignitas, ſi illis indueretur in inauguratione Caeſar; partim, ut occaſio illis eſſet, myſticis albae ſenſibus imperatorem ſui admonere officii; partim etiam, quod clericis albae habitus maximi fieret, ut eundem Caeſari commendarent, prouerbio forte acti, ſuum cuique pulchrum. Vt uero *albae* regalis a pontificali aliquod eſſet diſcrimen, adſuere uoluerunt primae aurum, gemmas, uniones. A quo ornatu omnino alienus eſt ſacerdos. Picturam ALBAE conſpicere licet in *tabula aenea n. 13.*

an uero regalis.

PALLIVM imperiale,

[nn] Memorat illud Ludouicianum inuentarium his uerbis: *unum* PALLIVM *S. Caroli cum duobus leonibus contextum ex auro, lapidibus et unionibus.* Scriptores ueteres chriſtiani pallium *pluuiale* dicunt, quod corpus protegat a pluuia. Scilicet noua huius generis uocabula propterea finxerunt, ne quis chriſtianos argueret antiſtites, quod ueſtitum a paganis ſacerdotibus accepiſſent. Quapropter etiam chriſtiani imperatoria PLVVIALE dixerunt liberaruntque ab imitatione paganiſmi. Ceterum *pallii* uſus patuit quondam latisſime. Quod licet uerum ſit: tamen ex *tabula num. 13.* facile patet; imperiale pallium non uſus, ſed ſplendoris cauſa adhibitum fuiſſe, ut tantum non pallio epiſcopi ſimile eſſe uideretur. Inde ſunt, qui etiam pallium imperiale geſtiunt referre inter *ſacerdotalia* imperatoris ueſtimenta. Rationes, quibus mouentur ad ita ſentiendum, ſunt. *Principio* paſſim illud adpellari uerbo *pluuialis*, putant ideo, quoniam Caeſar illo tectus ſit, qua *clericus*. *Deinde* is ipſe habitus *pontificale* audiat aliis, quaſi penes Caeſarem eſſet ſupremus pontificatus. *Tum* quod ueſtimenta Caeſaris alia clericalia ſint, igitur et pallium ſit eo iudicio dignum. *Porro* credibile eſſe, pallium hoc Caeſaris Germanici pelliceum fore, inſtar regum Europae aliorum, niſi fuerit *clericale*. Verum principio ſciendum eſt, quod clerici *pallia*, ad pompam formata, imperatoribus debeant et ſigillatim Conſtantino M. teſte THEODORETO *lib. 2. c. 27.* Licet aliqui uelint, pallia paganos imperatores propterea geſſiſſe, ut ita ſacrum indicarent pontificatum, quem ſibi adrogarunt. Quicquid ſit, illud tamen eſt certiſſimum, quod utriusque et imperialis et clericalis pallii eadem fere ſit forma et ratio nilque commune habeat cum *penula* S. Pauli, cuius *2. Timoth. 4.* oblitus eſſe dicitur apud Carpum. De qua ex inſtituto *Ioan. Bapt.* DONIVS in opuſculo *edito Pariſiis 1638.* cum ex hoc loco tantum non omnem ueſtium ſacrarum adparatum tueri [*] uelint Romani ſacerdotes. Deinde etiam pontificii auctores hodieque adfirmant idem, quod pallia epiſcoporum [**] auctorem habeant imperatorem, qui ſuis inſignibus adornare uoluerit amictum ſacerdotalem. In quorum numero ſunt *Petr. de* MARCA *in concord. ſacerd. et imp. lib. 6. c. 6. §. 2.* *Ludouicus* THOMASSINVS in maximi pretii libro *de ueteri et noua eccleſiae diſciplina part. 1. lib. 2. cap. 48. n. 8. 9.* et litteratiſſimus FRESNEVS *in conſtantinop. Chriſtian. lib. 1. n. 24.* taceo alios. Praeterea teſtantur etiam cum annales, tum numi imperatorum, quod hi pallia ante geſſerint habuerintque in imperiali adparatu, quam paganiſmo eierato, nomen dederunt coetibus chriſtianis. Neque eſt, quod male quem habeat, quare imperatores noſtri, inſtar regum Europae aliorum, non penulas habeant

cur audiat pluuiale?

§. 3.

An ſit pontificale?

Rationes adfirmantium.

Negantium.

Quare habitus imperialis alienus ab hermelino?

(*) Inde enim *laneam* illam *faſciam* defendere uolunt, quam hodieque nundinari ſolent epiſcopi a pontifice Romano. Videantur BARONIVS *tom. 1. ad an. 59.* et *Andr.* du SAVSSAY tam *in panoplia epiſcoporum lib. 6. c. 3.* quam in *ſacerdot. panoplia lib. 6. c. 3.* alias argutias habet LVPVS de *adpellation. ad aulam Romanam diſſ. 2. c. 7.* Verum merito illos rident alii, quod Paulinum pallium uſus fuerit quotidiani, non ſacri, non pompae et ſacriſplendoris. Superſtitionem igitur pallii ſacri ex ueteris aeui monumentis plene ac ſolide confutauit *Iacques* BASNAGE *en hiſtoire de l'egliſe libr. 5. cap 6. §. 7. p. 244.* et quae ſequuntur. (**) Quo nomine abſit, ut nos intelligamus faſciam illam laneam, quae cum imperiali pallio nihil prorſus habet commune. Stolae certe, quam pallio ſimilior, quo nomine etiam adpellat EADMERVS *de ſimilitudin Anſelmi c. 180.* Quae porro recentioris longe inſtituti, teſtibus ipſis epiſcopis et doctoribus pontificiis Petro de *Marca*; Antonio de *Dominis*; Ludouico *Thomaſſino*.

Cap. VII. beant pellitas *hermelino*, de quibus *Dn. praef. in formula Marchiae.* §. 9. Nam imperialis habitus orientali imperio debet originem: non *regibus pelligeris* in occidente et septentrione, quo nomine illos adpellat *Sidonius* APOLLINARIS *carm. 7. u. 223.* Accedit, quod imperii maiestas Italiam respiciat, calidioris coeli, quam ut pelles ferat aut pelliceum uestitum. Ceterum an pallium Caroli M. supra p. 99. 100. ex Lateranensi triclinio descriptum, cum imperiali conueniat, aliorum iudiciis relinquo.

STOLA IMPERIALIS. (oo) Matricula cimeliorum Ludouiciana: *una* STOLA, *contexta auro, lapidibus, et unionibus et altera simplex* STOLA, ut dictum in *adpendice.* Habes picturam eius *num. 13.* in tabula. *Crucis* et *simplicis* (*) *aquilae* figuras intextas refert, quae ita sparsae sunt, ut omnia fere spatia illius occupent repleantque. Plicaturae eius transuersae mysticos sensus uarie explicant dicuntque stolam ipsam *iugi* (**) instar esse, a christo humeris impositi, situm eius obliquum sacrae *crucis* imaginem (***). Illud uero hic est ualde dubium, an *imperialis stola* ornatus in imperatore sit *sacerdotalis* siue supremi pontificatus, quo Caesares quondam gauisi sunt, reliquiae. Obesse huic sententiae uidentur sequentia. *Principio* stolae uox tam Graecis, quam Latinis significatum habet, omni uestimento oblongo (****) communem. Adeoque frustra stolam putari uestem sacerdotibus propriam. Verum non hic quaeritur de stolae uulgari, sed ecclesiastico significatu. Quo

Num pontificalis *sit? Rationes* negantium.

Lud. opusc. tom. II.

A *stolam* dicimus fasciam siue *torquem a collo ex utroque latere propendentem usque ad talos* (†). Quem certe offendere non datur nisi in uestitu sacerdotum aut diaconorum (††). *Deinde* stolam imperialem differre a *clericali* in eo, quod ultima *lintea* sit *candida* et *simplex*, non auro, gemmis et unionibus ornata (†††): quibus tamen contexta est prima. Verum satis est stolae substantiam gerere B Caesarem: quam ornatus mutat nequicquam. *Praeterea* quin stola haec clericalis sit, illud etiam obesse uidetur, quoniam Leoninum triclinium *p. 95. 96. litt. ii. n. 39.* laudatum, exhibeat sanctum Petrum, qui una manu stolam Leoni III. papae offert; altera lanceam Carolo M. Quo ipso certum sit, cum stola nil commune habitum imperialem. Picturam C dat HENSCHENIVS *in actis sanctor. die 12. Iul. p. 585.* Verum reponi potest. Quod clericalem habitum seu *diaconi* munus habeat Caesar non a Petro, sed a papa, fonte munerum ecclesiasticorum. Vt adeo non supersit in pictura offendiculum (††††). Tum *stolae* indumentum Graecis maxime imperatoribus usitatum fuisse urgent, quod numi & picturae testentur ostendantque apud STRA-D DAM [*], FRESNEVM [**], aliosque. Verum et illi imperatores fuerunt nonnisi christiani, quibus eadem ad stolam uia, quae nostris et Carolo magno praesertim. Qui imperialem Graecorum habitum magna cum animi religione ex omni parte est sequutus [***]. Porro etiam turbare fidem hanc illud potest, quod

§. 3.

non

(*) Certo indicio, quod Germanicum quondam imperium nesciuerit et *bicipitem* aquilam et *geminatam.* Simplex enim pallio non minus seu pluuiali Caesaris est intexta. Neque aliam numus Friderici I. Caesaris, quem dedimus p. 93. 94. (**) Ludunt in mysticis sensibus eruendis diuersimode. IVGVM domini stolam notare, onus illud leue et suaue, dicit AMALARIVS; instar torquis seu FVNIS esse, quo christo obligemur perhibet *Honorius*; alii putant MANTILE fuisse, quo christiani, quorum oculi lacrumis madere debeant, illas queant abstergere; alii perhibent instar PALLII esse episcopalis, quo minoris ordinis utantur clerici; alii similem credunt FASCIIS, quibus Iudaei inscriptas circumferant leges; alii lintea haec esse ueteris et noui TESTAMENTI, quibus inuolutus sit christus firmatur. Lusus alios habes apud *Andream du SAVSSAY lib 5. panopliae sacerdotalis cap. 9* & reliquis. Formula PONTIFICALIS *Romani*, si presbyter inauguratur p. m. 62. est haec: *accipe stolam* IVGVM *domini, iugum enim suaue est et onus leue.* (***) Ex Alcuino et Ruperto ita BEYERLINCKIVS *litt. E. p. 490. num. G. Stola cancellata in pectore ad modum* CRVCIS primum *significat Christi passionem, mente et corpore circumferendam: deinde etiam populum Iudaeorum a dextra transire ad sinistram, contra gentes a sinistra ad dextram.* Adde *quod et significet christi obedientiam.* (****) Propterea enim originem debet uerbo στέλλω, quasi uestis esse debeat oblonga siue *demissa.* Quamuis uox haec non solum *mitto* significet: uerum etiam *instruo* et *orno.* Conferri hic possunt fratres MACRORVM et MORTIER in lexicis sacris. (†) Quam descriptionem habent ALCVINVS et RVPERTVS *in libro de diuinis officiis lib. 1. cap. 21. Raban.* MAVRVS *lib. 2. de instit. clericor Amalarius* FORTVNATVS *lib. 2. de eccles. offic. c. 20. Walafrid.* STRABO *de ritib. eccles. c. 24.* HONORIVS *Augustodunensis de antiquo missae ritu lib. 1. c. 404.* IVO *Carnotensis de significationibus indumentorum sacerdotalium* S. BONAVENTVRA *in mysterio S. Missae* aliique. Quorum auctorum propterea adeo cumulate memini, ut fontes constent, unde hauriri potest *clericalium* uestimentorum explicatio. (††) Neque enim stola conceditur clericis subsellii inferioris. Sed ultimi eorundem, qui *stolas* ferunt, sunt diaconi; excluduntur que subdiaconi etiam ab hoc ornatu. (†††) *Concilium IV. Toletan. can. 39.* Leuitae *utantur uno et puro orario* (id est stola) *nec ullis coloribus aut auro ornato* SAVSSAY *lib. 5. c. 6.* (††††) Quoniam triclinium Leoninum referre tantum ea uoluit, quae ab ipso Petro Carolus M. accepisset; non quae ex indulgentia papae. Quale sit *stola.* [*] Praesertim in Michaele III. p. 306. in Constantino Duca p. 307. in Constantino XII. p. 320. in Andronico IV. p. 358. Qui numi non sunt sublestae fidei. [**] In glossario Graecitatis tom. 1. tab. 9. 10. Vt taceam Byzantina. [***] Ratio non difficilis est intellectu. Nam Carolus M. imperii maiestatem, in Italia deletam, ibi instaurauit, non sine imperatorum orientis inuidia. Hi ergo ne aliquid praecipui haberent, diligenter curauit. Quapropter schemata quoque eorundem, insignia, habitum, elegantiam, adparatum, stylum curialem, titulum ceteraque et ipse sibi adrogauit adseruitque: ut par illis omnino esset in imperiali dignitate. Omnium igitur,

quae

Cap. VII. non solum *stola* in imagine Carolina desideretur, quam *c. 7. p. 97. 98.* exhibuimus: sed etiam nulla illius mentio fiat in descriptione habitus Carolini apud Eginhardum. *Verum* non hic de auctore stolae imperialis quaeritur, sed de ratione. Neque tamen ideo stolae nostrae origines Carolo magno negantur, cum omnium non fecerit memoriam Eginhardus et laudata pictura militarem potius habitum nobis det, quam ecclesiastico imperialem. *Tandem* si stola *clericalis* sit, credere aliquis posset, indignam hanc esse imperatore, si inaugurari uelit, uestem enim Caesari induendam, si officio defungatur diaconi. *Verum* negari nequit, plures forte Caesares ideo stolam non gessisse, quod nunc nos docent: alii tamen existimarunt coniungendam hanc esse cum imperialibus uestibus aliis, partim quod stolae decus insit, partim quod in animis mortalium alenda fides, imperatorem sacerdotium et imperium ita cogere in harmoniam et unum satis esse utrisque. *Demum* illud quoque dici posset, Caesarem Christianum sacerdotibus de suo adparatu uestiario concessisse aliquid: tantum abesse, ut Caesar a sacerdotibus uestes sit mutuatus. Verum affirmari potest utrumque. Alias enim uestes a Caesare accepere sacerdotes, alias iterum ab his ille. In ultimo genere ponimus stolam, non in primo.

Affirmantium rationes. Restat, ut hanc quoque opinionem paucis tueamur. *Principio* STOLA, uoce in ecclesiastico sumta significatu, tessera tantum est sacerdotum et diaconorum (*): ergo idem hactenus sentiendum de imperiali. *Deinde* imperator semper spartam capit diaconi, ergo caussa est aperta stolae imperialis. *Post* stolae tanta inter pontificios superstitio, ut huic effectus tribuant diuinitatis (**). Non igitur credibile est, hanc laicis factam communem. Quod omnino fieret, nisi illam ferret, qua diaconus, imperator. *Praeterea* reliqui Europae reges uestitum imperialem fere omnem sibi adrogarunt. Quod dici non potest de stola. Idque ideo: quoniam ipsi hanc esse uident notam sacrae spartae. *Tandem* propterea inuentarium Ludouicianum in *adpendice litt. A.* duplicis stolae facit mentionem. *Vnius*, quae est pura et simplex, qua uti potest imperator, quando munere defungitur diaconi: *alterius* auro textae et gemmis ornatae, quam adhibet in amictu imperiali. Quemadmodum uero nullus dubito, stolam hanc uestem esse *clericalem*: ita tamen caussam nolim definire, quare illa imperator sit indutus. Plerique ad munus *diaconi* respiciunt, quo constat inauguratum esse imperatorem: ego potius hic mihi in mentem reuoco, quae me docuit *Leo* ALLATIVS [***]. Scilicet Constantino M. ex quo christo nomen dedit, omnia pontificalia obtulerunt christiani sacerdotes, his fere conceptis uerbis: *accipe imperator, quod tibi debetur. Tuum nunc est, aut esse sacerdotem aut constituere aut defungi sacerdotio aut adpellare sacerdotes.* Quare opinabile est, Caesarem sacra insignia, quae ipsi probabantur, imperialibus addidisse suo arbitratu. *§. 34. Qui penes imperatorem supremus pontificatus?*

De ZONA IMPERIALI (pp) Huius meminit *Hartm.* MAVRVS *de coronat. Caroli V.* his quidem uerbis: ZONA *coriacea et retinaculum eius auream, omnia pretiosis lapidibus affabre decorata.* Quem locum exhibet *adpendix litt. O.* idem LIMNAEVS *lib. 1. c. 14.* Germanicus auctor uocat Stolgürtel *in adpend. litt. G.* Quae forte caussa est, quare matriculae aliae *zonam imperialem* omittant, cum esse uideatur accessorium uel *albae* (†) uel *stolae* (††). Vltimae enim

quae dixi, ratio ac usus non clarius cognoscitur, quam ex monumentis Byzantinis. Quae maius hic praesidium nobis dant, quam ueteris Latii antiquitas. (*) PONTIFICALE *Romanum in tit. de degradatione p. m. 551. 552.* quando presbyterum destituit, hac formula utitur: *stolam a te amouemus, quem inhabilem reddimus ad omne sacerdotium.* In destitutione diaconi hac: *stolam uestem a te amouemus omne diaconatus officium tibi prohibentes.* (**) RITVALE *Romanum tit. de exorcizandis p. m. 305.* iubet: *at daemonem expulsurus sacerdos stolam adplicet eius collo.* Stolae miracula et portenta alia ordine recitat SAVSSAY *in panoplia sacerdotum lib. 5. c. 10* quod ita incipit; *Vim aliquam diuinam insitam esse stolae* et quae sequuntur deinceps. (***) In libro multarum litterarum et plenae frugis *de ecclesiae orientalis et occident. consensione lib. 1. cap. 15. 218.* Displicet autem hoc Leoni, qui propterea hoc institutum uerbis castigat, quae sequuntur: *Et sane Graeci patres in sustollenda auctoritate imperatoria, nullum modum seruasse deprehenduntur. Nihil enim fere de praesulibus et patriarchis dicitur, quod ipsi ampliori etiam mensura, de suis imperatoribus non tradiderint. Vt iam dissuadeat leuitatis et assentationis animorum. Non officiis, neque humanitati: sed temporibus et commodo seruientium.* Ea enim fuerat confessio patrum, qui dicuntur, ecclesiae: *etiam imperatorem esse sacerdotem*, quod unctus esset; *imperatorem* ideo dici posse *episcopum*; etiam *imperatori* relinquendum, ut in ecclesia *doceat* populum et *sacra* administret *officia*; quicquid faciant in ecclesia sacerdotes, illud facere ex *Caesaris mandato*, cuius agant *uicarios.* O quam hic aliter curia Romana! Quae omnia haec sibi adrogauit post, quae ante tributa fuere imperatori Romano. Erat tum ecclesia in republica, nunc uerso rerum iuriumque ordine, respublica quaerenda est in ecclesia, cetera. (†) *Andreas du* SAVSSAY *lib. 3. panopl. sacerd. c. 6 p. 55* inquit: *alba sine zona uel cingulo commode ac decenter gestari nequit. Vnde rituales scriptores zonam cum alba et amictu inseparabili recensione coniunxerunt.* (††) In actis S. BIRINI, uestitus illius habetur recensio circa annum 630. In quo *duae stolae* numerantur: desideratur uero *zona.* Inde confectura *du* SAVSSAY *part. 1. lib. 3. c. 6. panopl. sacerd. p. 57.* scriptorem zonam cum stola confudisse. Idem dicere possemus de inuentario Ludouiciano in *adpend. litt. A.* ubi pariter duae stolae imperiales numerantur; sed omittitur zona: nisi opinabile non sit, potuisse imperialem zonam, quae *coriacea* est, cum stola confundi.

Cap. VII. enim fere est similis: prima autem fine A me cum etiam presbyteris pluribus zonae cingulo, diffluat, commode nequit gestari. Vt uero zonae sunt multiplices *militum*, a quibus saepe confunduntur cum baltheo (*); *mulierum* (**); *sacerdotum* ueteris (***) et noui foederis (****); *monachorum* (†); hominum denique, sua parantium ad iter aut labores (††) generis cuiusque: iterum quaeri solet; ad quam demum speciem *zona imperialis* debeat referri. Nemo quidem, in tanta zona- B rum uarietate, imperialem habuerit pro zona sacerdotis: praesertim cum haec esse debeat *lintea* (†††) et fuco ornatuque *carere* (††††); cum imperialis contra *coriacea* sit textaque *auro* et gemmis [*]: uerum quando *album* et *stolam* a sacerdotis uestitu non uidimus alienas [**], caussas non habemus, quare zonam alio referamus, eorundem *accessoriam* [***]. Maxime cum etiam presbyteris pluribus zonae instructiores sint ornatu [****]. Portenta quae expectari possint a sacris zonis *Christi* [*****], *Ioannis* baptistae [†]; *Mariae* [††]; *Petri* [†††] aliorumque sanctorum [††††] huius loci non sunt. Commendare tamen fidem in sacras zonas maximopere solent puerperis [†††††]. §. 3.

CHIROTHECAE IMPERIALES

(qq) CHIROTHECAS IMPERIALES Carolo M. sigillatim tribuit inuentarium Ludouicianum *litt. A. cum aurea cruce S. Caroli et ambae eius* CHIROTHECAE, *cum lapidibus, unionibus et auro.* Mox sub finem *num 26.* iterum notat: *duae chirothecae.* Primum genus conspicere licet in tabula *num. 13.* num etiam superfit alterum, non definio. Quid igitur cui hae debentur, num episcopis? In horum enim ornatu *chirothecas* non ultimum habere locum, id quidem testatissimum est (1).

(*) Legi hic potest ISIDORVS *lib. 19. origin. c. 33.* Inde cingulum militare. Et cum, Varrone auctore, zonae militares *e corio bullis sint* ornatae: igitur ad imperialem inde zonam, quae pariter *coriacea*, uinculum aliquod consecutionis. (**) De quibus plenius egit *Octau.* FERRARIVS *lib. 1. de re uestiaria c. 13. 14.* et *lib. 3. c. 7.* (***) De Hebraicis sacerdotibus locum habes apud IOSEPHVM *lib. 3. c. 8.* et scriptores antiquitatum Ebraicarum recentiores alios SPENCERVM maxime *de LL. Ebraeor. lib. 3 cap. 4. §. 3. p. 1341.* ubi opinionem suam, omnem *adparatum Leuiticum* Aegyptiis deberi, etiam in *zona* tuetur supremi pontificis Nos existimamus, Leuiticas ceremonias duplicem finem habuisse. Vnum, ut *oculi* pascerentur Iudaeorum *domi*, ne *foris* a pagano adparatu illis fieret glaucoma; alterum, ut excitarentur eorum *animi*, ad colendam messiae futuri memoriam. *Alterum* forte non fecisset Deus: nisi metuisset *primo*. Quod, nisi credideris, quare Deus spreuit ceremonias apud patriarchas? qui longius abfuerunt a temporibus Messiae, ut illis magis opus esset memoriae in Christum adminiculis. Sed haec cursim (****) De christiani sacerdotis cingulo siue zona locum habet illustrem HIERONYMVS *epistola ad Fabiolam*, his uerbis conceptum: *Hoc cingulum in similitudinem colubri, qui exuit senectutem, sic in rotundum textum est, ut marsupium longius putes. Lineam tunicam hoc stringunt baltheo, qui quatuor digitorum habens latitudinem et ex una parte ad crura dependens, cum ad sacrificia cursu et expeditione opus est, in laeuum humerum retorquetur.* Plura SAVSSAY *lib. 3. c. 3. p. 36. 37.* (†) Quam uerius nomine adpellaueris funiculi, quo ipsi crudum corpus adfligunt cruciantque, ut desuefiat a lautitia et libidine. Tuentur etiam hunc morem sigillatim exemplo Christi, qui linteo cinctus pedes lauare coeperit discipulorum. Quod cingulum explicat CHIFLETIVS *in libro de linteis Christi* et Vesuntii hodieque dicitur seruari. Aut etiam usu Ioannis baptistae, qui zonam gessisse dicitur pelliceam circa lumbos et uestimentum de pilis camelorum. Sunt quidem *Chytraeus* et nostratium theologorum alii in hac opinione, quod is habitus Ioannis non asper fuerit ac sordidus, uerum mollis et lautus, instar panni, quem dicimus *camelot*: sed negant hoc pontificii ideo, quia asper aequilis fuerit cibus illius. Quem sacra pagina uestimentis u[illegible]r respondisse. (††) Inde prouerbio caussa, *stare aut esse in procinctu* itineris aut laboris. (†††) Eiusdem enim materiae esse debet, qua est *alba*, quam cingit SAVSSAY *part. 1. lib. 3. c. 6 p. 56.* (††††) Castigant uerbis sacerdotes, qui zona utuntur ad fastum et pompam, cum dolorum et opprobriorum christi esse debeat signaculum. *Quam quaeso! ineptum cernere sacerdotem, zonam sericam et auream, pro funiculo, quo alligatus fuit christus, gerere in ipso eius immolationis mysterio, quod in missa celebratur. Zona igitur sacerdotalis funiculi est instar, quo christus in passione sua fuit adligatus*, uerba sunt SAVSSAEI *lib. 3. c. 7. p 60.* Sed uinculum consecutionis, quo utitur auctor, illos etiam stringit, qui crucem Christi ostentant gemmis, unionibus, auro argentoque confectam Cui tamen instituto ipse non est aduersus. [*] Quod uidimus ex descriptione principio huius commenti suppeditata. Quam habet *adpendix litt. O.* [**] Dictum est id doctumque in hoc *c. 7 §. 3. litt. mm. et oo.* [***] Quoniam alba restringi debet cingulo, ne laxe diffluat per pedes *Rabanus* MAVRVS et ALCVINVS *de officiis diuin.* [****] Inde enim querelae, quas audiuimus supra sub signo (††††). [*****] Tam eo casu, quo pedes lauare coepit discipulorum: quam illo, quo ligatus est *funiculis in passione* Plura habet CHIFLETIVS *de linteis Christi* et io[illegible] *sontione part. 2. p. 107. Cingulum saluatoris, sanctum christi sindonem, qua dines est Bisontina ecclesia Quod quidam uiant cingulum et sindonem esse synonyma. Quicquid sit, cingulum illud christi, a Theodosio missum, quod proprissime zona quaedam, habetur saltem ex parte, in argentea lipsanotheca, in sacrario S. Ioannis.* [†] Vtrum inde zona monachorum habeat patrocinium, disquirunt theologi. *Caluinus* etiam in *apographe reliquiarum*. Quod huius non est fori. [††] Hanc inde a seculo IV. cultam fuisse inter reliquias Deiparae contendit SAVSSAY *lib. 3. c. 5. artic 2. §. 2 p. 45.* aduersus *theologos protestantes.* [†††] Quia eius ipse seruator faciat mentionem IOAN. *ult.* his uerbis: *cum esses iunior, cingebas te* et quae sequuntur deinceps. Laudant de Petri zona locum CHRYSOSTOMI *serm. in epist. ad Rom.* Sed is pertinet ad catenas *cap. 7. §. 2. litt. gg. p 86* commemoratas. [††††] Sanctorum *Pauli, Polycarpi, Gregorii* et aliorum. Quae zonarum genera describit du SAVSSAY part. 1. lib. 3. c. 5. §. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. [†††††] Si Hilarium ideo patronum *statuunt mulierum parturientium, ne mortuos pariant foetus*, auctore BOLANDO *in actis sanctor. die 13. Ian. p. 6.* Rident hoc euangelici theologi opponuntque opinioni testem TERTVLLIANVM *lib. de anima c. 39.* quando ait: *in more habuisse ethnicorum mulieres, fasciolis sibi praecingere uteros, quae ante idolorum aras conte xebantur*, pro maturando facilitandoque partu. Sed reponunt pontificii: *neque cantum ea propter in ecclesia damnari, quod illo personuerint templa paganorum.*

Cap. VII. *Qui desiderentur apud Romanos?*

§. 3.

(1). Accedit, quod tam Romani, quam Graeci in usu non habuerint chirothecas, fide, quam in utriusque populi antiquitatibus CASAVBONVS (2) meretur: ut adeo illas deberi uideamur singulari sacerdotum instituto (3). Verum enim uero Persis mollioribus adhibitae sunt chirothecae (4): unde morem Romani didicerunt et imperatores Graeci. Cuius singulare est testimonium in PACHYMERE (5). Praeterea occidentales et magis septentrionales populi manuum tegumentis opus habuerunt non tam ad ornatum, quam ut se aduersus tempestatis inclementiam tempore hyberno tuerentur (6). Vt adeo manticae regales nostris imperatoribus cum plerisque Europae regibus (7) aliis atque ipsis militibus (8) communes esse uideantur.

nec quicquam apud imperatores Byzantinos et occidentales?

SANDALIA IMPERIALIA. *de uerbo hoc et eius synonymis.*

(rr) Ludouicianum inuentarium commemorat *duos calceos* imperiales in *adpendice.* Qui supersunt in uestitu imperiali etiamnunc. Figurauimus eos in tabula aenea *num. 6.* ubi *sandalia* conspiciuntur auro et unionibus insigniter ornata. Hoc enim uerbo propterea uti maluimus, quoniam usu medii aeui (9) ita calcei eius generis adpellantur, religionis prae-

(1) PONTIFICALE *Romanum* in episcopi inauguratione p. 103. hanc nobis describit [illegible]eremoniam: *Deinde consecratur, se chirothecae non sint benedictae, surgit, mitra posita et eas benedicit dicens, oremus. Omnipotens creator, qui homini, ad imaginem tuam condito manus discretionis insignitas, tanquam organum intelligentiae, ad recte operandum dedisti. Quas seruari mundas praecepisti, ut in eis anima digne portaretur et tua in eis digne consecrarentur mysteria. Benedicere et sanctificare digneris manuum haec ligamenta. Vt quicunque sacrorum pontificum his uelare manus suas cum humilitate uoluerit; munditiam tam cordis, quam operis ei tua misericordia subministret. Per christum, amen.* Et in degradatione siue destitutione pontificis idem pontificale Romanum habet p. 550. haec: *Deinde extractis sibi per ministrum chirothecis, pontifex degradator abradit degradando pollices et manus leuiter cum cultello aut uitro, dicens: Sic spiritualis benedictionis et delibationis mysticae gratia te priuamus, ut sanctificandi perdas officium et effectum.* Satis, ut puto, cruda minerua utitur hic in sensibus chirothecae mysticis explicandis pontifex Romanus.

(2) *In animaduersionibus in Athenaeum lib. 12. c. 2. p. 828. 829. Persae, inquit Xenophon, non contenti corpus et pedes tegere, sed etiam manuum habent tegumenta. Quae neque Graeci neque Romani habuere in usu.*

(3) Quod intelligitur ex nota praecedenti n. 1.

(4) Testimonio ATHENAEI *lib. 12. deipnosoph. c. 2. n. 254.* Qui in Persis dicit, quod non solum pedes tegant, ἀλλὰ καὶ περὶ ἄκραις ταῖς χερσὶ χειρίδας δασείας καὶ δακτυλύθρας ἔχουσιν.

(5) *Lib. 7. hist. c. 12.* chirothecae purpureae, margaritis et gemmis exornatae, meminit inter imperialia insignia et symbola Caesareae dignitatis.

(6) Inde chirothecae traditionem in signum consensus accipit SPECVLATOR *Saxo lib. 2. art. 26. §. 6.* et *lib. 3. artic. 69.* formula legitur, *lineae chirothecae cum furcula seu tridente, quo fimus tollitur.* Vnde patet, quod etiam plebi in Germaniae oris usus sit chirothecarum. Ibidem iudices quoque coram tribunali sedentes prohibentur uti chirothecis.

(7) Non memini *uetustiorum* regni Europae insignium aut symbolorum, in quo offendere et numerare non liceat *chirothecas.* Sed recentior Principum uestitus chirothecas propterea omittit, quoniam illae, quemadmodum et calcei tanti pretii non sunt, ut inter symbola regalia mereantur referri. Est enim incommodum non leue, gerere manuum tegumenta uel grauida uel rigida auro et gemmis. Etiam hodie aulicae elegantiae rationes negliget, qui mulierem aut uirginem honestiorem manu duxerit nonnisi chirothecis uestita. Imo foeminam raro conspicies manu nudatam: cuius tegumenta referunt inter signa uerecundiae et pudoris. Quem tamen probare magis deberent mores nostri in uberibus tegendis, unde fortiora tela ad libidinem.

(8) Inde est, quod *chirotheca* symbolum *feudale* siue clientelare creditum sit, cuius traditione inauguratus fuit cliens. Pulcherrima hoc fine loca congessit in glossario FRESNEVS. Prouocatum quoque fuerat hac tessera ad duellum, si scilicet pars prouocans uel dederat uel transmiserat suam chirothecam. Quod habes apud eundem. Qui mores ad nostra usque secula perdurauerunt: ut chirothecas mittant, prouocatum in arenam. In urbem porro, si imperator proiecerit chirothecam, indicium hoc esse, nolle se urbis obsidionem soluere, explicat BALDVINVS *de calceo c. 24. p. 246*

(9) Olim certe calceamenta fuerunt generis diuersissimi. Nunc enim *forma* calceos distinxit: nunc *color;* nunc *magnitudo.* Quos calceorum limites uiolare, nefas fuerat apud Romanos, cum singula genera singulis hominum ordinibus tribuerentur. Vt mirum omnino sit, populos fere omnes *suae uilitatis in pedibus oblitos esse, cum eorum tamen adspectu pauones confundantur, pennas et alas demittant,* scribit *Nic. du* MORTIER *in etymolog. sacro p. 566.* Qui tamen in eo fallitur, quod Hispanis adscribat morem eiusque originem, ut *decus quaeratur in pedis uenustate.* Cum tantum non omnes populi in hoc delirauerint ornatu. Vt uero calceus a *calce* dicitur: ita *sandalia* haud dubie a Graeco σανὶς, quae uox tabulam notat, ut ex etymo certum sit, sandalia quondam non totum pedem texisse, uerum *soleas tantum inferne, instar formae, quam hodieque gerunt Capucini monachi.* Putant enim hi, christum apostolos prohibuisse usu calceamentorum, teste MATTHAEO *c. 10. u 10.* et MARCO *cap. 6. uers. 9.* ubi uerbum, *sandalia,* habeatur. Quasi uero seruatoris intersit, quo quis genere uestitus corpus protegat suum, dummodo abstinuerit a lautitiis et mollitie. Verum enim uero, cum in nostris regionibus alia climatis ratio sit, quam in *oriente,* ubi satis est, soleas muniri in eundo: itaque quilibet agnouit in *occidentalibus* et *septentrionalibus* regionibus nihil obesse, quo minus pedem totum calceamentis inuoluamus christiani. Atque inde uerbum *sandalia* limites suos protulit, ut non tantum *baxeas* siue *crepidas* notaret: uerum etiam nostri moris *calceos,* ligulis non adstrictos. Imo tantum non factum est, ut *sandalia* illi tantum dicerentur calcei, quos gesserunt *episcopi, papa, imperator.* Vt adeo uerbi significatus *uulgaris* iret in *ecclesiasticum* et *regalem.* Causa mihi uidetur haec fuisse, quod apud ipsos etiam Hebraeos uerbum *sandal* uel *sandalium* fuerit in usu, quod ostendit BYNAEVS *lib. 1. de calceis Ebr. c. 6. p. 133.* Quorum ritus *ecclesia* imitari maluit, quam

Cap. VII. § 3.

praesertim et pretii maioris. Cui fere synonymum est uerbum socculi (10). *Num debeantur sandalia clericis?* Quemadmodum uero sandaliorum pretio ornatuque ipsi Caesares Romani maximopere superbierunt, quod plene ex instituto que docent BALDVINVS *de calceo ueterum c. 12. 13.* et *Caesar* BVLENGERVS *lib. 2. de imperatore Rom. c. 7.* quod sigillatim inscriptum est de *calceis imperatorum:* ita opus non est, ut imperialium sandaliorum origines quaeramus in pontificatu (11). Qamuis notissimum sit, quod pontifex hodieque, in *papalium* sandaliorum osculo causam quaerat religionis (12). *Num sint Caroli M.* Carolum uero M. indutum fuisse calceis auri ac gemmarum ornatu conspicuis, auctor est ipse Eginhardus (13). Vt coniectura nostratium omnino ita firmetur, calceos imperiales uere inter reliquias referri Carolinas.

ANNVLVS IMPERIALIS.

(*) Matricula Ludouiciana in *adpend. litt. A.* duorum annulorum facit mentionem. *Adest grandis* ANNVLVS *cum ingenti pyropo, quatuor zaphyris et quatuor unionibus, quod eo deuenit ab uno duce Brunsuicensi.* Et mox, *adest etiam alter annulus cum uno pyropo.* Quare autem in Noribergensi enumeratione *adpend. litt. D.* annulus neuter commemoretur, illud quidem mihi non constat. Neque inde coniectura esse potest, quod desideretur uterque. Cum, loco citato, anonymus ipse agnoscat, *uiginti* et *plurium* reliquiarum numeros esse, quarum ipse noluerit meminisse. Id sufficit, quod *primus* Caroli M. non fuerit, cum debeatur duci BRVNSVICENSI. Hos autem duces natos demum esse sub Friderico II. historiae est manifestae. Num alter? nihil definio (*). Est tamen annulus inter symbola regalia non solum: uerum etiam in ipso imperiali thesauro ANNVLI mentionem facit HELMOLDVS in Henrico IV. an. 1106. cuius uerba dedimus *cap. 6. §. 4. litt. oo. p 73, 74.* De Wilhelmo non minus imperatore *chronicon. M.* BELGICVM *p. 245.* narrat, quod *consecrator* ita compellauerit inaugurandum: *accipe annulum, signaculum monarchiae et Romanum regnum in suo uigore conserua et ab incursione barbarorum defende.* Eadem traditi in inauguratione annuli ceremonia fuit Carolo VI. quam describit nouissimum diarium (14). Verum, nisi fallor, iste annulus noui Caesaris est, non imperii, ut cetera imperialia uestimenta. Alia ratio est annuli signatorii (15); sponsalitii (16); episco-

quam mores paganorum. Testimonia de illis, quae dixi, habes apud FRESNEVM *in h. u.* BVLENGERVM *lib. 2. c. 7. de imperat.* SAVSSAEVM *in panoplia lib. 3. c. 7.* RVBENIVM *de calceo senatorio c. 5. Bened.* BALDVINVM *cap.* 12. FERRARIVM *de re uest. c. 31.* et sacrae antiquitatis magistros alios.

(10) Hodieque enim, Romanorum instar, *crepidas* nos dicimus *Socken*, ex lana, lino aut serico contexta calceamenta, illis distincta, quae ex ligno aut corio conficiuntur. *Soccos* et *socculos* ueterum describunt ex instituto *Bened.* BALDVINVS *cap. 16. de soccis; Ioan.* SELDENVS *lib. 1. uxor. Ebr. c. 14.* BYNAEVS *de calceis Ebraeor. lib. 2. c. 4. §. 3 p. 280.*

(11) Quod ipsi etiam agnoscunt doctores pontificii scribuntque, *sandalia accepisse sacerdotes a Constantino magno.* Ita *Ioseph.* STEVANVS in opusculo erudito de *osculatione pedum pontificis Rom. cap. 9. p. m. 106.* et BVLENGERVS *lib. 2. de imperat. Roman. cap. 7. p. 104.*

(12) Qui hunc ritum tuentur, illi in duas abeunt partes. Primi perhibent, honorem hunc tribui *sanctae cruci*, intextae pontificiis sandaliis. Quando autem obmouent euangelici, indignum esse, sacram crucem in pedibus gestare, membro corporis uilissimo. Alii sunt, qui adfirmant, pontificem in hoc ritu agere *personam Christi.* Cuius pedes omnino osculis dignissimi sint: tantum abesse, ut uel imperator ritum habere debeat sua maiestate indignum. Litteras et ingenium utrique magni facio *Iosephi* STEVANI, qui singulari opusculo de *osculatione pedum pontificis, Coloniae* post iterum edito 1580. hunc ritum multis argutiis, acuminibus et uenerandae antiquitatis adparatu defendit.

(13) Locus est *cap. 2. 3.* satis illustris, quem exscribemus: *Peregrina indumenta respuit Carolus M. Adriano tamen pontifice et Leone suppliciante, longa tunica et chlamyde amictus et* CALCEIS *quoque Romano more formatis induebatur. In festiuitatibus*, CALCEAMENTIS GEMMATIS *ornatus, incedebat.* Id uelle uidetur Eginhardus, Carolum uestitu et calceis imperialibus usum esse consilio pontificis, ut scilicet in habitu omni morem imitatetur orientalium imperatorum.

(*) Carolum enim magnum *signatorio* minimum *annulo* gauisum esse, exempla ostendunt Franciae regum, quibus annuli in usu. De annulo *Childerici* regis CHIFLETIVS *in anastasi* et imperatoris *Ludouici Pii Petri Fr.* CHIFLETIVS *p. 195. historiae Tornutiensis.* Qui in sepulchris eorundem reperti esse dicuntur.

(14) Verba diarii p. 43. sunt haec: *Hierauf dem* consecratori *ein köstlicher Ring gereichet worden, so denselben Ihr. Maiest. an den Finger stecken. Mit diesen Worten: Nehmet hin diesen Ring, als ein Zeichen königlicher Würde. Der sey euch zur Erinnerung, daß Ihr mit dem wahren Glauben uersiegelt seyd. Und gleichwie ihr heute zu einem Haupt und Fürsten über ein Königreich und Volck gesetzt werdet: also lasset euch angelegen seyn, die Christenheit und Christlichen Glauben zu uermehren und zu erhalten. So werdet ihr Glückseelig seyn in allem eurem Thun. Vnd mit dem Könige aller Könige in aller Ehre leben. Welchem Ehr und Herrlichkeit gebühret uon Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.*

[15] De quo genere legi possunt HOEPINGK et HEINECCIVS *de iure sigillorum.* Verum illo non utuntur consecratores in inauguratione. Forte quoniam nouis regibus parantur etiam noui. Pristinis uel deletis uel repositis in tabulario.

[16] De his aliisque annulorum generibus scripsit KIRCHMANNVS et sigillatim de *annulo pronubo deiparae Mariae* Ioan. Bapt. LAVRVS. Quod argumentum est, ipsa inscriptione suspectum.

[17] Vel

Cap. VII. episcopalis (17) generumque aliorum, quae nostri non sunt argumenti.

RELIQVIAE *imperiales* INNOMINATAE.

(**) Superesse plura imperialium reliquiarum genera, quorum nulla nunc fit mentio, ipse anonymus testatur in *adpendice* his uerbis: *und viel andere einem Käyser zugehörende Dinge bis.* 20, *Stück oder mehr.* Exemplo esse possunt OCREAE; TIBIALIA; THVRIBVLVM sacrum; CALEFACTIVVM, quorum fit mentio alibi. Vtinam hanc classem curatius ac plenius instrueret Noribergensis senatus. Quod antequam fiat, nobis religio sit, aliquid definire.

SCEPTRVM IMPERIALE

(ss) Aperte Ludouicus in matricula *adpend. litt. A.* et ARGENTEVM SCEPTRVM. Figuram illius habes in *tabula n.* 5. WAGENSEILIVS *cap.* 26. *pag.* 239. *Sceptrum ingens quidem est, sed* ARGENTEVM *tantum et leuiter inauratum.* Num uero credibile est, illud esse Caroli M? Dubium me hic reddunt testimonia illorum, qui Carolo M. sceptrum tribuunt AVREVM (18). Ita uerbis significantissimis ADEMARVS de Carolo M: *tenens sceptrum et ensem ex auro purissimo* (19).

Num Caroli M? rationes negantium.

Idem MONACHVS *Sangallensis lib.* 1. *c.* 19. de Carolo eodem: *sceptrum, quod pro significatione regiminis nostri* AVREVM *ferre solemus* (20). Deinde neque *sceptri* memoriam facit WITTEKINDVS supra exscriptus *cap.* 4 §. 7. *pag.* 36 37.

affirmantium rationes.

Verum egomet fidem Carolinam neque dum muto. *Primo* enim filum consecutionis fecimus ab uno genere insignium ad aliud *cap.* 7. *p.* 88. *seq.* *Deinde*, in tanta auri penuria et parsimonia (21), mihi quidem opinabile non est, sceptrum Caroli M. paratum esse ex simplici auro. *Post* non raro *aureum* dicitur medii aeui scriptoribus, quod est auro obductum (22). *Demum* sceptri imperialis mentionem iam facit LVITPRANDVS supra *c.* 4. *p.* 36. ut adeo, tempore Wittekindii illud iam esse oportuerit inter reliquias imperiales. Sceptri antiquitates (23) et mysticos significatus (24) repetere licet ex turba multorum (25) scriptorum.

§. 3.

POMVM *seu globus* imperialis.

(tt) Matricula LVDOVICIANA *in adpend. litt. A.* globum commemorat imperialem his uerbis: *aureum* POMVM, *una cum aurea cruce S. Caroli.* Figuram eius delineauimus *in tabula n.* 7. quae descriptioni Ludouicianae omnino respondet (1). Interpres Germanicus *adpend.* adpellat hoc insigne *Majestät Aepfel*, ut esse queat coniectura, plures fuisse globos inter insignia imperialia: licet alii tantummodo meminerint unius.

Num sit Caroli M? *Negantium rationes.*

Quid uero num *globus* hic credendus est Carolinus? Causae ad dubitandum esse possunt hae. *Quod primo globi siue pomi* rarissima mentio fiat ab historicis, quando insignia recensent imperialia (2). *Deinde* globus aureus sit, cum tamen nos in praecedenti commento steterimus pro sce-

---

[17] Vel quod episcopi obsignare queant mysteria uel quod desponsentur ecclesiae dioecesanae uel quod Caesari debeant hunc ornatum. In quas inquirunt rationes DVRANDVS *lib* 3. *Rational. c.* 14. SAVSSAY *in panoplia episcop. lib.* 2. *c.* 7, KIRCHMANN *cap.* 20.

[18] Supra *cap.* 5. §. 1. *litt. dd. p.* 47. 48. dubium hoc opposuimus adsertori Aquisgranensi. Neque respondimus ad illud, cum nostrae non esset arenae.

[19] Locum ADEMARI exscripsimus *cap* 5. §. 1. *litt, dd p* 47 48 Neque uero probabile est, Carolum M cum aureo sceptro sepultum fuisse et uilioris longe pretii sceptrum eiusdem *argenteum* relatum fuisse inter sacras reliquias. Nisi forte dixeris, uerba, ex auro purissimo ad ensem referenda, non ad sceptrum. Quam forte coniecturam EGINHARDVS firmat *c.* 23. quando narrat, *Carolum usum esse* GLADIO, *cuius capulus ac baltheus aut* AVREVS *aut argenteus erat.*

[20] Idem BVLENGERVS *lib.* 2. *de imper. Rom. cap.* 5. *p.* 91.

[21] Inde *aurei* numi istius temporis paucissimi minimique moduli. Imo cum *sceptrum* instar *baculi* esse debuerit regibus, propterea forte pepercerunt auro, ne illud uel graue nimis esset uel facile curuaretur. *Sceptrum* tamen, dummodo recte, a *baculo regali* distinguit MABILLON *lib.* 2. *rei diplom. c.* 10. §. 3. *p.* 144.

[22] Forte hoc sensu etiam nugae excusandae sunt SPECVLATORIS *Saxonis: de Caesare supplicium sumendum cum aureo gladio,* id est, inaurato. Quis enim nescit, aurum acui non posse ad dissecandum.

[23] Origines ab Ebraeis, Persis, Graecis, Romanis.

[24] Auctor DIARII *inaugurationis Caroli VI. p.* 42. *Darnach wurde Ihr. Maiest. der Scepter in die rechte Hand gegeben und also gesprochen: Nehmet hin den Stab der Billigkeit und der Tugend. Bemühet euch mit denselben den Frommen gütlich zu thun und die Bösen zu schrecken. Den Irrenden den Weg zu weisen, und den Gefallenen die Hand zu biethen. Christus thue euch die Thür auf. Er ist selber der Schlüssel Davids und der Scepter Israel. Herr der Stab deines Reichs ist ein Stab der Billigkeit* & quae sequuntur deinceps.

[25] Bulengero, Seldeno, Gutherio, Becmanno, Limnaeo aliisque.

(1) WAGENSEILIVS *cap.* 2. *p.* 239. *In* POMO IMPERIALI *nihil praecipue notaui. Modicum est et quod uirilis manus facile complectatur. Intus illud terra repletum esse* Gothofredus *Viterbiensis scripsit in chronico. Hanc autem siue materiem aliam* BRACTEA AVREA *circumuestit. Ambit illud mediam* CIRCVLVS, *gemmis refertus et talis quoque est* CRVX *desuper insita immobilis. In VVenceslai codice AB. pomum cruce est destitutum.*

(2) Illud quidem ex euolutione *cap.* 4. intelligitur, ubi inter tot auctores uix unus est aut alter, qui *globi imperialis* aliquam fecit mentionem.

(3) Ne-

Cap. VII. sceptro argenteo (3). *Demum* Caroli M. imago *c. 7. p. 97. 98.* delineata *globo* destituatur (4). *Tandem* neque globum commemorat EGINHARDVS *cap.* 23. *Demum* figura nostri globi uix respondeat illis, qui habentur aeuo Carolino (5). Verum enim uero *globum* inter *symbola imperialia* retulisse Carolum M. fidem omnino faciunt quam plurima. *Principio* supersunt imagines Caroli M. ubi imperator instructus est *globo imperiali* (6.) B Conspirant enim hic diuersae apud auctores diuersos *Stephanum* BALVZIVM (7), *Christoph.* BROWERVM (8), *Ioan.* MABILLONIVM (9), *Michaelem* FELIBIEN (10) et *Danielem* PAPEBROCHIVM

Rationes adfirmantium.

Lud. opusc. tom. II. H

A (11), quas omnes una tabula exhibemus hic loci. *Deinde* omnium etiam sigillorum hic concors est fides etiam eorum, qui proxime ad aeuum Carolinum accedunt (12). Neque enim opinabile est, horum Caesarum adparatum Carolino fuisse instructiorem (13). *Porro* Romanis (14) et Byzantinis (15) imperatoribus in usu fuit symbolum imperialis globi: quorum instituta aemulatum esse, diximus, Carolum [16]. Quae autem ex aduerso obmouentur: ad illa reponimus sigillatim. Ad *primum*, quod uetustioris aeui scriptores nulli insignium omnium habent memoriam singularem [17]; sed uel uniuersim *regalium* mentionem faci-

§. 3.

Dissolutio contrariorum

(3) Neque enim aeris alius hodie sceptrum imperiale superesse, illud quidem est manifestum. Sed de globo *aureo* res pariter nemini esse potest obscura.

(4) Et tamen illa imago habere uidetur imperialem uestitum et adparatum, diadema, pluuiale, sandalia.

(5) Vel enim *cruce* uel *gemmis* uel *utroque* sunt destituti. Ita imagines Carolinae apud BROWERVM *lib. 2. antiquit. Fuld. c. 15. p. 168.* principio non globum tenent, sed *discum*: neque *crux* illis imposita, sed inscripta est. Apud *Steph.* BALVZIVM *tom. 2. cap. ult. p. 1277.* in uno exemplo globus abest, non in altero, cui tamen insculptum est *cor*, quod ornat in fastigio inscripta *crux*. FELIBIEN, loco *p. 89. 90. not. 14.* laudato, cum eoque TRISTANVS *apud Schmuckium* habent quidem imaginem Carolinam, sinistra manu *globo* instructam: in quo tamen crucis extremitates non *arcuatae* sunt, globus ipse simplex, non *geminis*, non *cingulo* instructus. Quae omnia inueniuntur in imperiali. *Ioh.* MABILLONII delineatio *in tom. 2. itin. Italico p. 70.* *globum* in sinu gerit, sed crucis signo destitutum et uariis auctum litteris, instar monogrammatis Carolini.

(6) Vt adeo sculptorum forte culpa factum sit, quare in numis, ob spatii angustias, desideretur.

(7) *Tom. 2. capitular. p. 1276. 1277.* Quamuis enim imagines in sacris codicibus pictos ipse tribuat Carolo caluo, quam sententiam meam non facio; quod uultus respondeat Carolo magno ex asse: tamen illud nobis satis est; globo Carolum instructum esse, ceu symbolo tum temporis imperiali.

(8) *Lib. 2. antiquitat. Fuld. c. 15. p. 168.* in quo utraque imago Carolina *discos* sinistra manu tenet, loco imperialium globorum.

(9) *Tom. 2. itiner. Italici p. 70.* Quam etiam delinearunt *Nicol.* ALEMANNVS *in parietinis Lateranensibus* atque *Cornel.* MARGARINVS *in collectione inscriptionum*, quae apud S. Paulum extant. Vltimis egomet adsentior magis, quam primo, qui Caroli M. esse, uocat in dubium tribuitque Caluo.

(10) *En son histoire de l' abbaye de St. Denys p. 542.* Sceptrum enim in Dionysii coenobio adseruatur, in cuius acumine imago Carolidarum. *Ioh. Herm.* SCHMINCKIVS, qui nuper, gratissima historicis opera, Eginhardum edidit cum uariorum notis, insigniter gaudet de hac imagine, quam petiit ex rarissima libro TRISTANI, uulgo dicto, *Traite du Lis.* Cui *primas* io aliis uult tributas. Sed ego in his, quas ego uidi, pro *ultimis* habeo. Rationes exposui *cap. 7. §. 3. p. 89. 90. n. 14.*

(11) *In actis Sanctor. mens. Iun. tom. 1. die 5. p. 459.* facit collector spem, bis uerbis conceptam: *Omnes Caroli M. imagines forsitan collecturus ad supplementum Ianuarii.* Quae tamen nondum est expleta. Licet opus sit spicilegio in SS. Ianuarii, praesertim in Caroli M. historia propter caussas, quas indicaui *c. 6. §. 7. p. 80. 81.*

(12) Idola habes apud MABILLONIVN *de re diplomat.* VREDIVM *de sigillis* Flandriae *aliosque*, unde congessit systema HEINECCIVS in eleganti opere *de sigillis.*

(13) Nemo id quidem dixerit uel somniando. Quod postcarolingici imperii maiestas Carolina longe sit inferior, tantum abest, ut hanc superet ullatenus.

(14) Principio Romani *globi* symbolo *Iouem* instruxere, huius uniuersi dominum: deinde *Caesares* idem sibi adrogarunt ob caussam eandem. Num in his primus fuerit Valentianus, definiant illi, quibus otium est, Romanos nummos habere in numerato. In his nomino FRESNEVM *de inferioris aeui numismat.* et BEGERVM *in thesauro Palatino*, quibus iungi potest SELDENVS *de tit. hon. part. 1. c. 8. p. 189.*

(15) Exemplis nummorum id clarum est Constantini M. Theodosii aliorumque. De Constantino enim NICEPHORVS *Calistus lib. 7. c. 49.* quod primus fuerit, qui sphaerae imperiali iunxerit crucem. Sed improbant hoc alii sibique persuadent, *globum* cruce *signatum* serius longe conspectum fuisse in statua Iustiniani. Cuius descriptionem habent *Procopius* et *Suida.*

(16) Res extra dubitationem est posita. Quod testentur hoc picturae et sigilla. Valde autem errat SELDENVS *part. 1. de tit. honor. c. 8. p. 191.* Qui perhibet anno demum 1013. *sphaeram imperialem* innotuisse imperatoribus in occidente. Quod pontifex Romanus Benedictus auctor fuerit huius ad symbola imperialia accessionis. Cum Ottonum tot sigilla supersint, quae *globo* seu *sphaera* instructa sunt. Vt adeo caussas non habeat BARONIVS *tom XI. annal.* 1013. quare emendet e *Radulph.* GLABRO *lib. 1. c. 5.* proditam chronologiam natalium globi imperialis in occidente.

(17) Alius enim SCEPTRVM omittit, ut *Witekindus*, quod tamen laudat eiusdem aeui scriptor *Luitprandus*: alius GLADIVM; alius LANCEAM; alius symbolum imperiale aliud: quorum tamen alii faciunt eo tempore mentionem. Plerique nolunt aceruatim scribere, sed omnia symbola uno notare uerbo *regalium* imperatoris.

(18) Sphae-

Cap. VII.

faciunt uel, uno aut altero tantum nominatis, reliqua omittunt indicantque formula *et cetera*. In *altero* dicendum, quod rationes in globo aureo cessent, quae nobis obstare uidebantur, quominus aureum pariter crederemus sceptrum [18]. In *tertio* imagini Carolinae imagines opponimus plures, globo imperiali omnino instructas [19]. *Quartum* Eginhardus uestimenta Carolina enumerauit, non symbola regalia, in quibus globi uersatur ratio [20]. *Quintus* nodus in scirpo quaeritur. Quod globi, aliter figurati, referri debeant inter errores figmentaque pictorum [21]. Sensus globuli imperialis mysticos indagauerunt plurimi [22]. Fabula enim est notissima, hoc symbolo Caesarem uoluisse orbis dominium uniuersi [23]. Quem significatum ut eluderent reges alii: communi instituto et ipsi globum sibi adrogauerunt inter symbola inaugurationis [24]. *Duplicati globi* caussam Schilterus [25] quaesiuit in discriminibus orientis et occidentis. Ego autem et illud tribuere soleo pictorum imperitiae [26]. Globo pagani Cae-

§. 3. *Globi sensus mystici.*

---

(18) Sphaera enim imperialis non est usus alicuius, sed meri tantum ornatus. Vt adeo nil obstet, quo minus illa, instar diadematis, sit aurea. *Deinde* illius magnitudo tanta non est, ut credi possit, *laminam tenuem*, qua globus est inuolutus, Carolini aeui parsimoniae adoersam fuisse.

(19) Genera imaginum Carolidarum dedimus nota 5. 6. 7. sqq. plenae fidei, quam sacris debemus codicibus. Qui illas referunt:

(20) *Cap.* 23. enim his uerbis incipit: *Vestitu patrio, hoc est Francisco utebatur* et quae sequuntur deinceps.

(21) Neque unius imaginis uel *diadema* alteri respondet, quod patet ex plurimum collatione. Vt adeo satis ex hoc etiam exemplo constet, pictorum liberas et licentiosas hic manus fuisse, unde nullae ad dubitandum caosae de re ipsa.

(22) Praeter scriptores *iuris publici* omnes, BVLENGERVS *de imperio Romano*, SELDENVS *de titul. honorum*, BECMANNVS *in notitia dignitat.* GRETSERVS *de cruce*, HEINECCIVS *de sigillis* et *Dn. Praeses vom Muntz-Wesen mitler Zeiten* c. 11. p. 86 87. legi possunt, ut innumeros taceam alios.

(23) *Gothofr.* VITERBIENSIS, mysticus interpres, Friderico I. imperatori coaeuus uerbis hic ludit, quae sequuntur:

Aureus ille globus *pomum uel palla* [*Ball*] *uocatur,*
Vnde figuratum mundum *gestare putatur.*
Quando coronatur palla gerenda datur.
Significat mundum *forma perhibere rotundum,*
Intus habet plenum terrestri *pondere fundum,*
Quem tenet arcanum palla ferenda manu.
Taliter hunc mundum *gestat manus una rotundum*
Regius includit sic omnia climata pugnus.
Taliter omne, quod est, regia pompa tenet.


Et mox de CRVCE:

Crux superest pomo *coeli superinsita dono:*
Si mundana cupis pugno concludere regna
Significata crucis *tibi sint reuerenter habenda.*

(24) Quo autem tempore id factum sit, in eo non conueniunt scriptores. Extraneorum enim regum interest, ut hunc morem in regnis suis repetant altius, ne institutum iniquum reddere uideatur nouitas et insolentia. Verum aemulationem eorundem a uitio absoluit, quod et ipsi supremos rerum dominos agant referaturque cultiori aeuo inter anilia commenta, Caesaris iura esse in uniuersum orbem.

(25) *lib.* 3. *de libert. eccles. Germ. c.* 9. §. 7.

(26) *Dn. Praes. cap.* 11. *vom Mintz-Wesen mitler Zeiten* p. 86. *In der einen und meistens der lincken Hand solle sich auf den Blech-Muntzen die Welt-Kugel zeigen. Es komt aber den ungeschickten Stempelschnitzern noch an gut, daß solches der gemeine Mann einen Reichs-Apffel nennet. Darzu sich diese Mißgeburth, da meistens wie ein Juden-Beutel aussiehet und vielleicht, einiger ihren Gedancken nach, ein Aschen-Sack, die Kayser ihrer Sterblichkeit zu erinnern, seyn solle, noch ehender als einer Kugel schicket. Ich habe mich gewundert, daß der gute Herr Schilter den tölpelhafften Stempelschnitzern mit einem Geheimniß helffen will, gleich als wenn damit auf das doppelte Römische Reich in Osten und Westen gezielet worden. Welches sich zu denen Zeiten, da sich diese mißgebohrne Welt-Kugeln finden, gar nicht schicket. Weil aber das Kreuz auf der Kugel keine Haltung hatte, so wurde es mit einem Riemen angebunden. Welchen die alten Bildschnitzer ohne Zweiffel durch den kropffigten Abschnitt vorstellen wollen.* Praesertim quod supra *n.* 23. *p.* 91. 92. *ex Viterbiensi* constet, globum hunc terrae fauillis impletum fuisse, quae funiculo debuit ita constringi. Accedit, quod hic loci exhibitus numus Cunradi antistitis dextra manu pariter *globum* teneat siue sphaeram. Cuius tamen fingere non licet iura in imperia orientis et occidentis *Dn. Praes. p.* 117. *l. c. Das schwereste ist, was man mit der Reichs-Kugel machen solle, welche der Bischoff Conrad in der lincken führet. Man möchte vielleicht auf das Meintzische Ertz-Cantzler Amt sehen, allein dauon findet sich sonsten nichts, und geschehe zum Eintrag wider Chur-Pfaltz. Vielleicht solle dieses ein Sack Aschen anzeigen, worbey sich der Bischoff seiner Sterblichkeit erinnern wollen.* Illud autem memoria hic dignis-



Cap. VII. *Signacula crucis,* *cordis.* *mutatio in orbem.*

Caesares imposuerunt *uictoriolam* [27], A
nonnunquam *auem* [28], atque *aquilam* sigillatim [29]. Christiani autem principes in fastigio globi locarunt sanctam CRVCEM [30], quam ipsi etiam globo quandoque inscripserunt [31]: aliquando *cor* reperi eidem globo insculptum [32]. Nonnunquam, globi loco, *orbem* in picturis offendi siue *discum imperialem* [33].

GLADIVS IMPERIALIS.

[uu] Inuentarium Ludouicianum *litt.* B
A. ita hoc symbolum notat: *Adsunt quoque speciatim duo* GLADII, *unus S. Mauritii, alter S. Caroli.* Atque hunc delineauimus in *tabula num. 8.* Descriptionem eius habes apud WAGENSEILIVM *cap. 26. p. 240.* his uerbis conceptam: *In* GLADIO, *qui* Caroli M. *esse dicitur, pomum manubrii rotundum ex uno latere* AQVILAM *simplicem; ex altero* LEONEM *ostentat cum cauda bifurcata, in altum protensa. Laminae, ubi latissima est, secundum longitudinem, hinc incisum; CHRISTVS VINCIT, CHRISTVS REGNAT, CHRISTVS IMPERAT: inde; CHRISTVS VINCIT, CHRISTVS REGNAT.* Qui autem, num hic gladius referri meretur inter Caroli M reliquias. Obmoueri aduersus hanc fidem possunt, quae sequuntur. *Principio* historia fabulosa est, gladium hunc Carolo M. de coelo delatum esse ab angelo [34]. *Verum* nil noui est, quod res uerissima inuoluatur commentitiis narratiunculis [35]. *Deinde* figura gladii Carolini, quam refert eius imago, descripta BALVZIO *tom. 2. capitul. p. 1275.* et MABILLONIO *Musei Italici tom. 1. p. 70.* necquicquam respondet Noribergensi [36]. *Sed* eundem principem gladiis usum esse diuersimode figuratis, quid obstat? quaeso [37]. *Post* Carolinum ensem ostentant coeno-

§. 3.

Num inter reliquias Caroli M? *Rationes negantium.*

Lud. opusc. tom. II. H 2 bitae

dignissimum, quod aemulatio extraneorum regum in gerendo *globo* frustra uitii ac insolentiae arguatur; quando idem in usu fuit Germaniae antistitibus. Venit autem nunc alia coniectura in mentem, uoluisse antistitem imperialis *globi ostensione* docere, cui ius debeat monetandi. Scilicet non sibi illud adscribere poterat uerum beneficio Caesaris ac imperii. Quo fine hodieque ordinum imperii numis additus *globus imperialis*, inde etiam nomen uenit, ut *crucigeri* siue *Kreuzer* adpellentur.

(27) Vnde STRADA occasionem arripuit, ut Caroli M. etiam numo adfigeret *uictoriolam*. Quod institutum sacra non probant hominum christianorum. Vt potius nouum sit indicium partus suppositi-tii, illis addendum, quae recensuimus *cap. 7. §. 3. litt. bb. p. 86. 87. sq.*

(28) Si fidem habet CHOVL in libro *de la Religion Rom. p. 141.* cuius loci nos admonuit HEINECCIVS de sigillis *part. 1. c. 9. n. 22. p. 86. 87.*

(29) Ioui sacrum et auspicatum Romanorum insigne. Qui numi passim offenduntur.

(30) Mysticos sensus dedimus ex Viterbiensi *notula 23.* Ampliores longe habet GRETSERVS *in horto S. crucis part. 1. p. 91.* quem audiemus; *Auream cum eminente cruce sphaeram sinistrae regis indidit manui, arrhabonem regni desponsati. Globus uersatilis de uno in alium deuolui imperia, Deo sic impellente, indicat. Nihil in hac mortalitate stabile, nihil diuturnum nedum perpetuum. Adeo ut regnorum aetates sint aetates regum. Solum Deum aemuli expertem, mundi praesidem permanere aeternum. Defixa* CRVCICVLA *in animum merito reuocat, orbem Iesu Christi sanguine redemtum, hoc dictatore iudicatum iri in nouissimis, aliis patratae tyrannidis poena irrogata, aliis ob rem bene gestam, beata aeternitate retributa.* Non habeo, quod in his notem. Sunt tamen alii adsentatores pontificis Romani, qui hoc uinculo utuntur consecutionis in mystico hoc crucis signo: *orbis dominium Deus credidit christo: christus papae; papa imperatori.* Quo dogmate non esse potest magis pestilentum ad regna euertenda technis supremi sacerdotii.

(31) Schema habes apud BROWERVM *in antiquitat. Fuld. lib. 2. c. 15.* et MABILLONIVM *in museo Italic. p. 70.*

(32) Icon exhibetur a BALVZIO *tom. 2. capitul. p. 1278.* Forte id factum est, ut religione sacri pectoris indicaretur thesaurus *cruciger*.

(33) Omnino curandum est, ne *clypei* aut etiam *galeae* cum *sphaera* imperiali confundantur. Primi enim et alterius generis arma saepius etiam in schematibus imperialibus indicantur. Quod legi et conspici potest in pluribus sigillis; quae congessit HEINECCIVS. Cautelam sigillatim commendauit EGGELING *in differt. 5. antiquit. Germ.* Quae attendenda.

(34) Anonymus in adpendice. *Vnd darnach weiset man auch K. Caroli Schwerdt, das ihm der Engel brachte, damit er in göttlicher Krafft gar viel Streit zu Trost der Christenheit und mächtiglichen Sieg erhalten hat.* Et grauior testis MARTINVS V. papa, qui idem adfirmat in *bulla adpendic. litt. E. Gladius*, ait, *magnifici Caroli imperatoris, ei* ANGELICA, *ut dicitur, manu porrectus.*

(35) Nihil de fabula hac Eginhardus; nihil scriptores acui Carolini; illi etiam auctores nihil, qui argumenta tractarunt, ob quae Carolus mereretur *coelitibus* adscribi. Recentiorum itaque hominum sunt anilia commenta.

(36) Gladius enim uterque *capulum habet cum quadruplici fere retinaculo, crucis instar.* Contra imperialis non differt a forma gladii, quo uti hodieque solent *carnifices.* FERRARIVS *in elect. Iosephi p. 5. c. 5. Das Schwerdt Caroli M. welches grösser und breiter als manches Richt-Schwerd, hatt eine silber vergüldte und mit kleinen Perlen zu Bezeichnung gewisser Figuren, eingelegte Scheiden.* Quomodo forte explicanda sunt uerba AMANDI inferius *cap 5. p. 64.* qui perhibet *ensem* Carolinum ex *auro* fuisse *purissimo.* Cum in metallum uaginae respondeat, non securi.

(37) Quod ipse innit *Eginhardus cap. 23.* quod Carolus M. usus sit gladiis multiplicibus. Quemadmodum etiam Aquensis *num. 9.* delineatus, cum Noribergensi *num. 8.* commune nihil habet.

(38) Cu-

Cap. VII. bitae Dionysiani in Gallia [38]; Angli in cimeliis, regi Athelstano donatis ab Hugone magno [39]; Aquisgranensis ciuitas, illius hodieque tutelaris [40]; tumulus Carolinus [41]: ut adeo fides uix superfit quinto Noribergensi. Verum quid obstat, huic dare tantum fidem [42], ceteris derogare aut limites fidei proferre ad omnes [43]. *Praeterea* heraldicum gladii Noribergensis idolum esse Bohemicum [44], nemo negat. Verum quin Bohemici imperatoris aut Caroli IV. gladius sit: uel ex unius Ludouici intelligitur inuentario [45]. Quod Caroli IV. imperio est uetustius. Vt adeo ridendae sint argutiae Syluianae [46]. Quia alius rei auctor est ipsius, alius heraldici signi [47], maxime cum spatium illud quoque conspiciatur in Dionysiano [48], cui Bohemica insignia a Carolo IV. potuerunt inscribi [49]. *Tandem* Eginhardus narrat, gladium Caroli M. aureum fuisse [50]. Verum huic tantum non est pretium, quam illi, quem ferreum strinxit aduersus hostes [51]. Quae autem Noribergensem gladium opinione muniunt, quod fuerit Caroli M, sunt quidem haec. *Principio* credibile non est, tanta eundem religione seruatum, in numeroque positum fuisse imperialium reliquiarum (52): nisi pretium illi fecisset Caroli M. religio [53]. *Deinde* maximahic auctoritas Wittekindi, qui Cunradi primi gladium inter symbola non solum refert imperialia (54); uerum etiam eundem *ueterum regum* fuisse, adfirmat. Quo nomine alios non intelligit, quam Carolidas [55]. *Post* ipse etiam Eginhardus auctor est, quod Carolus

§. 3.

Rationes asserentium.

(38) Cuius delineationem habet *Michel* FELIBIEN *in descript. ecclesiae S. Dionysii cap. 3. p. 543.* Verba exscripsimus supra *cap. 7. p. 89. 90. nota 14.* Figura eius imperiali gladio, quo Noriberga gaudet, respondet omnino.

(39) Verba scriptorum dedimus supra *cap. 7. p.* 90. et in *adpendice.* In medio aeuo enim *lanceae* uerbum saepius accipitur pro nomine *gladii.* Addi potest GRETSERVS *cap. 8. ad adpend.*

(40) Gladius moris Persarum *ein Persianischer Säbel*, a Noribergensi prorsus diuersus. Figuram acinacis Carolini, apud Aquisgranenses custoditi, habes in *tabula num.* 9. Cuius frequens memoria est supra *cap. 5. p. 30. seq.* Respondet prope illi, quo accinctus est Carolus in imagine superius delineata.

(41) Quem memorat *Ademarus* supra *cap. 5. §. 1. litt. dd. p.* 47 48. Vtrum uero Aquisgranensibus is ipse ab Ottone III. sit relictus, definiuerunt alii.

(42) Praesertim quando *Noribergensi gladio*, quod Caroli M. sit, argumenta fauent, quae statim sequentur.

(43) Quod ideo commendo. Quoniam ipse EGINHARDVS *cap.* 23. aliquot gladiorum mentionem facit, quos gesserit Carolus magnus.

(44) Auctor *anonymus in adpend. litt. G. Auf dem Käyserl. Schwerdt ist der Böhmische Löwe, mit doppeltem Schweiffe an dem Kopff gebildet.*

(45) Est hoc argumentum omni dubitatione maius. Nam catalogus *insignium*, a Ludouici V. filio an. 1350. confectus, iam commemurat ensem *Carolinum* in *adpendice.* Vt adeo fieri non potuerit, finxisse illum successorem Carolum quartum. Neque etiam Henrico VII. illud dari potest. Partim quod ipse insignia imperialia Caroli M. non habuerit, quod doctum est *cap. 5. §. 8. litt. ss. p.* 61. 62. partim, quod gentilitia arma eius non fuerint Bohemica.

(46) Locum *Aeneae* SVLVII exscripsimus supra *cap. 4. §. 6. litt. rr. p.* 33. 34. *Quod si autem*, inquit, *Caroli IV. fuerunt, ut mihi Leo Bohemicus persuadet* et quae sequuntur.

(47) Neque enim aliquid noui est, possessorem alicuius rei sibi id adrogare, ut tesseram suam nomenque illi inscribat. Si non ob aliam causam, memoriae tamen ergo, cuius Carolus IV. fuit studiosissimus. Vrgebis tamen, dominii hoc indicium esse, quod dari nequeat imperatori in imperialibus cimeliis. Fateor ultimum, sed excusari tamen, si non defendi, potest primum: quod Carolus 4. ita uoluerit uestigium ad posteros transferre, quod imperii maiestas fuerit penes regem Bohemiae.

(48) Quod uidere licet apud FELIBIENVM in loco, quem dedimus *cap. 7. §. 3. p. 89. 90. not.* 14.

(49) Praesertim cum pomi alterum latus hodieque sit instar uacui orbis.

(50) *Cap* 23. his uerbis: Carolus M. *gladio semper accinctus. Cuius capulus ac baltheus aut* AVREVS *aut* ARGENTEVS *erat. Aliquoties et gemmato ense utebatur. Quod tamen nonnisi in praecipuis festiuitatibus uel si gentium legati adessent, faciebat.*

[51] Alium enim ornatus gratia gessit, alium usus ergo. Quod ipse testatur *Eginhardus cap.* 23.

[52] Multa enim regna sunt, quae ensem non solent referre inter *symbola regalia.* Nouus enim quisque rex ense utitur, qui uiribus eius ac corporis magnitudini respondet. Vt adeo causae singulares requirantur, si regis antecessoris gladius successori esse debeat in pretio.

[53] Huius enim memoriam commendarunt quam plurima. Conditor fuerat imperii: tutor defensorque sacrorum: paganorum apostolus: regnorum, late patentium, princeps: patritius Romae ac papae: honoris *sanctorum* candidatus, cetera.

[54] Verba illius recitauimus *cap. 4. §. 1. litt. tt. p.* 23. 24. Argumentum ex hoc loco uniuersim petitum c. 7.

[55] Quis enim dixerit uel somniando, tanti fecisse posteros reges famam uirtutesque uel *Ludouici* pii, patris, quem spreuerant filii, uel *Lotharii* uel *Ludouici* iunioris uel *Caroli* calui aut crassi uel *Arnulphi*, tot enim principes Cunradum I. antecesserunt, ut arma illius digna haberent nomine reliquiarum.

[56] Non

Cap. VII. lus M. fedulo gefferit gladium eoque accinctus fuerit etiam in feftiuitatibus (56). Credibile igitur eft, enfes Carolinos, tot uictoriis etiam aduerfus paganos, illuftres, relatos fuiffe inter facras reliquias [57]. Quod cum ita fit, facile intelligitur, quare *gladio* Noribergae cuftodito primae debeantur [58]. Quamuis difputatum quandoque fit, num ei praeferri queat in Caefarum inauguratione et creandorum equitum ritu Aquisgranenfis [59]. Vnde etiam conftat, quare imperatores fupremae iurisdictionis fignaculum habuerint enfem [60], teneanturque etiamnunc clientes imperii ad ofculum gladii imperialis in clientelari inauguratione [61]. Taceo fenfus politicos electoralium gladiorum (62) *der Chur-Schwerdter* et quare olim his fchematibus alii principes fuerint deftituti (63).

ENSIS S. MAVRITII *eu. 296 mar-*

(XX) Matricula Ludouiciana *in adpendice litt. A.* notat eum his uerbis: *duo GLADII, unus S. MAVRITII.* WA-A GENSEILIVS eum *cap. 26. p. 146.* ita defcribit: *In altero gladio, quo MAVRITIVM non quidem imperatorem, ut alii qui ineptiffime fcripferunt, fed MARTYREM et Thebeae legionis ducem, ufum fuiffe fama fert. Ponum in capulo cordis alicuius figuram imitatur. Huius poni unum latus nota caret; in altero AQVILA dimidia additos habet tres LEONES ambulantes. In laminae una parte fe of-* B *ferunt uerba; BENEDICTVS DOMINVS, DEVS: in altera, DEVS, QVI DOCET MANVS.* Carolo M. forte gladius hic pariter poteft tribui. Quoniam ipfe etiam *lanceam* poffedit *Mauritianam*, donatam poft Angliae regi Athelftano (64), imo ipfo gladio Mauritiano ufum effe, fcribunt, Carolum Martellum (65). Vtrum uero reliquiae hae fint genuinae: noftra non adeo refert. Du-C bia huius fidei funt haec. Quoniam Mauritiano ENSE et ANNVLO gaudeat dux Sabaudiae, ordine militum inftituto in urriusque memoriam (66). Verum nihil prohibet, quominus fidem demus gladiis

§. 3. *tyris cum legione Thebeorum.*

H 3

[56] Non enim fruftra effe, exiftimo, quare EGINHARDVS *cap.* 23 adeo fedulam gladiorum Caroli fecerit mentionem. Quafi praefenfione quadam tactus fuerit animus illius, fore, ut enfes Carolini inter imperiales reliquias numerarentur. Idem firmant imagines Carolinae: quae omnes referunt *gladium*. Quo uel adcinctus eft ipfe Carolus uel adftat lateri eius armiger, qui porrigit illi eundem.

[57] In mores ioerat tum inter principes chriftianos, ot *gladios, lanceas, baftas, arma* aduerfus paganos librata uel templis confecrarent oel imperialibus thefauris. De gladio Conftantini M. quondam infigni imperiali diximus *cap. 7. p. 95.* et in *adpendice litt. N.*

[58] Pro Noribergenfis gladii in hoc genere praerogatiua faciunt. *Primo*, quod nullus in illo obfit ornatus, quominus eredi poffit, ftrinxiffe illum uictorem Carolum in praeliis aduerfus populos paganos. Quod *Eginhardus cap.* 23. negat Aquisgranenfi ob auri et gemmarum adparatus. *Deinde* infcriptio admonet, gladium hunc non iacuiffe in forditie et otio.

[59] Apologia Noribergenfis in *adpend. litt. M. Auffer daß bey Ihr. Kayferl. Majeft.* Iofephi coronations actu *die* Canonici *der Stadt Achen bloß und allein daruber, welches Schwerdt zum Ritter-fchlagen gewöhnlich gebraucht werde, einigen Zweiffel erinnert haben.* Starem ego et hic pro Noribergenfi, quia *acinace* nemo regum utitur in creandis equitibus.

(60) Veterum Romanorum ritus in ufu gladii politico, praefertim in imperatoribus, congesfit BVLENGERVS *de imperat. Rom. lib. 2. cap.* 16. quod eft *de enfe aut pugione imperatorum.* Cuius auctoris ferioia nolumus expilare.

[61] Quod hodie etiam faciunt *facri antiftites.* Neque immerito. Quoniam moribus imperii Germanici hi etiam tenentur ad militaria feruitia praeftanda imperio.

[62] De his figillatim *Dn. Praefes in formula ducatus Brandeburgici §. 9. litt. f.*

[63] Quoniam principes quondam nouelli *fuperioritatem territorialem* priuilegio habuerunt, foli electores iure *originario.*

[64] Loca exfcripfimus *cap. 7. §. 3. litt. bb. p.* 88. 89. *fq.* et in adpendice GRETSERVS *cap.* 8. Id miror, *p.* 89. caftigarum errorem etiam BVLENGERVM errare *lib. 2. de imperat. c. 16. p.* 136. Cuius narratio eft haec: *Enfis Conftantini M. religione plenus fuit; quem Hugo rex* (princeps) *Galliae ad Henricum Ottonis M patrem mifit* (coaeui omnes hoc narrant de Angliae rege Athelftano), *in quo literis aureis nomen antiqui poffefforis legebatur. In capulo quoque fuper craffas auri laminas* CLAVVM *aureum adfixum cerneres, unum ex quatuor, quos Iudaica perfecutio dominici corporis aptarat fupplicio, ait continuator Bedae lib. 2. c. 8.* Verum, pace tua, Bulengere! hoc non ait Beda, quem non euoluifti, fed, quem exfcripfifti, Baronius tuus, qoi te aliosque fefellit. Vide quam putidum fit, fontes non falutare, fed rioulos fequi et primos mentiri, alteros tacere.

[65] Fide annalium Francorum, ad quos prouocant Morerios.

[66] Quoniam in Sabaudiae confiniis fupplicio adfectus eft legionis militum chriftianorum dux *Mauritius*; ideo Sabaodi illum acceperunt *patronum ducatui fuo tutelarem Lamb van der* BVRCH *hift. Sab. p.* 129. Imo funt, qui ftemma Sabaudiae principum repetere audent a S. Maurirto MYRAEVS *de equeftr. ord. p.* 83. Illud conftat, Sabaodiae duces ordinem militum facrorum inftituiffe S. Mauritio dicarum, de qoo *Aeneas* SYLVIVS *lib. 7. commentar. fui temp. p.* 181 *Petr.* MATTHAEI *in hift. Lud. XI. lib. 3. p.* 106. Conditor eius laudatur Amadeus VII poft, dimiffo ducatu papa, qui in folitudine Ripalienfi an. 1434. fub nomine equitum EREMITARVM S. MAVRITII milites coegit, THEATRVM *Sabaudiae et Pedemontii tom.* 1. et *Philibert.* PINGONIVS *in arbore genealog. Sabaud. p.* 53. fed alii hoc tribuunt comitibus Sabaudiae uetuftioris aeoi *P.* BELOYVS *Orig. equeftr. c.* 20. *Franc.* MENENIVS *in delic. ord. equeftr. p.* 83. Verum an. 1572. militum S. Mauritii ordinem cum ordine S. Lazari confundit *Emanuel Philibertus* dux Sabaudiae atque a pontifice Gregorio XIII. utriusque ordinis per Hifpaniam Italiamque adpellatus fupremus magifter GVICHENON *en hiftoire de Savoye* et

Cap. VII. diis duobus (67). *Deinde* in templo Halensi cathedrali adseruatus olim fuerat *Mauritiani* gladii MVCRO seu acumen (68), neque tamen caret illo imperialis. Ast cum in nimio peccet reliquiarum Mauritianarum Magdeburgensis archiepiscopatus, Mauritio sacer, suspicionem omnino id auget rei minus genuinae (69). *Demum* sunt, qui historiam ipsam de Mauritii martyrio uocant in dubium (70), praesertim cum eius testis unicus sit S. Eucherius (71). Verum ut ex silentio scriptorum consecutionis uinculum est infirmum: ita sunt, qui coniecturas eruunt grauiorum de S. Mauritio duce testium (72)). Neque credibile est, tam altas radices fabulam egisse; ut Galliae urbs AGAVNVM in confinio Geneuae ad Rhodanum *Mauritia* adpellaretur (73); quod martyrium ibi passus fuerit atque in illis oris sacro duci sociisque militibus tumulus ibidem paratus (74). Ceterum non solum *ensi*, sed et *lanceae S. Mauritii*, cum adpendente *uexillo* tribui solet uis et terror aduersus hostes paganos (75). Quapropter utriusque memoriam coluere Magdeburgici antistites in numis, quos *Dn. Praes.* mecum ex suo museo (76) communicauit adposuitque hic loci. §. 3.



§. 4. *Clau-*

et CHERVBINVS *in bullar. tom. 2. const.* 6. 7. *Andreas* FAVYN *en theatre d' honneur lib.* 8. *p.* 1489. *institution des ordres de S. Morice et S. Lazare en Sauoye.* Ceterum claris uerbis iele ense Mauritii, Sabaudiae symbolo scribit MENENIVS *delitiar. ord. equestr. p.* 83. et BEYERLINCK *in thenero litt. E. p.* 325. Hunc ut tutelarem ac praesidem Allobroges uenerantur et sunt, qui Sabaudiae ducum stemma ab eo deducere conantur. Hoc constat, S. MAVRITII GLADIVM et ANNVLVM *a ducibus istis magno cum honore seruari atque ut* PIGNVS IMPERII, *cum inaugurantur, iisdem solenni ritu trndi.*

(67) Aut dubia fibremus in Sabaudum. Pleraque enim, quae Sabaudi de S. Mauritii martyrio narrant, talia sunt, ut redoleant fabellas. Taceo, quod Sabaudiae scriptorum alii, omisso ENSE, *annuli* solius faciant mentionem.

(68) In MATRICVLA *reliquiarum* HALENSIVM, *edita* 1520. *in* 4*to.* cum plurimis figuris *scena* 6. *p.* 30. narratio est haec: *Zum ersten ein silbern Brust-Bild* Sancti Mauritii, *Patronen des gantzen Stiffts. Darinnen ist* 1. *von der Stirne,* 2. *ein Zahn,* 3. *ein Finger,* 4. *von seinem Arme,* 5. *von seinem Corper* 19 *Partickel,* 6. *von seinem Panier,* 7. *von seinem Grab,* 8. *die Spitz seines Schwerds.*

(69) In templo tantum cathedrali, quod Halae est, Mauritianas notaui reliquias, quae sequuntur. *Scena sexta p.* 7. 9. *ein stück einer Elen lang und dreyviertel breit von dem Banier des H. Mauritii des Patrons des Ertz-Stiffts samt seiner Legion, gewesen starck 6666. Mann.* 10. *von dem Haupt des H. Mauritii,* 11. *elf partickel seines Corpers,* 12. *wider* 22. *partickel,* 13. *das halbe Renn-Fähnlein St. Mauritii,* 15. *ein mercklich stuck von seinem Arm,* 16. *von seinen Röhren* 9. *stücke,* 17) *ein Zahn von ihm,* 18. *drey partickel von ihm,* 19. *die Ribbe von St. Mauritio,* 20. *eine Röhre von ihm,* 21. *ein Fanlein mit Perlen gestickt, darin seyn* 2. *stück von St. Mauritii Zähnen,* taceo partes alias, quae industriam meam fugerunt. Ceterum insignis huius adparatus hodie ne hilum superest Halae. Ignoratur etiam tempus, locus, homines sacri spolii.

(70) *Iacob.* BASNAGE *en histoire de l' Eglise lib.* 20. *c.* 4. §. 7. *p.* 1223. 1224. historiam ex instituto conuellit habetque pro commentitia.

(71) Episcopus Lugdunensis. Qui tamen medio *seculi quinti* [450] aut, si Eucherium iuniorem intelligas, ut CAVEVS ad an. 434. *seculo sexto* [520] uixere, cum historia de *Thebaeae legionis martyrio* contigerit *an.* 296. ducentis annis ante et amplius. Vitam de S. Eucherio habes apud *Iacob.* SEVERTIVM *in archiepiscop. Lugdunens. XXI. paragraph.* 1. *p.* 42. 43.

[72] Historia S. Mauritii est haec. Habuerat, Maximiniano imperatore, Mauritius legionem militum christianorum. Ab his Caesar exigit iusiurandum militare ritu pagano. Negant hoc uniuersi; sacrorum caussa. Iram itaque Caesaris in se concitant omnesque ad ultimum supplicium condemnantur. Temperatur uero sententia, ut principio ex singulis cohortibus decem occiderentur, quo reliquis ad poenitentiam esset spatium. Verum obfirmant milites fide in christum animos suos sicque omnes trucidantur. Dux legionis Mauritius inter postremos fuit, qui occisi. Ante etiam filius illius Photinus supplicio adfectus esse dicitur, ad augendum patris, qui illud adspexerat, animi cruciatus. Qua propter non solum coelitum numero adscriptus est Mauritius cum legione uniuersa: sed etiam *hastae, lanceae, gladio, uexillo* ceterisque *armis* illius uis tributa diuinitatis. Praesertim in praeliis aduersus paganos. Qua etiam religione tactus est Corolus M, ut in bellis Mauritii *lancea* et *gladio* multoties cum successu uteretur. Historiam ex instituto primus scripsit S. EVCHERIVS in *nota* 71. laudatus, quem animaduersionibus suis auctum edidit *Petr.* STEVARTIVS *Ingolstadii* 1617. Eucherium sequuntur BARONIVS *tom.* 2. *an.* 297. et scriptores martyrologi *Petr.* A NATALIBVS, VINCENTIVS; BARONIVS itemque SVRIVS *de actis SS. ue ad. Iulii die* 28. Verum *Ioan.* BOLLANDVS *die* 22. *uaensis Februar. p.* 238. de S. Mauritio *et septuaginta* [alii enim negant occisam fuisse legionem uniuersam] *millibus martyribus* uarias ex Graecis menaeis aliisque scriptoribus increditis congessit attulitque coniecturas, unde defendi potest martyrium Mauritianum.

[73] *Agauni* uox enim obsoleta est et urbs uno uerbo nunc adpellatur *S. Mauritius*, Gallice *S. Morice. Iacob* SEVERTIVS *in Episcop. Lugdun.* 29. *paragr.* 5. 6. *p.* 73. 74.

[74] Est enim non procul ab urbe Mauritiana coenobium S. Mauritio, Agaunensi martyri sacrum, quod condidit Burgundiae rex Sigismundus tumulauitque ibidem ossa S. Mauritii et martyrum sociorum.

[75] De *lancea* Mauritii, Athelstano regi donata *p.* 89 90. A qua cum fascia, more aeui istius militari pendeat, error inde uenit pictorum, qui Mauritio *labarum* aut *uexillum* cohortis alicuius adfingunt. Male. Nam fuerat Mauritius dux legionis non uexillarius.

[76] Vterque numus an. 1708. erutus et effossus est in Halensi uicinia non procul Querfurtho. Inde natus

Cap. VII. III.] SCENA, ARMA CHRISTI. §. 4.

§. 4. *Claudit sacrum actum scena* TERTIA. *Quam occupant* arma, *quae uocantur*, Christi (*) *seruatoris. Referuntur ad hanc classem* I) MAPPA *(aa) sacrae coenae;* II) LINTEVM, *abstergendis pedibus apostolorum adhibitum (bb);* III) SPINAE, *quinque numero (cc), ex corona;* IV) CRVCIS *sacrae (dd) fragmentum insigne;* V) LANCEA *sacra (ee), plena uetustatis et religionis* VI); CLAVIsque *praegnans (ff), quibus cruci adfixus est seruator.*

Vnde nomen arma Christi? (*) Quare hoc usi sint nomine scriptores medii aeui, ex instituto disquirit GRETSERVS *cap. 3.* adpendicis. Is enim auctor, quo plenior est in hoc argumento, eo nos erimus breuiores.

MAPPA *S. coenae.* (aa) Desideratur haec pars in matricula Ludouiciana *adpendice*. Verum notat illam anonymus in *adpendice: ein stück des Tisch-Tuches, darauf der HErr Christus sein Abendmahl gehalten.* Plenius alter in *adpendice*, qui testes domestici. Credibile itaque est, hanc speciem non Carolo magno deberi, sed quarto. Ceterum eiusdem mappae etiam alibi ostenduntur fragmenta. In monasterio *Andecensi* superioris Bauariae: *ostenduntur reliquiae MAPPAE quoque, in qua creditur Christus ultimam coenam sumpsisse*, teste BEYERLINKIO *litt. R. p. 285.* Nec minus *Halae* nostrae, ubi auctor lipsanothecae *scen. 2. p. 17. uom Tisch-Tuch, das der HErr Christus am Abend-Essen gebraucht; uom Tisch des Abendessens 6. partickel* et aliud fragmentum *p. 33.*

LINTEVM *Christi.* (bb) Neque huius fragmenti singularis fit mentio in matricula *adpendice*. Anonymus tamen *ibidem* adnotat, *darnach ein stück uon dem Schurtz-Tuch, das unser HErr JEsus Christus, zu waschen die Füsse seiner Jünger, für sich gehabt hatt.* Idem repetitur *adp.* Verum etiam loca

A alia plura huius lintei gaudere uolunt segmentis, utpote *Roma* [1]; coenobium Cassinense [2]; *Andecense* [3]; templum primarium *Tornacense* [4]; *Halense* (5), et forte alia. Fraus, si quae subest, ita detegi posset, si conferrentur inuicem haec fragmenta (6), quae cum generis esse deberent eiusdem, ita uariant, ut alia loca sindonem, alia linteum, alia pannum ostentent.

B SPINAE *coronae seruatoris.* [cc] Etiam hae reliquae desiderantur in catalogo Ludouiciano *adpendice*; Interpres autem domesticus Noribergensis *ibidem: darnach uon der Dornen Cron fünff Dorner in dreyen Monstranzen, die das würdig Haupt unsers HErrn JEsu Christi uerwundt und blutflüssig gemachet haben.* Vtinam numeri spinarum essent magis contracti. Cum enim unius capitis cingulo sufficiant uiginti earum

C aut paulo plures: utique subleftae fidei suspicionem augebit, si infinitae spinae turgeant opinione religionis, quod christi caput attigerint uulnerauerintque in cruce (7). Vere scribo, unius templi Halensis sacram supellectilem sufficere spineae [8] coronae: cum tamen uix lipsana ostendantur in ullis locis aliis, ubi suam non classem habent christi spinae [9]. Vt in nimio uix peccare possit, qui dixerit, tantam spinarum eius generis copiam ac molem esse, ut

tus est libellus *Dn. Praes.* anno post editus inscriptusque *Einleitung zu dem Teutschen Muntz-Wesen mittler Zeiten.* Vbi numorum bracteatorum uberior est explicatio.

(1) In templo S. Ioannis Lateranensi ostenditur LINTEVS, *quo Christus apostolis pedes tersit* BEYERLINCK *litt. R. p. 300.*

(2) Ita enim chronicon CASSINENSE *lib. 2. c. 34. circa annum 1016. monachi quidam, Hierosolyma reuersi, particulam* LINTEI, *quo dominus apostolorum pedes in ultima coena detersit, attulerunt Cassinum. Cuius rei fides cum plurimis esset suspecta, monachi eam ardentibus imposuerunt carbonibus. Quorum statim colorem induit linteum: sed, ab iis remotum, priorem colorem recepit.*

(3) Huius coenobii haec species reliquiarum ab aliis in materia abhorret. Ita enim describitur apud BEYERLINCKIVM *litt. R. p. 285 fragmenta panni, quo christus discipulorum pedes extersit.* Nisi panni uox cum linteo confundatur.

(4) Matriculam ingentis reliquiarum huius templi adparatus congessit confecitque *Ioan.* COGNATVS *in chronico.* Vbi inter alia christi arma numerat: *fragmentum de* SINDONE, *quo praecinctus fuit lauans christus pedes apostolorum.*

(5) *Anonymus* LIPSANOTHECAE *Halensis scen. 2. p. 19.* notat hoc genus reliquiarum in templo cathedrali: *uom Schurtz-Tuch, damit Christus gegürtet yn seiner Iunger Fusse-Waschung.*

(6) Quod loca docebunt, si notam 3. et 4. contuleris cum reliquis.

[7] Verbis hic scribo alienis, quod domesticus commentator *vom Nürnbergischen Heiligthum* illis utatur. Sunt autem haec: *Quod si quis cauillari ausit et dicere, tantum non struem ex* SPINARVM *copia confici posse, non errabit. Quod uere ubiuis locorum* SPINAE *crucis christi ostententur. Quandoquidem* Romae *spinae duae: in illo Hispaniae coenobio de* Spina: Louanii *in Belgio spinarum partes:* Wittebergae *spinae octo: Stadae magna pars de spinea christi corona: in* Walkentiedensi *coenobio duae.* Tum itaque, iudicio anonymi, uel plurimae spinae suppostitiae sunt uel plurimas earundem efficiae ad figuram genuinarum.

(8) Auctor enim *lipsanographiae Halensis* a p. 17. ad 19. *spinas* recenset, numero *uiginti.* Recitare illas possemus ordine et sigillatim: uerum chartae parcimus et stomacho lectoris.

(9) Augebimus commentarium *n. 7.* hic laudatum nostro spicilegio. Sic COLONIAE in templo S. Andreae adseruantur *spinae* DVAE *de corona domini* BEYERLINCK *litt. R. p. 281.* In templo graduum B. Mariae uerbis eiusdem: DVAE *spinae de corona domini, quae ante multos annos in corporali positae, stillarunt*

Cap. VII.

ut struem aequare possint, quam uix mouerint quadrigae (10). Cum etiam genere differant inuicem (11), noua nobis indicia partus adulterini.

Insigne CRVCIS SACRAE *fragmentum.*

[dd] Huius iterum mentionem facit matricula Ludouiciana *adpendix: in aurea cruce, lapidibus et unionibus ornata, est etiam pars sanctae crucis.* Interpres domesticus in uernacula *adpend. darnach ein mercklich stück des Heil. Creutzes unsers HErrn JEsu Christi, daran die ein* B *sein Hand genagelt ist. Also daß das Loch des Nagels, das drein ist, eigentlich ausweißt.* Figuram *tabula* exhibet *num.* 2. atque xi. Nolo uerbum hic addere. Quod hanc spartam GRETSERVS (12) occupauerit, ad quem remittimus lectorem.

LANCEA *sacra* IMPERIALIS.

(ee) Matricula Ludouiciana in *adpend.* hanc notat sigillatim et tantum non principe loco: *lancea una cum clauo do-* A *mini nostri.* Interpres Noribergensis *ibidem: darnach das heilige Eisen des Speers, das geöffnet hat das süsse Herz unsers HErrn IEsu Christi* et quae sequuntur deinceps. Figuram habes huius *lanceae* in tabula *num.* 2. et 11. magnitudinem eius in dimensione Geometrica *adpendic.* Cum uero eius generis ferra circumferantur plurima: nostra igitur refert, ut coniecturas aperiamus, quare imperialis B lancea habenda sit pro *dominica* illaque dissoluamus, quae huic fidei obesse uidentur. *Principio* nobis obmouent, quod imperialis lancea eapropter *clauo* christi sit praegnans (1), quoniam illa non christi sit, uerum principis alterius Christiani, qui eidem, *claui solius dominici* causa, addiderit tantam religionem. *Repono.* Mucronem lanceae, qua parte christi pectus tetigit, sacrum haberi, non reliqua (2). Vt adeo, ad religionem augen-

§. 4.

Nam lancea haec sit DOMINICA? RATIONES negantium.

1] *quia clauo dominico sit praegnans.*

rant sanguinem ibidem p. 281. BREMAE quondam spinarum fat magna copia. His enim uerbis id enarratur: *item* PLERAEQVE *etiam spinae de corona christi p.* 283. TRAIECTI ad Mosam *spinae* DVAE coronae dominicae *p.* 287. ANTWERPIAE ex *spinis* coronae dominicae VNA, teste *Myrnes in fast. Belg.* GANDAVI spinae DVAE de corona domini cum parte crucis, auctore *Molano in chron.* In Hispaniae oppido OVITENSI spinae OCTO e corona christi spinea *p.* 297. HANNOVERAE aliquot de spinis coronae christi, auctoritate *lipsanographiae Hanoueranae* editae 1697. Taceo urbes et basilicas alias nominibus diuites iisdem.

[10] Neque enim lipsanothecam reperi, *spinis coronae dominicae* uacuam.

[11] Audiemus hic ciuem anonymum in commentario *vom Nürnberg. Heiligthum.* Ita autem ille: *Cuspides aculeatae quinque* adseruantur Noribergae. *Sed genus spinarum nos latet. Cum procul illas conspexerimus, propius non admissi.* Verisimile uero de *acacia* aut *rhamno*, haut ita aeque de *paliuro* aut *iunio marino. Praeterquam enim quod ex acacia, arbore Iudaeae familiari ac frequenti, quae ipsa ἡ ἄκανθα κατ᾽ ἐξοχὴν ueteribus dicta fuit, genus duxisse credi posset. Tutius tamen erit, statuere de* rhamno *eas decerpsisse milites. Praesertim cum* Bellonius *et* Rauwolffius, *periti stirpium peregrinatores tradant:* circa Hierosolymitana moenia, nullum fruticem spinosum, frequentiorem autem rhamnum. *Nam neque rubum aliumue spinosum fruticem se reperisse. Procul dubio itaque milites decerpserunt coronam ex frutice, qui ipsis statim ad manus.* Equidem Baronius, a Lapide *aliique spinas istas ex rhamno constitisse, comprobant.* Alia congesserunt alii sacrae antiquitatis indagatores. Tradunt porro, Carolum M. SPINEAM christi CORONAM Constantinopoli in Europam attulisse. Sed hae narrationes sunt commentitiae.

[12] Libros GRETSERI de *cruce* laudauimus supra *cap.* 1. §. 7. *litt. ii. p.* 9. 10. Vnde haurire potest lector quantum scire uoluerit de inuentione, fide, portentis *sacrae crucis* eiusque multiplicibus in orbe christiano reliquiis. Et uero multitudo *reliquiarum sanctae crucis* adeo est immanis, ut non *arborem*, sed *syluam* exhauriant, quotquot hoc nomine in locis diuersis adseruantur. In solo, quod stupeas, *Halensi* templo primario [*der Dom-Kirchen*] *octodecim* thecae fuerunt, auro et gemmis ornatae, diuites *crucis sacrae* fragmentis. Omnis autem istius templi in hoc genere adparatus ultra *quinquaginta* crucis particulas diuersas adsurrexit, quarum aliquae satis grandes fuerunt, ut uel hae solae aequare possent malae crucis figuram. Crucis reliquiis in imperialibus hoc argumento fidem conciliare uolunt: quod tradant segmentum hoc a Persarum rege *Aarone Carolo M.* transmissum fuisse. Verum id quidem scribit EGINHARDVS *cap.* 16. *Cum legati* Carolo M. *quos cum donariis ad sacratissimum domini ac saluatoris nostri sepulchrum locumque resurrectionis miserat, ad eum uenissent & ei domini sui uoluntatem indicassent, non solum, quae petebantur, fieri permisit, sed etiam sacrum illum ac salutarem locum, ut illius potestati adscriberetur, concessit Aaron rex Persarum: sed etiam intermissetes et aromata et ceteras orientalium opes, ingentia illi dona transmisit. Cum ei ante paucos annos roganti mitteret elephantem.* De cruce mutus est Eginhardus. Quam credibile non est illam omisisse, cum mentionem fecerit elephantis. Taceo alia genera figmentorum. Id tamen nobis satis est, quod sacram crucem inter reliquias imperiales numerent etiam scriptores uetustissimi. Vt nostra crux habeat patrocinium antiquitatis.

(1) Nihil dissimulo. Ipse Lodouicus Brandeburgicus in *adpend.* ita loquitur, ut lanceam fidei incertae, clauum uero passioni dominicae tribuere, uideatur. Verba illius sunt: *est lancea* VNA *cum clauo domini nostri.* Quasi ultima uerba non respicerent prima et uox *una* indicium esset *uagae et incertae famae.* Verum latina uerba sunt interpretis. In uernacula enim, qua laudatum saepe inuentarium scriptum est, dubium hoc cessat. Cum uerba ibi sint haec: *das Speer und ein Nagel unsers HErrn.*

(2) Meo enim iudicio *cuspis lanceae* eo tantum usque pectori infixa christi seruatoris, ubi primus est ordo ligularum. Quod si enim lancea ad laminam usque penetrauisset pectus, ut plurimi uolunt, latus christi non apertum, sed transfixum fuisset erupissetque sanguis non minus ex dorso. Quae narratio esset diuinioribus christi biographis aduersa.

(3) Ni-

Cap. VII.

2] *Vtra possit hasta S. Mauritii aut Caroli M.*

gendam, clauus in parte paulo inferiori A impactus esse (3) uideatur. *Deinde* nostram hodie respondere dicunt illi, quam Henricus auceps extorserit Burgundiae regi Rudolfo, quam signate descripserit Luitprandus, auctor illius aeui (4). Sed hanc forte Burgundos debuisse S. Mauritio, istius uiciniae martyri (5) aut Constantino M. quod credidere aeuo Henrici (6). Contra iam ante SACRAE *lanceae* id est *dominicae*, liceat uerbo hoc uti B in gratiam aeui, mentionem fecisse inter reliquias imperiales WITTEKINDVM (7). *Repono*, ultimum loqui de lancea *Carolina*, forte alio, quam christi nomine sacra (8): primum ideo credibile non esse,

§. 4.

quod *Mauritii* lancea transmigrauerit in Angliam donoque missa regi Athelstano (9) cum gladio Constantini M. clauo praegnante dominico (10). Vt illa taceam, quae de lancea S. Mauritii, Cracouiae adseruata (10), traduntur. *Praeterea* cum lancea dominica demum anno 1098. reperta sit ANTIOCHIAE (11); lancea item hoc nomine oppignerata Venedis anno 1243. (12) atque ab his a Galliae rege redemta Ludouico S. quae ostenditur hodieque Parisiis in sacello (13); post alia Innocentio VIII. transmissa a Turcarum imperatore, Baiazethe anno 1492. (14), quae Romae superest etiamnunc; demum alia diues sit coenobium *Andecense*

3] *lanceae hoc nomine adseruatur Parisiis; Romae; Bremae; Noribergae*

(3) Nihil enim noui est, reliquias reliquiis iungi, ut adaugeatur pretium et religio.

(4) LVITPRANDI locus est in eius *lib. 4. c. 12.* Exscriberem uerba, nisi illa dedissem in *adpend. cap. 13.* Vbi notanda sunt omnino, quibus ipse lanceam signat aucupis, Henrici. Scilicet principio dicit, quod illa *limbum* habeat medium, seu telum ipsi lanceae iniunctum; deinde, quod ex utroque latere limbi sint *fenestrae* oblongae id est *spatia*; porro, quod *inluactus* lanceae *clauus* dominicus; tum, quod eidem inscriptae *cruces*: quae omnia et singula conspiciuntur hodieque in imperiali. Quod uel ex figura intelliges *tabulae* uostrae *num. 2. 11.* ut ouum ouo nequeat esse similius.

(5) Quod plene lateque narrauimus *cap. 7. §. 3. litt. xx. p. 123.* Quo etiam loco ostensum, quod Sabaudiae dux *gladio* et *anulo* S. Mauritii se diuitem credat ordinemque illi dicauerit equestrem, ob causam plane eandem. Quod etiam imperialem lanceam S. Mauritio tribuerint *Viterbiensis* aliique, de hoc legi potest *cap. 14. adpend.*

(6) Principio enim LVITPRANDVS *lib. 4. cap. 12.* claris uerbis dicit: *Hanc lanceam Constantini M. fuisse, adfirmant.* Idem credunt traduntque SIGEBERTVS *Gemblacensis ad an. 929. num. 10,* LANCEAM *mirandi operis et* CLAVIS *Christi crucifixi sanctificatam, quae dicitur primi et magni Constantini imperatoris fuisse, donatam Rudolfo, regi Burgundionum et Italiae, a Samsone comite, rex Henricus precibus, minis, muneribus, addita etiam parte prouinciae Sueuorum a Rudolfo comite extorquet et hanc ad tutamen et insigne imperii posteris relinquit.* Accedit, quod BEDAE continuator inter Caroli M. cimelia mentionem facit *ensis Constantini M.* in cuius capulo super *crassas auri laminas clauus* inculcatus sit dominicus. Facile enim hasta siue lancea cum gladio confunditur. Quod hic loci opinabile uidetur ideo: quoniam lanceae imperiali eadem prorsus adsunt, utpote *laminae* aurea, et *clauus dominicus.* Videatur *tabulae num. 2. et 11.*

(7) Locum exscripsimus supra *cap. 4. §. 7. litt. tt. p. 35. 36. Sumptis,* inquit, *his insignibus* LANCEA *sacra.* Imo hanc Caroli M. lanceam christi siue dominicam dicit *Higdenus p. 124. n. 20.* superius.

(8) Sed urges, Caroli M. lanceam pariter missam donatamque ab Hugone fuisse regi Angliae Athelstano *p. 89. 90. supra.* Qua Carolus nunquam usus sit, quod ideo non recesserit ultor. Deinde etiam *sacrae* nomen necquicquam eo tempore meruissent reliquiae Carolinae, quod Carolus M. postea demum adscriptus sit coelitum siue sanctorum classi *cap. 6. §. 6. p. 81. 82.* Et fateor, Caroli egomet magni lanceam pro *dominica* haberem et Henrici aucupis pro Constantiniana: nisi me turbaret auctoritas unius Luitprandi *in adpend.*

(9) Quod *Mauritii Vexillum* dicunt, id est, stylo medii aeui, lanceam siue hastam ornatam instructamque fascia *adpendic.*

(10) Praecedentis *notulae 6.* finis hic consulendus est et *p. 89. 90.* Vix enim est credibile, Constantinum M. tot clauis dominicis fuisse diuitem, ut alios in lancea gestaret, alios in gladio.

(10) Testibus DLVGOSSO *lib. 2. ad an. 1001. p. 143.* Donat Caesar Otto III. *Boleslao, nouo Poloniae regi, unum* CLAVVM *de cruce, perforatione corporis dominici nobilitatum, et* S. MAVRITII LANCEAM, itemque Cramero *lib. 3. in Bolesl. I. p. 437.* Verba eius sunt: *His adiungit Otto III. hospitale munus, unum de* CLAVIS, *quibus dominus cruci adfixus et* LALCEAM D. MAVRITII. *Quae in Basilica Cracouiensi, ubi sedes est episcopi, adhuc uisuntur:* tertiumque KRANZIO *lib. 2. Vandal. c. 36.* Dedit Boleslao *imperator pro regalibus* LANCEAM *B. Mauritii et* CLAVVM *Domini. Haec autem regalia cum corona et sceptro in armariolo Cracouiensi conseruantur.* Vnde si quid coniecturae possunt, existimo, sacrae lanceae nomine intellexisse Wittekindum lanceam Mauritianam. Sed uaria diuino, ut ex pluribus eligat lector, quod sequatur.

(11) Anno 1098. Testes congessit GRETSERVS *tom. 3. de cruce lib. 2.* Quorsum prouocat in *adpend. cap. 3. 8. & 9.* *Wilelmus* TVRIVS *lib. 6. c. 14. p. 921.* plenissime historiam describit narratque, Petrum clericum actum esse inter somnia admonitumque ab Andrea apostolo, ut animos christo fidelium hoc portento aduersus paganos obfirmaret, si indicaret illis locum, ubi lancea dominica lateat, quam effodere et memores esse christi uictoris deberent. Eiusdem rei nocturnis uisionibus admonitos esse alios plures Antiochiae incolas. Respondisse, ait, diuinationi huic euentum lanceamque fuisse repertam. Cuius gestioni in praeliis factis uictorias adscripsere milites christiani.

(12) Legi potest in *adpendice* Gretserus *cap. 3.*

(13) Teste *Wilhelmo de* NANGIS *in adpend.*

(14) Cuius lanceae historia ex instituto est edita *Romae* 1660. iussu pontificis, quam frustatim exhibet GRETSERVS *adpend. c. 3. et 8.* ubi illud sigillatim notat, quod *Romana lancea* careat cuspide, qua non destituatur Noribergensis. Vt adeo inter Romam et Noribergam sacrae lanceae ferrum diuisum esse uideatur *adpend. cap. 8.*

(15) Teste

Cap. VII.

cense (15): non uideri, in tanta lancearum multitudine, quare imperiali, quam ceteris, maior fides deberi uideatur. *Repono*, idem hoc esse, quod nunc dicendum sit et comprobandum (16). *Demum*, cum Constantini M. hasta uetustiori aeuo cognita sit praegnans clauo christi: pro hac potius habendam esse imperialem, quam pro dominica (17). *Verum* non hastae Constantini M. sed gladio eius tribui, quod impactus ei sit crucis dominicae clauus (18). Restat igitur, ut illa quoque argumenta eruamus, quae firmant fidem lanceae imperialis, quod sit inter arma sacrae militae seruatoris. *Principio* cum omnes lanceae, quibus aliqua tribuitur religio, sunt quatuor, *Mouritiana, Constantiniana, Carolina, Christi* seruatoris, imperiali filum est consecutionis adultimam, si priores ab illa sint remotae (19). *Deinde* fieri non potuisset, ut tanto lanceam cultu prosequerentur cum principes, tum scriptores (20), nisi fidei illius argumenta fuissent extra aleam dubitationis (21). *Praeterea* quis crederet, uel Henricum aucupem tanto actum fuisse desiderio, lanceam habendi, ut prouincias offerret, et, ni proficeret ita, spargeret minas belli cruentissimi, uel adeo difficilem fuisse Burgundiae regem, quin traderet illi eandem (22): nisi utrique certo constitisset, hanc solam esse genuinam et uacuam omni fraudis suspicione. *Praesertim*, cum Henrico aucupi lancea iam fuerit sacra (23); ut operae pretium non fuisset, aliam tam caro redimere, non famae et fidei maioris. *Accedit* his lamina aurea, qua inferior lanceae pars tegitur, quae pectus seruatoris non penetrauit (24). *Taceo* scripturam, litteris uetustissimis (25) in lamina exaratam, his uerbis conceptis: LANCEA et CLAVVS DOMINI (26). Neque enim credibile est, illo tempore adeo inprobos et fraudulentos fuisse illius possessores, qui ausi fuerint arma christi mentiri

4] *lancea sic describatur Constantini M.*

RATIONES *affirmantium. Quia* 1] *aliud lanceae genus tribui nequit imperiali.*

2] *tantum cultum non habent umbiguaereliquiae.*

§. 4.

3] *neque pretium tantum.*

4] *praesertim si copia alterius.*

5] *lamina* 6] *scripturae, nunciae ueritatis.*

---

(15) Teste Lipsanographo apud BEYERLINCKIVM *litt. R. p.* 285. item *portionem* LANCEAE *etiam, quaapertum Christi latus.*

(16) Inprimis postquam belli sacri scriptores, proni alias ad fingendum et aredendum portenta, ipsi suspicionem mouent fraudis factae in affossione lanceae Antiochenae. TYRII uerba exscripsimus *in adpend. c.* 11. Neque is solus est, qui de lanceae Antiochenae dubitat ueritate; sed etiam alii. FVLCHERIVS *Carnotensis in gestis peregrinantium Francorum cap.* 10. *p.* 392. *Contigit postquam ciuitas capta est, a quodam homine lanceam unam inueniri, quam in ecclesia B. Petri, fossa humo repertam, adseuerabat esse illam, de qua Longinus latus domini perforauit. Aiebat enim a S. Andrea reuelatum hoc esse sibi. Visione et monitione ab Apostolo ter facta uidit super pauimentum, ubi per uisionem ei monstratum fuerat et inuenit lanceam NB. fallaciter occultatam forsitan. Inde tamen per plures dies lanceae factae sunt* * *oblationes. Forte autem contigit episcopum Bare et alios quam plurimos, cum clericos, tum laicos haesitare, quod non esset lancea dominica. Quapropter cum struem lignorum accendissent, benedictione iudiciali super ignem ab episcopis facta, inuentor lanceae per medium rogi flammantis ultro celeriter transmeauit. Quo transacto illum hominem quasi reum in cute flammis crematum uiderunt. Quod rei exitus monstrauit, quia die duodecimo ipso angore obiit. Hoc iudicio peracto, facti sunt increduli, contristati sunt ualde. Comes tamen Raymundus tamdiu lanceam seruauit, donec eam, nescio, quo euentu perdidit.* Quod cum ita sit, quis quaeso fidem daret fabulae, cuius auctores ipsi eam riserunt et axsibilarunt. Tantum abest, ut Antiochena lancea imperiali debeat anteferri. Quod si uero tum temporis oriens *lanceam* nesciuit *dominicam*, minorem merentur fidem posteri Balduinus et Baiazethes, quando hoc nomen ferro tribuere uoluerunt. Conferatur *du* BOIS *de eccles. Paris. lib.* II. *c.* 6. *p.* 759.

(17) Testimonia habes *cap.* 7. §. 3. *litt. uu. p.* 117. 118. *n.* 16.

(18) Fallere nequeunt testes *cap.* 7. §. 3. *p.* 117 118. in medium producti superius. Alias coniecturas de *Constantiniana* lancea dedimus supra *num.* 6. et 10. huius paragraphi.

(19) Legenda hic sunt, quae diximus in hac paragrapho superius *num.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

(20) Non enim *clauorum* causa id factum esse, inde constat, quod in hac paragrapho *num.* 10. dixerimus superius, imperatoribus nostris *clauos dominicos* plures fuisse nequa tanti factos esse, cum *clauum dominicum* Boleslao Poloniae regi donauerit Otto tertius cum lancea *Mauritiana*. Vt adeo naque huius tanta religio fuerit, quanta imperialis.

[21] De fiducia, quam principes nostri in lanceam habuerunt imperialem, specimina offendes *in adpendice cap.* 13. et *in cap.* 4. ipsius dissertationis.

[22] Quod Sueuiae partem dederit Henricus pro lancea, illud est, quod tradunt quam plurimi, fide LVITPRANDI, quem exscripsimus in *adpend. cap.* 13. Inde *Petr.* CVTSERNIVS *p.* 23. 24. *Saxoniae catholicae*, exemplum, ut putat, domesticum in Henrico aucupe proponit Saxoniae electori Ioanni Georgio I. quod in reliquiarum cultu imitaretur, aemulatione maiorum excitatus. Verum responderunt illi HOEPFNERVS et HOE theologi, ne hoc glaucoma Henrici aucupis reliquiarum S. lanceae cultoris, inficeret ageretque in transuersum animum septemuiri Saxoniai.

[23] Haud dubie enim *lanceam sacram* iam tum habuit Henricus auceps. Partim, quod hoc affirmet Wittekindus, de quo supra *num.* 4. partim, quod eius abnepos Otto III. lancea S. Mauritii donauarit Boleslaum, nouum regem Poloniae, quod pariter ostendimus *num.* 10.

[24] Testem habes in *adpend.* αὐτοψίαν in tabula *num.* 2. 11.

[25] Litterae sunt *unciales*, quibus ueteres usi sunt in *inscriptionibus*. Ductus et figurae earundem accedunt proxime ad elementa *Gothica num.* 2. Vt facile pateat, notas hasce aetatem loqui sex pluriumque seculorum. Quamuis enim iuniori etiam aeuo is modus scribendi adhiberetur, ad conciliandam forte scripturis uetustatem: publica tamen *lanceae imperialis* custodia non patitur, ut fraudem suspicemur, quae fieri consueuit in coenobiis aut uulgaribus tabulariis.

[26] Vltimum uerbum utraque respicit priora. Naqua enim *lanceae* uocabulo alias opus fuisset quod





1.2. *Numi utroque latere.*

3. *Diadema Carelinum.*

4. *Diadema Rudolfinum.*

5. *Sceptrum*

6. *Sandalia.*

7. *Pomum imperiale.*

8. *Gladius Caroli M.*

9. *Acinaces Caroli M.*

10. *Capsa argentea.*

11. *Numulus.*

12. *Gladius S. Mauritii.*

13. *Imago Caesaris Sigismundi,* in qua

- a. *Diadema.*
- b. *pluviale seu pallium.*
- c. *stola oblique plicata.*
- d. *alba.*
- e. *tunica. cui intexti gryphi.*
- f. *chirothecae*
- g. *acinaces Caroli M.*
- h. *globe imperialis.*
- i. *sandalia.*
- k. *sceptrum.*

Cap. VII. §. 3.

7] lanceae aliae imperiali iuniores.

8] habet haec integritatis testes pontifices.

tiri (27). A qua tamen fraude non aliena fuerunt secula posteriora. *Ad extremum* aliae lanceae, quae imperiali disputant detrahuntque fidem, ne quidem Romana (28) excepta, iunioris famae habent aetatem. Vt nihil dicam, quod ipsi pontifices, reliquiarum censores ac iudices legitimi, imperialem habuerint iudicauerintque genuinam (29). Quorum successores partium studia (30) post in transuersum egerunt, ut mallent Ro- A mae suae primas dare, quam Noribergae tutelari.

CLAVVS *Christi* **IMPERIALIS**

[ff] Vtinam abfuisset *clauus* ab *lancea* imperio sacra. Partim, quod ex ultima sat religionis, ut primo non sit opus: partim, quod in tanto *clauorum* huius generis numero (31), suspicio sit maior suppositititii foetus minorque fides integritatis: partim, quod creditu aliis sit difficile, claui causa lanceam dominicam dissectam fuisse in partes discerptamque, ut ille huic insigeretur.

---

quod genus armorum res ipsa loqueretur: nisi indicare debuisset, lanceam hanc Christo sacram esse.

[27] Maior enim quondam animorum simplicitas. Post autem quam docuerunt theologi, reliquiis sufficere litteras episcopi aut papae testatrices, homines insolentiores sunt facti ad audendum, fingendum, supponendum reliquias.

[28] Aetates quatuor lancearum indicanimus supra *notis* 11. 12. 14. Vnde illud intelligitur, quod imperialis *sacrae lanceae* nomen seculis aliquot ante habuerit, quam ex reliquis uel unica opinionem acceperat integritatis. Quam proxime ad imperialem accedant uerba *Bedae* in *adpend.* quod *hastile in duas intercisum partes*, uiderint alii.

[29] Bullas pontificum hoc fine recitauimus in adpendice, quas signabimus cursim. *Prima* est INNOCENTII VI. *an.* 1354. *litt. B.* ubi uerba haec: *O felix lancea* imperialis, *quae tot bona nobis effecit et hoc latus aperiendo sanctissimum, ianuas nobis regni coelestis aperuit.* Tanti fecit cum fidem hanc pontifex: ut in memoriam lanceae huius *diem* consecraret *lanceae* festum siue *armis* factum christi seruatoris. Idem firmarunt indicio suo MARTINVS V. an. 1425. et eius successores NICOLAVS V. an. 1454. et PIVS an. 1460. quorum litteras habes in *adpendic.*

[30] Scilicet ab anno demum 1492. imperialis lanceae fides in dubium est uocata. Ex quo nempe a Turcarum imperatore lanceam accepit pontifex, quod dictum est in *adpend.* Cui tamen ut auctori in rem propriam, in iudicio hoc, partium studio corrupto, nequicquam fidendum esse uidetur.

[31] Non dicam, quod sint, qui christum ligno crucis non clauis adfixum, sed funiculis alligatum esse, sentiant. Sed ipsi *numeri* clauorum satis sunt ad agnoscendas fraudes. Numerabimus clauos, qui hoc nomine in locis diuersis adseruantur. *Primus* sit imperialis lanceae inculcatus: *alter*, qui capulo ensis Constantiniani est impactus, supra *cap. 7. p. 89. 90. tertius*, quem Otto III. donauit regi Poloniae Boleslao, de quo cap. 7. huius paragraphi *not.* 10. *quartus* coenobii Andecensis in Boioaria apud BEYERLINCK *litt. R. p.* 285. *quintus* Aquensis apud eundem p. 285. *sextus* in coenobio Dionysiano apud eundem *p.* 296. *septimus* in ecclesia Lateranensi Romae apud eundem p. 301. Cum in uno scriptore tanta clauorum multitudo, inde facilis est coniectura, quanta seges eorundem in ceteris.

SYLLABVS
MONVMENTORVM TESTIVMQVE ADPENDIX.

LITT. A.

Diploma* LVDOVICI *marchionis Brandeburgici, quo insignia imperialia enumerat sigillatim eademque, a parente Caesare relicta,* EXHIBET *Carolo IV. an. 1350.

NOs Ludouicus Dei gratia marchio Brandeburgensis et Luzicensis, S. Rom. Imp. supremus camerarius, comes palatinus ad Rhenum, dux Bauariae et Carinthiae, comes Tyrolensis et Goriciensis, supremus aduocatus basilicarum Aquilegiae, Tridenti et Brixiae, affirmamus et palam facimus his litteris, quod pro nobis et omnibus nostris fratribus die ueneris ante Iudica, dum hae datae sunt, serenissimo principi et illustrissimo domino nostro D. Carolo Romanorum Regi semper augusto et Regi Bohemiae fideliter in ueritate *reliquias sacri imperii* una cum aliis adiunctis cimeliis: nimirum 1] unam *auream crucem* pretiosis lapidibus et unionibus ornatam, integram et inuio- B latam, et in qua cruce est 3] *lancea una* cum 4] *clauo* Domini nostri. In illa est etiam pars sanctae crucis, 5] unus *dens* S. Iohannis baptistae in crystallo, et S. 6] *Annae* brachium. Adsunt quoque specia-tim duo gladii 7] unus *S. Mauritii*, et alter 8] *S. Caroli* in deauratis uaginis. Adest etiam singulariter integra et inuiolata 9] praefati S. imperatoris Caroli aurea *corona* cum arcu et cruce, pertinentia ad il- C lam, texta de uariis pretiosis lapillis et auro, in qua singulariter pretiosus est lapis intextus, qui uocatur candidus. Adest quoque 10] *candida toga* S. Caroli in manicis contexta lapidibus et unionibus, et 11] unum *pallium* S. Caroli cum *duobus leonibus* contextum ex auro lapidibus et uni-

Monument. onibus: adest etiam 12] aureum *pomum* una cum aurea cruce S. Caroli, et 13) ambae eius *chirothecae*, cum lapidibus unionibus et auro, et 14) argenteum *sceptrum*. Adest etiam grandis 15) *annulus* cum ingenti pyropo, quatuor zaphyris et quatuor unionibus, quod eo deuenit ab uno duce Brunsuicensi. Adest etiam alter 16) *annulus* cum uno pyropo, et tria 17) aurea *calcaria*. Etiam adest unum deauratum 18) pomum cum una cruce et 19) deaurato *sceptro*, unum 20) *thuribulum* aureum, 21) duae bene candidae partes *cerae*, et unum 22) *calefactiuum* pomum: adest etiam 23) *coerulea* toga contexta in manicis auro et unionibus, et alia 24) *phoenicea toga* cum nigris aquilis, et 25) unus *globus*, 26) duae *chirothecae* et duo 27) *calcei* eiusdem coloris. Adest etiam 28) una *stola* contexta auro lapidibus et unionibus, et altera 29) simplex *stola*. Adest etiam unum deauratum 30) *scrinium*, in quo est 31) unum *instrumentum* seu testimonium, et una 32) *crystallus* cum reliquiis, et una 33) aurea uacua *crucula*. Haec proprie spectabant ad piae memoriae nostrum charum dominum et patrem imperatorem Ludouicum, complete sine diminutione et permutatione tradiderimus, in omni ea mensura, prout nobis eas praefatas reliquias noster piae memoriae charus dominus et parens Ludouicus reliquit: et hoc fumimus ad *iuramentum* et homagium, quod sacro Romano Imperio praestitimus, cum attestatione harum, quae datae sunt Monachii post Christum natum anno 1350. die Veneris ante Iudica. Litt. A. B.

LITT. B.

Bulla INNOCENTII VI, *qua in gratiam imperialium reliquiarum, quas habet ratas, instituit* FESTVM DIEM *armorum Christi in Germania an. 1354.*

Innocentius, etc. ad perpetuam rei memoriam.

IN redemptoris nostri Domini IESV CHristi, per quem saluati et liberati sumus, sacratissima passione sic nos gloriari oportet, ut ipsius passionis cuncta mysteria: dinumerantes et merita, in singulis etiam eius salutaribus instrumentis et fructibus gloriemur. Inter quae illud celebriter memorandum est, quod ipse Saluator emisso in cruce iam spiritu sustinuit perforari lancea latus suum, ut inde sanguinis et aquae profluentibus undis formaretur unica et immaculata ac uirgo sancta mater ecclesia, sponsa sua. O beatissima ipsius sacri lateris apertura, unde nobis tot et tanta diuinae pietatis dona fluxerunt; hinc siquidem nostrae redemptionis pretium, hinc absolutionis et regenerationis lauacrum, hinc ipsius ecclesiæ sacramenta suscepimus. O felix lancea, quae tot bona nobis effecit, et ad tanti triumphi gloriam superadditam hoc latus ipsum aperiendo sanctissimum ianuas nobis regni coelestis aperuit: haec uulnerando iam mortuum uulnera nostra sanauit, uitamque nobis reddidit et salutem: haec innoxium transfigendo illius sanguine culpas nostras abstersit, et demum eisdem undis sacratissimis irrigata, coecitatis nostrae tenebras sustulit, et nos ipsius diuinae pietatis fluuiis inundauit. Illique etiam dulces claui, cum quibus ipse saluator eidem cruci fuit affixus, quique non solum eius immaculato respergi sanguine, et molem ferre tanti ponderis meruerunt, sed et nos etiam per ipsorum salutiferas plagas dulcedinem tantam ipsius diuinae charitatis accepimus, ut manus nostrae a peccati solutae nexibus, pedesque nostri a mortis laqueo fuerint liberati, sunt deuotissime recolendi. Quid enim uulnere ac plagis eiusmodi sanctius, quid eis salubrius ex quibus salus nostra processit, et in quibus assidue curare se possunt animae deuotorum? Licet igitur lancea et claui praedicti aliaque ipsius passionis salutifera instrumenta sint a cunctis Christi fidelibus ubilibet ueneranda, et de ipsa etiam passione in eadem ecclesia solemnia annis singulis officia celebrentur et fiant; dignum tamen et conueniens reputamus, si de ipsius passionis specialibus instrumentis et praesertim in partibus, in quibus instrumenta ipsa dicuntur haberi, solemne ac speciale festum celebretur et fiat, nosque illos Christi fideles, qui aliqua ex instrumentis ipsius habere se gaudent, in eorum deuotione officiis atque muneribus specialiter foueamus.

Sane oblata nuper nobis pro parte charissimi in Christo filii nostri Caroli Romanorum et Bohemiae regis illustris petitio continebat, quod ipse inter sacras reliquias, quae imperiales uulgariter nuncupantur, quaeque tanquam pretiosissimus imperii Romani thesaurus consueuerunt per Romanorum regem seu imperatorem qui est pro tempore, conseruari et reuerentissime etiam honorari, habet in sua custodia praedictam sacratissimam lanceam, nec non unum ex clauis praedictis, prout praedecessores sui clarae memoriae catholici Romanorum reges seu imperatores etiam habuerunt, et quod ad ipsas reliquias habetur, in illis partibus magna deuotio et concursus etiam populorum. Quare dictus rex uelut princeps catholicus zelo deuotionis accensus nobis humiliter supplicauit, ut de ipsius lancea et clauis tam pro eorum ueneratione maiori,

Monument. ri, quam pro Romani imperii fauore et honore praecipuo festum in Alemanniae et Bohemiae partibus perpetuo celebrari statuere ac praecipere dignaremur. Nos itaque cupientes, quod ipsi lancea atque claui in partibus maxime, in quibus habentur et etiam conseruantur, tanto ab ipsis Christi fidelibus deuotius uenerentur, quanto pro ipsis celebriorem altissimo cultum uiderint exhiberi, deuotis quoque eiusdem regis supplicationibus inclinati, apostolica auctoritate statuimus, et etiam ordinamus, quod ad ipsius saluatoris nostri laudem et gloriam dictaeque passionis suae reuerentiam gloriosam de praemissis lancea et clauis et sub eorum uocabulo proprium festum cum speciali officio per aliquos Praelatos catholicos et alios paginae diuinae peritos, quos idem rex ad id eligendos duxerit ordinando, sexta feria post octauam resurrectionis Dominicae, annis singulis a Christi fidelibus in eisdem Alemanniae et Boemiae partibus perpetuo solemniter celebretur, et ut fideles ipsi ad ueneratio-nem ipsorum lanceae et clauorum feruentius animentur, eoque ad ecclesiam uel capellam, in qua fuerint et ad celebra-

A tionem festi, et officii praedictorum libentius confluant, quo ibidem uberius dono coelestis gratiae conspexerint se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus uere poenitentibus et confessis, qui in die festi huiusmodi ipsam ecclesiam uel capellam, in qua tunc lancea et claui ipsi fuerint, ut praefertur, deuote uisitauerint annua-
B tim, tres annos et tres quadragenas, singulis uidelicet ipsius festi diebus, quibus ecclesiam et capellam ipsam uisitauerint: eis uero qui eadem die in missa et singulis horis canonicis ubicunque in prouincia dicti regis et successorum suorum catholicorum Romanorum regum seu imperatorum, qui pro tempore fuerint, diuinis intererunt, tam in missa quam in singulis horis, eisdem centum dies, in qualibet ui-
C delicet missa et singulis horis eisdem, quibus in praesentia regis uel successorum suorum praedictorum diuinis ipsis intererunt, ut praefertur, de iniunctis eis poenitentiis misericorditer relaxamus. Nulli ergo &c. Datae Auin. id. Februar. anno II. *Litt. B. C.*

LITT. C.

Litterae SIGISMVNDI *Caesaris, quibus reliquias regni Bohemiae* (non imperiales) *reuocat, olim alienatas.* A. 1422.

Sigismundus Dei gratia Romanorum rex semper Augustus, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Rex. Notum facimus tenore praesentium uniuersis, quod licet alias quadam ardua necessitate constricti ad restituendum peruersis conatibus et machinamentis haereticorum in Bohemia ualide consurgentium, qui etiam suae immanitatis rabie fideles Dei christicolas tam morti tradentes atrociter, quam in bonis funditus spoliantes, ecclesiam Dei demolientes adeo debacchati sunt, et adhuc in sua pertinacia perdurantes nomen Christianorum etiam hodie conantur exstinguere penitus, non parcentes sexui uel aetati, bona ecclesiastica tam Pragensis ecclesiae, quam etiam aliarum ecclesiarum, monasteriorum et parochialium, cuiuscunque etiam conditionis existant, tunc certis personis transscripserimus, et dederimus possidenda, sicut etiam bona sanctae Pragensis ecclesiae nos fecisse praeterito tempore memoramur. Nos attendentes huiusmodi transscriptionem et alienationem bonorum ecclesiasticorum in personas seculares quacunque occasione seu conditione factas, tam a legibus, quam canonibus fore irritas et inanes, nec debere subsistere seu ualere: non per errorem aut improuide, sed animo deliberato, maturo omnium electorum S. R. impe-

D rii et aliorum multorum principum, comitum, et communitatum imperii sacri, et regni Bohemiae communicato consilio, praefatam transscriptionem et alienationem de possessionibus ecclesiae Pragensis praefatae, quibuscunque personis, quacunque occasione, conditione seu colore factas, auctoritate Romana et Bohemiae regia tenore praesentium reuocaui-
E mus, irritauimus, annullauimus, reuocamus, irritamus, annullamus, et nullius dicimus, pronunciamus et declaramus debere esse roboris uel uigoris, decernentes et uolentes, quod honorabiles Praepositus, Decanus, totumque ecclesiae Pragensis capitulum, et etiam singulares personae, etiam auctoritate nostra et sua propria assumptis sibi ad hoc, si opus fuerit, suis fautoribus et amicis, sede eisdem bo-
F nis Pragensis ecclesiae, omnibus et singulis, ubicunque etiam fuerint, constituta debeant et possint intromittere, tenere, uti, frui absque impedimentis cuiuscunque et quorumque etiam nostras litteras habentis, seu alias cum uiolentia possidentis et possidentium, ac etiam sibi pro recuperatione eorundem bonorum tutores, defensores et adiutores eligere et recipere, pro suo commodo, quotiens eis et cuilibet eorum uisum fuerit expedire, praesentium sub nostrae maiestatis sigillo testimonio litterarum. Datum *Noribergae*

Monument. gae anno Domini 1422. die dominico proximo ante festum sancti Bartholomaei Apostoli. Regnorum nostrorum anno Hungariae 36. Romanorum 12, Bohemiae 3. Litt. D.

LITT. D.

Annua SUPPLICATIO, *facta Noribergae, in gratiam imperialium reliquiarum, descripta historice ann. 1438.*

ZUm ersten ist zu wißen in diesem Heylthumbüchlein, da man zehlt von CHristi unsers lieben HErren Geburth, viertzehnhundert und in dem vier und zwantzigsten Jahr, an dem andern Tag nach S. Benedicten *in der Fasten, ward das hernach bestimbt hochwürdigst kayserlich Heiligthum mit großen Ehren in der Stadt Nürnberg eingeführet, das man alle Jahr weiset an dem andern Freytag nach Ostern in der benandten Stadt auf* B *dem Marck in dem Tabernacul, umb die Zeit, so es ein Sund-Tag gewesen ist, so hebt man an zu singen ein löbliche Meß von dem Leyden CHristi, und auf dem Altar im Tabernacul steht ein mercklich Stück des heiligen Creutzes und das heilige Eisen des Speers, und andere heilige Stück, auch umb den Altar stehen Geistlich und Weltliche Fürsten, Herren und Prälaten mit sambt den Eltern des innern Raths der* C *Stadt Nürnberg; der ein jeglicher eine vergülte brennende Kertzen tragen, und zwischen den, die solches hochwürdiges Heiligthum nach der Meße allen gegenwärtigen Menschen zeigen. Darnach wann das Ambt der heiligen Meß auf dem Tabernacul ein Ende hat, so hebt an ein Priester mit lauter Stimm zu lesen die nagfolgende Vorred, und verkünd große Römische Gnad, die zu dem Hochwürdigsten Käyserlichen* D *Heiligthum gegeben ist, und was man darnach würdigster Stuck des Heiligthums zu dem ersten andern und dritten Gang, und wie ehrlich die getragen, außgerufft, und geweist werden, darbey eines jeglichen Stücks und Heyligthumbs, so viel Form und Gestalt, auch alle Wort, die der Priester daselbst lieset und außruffet, ist, daß selbige alles folgt eigentlichen hernach, und zu dem ersten, die Vorred lautet also:*

In dem Nahmen des Allmächtigen GOttes, Amen. Wiewohl gar ziemlich, billig und gebührlich were, ein hertzliche Lobred zu thun, von dem Hochwürdigsten Stuck des heiligen Creutzes, daran unser Herr IEsus CHristus seinen bittern und unschuldigen Todt nach seiner heiligen Menschheit umb unsers Heyls erlödigung willen gelitten hat, desgleichen von den wurdigen Eysen des Speers, daß das wunsamb Hertz Christi F *geöffnet hat, darauß alle Christliche Sacrament entsprungen seyn, darnach von den heiligen Nagel und heiligen Dornen, die den Würdigsten Leichnamb IEsu Christi unsers Heylands verwundt, und sein Heyliges Blut darauß getrungen haben, daß man auch alles sambt andern würdigen Stu-* A *cken in mercklicher Anzahl weisen wird, und so nun solch Tugend und Lob, Trost und Gnad, daßelbige auch mit langer Red nit mögen außgesprochen werden. Wann dann diese Stuck ohne Zweiffel, nach dem wahren Hochwürdigsten Sacrament des Frohnleichnambs unsers HErren IESV Christi die nechst und würdigsten uber alle andere Heyligthum seynd, und an Gnaden und Seeligkeit großen Schatz inn haben,* B *und uns darumb reichlich begaben mögen, und so aber euer Meng groß ist, also daß lange Red nicht statt haben will, iedoch wollen wir zu sonderm Lob diß hochwurdigen Heyligthums demüdiglich erkennen und verjehen, daß unsere Sinn und Vernunfft zu tunckel seyn, das genugsamblich zu loben und zu preisen, und doch gute Hoffnung haben, daß der Allmächtig GOtt unser Gebrechligkeit durch Genad dieß* C *hochwurdigsten seines Heyligthums barmhertzigklich wird erfüllen, und Vns die wir hie solches Wahrzeichen und Kleinod des bittern Todts Christi andüchtiglich sehen, dieselben an dem Iüngsten Gericht fröhlig anschauen lassen, und Vns die zu dem ewigen himmlischen Vaterland seeliglichen einlaiten, Amen.*

Darnach folgt die Außlegung der Römischen Genad, und lieset der Priester also:

Zu wissen ist allen Christilichen Persohnen, welcher christlicher Mensch in der Weisung des würdigen Heiligthumbs und der Meß, die auf dem Tabernacul und sonst in der Kirchen des neuen Spitals, da das gantz würdig Heyligthum inn behalten, und gesungen werden, in warer poenitentz, *Beicht und Rew, gegenwärtig ist, und der die benandte Kirchen an dem Tage der Geburt* E *Iesu Christi unsers HErrn am Charfreytag, Ostertag, unsers Herren Himmelfahrt, Pfingsten, am Sonntag nach unsers HErrn Frohnleichnams-Tag, des heiligen Creuzerhebung S. Iohansen des Tauffers Geburt, an der heiligen Zwölff Botten-Tag, Petri und Pauli, S. Iohansen Euangelisten, S. Annen und Mauritzen Tag, und so in genandten Kirchen und Kirchweyhung gehalten wird, andachtiglich iährlich besucht, und* F *der zu dem Baw besserung in Erhaltung der benannten Kirchen, und zu Zierung des würdigen Heyligthums, und zu Labung der Krancken, den dürfftigen Menschen an denselben Enden sein Allmosen Hülff und Rath thut, deren ieder verdienet nehmlich auf diesen heiligen Tag des Heylthums Weisung nach Innhalt der Brieff darüber gegeben von dem*

Monument. dem Bapst Innocentio, Bapst Clemente, Bapst Martino, Bapsten Nicolao und Bapsten Pio 34. Iahr Ablaß und 34. Quadragen, ausgenommen der Ablaß und so viel Quadragen, als die verdienen, die die vorgenannten Kirchen ordentlich heimsuchen zu Zeiten Festen und Tägen, als vorbestimmt ist, und ohn Zweiffel viel andern tröstlichen und mercklichen Ablaß, von unserm heiligen Vätern den Bäpsten, die hie nicht bestimbt noch benennt seyn, von Römischen Käysern und Königen wegen gegeben, der von den vorgenanten Bäpsten verneuert und bestetigt ist, deß uns zu ewiger Seeligkeit theilhafftig machen woll die Barmhertzigkeit unsers Herrn Iesu Christi Amen. Item. ob sich zutrüge daß Feur aus käm, da GOtt vor sey, oder ein Auffruhr unter dem Volck würde, daß ein iegelicher an seiner statt still stehe, wann von ein Erbarn Rath dieser Stadt alle Ding wol geordnet, bestellt und gnugsamlich versorgt seynd.

Das ist der Ablaß des neuen Spitals zu dem Heiligen Geist in der löblichen Stadt Nürnberg, und damit von viel Heiligen und Ehrwürdigen Vätern, Bäpsten, Cardinälen, Ertzbischöffen begnad und begabt ist zu den Zeiten und Tagen wie hernach folget. Item wer den Siechen im Spital-Hoff Trost und guts thut mit Worten oder Wercken und mit Allmosen dem Spital zu Hülffe komt, wie das genandt ist, der hat dreytausend und sechzig Tag Ablaß täglicher Sünden. Item wann man einem die heiligen Sacramenten reichet in dem Spital, wer dabey ist, der hat von ieglichen 25. Iahr und 20. Tag. Item, wann deren eins stirbt, der bitt für die Seel, der hat 40. Tag. Wer ein Pater noster spricht, und gehet mit dem zu Grab, der hat 24. Iahr und 48. Tag. Wer über den Kirch-Hoff gehet, und betet ein Pater noster, VII c. und 80. Tag. Wer bittet für den Stiffter Herrn Conraden Grossen, der hat 26. Iahr und 40. Tag, von der Metten, Vesper-Messe, und von andern göttlichen Aembtern 25. Iahr und 20. Tag. Am Sambst von unsern Frawen Meß und des Heiligen Geistes Meß, von ieglichen Messen VIII c. und 20. Tag. von ieder Predigt XV. c. und 80. Tag, von dem Aue Maria VIII. c. und 20. Tag. Im Aduent alle Tag VII. c. und 20. Tag. Alle Sonntag über im Iahr XVI. c. Tag. &c. &c. und sonst viel mehr Gnad und Ablaß, der hernach gegeben, und hier nicht bestimbt ist, darüber man Bullen und Brieff hat, solcher Genad mag sich ein ieglicher Mensch wohl theilhafftig machen.

Zu dem ersten Vmbgang.

Der Priester list mit lauter Stimm also: In der Ordnung alß man euch das Heyligthume list, und nennt, und in derselben Ordnung wird man euch das zeigen, also im Nahmen des Allmächtigen Gottes wird man anheben das euch zu weisen, das erste die Stück, die Kindheit unsers Herrn Iesu Christi und seiner angebohrnen Freundtlicher, der Menschheit nach, und etlicher seiner Zwölff Botten antreffen. Litt. D.

Zum ersten, ein Stück von der Krippen, darein die Iungfräulich Kind-betterin Maria den neugebohrnen Christum eingelegt, mütterlichen Trost gethan, und mit Lob, Ehrn und andächtigem Anblick, den Sie gebohren hat, würdiglich empfangen hat, daselbst Ihn auch die Könige in Betrübniß unser und der gantzen Heydenschafft mit ihrem Opffer begrüßet und empfangen haben. Darnach den Arm der H. Frauen Sanct Annen, der Mutter der vorgenandten Iungfrauen und Kindtbetterin Maria, damit sie sich leiblich getragen und gehandelt hat.

Darnach ein Zahn des Heiligen Sanct Iohanßen des Vorlauffers und Tauffers unsers Herrn Iesu Christi, der in seinem mütterlichen Leib Christum erkandt, und also seinen GOtt begrüßet und gebetet, und also groß gewesen ist, daß kein grösser Mensch vor Ihme auffgestanden was.

Darnach ein Stuck von dem Kleyde St. Iohanßen des Euangelisten, des Iungern den Christus lieb hatte, den Er auch seiner Mutter der Iungfrauen Maria zu einem Sohn an seiner statt am Creuz beschied.

Darnach etliche Glieder von dreyerley Ketten, damit die Heiligen Zwölff Botten St. Petrus und St. Paulus und der iezt genannt S. Iohannes Euangelist in ihren Gefängniß gekettent seyn gewesen, die Stücke wollet mit solcher Andacht sehen, daß euch Gnad und Seligkeit davon bekomme. Das ist die Form und Gestalt dieser ieztgenandten heiligen Stück und mit samt dem Heylthumb-Stuel, wie ihr ihn da sehet.

Hie werden alle Stuck in ihren Güldenen und Silbernen Monstrantzen im gedruckten Büchlein und in Holz geschnittenen Figuren beygesetzt.

Zu dem andern Vmgang.

Da wird man euch zeigen solche Stück, die Kayserl. Tugend und Würdigkeit antreffen, und nemlich den heiligen Kayser Karl, der von grosser Tugend Königlicher Werck wegen der grosse Car genannt ist, den Christlichen Glauben und die Römische Kirche mächtig beschirmet, und erhalten hat, und das Römisch Kayserthum, das vor in Griechenland zu Constantinopel gewest ist, in seiner Person an die Teutsche gebracht hat, und das Königreich zu Lompardey dem Königreich der Teutscheu, das nun das Römisch Reich ist, zu ewigen Dingen zugeeignet hat. Darnach diß Heyligthum und viel andere grosse Ding dem Reich zugebracht und erobert hat. Vnd nemlich sein Kayserliche Kleider und Kleynot, der ein Theil Geweycht ist, biß als ferr es ein Euangelier zugehört. Ein Theil, die sonst Kayserlicher Maiestät zu gehören, damit Er besondern Ehr Lob und Danck von allen denen, die dem Reich zugehören, wol beschuld hat, und etliche andere Stück die darzu treffen. Des ersten sein Kayserl. Kron,

Monument. *Kron, die viel Heyligthums und Zierden in ihr beschlossen ist, und darunter viel Tugend gewircket hat. Item ein braune, ein schwartze und weiße geweychte Kleydung, genannt* Dalmatica, *Chormäntel,* stola, *Gürtel, Zepter, Maiestät Aepffel und viel andere eim Kayser zugehörende Ding, bey 20. Stück oder mehr.*

Vnd darnach weist man auch desselben S. Kayser Caroli *Schwerd, das Ihm der Engel brachte, damit Er in Göttlicher Krafft gar viel Streit zu Trost der Christenheit und mächtiglichen Sieg erhalten hat.*

Da zeigt man auch des heiligen S. Mauritzen Schwerdt, der auch ein grosser ritterlicher Verfechter und Hauptmann der grossen Gesellschafft der Thebeorum gewest, und ein besonderer Freund GOttes ist, der mit seiner Christlichen Ritterschafft wol beschuld hat, daß man dieß sein Schwerd unter die Kayserlichen Kleynodien nehmen und halten soll. Wiederumb alle Figuren der Monstrantzen in Holtzgeschnitten.

Der dritte Vmbgang.

Nun wird man euch zeigen die Stück, die das Leyden unsers HErren antreffen.

Des ersten ein Stück des Tischtuchs, darauff unser HErr IEsus Christus sein würdiges des Alten Osterlambs Abendessen vor, und darnach das newere Abendessen seines heiligen Leichnambs sacramentlich in Bedeutnüß seiner Marter und seines Todts mit seinen Iüngern begangen hat. Darnach ein Stück von dem Schürtz-Tuch, das unser HErr Iesus Christus zu waschen die Füß seiner Iünger für sich gehabt hat.

Darnach von der Dornen Cron, fünff Dörner in dreyen Monstrantzen, die das Würdig Haupt Vnsers HErrn IEsu Christi verwundt und Blut-flüßig gemacht haben.

Darnach ein mercklich Stück des heiligen Creutzes unsers HErrn IEsu Christi, daran die ein sein Hand genagelt ist, also das Loch des Nagels, das darinn ist, eygentlich ausweist.

Darnach das heilige Eysen des Speers, das geöffnet hat das süsse Hertz unsers HErrn IEsu Christi, und so tieff verwundet hat, als ihr sehet von dem Spitz an den güldnen Reiff, der dann zu einem Zeichen darum gelegt ist. Aus denselben heiligen Wunden das heilig Bad, Bluts und Wassers uns miltiglich vergossen ist, daraus die Tauff in Vergebung der Sünden, und alle Christliche Sacramenta *ihre Tugend und Krafft empfangen haben. Auch auff und in demselbigen heiligen Speers Eysen ist angehefft der Nagel einer, damit unser HErr IEsus Christus an das Creutz genagelt worden ist. Da gedenck ein ieglicher Mensch, mit welcher Andacht diese heilige Stück zu sehen seynd, damit Er beschuldet, daß ihm in solcher Heiligkeit abgewaschen werden die Sünd, darum Christus sein Blut vergos-*

A *sen hat und verdient, daß die des ewigen Lebens und des grossen Ablaß theilhafftig werden, der dazu geben ist. Auff das letzte zeiget man euch ein groß H. Creutz, darinnen seynd die vorgenannten Stück ihr Herberg und Behältnüß haben, und die Bäpstlichen Brieff und Bullen die über das hochwürdig Heiligthumb geben seyn. Abermahl werden alle Stuck mit in Holtzgeschnittenen Figuren beygezeichnet.* Litt. D.

B *Darnach list Vns der Priester das Gebeth: Als wir in dem Nahmen des Allmächtigen GOttes gesammlet seyn, so bitten Wir für unsern allerheiligsten in GOtt Vatern und Herrn, Herrn Alexandern den sechsten Bapst und um all sein Krafft und lang leben, zu Mehrung der Heil. Christlichen Kirchen, und sonderlich auch für den Durchlauchtigsten Fürsten Vnsern Gnädigsten Herrn, Herrn Sigmund, etwan Römi-*
C *schen Käysern, der mit diesem Hochwürdigen Heiligthum aus Kayserlicher Mültigkeit diese Stadt und alle umbgelegene Land erleucht und erfreuet hat, deme GOtt der Herr darum ewigen Lohn und Ruhe geben wolle. Darnach für den Allerdurchleuchtigsten und Großmächtigsten Fürsten und Herrn, Herrn Friedrichen Römischen Kaysern, &c. und Herrn Maximilian Ræmischen Kænig, daß Er ihnen mehre ihr*
D *glückseliges Wesen und lang Leben, zu Auffgang, Schutz, Schirm und Trost allem Christlichen Volck und dem H. Ræmischen Reich. Darnach für den Ehrwürdigsten in GOtt Vatern und Herrn Herrn Heinrichen Bischoffen und sein Fürstenthum und Stifft zu Bamberg und gemeiniglich für alle Christliche Fürsten und Herren, und besonder für das Regiment læblichs Wesen dieser Stadt* &c. &c.

E *Darnach list der Priester und rufft: Bleibet stehn, man wird euch den Seegen andächtiglich mit dem heiligen Creutz geben, darum so harret biß Ihr den auch empfahet: darnach folget der Seegen, und singen aufm Stuel.* O Crux: *das ist auff teutsch: O du Gebenedeytes Creutz, welches du allein Würdig bist gewesen, zu tragen den Kænig der Himmeln und Menschen, Wir aber seynd nicht zu erfreuen nur*
F *allein in dem Creutz unsers Herrn Iesu Christi.*

Darnach hebt der Priester an: Christ ist erstanden &c. *Alsdann kommen die vor und in der Stadt von der Hut, das ist, an der Wacht gewesen seynd, ziehen für dem Heylthumstuel hinweg, zuletzt wird das würdig Heylthum in die vorbenannten* Kir*chen in ein silbern vergulten Sarck beschlossen und gefangen: darumb welcher Mensch*
G *Gnad begehrt, der mag solches Hochwürdig Heyligthumb suchen, und sich der grossen Ræmischen Gnad theilhafftig machen. In der læblichen Stadt Nürnberg gedruckt* M. CCCC. *und* LXXXXIII. *Iahr von Hans Mayr.*

LITT. E.

LITT. E.

Bulla MARTINI V. *an. 1425. qua* IVS TVTELARE *Noribergensibus* AETERNVM *confertur, eaque a* DVOBVS *aliis Pontificibus post denuo* CONFIRMATVR.

Plus episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Sempiterno Regi, qui gregem suum nobis licet immeritis pro sua clementia et pietate commisit, redditurі eiusdem crediti gregis in extremo iudicio rationem, summis ut tenemur studiis, quos ab aequitatis et iustitiae limitibus tortuosus ille serpens humani generis aemulus suis suggestionibus saepe diuertit Saluatori nostro, qui non mortem sed poenitentiam desiderat peccatorum, acceptabiles reddere, et bonorum operum sectatorem toto nisu exquirimus, ut in illa ipsa ratione diuinae iustitiae possimus euadere ultionem et qui ab iisdem limitibus deuii facti fuerint, suosque uoluerint detestari excessus, pergrata et accepta Deo opera illius, qui misericordiarum pater est, gratiam ualeant inuenire, dudum siquidem a felicis recordationis Nicolao Papa V. praedecessore nostro emanarunt litterae, in quibus tenor quarundam aliarum litterarum, piae memoriae Martini Papae V. etiam praedecessoris nostri, insertus extitit, tenoris subsequentis:

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Romani pontificis prouidentia circumspecta nonnunquam ea, quae per praedecessores suos prouide facta fuere, approbat et confirmat, nec non ea praesertim, quae augmentationem diuini cultus, et Christi fidelium salutem animarum respicere dignoscuntur, concedit, prout id conspicit in Domino salubriter expedire. Sane siquidem exhibita est nobis nuper pro parte dilectorum fidelium, Burgimagistrorum, proconsulum, consulum, oppidi Nürnbergensis, Bambergensis dioecesis petitio continebat, quod olim felicis recordationis Martinus Papa V. praedecessor, instante diuae memoriae Sigismundo tunc Romanorum et Hungariae rege, postea uero Romanorum imperatore semper Augusto litteras concessit, tenoris subsequentis:

Martinus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Quemadmodum magnis merentur efferri laudibus magnisque commendari praeconiis, ac magnorum principum uota, quae in diuini nominis amorem feruntur, et opere postmodum prosequentes certum deducunt in actum, ita quoque operae pretium est, praeclaris atque salubribus illorum deuotionis et fidei gratulari operibus, quibus praesertim Dei laetificare student ecclesiam, et saluti tranquillitatique subditorum sibi laudabiliter prospicere populorum. Ex deuota siquidem charissimi in Christo filii nostri Sigismundi, Romanorum, Hungariae ac Bohemiae Regis illustris, insinuatione nobis nuper innotuit, quod cum magna pars uiuificae crucis, in qua saluator noster Iesus Christus pro generis humani salute pendere uoluit, lanceae quoque, qua latus eius miles aperuit, pars non exigua, clauus unus, quo manus ipsius eidem cruci affixa extitit, particula praesepis, in quo Saluator ipse positus fuerat, brachium S. Annae, et particulae quaedam catenarum sanctorum Petri et Pauli atque Iohannis Apostolorum, tunicae S. Iohannis Euangelistae, dens unus B. Iohannis Baptistae, gladius S. Mauritii, nec non gladius magnifici Caroli imperatoris, ei angelica, ut dicitur, manu porrectus, corona quoque nec non sceptrum et pomum et singula indumenta imperialia, eiusdem magnifici Caroli reliquiae seu insignia imperialia communiter appellata, intra regnum Bohemiae consisterent, rex ipse considerans efferatam nimium plurimorum etiam potentum dicti regni, nunc a ueritate fidei catholicae proh dolor! deuiantium uesaniam in sancta plerumque ibidem debacchari solitam, censensque attentius, quod cum nonnunquam ante actis temporibus reliquias et insignia ipsa per nonnullos contra imperiale beneplacitum detineri contigisset, magnae pro illorum recuperatione miserabilesque strages et sanguinis effusiones secutae fuerunt, uolensque, tanquam Princeps prudentissimus quaeuis imposterum pericula cauere, ac de idoneo ad perpetuam reliquiarum et insignium praedictorum custodiam habendo loco sollicitus, lustratis in eius animo cunctis imperialibus ciuitatibus, et locis Alemanniae peruestigatis, multoque ad illas directo reflexu tandem considerans, quod imperialis, ut eius uerbis utamur, ciuitas Nurnbergensis, Bambergensis dioecesis prae ceteris illarum partium imperialibus ciuitatibus, oppidis atque locis potens, insignis et famosa, ecclesiastico decore conspicua, christianae fidei, deuotissimis etiam utriusque sexus zelatoribus praepollens, in regenda reipublicae politia singularis prudentiae uiris ornata, ac demum ipsi Regi ex omni parte accomodatior existeret, reliquias et insignia ipsa ad ciuitatem eandem cum debita ueneratione transferens, ea ibi ad laudem et Dei et sacri decorem Im-

Monument. Imperii reponenda prouidit atque decreuit perpetuo conseruanda. Quare pro parte dicti regis nobis humiliter fuit supplicatum, ut translationem et repositionem huiusmodi gratas habere, nec non super eo, quod de caetero reliquiae et insignia ipsa a dicta ciuitate exportari non ualeant, prouidere, de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos itaque tam pium tamque laudabile dicti regis opus in hac parte plurimum B commendantes, huiusmodi supplicationibus inclinati, translationem et repositionem huiusmodi praemissas ratas et gratas habentes eas auctoritate apostolica confirmamus et etiam approbamus, statuentes nihilominus, irrefragabiliter, et etiam ordinantes quodammodo, ut reliquiae et insignia ipsa in eadem ciuitate perpetuo uenerabiliter conseruentur, ita quod omnino cuicunque personae seu C communitati uel congregationi aut potestati cuilibet reliquias et insignia ipsa extra dictam ciuitatem (nisi forsan, quod Deus auertat, contingeret, populum illius a fide deuiare catholica) nequaquam liceat exportare, uel extrahere, aut alias alienare quoquomodo: quod si forte, quod absit, a quoquam quauis occasione praesumtum uel quomodolibet attentatum exstiterit, praesumtores et attentatores e- D iusmodi, cuiuscunque dignitatis, status uel conditionis existant, etiamsi patriarchali, regali, uel alia quauis ecclesiastica uel mundana praefulgeant dignitate, excommunicationis sententiam incurrant ipso facto, a quo non possint nisi prius reliquiis et insigniis ipsis eidemque ciuitati restitutis, praeterquam in mortis articulo constituti absolutionis beneficium obtinere. Sane ut tam pretiosa tamque ue- E neranda insignia ipsa pro suae exigentia dignitatis in loco ad haec congruo, debita cum ueneratione seruentur, et seruata laetificent ad illorum specimen confluentes, uolumus ac etiam ordinamus, quod reliquiae et insignia ipsa in ecclesia S. Spiritus noui hospitalis dictae ciuitatis uenerabiliter collocentur ac etiam conseruentur, quodque nihilominus liceat dilectis filiis, magistro ciuium et consulibus di- F ctae ciuitatis praesentibus et futuris unum singulis annis in medio circuli eiusdem ciuitatis, uel alio ad hoc conuenientiori loco tabernaculum erigere, in quo reliquiae et insignia ipsa populo ostendantur, et in eo etiam, si tunc ille generali esset forsan interdicto, etiam apostolica auctoritate promulgato suppositus, horas canonicas a primis uesperis usque ad secundas uesperas diei dictae ostensionis in- G clusiue, nec non missam etiam alta uoce facere, decantari liceat. Statuendo praeterea, ut ostensio ipsa feria sexta post octauas festiuitatis dominicae resurrectionis annis singulis fiat, quemadmodum et ha-

A ctenus fieri consuetum, ita tamen, quod si forsan alio die reliquiae ipsae quauis de causa fuerint ostendendae, hoc non in tabernaculo, sed in ecclesia, in qua fuerint repositae, fieri liceat et in extraordinariis ostensionibus huiusmodi debita exhibeatur ueneratio, et condigna reuerentia obseruetur. *Litt. E.*

Porro, ut ad reliquiarum praedictarum uenerationem confluentibus spiritualia non desint munera gratiarum, Nos cupientes omnes illos, qui ad hoc deuote confluxerint, spiritualium refouere munere gratiarum, omnes indulgentias et peccatorum remissiones per Romanos pontifices praedecessores interessentibus ostensioni reliquiarum huiusmodi aut in missa et singulis horis canonicis, solennitatis de armis Christi in illis partibus institutae, in praesentia Romani regis pro tempore existentis seu alias quomodolibet, hactenus concessas auctoritate praedicta ex certa scientia innouamus et etiam confirmamus, atque illos, qui annuae ostensioni et horis canonicis in dicta ciuitate, etiam absente dicto Rege interfuerint, uere poenitentes et confessi extendimus, ac eis prorsus extensas ac concessas uolumus, per praesentes, et insuper de Dei omnipotentis misericordia, et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius praedictorum auctoritate confisi omnibus uere poenitentibus et confessis, qui annuae ostensioni huiusmodi deuote interfuerint, septem annos et totidem quadragenas, illis uero, qui in Natiuitatis Domini nostri IEsu Christi et Parasceues ac exaltationis S. Crucis et Natiuitatis B. Iohannis Baptistae, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum, et S. Ioannis Euangelistae ac sanctorum Annae et Mauritii praedictorum, nec non ostensionis reliquiarum huiusmodi deuote interfuerint, ac ecclesiam, seu capellam in qua reliquias ipsas conseruari contigit, deuote uisitauerit, singulis uidelicet diebus festiuitatum harum praedictarum tres annos et totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentiis misericorditer relaxamus. Caeterum ut Christi fidelium ad praemissa confluentium facilius ualeat animarum prouidere saluti, dilectis filiis, clero dictae ciuitatis presbyteros idoneos seculares siue religiosos ex seipsis uel aliis sub competenti numero, iuxta confluentium multitudinem moderando annis singulis eligendi atque deputandi, qui ab huiusmodi primis uesperis usque ad secundas uesperas diei, annuae ostensionis dictarum reliquiarum inclusiue, quorumuis etiam confiteri uolentium confessiones audire, et pro commissis, dummodo tamen talia non fuerint, propter quae sedes apostolica sit merito consulenda, salutares illis poenitentias iniungere, etiam apostolica auctoritate ualeant; plenam et liberam, tenore praesentium, con-

Monument.

concedimus poteſtatem, uolentes etiam, quod indulgentiae per nos, ut praefertur, tam confirmatae quam conceſſae tractu temporis non expirent: nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum confirmationis, approbationis, ſtatuti, ordinationis, innouationis, extenſionis, relaxationis, conceſſionis et uoluntatis infringere, uel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romae apud ſanctos Apoſtolos ſecundo Kal. Ianuar. anno octauo. etc.

Cum autem, ſicut eadem petitio ſubiungebat, Burgimagiſtri, proconſules, conſules dicti oppidi cupiant omnia et ſingula in dictis litteris per praefatum praedeceſſorem, ut praemittitur, conceſſa, per nos ratificari, confirmari et probari, ac etiam innouari, conceſſionesque per dictum praedeceſſorem de reſumendo diuina tempore interdicti obſeruari, mandari: Quare pro parte Burgimagiſtrorum, proconſulum et conſulum praedictorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus conceſſionibus praedictis nec non omnibus et ſingulis in praedicti praedeceſſoris litteris contentis, pro illorum ſubſiſtentia firmius robur apoſtolicae confirmationis adiicere, conceſſiones de reſumendo diuina, obſeruari, mandari, ac ipſis in praemiſſis prouidere, de benignitate apoſtolica dignaremur: Nos igitur huiusmodi ſupplicationibus inclinati litteras dicti praedeceſſoris ac omnia et ſingula in eis contenta nec non indulgentias per dictum praedeceſſorem Chriſti fidelibus oſtenſioni annuae reliquiarum intereſſentibus, et eccleſiam ſeu capellam, in qua reliquiae ipſae conſeruantur, in feſtiuitatibus praedictis, ut praemittitur, uiſitantibus conceſſas, ac quaecunque inde ſecuta rata habentes et grata illa omnia et ſingula authoritate apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, et praeſentis ſcripti patrocinio communimus, omnes quoque et ſingulos defectus, ſi qui interuenerint, in iisdem ex ſimili ſcientia ſupplentes illaque innouamus, nec non in litteris dicti praedeceſſoris, de reſumendo diuina, tempore interdicti, ut praefertur, contenta uolumus obſeruari: nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtrae confirmationis, communitionis, ſupplctionis, innouationis et uoluntatis infringere, uel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romae apud S. Petrum, anno incarnationis domini milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo, undecimo Calendas Iulii, pontificatus noſtri anno ſexto.

Litt. E.

Cum itaque poſtmodum ſicut exhibita nobis inſuper pro parte dilectorum filiorum, Burgimagiſtrorum, conſulatus et hominum dicti oppidi petitio continebat, pro eorundem fidelium deuotione augenda, et ut ad intereſſendum oſtenſioni reliquiarum huiusmodi Chriſti fideles eo magis ad animarum ſuarum ſalutem ac profectum inducantur et animentur, praemiſſa omnia et ſingula pro eorum ſubſiſtentia firmiori noſtro etiam cupiunt munimine roborari, pro parte Burgimagiſtrorum, conſulatus et hominum praedictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eorum piis ſupplicationibus huiusmodi benigne annuere, et ſuper his opportune prouidere, de benignitate apoſtolica dignaremur.

Nos igitur, qui ſalutem fidelium appetimus, Redemptoris noſtri, qui pro cunctorum ſalute fidelium carnem ſumere, et crucem ſubire non abnuit, nec non eorundem praedeceſſorum ueſtigiis inhaerentes, huiusmodi ſupplicationibus inclinati litteras praeinſertas, ac omnia et ſingula in eis contenta auctoritate apoſtolica, tenore praeſentium ex certa ſcientia ratificamus, approbamus et confirmamus, ac praeſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes defectus, ſi qui forſan interuenerint in eisdem, nec non Chriſti fideles praedicti ad oſtenſionem reliquiarum praedictarum confluentes conſcientiae pacem et animarum ſalutem Deo propitio conſequantur, et indulgentiarum huiusmodi mereantur eſſe participes, clero dicti oppidi audiendi eorum confeſſiones etiam per quinque dies continuos, oſtenſionem reliquiarum earundem praecedentes, ac ipſo die oſtenſionis, alias iuxta litterarum praedictarum continentiam et tenorem, quodque tempore interdicti generalis etiam auctoritate apoſtolica promulgari non ſolum in tabernaculo praedicto, ſed una in S. Sebaldi eccleſia parochiali, atque in capella S. Spiritus dicti oppidi, ac tertia in praefato tabernaculo Miſſae, nec non alia diuina officia una die publice celebrari et decantari facere ualeant, eadem authoritate concedimus, ac litteras et conceſſiones praedictas ad haec extendimus per praeſentes. Et nihilominus ut Chriſti fideles praedicti eo magis Domino acceptabiles et bonorum operum ſectatores de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri et Pauli praedictorum authoritate confiſi, omnibus uere poenitentibus et confeſſis, qui oſtenſioni reliquiarum praedictarum, et, dum miſſarum ſolemnia in dictis tabernaculo et capella, ubi reliquiae praedictae conditae ſunt, celebrabuntur, interfuerint, nec non capellam ipſam in eiusdem Domini noſtri Ieſu Chriſti Natiuitatis, pa-

Monument. parasceues, paschae, ascensionis Domini, pentecostes, ac dominica infra octauam corporis Christi, exaltationis S. Crucis, natiuitatis S. Ioh. Baptistae, et eorundem Petri et Pauli Apostolorum, S. Ioannis Euangelistae, et SS. Annae et Mauritii, et dedicationis capellae praefatae festiuitatibus deuote uisitantibus annuatim, et pro ipsius capellae conseruatione, et reliquiarum praedictarum exornatione manus porrexerint adiutrices, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis poenitentiis misericorditer relaxamus praesentibus, perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem, quod si alias interessentibus ostensioni reliquiarum earundem siue dictam capellam uisitantibus, aut ad illius conseruationem uel exornationem reliquiarum manus porrigentibus adiutrices, siue alias inibi pias Eleemosynas erogantibus aliqua alia indulgentia impertiri, uel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, praesentes litterae nullius roboris existant uel momenti. Datum Mantuae, anno incarnationis domin. 1460. prid. Non. Octobr. pontificatus nostri anno secundo. *Litt. E. F.*

LITT. F.

Enarratio insignium imperialium interprete Wagenseilio.

PRius enim hoc quoque uelut in transcursu monendum, haud uerisimile mihi uideri, coronam Romanam secundum omnem suam speciem a quoquam adumbri posse, eo quod nulla uera et antiqua archetypum praestans, Romae extat. Proinde cum ad quemque inaugurationis actum noua pararetur, necesse est uarias, ceu in rebus eiusmodi fieri solet, circa accessoria ornamenta prodire figuras, nisi quod illud essentiale procul dubio omnes seruant, ut ex corona et tiara fiat apta condecentia et compositio. Sane si nummos, quos Octauius Strada in uitis Imperatorum nobis spectandos offert, respiciamus, magna deprehenditur coronarum, quibus Germanici Caesares usi fuere, dissimilitudo ac differentia, et quod iure quis miretur, ne semel quidem eiusque quae nunc Noribergae custoditur, genuina sit expressio. Multi coronas apertas gestant, aliqui ex tiara geminatam, ac ideo clausam, minime tamen uniformem. Caeterum non reperiri Romae unam perpetuam inaugurandis Caesaribus dicatam coronam, Aeneas Syluius Cardinalis in uita Friderici III. Imperatoris docet loco memorabili, e quo illud simul discimus, Fridericum hunc, etsi nouam coronam sibi parauerat, tamen Noribergensi, quam Aquisgrani iam admiserat, etiam Romae coronari uoluisse. Sic uero est apud Aeneam Syluium: Pontifex rem diuinam inchoauit, interque celebrandum diuersae solemnitates a priscis inuentae patribus seruatae sunt. Sceptrum, quo regia potestas indicatur, pomum, quod mundi dominium ostendit, ensis, qui belli iura demonstrat, per uices data, postremo corona aurea infulata pretiosisque cooperta gemmis caesareo capiti imposita. Imperatrix quoque post Caesarem coronam ex manibus Pontificis accepit, quam coniugis Sigismundi fuisse constabat. Caesar autem, quamuis ornamenta sibi pretio incredibili comparasset, in hanc tamen solemnitatem, pallium, ensem, sceptrum, pomum coronamque Caroli M. ut fama fuit, ex archiuis Noribergensium ad se deferri curauerat, bisque usus est. Datur enim hoc uetustati, ut plus maiestatis habere uideantur [fortasse inserendum antiqua] pondere noua careant. In his uero difficultatem haud paruam habet, quomodo si corona Noribergensis Romae adhibita fuit, hanc infulatam uocare potuerit cardinalis, quae infula prorsus destituitur. Quapropter dicendum, ut ex Germanica corona Romana imperatoria fieret, tum quidem infulam aliquam sericeam forsitan, quales gestare Pontifex et Cardinales solent, pro tempore ei fuisse insertam. quod efficere pronum erat, cum Germanica uno tantum circulo et eo quidem ita comparato, ut e suo loco moueri possit, superne claudatur.

Iam nunc publice gratiam initurus coronam Germanicam, qua nullum ornamentum ullius unquam regis fastigio dignius esse poterat, nulla corona pulchrior magisque foeta mysteriorum, usquiam gentium reperta fuit, uiuis coloribus delineatam oculis contemplandam subiiciam. Est uero ea confecta ex puro puto auro XIV. librarum graui pondere, ut merito Aen. Syluius in uita Friderici III. hoc tanquam memoria dignum annotauit, illum Imperatorem ieiunum tota die gestasse Noribergensem coronam. Ambitus coronae distinguitur in areolas, ut ita loquar, quas et Germani *Felder* uocamus, octo, desinentes superne in dimidiatam rotunditatem. Harum quaeque separatim efficta fuit eapropter, praeter ferruminationem etiam intus simplici ferreo ligamento digitum minutum uirginalem lato, quod in orbem circumductum est, inuicem constringuntur, qualis secundum Aen. Syluium in uita Friderici III. etiam coronae Mediolanensis est colligatio, ut nimirum per medium circulum coronae lamina quaedam parua ex ferro ducatur. Ex octo illis areolis coronae Noribergensis quatuor numero gemmis et unionibus onerantur, quatuor emblemata siue figuras aliquas pictas referunt, quibus explicandis uerba uel sententiae quaedam adiiciuntur. Prima areola, quae frontem Caesarum ornare debet ac cuius rei crux illi infixa, indicium facit, coeteris, sola; quae ei ex aduerso opponitur, excepta, paulo maior XII. gemmas magnitudinis insignis habet insertas quaterna serie, ita ut in quaque gemmae tres et quidem diuersi generis locatae sint, dispositas nimirum forma huius areolae prorsus talis est, qualis pectorale summi Hebraeorum pontificis, cui Vrim et Tummim inerant, in scripturis et ex illa a glyptis et pictoribus nobis figuratur, ut plusquam suspicio est, uoluisse Carolum M. ex religione quadam Hebraeorum pontificis sacerrimum monile, cuius ipse Deus autor fuerat, aemulari, eiusque speciem quandam in diadema suum transferre, in fronte. ut ab omnibus conspici queat, gestandam. Nempe si ex antiquo habetur eius pectoralis quoque ratio, in formula benedictionum, qua gemmae in ecclesia romana sacrantur, ad quam attinens adscribo fragmentum ex, benedictiones continente, eodem Mscto libro Bibliothecae Noribergensis, quo paulo ante sum usus: Sicut, dicit liber, qui continet ueterum narrationes, omnis creatura in peccato primi hominis corrupta est, maxime autem lapides pretiosi, qui ad curam humani generis sicut herbae et multa alia creati sunt; sed etiam in ipsis uirtutibus, quae in eis post peccatum primi hominis remanserunt, per attactum et usum immundorum hominum, per peccata saepius lapides corrumpuntur. Tamen sicut homo baptismate et poenitentia reparatur, ut ad statum primae creationis redire possit, sic lapides pretiosi consecrationis satisfactione ad uirtutem efficacius reparantur. *Est uero hic modus satisfactionis et consecrationis, ut in eodem libro scriptum inuenimus:* Primo mittendi sunt lapides in panno lineo, et ponendi super altare, usque post missas sacras, sicque sacerdos nondum exutus uestibus sacris

Monument. *Litt. F.*

eris dicat benedictionem, praemisso, dominus uobiscum, oremus: Deus, omnipotens pater, qui per quascunque insensibiles creaturas uirtutem tuam hominibus ostendisti, qui Mosi famulo tuo inter coetera uestimenta sacerdotalia, rationale iudicii XII. lapidibus pretiosis adornare praecepisti, nec non et Iohanni Euangelistae coelestem ciuitatem uirtutibus eosdem lapides significantibus construendam aeternaliter ostendisti: maiestatem tuam humiliter deprecamur, ut hos lapides consecrare et sanctificare digneris per sanctificationem et inuocationem nominis tui, ut sint sanctificati et consecrati, et recipiant effectum uirtutum, quas te dedisse sapientum experientia comprobauit, ut quicunque illos super se portauerit, uirtutem sibi per illus adesse sentiat, donaque gratiae tuae et tutelam accipere uirtutum mereatur, per IEsum Christum filium tuum, in quo omnis sanctificatio consistit, qui tecum uiuit et regnat Deus per omnia secula seculorum, Amen.

Caeterum coronae Noribergensis gemmae illae XII. palmariae sicut et reliquae omnes rudes sunt, prout natura eas efformauerat, minime uero in angulos aut acumina, antiquissimis quin et nuperis seculis recepto more, exsculptae. Vacua inter gemmas spatia ingentes pulcherrimique uniones adimplent. Principi areolae quantitate sua, prout iam modo innuimus, respondet ea, quae e regione illam respiciens occipiti conuenit: ceterae uero inter has duas interiectae non nihil humiliores deprehenduntur. Porro ea, quae prae cunctis notabilem frontispicii areolam a dextra excipit, aurea lamina nobis Christum seruatorem sedentem commonstrat, ex opere colliquato et ustili (*non geschmeltzter Arbeit*) coloribus uariegato, ad quem modum etiam figurae reliquae cum suis inscriptionibus exprimuntur. Vtrique seruatoris lateri adstat Cherubinus, quatuor alis praeditus, quarum duae in altum uergunt, e quibus caput prospectat, duae in ima protenduntur. Superne adscriptum

PER ME REGES
REGNANT.

Sequitur proxime areola gemmis ac unionibus minoribus tamen longe, quam quibus duae praecipuae sese efferunt, nec tanta concinnitate distincta, quod idem de coeteris quoque gemmatis sic tenendum. Succedit rursus areola picta, exhibens Ezechiam siue Hiskiam regem sedentem, aegrumque caput dextra manu sustentantem: huius dextro lateri se applicuit Esaias propheta, schedam oblongam manu tenens, in qua legitur:

ECCE ADIICIAM SVPER DIES TVOS XV.
ANNOS

Amborum capitibus imminent uerba:

ISAIAS EZE
PROPHETA CHIAS
REX.

Huic contigua est areola occipitii maiuscula, XII. insignibus gemmis cum intermediis unionibus, quamuis fere inordinarim positis decorata. Quae illam excipit Regis corona clausa coronati effigie, noratur, cui scheda in manibus est, quae inscriptum habet:

HONOR REGIS IVDICIVM DILIGIT.

Super capite regis legas:

REX DAVID.

Isti areolae rursus iuncta est gemmata, et huic emblematica, in qua considet rex coronatus, in scheda, quam utraque manu tenet, legenda exhibens uerba:

TIME DOMINVM ET REGEM
AMATO.

Capiti illius superne additur:

REX SALOMON.

Atque dehinc iam se offert rursus areola frontispicii primaria, cui insuper ex cruce haud modica, quae superne insignitur demi iterum potest, dignitas et decus accedunt. Crucis pars anterior, at ipsa XVII. gemmis lucentibus radiat: postica lacuis est, seruatoris quasi in cruce patientis figuram incisam habens, citra colorum incrustationem manus sanguinem exstillant. Crux nulla sculpta adiicitur, cum ipsa illa, quae imaginem Christi sustinet, sufficiat tanquam basis. In apice est epigraphe:

I H C
NAZAR
ENVS R
EX IVDE
O R V M

Praeter crucem insignitur amplius hoic areolae Arcus siue semicirculus sinuosus, mobilis is, cuius altera extremitas oppositae areolae occipitii inserenda. Hic margaritis ornatus est, quibus phrygiano opere expressa cernuntur uerba:

CH VON RADVS DEI GRATIA ROMANORVM IMPERATOR AVG.

Talis forma et species est coronae, quae Noribergae custoditur, eadem insuper intus mitram ex holoserico rubro inditam habet, ut commode et citra offensionem sustineri queat.

Nunc porro reliqua quoque imperii clinodia sermone persequamor. In pomo imperiali nihil praecipue mihi notaui: modicum est, et quod uirilis manus facile complectatur. Intus illud terra repletum esse Gothofredus Viterbiensis scripsit in Chronico; hanc autem siue materiem aliam bractea aurea circumuestit: ambit illud medium circulus gemmis refertus, et talis quoque est crux desuper infixa immobilis. Quia singulare et memorabile id mihi uidetur, eaptopter non possum, quin indicium faciam, in pridem laudato nobis aureae Bullae MS. codice imperatorio, quem Wenceslaus Caesar picturis adornari iussit, Imperatoris Regisque Bohemiae imagines ita exprimi, ut globum aureum cruce penitus destitutum sinistra illi teneant, tum uero Bohemiae Regis pes dexter uiridi, laeuis rubro tibiali induitur.

Sceptrum imperiale ingens quidem est sed argenteum tantum et leuiter inauratum: more uulgatorum sceptrorum ornatu cetera destituitur, nisi quod in summitate folia querna sex habet, quorum tria per alternationem rursum, totidem deorsum uergunt, desinitque in querneam glandem.

In Gladio, qui Caroli M. esse dicitur, pomum manubrii rotundum ex ono latere aquilam simplicem, ex altero leonem ostentat cum cauda bifurcata in altum protensa. Laminae, ubi latissima est, secundum longitudinem hinc incisum.

CHRISTVS VINCIT. CHRISTVS REGNAT.
CHRISTVS INPERAT.

Inde:

CHRISTVS VINCIT. CHRISTVS REGNAT.

In altero gladio, quo Mauritium non quidem Imperatorem, ut aliqui ineptissime scripserunt, sed martyrem et Thebeae legionis Ducem usum fuisse fama fert, pomum in capulo cordis alicuius figuram imitatur, superne enim latum sit deinde angustius. Huius pomi unum latus nota caret, in altero aquilae dimidia additos habet leones ambulantes, siue ut heraldicae artis scitis conuenientius loquamur, leopardos tres, sibi inuicem impositos. In laminae una parte se offerunt uerba:

BENEDICTVS DOS DES

In altera ista:

DEVS QVI DOCET MANVS.

Quod ad uestimenta imperatoria attinet, equidem fateor, non fuisse me in iis contemplandis admodum curiosum, quando nec, ob causam quam praediximus, illorum tractandorum et plene planeque explicandorum potestas facile conceditur. Quantum tamen ex perfunctoria inspectione in memoriam redeunt, existimauerim recte se habere, quae de iis Hartmannus Maurus in descriptione coronationis Caroli V. annotauit, testatus se uidisse Dalmaticam albam holosericam, pretiosis margaritis gem-

 mis-

Monumenta. *Litt. F. G.*

misque distinctam, auream stolam, margaritis quoque adornatam; unam cappam holosericam uiolacei coloris, cui aurum in modum aquilae intextum: alterum amiculum rubei coloris, contextum pari modo magna aurea aquila. Praeter haec duas dalmaticas, unam uiolacei aliam uero nigri coloris: duas chirothecas, unionibus pretiosissimisque lapidibus adornatas: socculos duos aureos, stolam, zonam coriaceam, retinaculumque eius aureum. Quae omnia pretiosis lapidibus affabre picturata et redimita sont. At mirificissimae istarum uestium, quae apud Limnaeum legitur, descriptioni, nemo qui scit neruos et artus sapientiae esse, non temere credere, fidem adiungat, imprimis quando asseritur, in palodamento faciei Caroli M. incumbere coelestis patris imaginem: cerni deinde a latere utriusque imaginis geminas columnas Herculis in montibus Calpe et Abyla constitutas, intra quas se Oceanus Atlanticus in mare mediterraneum angusto freto ac faucibus contractis infundat, ubi balaenae affabre expressae, inter undosas tumultuosi maris procellas uniones eructent. Sed operae pretium est, ipsammet eius integram narrationem recitare. Postquam nimirum de corona caesarea ea scripsisset, quae pridem allegauimus, addit: Tenet Noriberga deinde Dalmaticam uestem S. Caroli M. pretiosis margaritis distinctam. Sunt autem ex auro tortili cum subtegmine flauo serico phrygiatae eius fimbriae, et manicarum limbi unionibus auroque bracteati, intus bysso carmesina suffulta. Tertium cappam choralem, mantum seu mantellum siue paludamentum caesareum, cui phrygio opere intextae sunt aquilae aureae: habet praeterea duas grandes aquilas intertextas ex nigro serico: oras illius ambit bene lata fimbria, gemmario opere texta superbissimo rutilante, ubi smaragdi, adamantes, sapphyri, chrysoliti &c. grandiores uidentur. In pluuialis illius seu palodamenti posteriore parte inter scapulas a ceruice adusque baltheum capucium seu ricinum est dependulum, in quo rutilantissimi lapides seriatim positi, et cum primis Caroli M. facies, cui coelestis Patris imago incumbit; a latere utriusque imaginis geminae columnae Herculis in montibus Calpe et Abyla consistunt, intra quas se oceanus Atlanticus in mare mediterraneum angusto freto ac faucibus contractis infundit, ubi balaenae affabre expressae smaragdos et uniones eructant inter undosas tumultuosi maris procellas. Pendet ex illo capitio nodus aureus, filamentis aureis sparsus, usquequaque fluidus, ac ingenti sapphyro coruscus. Quarto, stolam auream ex auro tortili ac flauo filo serico phrygiatam, in cuius extremitatibus cruces ex meris margaritis formatae spectantur. Quinto amiculum rubri coloris: Sexto chirothecas unionibus ornatas et puro bracteato auro textas: septimo sandalia, calceos seu socculos duos aureos, uillose cocco quoque rubricatos: octauo, tibialia seu ocreas eiusdem uere magni caesaris et sancti, quas brussechinas uocant, paululum supra genua adscendentes. Reliqua passim nota sunt, ut longiore descriptione non sit opus. Nono, zonam coriaceam cum retinaculo eiusdem aureo.

LITT. G.

Anonymi enumeratio imperialium reliquiarum.

DEr Speer, darmit des HErrn CHristi Seiten ist eröffnet worden.

Dieser Speer ist nach dem Tod Caroli Magni, welcher das Haupt-Reich auf die Teutsche Nation gebracht, bey dem Orientalischen Lands-Fürsten, und An. 919. bey Samsone, einem Iulianischen Grafen, nachgehends bey Rudolpho, damaligen Kœnig in Burgund, bestanden, und ist folgends im Iahr CHristi 920. oder 930. Henrico Aucupi, oder dem Kæyser Heinrich, beygenannt dem Vogler, als eine hochschætzbare Sache, geschencket worden. Es finden sich zwar dergleichen auch anderer Orten, als zu Rom, Paris, Saintage, und zu Selue, einem Kloster bey Bordeaux, mit Vorgeben, dass Sie das Original des Speers oder die Spitze dauon aufbehielten, solche alle aber sind diesem nach gemacht, wie in dergleichen Sachen, welche ein ieder zum Gedæchtnis haben wollen, uielmals beschehen. Es uermeinen auch etliche fælschlich, dass die Spitze des Speers dem HErrn CHristo in die Brust gestochen worden biss zu dem güldenen Blech, mit AAA bemercket, solches ist aber keines wegs uermuthlich, weil der Leib durch und durch gestochen worden wære: Andere uermeinen, die Rœmische Kæyser haben das güldene Blech ungefehr so weit anfügen lassen.

Ein Stück uon dem Creutz, an welchem der HErr Christus gelitten, in seiner Capsula.

Hier ist in der Mitten zu sehen das Loch, dardurch der Nagel geschlagen worden.

Dieses, wie auch uorgemeldter Speer ist uon etlichen Kæysern, als ein Heiligthum mit über Land, und gleich der Bunds-Laden in dem Alten Testament, auch in die Heerleger geführet worden, den Sieg wieder die Feinde zu erlangen. Es hat aber doch dem Kæyser Ottoni II. wieder seine Feinde nicht glücken wollen, welcher An. Christi 982. uon Bonauento oder Pisatello, in Italia uon den Griechen und Saracenen ist geschlagen, gefangen, und mit grosser Mühe wieder erlediget worden. Gleichfalls hat es bey sich gehabt Henricus IV. An. Christi 1056. und folgende Iahre, da Er meistentheils untergelegen, und endlich uon seinem Sohn Henrico V. gefangen, und das Kæyserthum abzutreten, genœthiget worden. Es ist auch nicht besser ergangen Friderico Barbarossæ An. 1175. Ottoni dem VI. An. C. 1214. Friderico II. An. C. 1247. Adolpho Nassouio 1298. Alberto 1298. welche alle diese Heiligthume und folgende Kleinodien bey sich gehabt, und uon ihren Feinden sind überwunden worden. Sonderlich aber hat diese mehrbesagte Heiligthume und Kleinodien hoch und werth gehalten der Kæyser Sigmund, und ist doch in derselben beyseyn An. 1393. für Nicopoli, in dem Kœnigreich Bulgaria, uon dem Türcken auf das Haupt geschlagen worden, und hat sein Leben mit einem geringen Rennschifflein elendiglich retten müssen.

Nach-

Monument.

Nachdem Er auch wieder ein Heer zusammen gebracht, ist er An. Christi 1419. von dem Türcken abermahls geschlagen, und in die Flucht veriaget worden. Demnach hat dieser Kæyser Sigismundus wider ein Heer von 60. in 70000. Mann zusammen gebracht, und wider die Hussiten und Bœhmische Stænde gezogen, aber zum fünfftenmal auch den Sieg verlohren, dass Er also besorgt, es mœchten diese schætzbare Sachen den Hussiten in die B Hænde kommen und verunehret werden, derowegen hat Er Sie allesampt An. Christi 1424. nach Nürnberg geschicket, und darbey die gnædige Verordnung gethan, dass Sie zu ewigen Zeiten bey derselbigen Stadt verwahrlich bleiben, und aufbehalten werden solten, so auch bisshero beschehen.

Erstbeschriebenes Kæyserl. Heiligthum, oder Heilthum, ist iæhrlich zu Nürnberg C den Freytag nach Ostern auf dem Marckt, eine Stunde nach aufgehender Sonne gewiesen worden, nach gehaltener Messe und etlichen Gesængen, von dem Leyden Christi: In beyseyn der æltern und iüngern Herren des Raths, deren ein ieder eine vergülte Kertzen getragen; Nachdem die Messe geendiget, wurde von einem Priester die Gnade und Indulgentz, welche der Pabst zu Rom darzu gegeben, D abgelesen, und alsdann ward ein Stück nach dem andern vorgetragen, benennet und vorgezeigt, welche auch von dem Volck andæchtiglich betrachtet, und als eine heilige Sache geehret wurde.

Ein Zahn S. Iohannis in einem Kæstlein, an einer Ketten hangend.

Das Schwerdt, welches Carolus Magnus geführet, und ihm von einen Engel soll gegeben worden seyn. E

Es ist auch noch ein anders Schwerdt, mit dem Wappen des Hertzogthums Schwaben, bestehend in dreyen schwarzen Lœwen, in Goldgelben Felde. Auf einem Kæys. Schwerdt ist der Bœhmische Lœw, mit den doppelten Schweiffe, und diese Schwerdter sind nicht so alt, als das, so hier gebildet ist, und soll eines davon A der Christliche Ritter Mauritius geführet haben. Litt. G. H.

Die Kæyserliche Kron.

Diese Kron ist sehr alt, wie der Augenschein weiset, und ist in dem Bogen der Nahm CVNRADVS zu lesen, welcher vermuthlich der Erste dieses Namens gewesen, weil darbey keine Zahl zu sehen. Vud haben dieses Namens vier Rœmische Kæyser regieret, als Cunradus I. A. B C. 1025. bis 1039. Cunradus II. Salicus von 1137. bis 1152. Cunradus Sueuus III. 1250. bis 1254. dann Cunradus IV. von 1254. bis 1258.

Der Kæyserliche Reichs- oder Maiestæt-Apffel.

Der Reichs-Scepter.

Welcher Kæyser dieses verschafft, ist ungewiss, vermuthlich aber ist beedes mit der erstgemeldten Krone gemachet C worden.

Der Kæyserliche Rock.

Dieser Rock gleichet einem kœstlichem Messgewand, und ist mit Perlen und Edlen Gesteinen versetzt, Dalmatica genannt: Es ist auch darbey ein Chor-Mantel und Stol-Gürtel; und wird nach der Wahl dem neüen Kæyser oder Rœmischen Kœnig angezogen, und nach vollendten Solennitæten den Herren von D Nürnberg wieder in Verwahrung gegeben.

Es seynd noch etliche andere Stück beyhanden, welche hier nicht abgebildet, als: ein Stück von Christi Wiegen, ein Arm der H. Anna, ein Stück von dem Kleid S. Iohannis, etliche Glieder von den Ketten, damit S. Peter, S. Paul und S. Iohannes gefesselt worden, ein Stück des Tisch-Tuchs, darauf der HErr CHristus sein Abendmahl gehalten, wieder ein Stück von dem Schurtz-Tuch, in welchem Er den Jüngern die Füsse gewaschen, 5. Dœrner von der Kron, so die Kriegs-Knechte dem HErrn CHristo aufgesetzet.

Alles dieses ist in einem silbernen verguldten Sarch geschlossen, und hangend oben in dem Chor der Kirchen bey dem H. Geist zu Nürnberg.

LITT. H.

Enarrationis reliquiarum imperialium alia epitome.

EN tibi, qui haec adspicis et legis. Sacri Romani Imperii et Sacratissimorum Imperatorum venerandas Reliquias, Regalia et Clenodia, quae Sigismundus Imp. Aug. Ao. CHRISTI 1424. ob bellum Hussitarum, Praga Noribergam, Imperii ciuitatem, transtulit, et eiusdem Inclyto Senatui asseruanda et in perpetuum custodienda, priuilegio speciali clementissime commisit. Ex Reliquiis praecipuas, ad uiuum expressas et aequae magnitudinis depictas hic uides: F Ferrum scilicet Lanceae, quo Latus SALVATORIS nostri, IESV CHRISTI in passione acerbissima est transfixum: Clauum item huic ferro insertum, quo REDEMPTOR NOSTER ligno crucis fuit affixus, et insuper particulam non modicam ligni eiusdem Crucis, in qua Salus nostra est persecta, etc. In imagine Sigismundi Imp Augustissimi, delineata spectas Regalia et Clenodia, quae Augustissimos Imperatores in prima coronatione semper exornant et venerandos reddunt,

sunt-

Monument. suntque Corona CAROLI MAGNI, Gladii eiusdem, et S. MAVRITII Impp. Sceptra, Poma Imperialia, Dalmaticae, Stolae, Sandalia etc. quae ad Impp. coronationem semper a Senatu Noriberg. A quam obsequentissime per Deputatos adferuntur. Haec omnia, quia nunc rarius uidere licet, hic accurate exsculpta, aeri incisa Tibi proponuntur. Tu ea, qualia qualia sunt, aequi bonique consule, et uale. *Litt. I. K. L.*

LITT. I.

Insignium imperialium Geometrica dimensio.

EN tibi! qui ORBE hoc argenteo uides, quae regunt ORBEM. CORONAM puta, SCEPTRVM, IMPERIALIA POMA cum STOLA DALMATICA. IN SIGISMVNDO haec habes, quia ipse REGALIA haec et CLENODIA Imperii Anno 1424. ob Hussitarum motus, Praga Noribergam mouit, quibus hodienum IMPERATORES AVGVSTISSIMI ORNANTVR ET CORONANTVR.

Reuersa facies e RELIQVIIS praecipuas tibi porrigit: LANCEAM, cuius longitudo geminam, lineam oculis heic subiectam decies ac septies habet.

De CRVCE LIGNVM, quod lineolam insequentem uice quarta et uicesima aequat.

De PRAESEPIO reliquiae, adiectam lineam decies et nouies occupant,

WAs du Leser! in diesem kleinen *Rund* sihest, sind diejenige Dinge, die einen grossen Theil B dess grossen *Erd-Randes* regieren. Die *Käyserliche Cron*, *Scepter*, *Reichs-Apfel*, samt dem *Rock*. Du sihest *Sigismundum* darmit angethan, weilen Er solche *Regalien, Reichs-Kleinodien* im Jahr 1424. wegen dess *Hussiten-Kriegs* von Prag nach Nürnberg geliefert, mit welchen noch heut zu Tage alle *Majestäten* dess *Reichs* bey ihren *Crönungen* offentlich gezieret werden.

Die andere Seite wird dir vornehme Stücke einiger so genannten *Heilthümer* zeigen: als den *Speer*, mit welchem *CHristi Seiten* eröffnet, dessen wahre Længe diese Lini *Siebenzehen mal* hælt.

Ein Stuck von dem *Creutz CHristi*, welches *Vier und Zwanzigmal* die Længe bey folgender Lini hat.

Ein Stuck von der *Krippen CHristi*, so die beygesetzte Grösse *Neunzehen mal* hat.

LITT. K.

Principum electorum litterae Noribergam, imperialium insignium rogatrices d. xx. mens. Dec. 1689.

Anselm Franz zu Maintz }
Iohann Hugo zu Trier } *Ertz-Bischoffe.*
Ioseph Clemens *zu Cöln* }
Maximilian Emanuel *in Ober- und Nieder-Bairn auch der Obern-Pfaltz Hertzog &c.*
Philipp Wilhelm *Pfaltzgraff bey Rhein &c.*
Des Heil. Röm. Reichs durch Germanien, Gallien, *und das Konigreich* Arelaten *auch* Italien *Ertz-Cantzlern, Ertz-Truchsess und Ertz-Schatz-Meister, alle fünff Churfürsten, auch die Churfürstl. Sächsische und Churbrandenburgische Gesandten.*

UNsern Gruss zuvor &c. Liebe, Besondere und gute Freunde. Durnach wir uns verglichen und entschlossen haben, um allerhand mercklicher und Bewegender Ursachen willen, vornehmlich aber, zu Beförderung des Heil. Röm. Reichs Wolfahrt, auch gemeiner Christenheit zu Nutzen und guten, vermittelst Göttlicher Gnad-Verleihung, auf den 18. Ianuarii, C *neuen Kalenders, nechst kommenden 1690sten. Jahrs, in allhiesig des Heil. Reichs-Stadt Augspurg zur Wahl eines Römischen Königs und künfftigen Kaisers, zu schreiten, in wenig Tagen darauf auch die Königl. Krœnung vorzunehmen, worzu wir der Kayserl. Zierden, als der Kron, Apfels, Schwert, Scepter, samt andern bey Euch vorhandenen* Pontificialien *benœthigt sind: Als ist an Euch unser gnædigst-auch freundliches Begehren hiermit: Ihr wollet solche bey Euch in Verwahrung haltende Zierde dergestalt zeitlich anhero verschaffen, dass Sie nach Verrichtung der Königl Wahl allhier seyn, und Ihre Kaiserl. Maj. Unsrem allergnädigsten Herrn verwarlich eingeliefert werden mœgen. Andeme geschiehet hœchstgedachter Ihre Kaiserl. Majestät zuverlässig-und ernste Meinung, auch uns ein gnædigstes und angenehmes Gefallen, und wir sind Euch darmit zu Gnade-Geneigtem Willen und allen Guten Wolbeygethan. Augspurg den* 22. Dec. 1689.

Anselmus Franciscus El. M. Iohann Hugo El. T. Iosephus Clemens El. Maximil. Eman.
El Philipp. Wilhelm. Churfürst.

SFhl. von Gersdorf. P. Danckelmann.

LITT. L.

Caesaris Leopoldi litterae ad Noribergensem senatum argumenti eiusdem die xxiii. mens. Dec. 1689.

LEopold von Gottes Gnaden Erwehlter Rœmischer Kayser zu allen Zeiten Mehrer des Reichs. &c &c. Was gestalten von unsern und des Heil. Reichs hier anwesenden Churfürsten und deren Abwesenden Gevollmæchtigten Ræthen, Potschafften und Gesandten einhellig gut gefunden und geschlossen, den achtzehenden nechstkünfftigen Monats Ianuarii *neuen Kalenders, in allhiesiger unser und des Heil. Reichs-Stadt Augspurg, die Wahl eines Rœmischen Kœnigs und künfftigen Kaisers und in wenig Tagen darauff dessen Krœnung vorzunehmen, mithin an Euch begehrt worden, die bey euch befindliche Kaiserl.* Insignien *und* Ornamenten*, als die Kron, Apfel, Schwerdt, Scepter* D *und andere* Pontificialien*, noch vor Verrichtung der Kaiserl. Wahl anhero zuverschaffen, und uns verwahrlich ein zuliefern. Das werdet, ab dem hierbey verwahrten Schreiben, Ihr mit mehrern zu ersehen haben.*

Welchem nach wir nicht allein der beyden Churfürsten zu Bairn und Pfalz und des Marggraven zu Brandenburg Culmbach L. L. Lden bey liegend schreiben und unserlegen, dass Sie diejenige, so von Euch dieselbe hieher zu überbringen, verordnet werden, durch Ihre Obrigkeit und Gebiet, so weit Sie selbigen vertreten mœchten, sicher und genugsam begleiten lassen sollen: Massen beygeschlossene Abschrifften weiters

ters anweisen; sondern begehren an Euch auch gnaedigst, Ihr wollet angeregte Ornamenta *und* Insignia *anhero förderſamſt, ie ebender ie beſſer uberſenden. Daran thut Ihr unſern Gnaedigſten Gefälligen Willen und Meinung, und Wir uerbleiben Euch mit Kayſerl. Gnaden gewogen. Gegeben in unſer und des Heil. Reichs-Stadt Augſpurg den drey und zwanzigſten Decembris Anno Sechszehen hundert neun und achzig. Unſerer Reiche des Römiſchen im zwey und dreyſſigſten; des Hungariſchen im fünff und dreyſſigſten und des Böhmiſchen im uier und dreiſſigſten.*

Leopold

St Leopold Wilhelm GZ. Königsegg.

Ad mandatum Sac. Caeſ. Maieſtatis proprium

C. F. Consbruch.

LITT. M.

Aquisgranenſium uindiciae aduerſus Noribergenſes, horumque pro tutelari imperialium inſignium iure aeterno, facta repoſitio an. 1712.

ALs in uerwichener Franckfurter Frühlings-Meſs ein uollſtændiges *Diarium* über die, mit Ihro ietzund, GOtt gebe lang und glücklichſt regierenden Kæyſerl. Maieſt. in erſagter Stadt uorgegangene, hœchſt-erfreulichſte Wahl und Crœnung in den Druck heraus gegeben worden, iſt aus einem ſelbigen *Operi* angehengten ſo genanten kurtzen Bericht über des Kœnigl. Stuhls, und des Heil. Rœmiſ. Reichs freyer Stadt Aachen bey denen Crœnungen der Rœmiſchen Kœnige und Kæyſere habender *Praerogatiua* und Gerechtſame etc. nicht ohne uieler Bewundern zu erſehen geweſen, was maſſen uon gedachten Lœbl. Reichs-Stadt Aachen ſich eines angeblich habenden kundbaren, im Werck ſelbſt aber wol niemals geweſenen, noch uon ihnen ſelbſt angezogenen Rechtens auf die Kayſerliche und Reichs-*Inſignia*, ſo der Stadt Nürnberg, durch Kayſerl. *Diplomata*, zu ewiger unwiderrufflicher Verwahrung, uon *Anno 1423.* her anuertrauet ſind, gerühmet und angemaſſet, anbey ſich darauf bezogen werden wollen, ob ſeye, zu *Saluirung* ſothanen uermeintlichen Rechtens, bey dieſer, und in allen und ieden uorherigen Kayſerl. Crœnungen, eine formliche *Proteſtation* uon denen Stadt-Aachiſchen, gegen die Nürnbergiſche Herren Geſandte *per Notarium et teſtes* geſchehen.

Nun hat man an Seiten Nürnberg in allen gantz umſtændlich und *fideliter* erſtatteten, und annoch uerwahrlich uorhandenen *Relationibus* derer, mit denen beſagten Reichs-Kleinodien zu denen eheuorigen Kayſerl. Crœnungen uon dar, und œffters nach Aachen ſelbſten, abgegangenen Herren *Deputirten*, mit Fleiſs nachſehen laſſen, ob und was diſsfalls uon Seiten Lœbl. Stadt Aachen uor angebliche *Proteſtationes*, oder auch ſonſtige Ahndungen geſchehen und eingewandt worden ſeyn mœgen; man hat aber uon dergleichen nicht ein einiges Wort noch Anzeigen bey einigen ælteren Crœnungen gefunden, auſſer daſs bey Ihro Kæyſerl. Maieſtæt *Ioſephi*, allerglorwürdigſten Angedenckens, *Coronations-Actu* nicht ſo wol die Herren *Deputirte* der Stadt Aachen, als daſelbſtige Herren *Canonici*, bloſs und allein darüber, vvelches Schvverd zum Ritterſchlagen gewönlich gebraucht vverde, einigen Zvveifel haben *mouiren*, und hernach, (uermuthlich über gedachten Vmſtand) vvie auch bey letztmaliger Crœnung Ihro ietzigen Kayſerl. Maieſtæt, an die Nürnbergiſche Herren *Deputirte* einen *Notarium* abgeordnet haben mœgen: vvelchen man aber, da man eben vvieder auf der Abreiſe begriffen, und überdiſs dergleichen Dinge anzunehmen, vveder in *Commiſſis* gehabt, noch *inſtruirt* gevveſen, unangehœrt vvieder uon ſich gelaſſen.

Es iſt ſich demnach vvol hœchſtens zu uervvundern, *qua fronte* der *Concipiſt* des ob angeregten Aachiſchen Berichts ſo frey in das offne zu ſchreiben und drucken zu laſſen, ſich erkühne, ob ſeye eine ſolcherley *Proteſtation* bey allen und ieden uorherigen Crœnungen geſchehen, da doch hieruon vveder *uola* noch *ueſtigium* irgendvvo gezeiget noch ervvieſen vverden kan: Wievvol, vvann auch ſolches bloſſe Vorgeben ſich *in facto uerificiren* lieſſe, gleichvvol alle ſolche alt oder neue *Proteſtationes* auf ihrem offenbarem Vngrund, ohne einigen *Effect* Rechtens, erſitzen, Lœbl. Stadt Aachen aber, oder dero L. Frauen-Kirche, den geringſt- und vvenigſten Zuſpruch an obgedachte *Inſignia*, geſchvveige Ihro Kayſerl. Maieſtæt und dem Reich über deren *Proprietæt*, (als man doch ſothane *Inſignia* zu einem beſagter Frauen-Kirche geſchenckten Eigenthum machen will) oder der Stadt Nürnberg, *ratione* der ihr auf ewiglich anuertrauten *Cuſtodiae*, eine *Praetenſion* zu *mouiren*, nicht den wenigſten Schein noch Fug zulegen kœnnen.

Man erachtet gantz unnœthig, mit Vorſtellung des Aachiſchen offenbaren *non iuris* ſich vveitlæufftig einzulaſſen, noch aufzuhalten, vveniger ſich darob zu *diffundiren*, vvas Beſchaffenheit es ſovvol mit der Wahl und Regierung *Richardi Cornubienſis* als deſſen uon Aachiſcher Seits *pro unico fundamento*, vvievvol nicht einmahl *in forma*, ſondern bloſs *per modum extractus*, oder uielmehr *hiſtoricae relationis*, *producirendem Diplomate* und *Donations*-Brief, ia auch mit denen darinnen gemeldten *Inſignibus* ſelbſt für eine Beſchaffenheit gehabt habe: und daſs nemlich iener vveder zur uœlligen ruhigen

Monumens. gen Kæyserlichen Regierung gekommen, noch vielleicht die rechte und eigentliche, anietzo zu Nürnberg vervvahrte Reichs-*Insignia* zu Gesicht noch Handen erlanget, ein folglich solche zur Kirche zu Aachen zu stifften, vveder Gelegenheit, noch allenfalls über solches Reichs-Eigenthum also nachtheilig zu *disponiren* Fug oder Macht gehabt habe. Man kœnte hierzu sonsten *e. g. ex Abb. Vrsp.* deutlich darthun, dass vor dem Tod Kæysers **B** *Friderici II.* und also noch vor *Richardo* solcher Reichs-*Ornat* keinesvvegs zu Aachen gelegen, sondern allschon in Kaysers *Henrici IV.* Hænden bestanden, und ihme von seinem Sohn *Henrico V.* abgedrungen, (*a*) von diesem aber, nachdeme er ihn von denen Auffachern, so ihme solchen abgenommen, wieder erobert, auf seinem Tod-Bette auf dem Schloss Hammerstein, bis zu næchsten (*b*) Reichs- **C** Tag, zu verwahren befohlen, sodann in die Hænde Bischoff Henrichs zu Speyer gerathen, (*c*) hierauf Kayser *Ottoni IV. extradirt*, und von diesem nach Mayland geführet, (*d*) von dannen aber vom hœchst-belagten Kayser *Friderico II.* wieder in Teutschland gebracht, und *Anno 1221.* in die *Custodiam sub potestate Eberhardi de Tanne in Walpurc* gegeben worden seye; (*e*) *Anno 1350.* aber und also et- **D** wann 90. Iahr nach *Richardo, teste Goldast. Polit.* Reichs-Hændel *p. VI. c. 1.* und daselbst befindlicher *Formal*-Vrkund, abermals nicht die Kirche zu Aachen, sondern Marggraf Ludwig zu Brandenburg, der solche von seinem Herrn Vater *Ludouico Bauaro Imp.* her noch in Hænden hatte, Ihr. Maiest. Kayser *Carolo IV.* diese Kleinodien behændigt habe, (*f*) *item*, was von einem andern dergleichen angebli- **E** chen *Diplomate Richardi*, so ebenfalls *Anno 1262.*, wie dieses Aachische *datirt* ist, da Er *Richardus* schon længst in Engeland *reuertirt* war, von einigen gehalten werden wolle, *vid. Pfeffinger ad Vitr. Ius. Publ. tom. 1. l. 1. t. 5. §. 11. p. 625.* Man will sich aber Kürtze halber eines theils nur auf die Worte des *allegirten Diplomatis* selbsten beziehen, welche von der *Corona aut gladio Caroli M. aut consuetis Imperii Insigni-* **F** *bus*, mit keinem Buchstaben, sondern *indefinite de una Corona aurea, item de uno pari regalium Vestium NB. de armis suis, nempe Richardi* melden; anderntheils aber will man die, zwar an sich aus solchen *Formalibus* schon gantz deutlich erscheinende, Auslegung und *Determination*, **A** *Litt. M.* was dieses für eine Kron und *Ornat* gewesen, die Anfangs von *Petro* von Beck, *Canon.* in Lateinischer Sprach beschriebene, hernach von *Ioh. Noppio D. et Aduoc. Aquisgranense* in das Teutsche *vertirte*, vermehrte, und mit ungemeinen *Applausu* und *Approbation*, auch ihme *praemii loco* von wolbesagter Stadt Aachen *ad dies vitae* ertheilter *Accis*-Befreyung, in den **B** Druck gegebene Aachische Cronick selbst geben, machen und erlæutern lassen, als in welcher *l. 1. c. 10.* folgende klare Erzehlung zu lesen ist:

Anno 1256. wird dieser Kayser (Wilhelmus Holl. Comes) *von denen Friesslændern erbærmlich umbgebracht, und Anno 1257. in seinem Platz von etlichen Chur-Fürsten* Richardus *aus Engeland, von etlichen* Alphonsus, *Kænig in Hispanien, erwæhlet.* **C** *Darob* Alphonsus *in Teutschland nicht hat kommen wollen, der andere aber* NB. *ist zwar kommen, und auch allhier zu Aachen gekrænet mit (nicht eben* Caroli M. *und ordentlicher Reichs-sondern)* NB. *einer gülldnen Cronen, so* NB. *er selbst, samt vielen andern Kleinodien mitbracht, und der Kirche* Anno 1262. *verehret, aber als die Sæckel leer gewesen, ziehet er wieder nach Engeland, und bleibet zu Haus &c.* Diese von ei- **D** nem daselbst *publice approbirten* Aachischen *Historiographo* angeführte Erzehlung giebet ia hell und klar an den Tag, dass man bisshero selbsten zu Aach von undencklichen Iahren die Worte des anführenden *Diplomatis Richardini* keineswegs von denen ordentlichen von *Carolo M.* herrührenden und seither der Stadt Nürnberg anvertrauten Reichs-Kleinodien, sondern von einem gantz *separaten* ei- **E** genem *Ornat* und Haus-Crone dieses *Richardi*, dergleichen auch andere Kaysere mehr sich angeschaffet, und zu gebrauchen gepflogen, verstanden habe; wie Sie dann auch einem ieden, so sie genau ansiehet, keinen andern Verstand *suppeditiren* oder *formiren* lassen, wobey man zugleich ieden unpartheylichen Leser erwegen læsset, was die Vrsache seyn mœge, warum gedachter *Historicus Noppius*, da er *lib.* **F** 3. alle der Lœbl. Stadt Aachen, vvie auch dero Münster zu unser lieben Frauen ertheilte Kayserl. und Pæbstl. *Bullas et Diplomata formaliter recensiret* und *exhibiret*, gleichvvol dieses angegebenen Richardischen Briefs darbey mit keinem Buchstaben gedencke, vveniger solchen un-

(*a*) Vrsp. ad ann. 1106. f. m. 188. in fin. Autor vit. Henr. IV. à Reineccio editus f. 36. (*b*) id. Vrsperg. ad ann. 1124. f. 206. 207. (*c*) id. ad ann. 1209. f. 238. (*d*) ibid f. 239. (*e*) Id. ad ann. 1221. f. 245. (*f*) R. Dauid Gans in Chronico, ubi ita ait: Circa haec tempora habebat Ludouicus (Elector Brandenb. Ludouici Bauari Filius,) in potestate sua gladium Caroli M. primi Germanorum Imperatoris, et lanceam, qua Messiae istorum latus fuit transfossum, et fragmentum crucis, in qua Nazarenus pependit, et clauum qui manum eius affixam tenuit, mappam item, super qua Nazarenus ante mortem coenauit. Omnes istas res Dux Ludouicus, accepto argenti pretio, in manus dedit Carolo Caesari.

Monument. unter denen andern zugleich habe drucken lassen.

Hingegen thut eben dieser *Autor*, *l. 1. c. 2. p. 37. §.* dergleichen &c. klare Erwehnung, dass bey Kayser *Caroli V.* Crœnung die Stadt Nürnberg die zu solchem *Actu* gehœrige Cron, Schwerd und andere Sachen nach Aachen gebracht habe; inmassen auch der Chur-Cœllnische uortreffliche Rath und Cammer-Gerichts-*Assessor Hermannus Maurus* [*] in der Beschreibung bey dieser Crœnung *expresse* meldet, *quod ornamenta D. Caroli, quibus ex more coronandi Reges induuntur, Nürenbergensis Magistratus summa cum diligentia atque ueneratione publice ad aliquot secula asseruauerit, quae tempestiue Aquisgranum delata, ubi Reges coronandi fuerint, rursus coronatione expleta asportentur, subque fida custodia claudantur.* Wobey er *in statim sequentibus* diese Reichs-*Insignia* ordentlich erzehlt und *specificirt:* gantz ohne, dass beede diese, oder einig anderer *Autor* das geringste melden, oder sonst erweisslich wære, das Aachen damals, oder bey so uielfæltigen *in loco* daselbst, noch zuuor und hernach uerrichteten Crœnungen sich einigen Anspruchs zu diesen Kleinodien [so sie ausser dem uermuthlich also ungeahndet schwerlich wieder würden haben abführen lassen] im geringsten hætte angenommen, oder desshalben das wenigste bedungen oder uorbehalten habe. *Litt. M. N.*

Bey obbewandten Vmstænden nun hat Nürnberg uon Lœbl. Stadt Aachen einige *Protestation* wegen dieser *ex Priuilegiis et Commissione perpetua Imperatorum et Imperii* zu uerwahren habenden Kayserl. und Reichs-Heilthum und *Ornat* weder anzunehmen, noch derselben wegen ihrer so unstatthafften, als zuuor nie erhœrten, noch ihnen denen Herren Aachern selbst zu Sinne gekommenen neuerlichen *Praetension* halben, die geringste Red und Antwort zu erstatten, sondern giebt obgedachte angebliche theils *in facto* unerwiesene, theils aber, und so uiel die erst durch obgemeldten gedruckten Bericht bekannt wordene betrifft, offenbar nichtige *Protestation* in ihrem Vnwerth mit weit gegründeter *Reprotestation* zurück, und hælt sich seiner bey nahe dreyhundert Iæhrigen, iederzeit ruhig *exercirten*, uon Kayserl. Maiestæt und dem Reich œffters und bestændig *confirmirten*, und uon Aachen selbst zuuor nie wiedersprochenen unuerruckten, darzu bestens *titulirten Possess*, hat aber diesen kurtzen und gründlichen Gegen-Bericht allein zu Vorkommung aller irrigen *impressionen* bey andern bekandt machen wollen.

[*] Ap. Goldast. Pol. Imp. p. 3. p. 271. §. Ornamenta.

LITT. N.

Familiarum Stromerianae et Pfinzingianae uetusta nobilitas.

SVnt in manifesto errore illi, qui patritiis *trium imperialium ciuitatum* Noribergae, Augustae atque Vlmae *in dubium uocant* iura nobilium. *Quae tamen prodere solent tot rerum Germanicarum plenae fidei rationes et argumenta. Nam principio urbium, in Germania conditarum, factam, iussu imperatorum aut principum territorii, ut* landsassii nobiles, *agris relictis, nomina sua darent ciuitatibus in illisque ugerent cum familia. Hoc scilicet fine, ut urbibus iam nuac conditis acquirerentur opes, dignitas, amplitudo. Tantum uero abest, has familias, urbis incolata, amisisse gentilitiam nobilitatem, ut potius hodieque* Langensalzae *et* Stassfurto, *ciuitatibus Magdeburgicis non alii senatores, consules et salinatores fiat, quam uiri antiquae et prouincialis (landsassicae) nobilitatis. Quorum tamen filiis uiam nemo negat ad torneamentu, connubia, beneficia, ordines militares equestres, ualica munera aliosque dignitatum gradus, quae nobilitatem requirunt, atauis uetustiorem. Quid? quod idem inuenire licet in* Stromerianae *et* Pfinzinganae *familiarum imaginibus. Loquantur chronica patriae, ne quid dedisse uidear sensibus aliorum. Ao.* 1282. Ist Berthold Pfinzing Reichs Vogt in Nürnberg gewesen, ond hat zur Vermehrung der Reichsburg oiele reisige Mænner gehalten. *Sed pleniorem de hac gente narrationem habet anonymus chron.* Norib. ad an. 1318. p. 92. Das Geschlecht der Pfinzinger hat uor uielen Iahren bey und in Nürnberg gewohnet. Ist bey Fürsten und Herren in grossen Ansehen gewesen, Ihrer wird erstlich im grossen Thurnier 1198. gedacht, nemlich Niclaus Pfinzings, als Thurniersuoigts, Andreas Pfinzings, Cammermeisters, und Fendrichs über der uon Nürnberg 400. Pferde, damit sie den Kayser begleitet. A. 1227. unter K. Friedrich 2. hat Herr Berthold Pfintzing das Schultheissen Ampt zu Nürnberg uerwaltet. Ao. 1282. wieder Herr Berthold Pfintzing des Reichs-uoigt auf der Vesten zu Nürnberg, dazu er stetiga 20. Pferdte gehalten, und zugleich Reichs-Scholtheiss in der Stadt gewesen, ward zu uielen grossen Sachen und wichtigen Anschlægen gebraucht, hat seine Wohnung auf der Vesten gehabt. Von ihm kommen alle die alten Pfinzinge, so uon alters biss auf Conrad Pfintzing so 1596. zu Roth im Marggraffthum gestorben, gelebt, mit welchem diese gar alte Pfintzing, so man wegen ihres Wapens die Geyer Pfintzing genennet, abgestorben. Haben zu uielen Edlen auf dem Land und den æltesten Geschlechten in Nürnberg geheyrathet, mit grosser Nahrung sich alda genehret, auf dem Lande schœne Güter und Lehen gehabt, etliche Herrnhæuser besessen, darunter auch der Lichtenhoff uor Nürnberg am Wald ihnen aigenthümlich zugehœret, welchen sie E. E. Rath 1377. ubergeben, und sich erklæret, im fall der Noth Kriegs-Volck darein zu legen, auch ihn niemand als einem Bürger zu uerkauffen, wie mit andern Gütern mehr beschehen. Vnd haben uon diesem Geschlecht etliche den Ritterstand erlangt, so wohl in geistlichen als weltlichen Orden. Wie denn Herr Paulus Pfintzing des Deutschen Ordens Hauss Commenthur zu Nurnberg gewesen. Sie haben Kirchen und Clœstern u. d. gl. uiel zugewendet, auch S. Sebalds Pfarrhoff gebauet, und mit Kirchen *Ornat* u. d. gl. ein ziemlich Gut angelegt. Es hat sich aber uor alters eine Verenderung mit diesen Pfintzingen begeben. Nemlich es wohnte ein fürnehmer Bürger in Nürnberg, so mit uielen grossen Gütern angesessen war, der hiess Geuschmid, und führete in seinem Wapen einen schwartz und gelben Schild, hatte auch einen einigen Sohn. Nun hatte der alte Berthold Pfintzing, dessen Wirthin die Geut Ebnerin gewesen seyn sol, eine Tochter, die uerheyrathete er Geuschmidts Sohne Rappolden, mit dem Gedinge, dass er den Nahmen Geuschmidt uer-

Lud. opusc. tom. II.

Monument. — *Litt. N. O.*

uerlassen, und sich den Pfintzing nennen solte, und das Wapen mit dem Geyer annehmen, welches er gethan, daher seine Nachkommen die Geu Pfintzing genennet worden, und noch heutiges Tages im Leben sind. Vnd haben seithero etliche der Geu Pfintzing den Nahmen uerlassen, und sich wieder Geuschmied geschrieben, doch aber des alte Wapen der Geu Pfintzinge geführet, dagegen etliche Geuschmied den Nahmen Pfintzing angenommen, und doch ihr erstes Wapen schwartz und gelb behalten. Wenn diese Verænderung geschehen, ist unwissend, dieweil die alten Brieffe und Bücher in dem grossen Auffleuff zum theil fast alle ausgetilget und eerrissen worden. Es scheinet aber eher dass solche Verænderung nach dem Aufflauff geschehen, weil der Nahme Geuschmidt, die es damahls mit den Bürgern wider den Reth gehalten, sehr uerhast gewesen. Doch findet man den Vnterscheid bey den Klœstern und in Verheyrathungen, dass die mit dem Geyer die alten Pfintzing, die andern mit schwartz und gelben Schild, ellein die Pfintzing genannt worden. Diese Geu Pfintzing baben uor alters unterschiedene Helm Clinodien bey ihrem Schild geführet, derwegen sie bey K. Friderich dem 3. 1470. erlangt, alle ihre alte Wapen eusammen unter 2. Thurnier Helm zu führen, und mit rothen Wachs zu siegeln, welches Wapen ihnen 1489. mit güldenen Kronen and gekrönten Löwen auf dem Helmen zu führen uerbessert worden. Nechdem nun die alten Geier Pfintzing allzeit in Rath gangen, sind hernach die Geu Pfintzing auch herfür kommen, und bey leben der Geier Pfintzing uor alters in Rath erwehlet worden, wie denn albereit Ao. 1369. Seite Geu Pfintzing, genannt Anna Maria, eum Reth erwehlet worden, welcher bey 45. Iahr darein gangen, und ander mehr biss auf den heutigen Teg. Ao. 1234. sind 3. Pfintzing mit dem Geier euch 3. Geuschmidt mit dem Geier euff der Vesten neben andern uerfallen. Vnter andern berühmten Leuten dieser Geschlechter war Melchior Pfintzing, Kaysers *Maximiliani I.* Reth, Probst zu S. Sebald in Nürnberg, auch zu *S. Alban* in Mayntz und *Decanus* zu *S. Victor*, welcher euff Befehl des Kaysers den Theurdanck uon des Kaysers Leben und Theten Poetisch geschrieben: Siegmund Pfintzing hatte Marloffstein uon dem Bissthum Bamberg innen. Melchior Pfintzing war Kayser Carols Pfenningmeister, und Abt zu S. Paul in Lauffenthal in Kærnden. Martin Pfintzing hatte des Hauss Henffenfeld uon den Rothen uon Egloffstein erkaufft, und zu einer Vorschickung gemacht, und haben dieser Zeit die Geu Pfintzing dieses Henffenfeld noch neben dem Weygelshoff, Heuchling, euch Letten, Dornitz, Wunderburg, Schwertzenburg, auch zu Hertzberg und Meyeldorff ihre Herren-Hæuser.

Sequitur familiae Stromerianae descriptio ex chronico eodem ad an. 1350. Die Stromer heben ihren Vrsprung uon einem Edlen Mann, so seine Wohnung euf dem Schloss Cammerstein oberhalb Nürnberg gehabt, und Gerhard uon Ober- und Vnter-Reichenbach genennet war, welcher uiel zu Nürnberg gewesen, und Ao. 1198. Kayser Heinrichen den 6. mit 18 Pferden begleiten helffen, und darumb auch mit Freyheit begnadet worden. Er starb An. 1205. uerliess 2. Sœhne, die wurden eu den alten Waldstromern in die Kost gethan, giengen mit ihren Kindern in die Schule, und nennte man sie hernach die Stromer, welcher Nahme ihnen geblieben bis euf den heutigen Tag. Dieser Reichenbacher batte die 3. Lilien auf seinem Helm und im Schild geführet, wie es die Stromer noch ietziger Zeit gebrauchen. De nun diese beyde junge Reichenbacher erwechsen, blieb ihnen der Nahme, Stromer, wie denn die Waldstromer uielmahls allein Stromer genannt worden. Der ælteste unter ihnen hiess Gerhard, war an Kœnig Conrads-Hofe in grossem Ansehen, wie euch sein Vater bey Kœnig Heinrich, iener starb bey ziemlichen Alter ledigen Standes, dessen Bruder Conrad uerheyrathete sich eu Nürnberg mit Herrn Conrad Waldstromers Ritters Tochter, mit welcher er 15. Kinder erzeuget. Nach ihrem Absterben freyete er eine Docklerin uon Bemberg, die gebahr ihm 3. Kinder. Als diese euch uerschied, nahm er eine Helwegin, die brachre ihm euch 15. Kinder, also dass er mit 3. Weibern 33. Kinder gezeuget, darunter 8. Sœbne erwachsen, uon welchem die itztlebende Stromer ihr Herkommen baben. Sie haben iederzeit die uornebmsten Aemter im Rath uerwaltet, sich weit eusgebreitet, zu uielen uornebmen Geschlechten geheyrathet und uiel grosse Stifftungen in der Stadt und euff dem Lende gethan, also dass nicht leicht ein Kloster oder Kirch umb Nürnberg zu finden, da nicht ein Stromer sein Gedæchtnis gemacht. Haben grosse Hœffe und Hæuser erbauet und erkaufft. Es haben auch die Stromer eine Stifftung, dass sie jæhrlich die 7. Mitwoche in der Fasten einem ieden Krancken im Neuen Spital 6. Creutzer austheilen lassen. Auch sollen sie iæhrlich die 7. Wochen in der Fasten einen Feigenbrey, samt Wein und Brod in den Spital eu S. Elisabeth geben, an dessen statt eber geben sie Zwetschken und 15 Mass Wein, und 30. Creutzer Semmel iede Woche, so lang die Fasten wæhret, und am Tage Iob. des Teuffers geben sie 15. Mass Wein, und 15. Creutzer-Semmeln auf einmal. Sie haben auch auf dem Land seine Güter besessen, als den Cammerstein, *it.* Neunhoff, Almosshoff, Ober- und Vnter-Reichenbach &c. Kayser Heynrich der 7. nennet die Stromer Gestrenge und Fürsichtige, seine liebe getreue, Forstmeister und Zeldler auff beyden Wælden umb Nurnberg.

Cum duumuiri de iure tutelari *Noribergensium optime meriti sint, nemo uitio nobis uertet, quod utrumque locum dederimus gloriae eorundem auitae atque in posteris, maiorum uirtute dignissimis, aeternum perennaturae.*

LITT. O.

Iacobi GRETSERI, *Soc. Iesu theologi syntagma de insignibus imperii, Ingolstadii 1618. 4°. Quod opusculum cum rarissimum sit, hic adiungemus.*

Cap. I.

QVAENAM SINT SACRI ROMANI IMPERII SACRA CIMELIA ET LIPSANA.

Κειμήλιον uocant Graeci, quidquid in supellectile ceu pretiosius et rarius, magna cura et studio reponi et asseruari solet. Hinc κειμηλιάρχης seu κειμηλιάρχος, qui pretiosae supellectili custodiendae praeest. *Thesaurarium* nominare licet. Huius generis non unum, sed et plura κειμήλια S. R. Imperium possidet, quae aliquando Insignia Imperialia; aliquando *Regalia*. Interdum *Clinodia*; Germanis; *Königliche Zier*, Graece βασιλικὰ κειμήλια, κόσμια, ἐπίσημα, et *Symbola* appellantur; quorum pars ad inaugurationem, et inuestituram Electi Caesaris adhiberi solet: suntque duplicis generis; alia prorsus sacra, utpote Christi, uel aliquorum coelitum

Re-

Monument. Reliquiae; alia non quidem ut Christi et A Sanctorum Lipsana, sed ut illustrium uirorum monumenta, ueneratione et asseruatione digna censentur: nam Imperatores, qui post Carolum Magnum in occidente imperarunt, si quid sacrosanctum, uel rarum adepti essent, *id in secretiore Imperii thesauro* reponebant, qua cura factum est, ut tandem integrum quasi peculium conflaretur, sine cuius possessione nemo erat, qui se absolutum, et B ut sic loquar, *perfectum* Caesarem arbitraretur. At quaenam ista insignia? *Quatuor sunt*, inquit Petrus de Andlo lib. 2. de Imperio Romano cap. 8. *Diadema, gladius, Sceptrum, et pomum aureum seu globus.* Nimis breuiter et concise Petrus; Cuius breuitatem supplet nonnihil Scholiastes eius Freherus, cum ait, praeter haec quatuor Augustalis dignitatis propria ornamenta, plura sunt Clino- C dia, Reliquiae, et anathemata, quae ex parte enumerantur in Vita Henrici IV. ab Anonymo, cum dicit, filium eius Henricum, misso legato, mandasse, *ut absque mora crucem, coronam, et lanceam caeteraque sibi transmitteret.* Quod Henricus filio in quadam epistola obiicit: *Lanceam et Crucem, et omnia regalia insignia ui et timore mortis a nobis extorsisti.* Henricus Rebdorffensis in Annalibus D Anno MCCCL. *Ludouicus Marchio Brandenburgensis insignia Imperialia, uidelicet Lanceam, qua perforatum fuit latus Domini nostri* IESV *Christi, et clauos et gladium Caroli Magni, nec non alia, quae reseruata fuerunt in oppido Monaco per Ludouicum Patrem suum, tradidit Carolo* (IV.) *Regi praedicto in Nurenberg, qui in Bohemiam, in ciuitatem Pragensem ipsa deduxit. Unde Innocentius Papa postea de* E *his speciale festum indixit*: praecipue de lancea et clauis, ut ex ipso Innocentii VI. Diplomate infra audiemus. Plura adhuc commemorat idem Rebdorffensis An. M.CCC. LXI. *Imperialia insignia, quae tunc uidi* (Norinbergae) *de quibus Papa festum indixit, sunt ista haec. Ferrum Lanceae, quae transfixit latus Christi; item clauus cum aliquali petia* (particula) *ligni Sanctae Crucis, qui transiuit manum Chri-* F *sti. Item gladius Caroli Magni primi Imperatoris Romanorum, et Corona, qua coronatus est in Imperatorem a Leone Papa tertio. Item gladius Mauritii Martyris. Item petia brachii Sanctae Annae Matris Mariae Virginis, et dens Ioannis Baptistae. Item petia chordae, qua Christus fuit ad columnam ligatus, spongia, qua fuit in Cruce potatus, et aliae plures Reliquiae Sanctorum.* Leo de Rosmital in suo Iti- G nerario. *Norimbergae has Sanctorum Reliquias spectauimus. Primo monstratum est nobis * praesepe, in quo Genitrix Dei infantem* IESVM *posuerat; deinde cubitus Sanctae Annae, et dens S. Ioannis Baptistae,*

* non totum sed particula.

item frustulum ligni de Sancta Cruce, in qua Christus crucifixus fuerat, et clauus dextrae manus, quo idem cruci affixus erat. Postea ostendebatur nobis gladius Diui Mauritii, itemque alius ensis Diui Caroli Imperatoris, qui ipsi coelitus a Deo datus esse dicitur, ut eo aduersus hostes suos Ethnicos uteretur, eiusdemque calcaria, ocreae, calcei. Vidimus deinde catenas Sanctorum Petri et Pauli, qui pro nomine Dei passi sunt. Deinceps conspeximus Lanceam, qua diuinum latus Christi transuerberatum fuerat. Super eam Sacerdotes annulos nostros ponebant, *ut qui dolore uel punctione lateris infestarentur, praesens et certum apud se remedium haberent.* Dubrauius lib. 22. Historiae Bohemicae, ubi de Carolo IV. Imp. sermo est; *Consueuerant,* inquit, *Caesares, insignia Caesarum cum sanctis quibusdam Reliquiis* apud successores deponere, *quae tunc omnia Ludouicus Brandeburgicus post obitum Patris Ludouici Bauari Imperatoris, in sua potestate habuit, uidelicet Lanceam, qua perforatum fuit corpus Domini, dexteram portionem S. Crucis, cum uno clauo, et mappa, qua ultima mensa Domini strata fuit; ac gladium Caroli Magni, et alia plura; non magni uidelicet cuncta pretii apud talium contemptores; at apud Carolum* (IV. Regem Bohemiae) *in tanto pretio posita, quanto nulla res profana uel pretiosissima.* Quapropter Ludouico inuestituram et possessionem Marchiae Brandenburgicae absque mora concessit ac confirmauit. A Godefrido Viterbiensi parte XIX. Chronici, haec insignia enumerantur simul et explicantur. Crux, gladius, Lancea S. Mauritii a Bosone Rege Arelatensi Othoni Magno Imperatori donata. Globus aureus, et crux globo imposita. Diadema seu Corona. Andreas Ratisbonensis in Chronico Bauariae; *Regalia,* id est, *Crucem, Lanceam,* (mendose editio Freheri, *Lauream*) *et coronam reddidit.* Apud Martinum V. Pontificem in Bulla de his ipsis insignibus et Reliquiis Imperialibus; quam infra exhibebimus, sequentia Lipsana inuenies I. partem uiuificae Crucis, II. Lanceam, qua Christi latus miles aperuit. III. particulam de catenis SS. Apostolorum Petri et Pauli, et S. Ioannis. IV. Tunicam S. Ioannis Euangelistae. V. Dentem Ioannis Baptistae. VI. Gladium S. Mauritii VII. Gladium Caroli Magni. VIII. Coronam. IX. sceptrum. X. pomum seu globum. XI. Indumenta Imperialia Caroli Magni Imperatoris. Distinctionis de ornamentis, et dignatis Imperialibus Hartmannus Maurus lib. de Coronatione Caroli V. apud Aquisgranum, cui inaugurationi Maurus ipse spectator interfuit. Accipe uerba Mauri. *Ornamenta Diui Caroli* (Magni) *quibus ex more coronandi Reges induuntur, Norimbergensis magistratus* Lit. O.

Monument. Litt. O.

tus summa cum diligentia atque ueneratione, *publice ad aliquot secula asseruauit; quae tempestiue Aquisgranum delata, ubi Reges coronandi fuerint, rursus coronatione expleta, asportantur, subque fida custodia recluduntur. Subnotatas autem Reliquias a Carolo* (Magno) *gestatas Noribergenses pro uero habent, traduntque, et inde eximie coluntur, quae sunt istae* I. *Dalmatica alba holoserica pretiosissimis margaritis gemmisque distincta.* II. *Aurea stola margaritis quoque adornata.* III. *Cappa holoserica uiolacei coloris, cui aurum in modum aquilae intextum est.* IV. *Amiculum rubei coloris, contextum pari modo magna aurea aquila. V. corona aurea Caroli ex puro puto auro fabrefacta.* VI. *pomum seu globus aureus.* VII. *sceptrum aureum.* VIII. *Gladius Caroli Magni admodum grauis.* IX. *Duae Dalmaticae, una uiolacei, altera nigri coloris.* X. *Duae chirothecae unionibus pretiosisque lapidibus ornatae.* XI. *socculi duo aurei.* XII. stola. XIII. *Zona coriacea, et retinaculum eius aureum, omnia pretiosis lapidib. affabre decorata.* Haec iste, et alii Auctores antea nominati, de *Insignibus* Imperialibus, quorum nullus omnia, singuli aliqua duntaxat recensuerunt. Extat libellus sermone Germanico *de Reliquiis Imperialibus quotannis feria VI. post* Dominicam in Albis Norinbergae olim monstrari, et ad publicam uenerationem exponi solitis; in quo istae Reliquiae enumerantur. I. *Frustillum de praesepi Domini* I. *brachium S Annae.* III. *Dens S. Ioannis praecursoris.* IV. *particula de ueste S. Ioannis Baptistae.* V. *particulae de triplici genere catenarum, quibus Sancti Apostoli Petrus, Paulus, et Iohannes, diuersis temporibus, et carceribus uincti fuere.* Et haec quidem sacra Lipsana primo missu spectatoribus ordine, quo enumerata sunt, ad spectaculum et cultum exhibeantur. Secundo missu proferebantur, quae ad Imperialia stemmata et digmata potissimum spectant. I. *Corona Imperialis referta sacris Reliquiis diuersorum miraculorum operatricibus.* II. *uaria uestimenta Regalia, Dalmatica, Stola, cingulum, sceptrum, alia, uniuersim circiter uiginti insignia seu Cimelia.* III. *Gladius Caroli Magni, quem ad Domini praelia fortiter praelianda coelitus ab Angelo acceperat.* IV. *Gladius S. Mauritii Thebeae Legionis fortissimi Ducis.* Tertio misso ostendebantur. I. *particula de mappa mensaria, qua in ultima coena Dominus usus est.* II. *particula de linteo, quo Christus praecinctus fuit, quando discipulorum pedes lauit.* III. *De corona spinea spinae quinque tribus hierothecis seu Monstrantiis inclusae.* IV. *Notabilis portio de S. Cruce.* V. *Lanceae ferrum seu cuspis, qua sacrosanctum latus Christi in cruce pendentis apertum est, cui innexus clauus, unus ex illis, quibus Dominus cruci affixus fuit.* VI. *Crux magna et pretiosa utpote uariarum Reliquiarum theca.* Ostensione peracta preces concipiebantur pro salute Pontificis, Imperatoris, Episcopi Bambergensis, Magistratus Norinbergensis, cunctique populi Christiani. Absolutis precibus benedictio dabatur cum cruce, et missio. Obseruetur autem etiam extra Thesaurophylacium imperiale, uaria Caroli Magni *Clenodia* asseruata fuisse; nam ut de Aquisgrano nihil dicam, accipe quid Anonymus Auctor inter septentrionales scriptores Lindoborgii scriptum reliquerit de Ecclesia Bremensi; *Sanctus Carolus Magnus, Imperator, comperta sanctitate ipsius beati Willehadi, eandem Ecclesiam regia munificentia largissimis fundauit bonorum temporalium possessionibus: ac eidem Ecclesiae etiam dedit suae regiae maiestatis eximia insignia, quae in eadem Ecclesia honorifice conseruantur; uidelicet crucem argenteam deauratam, lapidibus pretiosis redimitam, coram qua deuote adorauit crucifixum Dominum nostrum Iesum Christum, in quo est salus, uita, et resurrectio nostra, ac etiam ipsius S. Caroli trabeam seu tunicam Imperialem, in qua Euangelium in eadem Ecclesia, in summis festis, ob ipsius reuerentiam, solenniter legitur, ac flasculam eius argenteam deauratam, imaginibus diuersis bene redimitam ac chirothecas et calceamenta ipsius, quibus utebatur in sua regia maiestate, et etiam psalterium Diuae ipsius coniugis literis aureis bene et subtiliter confricatum.* At ubi nunc Carolina ista donaria, postquam Lutherus, et deinde Caluinus, in eam urbem malum, imo pestilentem pedem intulerunt?

Cap. II.

QVIS ASSERVAVERIT, VEL ETIAMNVM ASSERVET HAEC CIMELIA.

CErtum est post Carolum Magnum semper plura lipsana et monumenta sacra in imperii thesauro recondita fuisse, transmittenda ad posteros Reges et Successores; ita ut haec stemmata non sint eiusdem aeui; nam lancea *Constantiniana* adiecta est ab Henrico Aucupe, quam obtinuit a Rudolpho (Otho Frisingensis, Arnulphum seu Arnolfum uocat,) Burgundionum Rege. *Lanceam S. Mauritii* adiecit Otho Magnus, impetratam a Bosone Rege Arelatensi, si Viterbiensis uera canit. Sic alia aliis temporibus Henricum et Othonem uel antegressis, uel subsecutis accesserunt; quae olim semper erant in potestate Caesaris seu Imperatoris, qui ea ubi libebat, asseruabat, et successori uel tradebat; uel relinquebat. Nec credebant se stabiliter et secure imperio potiri, nisi Imperialia ista ornamenta adepti essent. Hinc mortuo Conrado, Romanorum Rege huius nominis primo, *Eberhardus defuncti Regis frater, ut iussus erat a fratre, acceptis*

Monument. *ceptis aureis armillis cum Chlamyde, lancea, et ueterum Regum gladio ac diademate, ad Henricum Ducem Saxoniae festinat, eique fratris uoluntatem, ac procerum consensum detegit, regemque salutat*, ut ait ex Vitichindo Cuspinianus in Hentico Rege, qui *Aucupis* cognomentum tulit. Defuncto Othone III. Imp. S. Heribertus Archiepiscopus Coloniensis Imperialia insignia sibi tuenda et custodienda sumpsit; quae S. Henricus, mox ut in Caesarem electus est, repetiuit, et sine dilatione S. Heribertus tradidit, tametsi Henricus sinisteriore in Heribertum esset animo, quod electioni eius non interfuisset. Audiuimus iam antea Henricum V. simul ac contra Patrem suum Schismaticum Caesaream dignitatem obtinuit, regalia quoque postulasse. Rebus humanis Henrico V. Imp. exempto, Regalia Imperii suam in potestatem redegit Friderieus Dux Sueuiae, nepos Henrici ex sorore, qui eam ob caussam certum pignus imperii adipiseendi se possidere existimabat, sed quomodo elusus et illusus fuerit, his uerbis docet Albertus Stadensis in Chron. Anno Domini M C XXVI. *Fridericus Dux Sueuiae, post mortem Heinrici auunculi sui accepit Regalia, certissimus, quod a Principibus eligeretur. Sed Albertus Moguntinus, ab Henrico quondam captiuatus, iniuriam in nepote uindicare disponens, complicibus coadunatis, consilium concepit, quo Regalia potestati Friderici eripiant, et sic ad alium eligendum roborentur. Ipsi ergo, de quibus Dux Fridericus minus certus erat, imo aduersarios aestimabat, consona uoce eius electioni in publico applaudebant. Vnde certior factus, ad fauorem Principum magis captandum, et ut sincerius ad Imperium uideretur accedere, quod etiam se fidelem ostenderet in commisso, regalia Principibus reddidit. Et quia ad hoc opus erat, sagaciter a promotione summouere, utpote acceptum omnibus, quia liberalissimum, mansuetum, grandaeuum et regii sanguinis; callide nominauerunt cum Episcopo aliquos de sua Societate, qui ex condicto onus imperii suis uiribus impar certatim abnuerent, asserentes, quod debilitata Regni iura strenuum efflagitarent administratorem. Fridericus ergo sub forma aliorum humiliter onus recusauit. Vnde statim, arrepta occasione, Lotharium elegerunt, ultro se offerentem, uidelicet etiam, quod promisisset plura quae non persoluit. Ipso igitur celebriter electo, Principes tam Sacramentis, quam hominiis se ei astrinxerunt. Sed postea detectis dolis, Fridericus se regi opposuit.* Moriens tamen Henricus V. mandauerat, ut insignia Imperii in eastello firmissimo Hammerstein appellato asseruarentur, usque ad comitia Principum, ut est in Chronico Abbatis Vrspergensis. Cum Otho IV. Imperator uiuendi finem fecisset An. 1218. Regalia ad Henricum Brun-

A svvicensem, nescio quo casu uel fato, deuenerunt. *Lit. O.* Qua de re apud Honorium Tertium Pontificem Maximum Fridericus Secundus conquestus, postulabat, ut Henricum ad insignia imperialia restituenda compelleret. Misit super hoc negotio Honorius Nuncium, Priorem scilicet *S. Mariae Nouae* in Vrbe, qui Henrieum ad restitutionem indueeret, uel etiam, si necessitas exigeret, Ecclesia-
B sticis censuris compelleret. Commisit insuper Halberstatensi et Hildesheimensi Episcopis, ut nisi obtemperaret, a sacrorum communione semotum publice pronunciarent, illiusque ditionem interdicto mulctarent, ut ex *Regesto* Epistolarum Honorii refert Bzouius ad Annum Christi MCCXIX. Statim a coronatione sua Otho IV. insignia Imperii Mediolanensibus asseruanda commiserat, *Vnde ma-*
C *gnum fauorem a Mediolanensibus acquisiuit*, vt ait Abbas Vrspergensis in chronieo. Anno Redemptoris 1221. Friderieus Imperator offensus ab Italis, postquam Regalia suam in potestatem redegit, ea in Germaniam transtulit, *faciens custodiri sub potestate Eberhardi de Tanne Ministerialis et Dapiferi sui in Waldpurg.* Ita Chronieon Abbatis Vrspergensis. Vides hic nobilissimae familiae Trucksessiorum a
D Waldpurg antiquitatem simul et auctoritatem. Defuncto Philipo Othonis IV. in Imperio acquirendo antagonista, *Henricus de Scharffenberg Spirensis Episcopus, qui fuerat Protonotarius in Curia Philippi, in potestate habebat in castro Triuels coronam et crucem, et insignia Regalia, quae nec restituere uoluit nisi fieret Cancellarius Imperialis Aulae*, (Othonis scilicet) *quod et factum est, perdurauitque in eo officio*
E *usque ad finem uitae suae.* Vt tradit supradictum Vrspergensis. Chronicon. Lothario Imperatore ex hae uita euocato, Henricus Dux Saxonum et Boiorum, sacra insignia tenebat; Erat enim gener demortui Imperatoris Lotharii, *et ex hoc tenens Regalia, ad Regnum, quantum poterat, adspirabat*, ut inquit Andreas Ratisponensis in suo chronieo. *Huic adhaec reddenda in festo Apostolorum Petri et Pau-*
F *li dies Ratisbonae praefigitur; quo ueniens Regalia, id est, Crucem, lanceam, et coronam reddidit.* Vide Othonem Frisingensem lib. 7. eap. 23. Et Chronicon de Gwelphis Principibus. Cum Ludouicus Bauarus Imperator obiisset, filius eius Ludouicus, Marchio Brandeburgicus, Imperialia stemmata ui retinuit, neque ea, aliquot etiam annis interpositis, Carolo IV. iam electo Caesari tradere uoluit; tandem saniora consilia secutus tradidit. De qua traditione Albertus Argentinensis in Chronico isthaec. *Marchio* (Lu-
G douicus) *Lanceam, clauos, partem Crucis Christi, et alia insignia, quae imperii dicuntur, per Ludouicum Imperatorem patrem suum*

Monument. *ſuum relicta*, (Caroli IV.) *praeſentauit, recepta cautione de reducendis infra triduum, uel in Nurimberg, uel in Franckfurt per Regem, quod non fuit impletum, ſed ea Pragam perduxit, de quo Bohemia nimium gratulatur.* Poſtea tamen Sigismundus Imperator Cimelia haec ex Bohemia iam Huſſitico ueneno deprauata, Norimbergam, ceu ad ſedem ſtabilem et immotam, transferenda curauit, cum approbatione Summi Pontificis Martini V. cuius ſuper hac reBullam reperi in manuſcripto quodam Codice, quae multa ſcitu et memoratu digna complectitur, quam ſuo loco recitabimus. Aſſeruabantur haec clinodia Norimb. in templo D. Virginis, quod praecipuo Xenodochio intra Vrbem annexum erat. Conradus Celtes in commentario de Norimberga. *Inſignius Xenodochium, quod nouum uocant, ſuper amnis* (Pegneſi) *ripas, immenſis opibus et ſtructuris ad pauperum curam dotatum eſt. In cuius templo Sacroſanctae Imperatorum noſtrorum Reliquiae ſeruantur, maxime de Saluatoris Cruce, et Lancea, et Caroli Magni inſignibus, quibus Imperatores noſtri hodie ad Aquas Graneas, hoc eſt, Apollineas, Caeſares declarantur. Has Sigismundus Caeſar in eo motu, quo Bohemia a Religione Romana defecerat, a Praga Bohemorum Metropoli Norimbergam traduxit.* Hoc templum deſtinat quoque Martinus V. Reliquiis praedictis, et ornamentis Imperialibus aſſeruandis, ut ex diplomate Martini liquet. De eodem templo Eobanus Heſſus in deſcriptione Norimbergae.

His etiam adiunctum templum uetus aedibus haeret,
Non tam mole ſua, aut ulla memorabile cauſa,
Quam quod Reliquias, quas diximus ante, receptas
Continet, et Romanorum Diademata Regum,
Queis ſine nec fieri Caeſar, nec uerus haberi,
Auguſtus poterit, ſi non inſignia ſumat
Hinc ſua. Caeſareae namque eſt hoc illa Coronae
Gloria, qua Regni conſtat ius atque poteſtas
Maxima Romani, [namque hoc nunc more loquuntur]
Haec quoties alicui defertur ſancta poteſtas,
Hinc petitur, delata huc conditione refertur.
O Deus, O urbis pulcherrima gloria noſtrae,
Quae ſola hanc meruit, quae nulli contigit urbi
Gloria, perpetuis non interitura diebus.

CAP. III.

QVID NOMINE ARMORVM CHRISTI SIGNIFICETVR.

RELiquiae, quae ad paſſionem Domini concurrerunt, uocantur *arma Chriſti*, ut eſt Crux, lancea, ſpongia, claui, ex quibus in Cimeliis Imperii aliqua reperiuntur, et ex cap. 1. liquet. Appellantur quoque *inſtrumenta Dominicae Paſſionis.* Et quidem Marcus Antonius Senogallienſis, qui ſub Innocentio VIII. Pontif. Max. floruit, librum ſcripſit, *de excellentia inſtrumentorum Dominicae paſſionis*, qui Anno Salutis MDCVII. editus eſt Duaci. Inſtrumenta autem haec numerat. *Veſtes, funes, coronam, flagella, clauos, arundinem, ſpongiam, lanceam, linteum, et ſepulchrum;* *Litt. O.* tametſi non diſputat de omnibus iſtis Dominicae paſſionis inſtrumentis, ſed tantum inter ſe comparat *ueſtimenta Chriſti*, et *lanceam*, qua latus eius apertum eſt, utrum illa huic, an haec illis ueneratione praeſtent; nam occaſione lanceae a Turcarum Imperatore Anconam, et inde Romam allatae, quaeſtio exſtitit, num maior honor ueſtimentis, an uero lanceae deferendus eſſet; aliis pro lancea ſtantibus, Vigerius ueſtimentorum partes defendendas ſumpſit. Vocantur eadem inſtrumenta, ut antea dixi, *Arma Chriſti*, quia his Inſtrumentis, tanquam armis quibusdam, Redemptor noſter diabolum et mortem debellauit. Neque in hoc noſtro opuſculo de omnibus iſtis inſtrumentis diſſeremus, quia id in opere de S. Cruce abunde praeſtitimus; Sed de lancea praecipue; qua Sacroſanctum Chriſti latus, cum iam exanimis in Cruce penderet, apertum eſt, iuxta illud S. Ioannis; *Vnus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exiuit ſanguis et aqua.* Quam lanceam Deus ad poſteritatis memoriam et conſolationem ſupereſſe uoluit. Tempore Bedae inſerta habebatur in cruce lignea in porticu Martyrii [Templi id nomen eſt Hieroſolymis, a Conſtantino Magno exſtructi,] *cuius haſtile*, inquit Beda, *in duas interciſum partes a tota colitur ciuitate.* De eadem lancea Chronicon Alexandrinum ſub Heraclio Imp. poſt captam a Perſis Hieroſolymam 28. *die Octobris, die Sabbati ueneranda lancea e ſacris Hieroſolymorum locis allata eſt Conſtantinopolim, quam quidam familiaris, deteſtandi illius Sarbaiae; acceptam a Barbaris dedit Nicetae Patricio. Et ſtatim die Dominico in maximo et Sanctiſſimo templo proclamata eſt. Tertia et quarta feria a Viris adorata eſt, quinta et ſexta a foeminis.* Vbi non unus obſeruandus eſt mos; praeſertim iſte, quod uiris a foeminis dies ſeparati ad cultum et uenerationem praeſtituti fuerunt. Hanc an. Chriſti MXCVIII. repererunt Chriſtiani cruce ſignati Antiochiae in templo Principis Apoſtolorum, non ſine miraculo, ut narrat Tyrius; Fragmentum Hiſtoriae Aquitanicae, et alii. Poſtea circa annum Redemptoris MCCXLIII. Balduinus Imperator, partem Dominicae Crucis, Spongiam, et lanceae ferrum Venetis oppignerauit, quae deinceps S. Ludouicus Rex Francorum, poteſtate redimendi accepta, in Regio Sacello Lutetiae repoſuit, inſtitutis ibi ſacrorum miniſtris. Vide Guilelmum de Nangis. Proditum inſuper eſt, Baiazetem, Turcarum Imperatorem, lanceae ferrum donaſſe Innocentio VIII. Pontif. Max. Anno Salutis MCCCCXCII. Anno Domini MDC. editus eſt Romae, cum

Pon-

Monument. Pontificis Maximi approbatione et consensu, uerus iconismus Dominicae lanceae, uel potiùs ferri lanceae, et clauorum, quibus Saluator noster Cruci affixus fuit, et denariorum, quibus uenditus: adiuncto hoc ad Archiepiscopum Arelatensem Epistolio. *Hoc ferrum lanceae Anno 1491. Baiazethes Turcarum Imperator, quo pontificem Innocentium, fratris captiui causa, sibi gratiorem redderet, pro magno munere misit, quod olim apud Aedem S. Andreae Antiochiae repertum, capta iam ciuitate Boamundus in praelio corripiens, et cum Arcem expugnare non posset, praelatum, eam illico cepit, et hostium multa millia prodigiose deleuit, id Constantinopolim dono Imperatori aduectum, postremo Turca hoc anno 1491. Pontifici misit. Sacrum hoc ferrum delatum fuit ad Basilicam Vaticanam in die Ascensionis Domini de mane, summo Pontifice cum uniuerso Clero et Senatu Populoque Romano, honoris causa, extra portam Flaminiam prodeunte; quod a Cardinale S. Petri ad Vincula, ab eodem summo Pontifice usque ad Narniam misso, flexis genibus eidem porrectum fuit, et ad Basilicam delatum. Effigies praeterea Claui D. N. Iesu Christi, nec non unius ex denariis, quibus fuit uenditus, desumpta est Romae ex templo Sanctae Crucis, ubi modo seruantur. Clauus, licet unus sit, duplici facie apparet, denarius uero ex una parte Solis, ex altera floris speciem insignitam ostendit.*

Additur insuper haec precatiuncula.

Antiphona. Popule meus quid feci tibi, aut in quo contristaui te? Responde mihi. Ego ante te aperui mare, et tu aperuisti latus meum. Ego te exaltaui magna uirtute, et tu me clauis suspendisti in patibulo Crucis. *Vers. Iudas mercator pessimus denariorum numero Christum Iudaeis tradidit. Resp. Sedille ut agnus innocens non negauit Iudae osculum.*

Oremus. Omnipotens Domine Iesu Christe, qui sanctissimas manus tuas, et pedes tuos pro nobis miseris peccatoribus in ligno Crucis clauis perforari sustinuisti, et mellifluum latus cordis tui lancea a milite aperiri passus fuisti, et a Iuda proditore triginta argenteis in manus tuorum inimicorum te tradi permisisti. Da nobis quaesumus hodie, et quotidie usum poenitentiae, patientiae, humilitatis, Castitatis, lumen sensuum, et puram conscientiam usque in finem, quatenus passionis tuae Sacramenta ita peragamus, ut qui pro nostris excessibus incessanter affligimur, per temporalem mortem, quam mysteria ueneranda testantur, uitam te nobis dedisse perpetuam confidamus; qui uiuis et regnas cum Patre et Spiritu sancto Deus in secula seculorum, Amen. Cum Lanceae ferrum ex Oriente Anconam delatum esset, ut inde Romam ad Innocentium VIII. deportaretur, spectator quoque adfuit Marcus Vigerius Cardinalis Senogalliensis, prout ipse his uerbis testatur initio Tractatus de Instrumentis Dominicae passionis. *Cum sanctum ferrum lanceae, quo miles Saluatoris latus aperuit, Anconam esset allatum, Innocentio VIII. Pontif. Max. et ad illud excipiendum, omnes fere Prouinciales Episcopi conuenissemus, ac per ciuitatem solemni pompa circumtulissemus, celebrata, quanta potuimus deuotione, re diuina, refectaque iam mente; corpora quoque cibo refecimus. Interea uero de passione Domini nostri Iesu Christi colloquentes, incidimus in controuersiam, esset ne dignius ferrum Sanctum Lanceae, quod exceperamus, uestimentis Domini Iesu, et praesertim tunica inconsutili, quam Turcarum Imperator sibi retinuerat, sanctum ferrum Romano Pontifici dono mittendo?* Occasione huius litis scripsit Cardinalis Vigerius supra dictum Tractatum, ut iam antea monuimus. Litt. O.

Cap. IV.

FESTVM ARMORVM CHRISTI, LANCEAE PRAESERTIM, ET CLAVORVM, AB INNOCENTIO VI. PONTIFICE INSTITVTVM, NON SINE INDVLGENTIIS, ROGATV CAROLI IV. IMPERATORIS.

FEria VI. post octauam paschae, celebratur festum lanceae et clauorum, institutum, ut ait Molanus ad Vsuardum, Anno 1353. ab Innocentio VI. petente Carolo IV. Imperatore. Chronicon Belgicum. „Eodem anno MCCCL. Carolus „Imperator de Nurenberg in suam ciuita„tem Pragensem transtulit lanceam, qua „latus Domini nostri Iesu Christi fuit a„pertum et transfixum, simul et dextrum „brachium Sanctae Crucis cum clauo Do„mini; Mensale (*ita enim legendum*) „Christi, quod habuit in ultima coena, „gladium Caroli Magni, quem recepit ab „Angelo, nec non alias plurimas Reliqui„as. Qui Carolus etiam a Rege Franciae „obtinuit spinam unam de corona Domi„ni. Vnde promeruit a Papa Innocen„tio VI. festum fieri, per totum regnum „Alamanniae de corona (*imo de lancea*) et „clauis Domini, quod celebratur feria „sexta post octauam Paschae, cum proprio „cantu et officio diuino. Reperitur Officium hoc in uariis Germanicarum Ecclesiarum Breuiariis et Missalibus. Idem reperi in manuscripto quodam codice, una cum diplomate Innocentii VI. quo festum hoc indicit. Sed admodum deprauate a librario scriptum erat, ut alicubi uix sensus elici posset. Integrum exemplar postea nactus sum, quod appono.

In Bulla Innocentii VI. qui Pontificatum iniit Anno salutis 1352. tenuitque annis IX. Mensibus VIII. diebus XXVI. uides igitur, cuius rogatu Festum *Armorum Christi* fuerit institutum, nempe Caroli IV. Imperatoris, et qua occasione; nimirum

Monument. rum propter Reliquias Imperiales, hoc est, illas, quae in Thesauris Imperii a Regibus et Imperatoribus Romanorum asseruabantur, inter quas erat lancea seu ferrum lanceae, qua latus Domini in Cruce pendentis apertum est; et clauus, quo sacrum eius corpus transfixum; praecipue tamen hoc Festum a Pontifice indictum et stabilitum est propter lanceam et clauos; Quapropter in Officio huius festi mentio potissimum fit lanceae et clauo- B rum, eorumque laudes et encomia decantantur. Vbi obiter obserua, sapientiam Conradi Deckeri Caluinistae lib. 1. de Staurolatria Romana cap. 1. dicentis: Innocentium VI. instituisse Festum in honorem Crucis Anno salutis 1460. cum centum propemodum annis prius Innocentius VI. uixerit et obierit. Celebrauit hoc Festum Carolus IV. Imperator Norimbergae Anno MCCCLXI. cum filius eius C Wenceslaus ibidem in Parochia S. Sebaldi frequentissimo Principum conuentu baptizaretur. Quae solemnitas ut celebrior redderetur, „insignia Imperialia „Imperator iubet deduci de Bohemia, *in„quit Henricus Rebdorffensis,* solenni appa„ratu, et ostendit ibidem. Et existenti„bus ibidem denunciantur magnae In„dulgentiae, quas Innocentius VI. Papa „tunc gratiose concessit, uidelicet easdem D „Indulgentias, quas in urbe Romani Pon„tifices in die coenae Domini concedere „consueuerunt. Haec Henricus Rebdorffensis, qui dicit, se huic solennitati interfuisse, et uidisse signa Imperialia, ac Reliquias, quae tunc uniuerso populo monstrabantur. Citat Bzouius ad Annum Domini MCCCLIX. alias Innocentii VI. Pontificis literas, quibus ait in gratiam Caroli Imperatoris concessas esse nonnullas In- E dulgentias. „Omnibus, qui praesentes „adessent, in oratorio Christi Carolostei„nii, quando sacrae Reliquiae, uidelicet „nonnullae partes Sanctae Crucis, unus „ex clauis, spongia, et duae spinae de co„rona Saluatoris, nec non aliqua pignora „S. Ioannis Baptistae, cum aliis Lipsanis „Sanctorum in Cruce aurea, gemmis et la„pidibus pretiosis ornata inclusis, ad ue„nerationem exponebantur. Vtinam F Bzouius Bullam hanc Innocentii lectoribus uerbatim repraesentasset, qui tot alioqui Pontificum diplomata integra exscribit. Nec dicere habeo, quid sibi uelit Nauclerus cum Generatione XLVI. Anno 1359. ita scribit. „Hic Papa [*Inno„centius Sextus*] composuit historiam de „clauis et lancea Christi ad petitionem „Regis Romanorum Caroli, et magnam „indulgentiam dedit celebrantibus et G „peragentibus [*Festum hoc*], in Bohemia. Forte Bulla Innocentii paulo ante recitata, Nauclero est *Historia de clauis et lancea Christi.* Quia uero iam Bullam Innocentii VI. audiuimus, audiamus itidem Con- A stitutionem Martini V. qua, quae Innocentius sanxerat, rata habet, et insuper Reliquiis Imperialibus pro sede perpetua inclytam Noribergam assignat, idque Sigismundi Imperatoris rogatu. *Litt. O.*

CAP. V.

CONFIRMATVR QVOQVE FESTVM LANCEAE CVM NOVIS INDVLGENTIIS.

QVae reuera insignis est, totique rei, de qua agimus, plurimum lucis adfert, vtinam ex correctiore exemplari apographum eius sumere licuisset. Attulit porro Sigismundus Reliquias et Imperialia ornamenta Praga Norimbergam Anno Redemptoris MCCCCXXIV. die XXI. Martii, Festo S. Benedicti, ubi ingenti populi reuerentia et ueneratione excepta, et in Ecclesia noui Hospitalis reposita sunt, et quotannis publice ostensa, donec centesimo anno post, hoc est, MDXXIV. Lutheranismo iam inualescente plebis deuotioni ultimo ad spectaculum proposita sunt: nam postea, ut alia, ita et hoc sacrum institutum desiit, ut in quibusdam Manuscriptis Norimbergensibus annotatum reperi. Videtur autem transferendi insignia Imperii in urbem Noricorum causam potissimam Sigismundo Imperatori dedisse obsidio Arcis Carolsteiniae paulo ante ab Hussitis instituta, de qua lib. 10. cap. ult. Vandaliae Krantzius. *Obsederunt haeretici magnis apparatibus Arcem Regni praecipuam Karlstein.* Sed frustra, pulsis ab obsidione sectariis. *Ita arx praecipua*, inquit Krantzius, *quae multa seruabat pretiosa Regni Romani insignia, (quae illuc Carolus IV. inuexerat,) de manibus perfidorum eripitur.*

CAP. VI.

CONCVRSVS POPVLI NORIMBERGAM AD ANNVAM OSTENSIONEM RELIQVIARVM ET INSIGNIVM IMPERIALIVM.

CHronicon, quod Norimbergae impressum est Anno 1493. haec habet. "Gaudet haec insignis Vrbs signis Impe"rialibus: pallium enim, enses, sceptrum, "poma, coronamque Caroli Magni No"rimbergenses, in eorum archiuis asser"uant, quae in coronatione noui Regis ob "sanctitatem et antiquitatem auctorita"tem praestant; ornaturque, quam ma"xime inpretiabili ac diuinissima lancea, "quae Iesu Christi latus in cruce aperuit, "ac particula Crucis famosissima; et aliis "Reliquiis toto orbe celebrandis. Quae "die tredecima post Paschae gaudia, po"puli frequentia ex uariis prouinciis "summa deuotione quotannis uisuntur. Conradus Celtes in descriptione Norimbergae, cum sacras Reliquias Vrbis illius enu-

Monument. enumerasset, subiungit; tametsi stylo rebus sacris non satis idoneo. "Quas "nunc quotannis exactis duobus et de- "cem post Pascha diebus, in publico foro "maxima ueneratione et cultu ostendunt, "tabernaculo miro apparatu in foro con- "structo, in quo Sacerdos uocalissimus, "adstantibus Druydibus (*cur non Drya- "dibus? Quam uasto ore ampullatur Celtes.*) "Sabino more praecinctis, et diuinis exu- "uiis onustis uulgo proclamat, magna "circumiacentium regionum frequentia, "et ex omni Germania ad hunc diem po- "pulo, uelut diluuio quodam inundante; "ob id armatis et cataphractis, in speciem "praelii, pedem tabernaculi, forumque "ipsum et portas Vrbis cingentibus, ne "per insidias Vrbi, sacro spectaculo ua- "canti, trepidatio aliqua suboriatur. Eobanus Hessus in diagraphe Vrbis Norimbergensis, cap. 18. ubi Templum D. Virginis in Foro describir:

At parte ex alia Templum adiacet, hoc opus ipsi
Non uulgare foro decus, aedificauit honori
Matris Christiparae, quae quartus nominis huius
Carolus Augustus Romani insignia gessit
Imperii, dopisque uolens regalibus auxit
Templum a se positum, foribusque insigne superbis,
Quae fora prospiciunt, auroque et imagine multa.
Vestibulum adiecit, cuius suprema theatri
Pars speciem praefert, et si res postulet usum,
Namque ex hac (uelut arcu) hominum conuentibus amplis
Relliquiae monstrabantur, &c. [sunt,
Relliquiae fuerant, quae nunc quoque nota super-
Carole Magne tua, et nostrorum insignia Regum,
De Cruce saluifica, et qua Christi exsangue perempti
Transiit hasta latus; non aspernanda profecto
Munera, sed ueneranda etiam, si sola uetustas
Commendat meritorum haud immemor, aut male grata, &c.

scilicet Lutherani, in quorum castris militabat quoque Eobanus, sanctae Crucis particulas, et alias Reliquias ualde ueneranturr. Multo adhuc *ualdius* Caluiniani, et aliorum nominum, errorumque sectarii. Hanc uenerationem cernimus oculis nostris, in omnibus illis locis, quae Haeresis inuasit et occupauit. Obserua autem, quando Imperatoris defuncti exequiae Norimbergae, in *Nouo hospitali* celebrantur; tum sacras Reliquias, ut lanceam, crucem, et alias, altari, in quo Missa fiebat, indumenta uero Regalia Caroli Magni, coronam, sceptrum, gladium, et plura huius generis decora; feretro fuisse imposita; quod factum est, cum Anno 1483. iusta persoluerentur Sigismundo Imperatori, et postea, cum anno Domini 1439. 29. Nouembris Alberto Imperatori parentaretur, vt in quibusdam Manuscriptis Chronicis Norimbergensibus legi.

CAP. VII.

OFFICIVM DIVINVM IN FESTO ARMORVM CHRISTI DECANTARI SOLITVM.

Mandat Innocentius Pontifex in sua Bulla, ut Carolus Imp. per uiros doctos et Catholicos Officium conficiendum curet, quod in ecclesiis publice ad laudem et honorem *Armorum Christi* recitetur et concinatur. Praestitum idest, cura et studio Imperatoris. Datum hic integrum, nisi passim in Ritualibus libris obuium esset, tametsi non omnino inter se concordant. Adscribam tamen hymnos ad singulas horas, quia licet numeris et uerbis elegantes non sint, elegantes tamen sunt sensu et sententia, cuius potiorem rationem ducit pietas, quam numerorum et uerborum. Videntur autem cusi ad imitationem eorum, quos S. Thomas pro *officio Corporis Christi* composuit, id quiuis facile deprehendet, qui conferre uoluerit. Litt. O.

Lud. opusc. tom. II.

Hymnus in primis Vesperis.

Pange lingua gloriosae lanceae praeconium, per quam nobis copiose sacrum fluxit lauacrum: passo Christo dolorose pro salute gentium.

Hasta nitet margaritis nimis coruscantibus, mucro gemmis infinitis sanguine uernantibus: muniamur armis istis coelis exclamantibus.

Dulcis hasta latus Dei te repleuit sanguine, dulcis mucro per cor Dei uoluitur in flumine, sic saluantur omnes rei, tuto Dei munere.

Armat hasta uiatores, ne frangantur taedio, mucro lauat peccatores, in feruenti fluuio, roboratur bellatores, ne ruant in praelio.

Imperator splendor Patris cum clauis et lancea mundum purget a peccatis, pro sua clementia: salue tantae pietatis infinita gratia.

Gloria et honor Deo in paschali gaudio, laus aeterna sit pro eo, quod gessit in Filio: fixa sit in corde meo, crux cum suo Domino, Amen.

Hymnus ad Completorium.

Aeterna Christi munera nos satient perenniter, eius clauorum uulnera, inebrient nos iugiter.

Iesu nostra redemptio, pro tuis armis bellicis, te nostra laudat concio, psalmis, hymnis et canticis.

Tu Christe nostrum gaudium, de lanceato latere, da roris mellicidium, ardenti corde fugere.

Sit Christo iubilatio, laus, gratiarum actio, armorum ueneratio, sit nostra defensatio, Amen.

Hymnus ad matutinum.

Paschali iubilo iuncta sint gaudia, et cum praeconio noua solennia, in hoc tripudio sint in memoria, crux, et claui et lancea.

Crux apud inferos spoliat tartara, Crux apud superos Sanctis dat praemium, et super Angelos transmittit Dominum, gaudent regna coelestia.

Clauus dum figitur in Dei manibus, et dum confoditur in sacris pedibus corpus, sic fran-

Monument. *frangitur, quod pro hominibus, magna fun-* A *duntur flumina.*

Lancea saeuiens in Dei corpore, et inde proferens aquam cum sanguine, mundum sanctificat tam sancto flumine, omnes ad aquas currite.

Te summa Deitas Virgo magnificat, coelum cum Angelis laudibus intonat, miranda genitrix, pro his te glorificat, in sempiterna secula, Amen.

Hymnus ad laudes. B

Verbum supernum prodiens saluare quod perierat, clauis cruce se muniens, compleuit, ad quod uenerat.

O gloriosa lancea, timor et tremor daemonum, Regna pandis siderea, per uitae sanctae meritum.

De clauorum stigmatibus emanat mundi pretium, prae cunctis aromatibus, fragrat odorem coelicum.

In corde Christi mergitur mucro sole C *splendidior, fons uiuus tunc exoritur, omni dulcore dulcior.*

In sole frangit phialam furoris iracundiae, dum miles figit lanceam, in corde regis gloriae.

Quaesumus auctor omnium in hoc Paschali gaudio, per clauorum suffragium floret nostra deuotio.

Gloria tibi Domine, qui surrexisti a mortuis, redemptos tuo sanguine sertis ornas D *perpetuis.*

Hymnus ad primam.

Iam lucis orto sidere, dignare nos inuisere, armis tuae potentiae, magne Deus clementiae.

Christi Redemptor omnium, da spiritale gaudium, de armis tuis hodie splendor aeternae gloriae.

Claui Sanctarum manuum, ad opus ducant strenuum, resoluant noxam populi, Iesu re- E *demptor seculi.*

Sacris infixus pedibus clauus, a nostris cordibus, extirpet omne uitium, Rex Christe factor omnium.

Fons lanceati lateris, emundet sordes scelerû, et irriget nos intime, aeterne Rex altissime.

Tuis sacris uulneribus, et armis salutaribus, confer Christe in patria, beata no- F *bis gaudia.*

Sit Christo iubilatio, laus, gratiarum actio, armorum ueneratio, sit nobis defensatio. Amen.

Ad tertiam repetuntur duae primae strophae ex hymno ad primas Vesperas. Ad sextam canitur tertia et quarta stropha eiusdem hymni. Nonae denique seruit ultima stropha cum doxologia.

Hymnus in secundis Vesperis.

Christus ascendens choros Angelorum, G *Pontifex factus, Rex uniuersorum, clauis affixus, hasta uulneratus, pertulit crucem.*

Hastam uibrauit tunc miles in altum: ad Dei uerbum clauus cruentatum latus intrauit, et compenetrauit filio Dei.

A *Sanguis et aqua simul effluxerunt, undae cruoris nos inflammauerunt: fontes aquarum coelos turbauerunt, supra naturam.* Litt O.

Hasta nos armat, ut non succumbamus, clauus nos firmat, et sic triumphamus, sanguis accendit, ut sic ardeamus igne diuino.

Praestet hoc nobis gratia diuina, conditor orbis, siderum regina, lanceam cuius Angeli mirantur semper in coelis, Amen.

Sequentia de Lancea Dominica. Ex Missali Eystettensi.

Hodiernae festum Lucis, et solenne uitae ducis: pro uictrici lancea.

Decantemus laudes ei: quem transfixit uice rei, haec salutis framea.

Omnis utriusque sexus: te stringebat culpae nexus: et mortis angustia.

Psalle illi, qui resoluit: culpae poenam pro te soluit: uitae dans remedia.

Aue ferrum triumphale: intrans pectus tu uitale: Coeli pandis ostia.

Foecundata tu cruore: felix hasta nos amore: per te fixi saucia.

Florens cruor; quem fuderunt artus Christi: quos foderunt clauorum fixoria.

Fusa per te ac rigata: et per clauos solidata, nostra sint praecordia.

Placa Patrem maiestatis: ut in aeuum cum beatis: Nos coronet gloria.

Et quia Festum *Armorum* Christi crucem quoque Christi complectitur, adiungamus Encomiis in lanceam Dominicam hoc itidem in sanctam Crucem.

Sequentia de S. Cruce. Ex Missali Eystattensi.

Dulce lignum adoremus: dulces clauos ueneremur: Verbum Patris praedicemus, solenni praeconio.

Crucem Christi honoremus: crucifixum E *deprecemur: ut ab hoste liberemur: crucis patrocinio.*

Aue lignum pretiosum: pondus ferens gloriosum: quondam erat onerosum, mortis improperium.

Aue lignum quod fuisti dignum ferre corpus Christi: mundo lapso contulisti uitam et imperium.

Christus in te triumphauit: mortem morte superauit: et potenter spoliauit: A- F *cherontis atria.*

Sic per uiam atque ducem: habeamus Christi crucem: ut uidere uetam lucem, possimus in patria.

Amen dicat mente tota: plebs cruore Christi lota: ut sit semper absque nota: Amen dicant omnia.

Multa blaterant et nugantur Sectarii contra phrases quasdam et loquendi for-G mulas, quae in his rhythmis usurpantur, easque impietatis, imo et Idololatriae postulant. Sed hanc istorum uanitatem ac inscitiam redarguimus iam cum alibi, tum Tom. 1. de S. Cruce cap. 61. ut in praesentia nihil sit addendum.

CAP.

Monument.

Cap. VIII.

QVAENAM LANCEA ASSERVETVR, VEL ASSERVATA FVERIT INTER IMPERII SACRA LIPSANA.

QVatuot sunt lanceae, de quibus controuersia esse potest. Prima, lancea Dominica, qua Christi in Cruce pendentis latus transfixum est. Altera, Constantini Magni. Tertia, S. Mauritii. Quarta, Caroli Magni. Quas omnes inter Clenodia seu Cimelia Impetialia fuisse aio, tametsi libellus Germanicus nullam de lancea Constantini mentionem faciat, ut nec de Lanceis Caroli Magni et S. Mauritii, quas forte sub nomine gladiorum comprehendit. Hastam Dominicam fuisse intet Regalia lipsana Imperii testatur communis omnium sensus et persuasio, qui lanceam hanc Notimbergae cum caeteris imperii insignibus asseruatam, et quotannis ad uenerationem publice propositam fuisse credunt, magisque prius crediderunt, quam Lutherus Norimbergam occuparet. Secundo idem docent duo ex summis Pontificibus Innocentius VI. et Martinus V. in suis Bullis, quarum apographa antea dedimus. Vterque expresse reputat Lanceam Norimbergensem pro illa, quae ex latere Christi sanguinem et aquam elicuit. Tertio, idem suadet Officium de *Armis Passionis Dominicae*, quod compositum est occasione lanceae, inter Imperialia insignia exstantis, ut planum fit ex Bullis Innocentii VI. et Martini V. At Officium hoc ubique celebrat et decantat lanceam illam, quae sacratissimum Saluatoris nostri latus subiit. Verumenimuero sententiae huic nonnulla obstant. I. quia Lancea Dominica primum Antiochiae a Cruce signato exercitu reperta est, Anno Redemptoris M. XCVIII. prout Tomo Tertio de S. Cruce lib. 2. copiose monstrauimus. II. Quia lanceae ferrum Parisiis in Sacello Regio a S. Ludouico Francorum Rege repositum est, ut scribit Guillermus de Nangis in libro de rebus gestis S. Ludouici. III. Quia Baiazetes Turcarum Impetator lanceae ferrum Innocentio IIX. muneri misit. Anno salutis MCCCCXCII. quod adhuc Romae reuerenter habetur et colitur. Respondeo, haec nobis non officere: ad primum enim responderi posset, lanceam Dominicam demum post Cruce signatorum tempora Regalibus Impetii accessisse. Sed non utemur hac defensione; Dico igitur, non totam lanceam Dominicam Norimbergae fuisse; sed partem seu particulam; hinc multi Auctores id, quod Norimbergae exstabat, nominant *ferrum* seu *cuspidem lanceae*; in cuius portiunculae honorem lancea integra fabrefacta est, quae a parte, *Dominicae lanceae* appellationem tulit; ut in hoc Sanctarum Reliquiarum argumento frequentissime accidit,

A prout in libris de S. Cruce crebro monstrauimus. Quocirca nihil a fide alienum est, lanceam hanc a Cruce signatis Antiochiae fuisse repertam, cum inter Cimelia Imperii integram exstitisse non affirmemus: cuius aliqua portio postea ad Ludouicum Francorum Regem peruenit, ut et ad Innocentium IIX. Certe ferrum lanceae, quod Romae custoditur, cuius ectypon publice excusum prostat, ut supra B uidimus, quodque Antiochiae inuentum dicitur; suprema cuspide caret, et quidem non modica eius parte; ita, ut sicuti iam repraesentatur, nullus lancea illa uulnerari potuerit. Aliquid ergo ademptum est; quod piorum usui cessit, prout etiam Baiazetes Turcarum Imperator, cum Innocentio IIX. Pontifici lanceam dono mitteret, monuit, ut ex antiquis Diariis Vrbis Romae notat Iacobus C Bosius lib. 1. de Cruce Triumphante cap. 17. postea cum pars lanceae Dominicae esset, pro tota lancea Dominica haberi coepit; fabrefacta, uti fieri moris erat, effigie lanceae, qua sacra illa portiuncula includeretur. Ita omnia, quae de hac lancea feruntur, probe concinunt. Secunda, inter Impetii sacra Cimelia est lancea Constantini Magni; de qua Sigebertus, Otho Frisingensis, Auctor, qui uitam S. D Gerardi, Abbatis Bromiensis scripsit, et praecipue Luitprandus Ticinensis, quos citaui Tomo 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 96. quibus adde Auctorem incertum de Archiepiscopis Bremensibus, qui cum Adamo Bremensi coniungi solet. Tertia lancea est S. Mauritii, quam inter Imperialia insignia ponit Godefridus Viterbien. et Sugerius in libro de rebus gestis Ludouici Crassi, Francorum Regis. Quarta lancea E est Caroli Magni, cuius mentio fit apud Wilhelmum Malmesburiensem lib. 2. de gestis Regum Angliae cap. 6. Haec expresse non numeratur ab Auctoribus, quod sciam, inter Imperii insignia; sed gladius Caroli Magni, ut capite primo audiuimus, mentio tamen eius fit a Malmesburiensi, ut dixi, et a Continuatore Bedae lib. 2. cap. 8. uideturque esse illa, quae inter Imperii insignia seruabatur ante Henrici Aucupis tempora; Lanceam enim inter haec regalia fuisse, ostendit factum Conradi Regis Romanorum, hoc nomine primi, qui fratri suo Eberhardo mandauit, ut post mortem suam insignia Imperii, et in his lanceam, ad Henricum Aucupem deferret, eumque Regem salutaret. *Sumptis his insigniis*, inquit Witichindus, lib. 1. *lancea sacra, armillis aureis cum chlamyde, et ueterum* G *gladio Regum ac diademate, ito ad Henricum, facito pacem cum eo, ut eum foederatum possis habere in perpetuum.* Cum ergo lancea Constantiniana ab hoc Henrico, cui cognomentum *Auceps*, et Lancea Mauritiana ab Othone Magno Im-

Litt. O.

Monumem. Imperii insignibus adiectae fuerint, dicere oportet, hanc a Conrado Rege ad Henricum missam, fuisse diuersam, nec est, quod aliam, quam Carolinam interpretemur, nisi quis contendere uelit fuisse *Dominicam*, hoc est, illam, cui aliquid de cuspide lanceae Dominicae insertum fuerat, ut antea diximus: Ex his etiam liquet, quomodo aliquid de lancea ad S. Ludouicum Francorum Regem, et ad Innocentium VIII. Pontif. Maximum peruenire potuerit. Obiicies: Lanceam Dominicam iam ante aliquot secula desiisse esse in Cimeliis Imperii, utpote dono datam Æthelstano Regi Anglorum ab Othone Magno, ut ex Ranulpho lib. 6. Polychronici refert in sua chronologia Genebrardus; nec silent Magdeburgici Centur. X. cap. VI. Respondeo, Ranulphum deceptum esse; et falsa pro ueris Lectori propinasse: idque fortassis ex non intellecto Malmesburiensi, aut simili quopiam autore Anglicano; neque enim Henricus, neque Otho, sed Hugo Rex Francorum munera sacra ad Æthelstanum misit: Ensem nimirum Constantini Magni, Lanceam Caroli Magni, Vexillum S. Mauritii, particulam sanctae Crucis, et aliquid de corona spinea, ut tradit quoque Continuator Bedae lib. 2. capite 8. Dices, hanc lanceam Caroli Magni fuisse illam, quae latus Domini in Cruce pendentis aperuit. Respondeo, non fuisse nisi persuasione uulgi. Quocirca uterque Auctor, hoc est, Malmesburiensis et continuator Bedae, hac loquendi formula utitur. *Ferebatur eadem esse, quae Dominico lateri impacta, paradisum mortalibus aperuit. Ferebatur*, nimirum uulgi persuasione, cui aliud pro alio cogitatione apprehendere insuetum non est. *Ferebatur*; quia forte aliquid de Dominica lancea illigatum continebat. Ranulpho errandi occasio forte an fuit Malmesburiensis, et qui uerba huius uerbatim exscripsit, Continuator Bedae; non satis enim distincte exponunt duas Legationes ad Æthelstanum missas, alteram, ab Henrico Aucupe, Patre Othonis Magni: alteram, ab Hugone Rege Franciae. Habebat Æthelstanus quatuor sorores: ex quibus unam poscebat Henricus Othoni filio suo in matrimonium, unam itidem sibi in coniugem ambiebat Hugo, qui quo uoti certius ac citius compos efficeretur, muneribus supra enumeratis, Æthelstanum ad assensum inducere studuit. Reddamus ipsa uerba Malmesburiensis. *Henricus Primus, filius Conradi, Rex Teutonicorum* et Imperator Romanorum, *sororem eius* (Æthelstani) *filio Othoni expostulauit, tot in circuitu Regibus praetermissis, progeniei generositatem et animi magnitudinem in Ædelstano e longinquo conspicatus. Adeo enim haec duo sibi eo consentiens habitaculum effe-* A *cerant, ut nullus esset uel genere clarior, et illustrior, uel animo audacior et efficacior. Quare perpenso consilio, quod quatuor sorores haberet, in quibus praeter aetatis discrimen, nihil de formae gratia dissideret, duas postulanti Caesari misit, quas ille quomodo nuptum locauerit, iam sermo praeoccupauit; tertiam legitima copula sortitus est compare in Ludouicus Aquitanorum princeps, de genere Caroli Magni superstes;* B *quartam, in qua omne coagulum pulchritudinis, quod caeterae pro parte habent, naturaliter confluxerat, Hugo Rex Francorum per nuncios a germano expetiit. Princeps huiusce legationis fuit Adulphus, filius Balduuini Comitis Flandriae, ex filia regis Eduuardi Ethelsuuitha. Is cum in conuentu procerum apud Abandunam proci postulata exposuisset, protulit munera sane amplissima &c. Ensem Constantini Magni, in quo* C *litteris aureis nomen antiqui possessoris legebatur, in capulo quoque super crassas auri laminas clauum ferreum affixum cerneres, unum ex quatuor, quos Iudaica factio Dominici corporis aptarat supplicio. Lanceam Caroli Magni, quam, Imperator inuictissimus contra Saracenos exercitum ducens, si quando in hostem uibrauerat, nunquam nisi uictor abibat. Ferebatur eadem esse, quae Dominico lateri Centurionis manu im-* D *pacta, pretiosi uulneris hiatu paradisum miseris mortalibus aperuit: Vexillum beatissimi martyris Mauritii et Thebaeae legionis principis, quo idem Rex in bello Hispanico quamlibet infestos et confertos inimicorum cuneos disrumpere et in fugam solitus erat cogere: Diadema ex auro quidem multo, sed magis gemmis pretiosum, quarum splendor ita in intuentes faculas luminis iaculabatur, ut quanto quis certaret uisum inten-* E *dere, tanto magis reuerberatus cogeretur cedere. Particulam sanctae et adorandae Crucis crystallo inclusam, ubi soliditatem lapidis oculus penetrans potest discernere, qualis sit ligni color, et quae quantitas: portiunculam quoque Coronae spineae eodem modo inclusam, quam ad derisionem regni militaris rabies sacrosancto imposuit capiti. His tantis et tam elaboratis donis munificentissimus Rex gauisus, non minori-* F *bus pene respondit beneficiis, quin et anhelantis animum nuptiis sororis refecit. Et caeteris quidem Successores Reges dotauit; Patrem uero Crucis et Coronae Malmesburiae delegauit, quorum sustentaculo adhuc credo uigere locum illum tot libertatis naufragia, tot calumniatorum iniurias passum.* Haec Malmesburiensis. Eadem uerbatim prorsus Continuator Bedae, ut alterum ab altero descripsisse necesse sit. Non G ergo Henricus, non Otho, sed Hugo Rex Francorum lanceam Carolinam Æthelstano donauit; et germanus, a quo Hugo sororem sibi in coniugem postulauit, non est germanus natione; sed sponsae petitae frater Germanus Aethelstanus.

Di-

Monumenta. Dices. Si lancea Caroli Magni in Angliam ad Aethelstanum peruenit, eo modo, quo id Malmesburiensis refert, sequitur, eam inter Cimelia Imperii post Henricum Aucupem, et Othonem Magnum, non fuisse, quidquid sit de anterioribus seculis. Respondeo, Carolum Magnum tam strenuum et inuictum, totque annorum bellatorem inclytum procul dubio plures lanceas militares habuisse, quae posteris ob memoriam tanti Herois ue- B nerationi fuerint; nec tantum uenerationi; sed et usui: quippe qui non frustra crederent, omnia prospere cessura, ubi tanti Principis hasta res gereretur. Ex his, quae hoc capite disputauimus, refellere licet calumnias Marquardi Freheri, Caluinistae, quas effudit in Notis ad Petri de Andlo Tractatum de Romano Imperio, ubi dicit; eam lanceam quam alii lateris Dominici perforatricem appel- C lant, a Sigeberto et Luitprando attribui Constantino Magno; a Viterbiensi, Mauritio, a Continuatore Bedae Carolo Magno; *quasi isti Auctores unam eandemque lanceam diuersis nominibus nominauerint, alius quidem Dominicam; alius Mauritianam; alius Constantinianam; alius Carolinam:* quod secus est, quia de diuersis lanceis loquuntur, prout reuera diuersae lanceae inter Cimelia et Reliquias Impe- D rii continebantur. Itaque quod Freherus *de superstitionis matre, mendacio, nusquam sibi constante*, adiicit; id ut inscitiae, ita manifesti conuicii argumentum est, cum lanceae sint prorsus diuersae, Auctoresque, quibus de his lanceis sermo, aperte discriminent. Ait Freherus; *Hodie illa Clinodia apud ciuitatem Norimberg. asseruari dicuntur.* Scilicet tam peregrinus erat Freherus in patria uel sua E uel suorum maiorum, ut pro certo affirmare non posset; *Clinodia* Imperii asseruari Norimbergae. Dubitantis et solum uulgi rumorem sequentis uocula, *Dicuntur*, apponenda fuit. Non iniucundum procul dubio Frehero accidisset, si ut alibi alia, ita et Norimbergae monumenta haec abolita fuissent. Vt igitur rem in compendium conferam; inter Imperii insignia quatuor lanceas adseruatas sta- F tuo, Dominicam, sensu iam supra explicato, Constantinianam, Mauritianam et Carolinam. Muto igitur ea, quae Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 96. et Tom. 3. lib. 1. cap. 20. minus distincte interuarias Historicorum sententias fluctuabundus scripsi; nam ut lanceam Dominicam inter digmata et stemmata Imperialia recipiam; adducor I. auctoritate duorum Pontificum Innocentii VI. et Marti- G ni V. qui suis in Bullis lanceam Imperialem expresse nominant Dominicam, et illam, quae latus Domini aperiens sanguinem et aquam eduxit. II. Auctoritate Imperatorum, praesertim Caroli IV. qui- A bus omnibus semper hic sensus fuit se Litt. O. lanceam Dominicam inter Regalia possidere. III. Auctoritate totius Orthodoxi Imperii Romani, cuius indigenae eandem persuasionem habuerunt; quorum multi ad annuam Reliquiarum ostensionem potissimum desiderio huius lanceae uidendae et colendae Norimbergam confluebant, postquam sacra ista Lipsana in illa praeclara Vrbe sedem fixerunt. IV. Non parum itidem tribuendum arbitror Officio de Armis Christi, cum, approbante Pontifice Maximo, compositum et in Ecclesias Alamanniae introductum fuerit, hoc autem Officium non aliam celebrat et decantat lanceam, praeter illam, quae sanguine Redemptoris nostri tincta est. Quare audiendus non est Bzouius ad annum Domini 1350. ubi cum ex Dubrauio Imperialia Insignia commemorasset; itemque ex Lupoldi Bebenbergensis libello, de ueterum Principum Germanorum Zelo, de Constantiniana lancea, et Lancea Antiochiae reperta, nonnulla exscripsisset; subiecit; *Ex quo non nemini euidens est, lanceam illam, cuius ferrum Pragae inter Imperialia sacra pignora asseruatur, non esse eam, qua Christi latus statim a morte transfixum est, sed ex aliquo clauorum Domini uel particulam decisam, uel limaturam derasam.* Non Pragae, sed Norimbergae ferme a ducentis annis lancea, de qua Dubrauius, custoditur, ut Bulla Martini V. nos iam antea docuit. Deinde omnia haec; nimirum lanceam Dominicam inter Imperialia stemmata asseruari, et Antiochiae a Cruce signatis repertam, et postea a Turcarum Rege ad Innocentium VIII. missam esse, et Parisiis quoque in Sacello Regio exstare; probe inter se conciniunt, ut supra demonstratum est; quia singula non de tota lancea accipienda sunt; sed de partibus eius; nam Norimbergae est cuspis Lanceae; Romae ferrum non cuspidatum, ut loquitur ipsemet Bzouius; Parisiis aliqua huius lanceae particula; quibus partibus a tota lancea appellatio Dominicae lanceae uenit, ut in his talibus fieri assolet: Et cum Auctores dicunt; Antiochiae lanceam Dominicam a crucigero exercitu inuentam esse; haud de tota lancea loquuntur, quia iam diu ante expeditionem illam, cuspis lanceae Dominicae inter Imperii Cimelia numerabatur. Et haec quidem hactenus.

CAP. IX.

DE LANCEA DOMINICA EX DIVINA REVELATIONE ANTIOCHIAE REPERTA.

De hoc argumento scripsi Tom. 3. de S. Cruce lib. 2. cap. 9. Interea prodierunt Auctores *Nouantiqui*, coniecti in uolumen, quod *Gesta Dei per Francos*, inscribitur; qui de sacrae lanceae inuentione lectu, et scitu haud iniucunda memorant,

Monument.

rant, quae huic dissertationi inserere uolui, ut tractatio plenior et uberior euadat. Auspicemur a diuina reuelatione, qua lancea Cruce signatis summa rerum omnium inopia pressis et ferme ad desperationem adactis, patefacta est. Nec meis hic utar uerbis; sed *Raimundi de Agiles*, Canonici Podiensis, qui interfuit, et singula, quae gerebantur, coram spectauit. Ita ergo ille in Historia Hierosolymitana. *Dum nostri conturbarentur, et in desperationem ruerent, diuina eius clementia adfuit; et quae lasciuientes filios correxerat, nimium tristes tali modo consolatus est. Igitur cum capta esset ciuitas* Antiochiae, *usus sua potentia et benignitate Dominus, pauperem quendam rusticum elegit*, Prouincialem *genere, per quem omnes nos confortauit; et Comiti et Podiensi Episcopo haec uerba mandauit.* Andreas Dei et Domini nostri IESV CHRISTI Apostolus, me quater olim admonuit, et iussit, ut ad uos uenirem, et lanceam quae Saluatoris latus aperuit, capta ciuitate, uobis redderem. Hodie autem cum ad pugnam profectus essem extra ciuitatem cum reliquis, atque comprehensus a duobus equitibus pene suffocatus in regressu fuissem; quasi exanimis illic super lapidem tristis resedi: cumque prae dolore, et timore, sicut tristis titubarem: uenit ante me beatus Andreas cum socio quodam; et multum mihi interminatus est, nisi cito redderem lanceam. *Cumque ab eo Comes et Episcopus reuelationis et uisionis Apostolicae ordinem requirerent, respondit.* In principio terrae motus, qui apud Antiochiam factus est, cum exercitus Francorum obsideret eam; tantus timor me inuasit, ut nihil, praeter DEVS ADIVVA, dicere possem. Erat enim nox, et ego iacebam; nec in tugurio meo erat aliquis, cuius consortio resouerer. Cum autem, ut dixi, concussio diutius duraret, et timor meus semper excresceret, coram me duo uiri adstiterunt, in ueste clarissima; alter erat Senior, rufo canoque capillo, oculi nigri et conuenientes faciei; barba uero cana, et lata atque prolixa, et statura eius media: Alter uero iunior, et procerior erat, speciosus forma pro filiis hominum: et ait mihi senior: *Quid agis?* Et ego maxime timui, quia nullum adesse sciebam. Et respondi: *Quis es tu?* Et ait: *Surge, et noli timere; et audi quae ego loquar ad te. Ego sum Andreas Apostolus. Congrega Episcopum Podiensem, et Comitem sancti Aegidii, et Petrum Raimundum de alto pullo, et haec dices ad illos: Cur negligit Episcopus praedicare, et commonere, et cum Cruce, quam praefert, signare populum? etenim multum prodesset illis.* Et addidit: *Veni, et ostendam tibi, Patris nostri* IESV CHRISTI *lanceam, quam Comiti donabis; etenim eam* DEVS *concessit illi, ex quo genitus est.* Surrexi itaque, et

A secutus sum eum in ciuitatem, nullo circumdatus amictu, praeter camisiam. Et induxit me in Ecclesiam beati Petri per Septentrionalem portam, quam antea Saraceni Basumariam fecerant. In Ecclesia uero duae lampades erant, quae tantum lumen ibi reddebant, ac si meridies illuxisset: Et dixit: *Expecta hic.* Et iussit me assistere columnae, quae proxima erat gradibus, quibus ascendebatur ad altare B a meridie: Et socius eius a longe stetit, ante gradus altaris. Ingressus autem sub terram sanctus Andreas, produxit lanceam, atque in manibus mihi tradidit. Et dixit mihi: *Ecce lancea quae latus aperuit, unde totius mundi salus emanauit.* Dumque in manibus eam tenerem, lachrimando prae gaudio, dixi ei: *Domine si uis portabo eam, et reddam Comiti.* Et dixit mihi: *Sine modo, futurum enim est, ut ciuitas* C *capiatur. Et tunc uenies cum duodecim uiris, et quaeres eam hic, unde ego abstraxi, et ubi eam recondam.* Et recondit eam. His ita peractis, super murum ciuitatis reduxit me in domum meam; et sic a me recesserunt. Tunc ego mecum recogitans, et paupertatis meae habitum, et uestram magnitudinem, ueritus sum ad uos accedere. Post illud tempus profectus essem ad quoddam castrum, quod D est iuxta *Roiam*, propter alimoniam, prima die quadragesimae in galli cantu, adfuit mihi B. Andreas in eodem habitu, et cum eo, quo prius uenerat, socio: et magna claritas domum repleuit. Et ait B. Andreas; *Vigilas ne?* Sic expergefactus, respondi: *Non, Domine mi; non dormio*; et ait mihi: *Dixisti ea, quae dudum tibi dicenda mandaui?* et respondi: *Domine, nonne precatus sum uos, ut alium eis* E *mitteretis? Etenim metuens paupertati meae; accedere ad illos dubitaui.* Et dixit mihi: *Nescis ne, cur* DEVS *huc uos adduxit, et quantum uos diligat, et quomodo uos praecipue elegit? Pro contemptu sui, et suorum uindicta, uos huc uenire fecit. Diligit uos adeo, ut Sancti iam in requie positi, diuinae dispositionis gratiam praenoscentes, in carne esse, et concertare uobiscum uellent. Elegit uos* DEVS, *ex omnibus gentibus, sicut* F *triticeae spiceae de auenaria colliguntur. Etenim meritis et gratia praeceditis omnes, qui ante et post uos uenient, sicut aurum pretio praecedit argentum.* Post haec discesserunt, et me tanta aegritudo oppressit, ut lumen oculorum perderem, et dispositionem tenuissimae paupertatis meae facerem. Tunc ego coepi mecum cogitare, quod ob negligentiam Apostolicae uisionis, haec iuste mihi contingeG rent. Confortatus itaque ad obsidionem reuersus sum. Rursus paupertatis meae debilitatem recogitans, timere coepi, si ad uos uenirem, famelicum me esse, et pro uictu talia referre me proclamaretis. Itaque et ea uice conticui. Deflu-

Litt. O.

Monument. Defluente itaque tempore, cum apud portum ſancti Simeonis eſſem, atque cum Domino meo Wilhelmo Petri, inſra tentorium una recubarem, affuit beatus Andreas cum Socio, et habitu eodem quo prius uenerat, atque ſic mihi locutus eſt: *Cur non dixiſti Comiti et Epiſcopo, et aliis, quae ego praeceperam tibi?* et reſpondi. *Nonne ego precatus ſum te, Domine, ut alium pro me mitteres, qui et ſapientior eſſet, et quem uellent audire: praeterea Turcae ſunt in itinere, qui uenientes et abeuntes interficiunt.* Et ait ſanctus Andreas: *Noli timere, quia nihil tibi nocebunt: Haec quoque dices Comiti, cum uenerit ad Iordanem fluuium, non intinguatur ibi, ſed nauigio tranſeat: Cum autem tranſierit, camiſia et braccis lineis indutus, de flumine aſpergatur. Et poſtquam ſiccata fuerint eius ueſtimenta, reponat ea, et conſeruet ea cum lancea Domini.* Et haec dominus meus Willelmus Petri audiuit, licet non uideret Apoſtolum. Confortatus igitur, ad exercitum reuerſus ſum. Cumque uobis haec pariter dicere uellem, coadunare uos non potui. Itaque profectus ſum ad portum de Mamiſta. Ibi uero cum nauigare in Cyprum inſulam pro uictualibus uellem, comminatus eſt mihi multum beatus Andreas, niſi cito redirem; et uobis iniuncta mihi referrem. Cumque cogitarem mecum, quomodo reuerterer ad caſtra; aberat enim portus illc, ab exercitu quaſi per tres dies: amariſſime flere cœpi, cum redeundi facultatem reperire non poſſem. Tandem a ſociis et domino meo commonitus nauigium ingreſſus in Cyprum remigrare cœpimus. Et cum per totam diem remis, et proſperis uentis ageremur, usque ad ſolis occaſum, orta ſubito tempeſtate, in ſpatio unius horae uel duarum ad relictum portum reuerſi ſumus. Ibi languorem grauiſſimum incurri. Capta autem ciuitate ad uos ueni. Et nunc ſi uobis placet, experimini quae dico. *Epiſcopus autem nihil eſſe praeter uerba putauit: Comes uero illico credidit, et illum, qui hoc dixerat, Capellano ſuo Raimundo, cuſtodiendum tradidit.*

Cap. X.

QVOMODO ET QVANDO SACRA LANCEA POST COELESTE INDICIVM REPERTA SIT, ET DE FESTO LANCEAE INVENTAE.

D*Ie alia*, inquit Raimundus, oculatus teſtis, *praeparatis neceſſariis cum homine illo, qui de lancea dixerat, eiectis de* G *Eccleſia beati Petri omnibus aliis, fodere coepimus. Fuit autem in illis duodecim uiris* Epiſcopus Auraſicenſis et Raimundus Comitis Capellanus, *qui haec ſcripſit, et ipſe* Comes, et Pontius de Bala-

A duno et Faraldus de Thoart. *Cumque mane uſque ad ueſperam fodiſſent, in ueſpere quidam de inuentione lanceae deſperare coeperunt. Diſceſſerat enim Comes propter Caſtelli cuſtodiam: Sed loco illius, et aliorum, qui fodiendo fatigabantur, alios recentes inducebamus, qui uiriliter operi inſiſterent. Videns autem iuuenis, qui de Lancea dixerat, nos defatigari, diſcinctus, et diſcalciatis pedibus in camiſia in foueam* B *deſcendit; atque obteſtatus eſt nos, ut Deum deprecaremur, quatenus nobis Lanceam ſuam redderet, in confortationem et uictoriam ſuae plebis. Tandem per gratiam ſuae pietatis commonitus Dominus, Lanceam ſuam nobis oſtendit. Et ego, qui haec ſcripſi, cum ſolus mucro adhuc appareret ſuper terram, oſculatus ſum eam. Quantum gaudium et exultatio tunc ciuitatem repleuit, non poſſum dicere. Inuenta eſt autem Lan-* C *cea octauo decimo Kalend. Iulii. Secunda uero nocte aſtitit* beatus Andreas *iuueni, per quem nobis lanceam reddiderat, et dixit ei:* Ecce Deus donauit Comiti quod nulli alii unquam donare uoluit, et conſtituit eum uexilliferum iſtius exercitus, ſiquidem perſeuerauerit in amore eius. *Cumque ab eo miſericordiam pro populo poſtularet iuuenis; Reſpondit ei ſanctus Andreas,* quod reuera Dominus miſereretur D populi ſui. *Et rurſus cum quaereret ab eodem de ſocio ſuo, quis eſſet quem toties uiderat, dixit ei B. Andreas.* Accede et oſculare pedem eius. *Feſtinus itaque uolens accedere, uidit plagam unam ſuper pedem eius ita recentem, et ſanguinolentam, ac ſi modo facta fuiſſet. Cum autem dubitaret accedere, propter uulnus et ſanguinem, ſanctus Andreas ait:* Ecce ille pater, qui pro nobis uulneratus fuit in Cruce, et E haec inde plaga. Haec etiam Dominus praecipit, ut celebrem habeatis diem illum, in quo lanceam ſuam uobis reddidit. Et quia in ueſpera reperta eſt, et non potuit dies illa celebris haberi, ſequenti hebdomada in octauis ſolennitatem celebrabitis; et ſingulis annis deinceps in die inuentionis ipſius Lanceae. Haec quoque dices ad illos, ut contineant ſe ſicut epiſtola docet fratris mei Petri, quae F hodie legitur. *Et epiſtola fuit haec:* Humiliamini ſub potenti manu Dei. *Et quotidie Clerici ante lanceam, cantent hunc hymnum.* Luſtris ſex qui iam peractis. *Et cum dixerint:* Agnus in Crucis leuatur immolandus ſtipite: *Flexis genibus hymnum finiant.*

Cap. XI.

CONTROVERSIA DE LANCEA ANTIOCHIAE REPERTA.

EA eſt humani ingenii in rebus et factis humanis conditio, ut ubi euidentia rei non compellitur facile, fluctuet, deque ueritate haeſitet: id uidere licuit

Litt. O.

Monument. *Litt. a* Antiochiae; ubi, quam primum lancea Dominica in lucem uenit, quidam dubitare coeperunt, num germana et sincera lancea esset, omnidolo procul inde remoto. Quae dubitatio non tantum Antiochiae, nonnullorum pectora pulsauit; sed et postea in itinere uersus Hierosolymam relicta iam Antiochia, longe uehementius erupit; ut scribit Wilhelmus Tyrius lib. 7. de Bello sacro, cuius uerba adscribam. *Renouata est quaestio de lancea, quae apud Antiochiam reperta fuerat: utrum ea esset, qua de latere Domini sanguis et unda profluxit; an res esset commentitia. Dubitabat enim ualde super hoc populus, sed et Maiores penitus fluctuabant incerti: aliis dicentibus, quod uere ipsa esset, quae Domini Cruce maduerat, eius latus aperiens, et per inspirationem diuinam in consolationem plebis reuelata; aliis asseuerantibus, quod uersutiarum Tolosani Comitis esset argumentum, et gratia quaestus adinuentio ficta. Huius autem dissensionis auctor erat praecipuus, quidam Arnulphus, Domini Normanorum Comitis familiaris et capellanus; uir quidem litteratus, sed immundae conuersationis, et scandalorum procurator: de quo in sequentibus multa dicenda occurrent. Cumque diu super hoc in populo sermo hic discurreret contradictorius, hic qui eam reuelationem sibi factam fuisse asserebat, ut populo fidem faceret, et omnem tolleret ambiguitatem, rogum copiosum praecepit accendi, pollicens se, auctore Domino, certo per ignem experimento fidem se facturum incredulis, quod nihil confictum, nihil commento adumbratum in eo facto intercessisset; sed sola reuelatione diuina ad notitiam hominum, et eorum consolationem; totum esse procuratum. Accenso igitur rogo copioso admodum, cuius incendii feruor etiam circumpositos terrere poterat: conuenit uniuersus populus a maiore usque ad minorem, in ea sexta feria, quae sanctum Domini Pascha praecedit, in qua et mundi Saluator pro nostra salute passus esse legitur, ut tantae rei plenum haberet experimentum. Qui uero tam periculosum examen sponte subiturus erat, dicebatur* Petrus Bartholomaei, *Clericus quidem, sed modice literatus, et quantum ad humanum diem diiudicare pertinet, homo simplex uidebatur. Qui oratione facta in conspectu circumpositarum legionum, assumpta secum praedicta Lancea, per ignem transiuit, quantum populo uidebatur, illaesus. Verum hoc eius factum non solum non amputauit quaestionem, sed maiorem suscitauit: nam infra paucos dies uita decessit, cuius accelerati obitus occasionem, cum homo sanus et uitalis prius uideretur, quidam asserebant tentatum incendium: dicentes, quod in eo tanquam fraudis patronus, mortis caussam collegisset. Alii uero dicebant, quod ab incendio sanus euaserat, et incolumis; sed egressum ab igne, turbae caussa deuotionis irruentes, oppresserant et contriuerant eatenus, ut uitae finem ministrarent: sicque res quae in dubium uenerat, nullam recipiens decisionem maius induxit ambiguum.* Haec Tyrius, de quibusdam incredulis, quorum tamen incredulitas fidem aliorum *non euacuauit,* ut cum Apostolo loquar. Certe obtenta tam admirabilis uictoria post inuentam lanceam, et exercitui a Podiensi Episcopo praeportatam, omni dubitatione istos liberare poterat: sed sunt quidam usque adeo duri Capitones, ut uix, etiam illud, quod oculis uident manibusque tangunt, sibi persuaderi sinant.

Cap. XII.

LANCEAE REPERTAE MIRI EFFECTVS.

CHristiani Antiochiae grauissima obsidione cincti ferme spem omnem salutis abiecerant, ob innumerabiles hostium cuneos, qui omnibus ad uitam necessariis rebus abundabant, cum ipsi rerum omnium extrema egestate laborarent: sed inuenta lancea animos nonnihil resumpserunt; etiam coelestibus uisis et monitis excitati. Itaque cum decreuissent cum hoste confligere, et aut fortiter uincere, aut fortiter mori, indictum est. I. *Triduanum ieiunium* (recensebo enim omnia ad futurum conflictum praeparamenta, ut uideant, qui praelium inituri sunt, quomodo ad id se praeparare debeant.) II. *Vnusquisque puro corde confessus fuit.* III. *Qui aliquid ad edendum habuit non habenti distribuit.* IV. Triduum istud consumpserunt, *cum omni humilitate et puritate cordis Ecclesias processionaliter circumeuntes, et Domini misericordiam implorantes.* V. *Indultis offensis et rancore deposito, si quis erat, ut reformata charitate cum maiore fiducia ad praelium egrederentur.* VI. *Tertia die illucescente, Missae per Ecclesias celebratae sunt, omnesque sancta Dominici corporis communione communicati. Celebratis ergo diuinis,* inquit Tyrius, *et legionibus uniuersis coelesti munere satiatis, tanta est eis diuinitus infusa gratia, ut qui heri et nudius tertius quasi segnes et abiecti macilenti et exsangues, prae defectu uirium uix poterant attollere lumina, frontes erigere, et ieiuniis attenuati, uicti laboribus quaerebant latibula, pristinae honestatis immemores, nunc ultro in publicum prodeuntes, abiecta ignauia, quasi resumptis uiribus, arma baiulant uiriliter, et de bellicis tractare animositate praesumunt solita, palmam sibi promittentes. Vix reperiebatur in tanto populo conditionis aut aetatis cuiuspiam, qui non meditaretur fortia, qui non sibi praesagiret uictoriam.* Nec defuere exercitui solatores et hortatores Episcopi ac Sacerdotes; qui I. *Sacris induti uestibus turmas circumeuntes et conuentus Cruces deferebant in manibus.* II. Etiam Sanctorum *patrocinia,* hoc est,

Re-

Monument. Reliquias. III. *Peccatorum promittebant indulgentiam et plenam delictorum remissionem his, qui fortiter in acie desudarent.* IV. Iam aciebus ex Vrbe in campum prodeuntibus, *immixti erant Deo deuoti Sacerdotes et Leuitae, stolis amicti albis, signum Crucis mirabile deferentes in manibus.* V. Quartae aciei praeerat cum aliis Episcopus Podiensis *Dominicam lanceam secum deferens.* VI. Nec otiosi fuere Sacerdotes, quibus in ciuitate remanendum fuit; *nam super muros ascendentes, uestibus induti Sacerdotalibus, in lacrymis et oratione perseuerantes, expansis manibus pro fideli populo sine intermissione orabant ad Dominum, ut parceret populo suo, et ne daret gentibus in opprobrium haereditatem suam.* De iisdem Robertus Monachus. *Episcopi, Presbyteri, Clerici et Monachi sacris uestibus induti cum militibus extra portam ciuitatis exierunt, portantes in manibus suis Cruces, quibus Dei populum signabant,* (nota morem dandi benedictionem per Cruces) *et magnis uocibus ad coelum manibus extensis clamabant: Saluum fac populum tuum, et benedic haereditati tuae, &c. Similiter illi, qui in turribus erant et super murum, idem faciebant et cantabant.* Et hinc, nisi fallor, aptam formam Clerici, qui in castris et inter milites degunt, mutuari possunt, quomodo se gerere debeant. Nec miraculo caruit, ros superis ex oris exercitui demissus; *nam quicunque eo imbre caelitus immisso conspersus est,* inquit Tyrius, *ita plenam mentis et corporis suscepit hilaritatem, et integritatem sospitatis tanquam nihil laboris, nihil molestiae tota illa expeditione passus esset.* Quod coeleste beneficium etiam ad equos manauit, *quibus uigor pristinus a Deo restitutus est in integrum, ut qui per multos ante dies non nisi folia et cortices arborum habuerant pro pabulo, hostium equos et hordeo pastos et palea, tota illa die et celeritate uincerent, et laboris patientia.* Secuta est mox insignissima et ad omnem posteritatem commemorabilis uictoria; ipsis etiam cœlitibus S. Georgio, S. Mauritio et S. Demetrio in subsidium populo Cruce signato submissis. Haec et plura huius generis plane mira, quae post inuentionem lanceae, et ad eius in exercitu praesentiam acciderunt, poterant sane cuiuis pacis quam litium amantiori scrupulum de Lancea eximere; num scilicet genuina et germana esset. Quis enim ambigeret amplius, uisis tot, post lanceam inuentam, miraculis, et tanta rerum omnium commutatione confestim facta? Nec refert, quod Auctores qui de hac lanceae inuentione scribunt, in nonnullis circumstantiis dissident, sufficit eos conuenire in eo, quod narrationis praecipuum caput est; nam si dissensus, quoad quasdam peristases scriptoribus fidem detraheret, uix quidquam in Ecclesiastica et profana Historia certum atque indubium haberemus. *Litt. O.*

Cap. XIII

LANCEAE CONSTANTINIANAE DESCRIPTIO, ET VICTORIAE EIVS INTERVENTV REPORTATAE.

AVdiamus Luitprandum, qui iam pridem hanc lanceam docto penicillo nobis repraesentauit. *Burgundiorum Rex Rudolphus, qui nonnullis annis, Italicis imperauit, lanceam illam a Samsone Comite dono acceperat. Erat enim excepta caeterarum specie lancearum, nouo quodammodo opere, nouaque elaborata figura, habens iuxta limbum medium utrobique fenestras. Hae pro pollicibus perpulchre duae acies usque ad decliuum medium lanceae extenduntur. Hanc igitur Constantini Magni, sanctae Helenae filii, uiuificae crucis inuentricis fuisse affirmant, quae media in spina, quam limbum superius memoraui, ex clauis, manibus pedibusque Domini, et redemptoris IESV Christi affixis cruces habet. Henricus itaque Rex, ut erat Domini timens, totiusque religionis amator, audito Rudolfum tam inaestimabile donum habere coeleste, nunciis directis tentauit, si praemiis aliquibus id posset acquirere, sibique aduersus uisibiles inuisibilesque hostes arma inuictissima, triumphumque perpetuum praeparare. Quod quum Rex Rudolfus modis omnibus se nunquam facturum ediceret: Rex Henricus, quia mollire hunc muneribus non potuit, minis terrere magnopere curauit. Omne quippe regnum eius caede atque incendiis se depopulaturum esse promisit. Quia uero quod petebatur, munus erat, quo coelestibus terrea DEVS coniunxerat, lapis scilicet angularis faciens utraque unum, Rudolphi Regis emolliuit cor, iustoque Regi iusta iuste petenti cominus dedit. Neque enim pace praesente, simultati locus erat, nam et eo, quibis crucifixus est, a Pilato ad Herodem properante, facti sunt amici in illa die, qui prius inimici erant ad inuicem. Quanto autem amore Rex Henricus praefatum inaestimabile donum acceperit, tum in nonnullis rebus, tum in hoc praesertim claruit, quod non solum ad donantem se auri argentique muneribus, uerum etiam Sueuorum Prouinciae parte non minima honorauit. DEVS autem, qui quisque quid animo peragat intuetur, non muneris quantitatis, sed bonae uoluntatis inspector ac retributor, quanta ob praelibatam rem mercede aeterno in seculo pium donauerit regem, indiciis quibusdam hoc etiam tempore prodidit, dum contra se insurgentes hoc uictorifero praeeunte signo semper hostes terruit atque fugauit. Hac igitur occasione, imo Dei uoluntate, sanctam Rex Henricus adeptus est rompheam, quam filio, unde in praesentiarum nobis sermo est, decedens cum regno hae-*

Monument. haereditario dereliquit. *Qui quanta donum inaestimabile ueneratione coluerit, uictoria non solum indicat praesens, uerumetiam diuinorum, ut prompturi sumus, admiranda largitio munerum.* Victoria autem, de qua Luitprandus hic, est illa, quam Otho Imperator de fratre suo Henrico eiusque asseclis ad Rhenum retulit, rebus iam ferme desperatis ac depositis: Rex enim Otho quoniam suis ab hostili exercitu circumuentis, fluuio [Rheno] *interiecto subuenire non poterat, recordatus populi Domini, qui repugnantes sibi Amalechitas orationibus Moysi serui Dei deuicerat, protinus de equo descendit, seseque cum omni populo lachrymas fundens ante uictoriferos clauos manibus Domini nostri IESV Christi affixos, suaeque lanceae impositos in orationem dedit, quantumque iusti uiri secundum iusti uiri sententiam Iacobi tunc ualeret oratio, res manifesta probauit. Eo namque orante, quum ex suis nullus occumberet, hostes sunt omnes in fugam conuersi, nonnullique eorum, cur fugerent, penitus ignorabant: quoniam quidem prae paucitate se se insequentes hostes uidere non poterant. Caesis igitur plurimis, Henricus est uehementer in brachio percussus, et quanquam loricae triplicis fortitudo ad carnem usque ensis aciem non admitteret, pondere tamen percussionis acerbe brachium est adeo in liuorem conuersum, ut nullis medicorum curis ita mederi posset, quin subsequente anno dolorem permagnum sentiret. Vnde et paulo post huius facinoris occasione, ipsum fassi sunt hominem exuisse.* Dices. Lanceam hanc Constantinianam uocari *Dominicam* apud Luitprandum in inscriptione capitis duodecimi libri quarti. Respondeo, ita nominari, non quod fuerit illa, quae latus Domini aperuit, sed quia clauis Dominicis, uel saltem reliquiis clauorum Dominicorum, insignita erat; ut Luitprandus testatur. Cuius lanceae meminit quoque Sigebertus in Chronico Anno 929. et Auctor, qui uitam S. Gerardi Brumiensis scripsit apud Surium Tom. 5. qui Luitprandi uerba uerbatim quoque recitat.

CAP. XIV.

MIRA PER LANCEAM S. MAVRITII PATRATA. VBI ETIAM NONNVLLA DE SACRA REGNI HVNGARICI CORONA ADDVCVNTVR.

DEcantat haec uersibus sensu, quam modulo elegantioribus Viterbiensis, quos adscribam; quia pium morem, imo plures pios mores et ritus aperiunt, inter quos et iste, lanceam hanc Imperatoribus, tanquam tutamen et adminiculum, in congressibus bellicis praelatum fuisse.

Litt. O.

Lancea Mauritii reliquis praemaxima signis,
Plurima Christicolis peperit miracula dignis.
Clauus namque DEI sanctus habetur ei.
Subiicit Imperio bello gestata potentes,
Motibus ipsius nequeant obsistere gentes,
Haec ubi bella mouet, uincere cuncta solet.
Lancea sancta solet regnorum uincere lites,
Ipsa facit proceres Romanos esse Quirites,
Ex hac Caesar habet, quod sibi regna fauent.
Rex Arelatensis illam dum Boso teneret,
Et sibi pugnanti semper fortuna faueret,
Exstitit in digitis terror amara ferens.
Nunc liber expono, quo casu, qua ratione
Traditur Imperio post haec sacra lancea Roma.

Postea narrat, quomodo Boso Rex Arelatensis simul cum Regno suo Lanceam S. Mauritii Othoni Magno tradiderit.

Lancea Mauritii mea quam tibi dextera tradit,
Est caput illorum, quae nunc mea regna notani.
Nunc caput Imperii Lancea sancta dabit.

Siffridus tamen Misnensis presbyter in Epitome sua lib. 1. Mauritii lanceam ad Henricum Aucupem peruenisse dicit, dono Regis Burgundiae. Sed alii rectius Constantinianam lanceam nominant; ut iam ex Luitprando audiuimus. Etiam Sugerius Abbas lib. de rebus gestis Ludouici Crassi Regis Francorum, inter Imperii insignia lanceam S. Mauritii recenset. Recte hanc enim Othoni Magno Rex Arelatensis Boso donauerat, ut Viterbiensis testatur. Obiicies lanceam S. Mauritii esse nunc Craconiae in primario Vrbis templo, ut scribit Cromerus lib. 3. de Rebus Polonicis, et Kranzius lib 3. Vandaliae, cap. 36. et quidem dono Othonis II. ut Kranzio placet, uel, ut Cromerus recte sentit, Othonis III. Imp. cum Boleslaum Poloniae tunc Ducem, titulo et honore regio exornaret. Non est igitur haec lancea amplius inter Clinodia Imperii. Respondeo, nos nulla necessitate cogi, ut credamus S. Mauritio unicam tantummodo lanceam bellicam fuisse. Quapropter et Cracouiae una, et inter Imperii ornamenta, et sacra lipsana alia esse potest. Viterbiensis certe diu post Othonis. III. aetatem uixit; qui lanceam S. Mauritii inter Imperii insignia palam numerat, neque hoc ignorare potuit, quippe Friderici I. Imp. Cancellarius. Deinde, quod alias saepius, id hic quoque forsan euenit, ut lancea fabricata ad similitudinem Mauritianae, et Reliquiis de lancea S. Mauritii decorata, pro primigenia Mauritiana haberetur. De eadem Mauritiana lancea intelligendum uidetur, quod Chronicon Reichersbergense refert ad Annum Redemptoris. M. IV. ait enim, post superatos Burgundos *ad insignia regalia lanceam, clauo Dominicae passionis insignitam*, additam fuisse. Sed errat, dum Henrico Bauaro Imperatori hoc attribuit, iam pridem enim Otho Magnus adiecerat hanc lanceam Regalibus Imperii. Nec ad has quatuor lanceas spectat lancea illa Rudolphi Sueuorum Ducis, Henrico IV. in Imperio oppo-

Monument. oppositi. De qua Abbas Vrspergensis. *Anno Domini 1079. iterum bellum fit inter Henricum et Rudolphum; ubi in primo congressu Saxones terga uertunt. Ibi Dux Bohemiae Fratizlaus Regalem lanceam Rudolphi adeptus est: quae exinde permissione Regis Henrici, semper quemuis illius gentis Ducatu insignem in omni festiua processione procedit.* Hanc lanceam non fuisse unam ex Imperialibus, inde manifestum euadit, quia Imperialia insignia sua adhuc in potestate Henricus habebat; quae non nisi post multos annos filio suo Successori coactus, tradidit. Erat ergo haec lancea propria Rudolphi, qua pugnans uti consueuerat. Quam, ceu eximium monumentum, quippe tanti uiri armaturam, Dux Bohemus sibi uendicauit, et ob memorabilem uictoriam per Henricum de Rudolpho relatam, sibi praeportari uoluit. In pugna Othonis III. cum Romanis S. Bernwardus Episcopus Hildesheimensis, exercitui lanceam sacram praetulit, ut in eius uita Tangmarus Presbyter scribit his uerbis. *Palatini a beato Bernwardo Episcopo salutaribus monitis instructi, confessione nihilominus purgati, sacro etiam uiatico inter Missarum solennia muniti, contra egredi et hostes impetere conantur. Bernwardus Episcopus Dominicam hastam subiit, se quoque atque omnes uiuificae crucis munimine signat, benedictione publice data, ac uitalibus monitis consolans, et corroborans signifer ipse cum sancta hasta in prima fronte aciei, egredi parat. Sequenti autem mane, Imperator cum suis post Missarum solemnia a uenerabili Bernwardo Sacramentis coelestibus ac diuinis exhortationibus consolati aduersus hostes certamen instruunt, ipso Antistite cum hasta terribiliter fulminante, cordis uero instantia pacem ab Auctore pacis suppliciter flagitante. Vnde contigit deuoti militis sui precibus exoratam pacifici Regis Christi mox adesse praesentiam, cuius et in natiuitatis ortu primum pacis gaudia nunciantur, et postmodum eiusdem pacis amatores, Euangelica ueritate, filiorum Dei appellatione censentur. Ipsius itaque pietate, totius discordiae rebellione sopita, hostes pacem poscunt, arma proiiciunt; in crastinum se ad Palatium uenturos promittunt. Mane Dei clementia adsunt; pacem petunt; Sacramenta innouant, fidem se Imperatori perpetuo seruaturos promittunt.* Incertum tamen est, num de lancea S. Mauritii Tangmarus loquatur, quandoquidem nihil speciatim exprimit. Exstat quoque uexillum S. Mauritii apud Wilhelmum Malmesburiensem, quod ab Hugone Rege Francorum ad Aethelstanum Regem Angliae muneris loco missum dicitur. Hactenus de sacris Cimeliis et Clinodiis S. R. Imperi disputatum sit. Habuerunt quoque, et etiamnum habent alia quoque Regna sua ornamenta Regalia, quibus in

A Regum suorum inauguratione seu coronatione utebantur, et hoc etiam aeuo utuntur. Hungaris certe corona regia a Stephano accepta adeo sacrosancta est, ut cum aliquando amissa esset, ingens luctus omnes Regni incolas inuaserit; cumque in Austriam ad Fridericum Imp. peruenisset, Hungari non destiterunt repetere; et cum uerbis nihil proficerent, ad arma descenderunt; Austria; Stiria et Carinthia B crudelem in modum deuastata. De qua re consuli possunt rerum Vngaricarum scriptores, praesertim Bonfinius. Bis porro sacra Corona amissa est: primo cum Elizabethae Reginae dolo in Austriam uenit. Secundo, cum Otho Dux Bauariae, qui sacram coronam sua in potestate habebat, ad inaugurationem regalem properaret. De quo festiuum quiddam memorat Turozius lib. 2. Chronicorum C Hungariae cap. 88. cuius uerba apponam. „Cum sancta Corona per dictum Othonem Ducem (Bauariae) ad Hungariam portaretur; propter timorem hostium fecit illam includi per artem tornatoriam in flasconem. Cum autem equitaret cum suis sub noctis silentio in strata publica, in qua plurimi uiatores transibant, casu de sella, corrigiis, quibus erat flasco ille ligatus, resolutis, quasi uas uinarium D nullo uidente collapsus est. Postmodum uero luce clarescente, dum uidissent non adesse thesaurum illum pretiosum; quo citius potuerunt, timore perculsi; retro concurrerunt, atque Coronam inter multos transeuntes in terra iacentem in medio publicae stratae inuentam a nemine, repererunt. Forsitan ceciderat in prima uigilia noctis; reinuenta est autem sequenti die circa tempus E non dubium Vespertinum. Mirum certe, et miraculum non tacendum. Quid enim per hoc, quod illa corona cecidit intelligo; nisi quia Dux ille usque uitam suam portare non potuit hanc coronam ipsam pariter et honorem. (*utpote Regno pulsus*) Quid est, quod a nullo inuenta, sed ab ipsis qui portabant, nisi quod ne Pannonia data sibi corona ab Angelo, priuaretur. Haec Turozius. Cum Vladislaus F Polonus in Regem inaugurandus esset, neque tamen sacra corona in promptu esset, utpote iam in Austriam absportata, ne quisquam absque aliqua S. Stephani corona Rex Hungariae creari uideretur; coronarunt Vladislaum illa corona, *quae pro ornamento Reliquiarum capitis sancti Regis olim miro operis artificio praeparata fuerat*, ut inquit Turozius. Asseruabatur olim sacra corona Wissengradi G, in arce munitissima ad Danubium, infra Strigonium, de cuius custodia Rex Matthias hoc nomine primus Anno Domini 1464. in Comitiis Regni sic ad ordines uerba fecit. „Quia nouimus nos, et nouerunt omnes Domini Praelati et Baro- *Litt. O.*

Monument. „rones nostri, nouit etiam tota commu- „nitas regni, quomodo et qualiter pro- „pter indebitam custodiam et prouisio- „nem sacrae coronae, ipsa corona fuit ab „hoc regno alienata, in cuius alienatione „irrecuperabilia damna, et indicibilia „spolia, et multas incommoditates hoc „regnum passum est; et tandem post mul- „tos labores et fatigationes, et graues ex- „pensas, ipsa corona ex pecuniis commu- „nitatis regni nouissime est redempta.

A „Nos ergo uolumus, et debemus de pari „consensu et uoluntate Dominorum „Praelatorum, Baronum, et regni nostri „nobilium hoc in loco prouidere circa „debitam custodiam et conseruationem „ipsius coronae sacrae, locum alias con- „suetum et personas ad id idoneas, ne „(quod *Deus* auertat) ipsa corona iterato „ab hoc regno alienetur. *Haec inuictissi- „mus Rex Matthias.* Litt. O. P.

LITT. P.

AQVISGRANENSIS *ciuitatis solenne instrumentum, quo in ius uocat Noribergensis custodiam insignium imperialium sibique ac suae urbi illam conatur adrogare an. 1711.*

In nomine domini nostri IEsu Christi.

ZV wissen seye, hiermit und in Krafft gegenwærtigen *instrumenti publici*, dass im Iahr Christi siebenzehen hundert und eilff, *indictione quarta*, bey Herrsch-und Regierung des allerdurchlauchtigsten, grossmaechtigsten, und unüberwindlichsten Fürsten und Herrn, Herrn *Caroli VI.* erwehlten Rœmischen Kaysers zu allen Zeiten Mehrern des Reichs, in Germanien, in Spanien, beeder Sicilien, Hierusalem und deren Indien, auch zu Ungarn und Bœheim, Dalmatien, Croatien und Sclauonien &c. Kœnigs, Ertz-Hertzogs zu Oesterreich, Hertzogs zu Burgund, zu Meyland und Braband, zu Lützenburg und Geldern, Steyren, Cærnthen, Cræyn und Würtenberg, in Ober-und Nieder-Schlesien &c. Marggraffens zu Mæhren, in Ober- und Nieder-Laussnitz &c. Graffens zu Habspurg, Tyrol, Flandern und Gœrtz &c. &c. unsers allergnædigsten Kaysers und Herrn, Ihrer Rœm. Kæyserl. wie auch Kœniglicher Maiestæt Reichen, und zwar des Rœmischen im ersten, des Spanischen im neunten, und des Hungarischen und Bœheimischen auch im ersten Iahre, Donnerstags frühe um neun Vhr war der uier und zwantzigste dieses zu End eilenden Monats *Decembris*, die Hoch-Edelgebohrne und Gestrenge Herren, Herr *de Speckheuwer*, und Herr *Balthasar Feibus*, in persœhnlicher Gegenwart Tit. Herrn *Caroli Alexandri de Couet* wohlbestallten *Secretarii*, als uon bochlœblicher Stadt *Aachen*, mit denen *Kayserlichen Reichs-Insignien und* Ornamenten, zu *uorgewesener Kayserlichen Krœnung* anhero abgeordnete Herren *Deputirte*, mich Iohann Caspar Fischer, *Notarium caesareum publicum immatriculatum* und Bürgern allhier, in Praesentz zweyer hierzu insonderheit erbetenen Zeugen, benanntlich Herrn Iohann Mesemanns, und Herrn Georg Vincentz Assum, beyder allhiesigen Bürger und Handels-Leuthen, in des letztern eigenthühmlichen Behausung zum Storck genannt, bey dieser des Heil. Reichs-Stadt Franckfurt am Mæyn, und zwar in dem daselbstigen Camin, zweyten Stockwercks, dessen Fenster auf der Seite in die Gasse gegen hiesiger Stadt Leinwands-Hauss ausweisen, uermœge schrifftlich übergebener *requisition*, dahin grossgünstig ersuchet, dass ich derselben gemæss, die uor mir und meinen beyden Zeugen *interponirte Protestation, contra der wohllœblichen Stadt Nürnberg zur Kays. Krœnung anhero abgeschickte Herrn* Deputirte, *wegen längerer Vorenthaltung der Reichs-Insignien, als Cron, Scepters, Reichs-Apffels und Schwerdts, sammt Kænigl. Kleidungen, welche dem Stifft unser lieben Frauen, und dem Kœniglichen Stuhl zu Aach, zu ewigen Zeiten daselbst zu uerwahren, und anders nirgends hin zu transportiren*, uermœge der Beylage sub N. I. uon dem Rœmischen Kœnig Richardo de Anno 1262. allbereit legiret und geschencket worden ist, intimiren und declariren mœgte. Diese schrifftliche *Original-Inquisition* lautet also: *Domine Notarie.*

B Demnach uon dem Rœmischen Könige *Richardo*, Glorwürdigster Gedæchtnüss in anno 1262. die zur Römischen Kayserl. *Crœnung gehœrige* Insignia *und Clenodien, als die Cron, Scepter, Reichs-Apffel und Schwerdt, sammt Kœniglichen Kleidungen* dem Stifft unserer lieben Frauen und *dem Kœniglichen Stuhl zu Aach* dieser gestalt gegeben und doniret worden, dass dieselbe unter uerwahr des Stiffts und der Stadt daselbst uersiegelt ewiglich bleiben, und keineswegs dauon dannen weggeführt, weniger ex quacunque etiam urgentissima necessitate pro guerra aut rege ipso, laut der Beylage sub No. primo
C uerkaufft oder uerhypothesirt werden kœnnen; Und aber die zu dem am uorgestrigen Tag uollzogenen *actu Coronationis* abgeordnete Herrn *der Stadt Nürnberg all solche Insignia* bey der unter gedachtem uorgestrigen dato uollbrachten Krœnung des Erwehlten Roemischen Koenigs *Caroli* des Sechsten, in Hispanien, Hungarn und Bœheim Kœniges &c. &c. *über uerhoffen wieder zu sich genommen*; Als haben zu hochgedachten *actu coronationis* Abgeordnete des *Kœnigl. Stuhls und Stadt Aach, damit ein solches der Stadt Aach an ihrer auf gemeldte Crœnungs-Insignia habenden Gerechtsame nicht praeiu-*
D *diciren mœge*, Nahmens der Stadt dieser Vorenthaltung halber *omni meliori modo* nochmahlen hiemit *ausierlichsten protestiren, und alle diensame Rechtens-Mittele darwieder uorbehalten wollen.* Euch *Notarium* ersuchend, diese unsere *Protestation* und *Reseruation* hieselbst anwesenden Herrn Abgeordneten der Stadt Nürnberg in unser und der Stadt Aachen Nahmen gebührend zu Intimiren, und uns daroh glaubhafften Schein mitzutheilen. Franckfurt den 24. Decembr. 1711. Abgeordnete des Kœniglichen Stuhls und freyer Reichs-Stadt Aachen

de Speckheuwer,

E Balthasar Feibus.

Folget obgedachte Beylage Num. I.

Hic est modus et forma, sub quibus illustris Richardus Rex Alemanniae, filius Regis Angliae, et qui ortum produxit ab Anglia in bona prosperitate Aquis constitutus, de mera uoluntate sua legauit Capellae Beatae Mariae de Aquis unam coronam auream, cum rubinis, smaragdis, saffiris, et aliis pretiosissimis lapidibus pulcherrime ornatam, et unum par Regalium uestium de armis suis, cum uno sceptro, et uno pomo deauratis, in perpetuum ibidem custodienda, sub hac forma uidelicet, quod
F praedicta omnia Regalia reponantur in thesaurn ibidem sub custodia et sigillis Prepositi, Decani, et Capituli eiusdem loci. Statuit etiam idem rex et ordinauit, quod praedicta et alia signa regalia sint in eadem Capella sub custodia et sigillis Scabinorum et sigillo communis ciuitatis eiusdem in perpetuum, ita quod corona praedicta et alia signa regalia sint parata et prompta ad coronandum tantummodo ibidem omnes reges Alemanniae, qui processu temporis eidem regi succedent in perpetuum, in eodem regno, et post ipsorum regum corona-

Monument. nationem ſtatim ipſa corona et alia ſigna regalia loco reponantur, quo prius in perpetuum ibidem cuſtodienda. Statuit etiam Idem Rex et ordinauit de corona et aliis ſignis regalibus, quod ab eodem loco ſeu Capella praedicta non amoneaotur, nec uendantur pro aliqua neceſſitate urgente ſeu caſu contingente uel alio modo quocunque pro neceſſitate alicuius nel aliquorum eccleſiae ſeo ciuitatis eiusdem pro guerra aliqua ſuſtinenda, nec pro Rege, ſeu aliqun de mundo alio. Quicunqne autem contra hoc uenerit, ſen ocdinationem iſtam uel legatum iſtud uiolare uel aliquo modo interrumpere praeſumpſerit, maledictinnem diuinam, beatae uirginis et omnium Sanctorum noſcat ſe incurſurum. In cuius rei teſtimonium idem rex praeſenti ſcripto ſuum ſigillum fecit apponi. Datum Aqnis anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo. Regni uero noſtri ſexto

C. A. de Couet, Secretarius der

Stadt Aachen.

Wann ich dann, *ui requiſitionis atque officii ratione*, denen Herrn *Requirenten* hierinnen keines weges entſtehen kœnnen; ſo habe ich zuuorderſt die mir ſchrifftlich behændigte *requiſition* meinen beyden obermeldten Herrn Zeugen *uerbotenus* uorgeleſen, ſo dann mich mir Ihnen nach zehen Vhr obbeſagten Vormittags in der Herrn Abgeordneten non Wol-Lœblicher Stadr Nürnberg *logiment* zum rothen Mænnchen allhier uerfüget, und mich *praeſentibus teſtibus* uor denſelben zwo Stiegen hoch, zvveyten Stockvvercks, deſſen Fenſter in den Hoff ausvveiſen, bey ihren Carabinern dauurſtehenden Einſpænnigern, gebührend umb *Audientz* angemeldet. Alldievveilen mir aber non Ihnen zur erſten Antvvort und Nachricht gevvorden iſt, daſs die Herrn Abgeſandre beym Kayſerlichen Hoffe vværen; ſo habe ich mich mir meinen beyden Herrn Zeugen nm halb zvvœlff Vhr daſelbſt, da ſie vvieder zn Hauſs gekommen, im Nahmen vvol-lœblicher Stadt Aachen, allhier anietzo anvveſenden Herrn Abgeſandten, bey der Stadt Nürnberg ſich daſelbſt perſœhnlich befindenden Herrn Abgeordneten, zu erſt durch dero Schreiber, hernach dnrch einen bey Ihnen aus-und eingehenden Nürnberger Herrn *Patricium*, und endlich durch ihren Herrn *Secretarium* Iohann Willhelm Arnſchvvanger zum drittenmahl, *nomine quo ſupra*, anmelden laſſen, aber kein Gehoer bekommen kœnnen, maſſen mich ein ieglicher uon ihnen augenſcheinlich declinirte und meydete. Demnach ich aber mich endlich beſchvvehren, und zn dem Nürnberger Herrn *Secretario a parte* ſagen muſte: Ich vvære ein allhieſiger Bürger und Kayſerl. *Notarius*, der, vvie obgedacht, non vvohllœblicher Stadt Aachen hieſigen Herrn Deputirten denen vvohl-lœblicher Stadt Nurn-

A berg, etvvas zu inſinuiren und zu intimiren hætte, vvolte alſo nicht hoffen, mich in meinem Ambt vvieder die Gebuhr zn praecludiren. Als iſt endlich der nahmtliche Herr *Secretarius* zu denen Nurnbergiſchen Herrn *Deputirten* in ihr Zimmer hinein gegangen, bald aber uon dannen vvieder heraus gekommen, und gefragt, vvas ich eigentlich uorznbringen hætte: vvelchem ich dann *praemiſſis Curialibus breuiſſime* geantvvortet, vvas meine ſchrifftliche *Requiſition* und darinnen einuerleibte *Proteſtation* vvegen der uon vvol-lœblicher Stadt Nurnberg dem Kœnigl. Stuhl zu Aachen uorenthal-B tener zur Rœmiſchen Kœnigl. Crœnong gehœriger Inſignieo nnd Clenodien, mit ſich führen, Ihmo Herrn *Secretario* anch die uorhergehende *original requiſition* und *proteſtation*, und daraus die *paſſus concernentes*, obngeachtet die uorhandene Nurnbergiſche Einſpænniger mit ihre Carabiner uor und darzvviſchen geſetzet, mir Fingern gezeiget. Nichts deſto vveniger aber hat dieſer Herr *Secretarius* uon mir oichts vveiter hœren, noch etvvas ferner anmelden vvollen, ſondern *rotunde* geſagt, daſs ſie nichts annehmen thæten, und da ich mich dargegen uernehmen lieſſe: Ich vvurde dann der C *Requiſition* ein Genugen zu thun, dio mir ſchrifftlich ubergebene *Proteſtation* nor Ihnen niederlegen. So replicirte er im binvveggehen, ich ſolte mich nor Ungelegenheit hüten, vvelches ſich auch die Nurnberger Einſpænniger und ihr dabey geſtandener Wachtmeiſter bedrohentlich uernehmen lieſſen. Bey dieſen Vmſtænden nun vvar ich genœthiget, die mir non denen Aachiſchen Herrn Abgeſandteo ubertragene *Proteſtation contra* die Nürnbergiſche Herrn Abgeordeneten, vvegeo fernerer Vorenthaltung der dem Kœniglichen Stuhl zu Aachen gebuhrendem Reichs-Inſignien nnd D Oroamenten nor denen Nurnberger Einſpænnigern, ihrem Wachtmeiſter und uerſchiedenen daherumb ſtehenden Franckfurter Burgern, in beyſeyn meiner beyden Herren Zeugen œffentlich zu declariren und abzulegen, allermaaſſen ich dann hierüber alle umſteheode zu Zeugen angeruffen, und damir dieſen *Actum* geendiget, deſſen ich meine Herrn Zeugen nebſt mir vvohl eingedenck zn uerbleiben fleiſſig erinnert. Demnach Ich nun obiges alles fideliter notiret und protocolliret, anch gegenvværtiges *Inſtrumentum* daruber errichtet; als habe ich ſolches mit meines Nahmens eigenhændi-E gen *Subſcription*, und mir *conferirtem Notariat-Signet* beurkundet, meine beede Herrn Zeugen auch zn mehrer Beglaubigung mit eigoen Hænden unterſchrieben, ihre gevvœhnliche Pettſchafften uordrucken laſſen, ond den uornehmen Herrn requirenten um die Gebuhr vviſſentlich communiciret. So geſchehen allhier zu Franckfurt am Mayn, im Iahr, *Indiction*, Kayſerl. Regierung, Monat, Tag, Stund, Ort und Enden, vvie droben inſonderheit und mit mehrerm beſchrieben ſteht.

Litt. P.

(L. S.) *Iohann Caſpar Fiſcher.* Imperiali authoritate publicus approbatus atque immatriculatus ibidem Notarius et ciuis.

Symbolum: Sub roſa fides! M. M.

(L. S.) *Iohannes Meſemann* mpp. als erbetener Zeug.

(L. S.) *Georg Vincens.* Aſſum. als erbetener Zeug.

Concordat cum ſuo originali, quod atteſtor

C. A. de Couet, Secretarius urbis Aquisgranenſ.

OPV-

CAP. I. §. I.

OPVSCVLVM II.

GERMANIA PRINCEPS
POSTCAROLINGICA SVB
CONRADO I.
orientalium Francorum rege,
Mense Septembr cIɔIɔccx.

CAPVT I.
DE CONRADO, ANTEQVAM FRANCORVM REGNVM CAPESSERET.

§. I.

Natalis Conradi ignorantur.

Quo die quoue Consule primum huius lucis frui coeperit usura Conradus, non adnotarunt eius ortui propinquiores uel saltem haud ita multum remoti scriptores (*a*); nec id sciri multum interest. Quibus parentibus usus fuerit constat: patrem quippe habuit cognominem Conradum Seniorem, Francorum Comitem (*aa*); matrem Glismudam (*b*), Sueuicae gentis opinor, illustrem feminam (*c*). Quibus autem maioribus, quo auo atauoque sit progeneratus, anceps est et inter eruditos longa multumque iactata contentio. Sopiemus litem, qua tot aeui medii annales perstrepunt, si Conradum ipsum nulla prorsus natalium cognatione Carolidis innexum fuisse asseuerauerimus. Interim ne more Alexandrino nodum Gor-

Pater fuit Conradus Francorum Comes: Mater Glismuda.

Non fuit Carolingus.

(*a*) Sterile nimirum hic aramus solum; nec respondet labori semper emolumentum. Incredibile dictu, quam parci sint ueteres, quam ieiuni recentiores, ubi ad Conradum I. deuentum est. Monumenta huius regis exstant quam paucissima, et quae exstant uel obscura sunt intellectu ob interruptam rerum seriem, uel digestu difficilia, e disiectis quippe dissentientium scriptorum chartis colligenda: plane ut nullius res maiores tenebras et turpius historicorum uel silentium uel dissidium passas esse asseuerauerim. Idcirco nos, quanquam in discussione septennii, in quod saeculi res fortuna cumulauerat, et in quo hodieque eruditissimorum hominum iudicio, Germanicarum rerum cardo uertitur, ne uilissima quidem momenta praetereunda duximus: praestare tamen inprimis debebimus, ut, quantum fieri media nocte potest, curatissimam ordinis in turbatis rebus, uerique in dissensu, et in obscuro perspicuitatis rationem habeamus; seduloque dabimus operam, ut subinde a nobis dicatur, quod ab iis, qui hoc lapidis uoluerunt ante nos, dictum non sit. (*aa*) In Wederouia, magnae dignationis in aula regia uirum: colloquio enim, quod *Zuendibolch* (Lotharingiae rex) *habuit cum optimatibus Arnulphi et Caroli et suis apud S. Goarem, ex regno Arnulphi interfuerunt Hatto Archiepiscopus*, CVNRADVS *et Gebelhardus Comites*, auctore Reginone *ad annum* 899. Idem Regino *ad an.* 897. *et* 905. exponit fuse grauissimas simultates, quibus inuicem arserunt Wederouiensis et Bambergensis, Francorum Comitum, familiae: quae quum satis tritae sint et decantatae, crambem toties recoctam apponere denuo nolumus; id indicasse contenti, cecidisse Conradum *an.* 905. in praelio aduersus Albertum Bambergensem, Ottonis, Saxonum Ducis, nepotem, fortissime dimicantem ad Frideslariam. Ita enim Regino: *Conradus in primo impetu multis uulneribus confossus extinctus est. Peracta est caedes III. Cal. Mart. in Hassia, in loco qui dicitur Frideslar &c.* (*b*) cuius nomen primus in lucem protraxit Antiquitatum Fuldensium auctor e charta regia *pag.* 128. *Offerimus igitur et contradimus deo et sanctissimo eius martyri Bonifacio praedia duo -- ut fratres uictum et uestitum inde habeant, et pro animae nostrae matrisque GLISMVDAE liberatione preces iugiter fundant.* (*c*) genus subobscurum est; neque enim ullum mentionis eius uestigium alibicumque exstat. Vt Sueuicae genti eam adseramus, Eccardus Iun. facit, qui de Cas. S. Gall. *c.* 1. *Conradus*, inquit, *oratorium ingreditur B. Othmari, auctoritate Rom. in sanctum eleuati, (nam parentes eius erant, qui eum uexauerant) seque reum, quasi ipse interfuerit factis, ad eius aram reddidit, palliis quoque, auro et argento sanctum placauit.* Item: *Rex omni anno, dum uixit, censum capitis sui in cera ad sepulcrum eius, uti filius carnificum illorum, pro reatu in eum quasi proprio, misit.* At *Werinhere et Ruathardus Othmarum uexauerant, qui teste Walafrido cap. 4. de uita Othmari, Alemanniam ab Imperat. missi administrabant ea potestate, qua Berthold et Erchanger*, ait Goldastus *in notis ad h. l.* Sed coniecturae sunt, ut dixi, e quibus hoc conficitur, aut Glismodam fuisse stirpis Sueuicae surculum, aut Conradum non fuisse generis Carolini. Enimuero pro peccatis maiorum, qui Othmarum uexauerant, satisfacit. Peccauerant Werinhere et Ruathardus, Sueuiae Comites. Ergo sunt Conradi maiores. Maiores autem uel paterni sunt uel materni. Si paternos admittis, nouum quid, et parum dicis consentaneum, e Sueuiae Comitum genere natum fuisse Conradum: et iis gratum facis, qui Conradum a Carolingica prosapia non masculina modo; sed feminina quoque quam longissime remotum uolunt. Sed cum noua ueris, consentaneis insolita praeferre turpe sit historiarum conditori, in Sueuicas origines Conradum conlici non ferimus, utpote cuius e Francorum genere ortus, non tamen regio, ubique celebrantur. Reliquum igitur est, ut maiores materni sint intelligendi et ob id ipsum Glismudae nomen, uagum adhuc et natiuis sedibus excussum, Sueuorum stemmati postliminio inferendum.

(*d*) quod

CAP. I.

1] quorum stirps defecit in Germania.

2] Conradus primum praeteritus est.

Gordio aemulum proteruo ictu rumpere uelle uideamur (*d*), rationibus agendum est. Primum igitur Carolidarum stirpem cis Rhenum in Ludouico Puero desiisse, proxima istius aeui ac proinde testatior memoria est. (*e*). Deinde, cum tanto interuallo Germanicum imperium continua successione ad omnes Carolos descenderit, cur principes in uno Conrado tam diligentes fuisse dicere uelimus, ut Saxoniae Duci ante offerrent, quod Conradi natalibus, si iure minus, pro more tamen proque inueterata consuetudine debuerant? Porro non generis caussa; sed propter uirtutem lectus est in regem. Tum frater Eberhardus, superstes defuncto, quomodo praeteriri aut adiri Saxones potuissent? Quid? quod Conradus semetipsum a Francorum regum familia seiungit, quando reges ante se, nuspiam *maiores suos* uocitat, quod quidem ceteri factitarunt (*f*). Sequiores quidam diuersum, praeter rationem, tradiderunt, Conradum Ludouici fratris filium appellantes (*g*): quod creditum est uel falso uel ob caussas alias (*h*).

§. I.

3] deinde electus uirtutis ergo.

4] frater Eberhardus praeteritus est

5] Ipse Conradus se non talem uendidit, nedum Ludouici Pueri nepos seu fratris filius.

§. II.

(*d*) quod facit 1) Anonymi uetus Chronicon Regum Francorum in Bibliotheca Vindob apud Lambec. *Lib.* 2. *p.* 394. Reginonis Chronico MSCto sine ullo interuallo statim subiunctum, cuius auctor uixit sub Conrado II. Salico, quem in fine ait *adhuc regnare*, cum eius genealogiam, obscuram ceterum historicis, clare pertexuisset. Verba autem ita habent: *Mortuo Arnulfo, Ludouicus puer, eius filius, imperauit quatuor annos, cui Conradus*, deficiente saepe dicta Imperatoria stirpe nobili Francorum, QVAMVIS NON DE EODEM STEMMATE ORTVS, *feliciter successit.* Quod testimonium eo pretiosum nobis est, quod prope abest a temporibus Conradi I. a partium studio quam longissime. Auctor enim nequaquam taciturus fuisset, si sui Imperatoris Conradi II. natales ex regio et incluto Francorum Carolingicorum sanguine deriuare licuisset. 2) Crusius Annal. Sueu. *Part. II. l. 3. c. 7. ex Auentino. Franci iure suo et Hatta Moguntinus Archiflamen, Otho regulus Saxonum, rebus Germaniae et orientali Franciae Conradum Hussum, filium Conradi*, *NVLLO GRADV CONTINGENTEM REGVM CAESARVMQVE DOMVM*, *imponunt.* 3) Peucer. Chron. *lib* 4. *Qui ex diplomatum et historiarum annotatis diligentius origines et propagationes familiarum inuestigarunt*, NEGANT hunc Conradum ex FRANCORVM SANGVINE ORTVM ESSE, *etsi de origine eius nihil certi uel explorati affirment.* (*e*) Witichind. *Vltimus uero* Carolorum *apud orientales Francos imperantium Ludewicus ex Arnulpho natus erat.* Et, *Regi autem Ludouico non erat filius.* Regin. Supplem. *ad an.* 911. *Ludouicus rex, filius Arnulphi Imperatoris obiit, cui Conradus*, regia iam stirpe deficiente, *in regno successit.*

Herman. Contract. *an.* 911. *Ludouicus rex* adolescens *moritur et Ratisponae sepelitur, Post quem* deficiente in nostris partibus regio stemmate, *Conradus regnauit annis septem.*

Gobelin. Persona in Cosmodrom. *Ludewicus iste sine liberis decessit et* cessauit stirps regalis Teutoniae a Carolo Magno *descendens.*

(*f*) Arnulphus et Ludouicus subinde in diplomatis, quibus confirmarunt ueterum immunitates, Carolingicos reges *Maiores suos* nominatim uocant, ad hunc fere modum: *Maiores nostri, reges Francorum.* Conradus autem nequa *Maiorum* in suis chartis mentionem fecit umquam, etsi recensenda essent superiorum caesarum auctoritas et nomina, sola *Regum, qui nos praecesserunt; regum anteriorum*; appellatione contentus fuit. Ita enim in diplomate Corbeiensi, quod Schatenus producit ad an. 913. ipsius regis uerba habent: *Concessimus, ut coloni eorum coram aduocatis eiusdem loci iustitiam facere cogantur, sicut ANTERIORVM REGVM temporibus praefato monasterio concessum fuisse cunctis fidelibus nostris liquido patet.* Et in Vltraiectensi, quod exhibet Chron. Belg. Ioan. a Leidis lib. 7. c. 10. *Notum fieri uolumus, Episcopum suggessisse maiestati nostrae, ut constituta REGVM, QVI NOS PRAECESSERVNT, scripta renouari iuberemus.* (*g*) *Godofredus* nimirum *Viterbiensis, Abbas Vrspergensis, Otto Frisingensis, Wernerus Rolewink, Chronographus Saxa*, ueluti uno ore tradunt, Conradum regis nostri patrem fuisse Arnolphi Imperatoris filium et Ludouici fratrem, quorum fidem in hoc genere commenti uel propterea sequi nolumus, quod omnium longissime ab istius aeui memoria abfuerunt, cui propiores Wittichindus, Regino, Ditmarus nihil tale tradiderunt. Quibus autem ea se insinuauit auctoritas, praesidium habent in charta Ludouiciana apud Christ. Browerum Annal. Treuirens. *lib. IX. c.* 17. quo *nepotem suum* uocat rex Conradum, hoc est, ut interpretantur, fratris filium. Si nepotis uocabulum pro *fratris filio* accipias, nulla dicto fides erit, cum nemo umquam Conradum seniorem Ludouici fratrem aut Arnulphi filium dicere possit, quin eadem opera Eberhardum quoque et Rudolphum Gebbardumque, Conradi senioris fratres, Arnulphi filios et Ludouici fratres uenditet, quod a nullo umquam historicorum fieri meminerim. Sin ea significatio, qua *generum* quoque seu filiae maritum designat, potius arridet, itidem nutabit rei ueritas, cum, ut paullo ante Gobelinus dixit, Ludouicus iste sine liberis decesserit, forte etiam sine uxore, qui obiens *quatuor uix lustra uideret*, ut habet sepulcri inscriptio, atque ubique *puer, infans, adolescens* (Herm. Contract. *an.* 911.) uocaretur: Quamquam hac arte ex his tricis semet expedinerit Heissius dans L'Histoire de l'Empire l. 2 c. 4. ubi putat, Conradum forte pro more inter Proceres Germaniae ualde usitato, ut connubia infantum inde ab incunabulis paciscantur, pactum sibi esse nuptias paruulae Ludouici filiolae, quae post obierit, ob quam rem merito Augusti nepos diceretur. Honoris igitur reliquum est, ut uocabulum seu appellatio fuerit, qua quemdam amicorum Conradus ipse quoque, ut infra uidebimus, dignatus est Etwalgerum, ad eum fere modum, quo Caesares nostri Archiepiscopos electores *Neuen*, Principes electores *Obeime*; Galliarum reges hodienum bene de republica merentes Duces *Cousins* uocant. (*h*) Scriptores nimirum rudiorum temporum gentis et nationis nomen putauerunt esse generis; *Francus* enim uocatur; sed non omnis Francus est Carolingus: idque putauerunt e re Conradi fore, cum ipsius forte non minus interesset Carolingum se credi, quam Carolingorum interfuit, eueteri Merouidarum prosapia deriuari stirpem suam.

Denique diuisio historiae Augustae commodior uisa scribentibus est, si, nullo intercalato, transitus e Francorum familia statim ad Saxones fieri posset.

Longiores si cui in excutiendo hoc problemate fuisse uideamur, ignoscat uelim, quando non postremum reipublicae momentum in hoc positum esse loco, infra deprehendet.

(*i*) *Wil-*

CAP. I. *Patria Conradi,* §. II. Wilinaburgi forte natus est et educatus (i); litterisque (k), ut tum erant tempora, leuiter imbutus (l), praeter uernaculam eius aeui latinamque linguas (m) graecam coluit, cuius Bouonem quemdam habuit in aula interpretem (n); *doctrina,* artis musicae mirus amator, secutus iudicium Episcoporum (o); quod genio moribusque eius apprime conuenire uidetur, utpote qui lepidissimi fuit ingenii adolescens (p); prosperis et ad nutum fluentibus rebus in laetitiam nimis effusus; *mores.* reflante autem fortuna, idem abiectissimus (q).

Virtus §. III. Beneficentiae ac liberalitatis laudem nactus (r) non minus bellica uirtute cluit, qua ipsum (s) parentemque gentiliciae discordiae acuerunt, praelusitque ingenti, quod subsecutum est, exitio (t). Pertinaciae tamen inuidiaeque *et* et superbi planeque implacabilis animi multa sese oggerunt rimantibus indicia. Sic iuste aestimantes regem, quod de Galba Tacitus, magis eum extra uitia, quam cum uirtutibus fuisse, pronuntiabunt; *elogia.* cum illorum multa adnotata sint specimina; harum nonnisi per nudas praedicationes sine factorum recensione perennet gloria (u).

§. II. III. IV.

§. IV. Vxorum eius et liberorum, ut ce- *Matrimonium improle,*

(i) *Willinabarch* Wittichindo, *Wilinaeburg* Reginoni, *Wilinaburg* in diplomate Vltraiectino castrum, quod designamus, scribitur: quo *Limpurgum* multi; *Quedlinburgam* Centuriae Magdeburgicae; speciosiore autem ratione *Weilburgam Nassouiorum* indigitari autumat Meibomius: de quo Wittichindus ait: *Sepelitur* (Conradus) *in ciuitate sua.* Haut dubium ergo, quin *in ciuitate patris* potius sit, quam alibicumque natus filius. (k) Nondum plane sepultum fuisse bonarum litterarum studium apud erectiores animos, internitentis lucis radii et Eccardi Iun. perfunctoriae narrationes docent. *Abbas enim S. Galli Burcardus Hadwigam, Burcardi Sueuiae Ducis uiduam, graecis litteris per Eunuchos ad hoc missos, quod paruula Constantino Graeco regi desponsata esset, apprime eruditam, docuit Grammaticam:* Alius *Kotelindam monialem, Dialecticam.* Ipsa *Hadwiga certas odas in graecum transtulit: abeuntem discipulum Horatio et quibusdam aliis donauit libris: Virgilius erat in manibus ipsorum.* Quin ad memoriam posteritatis insignis dux uidua *Eccardum obire suam curtem iussit, ne quis Capellanorum otiaretur, quos illa nullo modo in curte sua otia tenere passa est.* Eccard. *Sic Ratbodus, ab Arnulpho Imp. confirmatus Traiect. Episcopus per Nannonem Philosophum in VII. artibus liberalibus imbutus, flores eximios de Sanctis, tam Willebrodo quam Bonifacio composuit, ac integrum officium de translatione S. Martini consimiliter edidit.* Ioan. a Leidis Chron. Belg. *lib. 7. c. 9.* (l) cuius quidem rei non aliud specimen habemus, quam quod rex libenter scholas intrarit uisitaritque discentes, in monasterio S. Galli. *Ibi cum in refectorio cibum caperet infantulosque per ordinem lectitantes audisset, analogio descendentibus aureos in ora ad se eleuatis misit. Poma quoque in processione infantum ante sterni iussit in medio Ecclesiae pauimento, et cum nec unum paruissimorum moueri nec ad ea attendere uidisset, miratus est disciplinam.* Eccard. (m) Habuisse Francos et Germanos diuersam a latina (satis ceteroquin, licet lutulentiore, etiam in uulgus nota) linguam, testantur non solum formulae fratrum Carolingicorum, quibus in diuidundis terris patriis sunt usi, in quas habentur amplissimae commentationes, insertae corpori historiae Franciae; sed et formula sacerdoti detegendi peccata in annal. Pithoean. *ad an. 866.* exhibita et *Psalterion Notkeri in Germanicam linguam translatum, Arnulpho imperante.* Non negamus tamen cum *Vadiano*, latinas litteras plebem utcumque nouisse, quas eminentioris indolis et fortunae homines, ut de *Hadwiga* uidimus, coluerunt exquisitius. (n) Wittichindus. *Hic* (Bouo, Abbas Corbeiensis cum Ottone I. in Galliam profectus) *erat uir sapiens et clarus. Huius patris auus* (si salua est lectio) *Bouo graecas litteras coram Chonrado rege legendo factus est clarus:* quem *in schola Osnabrugensi, ubi istae publica auctoritate docebantur, tantum profecisse,* Meibomius suspicatur *in notis.* (o) Quippe Colonienssis ceterique ad Rhenum Episcopi *celebrante rege Pascha ad Moguntium* concinebant præfecto Musices, *uelut olim discipuli*, referente Minimo in uita Notkeri *c. 16.* (p) Et qui genio indulsit plus satis. Comitatis eius et eutrapelias ceterarumque, quae in recensionem Aristotelicam irrepserunt minoris pretii uirtutum, quam plurima narrat specimina Eccard. de Cas. S. Galli, quae strictim attingere aut relegere uel propterea non pigeat, quod, teste Plutarcho in Alex. non ut quaeque nobilissima actio est, ita maxime uirtutem aut improbitatem cuiusque patefacit: *Immo uero*, inquit, *saepe et uerbum unum et iocus aliquis magis declarauit, qui cuiusque mores essent, quam pugnae, in quibus decem hominum millia ceciderant, maximaque praelia et urbium obsidiones.* Nihil igitur frequentius est quam legere isthaec: *Loco* (monasterio S. Galli) *tribus noctibus per omne natale domini* in omni hilaritate *immoratus est.* Et, *longum sit dicere, quibus* iucunditatibus *dies exegerit et noctes.* Et ista: *Rex uesperum ac noctem cum egisset hilariter, diluculo conuentum fratrum petens omnium uotis fauentibus* fit frater conscriptus; *tam unicuique fratrum tribuit unam libram argenti. Aguntur celeres missae super altare: impletur refectorium: praematuratur prandium. Vix unam lector recitauerat periodum: Caritas, quae non agit perperam, licenter spreuit disciplinam. Nemo ait: hoc, aut illud esse insolitum. Saltant Satyrici; psallunt Symphoniaci: nunquam tale per se tripudium Galli habuit refectorium. Grauiores fratrum rex spectat inter strepitum; ridet quorundam uultus contractos propter rerum talium insolentiam.* Et sacellani omnibus intererant et monachi *discedentem* nihilominus *lacrimosis laudibus prosequebantur.* AEstiment igitur ex ungue, qui uolent, leonem. Browero certe, Annalium Treuirensium auctori, hoc tripudium et musicus concentus strepitusque Satyrorum, aures ita occupauit, ut exaudire magnificas laudationes regis non possent, dum *lib. 9.* otio eum *et tranquillitati tumultus armorum postbabuisse* scribit. (q) Sic cum de capto audiret Episcopo Constantiensi, Salomone, sacellano suo, *patientiam regiam nullo modo tenere potuit: seorsum sedens fleuit: erumpebant enim lacrimae et non poterat se continere.* Eccard. (r) Wittich. *ad. 1. largitate serenus*: qua promeritus est omnium beneuolentiam, maxime sacerdotum. Speciatim autem nimia in Sangallensem Constantiensemque Antistitem indulgentia grauem offensionem *Comitum Sueuiae* incurrit, *quorum utrorumque multa ditioni subtracta sunt per munificentias regias in utrosque Episcopos, surgunt inde inuidiae et alia utrorumque in ambos, praeter scelera, quae in reges ipsos machinati sunt.* Eccard. (s) Non ab armorum cura intactum fuisse Conradi animum, suscepta in Lotharingiam aduersus Comites auspicio patris expeditio ostendit. Regino *ad an 905.* (t) Pater enim Conradi eodem anno indignissima nece exstinctus est. Regin. (u) *Vir per omnia mansuetus; prudens et diuinae religionis amator.* Supplem. Regin. *Egregius Dux*, in diplomate Ludouici Broweriano et Ditmar. *lib. 1.*

Vir

CAP. I.

ceterarum fere rerum omnium, exigua fane ac tenuiſſima eſt et ualde confuſa memoria. At cum multa ſunt incerta (*w*); tum illud eſt certiſſimum, habuiſſe Conradum in matrimonio Cunigundam ſueuam (*x*), Arnulphi Boioariae Ducis matrem; Liutpoldi autem uiduam, ex qua utrum ſobolem ſuſceperit, itidem obſcurum eſt (*y*).

lautum patrimonium. §. V. Praecipua commendatio praeter uirtutem fortunae bona fuere. Tenuit enim ampliſſimas largiſſimi patrimonii et per omnem *Haſſiam*, *Franciam*, *Rhenanam prouinciam*, *Lotharingiamque* disiectas poſſeſſiones (*z*) ex quibus partem uxor non minus ac ipſe ad pias cauſſas, ut aiunt, deſtinauit, monachis nimirum ſacriſiculisque addictam (*aa*).

§. V. VI.

Fuldenſium monachorum Aduocatus fuit. §. VI. Nec ſatis habuit de ſuo multum ſacerdotibus tribuiſſe: quin ſe ipſum quoque huius ordinis hominibus totum impendit; Fuldenſis enim Abbatiae, quo tempore ad regnum capeſſendum euocatus eſt, *Aduocatus* et Patronus fuit (*bb*).

Lud. opuſc. tom. II. O 2 CAP. II.

Vir fortis et potens, domi militiaeque optimus, largitate ſerenus et omnium uirtutum inſigniis clarus. Wittich. *Annal.* 1.

Vir ſtrenuus, bellorum exercitio doctus, Liuthprand. *l.* 2. *c.* 7.

Vir ſapiens, fortis et uictor, Beneu. de Rambaldis. &c.

(*w*) Guilielmus de Nangis, e coetu religioſorum S. Dionyſii, *Placidiam* quamdam Conrado, filiam Ludouici Pueri adſcribit uxorem. Verba, quae habentur in Chronico, iſta ſunt: *Arnulphus Imp. Rom. genuit Ludouicum Iuniorem Imp. qui Ludouicus duas tantum habuit filias, Placidiam et Mathildem: quarum primogenita* Placidia *nupſit* Conrado, *filio Conradi Comitis, qui poſt Ludouicum Iuniorem imperauit.* Mathildis *uero data eſt uxor* Henrico *filio Othonis ducis Saxonum: qui Henricus, mortuo Conrado et eius uxore Placidia ſine heredibus, imperauit cum uxore ſua Mathilde, de qua genuit primum Othonem.* At Henrici I. uxor Mathildis filia Theodorici fuit, Wettineuſis Comitis, Wi.tekindei, quod Wittich. *Annal.* 1. Ditmar. *lib.* 1. Paullus Langius In Chron. Citizenſi aliique Saxones uno ore contuentur. Quam falſum autem per adductas rationes eſt, Mathildem fuiſſe Ludouici Infantis filiam, tam falſum eſt, Placidiam fuiſſe talem, cum is, ut diximus, *deceſſerit ſine liberis.* Gratis tamen haec Nangium finxiſſe aut per malitiam excogitaſſe uolim dicere; in ſcriptura uominum crediderim et in deſignandis perſonis eum hallucinari. Ludouicum *Iuniorem* appellat Arnulphi filium, qui *Puer* appellandus erat. Iunior enim Ludouicus erat Germanici Ludouici filius, illius, cuius filia *Placentia* (e quo forte nomine conflata Nangii Placidia eſt) ex ſententia nonnullorum, Conrado nupſerat, ex qua nullam ſuſceperit prolem. Quod tamen non magis commendaret Conradum, quam Carolorum ſanguinem ex Alpaide, Ludouici Pii filia, Begoni Pariſiorum Comitis uxore, quod uolunt aliqui, traxiſſe; aut Ottoni, Saxonum Duci, habuiſſe in matrimonio Liutgardin, Arnulphi Imp. filiam, et ſororem ſuam tradidiſſe Ludouico Iuniori. (*x*) Cunigundam Liutpoldi ſeu Leopoldi Boioariae Ducis *an.* 905. ab Vngris occiſi uiduam Conrado tribuit Chronicon Laurisham. et breue Chron. S. Galli apud Fr. du Chene T. III. Bertholdi et Erchangeri, Sueuiae Comitum, ſororem. Ita enim annal. Hepidani ad *an.* 913. *Agareni Alemanniam intrarant. Erchanger et Berthold frater eius et Vodalrichus Comes, auxiliante illis* nepote eorum *Arnulpho,* optimo *Duce Boioariorum, totum exercitum eorum iuxta Inn fluuium penitus occiderunt, niſi XXX. uiros.* (*y*) Liberos regem habuiſſe nullos, nulla diſerta quidem ſcriptorum confeſsio eſt; neque tamen cuiusquam mentionem inuenimus. Ex eo interim, quod Eccardus *uirili* eum *prole deſtitutum* fuiſſe ait, gener regis forte exſculpi poſſet apud Wittichind. *Barcardum quoque et Bardonem, quorum alter gener regis erat,* in *tantam afflixit* &c. Sed praeterquam quod de liberis nil proditum memoriae eſt, repugnat temporis ratio quoque. Filia enim ex Cunigunda nata uix decennis eſſe adhuc potuiſſet, niſi quam ex altera ux..e Placentia, quam ſine heredibus tamen obiiſſe dixit Nangius, natam fuiſſe uelis. Tutiſſime per generum ſororis maritum intelligimus, ſic, ut Burccardum Conradi ſenioris filiam duxiſſe ſtatuamus, cuius ergo Thuringiae ducatum in generum tranſtulit, quem poſt Henricus ſibi uindicauit. (*z*) Quae totius Vederouienſium Comitum familiae propriae fuerunt. *Thuringiam* ſibi ab eiectione Popponis commendatam, ſponte dimiſit Conradus ſenior. Regin. *ad an.* 892. qui *in Haſſia, in loco, qui dicitur Frideslar cum multa turba peditum et equitum reſidebat. ad an.* 905. quae propterea *Francorum pagus* uocatur ab Anonymo poeta. In Francia Eberhardus et Rudolphus, Conradi ſenioris fratres, *eiecti* dicuntur *ſua portione* terrarum, per Albertum Bambergenſem; quas, occiſo aduerſario, recuperarunt. Regin. *ad an.* 903.

Briſag et aliae urbes circa Rhenum, *contra quas pugnarunt* Saxonici reges, *erant in ditione Eberhardi*, regis fratris. Wittich. *annal.* 2.

Zaindibolch Gerardum et Matfridum Comites terris ſuis expulit. Regin. 897. quas *inter ſuos* diuiſit, in quibus Vederouienſes Comites fuerunt. Anno enim 905. poſſesſionem *S. Maximi uiolenter inuaſam*, patri uindicauit noſter: quapropter Mutius Chron. *lib. XII.* Conradum noſtrum *Francorum Ducem* et *Principem Lotharingiae* uocat. Quin *an.* 900. *Gerardus Comes Odam uxorem Zaiadibolch regis ſibi in matrimonium copulat.* Regin. cui *commiſſum eſſe Lotharingiae Ducatum* Gobelinus tradit. Vtrum fuerit is Vederouienſis Gebelhardus, iam in medio relinquo.

(*aa*) Chron. Laurisham. du Chene tom. III. *Huius regis uxor* Chunegunda *locum proprietatis ſuae,* Ginga *appellatur, cum omni iure regalique praecepto, ſancto Nazario tradidit atque ibidem in Eccleſia, quae dicitur Varin ſe tumulari praecepit. Ipſe quoque praedia ſua in Wattenheim et Virnheim, in pago Rhinicowe, in Comitatu Vtonis, quae Capellanus eius Werinolf in beneficium conceſſa tenebat, poſt obitum illius ad monaſterium donauit.* Cui uilla *Hanſchaesheim* Sigolfo monacho ante tradita, ab eius obitu ſimiliter conceſſa eſt.

Fuldenſi collegio *praedia duo a parentibus hereditario iure collata ſibi, hoc eſt, in Hagen et Sumerode, cum omnibus ſuis appendiciis, cum cunctis terrarum ac ſiluarum terminis donat.* Brower. Ant. Fuld. p. 128.

Etiam *quidquid circa Steinheim, uillam S. Othmaro a Karolo datam, ubi quaedam loca regii iuris adhuc erant, regii fiſci erat, totum in manum aduocati ſuper aram eius tradidit.* Eccard. de caſ. c. 1.

(*bb*) Qua de re cum uix quemquam quidquam tradere meminerim, exſcribam luculentiſsimum diploma Hattonis Moguntini, quod exſtat in Ant. Fuld. p. 256. — *Ego Hatto, Dei gratia et miſericordia diſpenſante Mogantiacae Eccl. Archiepiſcopus, coram Domino Ludouico, glorioſiſſimo rege et reſidente in palatio Triburienſi, cum reuerentiſſimo Abbate Huggi Fuldenſis monaſterii, ceteriſque eiusdem monaſterii fratribus et clericis, ad corum*

CAPVT II.
DE CONRADO, REGE.

Francorum opes diuisionibus conciderunt.

§. I. Francorum nomine, quod ultra mortalitatis uota humanarumque rerum fastigium robur Caroli Magni euexerat, nihil est clarius, nihil illustrius, nihil celebratius. Naturali impetu ualentes prosperrimisque successibus et aliis ex aliis uictoriis cumulati, ueluti fortunam soli omnium mortalium haberent in potestate, quicquid Galliae, Italiae Germaniaeque infinitis propemodum spatiis continetur, uno imperio complexi sunt, totius orbis opibus haud impares futuri. Verum enim uero haec tot gentium sedibus suis diuersarum moles, ut nihil est in omnibus, quae infra lunam sunt, diuturnum; immensae hae et fidem prope excedentes opes, inexhaustaque uastissimarum possessionum interualla, ab excessu uictoris diuisa in partes, concuti, nutare, adfligi.

Speciatim Germania ab obitu Ludouici Infantis fatiscebat,

§. II. Et Germaniae quidem res, quorsum omnis haec suscepta commentatio pertinet, tum leuiter conuulsae paullatimque uelut neruis concisis et solutis compagibus inclinatae ad ruinam, post demum annos centum et quod amplius, conciderunt; ex quo nimirum cisrhenana Carolorum posteritas in Ludouico ultimo exstincta est (*a*). Quae enim a maioribus in unam ueluti ciuitatem compulsae nationes regnum Germaniae constituerant, tum sui iuris factae abierunt in partes, seorsum sibi consulturae, suisque, quos unaquaeque uellet, usurae Ducibus.

quam collecturi Franci regem Ottonem postulant,

§. III. Franci autem, populus Rheno uicinus et in regno primarius aut adfectans saltem principatum, fluentem arcanam, hoc est, solutas prouincias in pristinam communionem collecturi, rege opus esse censuerunt, quo ueluti communi capite discessum a reliquo corpore meditata aut auulsa membra continerentur. Quo consilio a suis primum quidem Comitibus eligendis abstinentes, quibus maius robur et grandius praesidium adiungendum esset; Ducem opibus, consilio gratiaque florentem, Ottonem, Saxoniae Thuringiaeque Dominum, sub quo ceterae gentes facile coirent, adeunt (*b*): huic fasces; huic regnum; huic summa, quae tenent, quaeue possunt, deferunt omnia. Et ille quidem multum in imperiis magistratibusque uersatus non auersaturus uidebatur, quod alii per ignes ferrumque peterent, praesertim cum consuetudine traheretur ad imperandum, modo regis Ludouici tutor omniumque rerum in Germania, inde ab Arnulphi morte, actor.

qui negotii difficultatem ueritus,

Verum Otto, quod erat uir subactus usu magnaque animi altitudine praeditus, Saxoniae amplissimum Ducatum Francorum corollis mutare noluit. Reliquae enim Germaniae prouinciae utrum Francorum imitaturae exemplum essent, incertum; cogere ad obsequium inuitas, aleae plenissimum nefasque iudicauit.

§. IV. Praecipuo tamen quodam patriae amore ductus candidissimus senex, cuius paci et tranquillitati, quod desiecta tum Gallorum, Hunnorum, Venedorum insultibus impune pateret (*bb*), consulendum statuit, canitiem ostentans confectosque senio humeros tanto oneri ferundo non esse, caussatus (*c*); Conradi Wederouiensis, cuius natales mo-do

Conradum suiuo iure suo, commendat,

---

rum omnium praesentiam, quidquid proprietatis habui in Massenheime marchu et in Wicuino marcha et in Ranersheime marcha et in Geraba marcha et in Lichsamene marcha, hoc totum in manus Gerhardi Comitis et CHVNRADI Comitis dedi, ut cum omni integritate ad sepulcrum pretiosissimi Christi martyris Bonifacii in monasterio Fuldensi contraderent – Datum palatio Triburiensi coram rege Ludouico, qui et conscribi et sigillo suo insigniri iussit, anno dominicae incarnationis DCCCCX. Indict. XIII. anno uero Dom. Ludou. Serenissimi regis XI. octauo idus Aprilis.

Ego in Dei nomine Hatto Archiepiscopus et Cancellarius has litteras iussu meo scriptas recognoui et manu propria subscripsi.

† Signum GEBEHARDI et CHVNLADI Comitum, qui easdem traditiones rerum fideli manu susceperunt, et hoc coram rege iurauerunt, ut eas S. Bonifacio martyri fideliter delegarent, et praecepto regio confirmarent.

(*a*) Vid. *cap. 1. lit. e.* (*b*) Wittichind. *Omnisque populus Francorum atque Saxonum quaerebat Ottoni diadema imponere regni.* Lehman. Chron. Spir. l. 3. c. 51. *Hertzog Otton haben seiner Macht und grossen Ansehens halben* eines Theils *Fürsten des Reichs*, als Francken und Sachsen, *das Kaysertum aufgetragen.* (*bb*) 1) Reg. *ad an.* 905. *Hungari superioris anni uictoria elati regnum Ludouici sub tributo redigunt: factusque est per nonnullos annos populus hic tributarius.* Liutpr. *lib. 2. cum Duces non solum pugnam non inferrent hostibus, sed, ut proximi caderent, anhelarent, ut, dum proximi caderent, soli ipsi liberius regnarent.* Liutprand. *lib. 1. c. 6.* 2) „Sic *an.* 908. Saxoniam Thuringiamque; *an.* 909. *et* 910. Germaniam uni„uersam depraedati sunt, nemine defendente, cum regis parum ualeret auctoritas et ducum quisque „per publicas turbas emergere ad principatum decreuisset. *Lehm.* a) Galli hereditati Lotharingicae imminebant. Nam quod ad pacta attinet, iam olim Carolus Caluus, cum in Lotharingiam impressionem fecisset et a Ludouico Germaniae rege monitus esset, *se cum fratre, non cum nepotibus pepigisse*, respondit. Annal. Metens. *ad an.* 876. 3) Aduersus Obetritos et Sorabos Saxoniae Duces excubarunt. (*c*) Wittich. *Otto uero quasi iam grauior recusabat imperii onus. Eius tamen consultu Conradus quondam* Dux Francorum *ungitur in regem.* Boden. Syntag. Gandeshem. *At Otto se NON POTENTEM AR-MIS*

CAP. II. §. V.

do lustrauimus, uigorem et lacertos (*d*) commendauit eumque passus est regnare, si posset, modo Saxoniae Thuringiaeque Ducatus sibi saluus integerque esset (*e*), suaque auctoritate perfecit, ut, quoad ipse uiueret, clypeus et monumentum regni, res, non totum quidem annum, tranquillae starent.

cuius aula uaga,

§. V. Conradus igitur, anno salutis ɪↄcccxɪɪ. ineunte, eo, quo diximus modo, electus (*f*) Triburias, ueterem regiam, sollemni ritu intrat (*g*). Ceterum, ut uagae tum Carolidarum sedes erant (*h*): sic Conradi regia non uno eodemque loco semper fuit, quum modo ad Alpes et lacum Acronium (*i*), modo Ingelhemii Moguntiaeque et Wilinaburgi, Fuldae quoque et Corbeiae et in Herolfelde, Constantiae item et in S. Galli monasterio utplurimum esset adeundus (*k*). Ministris autem sagacioribus fidelioribusque per crassum temporis stuporem uti tum non potuit, quam sacerdotibus, in iisque Moguntino et Constantiensi Praesulibus, Hattone (*l*) atque Salo-

ministri sacerdotes erant.

O 3 mo-

MIS ob naturae imbecillitatem causabatur, tanta rerum cura impendente. Gobel. Pers. *Et cum Ottonem Ducem Saxoniae decernerent eligendum, ipse se propter senium excusauit suasitque eligi quendam POTENTEM ex genere* (non regio sed natione dumtaxat,) *Francorum, Conradum nomine · et consenserunt principes in illum et cessauit stirps regalis Teutoniae e Carolo Magno descendens.* (*d*) *Erat autem ipse Dux Franciae Conradus et aetate pollens et uiribus plurimum ualens; unde uidebatur regiis rebus opem ferre posse. Rex igitur constitutus nihil sine Ottonis consilio uel tentauit uel perfecit. an.* 913. Bodon. Synt. Gandesh. Vid. *c.* 1. *lib. b.* Libenter facio, ut caussas adsignem, quamobrem commendatus sit Conradus, ut pateat, genus in nullum censum uenisse. Cuius si ratio, et non potius integritatis uirium, habenda fuisset, nihil impediebat, quo minus summa rerum penes Saxones statim resideret, propter euidentissimam cum Carolidarum familia propinquitatem et duplicatum uinculum affinitatis. (*e*) Quo referendum est solemne istud Wittich. *Penes Ottonem tamen summum semper et ubique uiguit imperium.* Quod cum sequiores nonnulli parum intelligerent, Ottonem socium et aemulum finxerunt in regno Conradi, qui tamen anno exeunte discessit et uita. (*f*) Mirus est scriptorum in recensendis populis dissensus, qui Conradum elegerint, quod rem adducit in suspicionem. Luitprandum enim audio commemorare, ut *a cunctis populis* sit *ordinatus*: Frisingensem et Viterbiensem, ut *consensu omnium orientalis Franciae* sit *rex creatus.* At ille exterus; hi remotiores ab istius aeui memoria sunt: et propiores *Saxonum* modo *et Francorum* mentionem iniiciunt. Non ignoro quidem, per Francos orientales esse nonnunquam intelligendos omnes populos Germaniae; sed tum maxime, *cum ceterarum nationum nulla mentio adiicitur*, quod fere superuacaneum esset. Sic annales Franc. *ad an.* 820. *et* 823. Franciam orientalem a Saxonia, Boioaria et Alemannia distinguunt. Et de Alemannorum quidem Boioariorumque ducum consensu nec uola, nec uestigium ullibi exstat. Ne in anno quidem, quo ad regni gubernacula admotus est Conradus, quod magis mireris, consentiunt scriptores. Multi annum 911. nominant, in quibus ipsum Reginonis supplementum: aliqui annum 913. accuratissimi uero certissimique medium secant et annum 912. laudant, quod Lambertus Schaffnaburgensis facit, cuius in temporum putatione sollertiam suspexit Scaliger, ipse magnus temporum putator, et Hermannus Contractus et Sigeb. Gemblac. aliique. Et Regino consentiret, ni supplementum a recentiore quopiam adiectum esset, quem anno serius numerare non experientia solum, sed confessione Chiffletii quoque in Vindiciis Hisp. didicimus. Clar. Tollnerus haec ita conciliat, ut mens. Decemb. an. 911. electum regem dicat anno sequenti capessiuisse regni curam. Mensem Februarium eius initiis e ductu fili historici recte adsignant. (*g*) Triburiis, quae inter Wormatiam et Moguntinum agrum olim sitae dicuntur, domicilii ordinarii gloriam annales tribuunt. Sic Carolus Crassus *mense Nou. circa transitum S. Martini Triburias uenit.* Regin. *ad an.* 887. Sic Moguntinus Archiepiscopus diploma dedit *e palatio Triburiensi coram rege Ludouico*, quod uidimus. Sic noster quoque diploma consignauit *Triburiis*, monasterio S. Michaelis in Aberinesburg datum: cui ita subscriptum esse deprehendo: *Wodelfridus Cancellarius ad uicem Pilegrini Archicappellani recognoui. Datu X. Kal. Septembr. in monte Abirinesburg Anno Dominicae Incarnat.* ɪↄcccc xɪɪ. *Indict. XIII. An. I. regni Chunradi gloriosissimi regis. Actum ad Triburiam palatio regio feliciter, Amen.* Tollneri Cod. Dipl. Palatin. (*h*) Nam ante Ludouici Bauari tempora nondum mos ille inoleuerat, de communi historicorum sententia, ut reges certo loco permanerent; sed tamquam aquilae imperii prouincias solebant peruolare, quo nusquam eorum praesentia posset desiderari. Adlzreit. *p.* 2. *an. Boi lib.* 7. *c.* 85. (*i*) *Qualiter* ad Alpes (aulam scilicet regiam) *fraude Hattonis de urbe Pabinberk detractus capite sit plexus* (Albertus), *scribere supersedeo.* Eccard.

„Salomoni cum aliqua *Potamum*, Camerae nuntiorum iuris oppidum pertinentia a regibus darentur.
„*Et*, Vir dei uidens se aetate ingrauescere post Pascha proximum adiit Palatium et omnia loca
„chartis et sigillis tum regis Conradi fecit roborari. *Eccard.* c. 1. Potamum, *ait Goldastus* in not.
„p. 108. tempore Carolorum et Ludouicorum, oppidum fuit et quidem sedis Imperialis, quod
„testantur diplomata monasterii Augiensis, in quibus ita legitur: Datum in palatio nostro
„Imperiali Potama. Ab hoc oppido lacui nomen inditum est Potamico, cum prius Acronius
„diceretur.

(*k*) quod suppeditant subscriptiones diplomatum et priuilegiorum, quas subinde adferemus, gesta regis per continuam annorum seriem deducturi. (*l*) Quin Eccard. ait: *Sic quoque ipse* (Salomo) *et Hatto ille Moguntinus Archiepisc. post regem imperium tenuerunt.* Operae ergo pretium uidetur in horum fata altius inquirere. *Et Hatto* quidem *ex Franciae regum stirpe oriundus*, quod Hist. Eccl. Gothan. uult, Iuuenis *Elwangensi* conuentui praefuit annos XVII. Abbas dehinc *Fuldensis*; porro *diuitis Augiae rector*; ad ultimum, *anno* nimirum 891. *in Maguntiacensi Ecclesia Metropolitanus consecratur.* Regin. Ludouicum Puerum e sacro fonte suscepit tutorque eius inde a VII. aetatis anno fuit. Quibus moribus imbutus, quomodo adfectus fuerit, partim a diplomate, quod supra exhibuimus, partim e uita Salomonis elucescit. Obiit haud ita multo post electionem Conradi regis, licet multi sint scriptores, qui ipsum Conrado superstitem clamitare audeant, ignorantes, Altheimensi Concilio *an.* 916. Hattonem non amplius, sed Herigerum quemdam Archiepiscopum Moguntinum, interfuisse. An forte sic Hattonis quoque criminationis dilui possent? Alius certe Hatto ille est, quem a muribus comestum fabulantur *an.* 968. Vid. Serrar. rer. Mogunt. Schatenus *ad an.* 913. inde ex odio eius tam multa conficta pu-

CAP. II. §. V. VI.

mone (*m*); quorum uterque Cancellarii nomen in chartis regiis gessit: quibus adde Pelegrinum, Coloniensem, qui in omnibus fere post regem subscripsit. Nihilominus tamen et ciuilis doctrinae uitaeque hominem, amicum regis indagauimus Ewaltgerum, quem nepotem uocat, magnae uirum auctoritatis (*n*).

§. VI. Interea Conradus in se collati beneficii parum memor, tanquam solus ignoraret, quantopere diuersa esset a Carolidarum obitu prouinciarum conditio, auaras et instabiles manus ad ea, quae Ducum sunt, porrigit ueteremque imperandi rationem, inconsulta cupiditate raptus, adfectat incrustatque. Anno enim statim primo, cum sub ipsa regni auspicia Fuldensi collegio regiae liberalitatis diploma consignasset (*o*) et Triburiense palatium uix attigisset (*p*): in Lotharingos mouet, Aquas grani, proculdubio, Francorum regum praecipuam sedem, * *ubi publicus thronus regalis ab antiquis regibus et a Carolo praecipue locatus totius regni archisolium habetur*, petiturus, ueterum instituto ibi coronandus atque inungendus (*q*). A Giselberto autem Ragineri filio, ** *quem plurimi Lotharienses Principem, relicto Carolo rege delegerant, et *** ad cuius potestatem locus iste per-*

Carolorum more regnaturus an. 912.

Lotharingiam ingreditur:

---

putat, quod penes ipsum tum post regem summa rerum moderatio erat. (*m*) *Salomo* parentibus claris „et illustribus natus, clericatu initiandus, ab Isone magistro delicatius educatur. Ad maximas res intenderat „animum scholisque ablotus Capellanus fit Ludouici regis, cuius singulari gratia Elewangis adhuc Ca„nonicus praeficitur; post etiam Campidonensibus, uariis fuimet et loci damnis, illum detrectantibus, „praeponitur. In processu autem, Hattone, sibi propter animi acutissimam sollertiam amicissimo, plu„rimis locis praeficitur; tandem et nobis; postremo et Constantiae Pastor et Episcopus efficitur. Mo„nachis frater adscriptus tradidit de praediis, quibus abundabat, S. Gallo locum, qui Golda dicitur. „Talibus homini uelut iam cum fortuna ludenti ad uotum cedentibus, aulam regis adiit; Capella„nus factus, eius fit intimus. *Et certe eius fortunae*, cum captum audisset, illacrymatus est. Potens erat: „aedificat Ecclesiam in honorem S. Crucis; ibi sepeliri se uelle dicebat. Nimis tamen insolens semper „erat. Conuiuia fratribus duodecim diebus in anno, Kalendis singulis, hilariter facere sueuit. Glo„riabatur inter cetera de muneribus regis Arnulphi. Nam, ut id genus hominum est, laudis auidissi„mus per quaedam fuit. Nudus *aliquando* per aram adiit: peccata defleuit, saeculo renuntians. At „quod respublica consiliis hominis carere non posset, rex eum in aulam assumsit, iterum et priorum „honorum statibus restituit, tandem quoque et audaxit, Augiensi coenobio tradito. Aiunt autem „hominem fortunatum tandem duodecim Abbatias rexisse. Sic quoque ipse et Hatto ille Mogunt. sibi „semper amicissimus, quem COR-REGIS nominabant, post regem imperium tenuerunt, cum et ipse, ut „aiunt, XII. Abbatiis praefuerit. Erat autem sodalitatis illorum, quoniam ambo acutissimi erant, ius „mirabile. Nam uterque illorum, in quo alterum in uerbis et in rebus per astutiam decipere posset, „agere solebat." Centonem hunc e uerbis Eccard. Iun. *de Cas. S. Gall.* consarcinauimus, qui porro refert, Hattonem, cum Italiam obiturus *pretiosam suam supellectilem omnem* apud Constantiensem *deposuisset, cantharum aureum distinctum gemmis Salomoni suffuratum* esse et sic abiisse: cuius fraudis ulciscendae gratia Constantiensis par ex Italia redeuntes mercatores, Hattonem in itinere periisse, uulgari curasset, arreptaque fama, Hattonis bona pauperibus diuisisset, iustasque defuncto celebrasset exequias; qua re Hatto redux ita motus sit, ut ne prolixa quidem humanitate Salomonis, Curiam usque obuiam procedentis, conciliari atque in societatem iocorum et consuetudinis familiaritatem redire sustinuerit: quae ad ultimum tamen denuo coaluit, interposita stipulatione, *ut altra neuter alterum nec seria deciperet, nec ioco*. Comitum Sueuiae inimicitiam et diuturna uincula uariique generis uexationes *irrisionibus* in se prouocauerat: quale est, quod *per duos gregum magistros ursum et ceruum eis dono adferri iussit, qui fingebantur uitrici esse et liberi: quibus talibus uspectis ussurgunt germani* (fratres, Sueuiae Comites) *pileis detractis, regratiantur acnatores, reuerenter inclinati*. Id. Eccard. c. 1. Gloriatus enim ante erat, se seruos habere tanta grauitate oris atque uultus, tamque uenerabiles, ut ipsi Comites ad conspectum eorum reuerentiae significationes daturi sint, eiusque rei isto ludicro periculum fecit. Quod Sueuiae Comites admodum male habuit. Nihilominus tamen, *Vir Dei, Esdras in suggestu, alter Petrus, tertius Cato, in Palatiis et Synodis aeque ualens Conciliis*, passim laudatur. Quin mortuus *an.* 920. *in Diuos est relatus*, quod habetur in Chronologia Abbatum S. Galli, a Ioachimo Vadiano producta. (*n*) Prima mentio huius uiri facta est in diplomate Eccles. Vltraiectinae dato. Ita enim ibi rex: *Cuius* (Episcopi) *petitioni, quam per Vdonem consanguineum nostrum*, EWALTGERVMQVE *Comitem nobis obtulerat, libenter aurem accommodantes &c.* De *Vdone*, quem rex consanguineum uocat, nihil explorati adfero, praeterquam quod duo praedia, in pago *Rhinicowe*, ad conuentum Laurishamensem data, sita dicuntur *in comitatu Vtonis*. Chron. Laurish. Ewaltgeri autem praecipua et illustris memoria in Annalibus Belgicis est. Ita enim Anonymi Chron. Belg. in Scriptoribus Franc. Sunertii p. 353. ɔɔ ccccxiv. WALGERVS *Comes, nepos Imperatoris, his diebus magnus habebatur*. Sic ingrati animi memoriam nomen, quod nostris compilatoribus ignotum est, conseruauerunt Belgae. (*o*) Seriem rerum gestarum ac uitae eius, e subscriptionibus diplomatum credo tutissime deduci atque ordinari. Auspicia regni incidunt, quod uidimus, in annum 912. mens. Febr. diploma enim Fuldense *datum* est *VIII. id. Aprilis, anno incarnationis Dominicae* ɔɔ ccccxii. *indict. XV. regnante gloriosissimo rege Cunrado, anno I. regni eius. Actum Fuldae, curia regia, in Christi nomine feliciter. AMEN. Walufridus Notarius ad uicem Piligrini* (Colon. Archiep. in margine) *Archicapellani recognouit*. Christ. Brow. *Ant. Fuld. p.* 282. (*p*) Chronicon breue S. Galli apud du Chene Tom. III. *An.* 912. *Conradus Francos, qui dicuntur Lotharingi, hostiliter inuasit.*

* Sunt uerba Wipponis in uita Conradi Salici. ** Sunt uerba e Chronico Frodoard. *ad an.* 909. *** Sunt uerba Wittechind. *annal.* 2. de coronat. Ottonis.

(*q*) *At nullus potentior aemulus*, ait Scharenus, *Carolo, Gallorum rege, a quo statim post mortem Ludouici regis, Lotharingiae regnum occupatum abstractumque Germaniae regno; eo arma, quae in Vagros et barbaros uertenda erant, intestinum malum interuertit*: cui adstipulatur Boeclerus in Saec X. et Schurtzfleischius de regno Austrasiae. Sed cum nihil de inuasione regis Galliae legatur, etsi statim a Carolidarum obitu in Germania Lotharii regno imminuerit; sed *aduersus ipsos Lotharingos*, ut uerba habent, *profectus sit* Conradus: subest nimirum altius malum, quod mihi demum, postquam omnia totius historiae momen-

ta

CAP. II.

pertinuit, reiectus, monaſterium S. Gal- A li, feria S. Stephani, intrat (*r*): hactenus quidem ab inteſtino malo et domeſticorum ui ſecurus; intempeſtiua autem Hattonis Moguntini et Ottonis Saxonici morte ab ingenti ſpe tranquillitateque deiiciendus (*s*).

Inde an. 913. reiectus Sueuiae Comites, qui Hunnos interen fugauerant, perſequitur.

§. VII. Rex nihilominus propoſitum acrius ac pertinacius urget. Anno enim regni *altero* ineunte, Lotharingiam denuo ingreſſurus (*ſ*), Corbeiae prius ad B Viſurgim Bouoni antiqua regum priuilegia corroborat (*t*): nec ita multo poſt Caſellis monaſterio Virginum Meſchedenſi, quod Rhinhildis Franciae regina condidiſſe dicitur, idem beneficium tribuit (*u*). Ingruunt interea Vngri totamque propemodum Germaniam pertentant (*w*). Hic Ducibus primum data eſt occaſio, renatis iuribus utendi oſtendendique, quam parum ſibi opus ſit C rege, qui patriae ſalutem poſtponeret honori ſuo. Illo enim circa Rhenum et Lotharingiae fines haerente, eorum quisque ad ſe ſuaque tutanda dilapſi (x) efficaciſſime docuerunt, deſertum eſſe iam imperii uinculum, in ſeque ipſis uniculque ſtatuendum eſſe maius praeſidium. Non tulit Conradus diſſentientium faſtum excidioque primum Sueuiae Comites, Epiſcoporum carcinomata uomicasque, deſtinat, Erchangerum et Bertholdum, quod tamen interuertunt nuptiae cum ſorore Cunigunda pactae (*y*), Ducumque reliquorum interceſſus, qui, cum regem in ſua uiſcera ſaeuire animaduerterent, quem tamen Vngri, ſi uellet, acuere poſſent, ne malum latius ſerperet, cauendum ſtatuerunt. Hinc uno conſilio palam refragantur omnes et inconſiderato mentis adfectu efferentem ſe, quibus poſſunt, modis permulcent, laterum ſuorum robur cauſſaeque merita opponentes (*z*). Quorum cum neque par armis neque argumentis eſſet, anno *ſubſequente* omnibus placatur et conciliatur, multasque praeſenti rerum conditioni magis intenti et mutationem agnoſcentis animi dat ſignificationes. Hinc Duces ſe regni denuo adiungunt (*aa*), denuo in ueterem ciuitatem,

§. VII.

eoque omnium Ducum in ſe odium prouocat:

qui an 914. regi conciliati ſunt, praeter

ta expendiſſem atque ponderaſſem, uiſum eſt in eo conſiſtere, quod *Carolorum more coronari uidelicet ac inungi noluit Conradus.* Noui quidem et legi Wittichiodum, qui *unctum enim in regem;* legi Hermann. Contractum, qui *electum et unctum;* legi Bodonem, qui *coronatum diademate* aſſeuerant. Noui etiam recentiores quosdam, qui electionem *Wormatiae*, coronationem *Aquisgrani* factam *a Moguntino* ſuſpicantur. Ego uero haec incerta eſſe omnia, coronationisque et unctionis mentionem e conſuetudine ſermonis latini iniectam per tropum intelligendam eſſe putauerim. Idem ſane de Henrico I. dicunt, quod *ininunctus* ſit uidelicet quem tamen conſtat non abhorruiſſe ſolum a regiis ſolemnibus; ſed eadem ad uitae finem conſtanter repudiaſſe. Priuatim enim a ſuo quisque populo domi dux legi potuit, ut ipſe Otto lectus eſt. At cum praeficiendus omni Germaniae rex eſſet; Aquisgrani defluxit omnis Germania: eo deductum regem et iam ante electum *uniuerſi* eligunt, coronant et inungunt. *cap. IV. litt. r.* Aquisgranenſem regiam ante occuparat indulgentia patris Zwentepoldus, rex Lotharingiae. Illi; deiecto et occiſo Giſelbertus ſucceſſerat, aduerſus quem profectus eſt Conradus ſtatim ab electione ſua et rurſus anno inſequente. Et cur profectus eſt aduerſus eum? Quia ibi Carolorum more uoluit coronari et inungi. Nullam enim cauſſam belli uideo, nec in Giſelberto dolum. Et peruiciſſet, niſi Ducum conſilia ipſum retraxiſſent in patriam, qui putabant, ſibi nihil opus eſſe rege, qui barbaris tergum uerteret ſuaeque ambitioni uelificaturus ſubiectus impune depraedandos relinqueret. Inde ſe ad ſua defendenda quisque contulerunt. (*r*) Chron. S. Galli *an. 912. Cunradus rex, antequam in Lotharingos proficiſceretur* (anno ſc. inſequente) *monaſterium S. Galli adiit et illic regaliter ſuſceptus eſt.* Concinit Hepidanus: *An 912. Chuonradus rex in feſtiuitate S. Stephani ad ueſperum uenit ad monaſterium S. Galli.* (*ſ*) *Poſthaec Ottone ſecund. Decemb. carnis uniuerſae uiam intrante* &c. Ditmar. *lib. 7.* ſine anno. Supplem. Regin. *an. 912.* deſignat; et recte quidem: Henricus enim anno mox ſequenti turbis implicatus eſt. Confirmant. Schaffnab. et Contractus. Idem Reg. *an. 912. Hatto Moguntinus obiit, cui Heriger ſucceſſit.* Fruſtra ergo eſt Sigeb. Gemblac. et Sigfr. Presb. quorum ille *ad an. 918.* hic autem *ad* 913. obitum Hattonis memorauit. Comitiis enim publicis *an.* 916. interfuit Herigerus. (*ſ*) Chron. S. Galli *an.* 913. *idem Cunradus cum exercitu regnum Lotharingorum ingreſſus eſt.* (*t*) Diploma Schatenus exhibet in Annal. Paderb. *Chuonradus diuina largiente clementia rex. - Datae III. Non Febr. 10 ccccxIII. regni autem Domini Chuonradi ſereniſſimi regis anno II. Actum in ipſo monaſterio Corbeiae in Dei nomine feliciter. AMEN.* (*u*) Stangefol. in Weſtph. p. 172. *Chuonradus rex.- Salomon Cancellarius ad uicem Piligrimi Archicapellani recognoui. Data XII.* (ita ſcriptum eſt) *id Mart. an. incarnat. Dom. 10 ccccxIII. indict. I. Anno uero regni domini Chuonradi II. Actum Chaſſella feliciter in Dei nomine.* (*w*) Annal. Hepid. *an.* 913. *Agareni* (Vngri) *Alemanniam intrarunt.* (*x*) *Erchanger et Bertold frater eius et Vodalrichus Comes, auxiliante illis nepote eorum Arnulpho, optimo duce* (quod notes uelim aduerſus eos, qui Malum appellarunt) *Boioariorum, totum exercitum eorum iuxta Ine fluuium penitus occiderunt.* Hepid. Reuera bonus dux, qui patriam ciuesque ſuos aduerſus uim externam egregie defendit, praemium, non reprehenſionem regis multo minus exilium promeritus. (*y*) Chronicon S. Galli *An.* 913. *diſcordia coepta eſt inter regem et Erchangerum. Ipſo anno Erchanger cum rege pacificatus eſt, cuius ſororem Luitpoldi relictam rex, quaſi pacis obſidem, in matrimonium accepit.* (*z*) Pleni ſunt omnes libri, quibus motibus concuſſa fuerit Germania hoc anno et quam acriter rex impetitus ſit ab omnibus, quod *rebellionem* ſcriptores appellarunt. Henricum certe ipſe rex laceſſiuerat. Teſtem cito gentilicium ſcriptorem Wittich. *rex autem Conradus cum ſaepe expertus eſſet uirtutem, noui Ducis, ueritus eſt ei tradere omnem poteſtatem patris,* quod eſt nouum ſpecimen adfectatae rationis imperandi Carolingicae. Res ad Eresburgum hoc anno geſtas idem deſcribit. (*aa*) Neque enim hoc eſt infitiandum, quod obſcurari per conſenſum tot ſcriptorum nequit. Regin. Contin. *an.* 919. „Multis laboribus eſt a Bauaris, Alemannis et Saxonibus ſibi rebellantibus fatigatus, quos ante obitum ſuum, deo „propitio, ſuperauit. *Liutpr. 2, 7.* Sub quo potentiſſimi principes Arnoldus in Boioaria, Burcardus in „Sueuia, Eurardus Comes potentiſſimus in Francia, Giſilbertus Dux in Lotharingia erant. Secundo „itaque regni huius ſuſceptionis anno memorati Principes huic, praeſertim Henricus, rebelles extiterant,

CAP. II. *Boiorum, qui ad barbaros secessit.*

tem, licet suarum singuli prouinciarum A domini coeunt, praeter Arnulphum Boioariae moderatorem, qui indignum ratus alteri parere ad Vngros secessit ante obitum Conradi regis nullo modo rediturus: hinc in Erchangerum Comitem, cuius immitissimi hominis austeritatem ducta uetula sorore necquicquam delinire cogitauerat, nihil grauius consultum, quam ut alio, aliquandiu exulatum, abiret (*bb*). Rex interea Wilinaburgi degens Ecclesiae Vltraiectinae confirmat priuilegia (*cc*) natalemque Dei agit Constantiae (*dd*).

Sancitur dehinc an. 915. lex de pace publica,

§. IIX. Anno regni *quarto* ad exstinguendas omnes simultatum scintillulas tranquillitatemque patriae conseruandam promulgatur lex de pace publica, poena capitis sancita, et per omnem proditur Germaniam (*ee*). Sed cum ne sic

cuius uiolatores Sueui

quidem satis consultum rebus suis indica- C ret rex, propterea quod unus alterue non uereretur conuenta uiolare, in quibus Sueui denuo taxandi sunt (*ff*): nouam medicinam inueterato malo adhibiturus anno *quinto* Concilium sollemne conuocat (*gg*), cui adhibiti sunt totius Germaniae Episcopi, quoue inter alia sacris interdictum est Boio et sueui fratres perduelles ex decreto capite plexi sunt (*hh*).

§. VII. IIX. *an. 916 ex Concilii Altheimensis decreto perimuntur.*

In quorum locum, quod conseruanda pristina Germaniae facies et ceteris prouinciis aequiparanda Sueuia esset, sufficitur Burcardus, quem populus poscit, nouus regis aduersarius (*ii*), quem moerorem amissa penitus Lotharingia adgrauat B (*kk*). Ipse interim rex Herolsfeldae commoratus (*ll*) S. Matthiae et Valerio aedem sacram dedicat Hartesburgi (*mm*). Porro cum exercitu ingressus est Boioariam, desertam ab Arnulpho duce, quem Concilium damnauerat; uacuae prouinciae fratrem Eberhardum praefecturus (*nn*), ad quam recuperandam ille anno *subsequente* magna barbarorum multitudine stipatus aduolat strenueque repellitur.

Rex aedem Hartesburgensem fundat, Boiariamque ingreditur

Abest interea Henricus Saxo in Galliisque uersatus comitia Lotharingica adit, quibus aduersus regem perpetuas cum Giselberto inimicitias, interpositis sororis Gerbergae nuptiis, paciscitur [*oo*]. Conradus autem, cum Arnulphum frustra

an. 917. reiicitur moriturque an. 918. regni anno 7 exacto.

„rant, quos Conradus rex tam sapientiae uigore, quam fortitudinis robore superauit suamque ad fideli„tatem perduxit. *Sigeb. Gemblac.* an. 914. Contra Conradum regem potentiores regni Principes rebel„lionem meditati-tam sapientia quam fortitudine regis ad gratiam eius reducuntur: solus Arnoldus „ad Vngaros cum uxore et filiis fugicos usque ad mortem regis ibi mansit.“ Eadem fere habet Aegid. de Roya in Chron. Belg. *ad an.* 914. Gobel. Persona. *Conradus tamen resistebat eis* (tumultuantibus Principibus). *Vnde ducem Bauariae expulit. Sic et ceteros superauit, praeter Henricum Ducem Saxoniae.* Sed hunc quoque rediisse cum rege in gratiam, ex eo partim liquet, quod Conradi auxilium aduersus Halberstad. Episcopum in caussa tori implorauit, Ditm. l. 1. et, quod primum detrectauerat, Saxoniae Antistites ad Concilii Althcimensis extrema tempora ablegauit. (*bb*) Chron. S Gall. *An.* 914. *In Alamanniam uenit et Erchangerum cepit, qui hostili manu super Episcopum Salomonem uenit. Ipso anno apud castellum Onfridinga a rege comprehensus et in exilium missus est.* (*cc*) Pulcherrimum monumentum Ioan. a Leidis Chron Belgico *lib. 7. c.* 20. insertum, dignum est, quod totum exscribatur. Sed iam apices pro more nostro solum dabimus: „Conrardus diuina auxiliante clementia rex. Signum Domini „Conrardi, Serenissimi Regis. Salomon Cancellarius ad uicem Peregrini Archicapellani recognoui. Data „septimo idus Julii, anno incarnat. domin. nongentesimo decimo quarto, Indict. II. Anno uero regni Conrardi, gloriosissimi regis, tertio. Actum apud Wilmaburch in Dei nomine feliciter AMEN.“ (*dd*) *An.* 914. *natalem Christi celebrauit Conradus in oppido Constantia apud Episcopum Salomonem. Deinde ad S. Gallum eiusdem Abbatiam profectus, ibi diem Innocentium egit atque in fraternitatem monachorum receptus est.* Eccard. et Stumpf. in Chron. Helu. *l.* 4. *c.* 34. (*ee*) Exstat ea in Goldasti Constitutionum Imp. Tom. III. Quae, utut admodum breuia, Halcyonia Conradi caussam non meliorem reddunt, sed deteriorem. Quem enim ante strepitus armorum et intestina mala impediuerant, excusare poteramus, cur quae regis sunt, sibi non in singulis prouinciis arrogauerit. Iam uero, omni tumultu composito, curis solutus et intra fratereulorum umbracula in iocum ac facetias effusus sponte transegisse cum Principibus et ius, quod nullum umquam habuit, dimittere, quam se ludibrio uexationibusque perpetuis obiicere maluisse censendus est. Adeo nihil explorati de coronationis unctionisque sollemnibus, quibus hic accommodatissimus annus fuit, quaeque post partam tranquillitatem capessere omnino potuisset, inuenimus. Adeo numus nullus, nulla effigies ullibi exstat, suppar aetate et coronata: quae potestatis suae monimenta anteriores tamen Carolingici per manus posterorum tradita nobis reliquerunt. (*ff*) *Erchanger de exilio reuersus cum Burcardo et Berchtoldo cum ceteris patriotis suis pugnauit et eos apud Walauuis uicit. an.* 915. Chron. S. Galli. (*gg*) Decreta huius conuentus apud Althemium, Rhaetiae pagum, itidem exstant apud Goldast, quibus Saxoniae Episcopi, quod praesto esse recusassent, sacris abstinere iussi. Exscriberem ea, ni uererer, ut genuina sint omnia ac non potius in otiosi monachi ieiuno cerebro nata. Vltima saltem canonis uerba, ex Iul. Caesaris de bell. Gall. *lib.* 6. *c.* 13. desumta, auctorem sublestae fidei produnt. (*hh*) Chron. S. Gall. *an.* 916. *Erchanger, Berthold et Luitfrid* (sororis filius) *occiduntur* dolose: quo uerbo indignationem suam testari uoluit auctor, ad Burcardi socii perfidiam respectans, *qui aliquot eos dies in custodia tenuit. Rex autem crebro ab eo fatigatus tandem eos iugulari praecepit.* Eccard. (*ii*) Id. Chron. *Bona occisorum, excepta dote Berthae, quae uxor Erchangeri fuit* (ex Episcopo Salomoni inimiculis fomenta adhibuerat) *beneficii nomine tradita sunt Burcardo: cui et Sueuiae ducatus cessit.* Hunc Burcardum *an.* 916. statim *rebellasse* idem Chron. refert. (*kk*) *Anno* DCCCCXIV. *Carolus rex Francorum Brabantiam et Lotharingiam, amoto Gisberto, recepit VII. annis. Gisbertus Luxemborg obtinuit.* Aegid. de Roya in Annal. Belg. Exteros enim in domesticis non negligendos duxi, e consilio Excell. Dom. Praesidis, quum illi prodant saepius, quod hi dissimulare aut praeterire pro temporum ratione coguntur. Hinc manifesta ratio patet, quare Gallus diplomatibus *an.* 917. subscripserit: LARGIORE *autem hereditate indepta II.* (*ll*) Lamb. Schaff. *an.* 916. 917. 918. *Conradus rex fuit in Herolfelde*, ubi *Ludouicus Pius erat mortuus.* Chron Hildes. *an.* 840. (*mm*) Copiose de hoc monimento regii nominis egregio disserit Reu. Antiquit. Goslar. Auctor *lib.* 1, *p.* 4. (*nn*) *Vrspergensis, Auentinus et ex Auentino Schatenus in Annal. Paderbornensibus prolixe narrat.* [*oo*] Schaten. ex Conrado Abbate in scriptoribus Pithoeanis

CAP. III. ſtra oppugnaſſet [*pp*], anno regni ſepti-A mo exacto in magnam aegritudinem conie-ctus eſt, morboque periit [*qq*], cum le-ctulo adfixus per Eberhardum fratrem Henrico Saxonico ſummam rerum commendaſſet. Cadauer illatum eſt Fuldenſi monimento, quod uiuus ſibi haud paullo ante [*rr*] deſtinauerat. §. I. II.

CAPVT III.

DE PROVINCIIS GERMANIAE SIGILLATIM.

§. I.

Praemiſſa ſectione, cum ſeriem rerum in Germania ſeptennii ſpatio geſtarum deduceremus, omnium prouinciarum, licet confuſa et perfunctoria, in-B iicienda mentio fuit. Iam ſingularum conditionem propius intueri iuuat, Franciam igitur Orientalem (*a*), ut hinc potiſſimum exordiar, ad iſtud temporis Conradus ipſe rexerat, quem fortiſſimum Francorum Ducem annales ubique concelebrant (*b*), in ſubſidium adſumto fratre, Eberhardo, qui Comes primum potentiſſimus (*c*), mox Franciae Dux (*d*) et orientalis Marchio audit (*e*).

Status Franciae orientalis,

§. II. Sueuiae Bertholdus Erchangerque fratres praeſunt, qui ſuae procurationis detrimenta aduerſus Conſtantienſem Epiſcopum ulturi extremo ſupplicio adficiuntur (*f*). Nouus Dux Burcardus (*g*) Germanici regni culmen itidem irreuerenter habet terraſque ſuas aduerſus

Sueuiae,

[*pp*] Cunradum *uulneratum reuertiſſe* in patriam ſuam, ait *Wittib.* 1. [*qq*] Cum eodem anno in Herolfeldenſi *monaſterio natiuitatem S. Ioannis celebraſſet.* Regin. Hoc anno obitum regis deſignandum eſſe ſatis liquet, cum omnes ſcriptores pleuum ſeptennium ipſi tribuerunt. Iam ſi initia ducantur *ab an.* 912. relinquetur, ut exacto *anno* 918. ſeptennii ſpatium expletum ſit. Accurate rem definiunt Annales Hepidani: *Anno* 918. *Chounradus rex obiit ante natale Domini.* Succinit Marianus Scotus, quando *anno* ID CCCCXVIII. *X. Cal. Januar. deceſſiſſe regem* ait. [*rr*] Anno ſcilicet inſequente 919. cum ante Wilinaburgi depoſitum fuiſſet. Regin. *Ipſe uero hac uita decedens in Fulda monaſterio honorificata ſepultura tumulatus eſt*: addit Marian. Scotus: *iuxta altare ſanctae Crucis.* De quo loco uid. Antiq. Fuldenſ. *p.* 128. (*a*) *Tota Gallia* inquit *Eginhard. in Vita Carl. omnisque Germania una Francia fuit: poſtea uero, regno inter filios filiorum diuiſo, Aliud Orientale, aliud occidentale regnum Franciae dicebatur.* Godefr. Viterb. *part.* 17. *Orientale regnum uocatum eſt etiam Francia orientalis, Antiqua Francia, Francia Teutonica*: et complexa fuit Boioariam, Sueuiam, Saxoniam, Thuringiam, Friſiam: ueterum teſtimonio.

Hoc loco autem nobis de parte regni cognomine ſermo eſt, quam uulgo Franconiam uocant, *quae*, definiente eodem Eginhardo, *intra Saxoniam et Danubium Rhenumque ac Salam flauium, qui Thuringos et Sorabos diuidit, poſita, ac a Francis, qui orientales dicuntur, incolitur, quaue*, Ioachimo Vadiano de monaſt. Germ. teſte, *tractum etiam Heluetiae et Rhaetiae primo totuis illa aetas, et ipſam Franciae antiquae, complectebatur, cuius partem Rheno imminentem Auſtraſiam uocarunt.* Ex qua interpretatione intelligimus, quomodo *ad Alpes* protenſa fuerit Franciae Comitum procuratio, et ut Conradus Conſtantiam ſubinde et in S Galli monaſterium diuerterit; nec non, quare Schatenus *Alsbemium*, pagum Rhaetiae priſco iure Franciae accenſam contendat.

(*b*) Viuente adhuc Ludouico rege Conradus inde a parentis obitu *Comes Franciae* appellatur, quod diploma Hattonis an. 910. datum *c.* 1. *litt. bb.* probat. Ex eo autem tempore, quo quiſque ducum ſuam ſibi prouinciam uindicauerat, Conrado quoque, licet de facto nihil conſtet explorati, appellationem *Ducis* tamen tribui conſtanter obſeruamus. *u. g.* Statim *an.* 912. Annal. Hildeſ. Leibnit. *Ludouicus rex obiit, cui Chuonradus* Dux Francorum *ſucceſſit.* Wittich. *Cunradus quondam* Dux Francorum. *ungitur in regem.* Ditmar. lib. 1. *egregius* Dux Bodon. Synt. Gandesh. Dux Franciae *Conradus.* Sic Mutius, ſic Gobelinus, aliique. De re autem ipſa ratiocinatur Friſingenſis Lib. 1. c. 8. de geſtis Friderici I. in hunc modum: *Francis* ante Henrici I. tempora *uel circa dignitas ducalis denuo collata uidetur.* Succenturiatur Leh. in Chron. Spir. lib. 2. c. 16. Nec ferit ita ſtatuentes Eccardi narratio. Quum enim *Nondum adhuc*, inquit, *illa tempore Sueuia in Ducatum erat redacta, ſed fiſco regio peculiariter parebat, ſicut hodie et Francia*: de ſuis, quibus ipſe uixerat, temporibus loquitur, Henrico IV. imperante, qui omnino per Comites hanc prouinciam adminiſtrauerat. (*c*) Apud Liutpr. 2. 7. (*d*) Auctor uitae Ioan. Abbatis Gorzienſis apud Mabillonium *Eberhardum* ait *Ducatum Franciae, Auſtraſiae et quorundam trans Rhenum tenuiſſe locorum.*

Quin noui quoque Comites in locum ſucceſſerant circa hoc tempus. Vid. *cap.* 2. *litt. n. et aa.* ubi mentio fit cuiusdam *Vtonis* ſeu *Ottonis* et *Ewaltgeri.*

(*e*) Chron. Laurish. *Cunradus uero, frater* Eberhardi, Marchionis orientalis *regni partem circa Rhenum tenuit.* (*f*) Atrociſſimas contentiones et quotidianas prope digladiationes, quibus inuicem iactati ſunt Comites et Epiſcopi, propterea *quod utrorumque ditioni multa ſubtracta ſunt per munificentias regias in utroſque Epiſcopos*, fuſe narrat Eccard. in Caſ. S. Galli. Lex quidem Alemannica habet: „Si quis „res ſuas ad Eccleſiam tradere uoluerit, nullus habeat licentiam contradicere, non dux, non Comes, „non ulla perſona. *Sed* agros tamen fiſcales aut praedia, quae cenſum principi ſoluerent, non licebat „ad ullam Eccleſiam, *ex ſententia Ioach. Vadiani* lib. 2. *de monaſt. Germ.* contradere; ſed Comitis conſen-„ſus requirebatur, cuius erat donationem reſcindere, quae principalium redituum detrimento eſſet „facta. Vnde uidemus, *ait*, in chartis donationum, Comitis nomen imo fere loco ſemper adſcriptum. „Praecipua enim hac in re Comitum auctoritas erat.“ (*g*) *Sueuiae principum aſſenſu ſtatuitur Alemannis Dux primus Burcardus, gentis illius nobiliſſimus et uirtutum dote probatiſſimus.* Eccard. Ducatus quidem Sueuiae perantiquus eſt et prout ex actis Francorum liquet, eo tempore conſtitutus, quum a rege Ludouico deuicti Alemanni et regno Franciae adiecti uelut in prouinciam redacti ſunt, quod accidit circa annum 500. Carolus deinde Magnus, ducum potentiam et fortunam ſubueritus, Comitibus regundas diſtribuit prouincias, qui in Erchangero per Sueuiam deſierunt, cum proſapia Carolina defiiſſet. Hinc noua rebus facie obducta, caput denuo extulit Sueuia, ad exemplum reliquarum regionum in Du-

CAP. III. *§. III-VI.*

ſus uim interiorem aeque ac externam strenue tutatur (*b*).

Boioariae, §. III. Arnulphus, famoſiſſimus Dux, Liutpoldi filius, Boioariam ſuprema poteſtate poſſidere regioque iure inſolenter uti coeperat (*i*). Hinc barbaris aeque ac regi Germaniae; et ſacerdotibus ferream utrimque frontem oppoſuit (*k*), perpetuus ſceptri aemulus: nec ante quieuit, quam Henrico poteſtatem circa ſacra quoque, Germaniae capiti adhuc ſartam tectam, in terris ſuis uſurpandam extorſiſſet (*l*).

Saxoniae, §. IV. Saxoniae ampliſſimas poſſeſſiones a maioribus relictas et ab Imperatorum munificentia amplificatas, uniuerſumque Ducatum Otto Dux ad filium generoſiſſimum Henricum transmiſit, aduerſus uim apertam et occultas machinationes, ut uiro dignum, defendendas (*m*). Nec ipſe latum unguem ceſſit. Quin animi magnitudine rebusque domi et militiae praeclare geſtis tantum ſibi exiſtimationis collegit, ut Conradus eum, uirtutis etiam in hoſte mirator, regio faſtigio digniſſimum iudicaret (*n*).

Thuringiae, §. V. Thuringiae Ducatus uariis breui temporis ſpatio motibus dominisque agitatus pariter in Saxonicae manſuetudinis tutela, paullo ante, quam ad rerum ſummam Conradum excitaſſent, demum adquieuit (*o*).

Lotharingiae. §. VI. Lotharingi miris modis conturbantur, lacerantur. Qui ſumma iis et regia auctoritate ex inſtituto parentis Arnulphi praeerat, Zwentipoldum Ludouici Pueri tutores ſuperatum acie oppreſſerunt. Cui ſuffectus Giſelbertus (*p*) Dux

Ducatus formam reducta. Qui factum ſit, ut in Burcardum iſtum, ſcelerum atque conſiliorum Erchangeri ſocium, ſueuiae ordines et rex Conradus tanto ſtudio propenderint, mirari multos intelligo. Ciuibus nimirum gratus ob uirtutem magnitudinemque animi fuit, quod haud obſcure indigitat Eccardus. Voluntas populi, ſuprema haud dubie lex, regi neceſſariam electionem fecit. (*b*) Vt regi detrectauerit obſequium, ſupra innui; iam ſpreta ſuperioris auctoritate, ſummā quaeque ſibi uindicat. Anno enim 919. *Burcardus Dux Alemanniae Rudolphum regem Burgundiae apud Winterturum pugna uicit.* Herm. Contract. (*i*) Inſtinctus forte a maiorum conſuetudine, qua Boioaria peculiare regnum, Franciae ſeorſim ſpectatae haud impar, conſtituit. Ab Auentino diſertis uerbis *Rex* appellatur: etiam in Chron. Coſmae Prag. *anno 937. obiit Arnulphus* Rex *Bauariae.* Liuthprand. lib. 2. c. 7. *Arnoldus cum uxore et liberis rediens honorifice a Boioariis atque ab orientalibus Francis ſuſcipitur: neque enim ſolum ſuſcipitur: ſed ut rex fiat ab iis uehementer expoſcitur.* *Cupierat ſane et ipſe* rex *fieri*, credo, in ditione ſua. (*k*) Multa ſuperſunt in ueterum libris Boioaricae fortitudinis monimenta. *An. 907.* pater Leopoldus occubuit in praelio cum Vngris commiſſo, cuius necis indignitatem ultus eſt filius *an.* 913. eorum acriter caſtigauit et intra arctiſſimos cancellos redegit. Chron. Bau. Ratiſp. Rex *fieri fruſtra cupiens inuaſor regni exſtitit et pro huius acquiſitione Eccleſias monaſteriaque deſtruens, res earum diſtribuit in beneficia laicorum.* Hinc mali cognomen et tot circa turpiſſimum ex hac uita exitum proiectique in Schirenſem lacum a diabolo cadaueris lepida ſacrificulorum commenta. (*l*) Henrici declaratio ad Boium in Auent. *lib. IV. p.* 292. habet inter alia haec: „Non ſolum Boiuariae regnum locupletiſſimum, „Nariſcos, Alemannos, Chambos, Boëthos, Sudinos, Iliſſos, Marcomannos, Quados, Vindelicos, Noricos, „Auſtriacos, Tyrollios, Atheſinos, Venonas, Stirios, Charinos, Venedos, Carnos, Pannonias tibi, *ſicuti poſſides*, permitto; uerum ſacrarum aedium quoque, opum eccleſiaſticarum, Epiſcoporum, ſacerdotum, myſtarum, monachorum, antiſtitum omnium curatorem te eſſe iubeo et patronum: illos tibi in „clientulos dico, modo nomen regis inutile abdicatos, cuncta alia tibi habeto. Quid nunc aliud tibi uis? quid ultra deſideras? quae concupiſcis? quae poſtulas?" Stabant enim utrumque ante prima ſigna ſui quisque exercitus. Liuthpr. *l.* 2. *c.* 8. Huius exercitium deſcribit Ditmar. *p.* 330. in Leibnit. Script. Otto Friſing. *lib.* 6. *c.* 18. Auentinus *lib. IV p.* 293. ubi habetur de Concilio Dingelfingae coacto, cui *ipſe praefuerit, clerumque rurſum intra metas diſciplinae retraxerit, quia nimis popularitér*, ut loqui amat, *rerum omnium turbationibus uiuere didicerant.* (*m*) Progenitorem Ludolphum non fuiſſe Wittekindeum directa ſtirpe uel illud ſatis indicium eſt, quod Wittichindus, annalium auctor, maternum genus illuc tantum referat, non praetermiſſurus paternum, ſi a Magno Wittekindo deducere licuiſſet. Weſtphaliae et Angariae magnam partem ducis titulo complexus largiſſima donatione ex hereditate ſua ad Gandeshemenſe coenobium perfunctus eſt. Diploma exhibet Meibom. filiamque Luitgardin Ludouico II. German. regi in matrimonium dedit. De Ottone filio haec habet Wittichind. *Apud Ottonem tamen* (licet ſe ſubdiderit Conrado, Ditmar.) *ſummum ſemper et ubique uigebat imperium.* De Henrico nepote iſthaec: *Primus libera poteſtate regnauit in Saxonia*, qui *teſtamento legitime facto defunctus eſt, relinquens ſibi ipſi, maiori filioque magnum latumque imperium, non a parentibus ſibi relictum, ſed* per ſemetipſum acquiſitum *et a ſolo Deo conceſſum.*

Rex autem Conradus ueritus eſt ei tradere omnem poteſtatem patris. Saxones uero ſuadebant Duci ſuo, ut ſi honore paterno eum nollet ſponte honorare, rege inuito, quae uellet, obtinere poſſet. Wittich. *annal.* 1. Henricus *in uacuum ſuccedens, hereditatem iure et maximam beneficii partem gratuito regis ſuſcepit ex munere.* Ditmar. lib. I. ducatus ſcilicet honorem, quem, ut audiuimus, inuito rege, obtinere poſſet.

(*n*) Regin. *Cum obitus ſui diem imminere ſentiret, uocatis ad ſe fratribus et cognatis ſuis, maioribus ſcilicet Francorum, mortem ſibi imminere dixit et ne in eligendo poſt ſe regem diſſidium regni fieret, paterna eos uoce praemonuit.* Oratio exſtat apud Wittich. *annal.* 1. (*o*) Thuringiae fata ex annalibus iſta ſunt. *An.* 883. „Thuringi, quos Poppo et Egino Comites concitauerant, Thuringiae praefecti, a Saxonibus „magna clade protriti ſunt. *Schaten. ex annal. Franc. et Regin.* An. 892. Poppo dux Thuringorum dignitatibus exſpoliatur. Ducatus, quem tenuerat, Cunrado commendatur, quam pauco tempore tenuit et ſua ſponte eum reddidit. Deinde Burchardo committitur, qui eum hactenus ſtrenue gubernat „*Regin. Hic* Burchardus an. 909. ab Vngris caeſus eſt. *Lamb. Schaffnab.* Vngari *enim* Alemanniam intrarunt an. 908. deuaſtantes eam. Quibus occurrunt Duces Bauariae, Saxoniae, Sueuiae et Dux Thuringiae: et commiſſum eſt bellum et multa millia Vngarorum occiſa ſunt: et Dux Thuringorum tertius percuſſus interiit ſine heredibus, et ducatus deuolutus eſt ad Henricum Ducem Saxoniae eius conſobrinum." Hiſtoria de Landgrau. Thuring. et Regin. *ad an.* 908. Idcirco Henricus *Dux de Saxonia et Thuringia* ſubinde audit. (*p*) Annal. Metenſ. *ad an.* 898. *Zuentibolch Regiuarium Ducem ſibi fidiſſimum*

CAP. III. Dux clientelam Conradi regis aspernatus diu fluctuauit, donec Gallo ansam praeberet occupandi prouinciam (q), cuius possessionem rex Henricus demum Germaniae recuperauit aeternum firmam atque propriam, utpote Germanorum uiribus partam (r).

Vicinorum regnorum, §. VII. Daniae, Poloniae, Bohemiae Vngariaeque regna, et si qua praeter haec in Carolorum ditione fuerint, tantum abest, ut clientelam coluerint, ut potius nihil intermiserint eorum, quae ad uexandam disturbandamque Germaniam facere possent (s). Et Conradus quidem nullo iure ea, pristinae integritati restituta, ad officium reduxisset, cum Carolidarum clientes, exstincta uictrice familia, sui iuris facti sint (t). §. VII. VIII.

§. VIII. Idem de Italia totoque Romanorum Imperio censendum est. Carolouingis enim eius opes antea accreuerant, quae ad Germanos postea parum attinebant (u). Hinc ea se suis regibus permisit. Berengario autem II. ob perfidiam capto, regnum sibi apertum Otto perpetuo iure Germaniae asseruit, quia uiribus Germanorum asseruit. (w). *tandemque Italiae.*

CAPVT IV.

DE IVRE SVPERIORITATIS IN GERMANIAE PROVINCIIS RENATO.

CAP. IV. *Transitio.* §. I.

Caementi loco nobis sunt hactenus allata ad exstruendum id, quod meditamur, aedificium. Quod ut rite peragatur, paullo operosius inquirendum est, utrum in Germania circa hoc, quod iam emensi sumus, interuallum, res innouatae sint, nec ne? quo exacte temporis articulo? qua occasione? quoue iure innouatae sint (a)?

§. I. II. *mutatio gliscebat,* §. II. Qui igitur filum historiarum inde ab antiquo Carolorum aeuo sequuntur, simulatque in uenis Caroli Crassi Carolini sanguinis uigor elanguit, elanguisse nerueum imperii uinculumque, quo uastissima tot regnorum et prouinciarum moles constringebatur, fefellisse comperiunt (b), idque non in Gallia solum aut in Italia; sed in ipsis quoque regni patrii uisceribus, ubi Ducum diu ante inaudita nomi- *iam a Crassi obitu,*

nam et unicum consiliarium nescio cuius instinctu a se repulit et honoribus hereditatibusque, quas in suo regno habebat, interdictis, eum extra regnum intra 13. dies secedere iubet. Huius Raginerii filius, deiecto propter tyrannidem rege, *Giselbertus, nobili genere et familia antiqua natus,* Wittich. annal. 1. Dux sufficitur. (q) Quod *anno* 916. demum factum est. Vid. *cap. II. lit. kk.* quamquam inde ab exstinctis Carolingis in Germania hereditatem ampliorem et certae saltem partis possessionem iactauit in diplomatis e. g. in charta Gorziana apud Chifflet. „Actum Virduno, in mallo publice, coram Ricoino Comite, „anno ab inc. dom. ɔɔcccc xiv. anno III. regnante Karolo rege in regno Lotharii quondam regis feliciter." (r) An. 923. *Henricus Imp. et Carolus rex Francorum apud Bonnam confoederantur, reddiditque Carolus Henrico Brabantiam et Lotharingiam, Episcopis et Comitibus utrinque rem confirmantibus.* Aegid. de Roye in Chron. Belg. quod confirmat Ioan. a Leidis Chr. Belg. *lib.* 6. *c.* 11. *Hic rex* (Carolus simplex) *dedit Henrico, regi Germaniae, regnum Lotharingiae, Episcopis et Comitibus rem confirmantibus:* et Regin. Contin. (s) Albert. Stadens. 913. „In diebus illis immanissima persecutio Saxoniam oppressit, cum „hinc Dani et Sclaui; inde Boemi et Vngri laniarent Ecclesias." (t) Nihilominus Germaniae postliminio maximam partem restituta sunt, uirtute Henrici I. Auctor uitae Meinwerci in Leibnit. p. 195. „Quum autem mirum in modum proficeret princeps laudabilis, Christus illi plus auxit honorem dignitatis, perplurimas nationes suo subiugans dominatui, Danos, Sclauos, Boiemanos, Bolowarios, ceteraque quam plurima regna, quae suis antecessoribus non fuerant subdita. *Et Ditmarus* lib. 1. Has „regiones sibi fecit tributarias: Boiemiam, Deleminciam, Obetritos, Wilci, Heuellos et Redarios. (u) Non dimissam fuisse Italiam inde colligunt, quod Hattonem obiisse *Italiam exacturum iter regium* legunt. Sed instituit forte Moguntinus explorare hominum Italorum animos et, quod scriptum non est, infectare nulloque grauis aere domum ipsi dextra rediit. Non enim adeo perfrictae frontis fuit Conradus, ut cuiusquam rei extra Germaniam positae curam ad se pertinere arbitraretur, qui ne Imperii quidem Romani phaleratis titulis luxuriandum sibi iudicauit. Semel omnino peregrinam appellationem in charta Broweriana adiectam uidimus Conrado, in hunc modum: Conradus ROMANORVM FRANCORVM REX; Imperatoris numquam uidimus. (w) Quod praeter ceteros egregie, ut omnia, demonstrat non sine pia ueneratione nominandus Krebsius in Tractatu de insigni Discess. in Eccl. *Dissert.* 1. §. 14. *seqq.* (a) *Est sane,* inquit Vlric. Obrechtus in Prodromo rerum Alsat. p. 107. *totus ille rerum transitus, quo exstincta stirpe Carolina in Germania, imperium ad alias recturis meauit, multis densisque tenebris obsitus, et sollemnis uelut scopulus, in quem recentiores foedis saepe erroribus impingunt.* (b) Quid Crasso contigerit, quamobrem Germaniae Proceres ab ipso defecerint et cur, quoue modo elegerint Carolomanni fratris nothum filium Arnulphum, dicendi locus hic non est. Quanta autem hinc rerum consecuta sit mutatio, historicorum concentus doceat. Regin. *ad an.* 889. „Post eius mortem, regna, quae eius ditioni paruerant, ueluti legitimo destituta herede, in partes a sua compage resoluuntur „et iam non naturalem dominum praestolantur; sed unumquodque de suis uisceribus regem sibi creari „disponit. Quae caussa magnos bellorum motus excitauit, non quia principes Francorum deessent, qui „nobilitate, fortitudine et sapientia regnis imperare possent; sed quia inter ipsos aequalitas generositatis, dignitatis ac potentiae discordiam augebat, nemine tantum ceteros praecellente, ut eius dominio reliqui se submittere dignarentur. Multos enim idoneos principes ad regni gubernacula moderanda Francia genuisset, nisi fortuna eos aemulatione uirtutis in perniciem mutuam armasset. *Magnum Chron. Belg. p.* 70. Carolo mortuo, imperium multis modis scinditur, singulis *prouinciis* singulos „*reges* creare cupientibus. Arnulpho *tamen pars maxima* cessit. Post hunc ditionis eius regna soluun-„tur

 mina (*c*), et cum nominibus potentia inualuit. Eos enim, qui Arnulphum et post Ludouicum elegerunt, propiore iam occasui Carolidarum genere, lacertos mouisse et mox oriturae praelusisse libertati credimus, quia legimus (*d*); quamquam res nouare et fidem deserere tum quidem

A neque uellent nec ullo iuris titulo possent.

§. III. Arnulphus, quod Primoribus regni honorem suum deberet (*e*), multa indulsit; aliqua nouauit (*f*): perpetuis comitiis deliberationibusque distentus (*g*). Successor filius (*h*) tantum abest, ut

auctu sub Arnulpho,

„tur e sua compage, dum quisque de suis nititur regem creare. Quod quodam praesagio uidetur ac„cidisse. Nam regum genealogia coelitus prouisa secundis exuberat successibus, donec in Carolo M. „non solum regnum Francorum; sed et Imperii Romani summum obtinet fastigium. Post cuius di„scessum eodem, quo accesserat, modo, coepit fortuna diffluere, donec ex defectu *regiae stirpis* solus hic „inueniretur regno Francorum gubernando idoneus, et regalis prosapia a beato Arnolfo duce et Epi„scopo [*Metensi*] prodiens in hoc Arnolfo duce et imperatore quasi progressus sui *penultimum limi„tem* acciperet." Chron. Laurish. et Annal. Franc. Fuld. *ad an.* 883. Plenius Metenses *ad an.* 880. (*c*) Germaniae prouinciarum, quae ante Carolum Magnum; quae post eumdem facies fuerit, *Lehmannus in Chr. Spir.* aliique copiose docent multisque ueterum testimoniis utuntur. Illud iam memoriem subire ne pigeat, Carolum Magnum, ut Francorum sollertiam in multis rebus expediuit, nouam plane regundorum populorum rationem excoluisse, ut Ducum potentiam ueritus, ambitiosum nomen cum re supprimeret, prouinciasque Comitibus administrandas daret. De Boioaria res manifesta est. Cum enim Thassilo, semel impetrata defectionis uenia, iterum insurrexisset, ueniam impetrere non potuit, *neque prouincia*, inquit Eginhardus *in Vita, quam tenebat, ulterius Duci, sed Comitibus ad regendum commissa est.* Nec de Sueuie incertos esse sinit Eccard. Iun. *Nondum adbuc illo* [de Arnulpho dixerat] *tempore Sueuia in Ducatum erat redacta*, ex quo scilicet Alaticus famoso ad Tolbiacum praelio occubuit; *sed fisco regio peculiariter parebat*, cetera. Saxones suis moribus relicti sunt. In Francia erant Bambergensium et Vederouiensium Comitum clarae familiae. Popponem eque Eginonem, Thuringiae Comites Annal. Franc. et Regino commemurant. Apud Slanos nuos haec cessauit procuratin, qui semper Duces habuerunt, a rege Germaniae castigandos, sicubi deflecterent eb officio. Annal. Franc. 823. et 870. Lotharingis Gerhardus et Matfridus Comites praeerant, Zwentipoldo remoto. (*d*) At circa Crassi tempora in plerisque Germaniae partibus quaedam quasi fermentatio insolitos Ducum titulos protrusit. Ludolphus in Saxonia; Liutpoldus in Boioaria in hanc aetatem incidunt, qui uelut e machina derepente exstiterunt, nec eorum maiores, quanta maxima industria adhibita, indagari a quoquam potuerunt; licet ii, qui ignorationis suae confessionem in quibusdam rebus turpem ducunt, illius quidem origines ad Wittekindum M; huius ad nescio quem in Italia excoecatum Bernardum referant. Nec Poppo est praetereundus, qui, post mortem forte collegae Eginonis, ubique Thuringorum Dux concelebratur. Et ipsi scriptores innuere uidentur, se agnouisse rei nouitatem, qui multa sollertia Ducum ueluti numerum inierunt, et quotus quisque in prouincia Dux fuerit, subindicarunt, quod facere non potuissent, si Duces semper magistratum bellicum, pro temporum necessitate constitutum et delectum, significassent. Numerauit autem Historia de Landgrau. Thuring. in Script. Leibnit. Thuringiae Duces, quando *Burcardum Ducem* TERTIVM *praelio cecidisse* tradit. Primus enim Poppo, ut diximus; alter Conradus fuerat. Sic *Burcardus Sueuiae Dux* PRIMVS *est constitutus*, teste Eccardo. Sic *Henricus* PRIMVS *libera potestate regnauit in Saxonia.* (*e*) *Arnulpho tamen*, inquiunt Scriptores, *pars maxima cessit*, in dispersione prouinciarum Caroli Crassi obitum consecuta. Et Annal. Fuldens. *cum multos regulos in Europa et in regno Caroli excreuisse* questi essent, ad ultimum dicunt: *Deinceps Arnulphus se regem haberi statuit.* Regino Indicat, quo modo istud factum sit. *Optimates*, inquit, *Arnulfum, filium Carolomanni*, VLTRO IN REGNVM ATTRAHVNT: nec non Gobelin. Person. Cosmogr. aetat. VI. cap. 43. 44. *Optimates regni Arnulphum, filium Carolomanni, huius Caroli nepotem, elegerant in regem. Postquam Arnulphus electus erat in regem, Bernhardus filius Caroli Grossi fugit in Italiam ad Guidonem, cui pars Italiae commissa fuerat.* Commodum hic Gobelinus sobolis Caroli Crassi mentionem iniicit, Bernardi, quem Regino quoque et Annal. Metens. *ad an.* 887. commemorant. Cum enim Bernardus eodem tempore regis filius, utut spurius, uixerit; non uideo, cur eius conditio deterior; cur Arnulphi itidem ex Carentina femina nefastis nuptiis procreati, potior uisa sit; nisi Germaniae proceribus optionem datam uelis dicere, utrum utri praeferre mallent. (*f*) Huius igitur beneficii, quo Crassi filio, nihil tale promeritus, uno potius gradu e regali solio, quam ille, remotior, praelatus fuit, memoriam conseruaturus ad multa conniuendum esse duxit, subiectosque sponte, laxius regendos. Hinc Ducum non titulis modo applausit, queis forte Comites militiae suprema munia curantes in patriae limitibus defendendis uti potuissent, saluo iure Caesaris; sed et in partem et uelnti societatem regni eos passus est uenire. Atque ut ne dicis gratia hoc nominis gessisse Duces praecipiti anticipatione contendas, adscribam, quae fide dignissimus Regino *ad an.* 889. animaduertit. *His diebus*, inquit, *Luitpertus Maguntiae urbis praesul e rebus humanis sublatus, in cuius loca subrogatus est Suato, Poppone Thuringorum Duce et Arnolpho rege annuente.* Si res ciuilis acta esset et quis Ducum in negotii societatem adscitus foret; aliquid effugii aut coloris, cur ita factum sit, excogitari posset. At cum Poppo, inaugurando Episcopo, quod genus hominum eo tempore uni regi subiectum fuit, adhibitus sit, elabi non possumus, quin regem pedetentim sue iura communicasse cum principibus fateamur. Habuit haec procul dubio in oculis Mutius, qui lib. XII. de Arnulphi temporibus, *qui neque opibus neque facultatibus satis ualebat*, ista habet: *Erat is imperii status, ut nisi aliae essent facultates, imperium non sufficeret ad tuendam dignitatem Imperatoris et hostibus resistendum. Omnino*, pergit, *nomen imperii magis erat gloriae, quam rei.* Hic iem non insolens est amplius legere, Comites iniquo animo tulisse, si a peterna alienarum opum administratione arcerentur, quod *filii Wilhelmi et Engilschalci Comitum, qui terminum Boiouariae aduersus Morauonos tenuerant*, fecisse legimus Annal. Fuld. *an.* 894. Et en! eliam rem nouem! Aquisgranum, uetus regia et Carolorum cimelium, iam non erat amplius in potestate Caesaris, infessum quippe a Zwentipoldo tyranno, cuius animus tam monstrosus, quam ipsum nomen fuit. (*g*) Annal. Franc. *an.* 889. *Primores Francorum adegit, ut iuramento confirmarent, ne se detraberent a principatu et dominatu filiorum eius, Zwenteboldi et Rotbudi; quod quidam renuerunt* (quos dicis caussa comitiis interfuisse ne dixeris); *tandem regiae uoluntati satisfecere*, cetera. (*h*) "*Regin.* ad an. "900. Proceres et Optimates ad Forachem in unum congregari Ludouicum filium, quem ex legitimo "ma-

CAP. IV. et Ludouico: ut quidquam magnae rei domi militiae- A que gesserit (*i*), ut uniuersum corpus labasceret, Ducesque, ni praeda hostibus esse uellent, ubi uisum est, congrederentur discederentue ab armis, pacis et belli propemodum arbitria agentes. (*k*). Sartum tamen tectumque mansit subinde ius supremum Caesari. Praematuro autem obitu rebus humanis abreptus, uotis et ambitioni Ducum, undiquaque se auitae libertatis studio efferentium, laxos termi- B nos pangit.

§. IV. Ast quae tempestatis uis, iam Arnulpho imperante, in uenis ac uisceribus Germaniae concepta et conclusa latuerat; sub Ludouico autem puero coepe- §. III. IV. rat se commouere et eminus inhorrescere: ea ad extremum se, exstincta et sublata Carolingica prosapia, uelut aggere rupto infudit; cum Duces ex administra- *sub Conrado effusa est,* tione bellica et prouinciali ad supremam potestatem emergerent (*l*), restitutis omnibus in integrum prouinciis (*m*), suasque res sibi habere ac tueri singuli conarentur (*n*). Si rex urgeret electionem sui; si fidem eorum, si constantiam *dum principes terginersarentur,* desideraret; si incusaret perfidiam: in promtu erat, quod oggererent: irrita nimirum esse et non satis iusta, quae interea acta essent: Germanos prius eligi

P 3 non

"matrimonio susceperat, regem super se creant et coronatum regiisque ornamentis indutum in fastigio "regni sublimant." (*i*) Zwentipoldum per Matfridum et Gerbardum Comites debellarunt tutores Pueri, cui suffectus est Giselbertus Ragineri filius, simillimi ingenii princeps. (*k*) "*Sic* an. 907. Bauari "cum Vngaris congressi multa caede prostrati sunt: in qua congressione Luitpoldus Dux occisus est, cui "filius suus Arnulphus in Ducatu successit. *Regin.* Anno insequenti denuo Germaniam intrarunt, deua-"stantes eam: quibus occurrerunt Duces Bauariae, Saxoniae, Sueuiae et Dux Thuringiae; et com-"missum est bellum, *cetera.* Breuibus rem omnem complexus est Schaten. in Annal. Paderb. ad an. 908; "Ludouici moderatione penes tutores relicta, multa simul mala incurrere in Imperium. Nam et Du-"ces insolescere et pro temporaneis regum ministris hereditarios sensim se ferre: Comites assurgere su-"pra sortem muneris: ceteri procerum cum his affligere Episcopos: omnes spolia et praedas sibi indulge-"re et sensim firmare hereditarias possessiones, quod nec in tutoribus auctoritas esset refrenandi, nec in re-"ge maturitas puniendi." (*l*) Quomodo et per quos ex instituto Caroli M. nationes gubernatae fuerint, paullo ante dictum est. Non enim longe ab auorum consuetudine discessum; cum magistratibus hinc inde per prouincias constitutis armorum simul cura, si res ita ferret aut hostis amouendus esset, commissa sit quocumque titulo. Ast nunc cum aliae prouinciae suos sibi peculiares rectores legerent; aliae a Comitibus ui cogerentur ad Ducatus sibi expediendos: Ducum dignitas maioris procul dubio momenti fuit. Quae enim esset ratio, quamobrem e. g. Erchangerus, Sueuiae Comes, qui iam *an.* 908. in bello aduersus Vngros suscepto *Sueuiae dux* appellatur, tanto nisu in id incubuerit, ut gentis suae dux efficeretur, et, licet a ciuibus suis repudiatus esset, eorum uoluntatem armis expugnare moliretur? En! diserta Chron. S. Gall. uerba: *An. 915. Erchanger de exilio reuersus cum Burcardo et Berchtholdo, cum ceteris patriotis suis pugnauit et eos apud Walannis uicit et* DVX EORVM EFFECTVS EST. Protractus dehinc ad comitia capitis supplicium sustinuit. Sed cum omnino, ad exemplum ceterarum nationum in Germania, Dux constituendus esset, non qui se populo obtruderet aut a superiore quodam praeficeretur; sed quem ipsi Sueui uellent: Burcardus, uenia delicti impetrata, statutus Alemannis Dux primus est; qui cum sciret, cui acceptam ferret dignitatem suam; non auctoritatem regis, sed prouinciae salutem ceterorumque ducum exempla secutus est. *cap. 3. lit. b.* In Boioaria quoque insignis praeter ceteras eminuit mutatio. Audiamus *Auent. lib. 4. p. 290.* *In eo* (Ludouico) *familia regia in Germania et Boioaria defecit - - Boiorum Proceres atque Pontifices inferias regi reddunt: ex ueteri instituto, quo ipsis ex se et Noricis principem, ubi defecisset principalis prosapia, instaurare licebat, Arnulphum regem Boiorum salutant.* Qua potestate usus fuerit in sacris et ciuilibus, quos praefectos limitibus usquequaque dederit, *lege ibid, p. 291.* (*m*) Hic nimirum est decretorius ille temporis articulus, in quem de communi doctorum sententia simul incidunt mutatae reipublicae momenta uniuersa. Audiamus primum Illustr. Cocceium, qui *cap. 15. §. 43. suae Iuris Publ. Prud.* in hunc modum disserit: *Sub Carolingis Procerum potestas fuit mere administratoria, quae ad id fastigii, in quo nunc est, his gradibus peruenit. Exstinctis Carolingis, cum uideretur* REDDITA POTESTAS *quam singuli populi et prouinciae ante Francorum uictorias* REGIAM *habuerant: placuit,* VT SINGVLI POPVLI AC PROVINCIAE *sub ducibus suis, salua maiestate regis et regni,* HABERENT PROPRIAM POTESTATEM ET IVRA REGALIA. Idem *in addit. ad I. P. Prud. §. 5. Cum olim Germaniae populi sui plenarie iuris fuerint, armis Francorum in unam ciuitatem coacti; deinde horum regibus exstinctis, cum res ad pristinam libertatem rediisset, libera uoluntate caput commune ac regem imperio legere.* Lehm. *Chr. Spir. l. 2. c. 47.* Die Hertzogen haben sich mit dem Schwerdt ihre Hertzogthume nicht allein erb- und eigenthümlich für sich und ihre Erben zuerstreiten; sondern ein ieder gleich als ein Kœnig im Kœnigreich in seinem Land zu regieren fürgenommen. *Schaten.* annal. Paderb. an. 913. "Hacte-"nus, *ait*, duces omnes atque comites temporaneo Caesarum ac regum beneficio imperitabant. Post-"quam uero cum Ludouico rege exstincta Caroli M. stirps: singuli prope Duces eas, quas tenebant, pro-"uincias sibi hereditarias suprema principum potestate uindicare coeperunt; tamquam Germaniae re-"gnum in spolium uenisset: haud secus quam Alexandro M. exstincto, duces militiae regna inter se partiti "sunt. Eo et Conradus rex tanta ceterorum ducum aemulatione petitus. *Conring.* in differt. de Duci-"bus et Com. Germ. §. 19. Vltimis Carolingorum temporibus ducum potentia tandem ea fuit, ut de pro-"uinciis sibi proprio iure attribuendis cogitarint, libere regum instar regnaturi. *lege et* §. 20. 21. 22. ibid. "*Clar. Strunius* in quadam commentatiuncula de diuersis Iuris Publici periodis. Alii, *inquit*, initium "iuris publici faciunt a Conrado I. eo quod Germani liberam eligendi sibi facultatem sumserint et digni-"tates ducales Germaniae factae fuerint hereditariae, terrae ex administratoriis propriae, ideo in talem "fere statum redactae, qui nunc est. Facile illud concedendum, si de regno Germaniae saltem nobis "sermo esset." cetera. Qui omne mutationis momentum in Henrici I. tempora conferunt, semetipsos coarguunt. Fatentur enim, Henrici potestatem cœpisse sub Conrado: fatentur etiam Burcardum Sueuis; Boiis Arnulphum eadem, qua Henricus Saxonibus, potestate praefuisse per ipsum hoc septennium. Qui igitur sub Henrico demum ortos esse omnes duces et restitutas prouincias contendunt, quae sub eo demum rursus coierunt? (*n*) Vid. *c. 2. lit. z. aa.*

CAP. I V. non posse, quam Carolorum in Francia A occidentali, utut tenues, exstinctae essent reliquiae. Quocirca si parendum uni esset, Carolum, cui Simplicis nomen ignauia adfricuit, e Gallis euocandum esse (o) caussabantur: huic summam rerum competere: huic sua se permissuros esse omnia. Quam fallacissimarum ratiocinationum telam (p) cum Conradus gladio rumpere non posset, utut efflictim cuperet: suae prouinciae relinquitur B (q). Quamquam eius conditionem hac in re deprehendam meliorem: Henrici I. deteriorem. Hunc enim antequam dissentientes Duces omnes ditioni suae subiecisset, quod reuera fuit, saepissime appellatum Saxonicum regem, seu regem Saxonum lego, per contemtum (r). At Conradus si Francorum rex uocatur, ut uocatur in annalibus, quo minus ignominiose dictum putetur, eorum, qui per Francos orientales omnem Germaniam semper et ubique intelligendam esse statuunt, praestat liberalitas.

Franco-Gallis potius obtemperaturi;

§. V. Atque ut intelligatur clarissime, quantam uicissitudinem subierit res Germana in hoc temporis articulo; potissima mutationis momenta in conspectu collocata legentibus expendenda commendamus. Sunt autem ea quaerenda uel in ipsis Regibus postcarolingicis, uel in prouinciarum Ducibus. Ducum sortem inuicem aequiparantes, immane quantum distare deprehendimus: tantum uidelicet, quantum inter rem et nomen interest: I. Quae enim nationes et prouinciae ante uni paruerunt, iam pluribus parent (s). II. Et qui iam prouinciarum administrationem suscipiunt, non nomen et umbram ostentant: sed potestatem regiae proximam exercent: non alienae rei fiduciarii procuratores; sed suarum regionum domini (t), *ius belli et pacis 1), ius legum ferendarum et constituendi iudices aliosque magistratus 2), ius foederum 3) et comitiorum 4) immo et sacrorum 5) exercentes.* III. Nec iam a regibus constituuntur, ut ante; sed uel IV, nascuntur

§. IV. V. dum sui iuris redderentur, in singulis prouinciis,

(o) Auent. *lib.* 4. *p.* 291. *Ideo* (*quod Moguntinus et Otto Sax. rebus Germaniae et orientali Fruuciae Conradum Hassum, nullo gradu contingentem regum Caesarumque domum imposuissent*) *Arnulphus rex noster, Gisalbertus dux Lotharingiorum, Erenger, Berchtoldus fratres et Burckbardus Sueui, Conradum recipere recusarunt, Carolum posthumum iustum beredem ex Galliis et occid. Francia accersendum censebant: et a Lotharingiis Carolus acceptus est.* (p) Exteri fere omnes et Galli maxime eam animis imbibere sententiam, cuius interpres *Aubertus Miraeus* Carolo *Simplici*, ait, *licuisse non Lotharingiam modo; sed et Germaniam repetere:* adstipulatur *Iac. Sirmondus* aliique, quibus respundet *Schurtzfleischius in de diuis. Carol. p.* 903. *seqq.* Ex quis eruditurum oescit pactorum Virodunensium tenorem, quibus *an* 843. interposita mutui iurisiurandi religiune, sancitum est, ut Gallia Germaniaque aeternum seiuncta manerent. Tum ipsi Franco-Galli paullo ante in elegendu Odone et nun ita multu post in Hogone Capetu, Carolinum sanguinem ex inuidia posthabuerunt, excluso scillcet Carolu, Lotharingiae Duce. Denique ipsius Caroli Simplicis dubii natales erant, cum multi parentem eius dicant nun ex satis iusta causa uxorem suam repudiasse atque Adelheidem, ex qua Simplex conceptus est, duxisse, ab ubitu mariti demum parituram. *Leg. Vlric Obrecht. Prodrom. rer. Alsat. p.* 102. *seqq.* (q) Iis, quae supra allata sunt, addamus, quae habet *Chron Laurisham. In horum Carolorum decessu in utriusque regni fastigio Carolorum illa celsa progenies facta est de medio, quae a primo anno Pipini regis Francorum usque ad obitum istorum in regia dignitate claruit annis* 173. *Conradus uero, frater Eberhardi, Marchionis orientalis, REGNI PARTEM circa Rhenum tenuit.* At de Ludouicu Germanico, itidem Germanurum rege, Annal. Metens. *ad an* 843. *Vltra Rhenum*, aiunt, *omnia habuit.* Et Henricus tantumdem habuit. Ait enim Wittich: *An* 1. *ex. Defunctus est relinquens latum imperium; non a patribus sibi relictum; sed per semetipsum acquisitum et a solo deo concessum.* Quid Arnulfus Boioariae dux possederit, lege *cap.* 3. *lit l.* (r) Iuuat audire Eccard. *de Cas. Henricus Saxonum et Francorum consensu eleuatur, et ungitur in regem. -- Sed postea Lotharingorum Kisilbertus Eberhardum instigatum, cur honorem suum alieno dedisset, REGI SAXONICO rebellare secumque sentire persuasit. Idem c.* 5. *Engilbertus S. Galli Abbas a Burcardo utique, quod cum REGE SAXONICO sentiret, insimulatus est.* Ergo nec Conradus, nec Zwentipoldus, nec Arnulphus Buius Munarcha fuit. Otto demum uere rex creatus est, quia electioni priuatae, qua Conradus; qua ceteris qua ipse Otto prius sublatus est, publica et sollemniur accessit, coronationis unctionisque ritu confirmata. „Henricus enim infirmitate correptus, conuocato „umni populo, designauit filium suum Ottunem regem [eo mudu, qui Franci Cunradum, Conradus „Henricum]. Defuncto itaque patre, umnis pupulus Francorum atque Saxonum iam ulim designatum „regem a patre, filium eius Ottonem elegit sibi in Principem. VNIVERSALISQVE ELECTIONIS no„tantes locum, iusserunt esse Aquisgrani palatii &c.“ Wittich. *annal.* 2. *ineunte.* (s) Quod clarum est uel ex intuitu *cap.* 3. (t) Quud Cunringii, quam meis uerbis efferre malu. Ita autem ille *Differt. de Ducibus et Comit. Germ.* §. 22. *Ducum potestas omnino mutauit* (post Carolus) *ita ut prouinciis praesint iam Duces, non ut gubernatores; sed pene ut reges: collatis in eos iuribus, quae solius imperii erant atque imperatoris. Quo enim tempore Duces administratores et rectores tantum fuere prouinciarum, non competebat ipsis auctoritate propria ius uitae et necis; non leges ferendi; non magistratus constituendi; non indicendi conuentus; non foedera faciendi potestas: immo quoque, ut uocant, Regalia, sub quibus uiae publicae, flumina nauigabilia et uectigalia comprehenduntur; immo omnis generis reditus prouinciarum non ad rectores illos prouinciarum, sed ad fiscum regium pertinebant. Isthaec omnia praefectis illis* αὐτοκρατορίας *iure in prouincias concessa sunt, salua tamen semper Imperatoris superioritate* (plane ut Ill. Coccei. l. c). *Vnde cum non omnino absolutam potestatem habeant, nec maiestatem proprie eos habere dici potest. Vocari uero solet eorum potestas Ius superioritatis, Landes-Fürstliche Obrigkeit; Landes Hobeit und Herrlichkeit.* 1] Quamuis autem mihi non contigerit, ut omnium *regalium* maximorum, minimorum exercitium inuenerim; quod in ista monimentorum penuria et scribentium paucitate uix requiri a quoquam saluo pudore potest; a maiori tamen facile ad minus argumen-

CAP. IV. tur in patriam hereditatem (*u*), uel V, A populi principumque liberrimis suffragiis eliguntur (*w*). Reges autem, quibus olim proxima ad imperandum commendatio natales erant, iam VI, e Ducum electione pendent; (*x*) et qui ante omnibus omnia imperarunt, quorum nullis limitibus circumscripta potestas erat, iam VII, Ducum assensu omnia decernunt peraguntque (*y*).

§. VI. Cum facti quaestionem probauerimus, iuris iam suscipienda disceptatio est. Sane, rationi non repugnat, quod Duces, iura patriae haud ignorantes, fecerunt; et iure gentium aequum est, ut exstincta uictrice familia bello acquisitae

optimo iuris titulo;

prouinciae suo iuri redditae in pristinam libertatem postliminio asserantur (*z*). §. VI. VII.

§. VII. Ex dictis patet, quid respondendum sit oggerentibus, deberi Gallis regnum Germaniae, in quibus superfuerint aliquamdiu generis Carolini reliquiae ne dicam, an quisquiliae? Aeterno enim iure Gallia et Germania separata in diuisione Metensi et pactis Virodunensibus sunt, quae neutrius domino etiam ex B ultima posteritate, in alterum quidquam licuisse uoluerunt [*aa*]. Deinde quod ad ipsas attinet Germaniae prouincias, peculiare regnum eae omni tempore constituerunt, numquam Franciae Cis- uel Trans-Rhenanae ita penitus coniunctae, ut in unum ueluti corpus coaluerint [*bb*].

cum Germania olim a Gallia fuerit separata,

aeeprouinciae uni primariae insertae nel unitae.

CAPVT V.

DE IVRE SACRORVM IN GERMANIA.

CAP. V.

§. I.

SEd et res sacrae Germanorum huius septennii, quamlibet strictim modiceque, attingendae sunt: quarum deterrima conditio e uitiis praesulum, in aula negotiisque regiis uersatorum, supra delibatis partim elucescit; clarius autem e dicendis.

§. II. Sedem apostolicam tum occuparat, turpi commendatione ex nequitiae stabulo protractus, Ioannes X, eodem, quo Conradus anno, supremus Romanorum Pontifex constitutus, quem et ipsi Romanenses auersantur. Et licet eius nullae partes in Conrado et Henrico eligendis ceterisque regni negotiis interue- §. I. II.

Pontifex legatum ad Concilium Altheimense mittit

---

mentamur. E maioribus autem inuenimus duces his usos fuisse potissimum, e quibus cetera deriuari queant. Adornarant enim exercitus, quos insalutato rege eduxerunt in aciem quod Sueui Boiique fecerunt *an.* 913. uid. *cap.* 2. *lit. x. et iterum an.* 919. *uid. c.* 3. *lit. b.* 2] Arnulphus Boioariae *limites firmissimis munit praesidiis, fratrem suum Berchtholdum Venonas et Athesinos administrare iubet. Austriae Rogerium praeficit. Charinis rectorem dat Ratboldum.* Auent. *lib.* 4. *p.* 291. 3] Foederati erant Sueui et Boii an. 913. et qui ipse se tueri armis potest, idem etiam potest auxiliis foederatorum. 4] Eccard. *de Cas. S. Gall. c.* 10. *Colloquium publicum postea pro bis et pro aliis regiminis caussis Walewis uilla edixit*, [Burcardi Sueui uidua] *illuc quoque Episcopum* [S. Galli] *et Abbatem* [*Augiensem*] *uenire iusserat*, etc. 5] Vid. *cap.* 5. *lit. u.* (*u*) *In qua congressione Luitpoldus dux occisus est, cui, filius suus Arnulphus IN DVCATV SVCCESSIT.* Regin. *an.* 907. Vid. *lit. l. exeunt.* De Henrico *c.* 3. *lit m.* quod etiam insecutorum temporum decursus comprobat. (*w*) Frodoard. Chron. *Fauente nec non Giselberto, quem plurimi Lotharienses Principem delegerant.* Eccard. Ion. *Sueuiae principum assensu statuitur Alemanniis dux primus Burcardus.* (*x*) Inde ab Arnulpho Imp. electio non dicis caussa in Germania obtinuit. uid. *lit. g. et h.* (*y*) Amplus nobis hic dicendi locus esset: iam breuitatis studiosis strictim quaedam attingenda sunt. Conrados I. non potuit quidquam donare Episcopis suis, quin Sueuiae Comites intercesserint. Henricus I. cum aduersus Auares proficisci uellet, *conuocauit populum: qui operam suam promittens regi contra gentem, pactum firmauit.* Wittich. *annal.* 1. Slauos autem aggredi, inuitis proceribus, non potuit. Sigfr. Presb. lib. 2. Otto I. priuilegio Magdeburgico apud Goldast. Tom I. p. 216. Ita subscribit: *Ad perpetuam igitur rei memoriam CVM ASSENSV sacri Romani PRINCIPVM imperii, eorumque uoluntate terrae, iuxta illorum laudum, omnes gratiarum praerogatiuas confirmauimus.* Frider. I. apud Radeuicum *lib.* 1. *c.* 27. in oratione ad Germanos, *Imperii*, inquit, *Romani*, *cuius apud nos ministerium: auctoritatem penes uos, qui optimates regni estis, recognoscimus.* De bis omnibus uid. Excell. Praesidis *Germania Princeps* Eiusdemque Commentaria *in Aur. Bull. Tit.* 2. §. 8. (*z*) Grot. de I. Bell. et Pacis *lib. II. c.* 7. §. 14. *Ea regna, quae populi libero consensu facta sunt hereditaria, ex praesumta populi uoluntate deferuntur.* *Hinc illud nascitur* §. 15. *ut successio stet intra eos, qui descendunt a primo rege: ea enim familia ob nobilitatem electa censetur, eaque finita regnum redire ad populum.* Vid. *ibid. c.* 9. *totum.* [*aa*] Vid. etiam lit. *p.* [*bb*] Videri quidem posset, insertas esse singulas prouincias Franciae matrici, legentibus in Chron. Belg. *Ioan. a Leidis l.* 4. *c.* 26. *Pipino mortuo cum fratre suo Carolo, pater regna Caroli filii sui Imperio INCORPORAT cum tota Alemannia*; aut in Eginhardi uita Carol. M. *Bellum cum Saxonibus ita est finitum, ut Francis ADVNATI unus cum iis populus efficerentur.* Verum enim uero quae fuerit illa adunatio, Wittich. *annal.* 1. exprimit: *Ob id* (sacra christiana suscepta) *qui olim socii et amici erant Francorum, iam fratres et quasi VNA GENS ex christiana fide, ueluti modo uidemus, facta est.* Sacrorum igitur communio; non iurium morumque sancita est. Deinde quod non *incorporatae* sint, quod Chronici uocabulum est, uel hoc sit satis testimonium, quod singulae uocatae sint ad Comitia in caussis quoque exterorum. Sic *an.* 823. *conuentus habitus est, in quo non uniuersae Franciae primores, sed de orientali Francia, Saxonia, Boioaria, Alemannia, atque Alemanniae conterminis Burgundia et regionibus Rheno adiacentibus adesse iussi sunt, in quo, praeter legationes, duo fratres Wilsorum de regno controuersiam habentes, uenerunt.* An. Franc. et Bertin. Sic *an.* 870. *Slauorum Dux Rastiz in Ratisb. Comitiis, Francorum et Boioariorum et Sclauorum iudicio luminibus oculorum priuatus est.* An. Franc.

[*a*] Con-

CAP. V.

uenerint: concilio tamen Althcimensi legatum suum cognominem, Ortonensium Episcopum interesse uoluit, tranquillitatem pristinam laceris Germanorum rebus, quantum in se esset, rediturus [a].

§. III. Reliqui omnes, qua patet uastissima Germania, sacri ordinis homines adhuc *regi* paruerunt omnes, ad nutum mouentis uocantisque intenti [b]: quin ab eo constituti et depulsi loco sunt [c]. Superiorum quidem temporum indulgentia aliqua Episcopis elargita est; at sequentis aeui curriculum *prouinciarum dominis* subiecit eos singulos [d].

Episcopi magistratibus suis, h.e. Regibus olim,

§. III. IV. *iam ducibus parent:*

§. IV. Ceterum, qui fuit aeui stupor, religionem et quae Dei sunt parum pensi habuisse deprehenduntur, cum munera licitantibus proposita uel pretio emta [e] uel adulatione artibusque uariis emendicata [f] uilissimis mandata sint hominibus dicam, an abdominibus [g]? quae uastationem quidem et continuas clades a barbaris utrimque sacris aedibus illatas ad rauim usque deplorarent [h]; incul-tu

suoque munere non rite funguntur.

---

[a] Concilio Altheimensi annum 916. totum tribuendum affeuerauerim, quandoquidem mense Martio nonnulli; alii Septembri coactum illud esse contendunt. Ineunte anno forte conuocatum, forte locis etiam diuersis continuatum est eo usque, dum XII. Cal. Octobr. decreta conciperentur, quorum summam exhibet Auent. *p.* 293. et ex eo Goldastus et Centur. Magdeburg. Legatum Pontificis *Hortensium* imperitiores uocant; ad quod Albericus Marchio ab Alberto Spoletano occisus est. Blondi inclin *Romae decad.* 2. *lib.* 2. *p.* 180. 187. Ceterum de iure pontificis nihil inuenimus, nisi quod Bremensium Episcopo pallium dedisse perhibetur apud Stadensem ad. an. 915. [b] Eccard. de Cas. S. Gall. *Iubentur a rege tum quidem Arnulpho Episcopus,* (Constantiensis, Salomo,) *et ipsi* (Comites Sueui) *sub banno pacis ad aulam Mauontiae uenire.* Ditmar. *lib.* 1. *Sigismundus, spiritualis pater et pastor orientalium, sanctae Halberstadensis Ecclesiae praesul per legatum concite ad ipsum a rege Conrado directum monitus est, ut uinctos* (Henricum et uxorem, consanguineos) *solueret et ad suimet praesentiam differret.* [c] Vt Conradus, reiecto *Leidrado, quem clerus populusque Bremensem elegerat episcopum.* *Vnni praetulerit, uirga pastorali* ornatum, lege apud *Stadens. l. c.* et in Henr. Wolteri *Chron. Bremens.* Eccard. *c.* 5. *Engilbertum electum Conrado directum ille omni honore dignatum S. Galli fecit esse uicarium.* Innumera sunt exempla, quibus electi Episcopi et Abbates ad reges ablegati demum uel repudiati sunt uel confirmati, quibus cumulandis chartam onerare nolumus. Hinc quoque ratio patet, qui Conradus in uariis Germaniae monasteriis delitescere potuerit inter Sueuos et Saxonicos Antistites, cum tamen in prouinciis nihil sibi iuris uindicarit umquam. (*d*) Audiamus primo Ditmarum *in Script. Leibnit. p.* 330. ita disserentem: *Reges nostri et Imperatores, summi rectoris in hac peregrinatione praepositi, hoc soli ordinant, meritoque prae ceteris pastoribus suis possunt, quia incongruum nimis est, ut hi, quos Christus sui memores huius terrae principes constituit, sub aliquo sint dominio, absque eorum, qui exemplo domini benedictionis et coronae gloria mortales cunctos praecellunt.* Audiui tamen nonnullos sub Ducum et, quod plus doleo, sub Comitum potestate, *magnam sustinere calumniam, quibus nil licitum est, nisi quod sc. amatoribus suis prodest. Impia namque potestas, cum domino id consentiente recte dominantes premit, dilatata crudelitate mox furit.* Verba subobscura sunt; quantum autem colligi potest, exsecrari uidetur mutationem quamdam circa subiectionem Episcoporum, qui cum olim coronatis tantum et inunctis principibus paruerint, iam nouis dominis addicti sint, respiciens ad ea forte, quae hic subiicio. Iam enim an. 889. *Poppone Thuringorum duce annuente Maguntiae praesul* datus est *Sunzo.* Regin. ad istum annum. Sic condemnati sunt Saxonici Episcopi, quod *Synodo Altheimensi interesse detrectauerint.* Testantur enim aetate suppares scriptores, quod dissidium inter Regem Conradum et Henricum Saxoniae Ducem ualde anxios habuerit Episcopos, utri se parti permitterent. Et sunt, qui autument, Romani Pontificis iussu ad pacandam Germaniam coiuisse sacerdotes, non auctoritate regis adductos. Denique notissimum est, quid potestatis circa sacra exercuerit Arnulphus in Boioaria, quod ipse ille Ditmar. *eodem loco* describit: „Eo tempore fuit in Bauaria quidam Dux Arnulphus nomine, praeclarus in mente pariter et „corpore, qui omnes episcopatus in his partibus constitutos sua distribuere manu singularem habuit „potestatem seq." Burcardi Sueui uidua Constantiensium Augiensiumque Antistites uocat in Comitia. Ecc. c. 10. Ad ultimum id quoque tenendum est, defunctorum bona Episcoporum ad reges seu territorii dominos transiisse, quod innuere uidetur Eccard. de Cas. *c.* 1. *Scrinia* (Hattonis defuncti) *palatio addicta sibi* (Salomoni) *non proderant.* [e] „Istis etiam temporibus uiguit Simoniaca haeresis in „tantum, ut etiam publice uenderentur Episcopatus et, qui plus dabat, Episcopatum accipiebat: nec „erat aliquis Episcoporum aut uirorum Ecclesiasticorum, qui zelo iustitiae ductus cum Imperatore aut „rege ageret, ut hoc nefas prohiberet. Et quia nemo erat Christianorum, per quem hoc malum corrigeretur, misit Deus flagellum paganorum. *Gobel. Pers. Cosmodr.* aet. VI. c. 44. Constantiae diaconatus pretio emtus. *Eccard. c.* 5. Henricus iuxta urbem Mersburg congressus (*cum Vngris*) uotum uouit „pro uictoria adipiscenda, sese haeresin Simoniacam de regno suo exterminaturum." Chron. Mindens. apud Leibnit. Plenius Centur. Magdeburg. *ex Liutprando.* [f] *Vir domini* (de Episcopo Constantiensi, Salomone loquitur) *uidens se aetate iam grauescere, post pascha, proximum adiit palatium et omnia loca, quae Constantiam siue ad alia monasteria studio proprio uel regum conquisiuit munificentia, chartis et sigillis tum regis Conradi fecit roborari. Abbatiae Fabariensis,* quam miris artibus S. Gallo acquisiuerat, *fere omnium locorum Chartae in S. Galli adhuc hodie seruantur armario.* Eccard. de Cas. *c.* 5. [g] Ne dubitem, transscriptae ad aeternam dedecoris memoriam confessiones monachorum faciunt, qui fere ob nullam rem Caesares extulerunt magis, quam quod fomenta corpori et saginam uentri eorum adhiberent, cuticulumque curarent et perungerent. *Prae omnibus,* inquit saepe commemoratus Eccard. *c.* 1. *Carolus rex* (Crassus) *conuiuia nobis hilariter facere sueuit, ipse, qui S. Othmari hebdomada ipse propositor et pincerna, per triduum de tico Stembeim feraium uolatiliaque nos edere fecit.* Sic, eodem narrante, *conuiuia fratribus duodecim diebus in anno, Kalendis singulis, hilariter facere sueuit Salomon.* Quumque festiuos Conradi apud S. Gallum lusos longa serie recensuisset, *raro,* inquit, *coenobium aliud iucundius, quam S. Galli tunc floruit.* c. 10. [h] De quibus multa leguntur in Chronicis. Praeterquam autem quod hinc Vngri, illinc Nordmanni caedibus et incendiis omnem permiscerent Germaniam, multos quoque a suis hominibus, suorum sacrorum fideique sociis, occisos fuisse reperias e. gr. *Otbertus, Argentinensis Episc. an.* 914. Regionillano teste; *Bernhardus Spirensis. an.* 913. a Comitibus du-

CAP. V. tu autem multitudinis inexsuperabilium superstitionum anfractibus impeditae atque circumactae ne hilum quidem mouerentur.

Conclusio amouet nouitatis suspicionem.

§. V. Et ista quidem sunt, quae nobis super argumento sat ancipiti commentari in mentem uenit et per doctrinae ingeniique uires licuit. Quantula ea, cumque uideantur, delineant tamen aream, cui magna structura facile inaedificari potest; quod ipsi facere potuimus, ni legentium meditationes pascere, quam onerare aures maluissemus. Nec nouitatis exprobrationem ualde exhorrescimus. Qui enim nouum sit, quod quam plurimis antiquitatum patriarum indagatoribus, uetustioribus, recentioribus, se ingessit, quodque si disertis uerbis minus expresserunt, penes animum subolfecerunt? Lehmannum in primis miror, cui nostri argumenti euidentia adeo praestrinxit oculos, ut quo se cumque uerteret, torqueret, retorqueret; temperare non potuerit, quin excidissent plura in fauorem huius sententiae dicta: Schatenum deinde, et Conringium, et Monzambanum seu quisquis auctor est libri de statu Imperii Germanici, et, qui ante prima signa collocandus erat, Illustrem Consil. Int. de Cocceii quorum labores [i] et specem nobis praetulerunt in pluribus et in nonnullis otium fecerunt. Sed hisce adferendis supersedere fere poteram. Qui enim rationibus parum; auctoritatibus minus mouentur: et ipse, si auctoritates sequi uellem, non paullo aliter sentirem. Quidquid demum huius est, nullius iuribus, ut fieri nequit, ita nec ipsi uolumus ut fraudi sit; Deo potius et optimo cuique gratum et acceptum. §. V.

CAPVT VI.

DE DIPLOMATIS ET SCRIPTORIBVS CONRADI I.

CAP. VI. §. I. II. III.

§. I.

Liceat nobis pace lectoris tumultuaria opera ad calcem adiicere indicem monimentorum, e quibus historiam Conradi I. hauriri et suppleri posse arbitramur. Atque hic *diplomata* regis merito in fronte collocamus, quorum aliqua fragmenta cap. II. ipsi exhibuimus. Numerum octenarium ea uix excedunt: plura saltem nobis, licet horum cimeliorum arculas sedulo excusserimus, inuenire non contigit. Primum monachis Fuldens. datum exhibet Brower. Ant. Fuld. p. 282. alterum Tollnerus *in cod. dipl. Palat. p. 17.* aliud Schaten. *in Annal. Paderb. p. 145.* aliud Stangesol. *in Westphalia p. 172.* aliud Hedamus *in Episc. Ultrai. p. 255.* et Ioan. a Leidis *in Chronic.* aliud denique Preher. *in orig. Palat. p. 174.* et Heilwigius *in Antiq. Laurisheim.*

§. II. Quod ad *scriptores* attinet, Conradus, qui uitam et res gestas suas ex instituto consignaret, nactus est e ueteribus neminem. Quamobrem contentos esse nos oportet narrationibus eorum, qui, ut instituto suo satisfacerent, in seriem rerum Conradi historiam quoque attigerunt. In his primus est *Wittichindus* ille Corbeiensis, copiosus et apertus scriptor, cuius *libros III. de Saxonum rebus gestis* H. Meibomius *tom. I.* notis suis illustrauit: cui iungimus *Ditmarum* Mertisburg. Episc. in eodem argumento uersantem; sed Saxonibus suis addictiorem: *restitutum* atque editis hucusque exemplis longe pleniorem emendatioremque exhibet Leibnitius in scriptoribus suis. Sequitur *Eccardus* triuialis scriptor *de casibus S. Galli*, quem Goldastus edidit *in tomis rerum Alemann.* Denique *Liutbprandus Ticinens. Diac.* cuius historiarum *libros VI.* caute legendos *suo tomo* inseruit *Iust. Reuberus.*

§. III. Praeter hos suppetunt multi *chronicorum compilatores.* Quo pertinet *Abbas Prumiensis*, luculentus fideque dignissimus auctor: *Hermannus Contractus*, quem pleniorem dedit Christ. Urstisius *tom. I.* *Marianus Scotus* diffusior est in nonnullis: *Chronicon Laurisheimense* amice conspirat cum *annal. Franc. Fuld.* accuratum est in primis, ut et *Chronicon breue S. Galli* apud du Chêne *tom.* et *Annales Hepidani. Lambertus Schafnaburg.* quo, Barthio iudice, nemo politius inter ueteres Germaniae res litteris commisit, in computatione annorum deprehenditur omnium diligentissimus. *Sigebertus Gemblacensis* itidem foecundus est, nec tam multis nugis oneratur, ut *Sigfridus Presbyter. Albertus Stadensis* forte nimium credulus est. *Otto Frisingensis* et *Gothefridus Viterbiensis* copiosi quidem sunt; at non ita comparati, ut iis ubique fidere queamus, utpote ab antiqua rerum memoria nimium remoti. His accedunt sequiores nonnulli alii: *Gobelinus Perso-na,*

Lud. opusc. tom. II.

Q

duobus oculis orbatus in carcere magno cruciatu enecatus est. Lehm. Chr. Spir. *Multi enim illis temporibus etiam nobiles latrocinijs insudabant.* Regin. Cont. *ad an.* 920. [i] Vid. *c.* 4. *litt. m.*

CAP. VI. na, *Wernerus Rolewinck*, *Henricus Bodo* in Syntagm. Gandesheim. *Regiouillanus* a Schiltero editus: *Auentinus: Annales Heremi* deiparae matris a Christoph. Hartmanno producti: *Hugwaldus Mutius: Ioan. a Leidis* et *Aegidius de Roya* in *Script. Belgicis* Fr. Swertii: *Cranzius: Chronographus Saxo*, qui sequuntur fere uestigia ceterorum; afferunt tamen e peculiaribus documentis quaedam noua.

§. IV. E recentioribus Conradi I. res gestas articulatius proposuit *Nicol. Schatenus in Annal. Paderb.* qui non solum annos accurate digerere conatus est; sed et res ipsas luculenter enarrauit: ac licet ipse quoque suos manes patitur, in hoc negotio tamen eo uix carere possumus. *Henr. Boeclerus* in rebus

A *Saeculi X.* circa Conradum adstrictior est §. IV. neque multa adfert singularia. Qui fit igitur, inquis, ut in tanta scriptorum omnis generis et omnium aetatum copia de monimentorum paucitate et penuria conqueraris? Verum enim uero isthaec euoluentibus patet, quam pauca sint, quae ad Conradum pertinent, ut haud raro integrum uolumen perlustrandum sit, in quo uix aliquot uersiculos B inueneris, qui faciant ad institutum. Praeterea alter alterius scrinia bona fide compilauit, ut, peruolutis aliquibus e uetustioribus, ceterorum lectione, nisi fabulas ames, supersedere possis: quod facile probatu est. Sed nos iam hoc non agimus: quin eo uelis remisque contendimus, ut portum tandem aliquando consequamur.

OPVSCVLVM III.

HISTORIA IVRIS VALETVDINARII MILITVM EMERITORVM

(der invaliden Häuser)

mense Novembr. CIƆIƆCCVI.

CAPVT I.

DESIDERIA HISTORIAE OECONOMICAE, CVIVS SVPREMA CAPITA IN IMPERIO PORVSSIAE R. FRIDERICI I.

Neglectus historiae oeconomicae et rerum domi gestarum.

IGnauiam, an inertiam incusem historicorum? qui res, bello ac foris gestas, tanta industria exponunt: quae autem domi atque in pace, maiori forte merito in mortalium salutem, neque minori ratione fiunt ordinanturque, uel omittunt prorsus; uel indice digito uix leuiter attingunt [a]. Nemo adeo hospes est in uniuerso propemodum orbe, qui exercitus Porussicos [b]; uictoriasque tro-

Neglectus historiae et scholae rerum oeconomicarum.

[a] *Maximilianus Duc de* BETHVNE *en ses memoires des sages et royalles oeconomies d' estat de Henry le Grand* in uariis locis hoc apud historicos desiderat, quod uel facta tantum describant, de consiliis parum solliciti; uel, si his quoque calamum dent, saepe *foris*, raro *domi* sint: et, cum duo principis officia, rempublicam *regere* sapienter et cum fortitudine eam *tueri*: scriptores in ultimo plerumque genere subsistant. Conferri eos posse arbitror, cum pictoribus, qui aedium extremitates coloribus tingunt; animum uero ad structuram et contignationem adducere, suas extra oleas esse existimant. Animalia etiam glandes degluciunt, neque arborum, unde proueniunt, curam habent. Caussae huius neglectus sunt; quod litterati atque ipsi Philosophi, τῆς οἰκονομίας professores, pessimi plerumque oeconomi sint, et compendiis rei familiaris parum attendant: ut haec ars *praxi* magis, quam *theoria* atque in *uillis* potius *rusticanis*, quam *urbanis Academiis* condiscenda esse, uidetur. At quotusquisque est? qui historias scribit, quam philosophus aut litterator. Deinde ut ignoti nulla C cupido: sic cura necquicquam tangit, harum omnino rerum ignaros. Post oeconomica etiam acta litteris non aeque prodita sunt atque ciuilia genera negotiorum. Alia tandem scrinia camerae rationum sunt: alia iterum destinantur publicis rerum argumentis. Non illa, sed haec sibi consulenda esse, noxio quamuis errore, scriptores arbitrantur. Quare post omnes fere alios PVFFENDORFIVS quoque in tanta rerum, domi bene ordinatarum ubertate, FRIDERICO WILHELMO imperante, adeo ieiunus sit, ut non infima gloriae parte PRINCIPEM, atque utilissimarum rerum notitia D lectores quosuis, maxime autem conciues reipublicae nostrae destituat, in medio relinquo. Memini alicuius consilii ante triennium, quo uir quidam illustrissimi nominis, Porussiae Regi nouam atque in Academiis adhuc inauditam professionem commendauit, rerum, ut dicunt, *cameralium*. Respexit eo primus forte in cathedra magnif. do praeses in Germania principe.

[b] Hac maxime caussa, quod in nulla fere Europae plaga exercitus agant, ubi non praeualent aqui- *Exercitus Porussici in dilae*

CAP. I.   CAP. I.

trophea [c]; foedera; legationes; consiliaque pro tranquillandis Europae regnis adhibita [d]; et, quod primo loco nominari debuerat, diuinum illud atque stupendum NOVI REGNI opus non in ore habeat animoque: uerum enimuero quotus demum quisque est, cui cognitum aeque sit perspectumque, quam sapientissime a REGNI CONDITORE, FRIDERICVS suis consuluerit subditis; quam multiplici rerum genere tot prouincias in meliorem statum uerterit; quam immenso auctu creuerint utriusque reipublicae fortunae, arae focique. Meae profecto memoriae, quae succurrunt, paucissima quoque esse intelligo ex illis, quae rerum oeconomicarum rectoribus tenentur. Adparent tamen haec uestigia in firmandis [e], instruendis [f] et ordinandis urbibus [g]: in deducendis coloniis [h]; in agris colendis [i] et locandis [l]: in mercatura promouenda ad apportandum et impartiendum [m]: in cataractis atque fossatis parandis, ut flumina naues ferrent [n]: in publicis uiis muniendis [o], exornandis [p] atque per scapos distinguendis [q]: in-

Summa quaedam eius capita sub conditore regni Porussiae.

Lud. opusc. tom. II.   Q 2   li-

---

uersis Europae plagis. lae Porussicae. *Italia Hungariaque: Anglia* et *Belgiam: Polonia* atque *Germanicae* prouinciae omnes, Friderico imperante, fidem testabantur.

Trophea plura. [c] Non annalium tantum conditores testes hic sunt: sed etiam Caesaris ac regum epistolae loquuntur; in plerisque confoederatae Europae tropheis, aut primas, quas aliae uix gentes non raro detulerunt, aut non postremas certe deberi copiis Porussicis.

itemque foedera. [d] Non luculentum magis hic argumentum, quam illud est, nouo Porussiae REGI de regno condito singulos orbis imperantes adplausu suo actutum accessisse; et mox supremi ordinis legationes B misisse, ad gratulationis officium exsoluendum et condecorandum.

Munitiones. [e] *Vesaliae* et *Magdeburgi* immani sumtu perfectas munitiones allegauisse, sufficiat. Vt nihil dicam de curis, operum alibi reparandorum.

Oppida et urbes. [f] Quam longo lateque iueris per Porussicas prouincias; oppida conspectui ubique tuo se obiicient, publicis priuatisque aedibus tanto numero arteque, FRIDERICO imperante, recens extructis adornata, ut iamnunc nata esse, uideantur. *Berolinum* et *hanc* Musarum sedem pro exemplis allegamus, unde alia aestimari queant. *Palatium principis: templa plura: armamentarium: turris* mirificae artis et altitudinis stupendae: *orphanotrophium* et reliqua de sapientia et liberalitate principis atque temporum nostrorum felicitate in durissimis seculis, quibus alii populi affliguntur, incorrupta posteritati monumenta persistent. Berolino C uicinae sunt arces *Potsdamum; Vranibnrgum; Schoenhusium; Caroloburgum; Friderichsfelda*, ubi REX uerno aut aestiuo tempore agere solet, quae singulae sub ipsius imperio aut natae sunt, aut in meliorem statum uersae. Dum haec scribo, initia nouae hic quoque urbis fiunt, quae a REGE suo nomen sumit *Friderichshalla*. Adaugeat Deus incrementum. D

Amplificatae ordinataeque. [g] Amplificat ciuitates populus: augent populum coloniae: inuitat colonias respublica sapienter ordinata. In his maximi a peregrinis fiunt; proprius nuuis colonis magistratus, Gallis, Heluetiis et Palatinis; aliquot lustris a tributorum onere aduenis data immunitas; fisci in eos regii largitas tertiae partis impensarum in extructas aedes.

Nouis in his regionibus coloni. [h] *Gallos* puta, quos patrio regno expulerat interdictum puriorum sacrorum: *Palatinos*, quos belli rabies coegit, natale solum uertere: *Heluetios*, E quibus foecunditas gentis et agrorum sterilitas rerum egestatem frequenter adfert et egestas ex alpibus partem abundantis populi iubet emigrare.

Cultura agrorum et nouelleta [i] Non unum aut alterum milliare sufficit, si conducenda spatia essent, ubi syluae; paludes; deserta loca elie exculta sunt, ut in horridis antea regionibus nunc prata et arua rideant, et, si ullibi alias *nouelleti* iura commodaque der neureut, in marchicis certe et prouinciis Porussiae Regis aliis optime intelligantur. Quod institutum eo melius succesit, quo magis ad hunc laborem Heluetii aduenae apti esse, reperiuntur. *Tobacia-trefolii iberici* (der spanischen Klee), geoerum frumenti aliorum, quae A peregrina nobis ante fuerant, nolo nunc meminisse.

Locatio agrorum. [l] Non satis est, dixisse, alteram tantum partem auctus esse reditus ex uillis et praefecturis regiis. Id maximum est, nullo onere conductorum hoc euenisse, quorum opes tot alios potius ad conducendum inuitarunt, ut hunc facillimum ditescendi modum aetas nostra uel nunc habere, uideatur. Factum ergo est, inclinante in agrorum conductiones multitudine, ut e re fore existimatum sit, perpetuo ac hereditario iure uillas et praefecturas, diuisis paullo rationibus, ut plurium industria ex-B citaretur et promouerentur commoda, locatione adsignare et distribuere. Cum huic contractui Germania leges dederit, patrii cum sermone erbpacht adpellant, ne Romani iuris finibus inclusus, disputatiunibus doctorum facilius exponeretur.

Mercatura promota. [m] A capite ad calcem ire possem. Cum *pileis* maximi pretii, quos ante Anglia nobis dedit, (die castorhüte,) illi nunc certant, qui in nostris moenibus conficiuntur. Ex quo etiam tempore Belgico *panno*, a nostratibus praeparatus, parum aut nihil praestantia sua concedit. *Tibialia* quae e Gallia adueximus, nostratibus hodie sordent, cum C eiusdem bonitatis et pretii longe minoris sint, quae in nostris fiunt textrinis. Opificia nostratium in ferro praeparato, *chalybeia* uulgo dicunt, (stahl-arbeit) artis etiam peritos fallunt, ut manubria; capulos; annulos; lamina; armillas; boraria, (die Sack-Vhren) ceteraque huius generis pari cum illis pretio aestiment, quibus antehac Angli Germanicam gentem fascinarunt. Pellucidissimi ac purissimi uitri pocula, uasa, specula, aliaque, quae ex officina, Berolino uicina, prodeunt, cum operis Venetorum, quae adhuc praestiterunt aliis cunctis, certare conspiciuntur. Plura adderent illi, quibus hoc D est institutum.

Cataractae. [n] Ante seculum, et quod excurrit, *Sala* fluuius cataractas habuit, ut naues in Albim transferrent. Sed cum ligna computrescerent bellique iniuriis commercia cessarent, nouo instituto REX noster *Salam* nauigabilem reddidit, ut opera nunc aetatem ferre queant.

Viae aggeribus uestitae. [o] Cratibus; lignis; lapidibus paludes explotae, ut aliqua uiae eminentia imber deflueret. Quid? quod ex eadem causa pontes sint facti et aquae ductus, magnis sumtibus; sed praesentissimo remedio itinerum promouendorum.

Vmbriferae philyrae. E [p] Huc refero umbratiles arbores, quae utrumque uiarum latus claudunt atque in multa milliarium spatia aliquot in locis extenduntur continuanturque. Exemplum Berolini et Sandae habes in Cliuensi agro. Quamuis, sub ingressum huius belli, Galli inuasores plures exciderint perdiderintque. Ceterum eo etiam referri meretur edictum, quo sponsus et sponsa aliquot arbores serere tenentur, quae alteri seculo prosint.

Wegsäulen. [q] Vulgo Mercuriales statuas dicunt, die Wegleiter. Quas per omnes prouincias in biuiis locis repositas, conspicies. Ante biennium numerus earum in myriades fertur, excreuisse.

[r] Me-

CAP. I. limitibus ponendis [r]: in curfu publico inftruendo [s]: in fodinis metallorum [t], falfuginibus [u], et lapicidinis [x] inueftigandis et eruendis: in artium [y] et litterarum aperiendis officinis [z]: in facris ceremoniarum [a] ac rituum [b] formandis: in dedicandis ordinibus [c]: in pacandis [d] inftaurandis [e] coetibus Chriftianis: in pauperibus atque egenis hominibus fouendis [f]: in iuris et aequi *CAP. I.*

Limitum cura. [r] Memini alicuius numifmatis, quod annum CIↃ IↃCXCV. et uerba adfcripta refert: LIMITES POSITI. Quae caufa inftituti collegii eft limitum inueftigandorum der *Graenzraethe.*

Nouae poftarum ftationes. [s] Quanta cura fucceffuque aliae curfus publici ftationes amplificatae: aliae recens paratae et inftitutae fint, fingulari expofitum eft *mappa curforia*, quae ante triennium prodiit. Maximorum incrementorum caufae in prudentia, fide atque induftria inprimis quaeri debent, uiri herois, COMITIS WARTENBERGICI, REGI fuo cum hic, tum in cunctis aliis magni momenti negotiis probata. Iure enim clientelari hanc fpartam familiae *Wartenbergicae* delatam effe, plenius fcripfit *d. praefes* in differtatione *von dem general erbpoftamt.* §. 16. p. 31.

Metalla inuenta et bituminofi carbones. [t] Cum Porusfiae Rex eam in prouinciis felicitatem habeat, ut nihil ei defit, quod ad uictum et cultum mortalium facere queat: folas metalli fodinas natura uidebatur denegauiffe. Verum hanc neque eo cafu, quod exiftimatum olim fuerat, nouercam audire; fed benignae matris elogia ferre, feduli et rerum periti indagatores docuerunt. *Bituminofarum carbonum* et cupri fodinas aperuit annus CIↃ IↃCXCII. Wettini: qui reditus, quamuis non leues fint, pretium tamen fuum inde demum accipiunt, quod ligni egeftatem, quae noftras falinas atque officinas fabriles urferat, fupplere uideantur. *Metalla* an. CIↃ IↃCC. quoque einsdem loci, unde thaleri cum epigraphe: *primitiae fecli et regni fors prima coronat*; *Habenfteinenfia* item atque *Wernigerodana* anno demum CIↃ IↃ CCIV. inuenta felicique aufpicio copta funt ordinari, et pollicentur non parua incrementa.

Salfugines nouae. [u] Quatuor falinas, quae ab hinc feculis huic ciuitati initium dederunt celebritatemque, nouis adaugere uifa eft, eaque anno CIↃ IↃ CCIII. non procul ab officina, quae nomen a campana habet, fcaturire coepit. Sed hanc abundantia fua longe uincit, quae anno CIↃ IↃ CCV. pronata eft, aliquot paffus a caftello *Gibichenfteinenfi.* Quae non paucorum redituum fpem facere, dicitur. *Sulendorfi*, *Schoenbeckae*, et alibi non procul ab agro *Altenfi...*, atque *Afchersleben* inueftigatos repertosque falfos fontes commemorare, omitto.

Lapicidinae. [x] Nonnullius generis marmor eruditur ab anno CIↃ IↃ CCII. in pago Nordhufano. Taceo uilioris generis lapicidinas in uicinitate, unde peti folent maximae molis faxa, ad magnifici operis palatium Berolinenfe.

Collegia artificum. [y] In hoc numero funt Academiae, quae uocantur, *mathematicorum*; *pictorum*; *fculptorum*; *caelatorum* aliorumque artificum, quae Berolini magnis a REGE impenfis aluntur.

Officinae litterarum. [z] Vt *Fridericianae*, an. CIↃ IↃCXCIV. conditae, nullam mentionem habeam, cuius ortum ex inftituto, uenuftisfimo dicendi genere, defcripfit D. CELLARIVS: *Francofurti ad Oderam* anno CIↃ IↃCXCIV. et in hac ante biennium ... *fcholae* fumtibus Regiis atque cura uirorum, quos pietas et eruditio fuo feculo commendant, apertae funt, ingenti commodo iuuentutis. Berolinenfis Academia illuftrium natalium hominibus dicata eft anno CIↃ IↃCC... uel ideo extollenda, quod *Staffium* rectorem ... uirum, cui imagines maiorum dignitatem ...: litterae autem et militorum itinerum peregrinationes pretium faciunt fpartae, quam exornandam fufcepit.

Sacraceremoniarum. [a] Regale diadema cultum regalem ... est noua *facra ceremoniarum.* Hoc illud genuinum ius eft, quod tacita principum orbis conuentione oritur, atque uel *permiffiarum* auditur uel *decretorum.* Verumque illos etiam obligat, qui nouo inftituto fupremo principum ordini fuo funt accedere. Quam ardua res fuerit, ad hos fcopulos non offendere, illi fciunt, a quorum curis atque calamo grauisfima haec momenta pependerunt. Poft ARCHICAMERARIVM regni, cui REX ipfe primas detulit, illuftrisfimi uiri, ILGENII uigiliae atque fingularis ille rerum gerendarum prudentia, fagacitas et expeditisfima ratio apud pofteros in monumentis extabunt, numquam intermorituris.

Collegium artis heraldicae. [b] In hoc numero haberi liceat collegium *artis heraldicae*, a. CIↃ IↃCCV. magno nobilitatis decore in nouo regno inftitutum.

Feftiui ordines. [c] Summatim ordines omnes, qui Regem aufpicem habent, defcriptos reperies in *Germania principe lib. II. c. 4. §. 30. p. 116.* Nec difficile fuiffe auctori des Europaeifchen Heroldes, exinde errorem cauere, uix in tanta rei celebritate ei condonandum. Idque magis mirum, quod fatis conftet, eum in aliis pluribus locis *Germaniam principem* diligenter confuluiffe. Perilluftris auctor, Io. de BESSER, cuius a magnif. dn. praefide facta eft alibi mentio (*in differtationibus de iure adlegandi in prooem. §. 6.* p. 6. et cap. IV. §. 2. p. 248. *de formula maieftatis* Tom. I. opufc. IV. cap. V. lit. t. et c. VI. § 3. p. 243. lit. h.) in eo animum defixit, ut inaugurationis plenisfimam hiftoriam dignitatemque exponat *ordinis*, quem *nigra aquila* defignat, in noui regni memoriam. Seorfim ordinis huius *leges* proftant *Coloniae* 1701. *fol.*

Diffentientium Ecclefiarum pax. [d] Ingemuerunt iam olim diffenfu laniati coetus puriorum facrorum: noftra aetate ad concordiam et pacem reducendam eo magis pia pectora anhelant, quo maiora utrosque pericula circumftare intelligunt, metuique ab hofte communi. Plurimi utriusque partis Academiarum atque infimi nominis theologi huic conatui fauent. Vt, prouidente numine, id probitati fapientisfimi Regis relictum effe uideatur, pacare, inter diffenfionum procellas, fluctuantem Ecclefiam; disiectam componere; ruinae et naufragio proximam feruare; et ferenam nouo feculo adferre tempeftatem.

Turbarum compofitio. [e] Teftatisfimae lites funt, quas claufula *paragraphi quartae tabularum Rifuicenfium*, cum ubique fere in imperio, tum in palatinatu fpeciatim excitauit. Actum uidebatur de palladio puriorum facrorum in Germania. Clades non tantum *reformatos*, quos dicimus, fed illos maxime tangebat, qui dogmatibus Lutheri fe addictos profitentur. Conciliatore REGE fapientisfimo factum eft, ut redirent ad fe hoftilibus confiliis non parum commoti ordines, atque omnia in integrum reftituerentur. Ingrati hofpites funt, qui tanto beneficio dignam gratiam non habent, cum imperio uniuerfo conftet, REGEM, omni difcrimine fublato, de utraque Ecclefia optime meritum fuiffe. Quid in pari caufa apud Silefios interceffioni Porusficae dare foleat auguftisfimus imperator, nemini poteft effe ignotum. At haec officia ibi impenduntur pro coetibus Lutheranis.

Cura pauperum. [f] Non tantum *ptochia* et *ptochotrophia* huc pertinent, in fingulis fere alicuius nominis ciuitatibus, REGE imperante, maximo autem adparatu Berolini; Regiomonti et Halae inftituta inftaurataque. Verum, ne foli inquilinorum egeftati fuccurrere uideremur, peregrinorum calamitate parum curata, fingularis fifcus pauperibus deftinatus eft (die armen-caffe) et negotium hoc uiris primariae

CAP. I. aequi conficiendo codice [g]: in emendandis et constituendis publicis iudiciis [h]: in subditis militiae adiuefaciendis [i]: post in omnium horum custode, sacris scilicet publicarum literarum scriniis curandis ac disponendis [k] atque in pluribus tandem aliis rebus, quarum scientia me fugit numerosaque moles obruit scribentem et opprimit. Vnicum idque praecipuum in his animo meo nunc obuersatur illud uulneratae et emeritae militiae VALETVDINARIVM, de cuius institutione, commodis in rempublicam ceterisque iuribus omnis nunc futura est dissertatio. DEI numen adsit dicendis. *CAP. I.*

riae dignitatis commendatum, (einem besonderen armen collegio) unde aduenae et hospites, rerum egestate adflicti, subleuarentur. Dum haec scribo, instituti huius in hac ciuitate auspicia fiunt, de quo insigniter meritus est supremus *Ecclesiae reformatorum* administer. Huius uiri, quem doctrina, candor, prudentia et facundia commendant, industriae et rogationi, apud ciues ostiatim et maturo tempore apud principem interpositae, primordia etiam sua Gymnasium debet iuuentutis reformatorum. Qui utroque nomine gratae posteritati eapropter commendari meretur.

Codex nouus iuris Porussici. [g] Id sibi inprimis agendum esse censuit a primordio imperii sui REX PORVSSIAE, ut *iustitiam* et ipse coleret et iudices in prouincias delegati, dominam illam et reginam omnium uirtutum. *Suum cuique*, symbolum esse uoluit, ut iuris et aequi cultu nihil prius, nihil antiquius habere, uideretur. Quoties nouis constitutionibus leges emendauerit, exposuerit, suppleuerit, omnibus, qui forensia tractant, cognitum est, ut ingens illa uolumen efficere queant. Diuersae autem prouinciae diuersis legibus uiuunt, ut idem princeps non idem ubique uelle, uideatur. Quo ergo regis ubique regionum eadem uoluntas; iidem de iure sensus subditis omnibus essent: sapientissimus legislator *nouum iuris codicem* meditari cepit, quem incolae et peregrini eo cupidiores expectant, quo certiores sunt, leges a iustissimo atque pientissimo rege expectari posse, aequitati, indoli ac moribus gentium congruas, quibus potior Germania, in peregrino mari fluctuans, limpidis fontibus et pristinae integritati, quodam postliminii iure, restitui queat.

Auspicia publicorum iudiciorum. [h] Alterum hoc est, quod iustitiae cultum promouet, si *publica iudicia* bene ordinata sint. Inter cetera, quae primordia sua a REGE habent, illud non omittendum est, ad quod e cunctis regni prouinciis ultimo solet prouocari. Anno ∞ ID CCXIV. illud auspicia sumpsit (*das ober appellations gericht*) magno subditorum commodo et uotis illorum, qui

A grauitatem, impendia et impeditiones in foris, alias solennibus Germaniae senserunt.

Die Land-Milice. [i] REX Porussiae illis prouinciis imperat, quae homines alunt ad militiam prae ceteris Germanis idoneos, id est, frigoris, aestus, inediae patientes; uitae ac uulnerum contemtores. In his principe loco habueris Guestphalos; Pomeranos; Venedos; Porussos. Licet igitur Romanorum instituta fuerint, militem a mercatura et agricultura cohibere, ne militiae taedium sumat aut effoeminatis moribus, animi mollitia et cura rei familiaris inficiatur: docuit tamen usus, aliam atque Romana B longe praestantiorem indolem Brandeborgicis subditis esse, qui tantum non eodem tempore ensem in hostes et in messem falces mittunt. Hac ratione factum est, ut circa annum ∞ ID CCXII. e singulis pagis quidam legerentur, qui, quoties otium ab agricultura esset, artem edocerentur militarem. In qua etiam ita breui tempore lecti profecerunt, ut nunc ab aratro ad militiam arcessi, neque accersiti inter gregarios tantum numerari, sed ordines ducere et instruere, queant. Instituti huius commoda non nemo ita aestimauit, ut crederet, facile nunc esse Porussiae REGI, ad exercitum centies mille mili- C tum spatio unius mensis cogendum. Stipendiariu non hic attento milite, quem numerum ad quinquaginta millia hoc tempore putant adsurrexisse.

Instauratio archiui. [k] Admonuit me huius instituti *magnif. dn. praeses.* Cum enim ueterum diplomatum magnus semper per singulas regni prouincias thesaurus neque minor etiam ignauorum hominum neglectus fuerit, ut cum tineis et blattis certarent cedro dignissima monumenta: irreparabile damnum est, quod haec prouincia olim sensit, quo Caesarum ac Pontificum epistolae uitro; putredine; humore; imbro pluuiali perierunt atque tineis epulas pararunt. Tu- D molis instrumentorum tanti pretii illachrimare soleo, quoties tempora, loca, et uerum fateat, orcum cogito, in quo ceu Augiae stabulo quondam dispersae iacuerunt. Cogito autem quam saepissime.

CAPVT II.

ADPELLATIONES VALETVDINARII APVD GRAECOS, ROMANOS, GERMANOS.

CAP. II. *Valetudinarii significatus.* VALETVDINARII [a] uocabulo COLVMELLA [b] et SENECA [c], Romani scri- *CAP. II.*

Valetudinarii orthographia. [a] *Valeo, ualitum* originem dedisse *ualetudinarii* uerbo nullum dubium est. Inde est, quod *Franciscus Marius GRAPALDVS de partibus aedium lib. II. c. 7. p. m. 96.* uallitudinarium scribat, idemque faciat *Claudius DAVSQVIVS in Orthographica tom. II. tractatu XX. pag. 326.* Verum *Aldus MANVTIVS in epitome Orthographiae p. 115.* ait: *ValEtudo dixerim libentius, quam ualItudo, contra analogiam et ueteres libros. Video enim Horatium in sermonibus dixisse, ualEtudo, producta secunda syllaba. Quae si ualItudo dicas breuis erit, a supino ualItum.* Nummus etiam *Laaretani habet*; VALETV. Neque aliter inscriptio uetus apud GRVTERVM p. 926. 8. et *ONVPHRIVM lib. II. Reipubl. Rom p. 68.* Quam sententiam etiam sequuntur *Caspar RHOTIVS in Orthographia sub h. u.* et *Andreas BRABANTVS*, aliique satellites Manutiani. Si operae pretium esset, in diuerticulo haerere, meam quoque sententiam hic prodcrem. Scilicet *ualeo* uerbum duplex quondam supinum habuit *ualItum* et *ualEtum*. Inde duplex pariter scriptura *ualItudinarium* et *ualEtudinarium*. *Illa* quibusdam magis probata, quia sequitur perE uulgatum supinum: *haec* congrua magis uoci primariae. Vicit apud me usus rationem.

Vsus apud Columellam. [b] Duo loca sunt, quae huc pertinent. Vnus *lib. XI. de re rustica p. 364.* habetur editionis Stephani: *Si quis sauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomentum si languidior est, in* ualetudinarium *confestim deducat et conuenientem ei curationem adhibeat.* Alter *lib. XII. p. 413.* ualetudinaria, *si uacent ab imbecillis, identidem aperire et immunditiis liberare, ut, cum res exegerit, bene ordinata et salubria languentibus praebeantur.*

Senecam. [c] *Epistolarum ad Lucilium XXVII. p. 64.* his uerbis: *Non sum iam improbus, ut curationes aeger obeam, sed, tanquam in eodem* ualetudinario *iaceam,*

de

 ſcriptores alii uix occurrunt (*), locum ſignificant, ubi curatio adhibetur aegrotis, imbecillis, ſauciis, hominibusque aliis, qui in opere colendo ſiue toga ſiue ſago, noxam ceperunt. Graeci ſuo olim ſermone ὑγιαστήριον et διαιτητήριον dixerunt, interprete PHILOXENO (*d*); aut etiam, quod alii malunt, νοσοκομεῖον (*e*): quamuis nulla fere harum uocum auctoritatem ueteris Graeciae habeat, ut barbaris potius ſeculis omnes tribuendae eſſe, uideantur (*f*). Confirmat ita ſententem ANNA COMNENA (*g*), quae inter res geſtas Alexii Caeſaris, ualetudinarium emeritorum deſcripſit, neque tamen uel ipſa uel alii iſtius aetatis Graecum uerbum indicarunt, quod huic inſtituto congruum eſſet. Nam ὀρφανοτροφεῖον, quae tum ualetudinarii Caeſaris adpellatio fuit, rei parum reſpondet (*h*). Ipſa enim iura noſtra (*i*) ORPHANI uerbo uti tantum ſolent pro egeſtate laborantibus pupillis. Quamuis negandum non ſit, hoc et alia plura huius generis (*k*) uocabula adpellatione, atque ſignificatu prorſus diuerſa, ſaepe ultra, quam par eſt, inuicem commixta reperiri (*l*). Confuſionis cauſam in eo repono, quod largitores horum beneficiorum primario quidem uel orphanos uel peregrinos uel morbo, uulnere aut animo aegros reſpexerint; quia uero uniuerſim indigentiae mortalium ſuccurrere, nos pietas iubet (*m*): factum ſaepe eſt, ut quod uni paupe-

de communi malo tecum colloquor, remedia communico. Idem *lib. 1. natur. quaeſtion. in praefatione p.* 253. *O quam contemta res eſt homo, niſi ſupra humana ſe erexerit. Quid eſt, cur ſuſpiciamus nosmet ipſos, quia diſſimiles deterrimis ſumus? Non uideo, quare ſibi placeat, qui robuſtior eſt in ualetudinario.* Quamnis alii ſint, qui particulam *in* deletam uolunt, ut homo ualetudinarius intelligi uideatur.

Non alios apud autores. (*) Equidem Cl. SALMASIVM ſcribere, ſcio; quod Romani in caſtris *ualetudinarium*, id eſt, ſingularem locum habuerint, in quem ſaucii et aegroti recepti ſint, ita in *exercitation. ad SOLINVM c.* 40. *p.* 577. *a C.* Verum neque is neque alii auctores lau- B dant, quibus hoc uerbum proditum ſit.

Graecum (*d*) Conſule utrumque uocabulum in gloſſario Graeco, a *Philippo LABBEO* edito p. 47. et 191. atque in Latino CYRILLI p. 190. ualetudinarium ὑγιαστήριον, διαιτητήριον, νοσοκομεῖον.

Gloſſariis. (*e*) Auctor ONOMASTICI, quod *Stephanus* procurauit p. 129. Cui etiam congruunt, quae HIERONYMVS habet in quadam epiſtola.

aeui ſequioris. (*f*) Quamuis enim adpellatio uetus ſit: eſt tamen noua in plerisque ſignificatio. Graece enim doctis notum eſt, quod uocabula ὑγιαστήριον, διαιτητήριον ad ualetudinem, ſiue medica arte ſiue διαι- C τητικῇ recuperandam reſpiciant: ceterae uoces perſonarum habeant rationem, ſi homines *peregrini* ſint; ſi parentibus *orbati*; ſi confecti *ſenectute*; ſi grauioris *morbi* genere afflicti; ſi demum rerum oppreſſi *egeſtate*, quod uerba ξενοδοχεῖον; ὀρφανοτροφεῖον; γηροκομεῖον; νοσοκομεῖον, πτωχεῖον, omnino prodere, uidentur. In qua tamen uocum et ſignificatuum diuerſitate uſus ſequioris aeui omnia commiſcuit inuicem et confudit, ut ἰσοδυναμοῦντα ab auctoribus fere habeantur. Eo forte reſpexit AVGVSTINVS, qui *in Iohannem tractat.* 97. ita ſcripſit: *Xenodochia et monaſteria* (adde uocabula eius- D dem rei, hactenus recitata) *poſtea ſunt appellata nouis nominibus, res tamen ipſae et ante nomina ſua erant, et religionis ueritate firmantur.* Quid uero in cauſa eſt, quaeſo! rem uetuſtati cognitam adpellatamque, nouis iisque barbaris nominibus deſignari? Id mihi uidetur, diue pater: uel *ſuperbiam* hic incuſandam eſſe uel *ſuperſtitionem* doctorum Eccleſiae. *Illa* inuentionis gloriam adfectarunt, noua uocabula procudendo; *hac* uero pollui crediderunt puriora ſacra, cognominibus hominum Ethnicorum. Non credo nullius momenti eſſe hanc obſeruationem, unde conſtat, quare factum ſit, ut bar- E baries Eccleſiam inuaſerit et *ruſticitatis* eam incuſarint cultioris linguae magiſtri Graeci ac Romani. *Vid. an. praefat* §. 7. *p.* 23. *in diſſert. de philoſophis caute legendis.*

Cur Chriſtiani ſcriptores Graeco-Barbara uerba effingere, quam puriora Romanorum ſequi maluerint?

Vſus uerbi apud Comnenam. (*g*) Inſtitutum ipſum, ab *Anna COMNENA lib. XV. Alexiados p. m.* 484. plene deſcriptum inferius proſequar. De nomine autem quae habet, ſequentia huc pertinent: Ὀρφανοτροφεῖον δὲ ταύτῃ τοὔνομα· Ὀρφανοτροφεῖον δὲ προσαγορεύεται· ὅτι ἡ πρὸς τοὺς ὀρφανοὺς καὶ ἀπεστρατευμένους φιλανθρωπία τοῦ αὐτοκράτορος, ὅθεν καὶ τοὔνομα ἐκεκράτηκε τῆς διὰ τῶν ὀρφανῶν προμηθείας. Plenius et ad rem magis, quam uerba, interpres, *Petrus POSSINVS*: *Orphanotrophium commune nomen eſt. Quamquam in ea ſane non ſoli orphani aluntur; ſed militibus quoque aut emeritis aetate, aut morbo mutilatione, uulnere debilibus receptum iſthuc commodum aperuit. Tamen uel a parte, ut fit, in totius nomenclationem appellatione praeualente; uel ſenibus quoque ac languidis egentibus orphanorum uerbo deſignatis, obtinuit orphanotrophi uocabulum, ad denotandum in uulgus hoc collegium.*

orphani uox an pro quouis egeno? (*h*) Orphani uox uniuerſim ſignificat hominem orbum ſiue parentibus ſiue fortunis ſiue utrisque. Hinc *orphanotrophia* dicta ſunt contubernia pauperum generis cuiusuis. Inde orphani audiunt *pueri chorarii, l' enfans de choeur*, noſtrae ciuitati die *current oder chor ſchüler*: quamuis in hoc numero plures reperiantur, qui ſuperſtites habeant parentes. Purior autem Graecia ſignificatum forte neſciuit, ita late patentem. Rariora etiam medio aeuo exempla ſunt, unde pauperes adultos orphanorum nomen habuiſſe conſtet, ut adeo hic *Comnenae* locus eo magis eſſe ſingularis uideatur.

Loca iuris Romani de orphanotrophis. (*i*) Patet hoc ex *l.* 32. *C. de Epiſcop. et Clericis*: *Orphanotrophi pupillorum ſunt quaſi tutores, adoleſcentum quaſi curatores*, atque ex alio loco *Nouel.* 131. *cap.* 15. *Orphanotrophi tutorum et curatorum funguntur officio: ita tamen ut etiam ſine ſatisdatione et conueniant et conueniantur de rebus orphanotrophio et ipſis propriis orphanis competentibus.*

et domibus religioſis aliis. (*k*) Iisdem enim omnia haec loca priuilegiis utuntur. *Nouell.* 123. *c.* 23. *Oeconomos autem et xenodochos, noſocomos, ptochotrophos et aliorum uenerabilium locorum gubernatores iubemus apud epiſcopum, cui ſubiacent, conueniri.* Et *Clementinae cap.* 2. *de religioſis domibus ut epiſcopo ſint ſubiectae: quia contingit interdum, quod xenodochiorum, leproſariarum, eleemoſynariarum, ſeu hoſpitalium rectores bona ab manibus occupatorum excutere negligant*, et quae ſequuntur.

Quae inuicem commixtae. (*l*) Ita ſcilicet, ut in *orphanotrophiis* etiam *ſenes*; in *gerocomiis* iterum *orphani* alerentur; neque *hoſpitalia* tantum *peregrinorum* aſyla eſſent; aut in leproſariis nullius cura haberetur, niſi leproſorum.

ad regulas pietatis. (*m*) Qui in beneficiorum largitione *ſectas* faciunt, illi procul mihi abeſſe uidentur a pietate. Quo enim quisque beneficii indigentior eſt, eo pro-

CAP. II. perum generi destinatum fuerat, ad subleuandam alterius calamitatem, siue indulgentia siue uoluntate benefactorum, adhiberetur. Propius ad nostrum institutum accesserunt mores sacrorum collegiorum, seculo forte decimo: quibus solenne fuit in contubernio religiosorum conclaue aliquod dicare hominibus ualetudinis aduersae (n). INFIRMARIO, barbara id uoce significarunt (o). Ceterum nostri generis VALETVDINARIA Galli dicunt LA MAISON DES INVALIDES (p): Germani, faciles imitatores, INVALIDEN-HAVS (q). Consultius tamen esset, reiecto habitu peregrino, nouum uocabulum ciuitate donare et aures uerbis, in Germania natis, adsuefacere. Ego dicerem BRESTENHOF; BRESTENPELEG; SOLDATEN-PELEG (r) sed meum est sequi leges, non effingere aut dare. CAP. II.

---

proximior uideri debet tuae largitati. Haec est sacri codicis praeceptio. Hanc qui uiolat, ille bona faciendo male facit: neque calamitate aut miseria aliorum tangitur; sed sua agitur ambitione. Vtinam ptocbotrophiorum conditores sibi in animum reuocarent decretum SERVATORIS: *uatrces aestra apad bomiaes.*

Infirmariam in monasterio. (n) Rem ipsam omnium clarissime describit *constitutio Cardinalis* BORRHOMAEI, aut potius, qui *Constitutiones eius Synodales prouinciae Mediolanensis* congessit et cum commentario edidit *Venetiis Dominicus ZVCHINETTVS a Sunu lib. VI. num. 27. de instructionibus Ecclesiasticae fabricae p. 709.* B *porro ualetudinariam, locus scilicet, in qua ualetudinariae aegritudinequé affectae uel conualescentes moniales curantur, exstrui debet in situ non interiori monasterio, sed paulalo remotiori, quam proxime ianuae auditorii, at loco imprimis salubri. Haec ualetudinarii structura partes item babebit tum superiores, tum inferiores, tricliniuм uidelicet, longe patens cubitis circiter aiginti; late pro ratione longitudinis; coquinam unam; cellam promptuariam unam; cellam lauationis; chortem cum suo puteo: liquide purtium: cellas binas teranae inferiores, quae mediocri magnitudine singulae tres lectos capi-* C *ant et caminam praeterea habeant aut singulae aut binae. A superiori autem parte cellae cubiculares sint quatuor aut sex moderata etiam amplitudine cum camino, babeantque secessum latrinarum.* Et mox pergit idem: *Communis ille curationis aegrotantium locus, quem* infirmarium *uocant, ubi adhuc exaedificatus exstructusue non est, quam citissime potest, constituatur. Extra cuius loci fines monialis aegrotans ne cubet. At ualetudine recuperata, illic ne diutius moretur, deliciarum causa.* BARBOSAM et A centum alios hic laudare possem; sed quid opus est in re clara prolixum esse.

(o) Quod congruo rei uerbo et hodie ualetudinarium ab elegantioribus Romanae Ecclesiae scriptoribus dicitur, et dictum fuerat olim: illud barbaris doctoribus audiit *iafirmarium*, Gallis *enfermerie*. Etiam *infirmatorium* legitur apud eodem sensu *AVCTOREM chronici montis Petrini* ad a. 1219. p. 124. Sed *Carolus de FRESNE* et *Henricus SPELMANNVS* in glossariis suis loca plurima congesserunt, quae exscribere nolo, ut exscripsit HOFFMANNVS *in lexico*, quod uocat *uniuersale*. *uerbi usus in ueteri Ecclesia.*

(p) Lexicographi Galli hic consulantur et inter hos RICHELIET. Alii uero adpellant haec emeritorum ualetudinaria, *les hostels des inualides*. Ita enim singulare uolumen extat, in limine ita inscriptum. *Description generale de l'HOSTEL Royal DES INVALIDES etabli par Louis le Grand a Paris audit hotel 1683. f.* Neque inter illud adque hoc nomen magnum apud Gallos discrimen est, quibus *hotel* et *maison* quandoque idem faciunt, interprete, uiro crudito MENAGIO p. 405. *Hotel, d' hospitale Les Gascons disent hostau et ostal, pour maison.* *Galli la maison des inualides.*

(q) Olim non ab omni ratione alienum fuerat, rem, qua nostra patria caruit, peregrino nomine significare. Verum cum PORVSSIAE REGI auspicia nunc debeantur PRIMI EMERITORVM VALETVDINARII in Germania, institutum nouum peculiare non minus nomen promereri uidetur. *Germanis* inualiden-haus.

(r) *Brest* uocabulum Germanis notat *inualidam* senecta, morbo, uulnere. Atqui hoc est, quod definitum uolumus dictione *ualetudinarii*. *Commodiat forte* Bresten-pfleeg.

C A P V T III.

DE MILITIBVS EMERITIS.

CAP. III. *Vox Emeriti.* EMERITORVM (a) uerbo, quod alterum est, uti hic maluimus, quam INVALIDORVM, quo delectantur Galli (b). Ea certe VALETVDINARII instituta sunt; ne milites sua forte culpa maloque suo inualidi, in hoc publicae largi- CAP. III.

Emeriti uox communem babet significatam. (a) Equidem *emeriti* uerbum commune esse uidetur, cum *emeriti boues; emeritae apes; emeriti canes; emerita uens* passim apud auctores integrae Latinitatis reperiantur: ut adeo PRVDENTII quoque uersus nihil peregrini habeant, quos *lib. II. in Symmach.* extremo recitat:

Nubit unus ueterana, *sacro perfuncta labore,*
Desertisque locis, quibus est famulata iuuentae
Transfert emeritas *ad fulcra iugalia* rugas.

Frequentius militarem. Frequentior tamen eius significatus est de officiis militiae, ut a pluribus interpretibus tantum non pro *uerbo militari* habeatur. CYRILLI exemplum nobis hic occurrit, qui in *glossario p. 64.* scribit: Emeritus ἄτιμος κατὰ ... et *Ioach. CAMERARIVS in commentariis utriusque linguae* p. 27. n. 36. emeritos dicit ..., ... et ... Quod etiam iura nostro D pluribus locis demonstrant, qualia reperiuntur in *CODICE THEODOS.* l. 3. quae inprimis huc facit, de *testimoniali ex tribunis*: *Quae quidem*, contra emendicatas missiones scripserat, *omnia officere illis aliquando non patimur, quos* emeritos *felicibus castris uel honesta interdum* aduersae ualetudinis *missio uel* uulnerum *laudabilis excusatio; uel emensum sub* signis tempus, *absoluit.* Eadem causa *emeritum* pro militiae praemio accipitur in *pandectis. L. 3. §. 8. et 12. l. 5. §. 7. de re militari.*

Inualidi uox. (b) Inualidos milites pro infirmis *LIVIVS* dixit *lib. III. c. 72.* Dixerunt etiam alii post eum. *Claudius Franc. MENESTRIER p. 18. en l' histoire de Louis le grand par les medailles* nummum exhibet, *ualetudinarii Parisiensis* figura atque his uerbis inscriptum: *MILITIBVS SENIO AVT VVLNERE INVALIDIS.* Gallis forte in deliciis est uocabulum *inualidorum*, quod cum uernacula illorum *les in-*

CAP. III. largitatis contubernium adiicerentur (*c*): sed illi tantum, qui inualentiam aliquo militaris officii genere sibi contraxissent (*d*): siue id factum esset aetate (*e*); siue uulnere (*f*); siue alius morbi grauitate (*g*). Omnes enim hi casus iustam honestamque missionem faciunt (*h*) atque emeritorum, et beneficii illorum conciliant dignitatem (*i*). IVRIS uocabulum, quod restat, eo sensu nobis accipitur, ut et naturae et gentium decreta ciuiliaque diuersorum instituta complectatur. Neutrum enim ab emeritae militiae beneficiis alienum esse, illa docebunt, quae per diuersa temporum interualla et historiam plurimarum gentium, sumus scripturi. CAP. III.

Itemque IVRIS.

---

inualides congruere uideatur. Ego malim una emeritorum uoce rem omnem complecti.

Quare hic parum congrua?

(*c*) Constabit hoc ex illis, quae inferius sigillatim dicturi sumus de omnium fere gentium ualetudinariis. Huc quoque facit *l. 3. §. 8. ff. de re militari; qui militiae tempus in desertione impleuit emerito priuatur.*

Emeriti cur olim ueterani.

(*d*) Pertinet huc locus *ISIDORI lib. IX. Origin. cap. 3. EMERITI*, inquit, *sunt, qui iam militia, qui iam in usu praelii non sunt: quia mereri; dicitur militare; a stipendiis scilicet, quae merentur. Iidem et ueterani dicuntur: quia iam in usu praelii non sunt; sed post multos militiae labores, quietis suffragium, consequantur.* Coniector exinde, qui olim *ueterani* audiuerunt, quod eos senecta excusaret ab incommodis belli, quae gratis et reipublicae causa qua ciues et subditi sustinuerant; illos post, ex quo *mercenaria* militia facta est, *stipendiaque* militibus soluta, *emeritos* nominatos fuisse.

Emeriti aetate.

(*e*) Ne in antiquis auctoribus exscribendis prolixi simus, illorum uti malumus oratione, qui hanc operam iam occuparunt. *Iohannes Anton. VALTRINIVS lib. VI. c. 5. de re milit. Rom. p. 365.* inquit: *inter dona militaria numeratur missio honesta, quam qui esset consecutus, simul a militia uacationem habebat. Haec autem duplex fuerat iusta et gratiosa.* Iusta *data est iis, qui legitimae militiae annos omnes confecissent:* gratiosa *extra ordinem* gratiae et honoris *causa tributa* l. 3. ff. de iis, qui not. infam. Pergit *Sertorius VRSATVS in notis Roman. p. 159. Tempus legitimae militiae lege Serui Tullii fuit ab an. XVII. ad an. XLVII. licet quandoque mutata fuerit.*

Vulnere.

(*f*) Clare et plene *MACER l. 13. ff. de re militari §. 3.* uerba eius sunt: *Missionum generales causae sunt tres, honesta; causaria; ignominiosa. Honesta est*, alias iusta aut legitima dicitur, *quae, tempore militiae impleto, datur.* Causaria, *cum quis uitio animi uel corporis minus idoneus militiae renunciatur.* Ignominiosa *causa est, cum quis propter delictum sacramento soluitur.*

Morbo.

(*g*) Non opus esset, proxime adlegato loco alium hic addere. Sed quia APVLEIVS in manus incidit, non possum, quin eius uerba hic exscribam. Sunt autem *in lib. IV. de asino p. 43.* haec: *rebar enim me iam debilem prorsus et exanimatum mereri causariam missionem.*

Emeriti uario genere.

(*h*) Emeritum itaque militem habeo, qui militia dimissus est uel propter *tempus; uulnus; morbi* genus aliud.

Nos de utroque.

(*i*) Inter EMERITOS primo reperiuntur, qui propter *senectam* tales, qui dicti sunt olim *ueterani*. Quorsum duo *tituli* faciunt, unus *in ff. 18. libri XLIX. alter in CODICE 47. libri XII. de ueteranis et priuilegiis eorum.* Deinde qui uulneris aut morbi causa sacramento militari soluuntur, et milites audiunt *inualidi LIVIO lib. III. c. 72.* Vtrique, quod honestam missionem fecere *l. 3. C. Theod. de testim. ex tribun.* et *l. 13. ff. de re militari*, emeritorum nomine beneficioque condigni uidentur.

C A P V T I V.

DE VALETVDINARIIS PERSARVM EORVMQVE MILITIA MERCENARIA SIVE STIPENDIARIA.

CAP. IV. GENTIVM diuersarum INSTITVTA circa ualetudinem emeritorum.

CVm enim plurimum in animis mortalium possint exempla aliorum, apud principes maxime, qui facilius imitatione ducuntur quam praeceptionibus (*a*): illud principio commonstrandum esse, existimo, quod communi quodam concentu, conspirauerint in eo populi cultiores, egestati emeritorum militum subueniendum esse, quamuis remedia ad finem hunc apud diuersos diuersissima fuisse, in antiquis monumentis reperiamus. Ante Graecos non memini, aliquid huius rei constitutum fuisse. Si coniectari licet, id mihi in causa uidetur fuisse; quod antiquissimae gentes, PERSARVM exemplo, mercenarium militem fere nesciuerint, uerum omnis populi multitudo regis imperio coacta sit (*b*); quae, bello CAP. IV.

Ante Graecos an huius rei memoria occurrat?

Exemplis magis Principes ducuntur, quam praeceptionibus.

(*a*) Facile ad intelligendum est, quare tantopere principibus commendata sit historia rerum bene gestarum. Solae enim praeceptiones uel partium studia uel austeritatem sapiunt magistrorum et puluerem quendam scholasticum: ab utroque autem principes abhorrent. Contra, si laudabilium principum exemplis illustratur, quicquid inter principis officia reponitur; cognoscitur inde, rem usu comprobatam et principis persona nullo tempore indignam fuisse.

Persae mercenario non utuntur milite.

(*b*) Manifestus locus est HERODIANI *in Alexandro lib. VI. p. m. 580.* ubi suo etiam tempore scribit de moribus Persarum: ἡ γὰρ δὴ μισθοφόροις χρῶνται στρατιώταις οἱ βάρβαροι ὥσπερ Ῥωμαῖοι, ὁ δὲ στρατόπεδα ἔχουσι συνεστῶτα καὶ μένοντα, πολέμου τέχνης ἐγγεγυμνασμένα. ἀλλὰ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, ἔσθ' ὅτε καὶ τῶν γυναικῶν, ἐπὰν κελεύσῃ βασιλεὺς, ἀθροίζεται. Διαλυθέντος δὲ τοῦ πολέμου, ἕκαστος ἐς τὰ ἑαυτοῦ ἐπανέρχεται, τοσοῦτον ἀποκερδήσας ὅσα ἂν ἁρπαγῇ αὐτῷ περιγένηται. *Neque enim mercenario milite utuntur barbari* (Persae) *quemadmodum Romani consueuerunt* (conferatur Herodianus lib. II. p. 507.) *neque statiuis castris exercitus habent, qui bellorum artibus exerceantur: sed omnis multitudo uirorum, nonnunquam autem mulierum quoque, regis congregantur imperio, quae mox bello peracto, suas protinus in sedes dimittitur, ea demum praemia belli referens, quae cuique ex rapina superfuerint.* Inde est, quod Persarum rex uacationem militiae nemini dederit: sed regem omnes subditos oportuerit sequi. Memorabilia sunt, quae HERODOTVS *lib. IV. p. m. 302. et VI. p. 407.* nar-

CAP. IV. — CAP. IV.

De mercenaria militia apud Persas.

bello peracto, suas protinus in sedes dimissi, absque aliis stipendiis, commodis aut praemiis quam his, quae cuique ex praeda superferant. Quamuis enim de eadem quoque gente legitur, Graecos quandoque milites ab ea conductos fuisse (c). Quia uero peregrinorum nulla cura fuerat (d), uti merces, operis cessantibus; in conductione cessat (e), ita emeritis non expectanda fuerunt commoda ulteriora, sed stipendia cum seruitiis finita sunt. Saepe tamen adeo iniquum uisum est, peregrini etiam militis absque praemio ullo emeritoque facta missio (f): ut Germanorum (g); Anglorum (h); Siculorum (i); ipsius etiam imperii ori-

---

narrat ex eoque SENECA repetit *lib. III. de ira c. 16.* A et 17. Rege Persarum, milites scribente, patrem mulris eum rogationibus atque lacbrymis adiisse, ut ex quinque filiis uni tantum uacationem daret, qui ipsi in extrema senecta domi solario esset. Quid rex ad ea? elige, inquit, unum. Elegit nominauitque pater, cuius desiderio inprimis flagrauit. Illico rex electum occidit et in duas partes distractum ab utroque uiae latere posuit, et hac uictima lustrauit exercitum. Alia historia est, sed eiusdem regni. Rogat pater, ut ex triga filiorum unum dimitteret ex militia: reponit rex, omnes dimittam, quos uero statim interemit atque interemtos proiecit patri, ut B sibi auferret.

Mercenarios tamen habuerunt Graecos.

(c) Factum id esse a primordio reipublicae ad interitum eius, ex annalium constat monumentis. De uetustis temporibus euoluendus est XENOPHON *lib. VIII. de institutione pag. 165.* καὶ οὐδεὶς ἔτι ἄνευ τῶν Ἑλλήνων εἰς πόλεμον καθίσταται, ὅτε ὅταν οἱ Ἕλληνες αὐτοῖς ἀντιστρατεύωνται· ἀλλὰ καὶ πρὸς τούτους ἐγνώκασι μεθ' Ἑλλήνων τοὺς πολέμους ποιεῖσθαι. De postremo Persarum imperii casu ARRIANVS *lib. I. pag. 46.* Alexandrum caesorum non solum Persarum corpora sepeliuisse, sed etiam τοὺς μισθοφόρους Ἕλληνας, οἳ ξὺν τοῖς πολεμίοις στρατεύοντες C ἀπέθανον· ὅσους δὲ αὐτῶν αἰχμαλώτους ἔλαβε, τούτους δὲ δήσας ἐν πέδαις ἐς Μακεδονίαν ἀπέπεμψεν ἐργάζεσθαι, id est, *mercenarios Graecos, qui, Persarum stipendia facientes, in pugna decesserant. Qui autem mercenariorum uiui in ipsius potestatem peruenerunt, ad ergastula damnatos in Macedoniam misit.* Quoniam, quod subiicit, *aduersus publica Graeciae decreta pro barbaris aduersus Graecos, ciuiues suos, militassent.*

Compositio diuersorum locorum.

(d) Ita BRISSONIVS *lib. III. de regno Persar. p. 286.* cum *p. 325.* conferri et conciliari debet. Persas scilicet *mercenariam militiam* nesciuisse inter D subditos suos, qui patriam suis impensis contuebantur: peregrinis tamen stipendia, ut militarent, omni tempore persoluisse.

An famulo aegroto merces debeatur aut alimenta?

(e) Ita sane iure ordinario res se habet. Quod famulo, aegritudine aut morbo impedito, quo minus domino conductori seruitia praestet, neque ab hoc ei merces debeatur multo minus alimenta arg. *l. 15. §. 6. ff locati conducti, qua, operis non praestitis, merces repeti solet.* Neque etiam sententia iuris Romani rationibus destituitur, quas inuestigant et produnt doctores. Primo enim *labor* et *pecunia* diuisionem accipit *l. 19. pr. cum tamen labor ff de an-* E *nuis legatis*, ut tantum solui posit, quantum operae datum esse, cognoscitur. Deinde merces in conductione rem conductam ut conditionem ita respicit, ut, hac cessante, etiam illa cesset, *l. 13. §. 7. ff. locati conducti.* Post regula iuris est, quod casus facienti nocear, ad factum obligato. Demum ea cadem causa, mortuo famulo, eius heredibus non soluitur merces, nisi pro rata temporis, quo seruiit seruitutem defunctus, *Matth. COLERVS Part. I decis. 201. n. 14.* Quod *alimenta* concernit, neque haec debentur famulo in seruitiis atque operis impedito. Nam alimenta pars sunt mercedis, ut ar- F gumenta hactenus pro liberando domino, conductore allata, hic quoque prodesse, uideantur. Praeterea etiam praecipiunt iura nostra; ut hoc casu domini famulos ualetudinarios dimittant ad uictum et cultum, quem ipsi non debent, aliunde quaerendum *l. pen. §. 1. ff. de operis libertorum.* Non dimouet ab hac sententia, si famulo damnum etiam dederint seruitia domini. Neque enim hoc ullo iure cogitur dominium resarcire, ut bene notat CARPZOVIVS *P. II. Const. 52. def. 14. p. 870.* Quod eousque uerum esse, perillustris STRYKIVS agnoscit *ad Lauterb. p. 592.* nisi res periculi plenissima ipsis demandetur. Quamuis enim dici posit, habere etiam sic locatorem operarum, cor re, periculi plenissima, mercedem uoluerit promereri; deinde ipsa merces soleat augeri in operis, magna pericula ferentibus: tamen, quod stricto iure non fit, uirtus nobis imperare uidetur. Quorsum digitos etiam intendunt *Iohannes de* DICASTILLO *lib. II de iustitia et iure tract. 14. disp. I. dub. 5. n. 147. pag. 1002. Ludou.* MOLINA *de iustitia et iure tractat. II disp. 493. p. 1078. et disp. 505. p. 1135.* taceo alios plures, qui his laudantur.

An militibus uulneratis neque cum alio debeatur neque alimenta, uti locatoribus operarum.

(f) Non eadem prorsus ratio locatoris operarum cum milite mercenario. *Ille* plerumque certo temporis spatio conducitur: *hic* perpetuo iure, si uisum ita fuerit reipublicae. *Ille* iurisdictioni non subest conductoris; subest autem *hic*. *Ille*, praeter alimenta, mercedem accipit, unde prospicere futurae potest indigentiae: *huic* ultra tantum stipendium est, ut C famem ac sitim cibo ac potu depellat. *Illi* manuariae operae uitae periculum raro et uix sine culpa facientis adferunt: *hic* autem spiritum trahit uenalem. Supersunt etiam diuersitates aliae, quae mihi omnino suggerunt, non adeo firmum esse filum consecutionis ab operarum locatore ad militem mercenarium. Potius seruorum hi rationem habent, quorum in aegritudine curatio dominis incubuit *l. 4 §. 5 sub fin. ff. de statu liberis.* Atque hoc idem etiam est, quod Romanos mouit, ut non solum ualetudinariorum curationem tribunis militum commendarent *l. 12. ff. de re milit.* et *l. 6 ff. de iure immunitatis*: sed D etiam *emerita* statuerent militia missis *l. 3. §. 8. et 12. ff. de re militari.* Sed de hoc instituto inferius est dispiciendum.

Exitium ex hac doctrina pronatum Germanis.

(g) Exitium Germaniae, a nullo unquam populo subiectae, Hunnorum irruptiones tempore Arnulphi Caesaris minitatae sunt. Sed quaeso! num aliam illae causam habuerunt, quam hanc, quod Hunnis, mercenariis militibus primus uteretur in bellis Morauicis. Quo indomito et effrenato hoste deuicto, cum dimitterentur uictores Hunni, longe iniquom illi existimarunt, sanguine suo Germaniae prouinciam redemisse, et peracto labore, nunc in ex- E ilium depelli. Inde, uerso armorum ordine, in Germanos moueruut et patriam nostram irruptionibus, spoliis, igne ac ferro misere afflixerunt. Et uero exitium attulissent Germaniae atque hanc in seruitutem redegissent: nisi Henricus auceps et huius successor Otto uires iterum collegissent atque, clade Hunnis illata, liberassent patriam nostram ab eaque futura etiam pericula auerruncassent.

Anglis.

(h) Anglorum Saxonum in Britannia idem cum Hunnis institutum; sed rei tentatae felicior longe successus fuit. Cum enim stipendiis mererent in Britannia contra Scotos: his in ordinem redactis, quod F regni subditos habere nollent copias auxiliares: Saxones hanc iniuriam bello uindicarunt neque ante arma posuerunt, quam omnem regionem in potestatem suam redegissent, pristinis incolis in *Walliae* deserta compulsis.

Siculis.

(i) Normanni enim praedones in auxilium uo-

CAP. IV. entalis (*l*) exempla superfint, qui miram rerum conuersionem et tantum non interitum inde reipublicae contraxerunt. CAP. IV.

cati a Siculis contra Turcas, insulae ac regni inuasores, sedibus sibi praestita iam opera, inter Siculos negatis, incolas patronos adorti sunt, rerumque summam ad se pertraxerunt.

Imperio orientis.

(*l*) De Heraclio imperatore hoc maxime intelligendum est. Is enim stipendiarios Arabes habuit: quibus cum missionem dedisset, illi Saracenis accesA serunt atque perpetui proditores ac hostes perstiterunt aduersus imperium orientis. Quid dicam de occidente? Neque hoc sane imperium expilatum direptumque fuisset a Westgothis, Herulis, Ostgothis et Longobardis, nisi germanicae hae gentes stipendia meruissent apod Romanos et principio saepius pro emeritis, quae eis debebantur, male habiti essent.

CAPVT V.

DE VALETVDINARIIS GRAECORVM.

CAP. V. Cura inualidi militis apud Graecos. LL. Solonis. CAP. V.

GRAECI, ut ad illos nunc progrediamur, inualidorum militum curam maximam habuerunt. De SOLONIS consilio egregia commemorat LAERTIVS (*a*); qui, cum Athletis constituta praemia explosisset, illud serio commendat, ut pecunia ista potius ad educationem filiorum, si quos milites in praelio occisi aut uulnerati reliquissent, impenderetur. Tanta etiam religione hunc morem tenuerunt Graeci, ut non solum testes nobis hodieque grauissimi supersint, PLATO (*b*); LESBONAX (*c*); AESCHINES (*d*) aliique, inualidorum militum liberos e publico aerario cultum et uictum accepisse, atque curatum esse diligenter, quo illi

Solon de curandis militibus uulneratis.

(*a*) Locus est *lib. I. segm. 55. p. 34. In uita Solonis:* Συνέστειλε δὲ καὶ τὰς τιμὰς τῶν ἐν ἀγῶσιν ἀθλητῶν· Ὀλυμπιονίκῃ μὲν τάξας πεντακοσίας δραχμάς, Ἰσθμιονίκῃ δὲ ἑκατόν, καὶ ἀνάλογον ἐπὶ τῶν ἄλλων· ἀπειρόκαλον γὰρ ἐξαίρειν τὰς τούτων τιμάς, ἀλλὰ μόνων ἐκείνων τῶν ἐν πολέμοις τελευτησάντων, ὧν καὶ τοὺς υἱοὺς δημοσίᾳ δεῖν τρέφεσθαι καὶ παιδεύεσθαι· ὅθεν καὶ ἐζήλουν καλοὶ κἀγαθοὶ γίνεσθαι κατὰ πόλεμον, ὡς Πολύζηλος, ὡς Κυνέγειρος, ὡς Καλλίμαχος, ὡς σύμπαντες οἱ Μαραθωνομάχοι· ἔτι δ' Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, καὶ Μιλτιάδης καὶ μυρίοι ὅσοι. *Athletarum stium* (der Klopfechter und Marxbruder) *praemio custigatu moderatione concepit. Et ei quidem, qui olympia uicisset quingentas* C *drachmas: qui uero Isthmia, dare centum promittit eademque ratione in certaminibus ceteris. Esse enim absurdum in eiusmodi honoribus modum desiderare. Eos enim potius qui in praeliis occubuissent, praemiis esse honorandos, quorum filios e publico nutriendos erudiendosque praecepit. Quo sane animati uniuersi fortiter ac strenue in bellis dimicabant. Sic Polyzelus, sic Callimachus, sic omnes, qui in Marathonis expeditione pugnauerunt. Sic praeterea Harmodius, Aristogiton, Miltiades innumerabilesque alii.*

Plato de iisdem studiis,

(*b*) Plato in Menexeno p. m. 527. τῆς δὲ πόλεως ἴστε που καὶ αὐτοὶ τὴν ἐπιμέλειαν, ὅτι νόμους θεμένη περὶ τοὺς τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τελευτησάντων παῖδάς τε καὶ γεννήτορας, ἐπιμελεῖται, καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων πολιτῶν προστέτακται φυλάττειν ἀρχῇ ἥπερ μεγίστη ἐστὶν, ὅπως ἂν οἱ τούτων μὴ ἀδικῶνται πατέρες τε καὶ μητέρες· τοὺς δὲ παῖδας συνεκτρέφει αὐτὴ προθυμουμένη, ὅτι μάλιστ' ἄδηλον αὐτοῖς τὴν ὀρφανίαν γενέσθαι· ἐν πατρὸς σχήματι καταστᾶσα αὐτοῖς αὐτὴ, ἔτι παισὶν οὖσι, καὶ ἐπειδὰν εἰς ἀνδρὸς τέλος ἴωσιν, ἀποπέμπει ἐπὶ τὰ σφέτερ' αὐτῶν, πανοπλίᾳ κοσμήσασα, ἐνδεικνυμένη καὶ ἀναμιμνήσκουσα τὰ τοῦ πατρὸς ἐπιτηδεύματα, ὄργανα τῆς πατρῴας ἀρετῆς διδοῦσα· καὶ ἅμα οἰωνοῦ χάριν ἄρχεσθαι E ἰέναι ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἑστίαν, ἄρξοντα μετ' ἰσχύος ὅπλοις κεκοσμημένον. Varsio interpretis haec est: "Ciuitatis uero prouidentiam ipsi minime ignoratis, quae "statutis legibus, parentes et filios eorum, qui in "bello interiere, tutatur, et ante alios ciues summo "magistratui talium committit curam, ne ulla prorsus iniuria parentes eorum afficiantur. Filios au-"tem educat ipsa, studetque ut illis ignota sit orbi-"tas. Nam ipsa parentis gerit uicem, et dum pueri "sunt, et cum ad maturam aetatem ueoerunt, ad of-B "ficia sua transmittit, omni armatura fulcit et ornat, "patris studia ostendit memoratque, dum paternae "uirtutis tribuit instrumenta. Ac simul auspicii "gratia iubet tunc primum domum paternam in-"gredi filium quasi imperaturum et armis cum ro-"bore fultum.

(*c*) LESBONAX in Protreptico, s. in hortatione ad milites Atticos p. m. 211. in Gruteriana uersione. "Quaenam mors dulcior? aut quorum "post mortem maior gloria est? sepulcro publico "digni esse existimantur, sacra in honorem eorum "peraguntur, ludi item constituuntur, ac pro corpore mortali monumentum immortale relinquunt: "liberi uero eorum, publice enutriuntur. *Lesbonax.*

(*d*) AESCHINES κατὰ Κτησιφῶντος p. m. 75. ex edit. Stephani: τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀλγήσειεν ἄνθρωπος Ἕλλην, καὶ παιδευθεὶς ἐλευθερίως, ἀναμνησθεὶς ἐν τῷ θεάτρῳ ἐκεῖνό γε [εἰ μηδὲν ἕτερον] ὅτι ταύτῃ ποτὲ τῇ ἡμέρᾳ (Διονυσίοις) μελλόντων, ὥσπερ νυνὶ, τῶν τραγῳδῶν γίνεσθαι, [ὅτ' εὐνομεῖτο μᾶλλον ἡ πόλις καὶ βελτίοσι προστάταις ἐχρῆτο,] προελθὼν ὁ κῆρυξ, καὶ παραστησάμενος τοὺς ὀρφανοὺς, ὧν οἱ πατέρες ἦσαν ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότες, νεανίσκους πανοπλίᾳ κεκοσμημένους, ἐκήρυττε τὸ κάλλιστον κήρυγμα D καὶ προτρεπτικώτατον πρὸς ἀρετήν· ὅτι τούσδε τοὺς νεανίσκους, ὧν οἱ πατέρες ἐτελεύτησαν ἐν τῷ πολέμῳ ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, μέχρι μὲν ἥβης ὁ δῆμος ἔτρεφε, νυνὶ δὲ καθοπλίσας τῇδε τῇ πανοπλίᾳ, ἀφίησιν ἀγαθῇ τύχῃ τρέπεσθαι ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν, καὶ καλεῖ εἰς προεδρίαν. Hieronymus. Wolfio interprete haec ita se habent: "Quis enim, "non graecus modo, sed homo liberaliter institu-"tus, non ingemiscat, si nihil aliud, illud saltem in "theatro recordatus, hoc quondam die tragoedis, ut "nunc, in scenam prodituris, quo tempore melius "erat morata ciuitas, et a magistratibus melioribus "gubernabatur respublica, praeconem, simul ac pro-"diisset, productis orbis filiis, quorum patres in bel-"lo occiderant, adolescentulis totius corporis ar-"matura decoratis, pulcerrimum et ad uirtutem ex-"petendam quam maxime proficuum praeconium "pronuntiare solitum; Populum hos adolescentu-"los, quorum patres in bello fortiter pugnantes "occiderant, osque ad pubertatem aluisse, nunc au-"tem hac armatura tectos, auspicato et bonis auibus, "ut ad res suas reuertantur, dimittere, et ad suum "quemque ordinem iusque obtinendae in republi-"ca dignitatis uocare.

(*e*) ARI-

CAP. V. CAP. V.

illi ad uirtutes et artes bene educerentur: sed etiam, ARISTIDES (*e*) uerissimo iudicio, ob hanc caussam leges Graecorum singularem prae aliis omnibus pietatis commendationem accepisse, uideantur. Neque liberis tantum prospexerunt Graeci, uerum ipsis etiam inualidis militibus, ne miserum id genus mortalium, post praeclara in bellis merita, panem ostiatim mendicando dedecus reipublicae adferret aut notam inureret turpissimae in ciues ingratitudinis.

Pisistrati.

Pisistrato tribuit hoc publicae largitatis institutum PLVTARCHVS (*f*): quamuis, HERACLIDE auctore, is legem hanc non tam condidisse, quam a Solone traditam, instaurauisse in memoriamque reuocasse, uideatur (*). Ceterum non sine ullo prorsus discrimine huius beneficii participes facti sunt omnes in militia uulnerati; uerum illi tantum, qui uictum aliunde nesciebant neque facinoris alicuius erant conuicti. Inde negotium LYSIAE (*g*) facessiuit maleuolus obtrectator, qui hoc genere beneficii eum indignum esse, pronunciauit, quod calumniator esset et equitando per urbem uires ostentaret, satis idoneas ad locationes operarum. Quibus ipse mendaciis ut integra oratione, ad quingentorum senatum habita, responderet, sui officii esse credidit, ne contra leges aerarium impensis onerare uideretur.

aut potius Solonis quoque. quinam in his alumnis fuerint ex inualidis militibus?

Quam summam habuerint singulis mensibus haec stipendia, a diuersis proditum est diuersimode. HARPOCRATIONIS (*h*), HESYCHII (*i*), et SVIDAE (*k*) loca cursim damus, qui sibi inuicem haud quaquam constant. Si quid coniecturis adsequor, mihi pro dignitate, meritis et egestate militum: pro temporum etiam atque aerarii publici ratione beneficium hoc quandoque auctum iterumque diminutum esse, uidetur (*l*).

Beneficium hoc quanti constiterit aerario.

Aristides.

(*e*) ARISTIDES tom. I. orat. ed. Canteri p. 331. μόνοι δ' ἁπάντων ἀνθρώπων τρία ταῦτ' ἐνομοθετήσατε· τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως τελευτησάντων, αὐτοὺς μὲν ἐπαίνους ἐπὶ ταῖς ταφαῖς καθ' ἕκαστον ἔτος λέγειν. τοὺς δὲ παῖδας δημοσίᾳ τρέφειν ἄχρις ἥβης, καὶ τοσούτων ἀποπέμπειν ἐπὶ τοὺς πατρῴους οἴκους μετὰ τῆς πανοπλίας· τοὺς δ' ἀδυνάτους τῶν πολιτῶν δημοσίᾳ τρέφειν· interprete *Gul.* CANTERO: „Soli autem ex omnibus haec tria lege sanxistis: ut qui pro patria obiissent, cum ipsi quotannis „publice laudarentur: tum eorum liberi usque ad „pubertatem de publico alerentur, postea domum „paternam quisque cum integra armatura remittendi: debiles item ciues publice nutrirentur.

An origo legis uindicanda sit Pisistrato?

(*f*) *In uita Solonis p.* 36. sub finem, ubi inquit: καὶ νόμους αὐτός, Pisistratus, ἑτέρους ἔγραψεν, ὧν ἐστι καὶ ὁ τοὺς πηρωθέντας ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ τρέφεσθαι κελεύων: *et leges etiam ipse tulit: inter quas et ista erat, ut in bello mutilati publice alerentur.* Sed idem auctor fide HERACLIDIS, adserit, hoc Solonis primum decretum fuisse: quod Pisistratus tantum fuerit imitatus.

(*) Meretur etiam legi PETITVS de *LL. Atticis lib. ult. tit. 3. p.* 54. *qui de lege* illa: MVTILATI IN BELLO, PVBLICE ALVNTOR, plura congessit, huc omnino facientia.

Lysiae de inualidis oratio.

(*g*) *Oratio ordine XXIII.* est, cuius argumentum p. 374. his uerbis recitat: Φησὶ γὰρ ὁ κατήγορος οὐ δικαίως με λαμβάνειν τὸ παρὰ τῆς πόλεως ἀργύριον· καὶ γὰρ τῷ σώματι δύνασθαι, καὶ οὐκ εἶναι τῶν ἀδυνάτων, καὶ τέχνην ἐπίστασθαι τοιαύτην, ὥστε καὶ ἄνευ τοῦ διδομένου τούτου ζῆν. Iodoci uan der Heide interpretis uerba haec sunt: "inquit enim accusator, iniuria me accipere pecu-"niam a republica: quod corpore ualeam et non "sim ex numero inualidorum, et artem calleam e-"iusmodi, ut facile sine eo, quod a republica recipio, "uiuere queam." Quod si cetera in hac oratione perlegantur, illud patebit, non militibus tantum inualidis, sed quibusuis etiam generis aliis, emeritis rempublicam in egestate subuenisse.

Locus Harpocrationis de iisdem.

(*h*) Qui hic est: ΑΔΥΝΑΤΟΙ. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου. οἱ ἐντὸς τριῶν μνῶν κεκτημένοι, τὸ σῶμα πεπηρωμένοι· ἐλάμβανον δὲ οὗτοι, δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς, δύο ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας ἑκάστης, ἢ ὀβολόν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ. ὡς δὲ Φιλόχορός φησιν, ἐννέα δραχμὰς κατὰ μῆνα. Ἔστι δὲ καὶ λόγος τις Λυσίου περὶ τοῦ ἀδυνάτου, ἐν ᾧ ὀβολὸν λαμβάνοντος μέμνηται. Latina sunt BLANCARDI: Inualidi. *Aeschines oratione contra Timarchum. Qui intra minas tres possiderent* (habes egestatem, unum ad beneficium requisitum) *et membris inutili* (alterum uides) *li a senatu* (puta Quingentorum) *adprobati duos obolos in dies singulos; uel obolum accipiebant, ut uult Aristoteles in republica Atheniensium. Vt uero Philochorus dicit, drachmas nouem in mensem. Extat etiam Lysiae oratio de inualidis, in qua unum obolum accipientis meminit.*

Hesychii.

(*i*) E proxime praecedenti Harpocrationis loco haud difficile est ad intelligendum Hesychii uerba mutila esse. ADYNATOI. οἱ ἐντὸς κεκτημένοι τριῶν [μνῶν et pro περὶ lege παρὰ] περὶ Ἀθηναίοις λαμβάνοντες δὲ παρὰ τῆς βουλῆς δύο ὀβολούς.

Suidas.

(*k*) Vulgares codices, quorum etiam ille est, qui ex officina prodiit Frobeniana, sic habent: Ἀδύνατοι οἱ πεπηρωμένοι τὸ σῶμα. ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βουλῆς οἱ μὲν πεντακόσιοι ἑκάστης ἡμέρας, ὀβολοὺς δύο· οἱ δὲ ὀβολόν· Φιλόχορος δέ φησιν, ἐννέα δραχμὰς κατὰ μῆνα. Wolfiana uersio est: "Adynati, id est "corpore mutilati. Athenis, si a senatu quingen-"torum approbati essent, quotidie, ut quidam a-"iunt, binos (uel alii binos, alii singulos) ut alii sin-"gulos obolos ex aerario accipiebant; Philochoro "autore, nouenas drachmas in mensem." Videtur potius legendum esse, ὑπὸ τῆς βουλῆς πεντακοσίων· et tum enumerandos beneficiarios, οἱ μὲν ἑκάστης ἡμέρας ὀβολοὺς δύο, οἱ δὲ ὀβολόν· Non enim e quingentis erant, qui accipiebant in diem duos obolos, ceteri uero unum tantum. Hoc enim neque Aristoteles dicit, neque alii, quos modo laudauimus. Sed iudicium de inualidorum egestate et uulneribus penes quingentorum senatum fuisse, id est, quod singuli fere commemorant. Quod ipse etiam interpres uidetur subolfecisse.

Diuersorum locorum conciliatio.

(*l*) Qua in re mecum consentientem habeo *Samuelem* PETITVM *in commentario legum Atticarum lib VIII. tit. 3. p.* 559. Vtrum uero his uerbis concipienda fuerit Attica haec lex: τοὺς πηρωθέντας ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ τρέφεσθαι; *mutilati in bello publice aluntur:* an uero aliorum quoque ciuium suorum egestati in similibus casibus succurrendum esse censuerint populi Attici, quae mea sententia est, illud arbitrio iudicioque lectoris relinquo. Ceterum pleraque loca, ab hoc auctore emendata, *Iohannem* etiam MEVRSIVM correxisse reperio, sanioribus uerbis restitutis *lib. VI. Attic. lect. c.* 9. *p. m.* 321. Nam in *uita Pisistrati*, quam idem scripsit, nihil in hoc argumento est, quod expectes.

(*a*) Lib.

CAPVT VI.

DE VALETVDINARIIS ROMANORVM.

CAP. VI. Apud Romanos in occidente. — *CAP. VI.*

A Graecis ad ROMANOS, qui illis uti in imperio; ita in rebus quoque bene gerendis, successerunt, deuenimus. Non uero unum tantum et alterum, sed plurima beneficia in rebus Romanis adnotata reperio: quae in milites inualidos atque emeritos large liberaliterque contulerunt. Vniuersim TACITVS (*a*) ad ueterum instituta prouocat, qui magna post praelia saucios largitione et cura sustentauissent. Quod sigillatim LIVIVS (*b*) exemplo probat Fabiorum, qui hoc largitatis genere plebi se admodum commendauissent. Numerat quoque Aelius SPARTIANVS (*c*) inter Adriani Caesaris laudes, quod aegros ipse milites inuiserit. Quid? quod alius eiusdem scriptoris locus (*d*), qui CASAVBONVM (*e*); TVRNEBVM (*f*); GRVTERVM (*g*); SALMASIVM (*h*) non parum solicitos habuit, mihi ad explicandum facillimus uideatur, si persuasum nobis sit, Caesarem Adrianum causarios milites (*i*), id est ualetudinis causa dimissos, uario liberalitatis genere in Gallia subleuauisse. Quae explicatio uerbis LIVII (*k*); PLINII (*l*); SENECAE (*m*) ueterum ICTORVM in pandectis aeque (*n*) ac CODICE, inpri-

---

Tacitus de cura uulneratorum.

(*a*) *Lib. IV. annal. cap.* 64. postquam casum descripsisset, quo quinquagiota hominum millia in urbe debilitata uel obtrita fuerint, demum inquit: „sub recentem cladem patuere procerum domus, „fomenta et medici passim praebiti: fuitque urbs „per illos dies, quanquam maesta facie, ueterum „institutis similis, NB. qui magna post praelia sau„cios largitione et cura sustentabant.

itemque Liuius.

(*b*) *Lib. II. cap. 47. p. m.* 173. de consule Romano inquit, qui triumphum egerat: „neque immemor eius, quod initio consulatus imbiberat, re„conciliandi animos plebis, saucios milites cu„randos diuidit patribus. Fabiis plurimi dari: „nec alibi maiore cura habiti: Inde populares „him esse Fabii: nec hoc ulla, nisi salubri reipubli„cae arte.

Aelii Spartiani.

(*c*) Io uita Adriani Caesaris cap. X. p. m. 90. *nunquam passus est, aliquem iniusto a castris abesse, quum tribunos non fauor militum; sed iustitia commendaret, exemplo etiam uirtutis suae ceteros adhortatus, quum aegros milites in hospitiis suis uiseret, locum castris caperet.* Forte non incongruus huic loco alius est *c.* 9. *p.* 78. in quo de eodem imperatore inquit: *aegrotos bis ac ter die*, de sauciis atque inualidis militibus id facile ad credendum est, *uisitauit, solatiis* (cibo, potu, nummis) *refouit, consulto subleuauit: conuiuiis adhibuit.*

Alius locus satis uexatus de liberalitate in causarios.

(*d*) Verba loca multis difficultatibus impediti, *cap.* 10. *p.* 79. haec sunt: *post haec profectus in Gallias, omnes CAVSARIOS*, milites scilicet, *liberalitatibus subleuauit.*

Explicationes Casauboni.

(*e*) In notis ad Spartianum p. m. 48 ait: *Regiis* casuarios *liberalitatibus subleuauit: Robertus Bon. omnes libertatibus subleuauit, alii omnes causarios. Quarum omnium lectionum nulla est, quam uulgatae merito anteponamus. Causaria liberalitas ita dicta ut missio causaria. Nam uocabulum causa etsi natura sua μέσον, in deteriorem tamen partem accipiebatur: quod in aliis dictionibus multis accidit, ut τύχη, συμφορὰ casus ualetudo, aliis. Inde est causa pro morbo apud Marcellum empiricum. In causa esse, pro νοσεῖν eidem c. 7 oculorum causarius c. 8. ὁ νοσῶν τὼ ὀφθαλμώ. Causaria ergo liberalitas, cui aliquis casus aut calamitas causa fuit. In membranis, quibus olim in Italia praestantissimus Pateanus est usus, scriptum*, censuariis liberalitatibus. *Quae fortasse uera lectio.* Vt adeo fluctuare animum interpretis uideamus.

Turnebi.

(*f*) Aduersarior. *lib. XXIX. c.* 12. *p. m.* 190. edit. Parisinae, ubi inquit: „Omnes causariis liberali„tatibus subleuauit. Hic multi causario legunt. „Quod non modo, me non repugnante, sed etiam „uehementer adprobante, faciunt. Sed cum in il„lis, qui causarii erant, aut damnum acceperant, „aliquid liberalitatis conferri soleret, quid uetat, „illud subsidium et leuamentum, causariam libe„ralitatem uocari? Vt si causetur, se oppressam ci„uitatem oneribus uectigalium et tributorum: aut „ab hostibus uastatos agros: aut si quis causetur „apud imperatorem se damna fecisse, corpus *uul„neribus*, bello acceptis, debilitatum *et mutilum* „habere.

Gruteri.

(*g*) *Palatinus quoque* casuariis. *Ideo scilicet, quod uiant notam haberent unius uocis alterius.*

Salmasii.

(*h*) *Dicam, quod mihi uerum esse, uidetur. Legendum puto:* omnes causarios liberalitatibus subleuauit. *Causarius homo: causarius locus apud medicos, qui in causa est, ut morbo sanetur uel dolore.*

Coniecturae meae.

(*i*) Ita mihi, aliorum rationibus locisque expensis, omnino uidetur. Quamuis enim causarii uerbo uniuersim ueniant morbo aut uulnere afflicti mortales: sunt tamen plura, quae mihi persuadent, ad inualidorum militum curam eum Caesaris elogium, tum uerba scriptoris unice respexisse. Primum enim omnes Galliae incolas ualetudinarios liberalitate subleuare, neque causas habuit Adrianus: neque forte, si habuisset, eius diuitiae ad tantae humanitatis officia unquam suffecissent. Deinde in huius imperatoris laude illud inprimis ponitur, quod militiam sibi commendatissimam habuerit. Vt taceam, ex illis, quae sequuntur, satis clarum esse, in argumento largitionis militaris biographum uersatum fuisse. Quapropter id existimo laudari in imperatore post eius in Galliam aduentum: quod *inualidos* ibi *milites*, absque stipendio in egestate agentes, donis et largitionibus refouerit et subleuauerit, et imperatore et commemoratione scriptoris dignissima uirtute.

Parallela loca Liuii.

(*k*) LIVII locus planus est *lib. VI. c. 6. p.* 471. ubi inquit: *tertius exercitus ex causariis senioribusque* (ualetudine aut senecta emeritis militibus) *a L. Quintio scribatur, qui urbi moenibusque praesidio sit.* Sero tamen aeuo *Angelus* POLITIANVS *Miscell. Centur. I. c. 92. p.* 141. scripsit: *Causarii, qui sint, non temere, qui tibi explicet, inuenias, sed ratiocinari possumus, causarios proprie dici milites, ualetudinis causa missos.*

Plinii.

(*l*) PLINIVS *lib. XXV. Hist. Natur. c. 5. p.* 666. qui uniuersim hac uoce utitur. *Tumidis, aut si exulceratis sint praecordia, uel tumeant minimeque sanguinem excreantibus, CAVSARIIS uel latere uel faucibus.*

Senecae.

(*m*) Eodem fere modo SENECA *epist. 68. p.* 91. *n.* 7. *Sic in animo nostro sunt, quasi causariae* (morbosae) *partes, quibus adhibenda curatio est.*

Pandectae iuris.

(*n*) VLPIANVS *libro VI. ad edictum* nam huius uer-

CAP. VI. primis THEODOSIANO (o) ualde congruunt: unde constat, inualidos praecipue milites uenisse nomine CAVSARIORVM. Neque beneficia, uulneratis militibus collata, alicui peregrina hic esse possunt, cum in utroque etiam CODICE iuris pragmaticae sanctiones extent: quae hanc curam reipublicae admodum commendare uidentur. Priuilegia enim ueteranorum CAVSARIIS quoque irrogata uoluit ANTONINVS (p). ARCADIVS et HONORIVS AA (q) non omnes, qui militiam, testimonialibus acceptis, deseruissent, ueteranorum beneficiis dignos habent, quod plurimi eorum propter effoeminatos mores discedant: uerum pari omnino iure cum ueteranis illos frui iubent, quos GLORIOSORVM VVLNERVM CICATRICES causaria missio ab hac suspicione liberet contueaturque. Praeterea sigillatim Caesares inualidis quoque militibus indulgent IMMVNITATEM a CENSV (r); EXCVSATIONEM a MVNERIBVS publicis (s); AGROS; item SEMINA; BOVES, unde cultum et uictum caperent (t); quae omnia cum de ueteranis aeque ac inualidis militibus tradita sint: nullus dubito, NVMMARIAS etiam LARGITIONES causariis non minus atque emeritis et ueteranis obuenisse. Ad illos enim pari omnino iure mihi pertinere uidentur, quae DIO CASSIVS (u); SVETONIVS (x); TACITVS (y); SALLVSTIVS (z); inque iure nostro MODE-

---

uerbi plene curateque definit. Quod habetur *l. 2. ff. de his qui not. infam. § 2. Est et honesta missio, quae emeritis stipendiis indulgetur: causaria, quae propter ualetudinem laboribus militiae soluit*: ignominiosa, *propter delictum.* Idem fere MACER *l. 13. §. 3. ff. de re milit.* quae uerba exscripta sunt superius *Cap. III. lit. f. p. 256.* Vtrum uero *l. eadem 13. §. 2. illud constat ff. de re milit.* causaria missus, an uero missus causariA legendum sit, non definio. Illud STEPHANVS habet; hoc editio uulgata. Singulare etiam est, quod ANTONINVS constituit *l. 1. C. de excusationibus ueteranorum*, hoc modo. *qui causaria missione sacramento post uiginti annorum stipendia soluuntur et integram famam retinent, ad publica priuilegia ueteranis concessa pertinent.*

idemque Codex.

(o) Plurima huius generis testimonia supersunt in *Codice THEODOSIANO.* Causariae enim missiones ibi celebrantur, ob gloriosorum *uulnerum cicatrices*; corporis aegritudinem debilitatemque *l. 4. et 12. de ueteranis l. 5. de re militari et l. 9. de desertoribus.*

Inprimis Theodosianus.

(p) *in l. 1. C. de excusationibus ueteranorum* his uerbis: *qui causaria missione sacramento soluuntur et integram famam retinent, ad publica priuilegia ueteranis concessa pertinent.*

Causariis *eadem priuilegia atque* ueteranis *testibus Antonino. Honorio.*

(q) Constitutio ipsa habetur *l. 12. Cod. Theod. de ueteranis.* Summa uerborum haec est: „Plerique „testimonialibus, fraude quaesitis fiunt ueterani, „qui milites non fuerint: nonnulli inter exordia „militiae in ipso aetatis flore discedunt. Si quis „igitur uel prima stipendia uel nondum ut oportebat impleta, missionis colore deseruit, nihil impetrata ualeant. Nisi forte quempiam aut defessae aetatis aut corporis aegritudo aut gloriosorum „uulnerum cicatrices causaria uel honesta missione „defendant. Ne otii et socordiae amore se quis excuset." Idem imperator *l. 3. titulo eod.* statuit: *quae omnia*, illa respicit, quae contra temerarias ac emendicatas missiones disputauerat, *officere illis non patimur, quos emeritos felicibus castris, uel honesta interdum aduersae ualetudinis missio, uel VVLNERVM LAVDABILIS excusatio, uel emensum sub signis tempus absoluit.*

(r) *L. 4. C. Theod. de ueteranis.* Cuius uerba, quae huc pertinent, haec sunt: „ueteranis quoque „eadem excusationis solatia habituris qui tempore „meruerint missionem, uel debilitatis causa dimissi fuerunt, uel se ob belli uulnera dimissos probauerint.

Sigillatim immunitas a censu.

(s) Facile hoc ac credendum est, ideoque supersedere licet prolixa eius priuilegii indagatione. Euoluantur in Theodosiano *C. l. 5. de re militari et l. 9. de ueteranis.*

a munere publico.

(t) VALENTINIANI et VALENTIS AA. hae constitutiones sunt *l. 8. C. Theod. de ueteranis.*

Agri fructuum, boum largitiones.

A Iuuabit forte integra uerba exscripsisse. „Omnibus, *inquiunt*, ueteranis, quam uolunt *patriam* „damus et *immunitatem* perpetuam pollicemur. „Habeant, ubi elegerint *agros* et sibi eorundem „*fructus* cessuros esse cognoscant. Nullum ex his „agris *stipendium*, nullam annuam praestationem „postulauimus. Amplius addentes, ut etiam ad „culturam eorundem *agrorum animalia* et *semina* „praebeamus. Ita ut is, qui ex protectore dimissus erit, *duo boum* paria, et *centum* modios utriusque *frugis* consequatur. Alii uero, qui honestas „missiones siue CAVSARIAS consequuntur, singula B paria boum et quinquaginta modios utriusque frugis accipiant. Super quibus *praebendis* „ad competentes iudices scripta congrua destinata „sunt. Si quos etiam *seruulos* familiasue ad agrum „duxerint, immunes perpetuo possideant." Vnde iterum patet, eadem causariis priuilegia fuisse, quae ueteranis; nisi forte speciatim aliquid a republica aut imperatore sigillatim constitutum esse, reperiamus. Plura loca, quae huc faciunt, congessit dn. *Praeses de formula Marchiae* Tom. I. opusc. IV. cap. II. §. 2. lit. g p. 214

(u) Clarissimus locus est, quem habet in uita C AVGVSTI *lib. LV. p. m. 563.* uerbis, quae sequuntur: Χαλεπῶς δὲ δὴ τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὴν τῶν ἄθλων σμικρότητα διὰ τοὺς πολέμους τοὺς τότε ἐνεστηκότας ἐχόντων, καὶ μηδενὸς ἔξω τοῦ τεταγμένου τῆς στρατείας σφίσι χρόνου ὅπλα λαβεῖν ἐθέλοντος, ἐψηφίσθη, τοῖς μὲν ἐκ τοῦ δορυφορικοῦ πεντακισχιλίας δραχμάς, ἐπειδὰν ἑκκαίδεκα ἔτη, τοῖς δὲ ἑτέροις, τρισχιλίας, ἐπειδὰν εἴκοσι στρατεύσωνται, δίδοσθαι. LEVNCLAVII uersio haec est: „quum milites praemiorum exiguitatem ob „impendentia praesertim bella aegre ferrent, ac „nemo extra tempus militiae constitutum arma „sumere uellet, decretum est, ut cohortibus prae-D „toriis, postquam annos sedecim meruissent, uiritim uicena millia nummum, reliquis exactis „militiae 20. annis duodena darentur.

Nummi, testibus Dione.

(x) Vexatissimus locus est in uita I. *Caesaris* cap. 38. p. 17. *ueteranis legionibus praedae nomine in pedites singulos super bina sestertia, quae initio ciuilis tumultus numerauerat, in equites uicena quaterna millia nummum dedit. Assignauit et agros, sed non continuos, ne quis possessorum expelleretur.*

Suetonio.

(y) *Lib. I. annal.* cap. 17. p. 23. *Si quis tot casus militiae uita superauerit, trahi adhuc diuersas in terras, ubi per nomen agrorum, uligines paludum uel* E *inculta montium accipiant.*

Tacito.

(z) Similis priori locus est: *egregia scilicet mercede cum relegati in paludes ac syluas, contumeliam atque inuidiam suam, praemia penes alios intelligent,* Addit LIPSIVS *in libr. I. Taciti c. 17. p. 38. Illudit enim atque imminuit Sullanas agrorum diuisiones, quod pleraque palustria adsignata militibus aut inculta.*

Sallustio.

CAP. VI. STINVS (*aa*) aliique plures, rei inprimis agrariae ſcriptores Siculus FLACCVS (*bb*) et HVGINVS (*cc*) de praemiis atque emerito militum commemorarunt. Cum quod aequitas id ſummopere commendet (*dd*): tum, quod MACER (*ee*) claris uerbis id affirmare uideatur. Equidem ſcio, LIPSIVM (*ff*), uirum in hoc ſtudii genere ſummum, contra ſacere. Verum loca, quibus ille ad ita ſentiendum utitur (*gg*), de illis tantum militibus intelligo, qui infirmi corporis imbecillitate et mollitie miſſionem impetrarunt, ad ferenda belli incommoda ſtatim parum idonei (*hh*): non de illis, quorum robur, uires, latera et lacertos, frigus, aeſtus, imber, fames, ſitis, tela, enſes inter aſſiduos militiae labores, clades et praelia diſperdiderunt, ut mutili, claudi, ſaucii, inualidi ad patrios lares reuerterentur. Quibus tantum abeſt, ut rerum cum fortitudine geſtarum praemia uulnera fuerint morbique: ut potius ſatis euictum ſit (**), Romanos hoc genus cauſariorum nullo non CAP. VI.

---

caltu. Si enim recte memini, conſtitutiones aliorum legi, ne miliribus ueteranis alii quam culti et frugiferi agri diſtribuerentur.

Modeſtino. (*aa*) l. 3. §. 8. ff. de re milit. *qui militiae tempus in deſertione impleuit, emerito priuatur. & §. 12. ut ueteranus reſtituetur et emeritum accipiet.* L. etiam 5. §. 7 *ff. eod. ueteranus erit reſtituendus et praemium et emeritum capiet.*

Flacco. (*bb*) In libro de *conditionibus agrorum* parte illa, in qua agit de *quaeſtoriis agris* p. 15. antiqui *Romanorum agrum ex hoſte captum uictori populo per bina iugera partiti ſunt, centenis hominibus ducenta iugera dederunt.* Idem p. 16. *captus ager ex hoſte uictori militi ueteranoque*, quis uulneratos in praeliosue hic excluderet, *eſt aſſignatus.* Sed ne quis exiſtimet, ſterilia nomina haec fuiſſe p. 17. addit: *Militi ueteranoque*, ueterani enim in caſtris manſerant, a militibus in eo diſtincti, quod onera excubiarum aliaque non cum illis communia habuere, *cultura*, id eſt terra iam exculta, *aſſignatur. Si quid enim amari et incerti ſoli eſt, id aſſignatione non datur.* Praeterea p. 21. *paſſique agris ſunt ueteranusque auctor eo deductus eſt.*

Hygino. (*cc*) In libro de *limitib. conſtituendis* p. 205. *agri ex hoſte capti ſunt, ut aſſignarentur militibus, quorum uirtute capti erant.* Deinde p. 208. ueteranorum quoque mentionem fecit: „Et ſunt quoque „quaedam Diui Auguſti edicta, quibus ſignificat, „quoties ex alienis territoriis agros ſumpſiſſet et „aſſignaſſet ueteranis, nihil aliud ad coloniae iu„risdictionem pertinere, quam quod ueteranis da„tum aſſignatumque ſit.

Aequitas rei. (*dd*) Non credo dubitatum iri de ſumma rei aequitate, qua cauſarii, id eſt uulneribus adflicti et mutilatione deperditi milites iisdem praemiis eodemque emerito gauiſi ſunt cum emeritis et ueteranis. Ex tribus enim officiis, quodnam dignius quaeſo eſt? Per *uiginti* et quod excedit, annos in caſtris incolumem agere; quinquagenario maiorem in exercitu conſpici: an uero primo ſtatim uel altero anno ex praelio ſaucium aut claudum reuerti, ad omnium operarum locationes prorſus inhabilem atque ineptum. Et quae maior eſſe poteſt, atque magis perniecioſa militum contagio, quam uitae parcere, uulnera metuere, extimeſcere et horrere ſanguinem.

Macro l. 13. ff. de re milit. (*ee*) Clariſſima eſt *l. 13. ff. de re militari.* Verba quae huc facere uidentur, haec ſunt; *Quod PRAEMII loco ueteranis conceſſum eſſe intelligitur et ideo et ad eum, qui CAVSARIA miſſus eſt* [in quo numero inualidi tantum milites ſup. lit. e. ſqq.) *poteſt pertinere, cum huic quoque PRAEMIVM praeſtatur.* Conferri cum his poſſunt ea, quae ſuperius ſcripſimus *Cap. III. lit. o.*

Lipſii noſtrae aduerſa opinio. (*ff*) Prodit ſententiam ſuam *ad lib. I. Annal. TACITI p. 37. Praemia, enim, de quibus dicam, mortuis non debebantur, ſicuti nec eum cauſa miſſis*, inualidis ſcilicet, *ante ſtipendia completa.* Niſi ſcilicet *uiginti* annos aut plures, illud conſtitutum militiae tempus meruiſſent.

Suetonius ex- (*gg*) Duo loca adfert pro ſententiae, quam fouet, firmamento. SVETONII unus habetur c. 48. in Tiberio, de quo ait: *atque etiam miſſiones ueteranorum rariſſimas fecit ex ſenio mortem, ex morte compendium captans.* Vt ſcilicet onus ſubterfugeret Caeſar conſueta eis praemia et emeritum praſtandi. Alter cap. 43. in Caligula: *in exercitu recenſendo pleriſque centurionum maturius et nonnullis ante pauciſſimos, quam conſummaturi eſſent dies, primos pilos ademit, cauſatus ſenium cuiusque et imbecillitatem.* Id uult, cauſaria milites exauctoraſſe ante tempus emeritum, praemio emeritoque priuaret. Vnde facile ad concludendum, cauſarios neque praemia accepiſſe neque emeritum. *plicatus.*

Cauſariam miſſionem factam eſſe non citra commoda emeritorum. (*hh*) Plura, ut ita ſentiam, mihi ſuadere uidentur. De contrariis ſcriptorum teſtimoniis atque ipſius rei iniquitate actum eſt in locis praecedentibus. Sed apud ipſum quoque SVETONIVM *cap. XXIV. in Auguſto* aliquid extare puto, unde nouum firmamentum ſpero meae opinioni. Ita ibi de Octauio: *Decimam legionem contumacius parentem, cum ignominia totam dimiſit. Item alias, immodeſte MISSIONEM poſtulantes, citra commoda emeritorum praemiorumque exauctorauit.* Tria miſſionum genera ſuperius explicauimus *cap. III. p. 256. lit. f.* De *ignominioſa* hic ſermo eſſe, non poteſt, quia cum ignominia miſſis nulla praemia fuerunt: de ſola *legitima* non eſt, ut locum intelligamus, cum tempus militiae, legibus definitum uix in controuerſiam aut dubitationem cadere, potuerit: ſupereſt itaque *cauſaria.* Inualetudo enim cognitionem uoluit imperatoris, utrum tanta haec eſſet, quae miſſionem mereretur. Officio tribuni hic deſcripſit *Rath. Herm. SCHELIVS ad Hygin. p. 1049.* Quod ſi quem tradurit huius iudicio ſtare: cauſae noſtro eſſe uidebantur, emeriti praemiorumque commodis priuare importunos actores. Atque ſic ſcholae arguerent a priuatione ad habitum.

Quod amplius demonſtratur exemplis et legibus, (**) Quae ſuperius p. 264. de beneficiis Romanorum diximus, in *cauſarios* milites collatis; illa ampliuribus etiam nunc locis confirmari queunt. Pertinere huc uidetur principio liberalitas *Alexandri Seueri*, de quo LAMPRIDIVS *c. 47. p. 999. Aegrotantes ipſe uiſitauit per tentoria milites etiam ultimos et carpentis uexit et omnibus neceſſariis adiuuit. Et ſi forte grauius laboraſſent, per ciuitates et agros patribus familias honeſtioribus et ſanctioribus matronis diſtribuebat, reddens impendia, quae feciſſent, ſiue conualuiſſent illi, ſeu periſſent.* Eadem deinde uirtus TRAIANI, XIPHILINO *Traiani,* deſcripta apud *Dionem lib. LXVIII. p. 775.* his uerbis: Συμβαλὼν δὲ αὐτοῖς ὁ Τραιανὸς πολλοὺς μὲν τῶν οἰκείων τραυματίας ἐπεῖδε, πολλοὺς δὲ τῶν πολεμίων ἀπέκτεινε· Ὅτε γὰρ ἐπιλιπόντων τῶν ἐπιδέσμων, οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐσθῆτος λέγεται φείσασθαι, ἀλλ' ἐς τὰ λαμπρά διὰ παντὸς καταδεσμῶν· τοῖς δὲ τελευτήσασι τῶν στρατιωτῶν ἐν τῇ μάχῃ βωμόν τε ποιῆσαι καὶ κατ' ἔτος ἐναγίζειν κελεῦσαι. Latine LEVNCLAVIVS reddit: „Traianus nihilominus „conflixit. Quo in praelio quanquam magna cae„des hoſtium facta eſt, tamen multos ex ſuis ſaucios uidit.

CAP. VI. non emerito praemioque dignissimum habuisse (*ii*). Ceterum id tamen nullibi proditum reperio, quod PETRVS AB ANDLO (*kk*) habet: Romanos in gratiam militum inualidorum amplissima quoque ualetudinaria instituisse, quale Romae fuerit taberna meritoria (*ll*). Quam fabulam forte ex eodem descripsit HOFMANNVS (*mm*). Neque maioris momenti esse uidetur, quod Italicus scriptor, 10-

---

„uidit. Quumque deficerent ea, quibus uulnera militum obligarentur, fertur ne uesti quidem „suae pepercisse, sed etiam discidisse, [ad obligan„da uulnera militum] caesisque in praelio statuisse „aram et quotannis parentari iussisse.“ Post huc pertinere illa etiam LVCANI existimo lib. I. Pharsalie uers. 265.

--- mihi si merces erepta laborum est,
His saltem longi non me duce praemia belli
Reddantur? Miles sub quolibet iste triumphet?
Conferet exanguis quo se post bella senectus?
Quae sedes erit emeritis? quae rura dabuntur?
Quae noster ueteranus aret? quae moenia FESSIS?

Idem enim uerbum Plinius in panegyrico Traiani adhibet: *Quid? quum solutum solatium FESSIS aegris opem adferres. Non tibi moris, tua inire tentoria nisi commilitonum ante lustrasses, nec requiem corpori, nisi post omnes dare.* Praeterea, cuius principiu mentionem facere debuissem, *Tiberii* exemplum nobis ante oculos hac in re ponit VELLEIVS PATERCVLVS *lib. II. hist. cap.* 114. „o rem dictu „non eminentem, sed solida uirtute atque utilitate „maximam. Per omne belli Germanici Pannonici„que tempus nemo e nobis imbecillus fuit, cuius „salus ac ualetudo non ita sustentaretur Caesaris „cura, tanquam distractissimus ille tantorum one„rum mole huic uni negotio uacaret animus. Erat „desiderantibus paratum iunctum uehiculum: le„ctica eius publicata, cuius beneficium cum alii tum „ego sensi. Iam Medici, iam apparatus cibi, iam „in hoc solum importatum instrumentum balnei, „nullius non succurrit ualetudini.“ Non minus memorabile est, quod de *Metello* scribit SALLVSTIVS in bello Iugurthino cap. 52. p. 277. *Metellus in iisdem castris quatriduo moratus, saucios cum cura reficit; meritos in praeliis more militiae donat, uniuersos in concione laudat atque agit gratias. Hortatur ad cetera.* Quid? quod ualetudinarium in castris habuisse Romanos hoc fine exponat HYGINVS *Gromaticus* mox ab initio lucubratiunculae de castrametatione: „Quoties quinque aut sex le„giones acceptae fuerint, duae cohortes primae la„teribus praetorii tendere debebunt; duae in prae„tentura, supra quas VALETVDINARIVM, dein„de uexillarium. Et si strictior fuerit pedatura, co„horti legionariae dari debet, sed numero suo, ut se„ptuaginta pedes VALETVDINARIVM et reli„qua, quae supra tendunt, accipiant, hoc est ueteri„narium et fabrica, quae ideo longius posita est, ut „VALETVDINARIVM quietum esse conuale„scentibus possit.“ Praetereo loca eius generis alia.

Tiberii.

Metelli.

Locus ualetudinarii

(*ii*) De argumentis hactenus: de re ipsa summatim nunc addendum, idque sine interpellatione scriptorum. Principio ciues Romani suis sumtibus castra sequebantur non reipublicae. Stipendia per tria secula et amplius nesciebant. Qui ergo casum in bello fecerat, cum quisque priuatim tulit. Omnis tum spes in uictoria et praeda. Ad utrumque fortunae remedium milites magnopere anhelarunt. Praeda plerumque occupanti cessit: agrorum ex hoste deuicto non modica pars inter milites distributa. Portio cuique adsignata pro muneris ratione officiique. Factum itaque, ut militia quandoque opes pareret: iterumque adferret egestatem. Itum fuerat in bellum a XVII. ad L. usque annum aetatis. Tempus, quo merere tenebantur, diuersum fuit. Vicesimum annum raro exiuit. Vsus deinde docuit et facies reipublicae, ut pristini mores migrarentur. Stipendia itaque solui coeperunt quarto seculo post conditam urbem. Durum nihilominus uel sic fuerat, operas militiae locare et omnem mercedem aestimare a stipendio. Vita, ualetudo, sanguis, libertas maioris esse uidebantur, quam ut pro uili et modico obsoniu belli periculis exponerentur. Inde consilia de militibus in officio continendis. Ad alia atque alia diuerso tempore deuentum est. Proposita strenuis militibus honoris symbola; dignitates; largitiones nummariae, alia. Duo etiam missionum genera legitima et causaria admodum probabantur. Sed parum tamen erat, senecta et ualetudine confectis militibus otium dare et quietem, in tanta rerum angustia, quae illos plerumque urserunt. Subleuandae egestatis ergo, agri adsignati: distributi fructus: boues: serui: munerum factae largitiones. His commodis stetit floruitque militia Romanorum. Legat, qui uelit, post illos rei militaris scriptores, quos GRAEVIVS *tomo X. antiquitatum Romanarum* integros exhibet, LIPSIVM quoque; VALTRINVM; LAZIVM; BOXHORNIVM; PVTEANVM; SIGONIVM; PANVINIVM aliosque, qui ex instituto militaria tractarunt. Agnoscet forte postea, uno hic intuitu conspici, quae ab aliis uel neglecta uel confuse et permixte dispersa sunt.

Summatim de commodis militum facta missione.

(*kk*) Verba eius plena et manifesta sunt *lib. II.* de imperio Romano *c.* 13. *p. m.* 98. “Altera fuit “causaria, quae ante finitum tempus ex causa ratio“nabili uel ob necessitatem aut infirmitatem uel ae“tatem fiebat. Aetas autem sexaginta annorum “fuit iusta causa remissionis, quod post illud tempus “dicuntur minui uires nec amplius sufficere possunt “ad bellandum. Pauperes (*milites*) remissi, qui am“plius belligerare non poterant, Romae in taber“nam meritoriam recipiebantur, ubi milites ob me“ritum uitae stipendium aere publico recipiebant “In qua et tempore natalis Christi fons olei largissi“mo riuo per totum diem manare coepit in loco, “ubi nunc templum S. Mariae trans Tiberim si“tum est.

Andloi opinio de taberna meritoria apud Romanos

(*ll*) Fateor mediu multumque, sed frustra solicitum fuisse, ut hunc Andloi locum, condigno antiqui scriptoris testimonio corroborarem. FREHERVS insignis commentator eius non explicauit eum; sed his tantum uerbis auxit: *ima plerumque in agris assignatis bene meriti aetatem exigebant.* Forte etiam ipsi aqua haesit. Neque uero meam hic industriam satis habui: quin post *du. praesidem* illud etiam literati orbis oraculum consulerem, CELLARIVM nostrum uolo, qui ad quaesita his uerbis mihi rescripsit: *Nihil inueni, nisi quod Alexander DONATVS in Roma sua lib. III. c.* 21. *quidem tabernam meritoriam in transtiberina habet, sed alii usui destinatum, ut classiarii Rauennates, quando Romam spectacularum causa uenirent, ibi locarentur. De infirmis prorsus silet: nec suae opinionis illum auctorem allegat.*

destituitur auctoritate ueterum.

(*mm*) *Taberna*, inquit, *meritoria Romae apud aedem S. Mariae trans Tiberim ubi milites emeriti et infirmi habitabant. Hic horti et turris ex qua Nero incendium uerbis spectauit.* Viri eruditi industriam fidemque in dubium temere non uoco. Cum uero suos alic auctores laudet alias: suspectam causam habeo, quare eos hic omittat. Itaque coniector, non classico haec eum debere, sed uulgari ac proletario scriptori; quem indignum censuerit commemoratione. Ceterum, quae tabernae apud Latinos uera significatio, quamque diuersa fuerit, nemo

Neque hic sufficit fides Hofmanni.

CAP. VI. IOHANNES BOTERVS (nn) de publica constitutione Scipionis memorat, qua militibus inualidis annuatim tantum agri donatum sit, quantum quisque biduo araret. Veniam mihi polliceor a manibus horum scriptorum, si falsi eos arguo, forte etiam cum iniuria (oo). Merito enim id facere licuerit, cum mei causa, ut aliquem frustrationis habeam fructum: tum aliorum, ne et illi inuestigando operam suam deinceps inutiliter perdant. CAP. VI.

---

nemo eruditius pleniusue contra Vallam docuit quam Ioann. BRECHAEVS, Gallus, libro de uerborum significatione l. 183. p. m. 354. Quem fere secutus est Ioh. GOEDAEVS in prolixo commentario de uerb. et rer. significat. Ceterum noli credere a Ictis Romanis hic aliquid praesidii expectandum: meritorias enim tabernas illi pro mercatoriis accipiunt. Inde argentaria; casearia; ferraria; cauponaria; uinaria et quae sunt generis eiusdem, doctoribus ad l. 183 et 184. ff. de V. S. prolixe disputata.

Scipionis statutum de cura militum inualidorum.

(nn) *De Politia illustrium lib. IX. c. 11. p. 657. Notum erat*, inquit, *Romanis* ut benefacerent inualidis militibus. *Praeterquam enim quod militibus, de republica bene meritis stipendia numerabant, agros quoque quibus sustentarentur, dederunt. Vnicum inter multa exemplum adduco. Scipio maior publico statuto constituit, ut singulis militibus, qui bello amplius minus essent idonei pro militari officio annuatim tantum agri, quantum quisque biduo araret, donaretur.*

Pessimi Gallorum et Italorum mores, de rebus uetustis scribere, absque auctoritate ueterum.

(oo) Sibi enim tribuant, cur in re, aot nullis aut paucissimis prodita, testem non produxerint auctoremque suum. Iuris quaedam praesumtio est pro maiori parte: quae nonnisi ueritati cedit, idoneo scriptorum testimonio corroboratae. Fateor inter nimium et parum in allegationibus plurimum peccari. Philosophi testes laudant: laudant etiam historici. Illis utilitas hoc saepe commendat, ne, opinione nouitatis, abhorreant mortales a ueritate: his autem quaedam necessitas idem imponit, ne, ut Icti sine lege, illi absque idoneo teste loquantur. Equidem nolim hoc in rebus, ubique obuiis postulare. Sicut enim uulgi sermone dicitur, *iura nouit curia*: ita rerum gnaro multitudo testium, ut res superflua, taedium adferret ac stomachum mouebit. Verum quoties aliquid contra communem et plerisque tritam uiam statuitur: toties perfricta fronte eousque negauerim, donec auctoritate ingenui monumenti alia fuerim edoctus. Bone Deus! dum haec scribo, Italorum et Gallorum memini, qui non condunt historiam, sed, poetarum more, ex ingenio pleraque eius effingunt. Quae somnia quaeso *Varillasii*, parco nominibus aliorum, quorum suaues narratiunculae Aesopi et Amadisii fabulis similiores sunt, quam, ut nomen mereri debeat historiorum. Alia ratio scriptorum sui temporis; a quibus tantum ueritati periculum non est. Quis enim omnem adeo pudorem exuerit, ut in medium proferre non erubesceret, quod sensibus ac animis mortalium falsum intelligeretur. Singulare quidem est, quod de *Hungaris* cognomento uulgari *rebellibus* commemoratur; eos huius anni uictorias, in Hispaniis ac Belgio aduersus Gallos reportatas, etiamnunc in dubium uocare, quasi nugas hasce uenderent Caesarei et anilibus iam terriculamentis, quod hactenus ui non potuerint, confundere in ordinemque redigere tentarent uindices atque instauratores Hungaricae libertatis: uerum neque hac artes perpetuae sunt, ut uel aetatem in literis ferre uel impudicam scriptoris imprudentiam prouocare, tuerique possint. Vt adeo parum aut nihil damni inde patiatur lux illa ueritatis.

CAPVT VII.

DE VALETVDINARIIS IMPERII ORIENTALIS.

CAP. VII. Apud Romanos in ORIENTE.

QVamuis autem nulla se prodat institutio VALETVDINARII in Italia: Romanorum tamen in oriente pietas in hoc genere praeclaris auctoribus est testatissima. Vt enim taceam, quod primum illi conditorem celebrent Zoticum (a), qui huius pietatis officium inuenerit: tanta etiam supremi pauperum praefecti Constantinopoli auctoritas (b); ut nihil dubitauerit frater imperatoris, quin hanc CAP. VII.

Ptochotrophiorum inuentor an Zoticus.

(a) Ita l. 32. C. *de episcopis et clericis* his uerbis: *Omnia priuilegia, quae a retro principibus praestita sunt orphanotrophiis aut ptochotrophiis seu Xenodochiis ac rebus iuris eorum, ad curam oeconomi, uiri religiosissimi, presbyteri et orphanotrophi uel ad eos, qui post eum loco eius successerint pertinentibus ad similitudinem ZOTICI beatissimae memoriae, qui primus huiusmodi pietatis* officium inuenisse, *dicitur, per hanc pragmaticam sanctionem firma illibitaque in perpetuum custodiri decernimus.* Constitutio *Leonis* est atque *Anthemii*. ZOTICVM uero illum esse, qui tempore Constantini magni Roma Byzantium uenerit primusque aedificauerit LOBOTROPHIVM ex ineditis auctoribus Graecis probat du FRESNE in *Constantinopoli Christiana lib. IV. cap. 17. et 19, p. 165.*

Lobotrophium quid?

In eo autem uir in hoc studii genere summus me uix consentientem habet, quod *lobotrophium* idem ac *leprosorium* fuisse dicat. Sane [illegible] uerbum, hominem *mutilatum* aut ulceribus deformatum notat. Quorsum locus GALENI medici pertinet, in quo scribit: [illegible], *omnibus partibus mutilati sunt palaestritae.* Vt adeo non sit, quod dubitemus, *lobotrophium* hominum inualidorum causa uniuersim instauratum fuisse. CODINVS in l. ab ipso Fresneo citato: [illegible] *Similiter*, ait *et sanctum Zoticum et statuerunt ibi mutilatos et alimenta praebuerunt.* Ceterum Zoticus ille est, cuius festum agunt Graeci ultimo mensis Decembris. Sunt uerba Fresnei.

Orphanotrophi magna dignitas in imperio orientis.

(b) Praeter *Zoticum*, modo descriptum, alii quoque orphanotrophi in iure occurrunt. *Nicon*, de quo CVIACIVS *Obseru. lib. I. c. 12.* Et tempore Iustiniani *Samson Nouell. 131. c. 15. Nou. 59. c. 3.* Pauperum enim cura, inprimis eorum, qui egestatem sibi bono reipublicae contraxerunt, principis esse debet, cum quod ipsius maxime intersit, ciues de societate sua bene mereri; tum quod priuilegiorum collatio eidem a populo concessa sit, ut aequus sit rerum largitor aestimatorque.

(c) Io-

CAP. VII. hanc spartam subiret (c). Ipsi IVSTINIANO (d) commendatissima haec cura CAP. VII. fuit, clarissimis constitutionibus in codice nostro prodita. Sigillatim praeterea militum inualidorum miseratione magnopere adfectus fuit PHILIPPVS, dux Mauritii imperatoris, ut aliis exemplo hic esse possit, teste THEOPHYLACTO SIMOCATTA (e). Imitatus hac in re praeceptionem, quam imperatoribus dedit MAVRITIVS, auctor strategicorum (f). Alexius imperator, quanto adparatu militum inualidorum contubernium in urbe instituerit; quanta munificentia aluerit miseros atque emeritos contubernales: prolixo commentario exponit princeps filia ANNA COMNENA (g). Verum enimuero quam celebris etiam fuerit im-

---

Imperatoris frater orphanotrophus. (c) Ioannes frater imperatoris, Michaelis Paphlagonis de quo *Ioannes ZONARAS Annalium tom. III. p. m.* 189. Quis ergo flagrantissimum illud studium renouauerit, quo Porussici regni heres, *unigena regis*, excelsi atque iouicti animi princeps fertur, ut inualidis atque bene meritis militibus contubernium esset, ad quod, ceu ad requiem exantlati laboris, inter casus et pericula, anhelarent

Iustiniani elogium ex hoc argumento. (d) Inprimis huc pertinent *leges* 32. 35. 42. *C. de Episcopis et Clericis et Orphanotrophis.* Pro pauperibus cura PROCOPIO laudata est *lib. I. de aedif. Iustin. p.* 9. et 124. et quae in notis habet *p.* 28. *Theodoricus Adamaeus.* Quare amplissimum omnino campum habuere RIVIVS et EICHELIVS, p. 298. In quo exercerent illa Iustiniani flagella atque impudentissimos obtrectatores, qui *misere eum inopes* habuisse, mentiebantur. Sed ita est, Deus et dies detegunt saepius arcane atque mendaces ac liuidos scriptores ludibrio rectius sentientium exponunt.

Idem Simocattae de Philippico, (e) Illustris admodum locus est, quem de hoc imperatore habet *Theophylactus SIMOCATTA* lib. II. *historiarum cap.* 6. *p. m.* 39. uerba Graeca sunt: Ὁ δὲ στρατηγὸς τῇ ὑστεραίᾳ ἐξέταζε τοῦ ὁπλιτικοῦ [illegible], καὶ δώροις τοὺς τραυματίας ἐφιλοφρονεῖτο, καὶ χρύσεος κόσμος, ἄργυρός τε ἆθλα τῆς ψυχῆς ἀντίδοσις ἦν καὶ τοῦ μέτρου τῶν κινδύνων τὸ ἀμοιβαῖον ἐταλάντευον· τοῖς μὲν γὰρ ἀξία ἆθλον ἀνδρομίας ἐγίνετο. ἄλλῳ Πέρσης ἵππος, καλὸς μὲν ἰδεῖν, ἀγαθὸς δὲ πρὸς πόλεμον· ἄλλῳ κράνος ἀργύρεον καὶ φαρέτρα· ἑτέρῳ ἀσπὶς καὶ θώραξ καὶ δόρατα· καὶ τοῦτον ἐπιλείπομεν Ῥωμαίοις ἀτιμάστων. ἀπέστη [illegible] ὁ πόλεμος· μεσούσης δ' ἡμέρας διέλυσε ὁ στρατηγὸς τὸν σύλλογον, εἴς τε τὰς πόλεις [illegible] παρακειμένα φρούρια τοὺς τετρωμένους ἐξέπεμπεν, ὅπως [illegible] καὶ ἠπίοις [illegible] μαγγανεύμασιν ἔργοις ἰατρικῆς τὰς τῶν τραυμάτων ἀκμὰς κατευνάσειεν. Interpretis *Iacobi PONTANI* haec: *Dux* [Philippicus] *postridie de militibus quaesiuit et uulneratos donatiuis humaniter est prosecutus: cuique uero imbellia aurea et argentea ornatus quoddam pretium erat et periculorum modo praemia respondebant. Huic collata dignitas animositatis merces erat: illi equus Persicus, aspectu elegans et bello idoneus: alii galea argentea et pharetra: alteri scutum cum thorace et hastis. Ad summam nemo ex Romanis indonatus abibat. Ad meridiem dux solutis ordinibus saucios in oppida et castella circumiecta misit, ubi lenibus quibusdam medicamentis arte medica eorum uulnera confossa sanarentur.*

Praeceptio Mauritii de curandis militib. uulneratis. (f) Dubitat *Iohannes SCHEFFERVS*, utrum *Strategica*, quae cum *Tacticis Arriani* edidit, *Mauritii* imperatoris sint, an uero alius priuati hominis, cognomento siue eodem siue VRBICII. Quod si primum esset, tum uideretur Philippicus tribunus in cura militum uulneratorum, modo ex Theophylacto descripta, domino ac principi suo morem gessisse atque mandati caesarei rationem habuisse. Ita enim MAVRITIVS strategicorum *libro VII. sectionis ultimae cap.* 6. *p.* 152. Rubrica capitis est περὶ τραυματιῶν, *de uulneratis.* Contextus ita se habet: Χρὴ σπουδάζειν μετὰ τὸν πόλεμον τὸν στρατηγὸν τοὺς τραυματίας παραμυθεῖσθαι, καὶ τοὺς ἀποπίπτοντας ἐν τῷ πολέμῳ ταφῆς ἀξιοῦν· ἐπειδὴ καὶ ὅσιόν ἐστι, καὶ προθυμίαν τοῖς ζῶσιν ἐμποιεῖ. *Danda*, inquit, *opera est Stratego* [Philippico], *ut uulnerati curentur, quique in praelio ceciderunt, afficiantur honore* (Graecorum ueterum exempla instituteque recensuimus Cap. 5. superius) *sepulturae, quandoquidem et pium est et in superstitibus alacritatem generat.* Idem *lib. VIII c.* 2. in gnomicis p. 189. Πολλὴν τῶν τετρωμένων πρόνοιαν ἔχειν δίκαιον· καὶ γὰρ ἀμελοῦντες αὐτῶν τούς τε λοιποὺς ἐθελοκακοῦντας ἐν ταῖς μάχαις εὑρίσκομεν, καὶ τοὺς δυναμένους ἐξ ἐπιμελείας [illegible] σωθῆναι [illegible], ἀπολλύομεν. *Vulneratorum magnam habere curam aequum est. Nam si negligimus eos, et alios in pugna reperiemus rem male gesturos et qui cura illa conseruari possent, amittemus.*

Egregius Annae principis locus de ualetudinario emeritorum. (g) Sane et dignitas foeminae principis, quae haec scripsit et rei ipsius singulares admodum rationes mereri uidentur, ut integram enarrationem ex *lib. XV. Alexiados a p.* 482. *ad* 485. hic describamus. Cum typographi literae Graecae loci huius amplitudini non respondeant: uisum fuit, eundem ex Latino interpretis sermone tantum exscribere. Ita autem se habet: "Sin quis animam "ageret, praeterquam quod sistebatur totus exerci-"tus pari ratione, etiam imperator accedebat ad "moribundum ipse, aduocabanturque sacerdotes "qui et hymnos ad tale tempus Ecclesiae more pa-"ratos canerent, et sacramentorum administratio-"ne morientem rite procurarent. Neque ante-"quam omnibus legitime obitis cadauer quoque "defuncti tumulatum esset, promoueri uel mini-"mum aciem sinebat. *imperator inualidos uisitat,* Idem prandii sui tempore, "utriusque sexus egenos morbis aut senectute la-"borantes ad se aduocabat, eisque pleramque par-"tem appositorum sibi diuidebat ciborum: idem-"que pro se quisque ut facerent conuiuis mandebat "suis. *mensae adhibet,* Sic illi erat quotidiana mensa humano ma-"iorusu quaedam species tempestiui conuiuii: non "musicis instrumentis, tibiis, tympanisue aut mo-"dulatione ulla symphoniae resonans; sed diui-"nam plene in subsidium hominum pauperum be-"neficentiam exercens. *infrcitum solemnem declinat,* In hunc modum admini-"stratio itinere Damalium siue ad Bosphorum per-"uenit sub uesperam. Feruebant in urbe omnia "apparatu pompae crastinae, postridie siquidem "ingressuro, prout indicauerat, Augusto ciuita-"tem regiam, aequum censebant ciues triumpho "merito ac idoneis argumentis gratulationis pu-"blicae excipere reducem ex longa et difficili ex-"peditione uictorem. At ille honorem prae mo-"destie declinans istum, ubi significatione data il-"lic pernoctandi, auertit in expectationem diei po-"sterae cogitationes praesentium, monere statim "consenso, prima face Palatium tenuit. Postri-"die totus erat in captiuis peregrinisque curandis. *inualidos autem statim inuisit.* "Pueros igitur quotquot orphanos amissis paren-"tibus amarae orbitatis aerumnoso grauatos iugo; "quotquot etiam uitae sanctioris professionem "exorsos reperit, assignauit distribuitque educan-"dos, illos quidem consanguineis; hos autem per "monasteria dispersos praefectis sacrorum istorum "coetibus: omnibus mandans ne illos mancipio-"rum loco ducerent haberentue, sed ut liberos li-"beraliter instituerent, disciplinisque omnis gene-"ris honestis, sacris quin etiam literis erudiendos "curarent. *monasteriis commendat,* Quosdam etiam ipse sibi seruatus re-"cipi iussit in eam quam alendis orphanis excitaue-"rat domum: in qua cum praeter caeteram corpo-"rum *Caesareivaletudinaris descriptio.*

"rum curam ludum quoque instituisset literarium, A in quo qui uellent disciplinis liberalibus imbui possent, tunc eius ludi praefectis ac scientiarum professoribus horum institutionem ad omnes doctrinae partes commendauit. Erat istud orphanotrophium in ea Constantinopolis parte quae arcem spectat. Ibi qua os ponti aperitur aedem sacram cum reperisset imperator capacitatis maximae, dedicatam in nomine magni Apostoli Pauli, urbem illic in urbe regia molitus et architectatus est aliam. Ipsum quidem quod dixi templum in eminentissimo urbis huius paruae situm extabat loco, uelut arx quaedam. Vtrumque ad B latus noua ciuitas aequa descriptione protenditur ad stadia in longum latumque quamlibet multa: circum eam surgunt undique domus crebrae, diuersoria pauperum: et quod humanitatem Augusti commendat praecipue, hominum debilium et morbis aut uulneribus labefactorum receptus. Eos inde uidere est, uiritim procedentes ex sua quemque regione: hinc quidem caecos, illinc claudos, aliunde alio laborantes incommodi genere. Salomonis plane quandam porticum te putes haec cernens intueri refertam hominibus uel membratim mutilatis, uel ulcerosis ac male affe- C ctis toto corpore. Circuitua erat duplex gemina uterque contignatione substructus. Vtrobique tam in coenaculis quam in inferioribus cubiculis quiescebant ac curabantur mutilati aut morbis afflicti uariis, quos diximus utriusque sexus homines: hi sublati in coelum liberius: hi terrae humilius admoti: prout cuiusque necessitas et loci ratio ferebant. Porro istius aedificii gemini circum undique adstructi magnitudinem nosse siquis cupiat, ex eo aestimare poterit, quod uere dicam: futurum nempe ut qui hos aegrotos per cellas aut contubernia superne inferiusque dispositos pri- D mo uisere diluculo cepisset, is si omnes uellet percurrere, uix commissa uespera lustrationem absolueret: adeo erant multi tamque lato spatio longis ordinibus porrecti. Tanta haec erat ciuitas! tot eius ciues! quorum nemo cum haberet fundos, praedia, hortosue, nemo uineas, aut aliud eiusmodi quo fundari possessiones hominum et spem uictus ac copiae constitui uidemus: sed quisque et quaeque Iobo illi in sterquilinio omnium egeno, quod ad quemque priuatim attinebat, esset persimilis; tamen erat mirabile abundare omnes idoneis omnibus ad usum rebus. Augusto nimi- E rum liberali manu suggerente ipsis quaecumque ad habitationem et tectum, ad uictum uestitumque opus erant. Quae ipsis omnia cum sine pretio ac cura sponte ac gratis prouenirent, inopinatum cernebatur quiddam; homines omnium pauperrimos latifundia, uectigales terras, ac prouentus omnis generis haberes: quin etiam curatoribus atque administris rerum et opportunitatum suarum uti plurimis iisque illustribus: ipso uidelicet imperatore principibusque aulae ac cognatis comitibusque illius, qui quidem summa fide ac efficaci studio rationes isto- F rum pauperum curantes sicuti terrarum praedium optimo situm loco uberrimi prouentus animaduerterent, agebant statim ut id illi sodalitati tribueretur. Quibus deinde uelut ex perennibus fontibus in horum quotidianos usus coniectorum et uina largis fluminibus affluerent, et panis ac quaecumque ad panem uictus humanus consuenit addere prouenirent, benigna nec deficere metuente copia. Atqui erant qui isthinc pascebantur plures quam quis autumet. Ita ut (modo tamen id mihi per Dominum Iesum liceat) audeam cum Saluatoris miraculo, septem hominum et iterum quinque millia pascentis, hanc imperatoris prouidentiam et liberalitatem aliquo modo conferre. A Interest tamen quod illic quinque aut septem panibus, totidem hominum millia saturati sunt. Deus nempe Deus erat qui nimirum ibi omnipotentiae suae edebat specimen. Hic nihil nisi conatus humanitatis fuit, praeceptum a Deo impositum hominibus, ut mutuo in quo quisque potest alii alios iuuent, implere satagentis. Ergo illic quidem mirabilis effectus omnipotentis dexterae: hic largitio imperatoria sodalibus tam multis unius uastae domus contubernio deuinctis cuncta quae erant ad usum necessaria praebebat. B Iuuabat me uidere illic anum ab adolescente curari femina; caecum uirum a uidente manuduci: claudos aut mutilatos pedibus, pedes habere non suos, sed alienos benignitate commodatos: propriis carentes, amicorum uicariis uti manibus: orbos infantes matrum alienarum uberibus lactari: denique homines paralyticos et resolutis neruis, debiles aliorum ualentium ministeriis supplere defectum inertium membrorum. Itaque in uniuersum duplici genere multitudo imperatoris impensis isto in loco nutrita constabat: alii siquidem erant quibus ministrabatur; alii qui mini- C strabant. Porro Augustus non eam habebat uim qua posset effectu sequente, dicere paralytico *surge et ambula*: aut caeco praecipere ut uideat: aut carenti pedibus subito iussu gressum indulgere. Propria illa potestas fuit unigeniti qui humanitate propter nos assumpta, uitam hic inter homines humano modo ac captu superiorem duxit. Quae autem imperator potuit: nimirum unicuique mutilato ac membrorum usu capto proprium addicere famulum ad curationem et obsequium: et tam aegrotis, quam sanis aegrotos curantibus, prouidere pariter de uictu stabili: ea sane prolixe D fecit. Caeterum si quis distinctiorem habere notitiam urbis istius uelit a Patre meo a fundamentis aedificatae, is sciat quadrifariam diuisam illam, nisi etiam plurifariam, fuisse. Constabant eam nimium qui in superioribus tabulatis et inferioribus conclauibus aegroti decumbebant deside- bantue: tum qui tam superioribus hisce quam aliis inferius degentibus curatores famulique ministrabant. At quis enumerata ad exactum queat quot ille quotidie ora pascerentur: quantum in id sumptuum profligaretur: quam benefica quamque sedula singulus ibi quisque prouidentia curaretur: quanta hodieque largitate cuique uictus et E caetera necessaria praebeantur. Nam et ea ipsa quae post Patrem meum, ab ipso instituta, durant, illi meo iure uindico, ut ad laudem ipsius merito referenda. Ille enim maritimos illos terrestresque, unde ista durant, reditus attribuit; ille uel domus inquilinis istius, uel urbis ciuibus, haec otia, hanc copiosam requiem et uitam securam, liberalissimis suis fundorum optimorum et aeternorum censuum assignationibus, quam fieri potuit firmissimis, confecit. Praesidet isti toti decem fe- F re ciuium millia numeranti ciuitati uir ex illustrissimis quidam cum plena, moderandi cuncta dispensandique potestate. Orphanotrophium commune nomen est uniuersae istius familiae ingentis aut urbis potius. Quanquam in ea sane non soli orphani aluntur: sed militibus quoque aut emeritis aetate, aut morbo, mutilatione, uulnere debilibus receptum isthuc commodum aperuit patereque in tempus omne uoluit humanissima benignitas Alexii Augusti: tamen uel a parte, ut fit, in totiua nomenclationem appellatione praeualente; uel senibus quoque ac languidis egentibus orphanorum uerbo designatis, obtinuit orphanotrophii uocabulum, ad denotandum in uulgus hoc collegium ingens, ufentium liberalita-

mira inualidorum omnis generis facies.

conclauium ratio, sapienter ordinata.

Curatores ualetudinarii.

Instituti collatio cum miraculo saluatoris.

inualidorum alius alium adiuuat. mira rerum facie.

Impensae ad hoc institutum.

praeses eius.

Orphani dicuntur inualidi quoque milites.

to

CAP. VII. postea, temporum duritie, Caesarum luxuria desidiaque factum est, ut, CODINI (*b*) CVROPALATAE aeuo, nulla eius uestigia superesse, uiderentur. CAP. VII.

"te Alexii pauperum. Quorum ad perpetuitatem "censuom ac possessionum erecta fuisse tabularia, in"stitutique coetus lectorum hominum fundos et "mercedes annuas ex immobilibus egenorum bo"nis attenta prouidentia curantiom, reditus exigen"tium, recipientiom, dispensantium, rationes exi"gentium ac uicissim reddentium. Propterea omnia "bullis aureis ad aeternam erant sancita firmitatem, "ut quae alendis erant orphanis tributa nulla um"quam *calumnia nullo possent interuerti casu.* Ha"ctenus *Anna Comnena*, quam non poenitebit cum "aliquo studio perlegisse.

Pristina subleuandi emeritos consuetudo neglecta in imperio orientis.

(*b*) In libro de *Officiis Constantinopolitanis c.* 5. *p.* 68. *n.* 1. Ὀρφανοτρόφος ... *Iacobus* GRETSERVS, aut quicunque alius sub eius nomine lateat, his uerbis ea reddit; *Orphanotrophus olim habebat curam PVPILLORVM. Nunc omni officio caret.* Verum non possum non in hac uersione uerbum desiderare, quod minus hic congruere cum re ipsa uidetur. Quamuis enim ὀρφανὸς Graecorum, pupillus esse, soleat Romanis; hic tamen uerbum orphani sensu latiori patet. Cuiuscunque enim generis homines sustinet pauperes, qui parentibus, fortunis, ualetudine, corporis integritate orbi, siue orphani reipublicae curis ac beneficiis sustentantur. Plenius id docere possem; sed *Comnenae* locus atque illa, quae superius *C. II p.* 246. literis *g* et *h* scripsimus, sufficere uidentur neque desiderare ampliorem disquisitionem. Consultius itaque Interpreti fuisset, uel *orphani* uocem etiam in Latino retinere; uel congruam magis substituere. Nam a pupilli uerbo amplitudinem muneris orphanotrophi abhorruisse, manifestum est.

Interpres correctus.

CAPVT VIII.

DE VALETVDINARIIS GALLORVM.

CAP. IIX. *Apud GALLOS olim bo... dieque.* CAP. IIX.

Non tamen est, quod frigidos aeui nostri mores accusemus erga ualetudinem emeritorum. Sunt enim regna, quae hoc etiam tempore ab eo munificentiae genere commendari merentur. Principio de GALLIA dicemus, matre inualidorum militum benignissima. Originem causamque rei paucissimi intelligunt, ex reconditis monumentis iamnunc sine ira et odio, uere tamen eruendam. Nullo monitore opus est, Galliae REGI DEXTERAM saluam esse, id est, ab arbitrio eius omni aeuo pependisse cum bona tum BENEFICIA ECCLESIAE (*a*). Voluit rex ad ea, quos uoluit: uoluit, quos merita in rempublicam commendarunt, non quos bullae et libelli nominauerant pontificis Romani. Ordo igitur saepius etiam tetigit militia missos, senectae, ualetudinis, uulnerum causa: imo militaris quandoque officii praemium atque stipendium fuit praedii Ecclesiastici, abbatiae, praebendorum usus fructus. Quorum exemplorum tantus ubique numerus reperitur, ut nullus dubitem, monasteria, abbatias, genera praebendorum alia, hoc maxime fine principio instituta esse, ut uirorum pace belloque optime meritorum senectae, egestati ac ualetudini ita subueniretur (*b*) non, ut

Milites emeriti facti abbates, canonici, praelati.

 for-

Galliae regis facultas in adsignandis Ecclesiae beneficiis.

(*a*) Nimis prolixum, neque tamen necessarium esse uidetur, supremum Galliae regis arbitrium in adsignandis ecclesiasticis dignitatibus beneficiisque contra iniquissima quorundam pontificum postulata hic tueri. Nemini ignotum est, hoc potestatis genere regem Galliae alia omnia Europae regna, quotquot pontifici Romano fidem suam adstrinxerunt, longissimo post se spatio relinquere. Summatim legi hic potest *Carolus MOLINAEVS* de monarchia Francorum, et plures, quos *GOLDASTVS* et *SCHARDIVS* exhibent, ille in *Monarchia S.R.I.* hic in uolumine *scriptorum de iurisdictione Ecclesiastica.* Plenius eam tractant *Petrus REBVFFVS in praxi* beneficiorum: *MORNAEVS in mysterio iniquitatis: Franc. DVARENVS in defensione Parisiensis curiae: MARCA de concordia sacerdotii et imperii: LIMNAEVS in erudito commentario Notitiae Galliae.* His addi possunt: *Maximes generales du droit François par M. Pierre de l' HOMMEAV auec les notes de M. Paul CHALLINE: les Recherches de la France d' Estienne PASQVIER: l' origine des dignitez de France par Claude FAVCHET: Renati CHOPPINI* opera diuersa huc pertinent itemque Dadini ALTESERRAE et *P. PITHOEI libertez de l' Eglise Gallicane.*

Praebenda uox ciuilis non Ecclesiastica.

(*b*) Cursim de nomine dicendum, quo ecclesiastica eius generis beneficia nostri adpellant. *Praebendae* uerbum adhibent. Quo sane Romani non sacerdotia affecerunt, sed hac uoce dona cum ciuilia tum militaria intellexerunt, quae respublica detulit hominibus bene meritis. Hoc sensu *l.* 19. *ff. de testibus* habetur in uetustissimis exemplis. *Inuiti testimonium non dicunt*, post alios, *qui praebenda exercitui conduxerit.* Neque est, quod ALCIATVM *lib. II. parerg. c.* 43. *p.* 374. ea causa castiget ac reprehendat CVIACIVS *lib II. Obseru. c.* 23. *p.* 34. ex eoque ipse etiam GOTHOFREDVS legi malit, *qui quid exercitui praebendum conduxerit.* Peregregie enim explicat locum GELLIVS, qui *lib. XIV. c.* 4. *p.* 799. eiusmodi conductoris Ventidii Bassi meminit, a testimonio dando excusati, quod *praebenda publice conduxerit.* Vt *Plauti* et *Liuii* taceam congrua huic testimonia: SALMASIVS *ad Vopiscum Aureliano c.* 37. *p.* 514. ad GLOSSAS prouocat, quae habeant: *praebenda* παροχή. Ceterum in manifesta ignauia uersatur uetustus legum Romanorum *GLOSSATOR*, quod in foeminino genere *praebendam* ponere malit. Certo iudicio, eum aures animumque linguae sequioris aeui adsuetum habuisse. Tanta scilicet licentia desidiae suorum seculorum puluinar supposuerunt, ne forte taedium adferret, a regula abire; quae in *a desinant, foeminina esse.* Atque in hoc errore etiamnunc plures uersari malunt, quam pristinam linguae mundiciem, quodam postliminii iure, recipere: ne Ecclesiae, quod aiunt, rusticitatem spernere, uideantur. Nobis illud ostendisse sufficit, *praebenda* inter *ciuilia* olim uocabula, non uero

Barbara eius deprauatio.

CAP. IIX. sordidi et ignaui fratres seros annos ibi traherent, pondera terrae inutilissima. *CAP. IIX.* Equidem temporum caliginem hic admodum incuso: uerum ideo maioris fieri debent illa, quae ex tanto naufragio superesse, reperiuntur. Primus in Galliis in ius uocatur CAROLVS MARTELLVS, quod praebenda, Ecclesiis dicata, distribuerit atque adsignauerit bene meritis militibus (*c*). Dignae sunt lectu epistolae in hoc argumento HINCMARI (*d*) et S. BONIFACII (*e*). Imo sunt, qui, aeternorum cruciatuum poenas eum propterea sensisse, in gratiam plebis, odia militum et ad cleri luxuriosi sensus, suauiter fabulantur (*f*). Quod commentum, admodum miror, etiamnunc tolerari in decreto GRATIANI (*g*). Ego optimum Martellum uita beatarum animarum, si per alia licet, dignissimum habeo, quod inualidorum militum calamitates subleuarit hoc genere liberalitatis. Neque tamen audeo, huic principi eius largitionis primam originem adserere, si CANONES, modo aliqui sint, APOSTOLORVM (*b*); si pontificum sanctio-

A Carolo Martello.

Furiae cleri aduersus milites abbates.

Quod defenditur ex rationibus purioris ecclesiae.

---

uero *ecclesiastica* fuisse. Quare suspicionem omnino augebit, si tempora offendamus, ubi, quod ante *pauperum* uniuersim fuit, solus sibi *clericatus*, non absque sacrilegii crimine, existimauit esse deglutiendum.

Praebendas militibus dedit Martellus.

(*c*) Conquiremus ex omni fere ordine ac aetate testes. *Martinus POLONVS in Chron. ad an.* 750. *p. m.* 135. *Quum Martello instarent multa bella, ecclesias spoliat, decimas militibus conferendo. Propter quod S. Eucherius, episcopus Aurelianensis, uidit postea animam eius in inferno.* Plenior narratio est *P. AEMYLII* in uita Childerici p. 45. *Gloriae studuerat Martellus, mortalibus se ostentarat. Summi uiri praedicabant, eum omnium ducum gloriam transcendisse. Contra sancti* (partium studio infecti clerici et qui secuti sunt fabulam Eucherii) *splendorem uitae eius re inanem dictitabant. Quae in Saracenos* (qui Galliam inuaserant, templis sacrilega manu direptis) *gesserat, nequaquam accepta eum numini tulisse. Decimarum sacrum ius* (quasi hae patrimonium essent clericorum in legibus diuinis moralibus ipsis adsignatum) *militaribus uiris attribuisse, adeo militibus suis omnia tribuisse, ut Lugdunensis et Viennensis* episcopatuum reditus occeperint milites. *Cum ad belli barbarici necessitates templorum auro uteretur, spopondisse se, re in tranquillum restituta, multiplex redditurum: post gloriosissimas uictorias fidem mutauisse. Eucherium* (fabulae memoratae autorem) *Aurelianensium; Robertum, Remorum Episcopos e sedibus eiecisse, quod Ramanfredo eos studuisse diceret. Huiusmodi tempora erant, ut pontificatus* (praebenda) *functos uel acciperet uel efficeret. Igitur Eucherio facile tum fides habita, id quod per quietem* (quid ueto somniis cum historia) *uidisse se diceret enarranti.*

Querelae HINCMARI quod ex laicis fiant episcopi

(*d*) *Epistola VI. cap.* 19. *p. m.* 112. *Tempore Caroli* (Martelli) *principis Episcopis in paucis locis residuis episcopia laicis donata et rebus diuisa fuerunt. Adeo, ut Milo quidam tonsura clericus: moribus, habitu et actu laicus, episcopia Remorum et Treuirorum usurpans insimul, per multos annos pessundederit.*

et S. BONIFACII.

(*e*) EPISTOLA CXXXII. *ad Zachariam Papam* his uerbis: *Franci enim, ut seniores dicunt, plusquam per tempus octoginta annorum synodum non fecerunt, nec Archiepiscopum habuerunt, nec Ecclesiae canonica iura alicubi fundabant uel renouabant: modo autem maxima parte per ciuitates* EPISCOPALES *sedes traditae sunt* LAICIS, *cupidis ad possidendum.*

Fabulae de aeterno cruciatu Caroli, ob abbatias laicis, emeritis militibus adsignatas.

(*f*) *P. AEMYLII* iterum amplior, ceterorum narrationibus p 64 *Eucherius in sedem a Pipino restitutus* (unde eum rebellionis causa deiecerat Martellus) *Fulradum ire ad sepulchrum Martelli iubet ac corpus quaerere sicubi compareret; animam enim aeternis suppliciis destinatam. In conditorio Martelli serpens inuentus, sepulchrum alioquin inane et nullis humani corporis uestigiis apparuisse, dicitur. Eucherio ergo de manibus creditum, qui de corpore uates uideretur.* Anilis commenti claudam fidem accipe. *Robertus GVAGNINVS lib. III. cap.* 4. *p.* 43. A quicquid fecerit peccaueritque Martellus in sacri patrimonii adsignatione, id episcoporum consensu et approbatione fecisse scribit. Quod quidem oc obdurat ansistitum, sed mihi non satisfacit, cum principi liberrima eo tempore hic iuris fuisse, ex historia certus sim. Nisi forte dixeris Martellum, non regem Galliae, sed regium administrum fuisse. Deinde praeclara commentario *Papirii MASSONI lib. I. annal. p* 82. ubi inquit: *Hae uictoriae Caroli maxime sunt illustres, est et illustris* PIETAS. *Legi enim Gregorii tertii epistolam, qua scribit labore Caroli principis Francorum et Bonifacii curn ad hominum millia centum Christianis fueris imbuta.* Post B ipse BARONIVS rem in dubium uocat, neque cum probitate et liberalitate Caroli eam existimat conuenire *annal. Tom. IX. n.* 15. *p.* 741. Quamuis lubricum ualde eius argumentum sit: LVPVS *in uita S. Maximini testatur, quod Carolus coenobium in honorem Maximini conditum auxerit praediis; ergo fieri non potuit, ut emeritis militibus Ecclesiastica praebenda adsignaret.* Quod si tantum Eucherii somnium Baronius confutatum uult: illud ab epitomatore suo *Henrico SPONDANO* longe melius discere potuisset. Ita autem hic ad *an.* 741. *n.* 7. *p.* C *m.* 741. scribit: *quae scripta leguntur de uisione Eucherii, animae Caroli aeternis cruciatibus damnatae, quod Ecclesias bonis exspoliasset: ea haud facile est, ut subsistere possint. Quomodo enim id uidere potuit Eucherius, qui iam ex hac uita excesserat ante decennium?* Quis igitur CENTVRIATORIBVS uitio uerterit, quod et ipsi hanc historiolam inter putidas fabulas referant istorum seculorum, ubi creditum est, pietatis argumentum esse, mascule mentiri in gratiam Ecclesiae. *Quasi mendaciis nostris egeret Deus;* auctor ueritatis. Loca *Magdeburgensium* habentur in *centur.* II. cap. 4. p. 28. cap. D 7. p. 239. cap. 10. p. 429. cap. 13. p. 497.

Commentum in decretis Gratiani.

(*g*) *Causa XVI. Q.* 1. *c.* 59. additur historiola sub finem his uerbis: *quia uero Carolus princeps, Pipini regis pater, qui primus inter omnes Francorum reges ac principes res Ecclesiarum ab iis separauit ac diuisit, pro hoc solo maxime est aeternaliter perditus. Nam S. Eucherius Aurelianensis Episcopus, qui in monasterio S. Trudonis requiescit, uidit illum in inferiori inferno torqueri.* Recitat fabulator alia plura quae operae pretium non est, hic quoque refellere. Potius ex hoc specimine discant iuniores, putida decreta infelices auctorum partus spernere, quoE rum nunc ipsos pudet uiros eruditos in medio papatu.

Bona Ecclesiae et praebenda PAVPERVM esse.

(*b*) *Canon* ex editione *Iohannis QVINTINI*, ordine est XXXIX. Postquam enim Episcopo praeceptum esset, bona Ecclesiastica patrimonia pauperum habere, serio illi commendatur, ut pauperum in illis adsignandis unicam haberet rationem, non cognatorum, nisi etiam hi pauperes sint, quo casu praebenda danda esse ut pauperibus [illegible] *Ioh. ZONARAS* scholiastes addit: [illegible]

CAP. IIX. ctiones (*i*); conciliorum DECRETA (*k*); PATRVM (*l*) quos uocant, et DOCTORVM (*m*) Ecclesiae placita euoluo atque cum moribus nostris confero, ad quos iniuria et ignauia temporum sumus delapsi. Id ex incorruptae fidei monumentis clarum est, Martelli uestigiis posteros successores gnauiter institisse: cum certum sit, et Pipinum (*n*) et Carolum, cognomento magnum (*o*) atque eius in imperio successores (*p*) inualidos non solum milites praebendis affecisse; sed **CAP. IIX.**

Milites *praebendarii apud* carolingos.

[illegible] ἔχωσι συγγενεῖς, ἐπαρκείτωσαν καὶ τότε ὡς ἰδίοις τὰ ἀναγκαῖα παρέχειν. Parum ergo aut nihil huic canoni aduersum fuisse, existimo, praebendia subuenisse Carolum *uulneratae militiae*, inprimis, quod bellum contra Saracenos templorum inuasores gestum fuisse, ex historia constet.

Confirmatur ex Decreto Gratiani.

(*i*) Loca, quae nunc se offerunt, suffecerit indicauisse. *Caus. XVI. Q.* 1. *c.* 59. *iuxta sanctorum patrum traditionem nouimus res Ecclesiae uota esse fidelium, pretia peccatorum et* PATRIMONIA PAVPERVM. Peregrinis, si necessitas suaserit, largiri ea debere episcopum *c.* 61. praecipitur *loco eodem* et mox ibidem *c.* 68. *Quoniam quicquid habent clerici* pauperum *est et domus eorum omnibus debent esse communes, susceptioni peregrinorum et hospitum inuigilare debent: Maxime curandum est illis, ut de decimis et oblationibus, qualem uoluerint et potuerint, sustentationem impendant coenobiis et Xenodochiis,* ptochotrophiis, orphanotrophiis, ualetudinariis emeritorum. "Clericos tantum illos, conuenit Ecclesiae stipendiis sustentari, quibus parentum et "propinquorum nulla bona suffragantur. Qui au-"tem bonis parentum sustentari possunt, si quod "pauperum est, accipiunt, * sacrilegium commit-"tunt et per abusionem talium, iudicium sibi man-C "ducant et bibunt." Eadem prorsus leguntur *causa* 1. *Q.* 11. *c. VI.* Dignissima sane, ut ad nostri aeui faciem exigantur. Plures nunc loculos excutere nolo.

Sententiis conciliorum.

(*k*) Inferius forte commodior erit dicendi locus de quarta pauperum. Quae sane uti quamuis Christianorum egestatem subleuare debet, ita illorum maxime, qui eam bene de republica meruendo inter quotidiana uitae et fortunarum pericula contraxerunt. Atque hoc est, quod in emeritis militibus reperimus. Bone Deus! in *Gangrensi;* in *Antiocheno;* in *Carthaginensi;* in *Toletano*, quae et quot D sanctiones reperiuntur: ne clerici ultra ea, quae ad uictum et cultum pertineant, ab Ecclesia postulent; quod patrimonium hoc pauperum sit, neque sine manifesto sacrilegii crimine pauperibus subtrahatur.

Patrum Ecclesiae.

(*l*) *Hieronymi* et *Augustini* loca ante me collegerunt ANTONIVS *Archiepiscopus Florentinus* in libro de *statu beneficiatorum*, qui operum Basileae editorum tertia parte habetur *tit. XV.* §. 19. Taceo *M. Ant. de DOMINIS*, ne uidear auctoritate niti proscripti doctoris.

Doctorum apud Pontificios.

(*m*) Iniuriam facerem manibus piissimi hoc in E argumento scriptoris, si post eum alios desiderarem. Est is *Martinus ab AZPILCVETA*, uulgari cognomento doctor Nauarrus, cuius liber *de reditibus bonorum Ecclesiasticorum Romae prodiit* 1568. Summa libri est, *canonicos, praebendarios, praelatos, abbates, Episcopos* sacrilegii crimine teneri, quoties obolum de reditibus, sibi etiam publica auctoritate adsignatis, aliis usibus impendant, quam necessariis ad cultum et uictum. Aeternorum cruciatuum reos facit, quotquot ad frugem redire dubitent. Neque esse, ait, quod dicant aduersarii, reditus hosce, salua pauperum quarta, ipsis adsignatos esse. Hoc F enim praeiudicio pauperum neque fieri potuisse, neque alio fine factum esse, quam ut tuta esset a rapaci manu cleri pauperum quota. Interim pauperibus etiam deberi, quae de ceteris episcopi, cleri, fabricae portionibus, post necessaria impensa supersint.

Pauperibus et quartam deberi et quod de reliquis portionibus supersit.

Pipinus prae-

(*n*) Docuit me hoc *Papirius MASSONVS lib. II.* A *pag.* 85. idque fide authentici instrumenti. "Pipi-"nus, *inquit*, exposita regni necessitate Zachariae "pontifici Romano in Synodo, cui Bonifacius inter-"fuit, insigne priuilegium est consecutus: ut acer-"bitati temporis industria sibi probatissimorum mi-"litum, decedentibus episcopis mederetur. Qua "de re extat elegans epistola Lupi Ferrariensis ad A-"mulum Lugdunensem Episcopum. Huius priui-"legii mentionem faciens, ne Amulus putaret nouo "more (*ut fecerat idem Carolus parens*) factum, "quod ex aula Berno antistes Heduis datus esset. Corroborat hoc testimonium, quod in decretis Gra-B tiani habetur *causa XVI. Q.* 1. *c.* 59. Tempore enim Caroli magni hos demum mores in synodo mutatos fuisse, *propter hoc*, ipsius uerba sunt, *quia laici homines* milites *solebant diuidere* (sibi usurpare) *episcopia et monasteria ad illorum opus et non remansisset ulli episcopo, nec abbati nec abbatissae, nisi tantum ut uelut canonici et monachi uiuerent.* Atqui hoc ipsum satis fuisse arrogantem *clerum* docet AZPILCVETA, cuius sententiam supra prodidimus. Pleniorem narrationem offendes apud BARONIVM tom. X. ad ann. 858. n. 27. p. 177.

benda adsignauit emeritis militibus.

(*o*) Cum ueterum auctorum testimonia ante me alii e capitularibus Carolingicis atque pluribus plenae fidei monumentis collegerint, in hoc studio nolo nunc operam ulteriorem ponere. *Ant. Dadinus ALTESERRA lib. I. de Duc. et Com. Prouinc. c.* 13. inquit: "Carolus M. etsi Ecclesiae studiosissimus i-"niquitate temporum consulens, comites, [*in quo-"rum numero plerumque fuere emeriti milites*] abba-"tiarum nomine sibi conciliare adactus est et hoc "sensu abbates, id est beneficiarios laicos per Aqui-"taniam instituit." Inde *Abbicomitis; Abbatis militis* uerba apud coaeuos scriptores passim occurrunt. Eruditissimus *du FRESNE p.* 11. "Mona-"steria porro et abbatias laicis in beneficium, ob rei-"publicae necessitates et tuitionem concessisse re-"ges Franciae, obseruare est ex Capitulis Caroli M. "conciliisque diuersis.

Carolus M. ex militibus fecit abbates.

(*p*) Verum dices, in GRATIANI *decretis cap. XVI. Q.* 1. *c.* 59 ad sanctionem Caroli M. prouocari, qua criminis loco id habuerit posterisque successoribus iniunxerit quam seuerissime, ne militum bene merita ex sacro Ecclesiae patrimonio munerarent. Ita omnino illa se habent instrumenta, quae nobis a clericatu opponuntur. Verum istas leges, quaecunque etiam fuerint, a regibus Franciae neque post haec tempora obseruatas fuisse, multitudine exemplorum omnino docemur. Querelas concilii *Meldensis* in hoc argumento recitat BARONIVS *tom. X. annal. ad an.* 845. *n.* 34. *pag.* 37. AIMOINVS de Carolo Caluo *lib. V. c.* 24. *p.* 481. memorat: "quod militarem "praefectum, fratrem Bosonem, deinde Burgundiae "regem, abbatem fecerit S. Mauritii." Qui *idem* etiam de Ludouico pio *cap.* 36. scribit: "Ludouicus, "quos potuit, sibi conciliauit, dans eis abbatias, co-"mitatus, uillas." Occurrit etiam apud illum eundem *Hugo Marchio Francorum et abbas lib. V. c.* 34. *Annales FVLDENSES* ad an. 881. *Rex* [Carolus III.] *in Galliam profectus Hugonem in suum dominium suscepit et ei abbatias et comitatus in beneficium dedit.* Sic ipse nouus familiae regiae conditor *Hugo Capetus* abbas fuisse legitur, atque eodem honore celebrantur pater eius et auus apud AIMOINVM *lib. V. c.* 42. *n.* 40. *c.* 43. *n.* 17. *c.* 45. *n.* 26. Imo FLODOARDVS ad *an.* 922. *et* 951. meminit: maxima saepe *inter militarium et aulicorum munerum offici-*

An hunc morem postea legibus publicis sustulerit?

 CAP. IIX.

Abba-comites.

Non inertiae hoc dandum Caroli simplicis.]

etiam copiarum praefectos constituisse abbates (*q*), quorum certe plurimi, sub nomine ABBACOMITVM, inferioribus seculis apud historicos occurrunt. Quare admodum miror, P. AEMYLIVM (*r*), ROBERTVM GVAGVINVM (*s*) et qui hos sequuntur (*t*); in CAROLO demum SIMPLICE, quem dixerunt, huius criminis, si quod est, fontem quaerere, quod inuasores tum regni primos incusent, qui, Ecclesiae adhuc relicta bona emeritis ac inualidis militibus adsignauissent: cum tamen extra dubitationem sit, et ex hactenus allegatis testibus constet, uix aliam a primordio praebendorum, praesertim in Gallia, initam fuisse rationem: quamuis illud quoque negari nequeat, pontifices et clerum huic iuri decretis suis obstrepitauisse (*u*). Ceterum quamuis Galliae reges postea morem istum migra-

---

ficiales certamina orta fuisse et exeitatas perduelliones, si forte rex unum alteri in adsignatione abbatiae praetulisset. Confer huc lexicon HOFMANNI, qui *Fresnei* et *Alteserrae* loca diligenter exscripsit. Inde uulgi quondam sermo aures nostras hoc tempore admodum laedere uidetur: *Galliae mores indulgere, ut abbas cum abbatissa in uno lecto decumbat.* Es gebe in Franckreich abreyen, da der abt alle nacht bey der aebtissin im bette schlaffe. Quod hoc rerum statu facile est ad intelligendum. Ceterum id ego ualde miror, aeternis cruciatibus, cetera optimum principem, Carolum Martellum ob hanc causam destinatum reperiri a scriptoribus Ecclesiasticis: et tamen eodem iure ceteros omnes successores eius in Gallia usos fuisse.

Post Galliam alia plura regna reperiri, ubi reges abbatias adsignouerint emeritis militibus.

(q) Nolo operosus esse, ubi alii me subleuant labore. Memorabilis locus est apud MAGDEBVRGICOS, qui *centur. IIX. c. 7. n. 5. p. 231.* habetur: "Ex praefectis et politicis gubernatoribus interdum "etiam episcopos et presbyteros elegerunt. Nicetas "eonuchus, seruili genere ortus, qui uix legere scie"bat, in mulicbribus ministeriis uersatus, a Con"stantino patriarcha est creatus. *Zonaras.* Irene "fratres sui mariti, Caesares et nobiles radi et sacer"dotes ordinari curauit. *Idem.* Arno, Theodori"cum regem, Hunnis subactis, dat episcopum." Auentinus. De *Angliae* et *Germaniae* regnis suo loco inferius.

Quare sub Carolo simplici primi creduntur fuisse, qui beneficia Ecclesiastica adsignauerint emeritis militibus.

(*r*) Caroli simplicis posteros non huius instituti auctores fuisse, nemo poterit dubitare: qui nobis laudata testimonia legerit de praedecessorum munificentia in milites emeritos. Qua ergo fraude quaeso! fieri hic potuit, ut, quod in aliis regibus tolerarunt clerici, hac maxime aetate reprehenderent? Si quid coniecturis assequor, mihi hac de re ita uidetur. Speciem iuris, non ius ipsum habuerunt clerici, ut huic principum instituto se opponerent. Si igitur rex cetera bene imperauit; non ausi fuerunt, hoc in argumento se quicquam mouere. Contra, quoties turbae in republica extitere, toties occasione hac usi sunt, ut principem aliis iam exosum, sacrilegii huius incusarent. Tum enim plebs arripuit contra imperantem, quicquid odium eius ullibi poterat augere. Interim quamuis certissimum sit, a statu imperii extraordinario iura publica non pendere: saepe tamen factum est, ut huc deinde glaucomate, probitatis specie inuoluto, oculos ignauorum hominum obducerent scriptores obcaecarentque. Ita enim *P. AEMYLIVS in Carolo Simplice p. 90.* scribit: "Summi proceres profani locupletissimo"rum coenobiorum opes beneficio regum accepe"runt, ac monachis tantum in sumptum suppedita"bant, quantum necessarius usus postulabat: ex iis"que ipsi deligebant, qui non Abba, nam id sibi no"men amplissimum non arrogabant; sed decurio "uocitaretur. Per multas aetates is mos tenuerat. "Iam Episcoporum iura inuadebant. Coenobio"rum libertas sanciri nondum poterat, quod eorum "facultatibus Robertus magister equitum ac Hugo "fratres militem alebant, ac iam cum factionis suae "hominibus occupare regni ius contendebant.

R. Guaguinus.

(*s*) *Lib. V. c. 3. p. 69. n. 48. seq.* Verba sunt: *At quia de Hugone abbate mentio incidit, illud non est* A *omittendum, hunc Hugonem atque Robertum Parisiorum comitem, qui et Marchio dicebatur,* PRIMOS *fuisse, qui relicta monachis et sanctimonialibus praedia prouentusque occupauerant, ea sibi suisque* MILITIBVS *attribuentes seque abbates appellantes atque impertientes monachis, pro ut uolebant, adhibito moderamine uictus et uestimentorum. Quae uiolentia ad Roberti regis tempora perdurauit.* Neque initium rei in his temporibus quaerendum neque uitio eam ulli uertendom esse, saepe diximus

Doctores alii.

(*t*) Coaeuorum mentionem fecimus superius ad *lit. p. pag.* 281. Sed scribit etiam insignis iureconB sultus "Franciscus DVARENVS lib. III. de sacris "Ecclesiae ministeriis c. 11. Rex Galliae beneficia "uacantia confert. Idque ius *regalia* uulgo adpel"latum. Nec dubitandum est, quin id regi compe"tat, saltem ob temporis uetustatem, quae hominum "memoriam excedit Sed quia collatio benefici"orum res sacra spiritualisque esse dicitur, ideoque "a laicis prophanisque hominibus aliena, sunt, qui "hanc consuetudinem ex errore magis quam ratio"ne profectam esse, contendant. Cuius opinionis "refellendae gratia, quod Marsilius Pataoinus ante "annos 200. ad Ludouicum IV. imperatorem RoC "manorum scripsit, nempe beneficiorum distribu"tionem rem omnino prophanam temporalemque "iudicandam esse, quae principibus et magistrati"bus prophanis magis, quam episcopis conueniat. "Quae res forte NB. quondam ex regibus nostris "nonnullos impulit, ut proceres ac MILITES "prophanos monasteriis praeficerent eisque mo"nasteriorum opes fruendas largirentur.

Obstrepunt pontifex et clerus huic principum regali.

(*u*) Ex innumeris locis quorundam tantum faciam mentionem. E Gratiani decreto huc pertinet *causa XVI. Q. 7. c. 3.* qui talis est: *peruenit ad nos fama sinistra, quod quidam Episcoporum non sa*D *cerdotibus propriae dioecesis decimas atque Christianorum oblationes conferant, sed potius laicalibus personis* MILITVM *uidelicet, siue seruitorum* (abgedanckten bresthafften Soldaten oder dienern) *uel, quod grauius est, consanguineis. Vnde si quis a modo inuentus fuerit huius praecepti transgressor, inter maximos haereticos et antichristos non minimus habeatur. Et sicut Nicaena synodus de Simoniacis censuit, et qui dat Episcopus et qui recipiunt ab eo laici siue pretio siue beneficio aeterni incendii ignibus deputentur.* Eadem uerba iterum habentur *causa 1. Q. 3. c. 12.* Taceo conciliorum et decretorum loE ca alia, in quibus tamen illud maximopere cauendum est, ne quaestiones diuersae inuicem commisceantur, quae tamen ualde differunt. Alia enim quaestio est: *ius adsignandi* praebenda penes quem sit, regemne *an episcopum*? Quorsum pertinet *Caus. 16. Q. 1. c. 56.* Alia iterum quibus illa adsignari debeant laicis an clericis? Iterumque alia an ad commoda uitae an uero tantum ad eius necessitatem quo ipso et clericis et laicis, si aliunde uiuere poterant, hoc tum erat interdictum *Causa 1. Q. III. c. 6. et Causa XVI Q. 1. c. 68.* Alia demum annon laicorum egestati Ecclesiae beneficiis subueniendum sit, siue hi in ciuili statu uiuant, siue in *militari.* Atque ultimum hoc, non memini, siue patrum decreta siue conciliorum ullo unquam tempore impro-

CAP. IIX. grauerint crediderintque ad abbatis dignitatem sustinendam solos CLERICOS habiles esse: ea tamen libertate perpetuo deinceps usi sunt, ut milites inualidos et bene meritos abbatiis aliisque sacris collegiis alendos commendarent, quos OBLATOS sequior aetas dixit (x), praeclaro sane et pluribus laudato instituto (y). Inde tamen aemulationes inter militiam SACRAM et SECVLAREM: inde etiam porro quaestiones de praerogatiuis GLADII SPIRITVS et HVIVS SECVLI *CAP. IIX.*

Emeriti militis oblati coenobiis ad alendum. Monachorum et militum inde iurgia.

---

probauisse, quod nostro instituto obesse uidetur. A

Paradini *locus memorabilis de abbatibus* laicis.

Dum haec scribo, in memorabilem locum incido *Gulielmi PARADINI, en ses annal. de Bourgogne Liu. II. ad an.* 1103. *p.* 179. ubi ita scribere incipit: "La pluspart des Princes et Grans Seigneurs de "France, comme i' ay monstré cy dessus, s' estoy- "ent emparés des biens des eglises, qui causa de "grans troubles au Royaome de France: mesme- "ment au Roy Charles le simple et a toute l' eglise "Gallicane. Et dura ce trouble iusques en ce "temps, que les princes et Seigneurs usurpoyent "le titre et possession des Abbayes, qui estoyent en "leur uoisinage, mettant en leurs titres d' honneur B "Duc, et Abbe Comte et Abbé de tel lieu, comme "i' ay ueu en plusieurs pan chartes de ce temps là, "mesmement aux cartulaires des eglises de Lyon et Austun." Et quae sequuntur dignissima, ut huc conferantur intelliganturque ex superius data expositione.

Milites *inualidos alere obligantur* abbatiae *et monasteria Galliae Testes memorabiles* PASQVIERIVS.

(x) *Estienne PASQVIER* plenior est aliis, cuius principio locum hic exscribemus. Ita autem *chap.* 34. *du liu. III. des Recherches de la France p. m* 471. *les* OBLATS *appellez Religieux Laiz.* Cum auctor in omnium manibus esse possit, uela hic contrahemus. "Puisque, *inquit*, la place de l' Oblat en un monaste- C "re et les Dixmes infeodées furent anciennement "destinées pour ceux, qui faisoient profession de la "guerre, ie ne ferois peutestre chose mal à propos, "si je les acouplois ensemblement par un chapitre. "*et mox*: iamais ne fut que les Princes et Republi- "ques n' ayent pris soin de ceux, qui auoint esté "rendus impotens par leurs guerres en faisant ser- "uice au public." Est postquam de more Graecorum disseruisset, pergit: "Autant en fit nostre sainct "Louys, pour les trois cens Cheualiers Chrestiens, "ausquels les infideles auoient creué les yeux. "Cette mesme consideration a fait entre nous, que D "s' il se trouue quelque pauure soldat, qui soit de- "mouré, estropié de l' un de ses membres au seruice "de la Republique en la guerre, nos Roys ont plei- "ne puissance de leur assigner une place religieux, "pour leur uiure et sustentation en certaines Ab- "baies, comme n' y ayans lieux plus propres, ou se "puisse courir leur calamité. Tel religieux est par "nous appellé OBLAT, ou religieux Lay, auquel "ordinairement les Abbes, ou Prieurs ordonnent "pension à l' arbitrage des Parlaments, plus, ou "moins selon la necessité du temps et saisons. Et "sont nos Roy de tout temps en plaine possession E "de ce faire. Chose à mon iugement, qui uient d' "une tres longue ancienneté. Car il ne faut faire "nulle doute, que du temps de la premiere institu- "tion des Abbez et Moines, c' estoient personnes "seculieres, qui ne tenoint nul degré en l' Eglise, "encore que toute leur profession fut le prier Dieu "en leurs cellules." Paulo post: *Chose, qui occasionna nos Roys de tourner ces Abbez en abus, conferans les* ABBAIES a CHAPITAINES et GVERRIERS. Placet Latino sermone de eodem argu-

ALTESERRA.

mento loquentem audire *Antoninum Dadinum ALTESERRAM lib. II. de Ducib. Prouinc. cap.* 11. *p.* 56. F *Moribus*, ait, *nostris regii iuris est, ueteranum militem coenobiis in alimentarium offerre, nec iniuria. Quum enim res sacrae aeque ac profanae militum praesidio ab hostibus tutae sint, haud iustum fuerit, ueteranis uulneribus confectis pro republica extremam uitae subsidium negari in monasteriis principum liberalitate ditatis, et ipsa, quorum census est paupe-*

ram, abundare monachis, egere pauperibus. Alia aliorum auctorum loca sufficit adlegauisse. *Renatus CHOPPINVS*, uti peculiaria Galliae iura alia, ita haec quoque circa *oblatus* peregregie excoluit digessitque in erudito tractatu de *Sacra Politia lib. III. tit.* 2. *et* 5. Vir quoque industrius *Iohannes LIMNAEVS in notitia Franciae lib. III. cap.* 2. *pag.* 44. *et* 45. congessit nonnulla, quae non pigebit consuluisse. *Philippus Iacobus MAVSSACVS in notis ad Hesychium* p. 13. ἀδυνάτους reddit *oblatos* Gallorum. Meminit quoque literatissimus MENAGIVS *p.* 535. *in etymologico* diplomatis ab anno 1260. quod *oblatorum* uetustatem quodammodo tueri, uidetur.

Choppinus.

Maussacus.

Menage.

(y) Non a primae Ecclesiae rationibus alienum fuisse, ut milites inualidi monasteriis commendarentur ad uictum et cultum, breuiter demonstrabo. Nihil nunc de *pauperum quarta* dicam, qua de re inferius erit scribendi locus. Hanc certe concilia, doctores, omni tempore in omnibus orbis christiani regnis a beneficiis Ecclesiasticis exegisse, facile erit ad probandum. Ad pietatem circa *oblatos* speciatim faciunt, quae sequuntur. Habetur Alexii Comneni nouella apud *BALSAMONEM in can. XIX. Syn. Nyc.* 2. *et libr. II. iuris Graeco-Romani p.* 142. his uerbis: ὁ δ' ἴσως περιέχεταί τι τῶν λαϊκῶν ἀδύνατος πάντη καὶ πένης τῷ ἁγιωτάτῳ μου δεσπότῃ, ἢ καὶ ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων τῶν ἀπολεσάντων τοὺς θρόνους αὐτῶν καὶ ἐνδεῶν, καὶ θελήσει τοῦτον αὐτὸν λαμβάνειν χρείας ἀπό τινος τῶν εὐπορωτέρων μοναστηρίων ποιήσει τοῦτο καλῶς μὴ ὑπὲρ τὴν δύναμιν τῆς μονῆς τῶν ταττομένων ὄντος. *Si autem accedit laicorum quispiam, qui est omnino inops et pauper* (inprimis uero huc milites emeriti pertinent, quia de his uerbum ἀδύνατος Graeci maximopere adhibuerunt, quod supra docuimus p. 260. sq.) *ad suauissimum dominum meum uel ex antistitibus qui suos thronos perdiderunt et sunt inopes et uoluerit statuere, ut is uictum capiat e locupletiori aliquo monasterio, hoc recte faciat non supra facultates numeri eorum, qui sunt ordinati.* Ita quoque FVLBERTI epistolam exhibet BZOVIVS *ad an.* 1007. *lib. X. p.* 170. in qua Franconi Parisiensi Episcopo ille scribit: *usumfructum uero altarium, quem tui antecessores laicis tradiderunt, te alendis debilibus* (quis hic emeritos excluderet) *publica uoce destinare, suadeo. Et si qui alii in hanc fraudem irruperunt sicut fures sacrorum et occisores pauperum anathemate condemnari. Ne uerearis homines nocentes propter Deum offendere.* Cedro dignissima uox. Recte igitur curia Tolosana apud *Petrum Greg. THOLOSANVM*, cuius uerbis utar *lib XV. cap.* 23. *p.* 281. *n.* 8. quae haec sunt: "In "Gallia monasteriis quae regii iuris sunt, et fun- "dationis uel dotationis regis praebendae huius- "modo sunt, in quibus princeps militos membris "mutilos pauperes, etiam * inuitis monachis alen- "dos quamdiu uixerint, statuit. Et saepe ita iu- "dicatum Tholosae uidi a curia suprema repugnan- "tibus monachis largitioni regiae et codicillis eius. "Nec minus, si princeps ita possit statuere, cum "praebendae in fructibus consistant propria natura, "quorum, et laici capaces sunt." Summatim debentur pauperibus atque inualidis militibus alimenta ex praebendis: quia haec bona pauperum inprimis sunt; deinde tutelam suam et ipsa habent a militibus; post piissimi doctores id summopere commendant; demum exempla adsunt omnium aetatum atque regnorum orbis christiani.

Abbatiis et monasteriis impositam onus, milites inualidos alendi, cursim defenditur.

(z) No-

CAP. IIX. LI (z). In quo certamine tantum profecerunt clerici, ut inualidos milites, collegii sui consortes inuidis oculis intuerentur et contubernio suo prorsus haberent indignos. Harum contentionum ut tandem finis esset, in fauorem militum emeritorum Galliae reges de peculiari VALETVDINARIO cogitarunt, in quod, belli oneribus exantlatis, illi reciperentur. Equidem reperio aliqua in HENRICO tertio: uerum eius nominis VLTIMO regi, ut pleraque alia Galliae incrementa (*aa*), ita huius quoque instituti primordia tribuunt scriptores (*bb*). Qui *CAP. IIX.*

Inde occasio ad exstruenda ualetudinaria in Henrico III. Henrico IV. an. 1595.

Odia *monachorum in* milites *inualidos, suos* contubernales.

(z) Nolo nimis hic esse, quia scriptor magnae A auctoritatis me ab hoc onere subleuat. Est is *Seigneur de la NOVE in discursibus*, quod uocat, numero *XV. p. m.* 382. Gallicum exemplum, quo scripsit, mihi non ad manus, sed Germanicum, quo hic utar, quamuis facile sentiam interpretem aut Gallicae linguae aut uernaculae aut forte utriusq; non adeo peritum fuisse aut si fuerit, boni interpretis artes haud quaquam intellexisse, multo minus adsecutum esse. Ita autem ille: "Darff ich aber etwas uon denienigen reden, die man gemeiniglich sieht und spühret, wenn man etwa einem im Krieg lahm ge-schossenen oder geschlagenen, oder sehr alten un-B uermüglichen Soldaten, die um erbarmt und mitleiden und geleisteter Dienste willen, anlagen, eine Gnad und Ergoetzlichkeit erzeigen solle? Iedoch wenn unter hundert zehen gratificiret wird, ist es f[illegible]r uiel. Alles aber, was man ihnen thut, ist die[illegible], man ordnet sie etwa in ein KLOSTER, (habes oblatos) an statt eines VERLOFFENEN MVNCHS. Kommt der arme Soldat darein, so uerlauffen sich kümmerlich 15. Tage, so thun ihme der mehrere Theil München, welche den Krieg uerachten und nichts hoeher schaetzen als ihren Mussiggang, Faulheit, feiste Suppen und uolle Be-C cher, so uiel Plagen und Widerwærtiges an, dass er getrungen wird, mit ihnen iaebrlichs um etwa funffzig oder sechzig Francken pension zu handeln und sich an andere Ort und Ende zu begeben. Diese Exempel benehmen unsern Soldaten das Hertz;" et quae sequuntur de consilio instituendi ualetudinaria. Sub exitum seculi XVI uixit auctor scripsitque, mortuus 1591. Vnde facile patet, nullam tum ualetudinarii in Gallia rationem cognitam fuisse. Deinde ueniam is meretur, si forte ex iusto dolore aliquantum acerbius scripsit, in fauorem militum emeritorum, cum quod ipse D belli ducem egerit, tum quod in praelio alteram manum amiserit, ferrea post usus, ut neque sic ab officiis militaribus auocaretur. Verum pontificii librum hunc inter pestilentissimos religioni suae habuerunt. Non solum, quod scriptor admodum licenter de morbis ageret cleri et pontificiorum sacrorum; sed etiam quod ob nominis claritatem et styli elegantiam a primariis Galliae regni administris passim legeretur, quibus eo facilius scrupulum posset mouere in conscientiis, quo pauciores inter aulicos et milites sint, qui arcana religionis bene sint educti. Inde est quod libellum in *purga-* E *torio indice* (p. m. 36) penitus proscripserit Alexander VII. pontifex Romanus: imo in gratiam pontificis *Petrus CORETVS* opusculum lucubrauerit, *defensiuaem ueritatis, aduersus Franciscum de la Noue*, editum *Antwerpiae* 1591. forma minori apud Plantinos.

Henricus *quartus Galliam in* meliorem statum *uertit.*

(*aa*) Qui dubitat, nouam Galliae regnum faciem accepisse sub Henrico, eius nominis quarto, is prae aliis consulat *Memoires des Sages e Royalles oeconomies d' estat, domestiques, Politiques et Militaires de Henry le Grand, l' exemplaire de Roys, le Prince des uertus, des armes et des loix et le pere en effet* F *de ses peuples Francois par Maximilian de Bethune duc de SVLLY* quatuor uoluminibus *Parisiis* 1662. *f.* Habet in hoc libro, quod legat, *miles, oeconomus, aulicus, theologus, uitae ac fortunae* magister.

Prima *institutio ualetudi-*

(*bb*) Henricum uero *tertium* hoc pietatis genere ante Henrici magni tempora plurimi commendant A scriptores. Vnum ex illis nominabo *Andream FAVYNVM*, qui *libro III. Theatri Honoris*, quo aulicos et militares ordines descripsit, p. 675. de hoc instituto narrationem habet, quae sequitur: "Le mesme Roy Henry troisiesme, de sainte memoire, fut instituteur de l' ORDRE De LA CHARITE CHRESTIENNE pour l' entretenement des pauures Capitaines, et Soldats estropiez à la guerre, ausquels il assigna des rentes, et reuenus pour leur Aliment, et Vesture sur les Hospitaux, et Maladeries de France, et pour les loger, une Maison capable assise et située en la Rüe des Cordo-B lieres sainct Marcel le Paris, appellée la MAISON DE LA CHARITE CHRESTIENNE. Il ordonna, que ceux qui seroient receuz en cest ordre charitable porteroient sur leurs Manteaux, au costé gauche une Croix Auchrée en broderie de satin Blanc, ou Taffetas, à l' Orle, et Bordure de suye Bleu-Celeste; Au mitan de ladite Croix une Lozange de Satin Bleu celeste chargée d' une FLEVR DE LYS D' OR en broderie; Ceste Croix entourée, pour une espée d' Ordre d' une Legende, contenant ces mots brodez en lettres d' or, POVR AVOIR FIDELEMENT SERVY. C Ce que le dit Roy Henry Troisiesme, ne peut parfaire à son desir, empesché par les factions sanglantes de la Ligue, Le Roy HENRY LE GRAND (d' eternelle memoire) quatriesme du Nom, son successeur au Sainct Royaume, et à la Pieté singuliere du Defunct, s' est efforcé de le remettre au poinct de sa perfection, et de l' executer en telle façon, qu' à l' aduenir les gens de guerre auront de quoy se contenter, acheuer le reste de leur Vie en repos, y ayant pour entretenir l' Edict des dits Roys Successeurs une chambre de Iustice particulierement establie au Monastere de sainte Croix D de la Bretonnerie à Paris. Ceste chambre composée des Connestables, Mareschaux & Colonels de France, de nombre d' anciens cheualiers de l' ordre, Maistres des Requestes, et Substituts du Procureur General, pour iuger en dernier Ressort." Clarum est igitur, opere nondum perfecto, Henricum tertium ubiisse. Inde *Franciscus la NOVE* in superius litt. z. citato loco claris uerbis scribit, tempore suo, (mortuus est ille an. 1591.) praeter iura *des oblats* alia nulla remedia in Galliae regno superfuisse, quibus emeritis aut uulneratis militibus in rerum egestate consuleretur. Verum E de successore eius HENRICO QVARTO testimonium habet *Iean de SERRES en son inuentaire de l' histoire de France ad an.* 1606. *p. m.* 1135. quod hic exscribam: "Il n'y a rien de plus legitime en un Estat bien policé, que de pouruoir aux necessitez de ceux qui pour marque de leur uertu demeurent estropiez et sans moyen de uiure apres auoir bien et fidelement serui le Prince aux guerres. Nos Rois ont de tout temps desiré recognoistre leurs merites, mais par l' iniure du temps, par la negligence ou fraude des Officiers, leurs Ordonnances sont demeurées sans effet, à la honte de F l' ordre militaire, qui ne peut uoir plusieurs pauures Gentilshommes et autres soldats rendus inutiles au port des armes et a toutes autres functions, par blessures, perte de membres, uieillesse et caducité d' aage, ou qui ont consumé leurs moyens en payements de rançons, en frais pour se faire traitter des blessures receues en bien seruant, ou

norii in Gallia an in Henrico III. offendatur?

an uero in Henrico demum IVto an. 1606 testis Serreus.

CAP. IIX. | CAP. IIX.

Praesertim LudouicoXIV. cuius ualetudinarium describitur an. 1671.

Qui cum in maximarum rerum conatu morte praematura praereptus fuisset: cumulatiorem gloriam successoribus LVDOVICIS reliquit. Quam optime huius aetatis rex, inter innumera bellorum incendia, quibus a principio fere regni sui interfuit, de militum ualetudine rebusque gestis meritus sit; stupendi operis PALATIVM loquitur, quod CONTVBERNIO INVALIDORVM anno CIↃ IↃC LXXI. maximis impensis condidit consecrauitque. Gallorum malim, quam meis uerbis hoc descriptum extare. (*cc*). In originibus enim et iuribus inuesti-

Lud. opusc. tom. II. T gandis

"ou d' autres infirmitez et maladies, qu' éngendrent les fatigues militaires: estre reduits sur leur declin en une miserable et indigne mendicité. Le Roi leur uoulant faire sentir les effects de sa benignité, leur donner moyen de uiure le reste de leurs iours en un honneste repos, et enfler le courage à ses autres sujets de toutes qualitez, pour le seruir plus uoluntairement aux occasions qui se pourront presenter à l' aduenir, sous l' esperance de mesme remuneration: leur donna par edict irreuocable, *la maison Royalle de la Charite Chrestienne, et les deniers prouenants du reliqua des comptes des Hospitaux, Aumosniers, Leproseries, Maladeries, Confrairies, et de la recerche des usurpations et alienations du reuenu d' icelles, reuisions desdits comptes, abus et malaersations commises au maniement et administration desdits lieux. Ensemble des deniers qui prouiendront des places et pensions des Religieux laics, en chascune Abbaye et Prieuré de ce Royaume, estant a la nomination de sa Maieste.* Comme il est au long contenu en l' Edict verifié au grand Conseil. le vii. de Iuillet. En sorte que les Gentils-hommes, Capitaines et soldats estropiez en faisant seruice a sa Maiesté, en la cauallerie, arquebusiers à cheual, cheuaux legers, archers, ou gens d' armes des Ordonnances, prenans certificats des Capitaines et Mestres de Camp, sous lesquels ils auront serui, contenans le temps de leurs seruices, leur ualeur, les combats, perils et hazards ausquels ils se seront exposez, et en quelle action de guerre ils auront esté estropiez, pour son seruice, les porteront au Duc de Montmorency, Pair, et Connestable de France, pour les uerifier bien exactement, en dresser un roole signé de sa main, et marquer à la marge la somme que chacun des y denommez peut meriter de *pension annuelle* par son aduis, selon la qualité, valeur et blessures de chascun: Et ceux qui auront serui en l' Infanterie, es regiments, garnisons, et bandes des gens de pied, porteront pareilles attestations que dessus au Duc d' Espernun Colonnel general de l' Infanterie Françoise, (ou en l' absence desdits Connestables et Colonoels, aux deux plus anciens Mareschaux de France, qui se trouueront à la Cour) pour en faire pareil roole, et de mesme forme verifiez par le grand Aumosnier de France, l' un des Secretaires d' Estat, et les sieurs de Souuray, de Chasteau-vieux, et de la Rochepor, Cheualliers des Ordres et Conseillers au Conseil d' Estat. Lesquels rooles rapportez au Roi, et mis es mains du Secretaire d' Estat qu' il ordonnera, sera fait tous les ans un estat des estropiez et autres que sa Maiesté uoudra entretenir, et des pensions qui seront assignées à chascun d' eux, payables par celui qui sera commis à ceste charge, sur les peines contenues en l' ordre et reglement des finances de sa Maiesté." Summatim *le MERCVRE François lia. II ad an. 1606. p. 79.* qui liber rarus est atque ad sacra gentium solennia cognoscenda, quae aliis scriptoribus fere negliguntur, utilissimus. *Le Roy Henri III. auoit fait bastir aux fauxbourgs S. Marcel en la rue de l' Vrsinie un Hospital appelle la maison de la Charité Chrestienne, pour loger les soldats estropiez en faisant seruice aux guerres, mais sans aucun reuenu. Aussi durant ces dernieres troubles ce bastiment n' ayant este entretenu, il tomboit en ruine. Le Roy ayant compassion de tant de soldats demeurez estropiez en ces dernieres guerres, uoulant leur donner moyen de uiure le reste de leurs iours en bonneste repos, ordonna par edict,* cuius summam dedimus alibi.

Valetudinarii, a Ludouico XIV. conditi plenissima descriptio. Auctores narii.

(*cc*) Plures sunt, qui in stupendi operis et instituti admirabilis descriptione allegari queunt. *Claudius Franciscus MENESTRIER* nummum exhibet in rei memoriam an. CIↃ IↃC LXXI. excusum, cuius emblema dedimus supra *Cap. III. p. 254. lit. b. Mr. l' Abbe BRICE en sa description nouuelle de la uille de Paris*, qui libellus an. 1701. prodiit in 8vo, *tomo II. p. 249.* plurima adfert de *l' hostel Royal des inualides*, quae apud alios uix reperturus sis. Pauciora sunt, quae de hoc argumento leguntur in *commentario* cuiusdam *ANONYMI legati de aula Gallica* p. 70. et sequentibus, quod opusculum *Coloniae* prostat 1705. Sed omnium narrationes amplitudine, integritateque illa uincit, quae sumtibus ac impensis ipsius contubernii inualidorum edita fuit. Titulus libri est: *Description generale de l' hotel Royal des inualides etabli par Louis le Grand dans la plaine de Grenelle pres Paris, auec les plans, profils et eleuations et ses faces coupes et appartements a Paris audit hostel 1683. f.* Non forte pigebit, integram dedisse, cum quod liber non in multorum manibus sit, tum quod eum beneuolae uoluntati debeamus edfioia mei honoratissimi, qui et hunc et alia plura loca nobiscum communicauit atque hoc ipso fidem nobis fecit facietque eruditis aliis, se non otiosum peregrinatorem eum in Gallia, tum in aliis Europae locis fuisse. Enarratio haec est: "Sa Maiesté fit un edit en l' année 1674. pour l' execution de ce grand dessein, et cét edit estant le fondement du grand ouvrage dont nous traitons icy, et pouuant seruir de preuue authentique à tous les peuples de la prudence et de la liberalité de notré monarque; on à cru qu' il ne seroit pas inutile d' en inserer icy la teneur.

Commendatio edicti, de institutione ualetudinarii.

"Louis par la grace de Dieu Roy de France et de Nauarre, a tous presens et a venir salut. La paix qu' il plut à Dieu de nous donner vers la fin de l' année 1659. et qui fut concluë aux pyrenées, entre nous et le Roy Catholique, ayant establi pour lors, le repos presque dans toute la chretienté, et nous ayant deliurez des soins que nous etions obligé de prendre pour la conseruation de notre etat, et de veiller au dehors à nous oposer aux entreprises, que nos ennemis y pouuoient faire. Nous n' aurions eu d' autre application pendant que ladite a duré, que de songer à reparer au dedans d' icelny les maux, que la guerre y auoit causez, et de corriger les abus qui s' etoient introduits dans tous les ordres; ce qui a eu tout le succes, que nous en pouuions esperer. Et comme pour accomplir un dessein si utile et si auantageux, nous auons estimé qu' il n' estoit pas moins digne de notre pieté, que de notre iustice, de tirer hors de la misere et de la mendicité les pauures officiers et soldats de nos troupes qui ayant uieilli dans le seruice, ou qui dans les guerres passées eyant esté estropiez, etoient non seulement hors d' etat de continuer à nous en rendre, mais aussi de rien faire pour pouvoir uiure et subsister; et qu' il estoit bien raisonnable que ceux qui ont exposé librement leur vie, et prodigue leur sang pour la defense et le soutien de cette monarchie, et qui ont si utilement contribué au gain des batailles que nous auons remportées sur nos ennemis, aux prises de leurs pla-

Edictum ipsum, cuius summa, Cogitatum de eo pace conclusa in pyrenaeis.

Causae, aequitas regis et inualidorum calamitas, memoria meritorum

CAP. IIX. gandis nostra potissimum opera uersata est, de quo argumento neque cogitarunt Galli, *CAP. IIX.*

“places, et à la defense des notres, et qui par leur vi- A
“goureuse resistance et leurs genereux efforts les ont
“reduits souuent à nous demander la paix, iouïssent
“du repos qu'ils ont assuré à nos autres sujets, et pas-
ad milites facilius legendos.
“sent le reste de leurs jours en tranquillité. Consi-
“derans aussi que rien n'est plus capable, de detour-
“ner ceux qui auroient la volonté de porter les ar-
“mes, d'embrasser cette profession, que de voir la
“mechante condition où se trouueroient reduits la
“pluspart de ceux qui s'y estant engagez, et n'ayant
“point de bien, y auroint vieilli, ou esté estropiez, si
“l'on n'auoit soin de leur subsistance et entretene-
Incommoda si milites agant in abbatiis inter clericos
“ment. Nous auons pris resolution d'y pourueoir. B
“Et quoy que nous auons cy-deuant tasché d'adou-
“cir la misere desdits estropiez, soit en leur accor-
“dant des places de religieux-lais dans les abbayes
“et prieurez de notre royaume, qui de tout temps
et praesidiarios.
“leur ont eté affectées, soit en les enuoyant, comme
“nous auions fait, dans nos places frontieres, pour
“y subsister et y etre entretenus au moyen de la solde
“que nous leur auions ordonnée, ainsi qu'aux autres
“soldats de nos Truupes: Neanmoins comme il est
“arrivé que la pluspart desdits soldats preferant la
“liberté de voyager, à tous ces auantages apres auoir
“les uns composé et traité desdites places de religi- C
“eux, lais dout ils estoient pourvûs, les autres quitté
“et deserté lesdites places frontieres sont retombez
“dans leur premiere misere; Nous aurions juge à
“propos pour apporter remede à ce mal, de recourir
Inde consilium de instituendo ualetudinario.
“à d'autres moyens. Et apres en avoir fait exami-
“ner plusieurs qui nous ont esté proposez sur ce su-
“jet, nous n'en auons pas troué de meilleur que
“celuy de faire batir et construire en quelque en-
“droit commode, et proché de notre bonne uille de
“Paris, un Hostel Royal, d'une grandeur et espace
“capable d'y receuoir et loger tours les officiers et
“soldats, tant estropiez, que uieux et caducs de nos D
“troupes et d'y affecter un fonds suffisant pour leur
“subsistance et entretenement. A l'effet de quoy
“et pour suiure un si pieux et louable dessein, et met-
“tre la derniere main à un ouurage si utile et si im-
locus ualetudinarii.
“portant, nous auons donné nos ordres pour faire
“batir et edifier ledit Hostel Royal aubout du Faux
“bourg saint germain de notre bonne ville de Paris,
“à la construction duquel, l'on trauaille incessa-
“ment, au moyen du fonds de deux deniers pour li-
“ure, que par arest de notre conseil d'etat du 12. mars
impensae aedificii.
“1670 nuus auons ordonnez aux Thresuriers, tant
“de l'ordinaire, que de l'extraordinaire de la Guer-
“re et Caualerie legere, de retenir par leurs mains, sur E
“toutes les depenses generalement qu'ils feront du
“maniement des deniers de leurs charges, pour estre
“ce fonds de deux deniers pour liure employé, tant
“à la construction dudit Hostel, qu'a le meubler con-
“uenablement. De surte que le dit Hostel estant
“deja fort auancé, et presqu'en etat de loger lesdits
“estropiez vieux et caducs, il ne reste plus qu'à pour-
“uoir à les y faire subsister commodement, et aux
“autres choses concernans le bon ordre et discipline
“que nous desirons estre gardez dans ledit hostel:
reditus
“Sçauoir faisons que pour ces causes, apres auoir fait
“mettre cette affaire en deliberation en notre con- F
“seil Nous de l'auis d'iceluy, et de notre grace spe-
“ciale, pleine puissance et autorité royale auons par
“ce present edict perpetuel, et irreuocable, fondé,
“etabli et affecté, etablissons et affectons à perpetui-
“té ledit Hostel Royal, que nous auons qualifié du
“titre des Inualides, lequel nous faisons construire
“au bout dudit faux-bourg saint germain de notre
“dite ville de Paris, pour le logement, subsistance et
“entretenement de tous les pauures officiers et sol-
“dats de nos troupes, qui ont esté et seront estropiez,
“ou qui ayant vieilli dans le seruice en icelles, ne
“seront plus capables de nous en rendre: duquel

A “hostel comme fondateur, nous voulons estre aussi
“le Protecteur et conseruateur immediat, sans qu'il
“depende d'aucun des nos officiers et soit suiet à la
“visite et jurisdictiun de notre grand aumonier, ni
“autres. Et enfin que ledit hotel royal soit dotté
“d'un revenu suffisant et assuré, qui ne puisse jamais
“manquer pour la subsistance et entretenement des-
“dits officiers et soldats inualides, nuus y avons af-
“fecté et affectons à perpetuité par ce present edict,
“tous les deniers prouenans des pensions des placꝭs *ex beneficiis*
“des religieux lais des abbayes et prieurez de notre *ecclesiasticis,*
“royaume, qui en peuuent et doiuent porter, selon
B “et ainsi qu'il à esté par nous reglé, tant par notre
“declaration du mois de Januier 1670. que par les
“arrests de notre conseil d'etat des 24. Ianuier audit
“an. 1670. et 27. Aoril 1672. Et d'autant que nous
“sommes bien informez, que le nombre des offici-
“ers et soldats estropiez, vieux et caducs, est fort
“grand; et que ne pouuant manquer [la guerre
“ouuerte comme elle est] qu'il n'augmente consi-
“derablement, et qu'ainsi le fond prouenant des
“pensions desdits religieux-lais, ne seroit pas suffi-
“sant pour leur subsistance et entretenement, en
“sorte qu'il est necessaire d'y pouruoir encore d'ail-
C “leurs: pour soutenir un etablissement si utile, et
“empecher que faute de fonds il ne uienne à man-
“quer, nous y auons d'aboodant et de la meme au-
“torite que dessus, affecte et affectons pour toujours
“celuy qui prouiendra aussi de deux deniers pour li- *parte stipendii militaris.*
“ure de tous les payements qui seront faits par les
“thresoriers generaux de l'ordinaire et extraordi-
“naire des nos guerres et caualerie legere, à cause
“de leurs dites charges, et par celuy de l'Artillerie
“apres que ce qui sera necessaire, tant pour acheuer
“la construction dudit hotel des invalides, et le met-
“tre en sa perfection, que pour l'achat des meubles
D “et autres choses qu'il conuiendra dans iceluy pour
“le rendre habitable, aura esté employé. Voulons
“et entendons qu'au moyen dudit hostel royal, et
“des fonds cy-dessus dout nous l'auons dotté, tous
“les officiers et soldats estropiez, uieux et caducs de
“nos troupes soient logez, nourris et vestus leur vie
“durant dans iceluy. Que comme ledit hostel n'
“estant destiné que pour le logement, subsistance et
“entretenement desdits officiers et soldats estropiez
“et invalides, et que le fond cydessus mentioné dont
“nous l'aunns dotté, est suffisant pour y subuenir; *interdictae*
“nous uoulons qu'il ne puisse estre reçu ny accepté *dotes, aliunde*
“pour ledit hostel aucunes fondations, dons et gra- *quaesitae ex*
E “tifications qui pourroient luy être faites par quel- *testamentis*
“ques personnes, et pour quelque cause, et sous quel- *aut legatis,*
“que pretexte que ce soit. Comme aussi, qu'il ne
“puisse estre fait pour iceluy aucune acquisition d'
“heritages, ny autres biens immeubles qoelcon-
“ques, si non les heritages des environs dudit hostel,
“et y sont contigus, lesques seront iugez necessai-
“res pour la plus grande commodité, utilité, em-
“bellissement, et pour conseruer les vuës d'ice-
“luy, et ce en payant la juste ualeur d'iceux, sui-
“uant l'estimation qui en sera faire, en cas que les
“proprietaires desdits heritages uoisins fissent refus
F “d'en traiter à l'amiable. Defendons tres ex-
“pressement toutes autres acquisitions, gratificati-
“ons ou donations, qui pourroient luy estre appli-
“quées, et declarons dés à present comme pour lors
“tous les contracts, et autres actes qui seroient faits
“et passez au prejudice de ce, nuls et denul effet et
“ualeur. Lequel hostel, ensemble les terres et li-
“eux estans dans l'enceinte d'iceluy, et qui y
“sont contigus et sont de sa dependance, nous a-
“uons amortis et amortissons par ce present edit,
“comme aussi ce qui pourra estre cy-apres acquis
“de proche en proche, pour la commodité et em-
“bellissement dudit hostel, comme il est dit cy-des-
“sus,

CAP. IIX. Galli, neque, si cogitassent, integrum illis fuisset, ut pari nobiscum libertate id exponerent discernerentque. CAP. IIX.

Lud. opusc. tom. II. T 2 CAP.

"fus, sans que pour raison de ce on soit tenu de A
"nous payer aucun droit d'amortissement, ny me-
"me aucune indemniré, lods et uentes, quints et
"requints, rachats, ny relief pour ce qui se trou-
"uera mouuant de nous, at en censiue de notre
"domaine, non obstant toutes alienations et enga-
"gemens, sans aussi payer franc fiefs et nouueaux
"acquests, ban ou ariereban, raxes ny autres droits
"quelconques qui nous sont ou pourront estre dus,
"dont nous dechargeons ledit Hostel, et en tant
"que besoin est ou seroit, luy en auons des à present,
"comme pour lors, fait et faisons don, quoi-
"que le tout ne soit si particulierement exprimé B
"ny encore eehu, non obstant toutes loix et or-
"donnances à ce contraires, ausquelles pour ce re-
"gard nous auons derogé et derogeous: à la char-
"ge toutesois d' indemniser les seigneurs particu-
"liers, de qui les heritages ainsi acquis serons mou-
"uans et releuans, de ce qui leur sera on-pour-
"ra estre du, pour raison du dit amortissement.
"Declarons pareillement ledit hostel exempt de
"tous droits de guer, garde et fortifications, terme-
"tures de uille et fauxbourgs, et generalement de
"tootes contributions publiques et particulieres,
"telles, qu'elles puissent estre, quoiq' aussi non ex- C
"primées par ce present edit, pour de toutes les di-
"tes exemptions jouir par le hostel entierement er
"sans reserue. Et d'autant que le bou ordre que
"nous uoulons touiours estre gardé dans ledit ho-
"stel royal, dependra principalement du soin du
"directeur et administrateut general d' iceluy;
"et que pour cette fin il est important de ne con-
"fier cette charge qu' à une personne d' aurorité
"et de dignité conuenable: Nous auons pour
"ce sujet resolu de nous en reposer sur celuy de
"nos secretaires d' etat et da nos commande-
"meuts, qui a et aura cy-après le departement D
"de la guerre, lequel en ladite qualité de dire-
"cteur et administrateur general dudit hostel, au-
"ra le pouuoir de faite et executer tout ce qu'il
"estimera necessaire at à propos pour le maintien
"de la discipline et du bon regime en iceluy.
"A l' effet de quoy nous uoulons et entendons que
"chaqua mois il soit tenu par ledit directeur et
"administratenr genetal une Assembleé dans le-
"dit hostel, en laquelle pourronr assister le co-
"lonel du regiment de nos gardes françoises, le
"lieutenaut colonel, et le sergent maior d' iceluy,
"et les colonels des six uianx corps de notre in- E
"fanterie, comme aussi de colonel general de no-
"tre eaualerie legere, le Mestre de camp general,
"et le commissaire general d' icella, et le colo-
"nel general des dragons, pour tenir un conseil,
"et en iceluy noir et auiser aux statuts, regle-
"ments et ordonnances qu'il sera à propos de faire,
"tant pour la iurisdiction, police, discipline, cor-
"rection et chastiment de ceux qui tomberonr en
"faute, que pour la bonne administration et gou-
"uernement dudit hostel. Que s' il arrioe qne-
"que difficulté sur le fait desdits statuts, regle- F
"ments et ordonnances, soit pour l' explication,
"soit pour l' execution et obseruation d' icelles;
"Nous entendons qu'elles soient leuées et deci-
"dées à la pluralité des uoix par ceux qui assiste-
"ront audir conseil, lesqnels aussi bien que le dire-
"cteur et administrateur general, ne pourront pre-
"tendre aucuns gages ny appointements, et seronr
"tenus de donner leurs soins charitablement pour
"le bien et euantage de la maison. Que comme à
"l' occasion do l' etablissement dudit hostel plusi-
"eurs personnes qui ne seroient pas de la qualité
"requisa, pourroieut par supposition, surprise, ou
"autrement, y entret et joüir induement de la me-

exemtio fundorum ab oneribus

menstrua uisitatio.

de congrua instituti ratione.

A "me grace que ceux pour qui elle est destinée, et
"qu'il importe d' empescher touts abus sur ce su-
"iet; Nous ordonnons que nul ne pourra estre re-
"çu ny admis dans ledit hostel qu'aprés qua les
"certificats qu'il rapportera des ses seruices, auront
"esté presentez audit conseil, qu'ils auront estez
"vus er examinés eu iceluy, et y auront esté iugez
"bons et ualables. Et dautant que nous auons
"cy-deuant sait soigneusement examiner les cer-
"tificats de ceux qui auoient serui dans les guer-
"res passées, et qui se sont trouuez auoir les
"qualites requises pour estre reçus dans ledit ho-
B "stel; Nous desendons à ceux qui assisteront audit
"conseil, d' admettre doresnauant aucun officier
"ny soldat inualide dans ledit hostel, si non ceux
"qui seruiront actuellement dans les troupes que
"nous auons presentement et aurons cy-apres sur
"pied. Quant aux officiers, seruiteurs er domesti-
"ques qui devront être employes dans ledit hostel
"pour le secours er assistance des inualides; Nous
"auons donné et donnons pouuoir et faculté audit
"directeur et administratcur general de nommer
"et noux presenter pour cette fin ceux qu'il trou-
"uera les plus capables, et qu'il iugera necessaires
C "d'y estre établis, comme gouuerneur et aumos-
"nier, chapelain, receueur, controlleur, medecin,
"apothicaire er chirurgien, et aottes, lesquels se-
"ront reçus et admis dans les fonctions de leurs
"charges en uertu des prouisions ou breuets que
"nous leurs ferons expedier sur la nominetiou et
"presentation dudit directeur et administrateur ge-
"neral, lequel pourra aussi établir, dans ledir ho-
"stel les seruiteura ualets et autres domestiques
"qu'il conuiendra, et les destituer à sa uolonté.
"Voulons qoe les medecins ainsi établis ioüissent
"des memes honneurs at priuileges, que sont les
D "medecins ordinaires de nostre maison. Voulons
"aussi que le principal chirurgien qui serulta dans
"ledit hostel acquiére, et gagne sa maistrise en no-
"tre bonne uille et faubourgs de Paris, apres a-
"uoir serui et trauaillé dans ledit hostel durant la
"temps et espace de six ans consecutifs, lesquels
"nous uoulons courir à l' egard de celuy qui sert
"presenrement dans ledit hostel du iour qu'il y est
"entré, et que lesdits chirurgiens ioüissent des me-
"mes droits et priuilegies que les autres, lesquels
"seront tenns de les reccuoir comme reputez suf-
"fisans et capables, sur le certificat qui leur sera
E "donné par ledit directeur et administrateur ge-
"neral, sans qu' il soienr obligez de subir aucun
"examen, ny faire aucuns frais pour estre reçus à
"la dite maitrise: et si lesdits maistres, differoint
"de les reccuoit, nous lenr permetrons par ces pre-
"senres de tenir boutique, et enrendons que du
"ionr qu'ils auront esté presentez ausdit maistres
"pour estre reçus, ils jouissent des droits de seance
"et de tous autres, tout ainsi que s'ils auoient
"esté reçus par le corps de l' art de chirurgie: fai-
"sans desenses ausdits maistres de les empescher ny
"troubler dans l' exorcice d' icelny, à peine de
F "trois cenr liures d' amende; et à l' egard des ar-
"tisans qui trauailleront dans ledit hostels qu'ils
"ne puissent estre soiets à uisites de maistres ou
"iurez, ny reeherchez et inquietez pour tous les
"ouurages, et manufactures qu'ils feront dans le-
"dit hostel pour l' usage, utilité et seruice d' iceluy
"seulement. Quant à ce qui regarde le maniement
"des fonds destinets pour l' entretenement dudit
"hostel; nons uonlons et entendons qu'ils soient
"mis es mains du receueur d' iceluy, pour estre par
"luy amployez, suiuant et conformement aux
"etats et ordonnances qui en seront expediées
"par le directeur et administreteur general dudit
hostel

Officialium ac ministrantium ratio.

Medici priuilegia ut et primi chirurgi.

et eorum qui sellulariis artibus uacant.

Administratio alimentorum.

CAP. IIX.

"hostel pour examiner, clorre et arrester le compte general de la recepte et depense qui cura esté faite durant ladite année pour ledit hostel, par le receueur d' iceluy, suiuant lesdits etats et ordonnances à laquelle assemblée outre les sur-nommez qui ont droit de se trouuer audit hostel chacun mois, tous les colonels, Mestres de camp et les lieutenants colonels des regimens tant d' infanterie que de caualerie et dragons, qui se trouueront pour lors à Paris, pourront assister, sans que ledit receueur soit tenu de compter deuant d' autres que par denant ceux qui se trouueront en ladite assemblée à la fin de chacu- B ne année uoulans que les comptes qu'il presentera à ladire essemblée, et seront arrestez en icelle; luy seruent de decharge ualable de son maniement, par tont, on il appartiendra. Que si par l' arresté desdits comptes il se troune des deniers reuenant bons, nous entendons qu'il n'en puisse estre dispose que par nos ordres exprés, nous reseruant en ce cas de les eppliquer en gratifications en faneur des officiers de nos troupes qui auront esté estropiez, on se seront signalez par dessus les antres, selon et ainsi que nous estimerons à propos. Et parce qu'il est bien raisonnable d' C accorder quelque affranchissement audit hostel uu la destination d' iceluy, nous uoulons et entendons qu'il ioüisse du droit de franc salé, pour le sel necessaire à la prouision d' iceluy, iusques à le concurrence de treute minots pour chacun an, à preudre au grenier de nostre uille de Paris, dont nous uoulons que le bail A general de nos gabelles soit chargé, sans qu' il en soit payé ancune chose que le prix du marchand; Comme aussi de l' exemption, affranchissement de tous droits d' entrée, d' aide et autres quelconques, pour le quantité de trois cens muids de uin, le tout sur les certificats dudit directeur et administrateur general: et ce non-obstant qu'il soit porté par nos edits, declarations et arrests, que lesdits droits seront payez par les priuilegiez et non priuilegiez, exempts et non exempts à quoy nous anons pour ce regard derogé et derogeons par ce present edit, et sans tirer à consequence. Si donnons en mandement à nos amez et feaux les gens tenans nostre cour de parlement de Paris, chambre des comptes, et cour des aides audit lien, presidens et thresoriers generaux de france au bureau de nos finances etabli audit Paris, que ce present edit ils ayent à faire lire et en register, et le contenu en iceluy garder, faire garder et obseruer inuiolablement, selon se forme et teneur, sans permettre qu'il y soit contreuenu en quelque sorte et maniere, et pour quelque cause, et sous quelque pretexte que ce puisse estre: CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR. Et afin que ce soit chose ferme et stable à touiours, Nous auons fait mettre nostre seel à cesdites presentes sauf en autres choses notre droit, et l' autruy en toutes. Donné à Versailles au mois Auril l'an de grace 1674. et de nostre Regne le trente unieme. Signé. Louis et plus bas: Par le Roy, Le Tellier. Visa, Daligre."

Residui dispensatio.

Immunitates nariae.

Subscriptio.

CAP. IIX.

CAPVT IX.

DE VALETVDINARIIS ANGLORVM.

CAP. IX. *apud ANGLOS olim boaicque.* Milites *Angliae etiam praclati.*

ANGLORVM similia fere cum Gallis hic instituta (*a*). Nam et illorum reges sui quondam arbitrii esse crediderunt, ut ueteranos palatinos ipsis quoque monasteriis et abbatiis ad cultum et uictum commendarent. (*b*) CORRODIAM hoc beneficii genus eos adpellasse, ex antiquis monumentis constat (*c*). Verum, nisi,

CAP. IX

Angli *utrum rationes*, inualidos *ia abbatiis alendi, habrant a* Gallis.

(*a*) Auctor, qnem plurimi facio, *Antonius Dadinus ALTESERRA lib. II. de duc. prouincial. c. 12. p. 57.* hunc morem putat, e Gallia in Angliam transmigrauisse. *Idem ius,* scilicet militem inualidum coenobiis *in alimentarium offerre, ex Gallia in Angliam, at plerque alia traductum agnosco et productum etiam ad ueteranos palatinos.* Non difficile est ad intelligendum causas, quare ita scribat Gallus, eum haud dubie ad *Normaaaicam* stirpem respiciat aut etiam in illa opinione sit, easdem Gallorum et neterum Britannorum origines, hosque propaginem illorum suisse. Verum non opns est, Gallos in exemplum hic ponere, cum non alium E principio finem coenobia habuisse, constet, quam ut pauperes et inualidi in illis alerentur. Scripsimus hoc *Cap. 8. p.* 280. atque inprimis *p. 281. lit. q.* idemque ex aliis etiam locis patebit inferius.

Testes Angli laudantur.

(*b*) Locus est epud *Matthaeum WESTMONASTERIENSEM ad ann.* 1306. p. m. 454. u. 25. uerba in se habent: *Sub eodem quoque tempore rex Edaurdus* (nescio quid Dadino in mente fuerit, quod Eduardo *tertio* haec tribuat, cum haud dubie *primus* fuerit) *uergens iam ia senium, conquerentibus ad eam quibusdam famulis domus suae* (seruitoribus emeritis, trabanten, guarde-reutern superius) F *nondum promotis ad libitum; facta inquisitione, quae coenobia monastica seu canonica per progeaitores suos fuerant fundata, non simplu CORREDIA monasterialia, sed sicut in regia equitabaat, cum uno equo uel bino: ita et illis, dum uiuerent, ab illo die erogauit. Sed uoluit* CORREDIA *cum necessariis urogari.* SPELMANNVS p. 152. *Corrodium Dest alimenti modus, qui in aliqua monasterio alicui concedit ar ad terminum uitae. Ad fundatores e communi iure spectabat, corrodiam in quouis suae fundationis monasterio largiri. Disposuit rex Angliae, in beneficium famulorum* (militum) *suoram corrodium unum et interdum alteram in* 119. *monasteriis.*

(*c*) Plura loca congessit *du FRESNE*, ubi apud scriptores medii aeui uox *correde* occurrat. Nolo exseribere, quae ipse babet. Vt uero ad significatus uocum plurimum facit, si de origine earum constat: ita dolendum, lexici barbaro-Latini anctorem hane operam uix attigisse. Desidero in iuris publiei et historiarum studio doctorem, qui se uirum in bac arena praestaret. Sed quotusquisque est, eni cognitum aeque sit, quid Iberus; quid Tamesis; quid Rhenus et Ister; ex uetustate aduexerint. Id uolo: Gothica; Celtica; Venede; Britannica; Runica; Sarmatica; aliisque linguis opus bic esse, ex ultima barbarie eruendis. Sine hac elaue non recludetur ueritas; sed risu atque contemtu dignissimis commentis inuoluetur atque obliterabitur. Vtinam manus ac hac tabula plures uiri eruditi eohibuissent, quorum lucubrationes deliriis similiores sunt, quam ratiociniis. Terruerunt forte haec uestigia prudentissimum Fresneum. *Iohannes SCHILTERVS* glossarinm medii aeui sub manibus habuit, et, quod sermone cuiusdam amici habeo, id absoluit perfecitque. Possidere nonnemo dicitur cum hoc tum alia eius uiri opuscula, qui Argentorato iter in Belgium paraucrit, ut singula splendidius atque luculentius ederen-

Corrodia uox et liberationis.

Desiderium etymologici barbari.

Institutum Schilteri.

CAP. IX. nisi omnia me fallunt, quod Angliae regnum clientelari obsequio se addixisset (*d*) tributaque soluisset antistiti Romano (*e*); nefas esse, regibus plerisque (*f*) creditum fuit, ut ciuilis ordinis homines de beneficiis Ecclesiasticis uiuerent alerenturque (*g*). Exuit uero Anglia iugum hoc: sed neque Henrici (*h*), neque suc- *CAP. IX.*

Post tempora reformationis.

T 3

Corradium idem ac praebenda.

ederentur. Sed e diuerticulo in uiam. *Corradium* in monasteriis mihi idem fuisse uidetur quam *praebenda*, cuius sensum *p. 277. lit. b.* descripsimus. Id est quicquid erogatur ad cultum et uictum; aut quod *alimentorum* nomine iura Romanorum complectuntur, interprete *IAVOLENO l. 6. ff. de alim. et cibar. leg.* uel etiam sub uocabulo *uictus l. 43. 44. de V. S.* Monasterii hinc *corrodiarius* est *praebendarius*, der eine Pfründ oder praebende genießet. Vnde uoci ortus sit, non definio. Germanicum *uorrath* in *corradum* detortum esse, propterea quis crederet, quia saepe synonymum facit eum iure

Vnde ius albergariae in monasteriis

Albergariae, onere illo, *da ich von dem Vorrath andere freyhalten, und aezen muß*, quorum etiam uocabulum pertinet *die azungs Gerechtigkeit*. Quod maximum olim incommodum Episcopatui Brandeburgico fuisse, ob uiciniam marchionis, qui propterea hoc iure frequentius fuerit usus, memi-

in Brandeburgico Episcopatu

ni me legisse. Mihi uero hoc ipsum non priuilegium marchionis esse uidetur; sed ius ordinarium conditoris et domini territorialis in ipso episcopatu; quod cum formula *Marchiae* optime con-

liuery uerbum.

gruere, uidetur. Intelligitur *corradii* uerbum ex alio etiam synonymo *liberatione*. Hac enim nihil aliud significari, quam *die Lieferung* uon uictualien, ipse etiam agnoscit *SPELMANNVS p. 365.* his uerbis: *liberationes dicantur res necessariae, quae uel ex debito uel honoris gratia, magistratui, hospitibus seu peregrinantibus ministrantur, liueres. Non minus sumitur pro* CORRODIO. Sane uestimenta inde seruorum die *liberey* dicta fuisse nullus dubito, gleichsam die *Lieferung* oder *Mundur*, die man ihnen jährlich gethan. Quamuis usus significatum

Vnde Angliae regi haec iura: contra Spelmannum.

hodie admodum mutauerit. Ceterum in eo me non consentientem habet SPELMANNVS, quod p. 152. hoc argumenti filo utatur. *Rex Angliae in centum et undeuiginti monasteriis ius corrodii habet exercetque in gratiam militum et famulorum, quos coenobiis commendat ad suppeditanda alimenta: ergo prisci reges tot monasteria fundarunt.* Sane et pauperum illa quarta et libera principum iura in adsignandis praebendis tantam uetustatem celebritatemque in orbe Christiano habent: ut in hoc potius limpidissimo fonte mihi originem rei uidear inuenisse. Summatim puto, quod Galliae reges in *oblatis* habuerunt, idem reges Angliae in *corradiis* quondam exercuisse.

Angliae regnum an feudum pontificis R.

(*d*) Factum hoc est a rege Angliae Iohanne anno 1212. qui pontifici Romano Britanniae regnum donauit, ut ab eodem, clientelari iure, illud reciperet uidereturque feudum non oblatum, sed a benefactore papa datum concessumque. Testes eius rei sunt AVCTOR *annalium Waaerleiensium ad a.* 1208. *p. 16. Thomas WIKES ad ann. 1213. p. 37. HEMINFORD lib. II. c. 98. et MATTHAEVS Parisiensis ad an. 1213.* ubi etiam *literae clientelares* der ordentliche Lehenbrieff und Muthzettul, leguntur.

Vsus dominii directi a papa in Angliae regno.

(*e*) Ne quis dubitet de ratione nexus beneficiarii crederetque nomine feudum, re ipsa tantum foedus inaequale inter regem et papam constitutum esse: commemoranda sunt onera, quae a rege uasallo ex hoc tempore pontifex Romanus postulauit exegitque. Specimina potiora sunt: *nulla munera, ciuilibus neque exceptis, conferat rex, nisi auctoritate papae Romani; non priuilegia largiatur, absque consensu eiusdem; neque aliter belli ac pacis iura exerceat: nummos soluat, copias mittat,* seruitiorum loco, *ad arbitria et mandata Italici antistitis.* Pleraque congesta inuenies in *d.*

A *praesidis Pufendorfischer Erläuterung cap. III. pag.* 583.

Regum alii liberius imperant; etiam beneficiis Ecclesiasticis.

(*f*) Non ignoro, proceres Angliae huic pontificis postulato semper repugnauisse, idque nullum dixisse, quod in regni praeiudicium, absque consensu eorum, constitutum fuisset. Ipsi etiam reges successores quandoque, sine ulla pontificis R. intercessu, de sacri patrimonii reditibus sibi atque copiis suis aliquam partem adsignarunt. De *Eduardo* rege eius nominis primo in *antiquit. Ecclesiae Britan. Joh. DAII ad an.* 1294. ita legitur: *rex a clero ad bellum suscipiendum flagitauit omnium* B *tam spiritualium, quam temporalium bonorum semissem. Qua a seculis inaudita exactione praelati stupidi timore diu obmutuerunt. Sed audita militis legati oratione regiis postulatis concesserunt. Prohibitio insecuta pontificis Romani. Sed nihilominus praelati regi nunc* QVARTAM, *mox* QVINTAM *bonorum suorum ad bellicos usus obtulerant.* Aliam historiolam enarrat *Thomas WALSINGHAM in Henrico IV. ad an. 1405. p. m. 371. Parlamentum, non uidens aliud remedium, sublenandi regem, quam per totum regnum Christi patrimonium destituere et Ecclesiam de bonis temporalibus priuare. Hinc* C *orta est inter clericos et laicos grandis altercatio, militibus regiis asserentibus se pro rege atque cum rege profectos saepe contra rebelles et hostes non solum sua expendisse profusius, sed corpora quoque multis periculis exposuisse sine laboribus. Clericis interim domi otiose sedentibus. Contra clericorum nomine Cantuariensis: clerum decimas dedisse saepius regi et subditos cleri regem secutos esse. Et super haec omnia * missas et orationes fecisse quibus omnia regni bona cedant. Ad haec prolocutor miles, sacri ordinis desertor: se preces * cleri paruipendere. Iam, inquit Cantuariensis, regnum stabile non erit, quia* D *preces contemnantur.* Crederem pessimum hunc militem optime tamen philosophatum esse. Id sane ex innumeris aliis locis constat, regem Angliae quoties necessitas hoc uoluerat, de reditibus Ecclesiae nunc *quartam*, iterum *quintam*, mox *decimam* aut partes plures uel pauciores sibi uindicauisse.

Commendationes pontificis ad beneficia Ecclesiastica Angliae regni.

(*g*) Et uero qui fieri potuisset in Anglia, ut reges abbatiis inualidos milites ad cultum et uictum offerrent. Tot enim clientes Pontifex Romanus ex Italia in Angliam omni tempore misit cum literis commendatitiis ad praebenda, ut locus uacare non potuerit, quin plures essent competitores clerici, E quos laicis postponere non potuere sine offensa antistitis Romani. Querelarum testes *d. praeses in Pufend. illustrato* laudauit, quorsum lectorem remittimus.

Querelae de Henrico VIII. sacri patrimonii spoliatore, neglecta cura militum inualidorum.

(*h*) Sacrilegii *Henricum octauum* postulant non solum pontificii scriptores, atque inter hos praecipue *Nicolaus SANDERVS lib. I. de Schism. Anglia. p. 105.* quod trecenta et sexaginta sex monasteria dispendiderit; reditus, qui imperialium myriades superent, fisco adseruerit; monachorum decem millia eo adegerit, ut ordine deserto, ad ciuilem statum redirent. Ipse *Gilbertus BVRNETVS lib.* F *III. Reform. Anglic. p. m. 127.* illud regis consilium nequaquam adprobat, quamuis putet fundos eius generis ad possessores cum hoc tamen onere transiisse, ut consuetam erga *pauperes* seruarent hospitalitatem. *Guilielmus CAMBDENVS* in geographia Angliae p. m. 177. locum habet, quem pariter dabimus: *Ad septentriones, Londinum describens, accreuerunt suburbiani quibus Iordanus Brisset nir pius et bene nummatus domum militibus Hospitalis S. Iohannis construxit; quae magnam in amplitudinem*

CAP. IX. CAP. IX.

Carolus II. conditor ualetudinarii ann. 1670. itemque Wilhelmus III. an. 1690.

succesſorum ea forte tempora fuerunt, ut ſacri patrimonii reditus in commoda uerterent militum emeritorum (*i*). Principii itaque gloria Carolum eius nominis ſecundum manet, ualetudinarii CHELSEIANI munificentisſimum conditorem (k). Wilhelmus tertius poſt GRVNVICENSI ortum dedit (*l*): in quo perficiendo atque dotando occupata eſſe, dicitur hoc tempore REGINA (*m*). Cuius maxima, cum de ſua gente, tum de uniuerſo meliori orbe merita faciunt, ut Angli neque praedeceſſoris mortem ſentire neque eius uirtutes in foeminae imperio deſiderare uideantur. Spem de ſe conceptam non ſolum expleuit ANNA: ſed etiam, obſtupeſcente orbe uniuerſo, longisſimis interuallis ſuperauit.

---

nem inſtar palatii extreuit. Hi primu inſtitutione fuerunt demisſi, dum pauperes, ut eorum praefectus audiret humilis miniſter pauperum militum. Adeo tamen uirtute militari res eorum ſurrexit, ut prior eorum in Anglia primus baro cenſeretur. Douet Henricus VIII. primis uſus conſiliis horum latifundia ſibi arripuerit, ut etiam monaſteriorum, quae ad Dei gloriam conſecrata et in ſacerdotum eleemoſynis, pauperum refectione, captiuorum redemtione et Eccleſiarum reparationibus per Eccleſiae ſtatu fuere expendenda.* Videntur haec illam quadripartitam ſapere adſignationem, qua *una* pars Epiſcopo; *altera* clericis; *tertia* fabricae; *quarta* pauperibus debetur. Ceterum Henricus ille, quem ſacrilegum dicunt ſcriptores, nil peccaſſet, otioſorum hominum conuenticula diſturbando, modo portio pauperibus, maxime autem militibus inualidis, ſalua manſiſſet aut rei publicae aduerſus hoſtes inde fuiſſet conſultum. Cur autem ille neglexerit, quod officii ſui hic fuerat, fruſtra quaeritur. Quis enim militum ſalutem ponet in rege uoluptuario?

De aliis in regno ſucceſſoribus.

(*i*) De ſingulis ſummatim dicendum: Henrico octauo uoluptates: Eduardo, praematura mors: Mariae, motus inteſtini: Eliſabethae bella domi ac foris: Iacobo auerſisſimus ab armis animus: Carolo infortunia obfuiſſe, uidentur, quin de hoc inſtituto curaque inualidorum militum cogitarent.

Valetudinarium Chelſeianum.

(*k*) Loquitur palatium ſtupendae amplitudinis in tanto ſilentio ſcriptorum. Pagus *Chelſeianus* ab occidentali urbis plaga uix altero lapide diſtat, in quo loco conditum noluit Carolus ualetudinarium emeritorum. Id ſciendum eſt, maiorem ibi naualis militiae rationem haberi, quam militum illorum, qui in terreſtribus praeliis ualetudinem amittunt. Nam potisſima Angliae ſalus a claſſium robore pendet, ut mirum non ſit, illarum curas exercitibus anteferri.

Grunuicenſe.

(*l*) Neque immerito, cum omne imperium regis in armis fuerit. Temporum uero caduritics, ut, opere nondum perfecto, ſupremum diem obiret.

Studium Annae pro inualidis militibus.

(*m*) Quae hic ſcribo, ſermone habeo Anglici doctoris, qui poſt Francofurtanum iubileum, cui publico Cantabrigenſium nomine cum aliis ſuis collegis interfuerat, Fridericianam quoque ſalutauit. Nullis enim ſumtibus, reginam parcere, dixit, ut fortunae meritorum militum conſuleretur. Saepe, ne fiſcum illa oneret, de ſuo petere atque ad cultum et uictum largiri emeritorum.

CAPVT X.

DE VALETVDINARIIS HISPANORVM.

CAP. X. CAP. X.

Apud HISPANOS.

HISPANI ut parci et tenaces ſunt; (*a*) ita in hoc numero praeter ſpem ſe offerre, uidentur. Cum uero miles egregius et politus ſcriptor FRANCISCVS DELANOVE (*b*) Hiſpanorum largitiones, emeritis factas in exemplum, ſuo adhuc tempore, Gallis, concionibus ſuis proponat: nullus dubito, eos locum tueri poſſe in hac arena. Quid nouisſimis temporibus ab illis in hoc genere inſtitutum ſit, nusquam proditum inueni (*c*).

CAP.

Miſeria militum Hiſpanor.

(*a*) Non de aliorum pauperum in Iberiis multitudine et in rogando importunitate loquar. Miſeret tantum militum, *praeſes* diſſertationis haec addo, quos ipſe meis oculis uidi. Egerant illi in campis; uix corpus tecti; ſi ab hoſte tuti, cum fame ac ſiti conflictantes. Non obuiam illis uenire potuerat mediae etiam ſortis peregrinatur, ad quem non aduolarunt miſeri mortales, ſtipem per Deum rogantes, ut eſuriem extinguerent. Si credere precibus nolueras, famem uultu prodiderunt. Adde, quod per omnia etiam ſacra ipſi iurarunt, ſtipendia uel alteram tantum partem, uel diu necquaquam ſoluta fuiſſe. Hoc rerum ſtatu fit, ut, quod rogationibus non obtinent, id ui ac metu extorqueant, neque dubitent, furtis, ſpoliis, rapinis, caedibus egeſtati ſuae conſulere. Neceſſitatem aiunt, nullam legem habere et ſi quid peccetur, poenam illi luerent, qui in culpa ſint, quominus ſtipendia decreta non exſoluantur. Tempora fuerant Caroli ſecundi.

Emerita militum Hiſpanor.

(*b*) *Diſcurſuum Politicorum XV. p.m. 379.* Eorum, quae ſcripſit de hoc argumento, ſumma eſt. "Hiſpanos reliquis populis ſuo exemplo praelucere, quod omnes imitari debeant, in mune-"ratione militum bene meritorum Qui prae-"clarum facinus edat in expugnatione urbis: aut "praelii dimicatione, ſi ualetudo ſalua ſit, ei ſtipen-"dia augeri: ſin minus, eum honeſte dimitti, ſti-"pendia tamen ad dies uitae eidem perſolui. Hoc "fine Hiſpaniae regem cuique cohorti aliquot mil-"lia imperialium ſuperaddere quotannis, ut eme-"rita praeſtentur, quoties caſus tulerit. Dignum "memoria auctorem eſſe huius largitionis. Cre-"dere ſe, Carolo quinto principii gloriam deberi: "quod ille exercitus ſuos non in umbra uiderit, ſed "in caſtris, praeliis, cladibus. In ruborem conii-"cere hunc principem alios omnes qui negligant "militum emerita et perditam ualetudinem pro patriae ſalute."

Facies eorum nouisſima.

(*c*) Ex illis tamen, quae *moderator inſtituti* paulo ſuperius prodidit, haud dubie credere licet, priſtinos Hiſpanorum mores nouisſima tempora penitus migrauiſſe.

(*u*) Io-

CAPVT XI.

DE VALETVDINARIIS BELGARVM.

apud BELGAS.

BELGARVM libera respublica ut inter arma praeliaque surrexit, quibus principia debet et successus: ita caussas habuit omnino maximas, milites patriae liberatores beneficiis complecti. VALETVDINARIVM anno CIↃ IↃ LXXXVII. Amstelodami conditum, omnes commemorant annales (*a*). Haec uero militum iudicia sunt, institutionis gloriam Elisabethae deberi: Non Belgarum liberalitati in emeritos (*b*). Nam alienum a militibus animum illos habere, atque merita stipendiis exhauriri, inualidorum rogationibus respondere (*c*): quo factum sit, ut ualetudinarium Amstelodamense, quod militum olim fuerit, nunc receptaculum sit omnium mendicalorum (*d*). Nolo ego hanc querelam meam facere, cum laudi Belgarum satis esse possit, in republica eorum non reperiri, qui alimenta quaerat mendicando (*e*).

Institutio ualetudinarii Amstelodamensis 1587.

(*a*) *Iohannes Isaacus* PONTANVS *lib. II. rerum Amstelodamensium cap. V. p. m.* 84. ita habet: *Oeconomus ptochodochii idem hic est, qui militum ualetudinaria curat. De quo etiam hoc scire interest, conditum nimirum an. 1587. in usum praecipue caussariorum militum, qui uel in bellis calamitate aliqua, utpote uulneribus; uel alias corporis aegritudine affecti sonticam caussam adferunt, cur dimissionem impetrent.*

ab Elisabetha.

(*b*) Enarrat hoc *Philippus u* ZESEN *in Amstelodami descriptione p. m.* 326. his uerbis: *Das soldaten gasthaus hat die Englische Konigin Elisabeth, als sie diese uereinigte Niederlande unter ihre beschirmung* B *genommen, oder uielmehr ihr stadthalter in denselben der graf uon Leicester in der Konigin nahmen uor die krancken und uerwundeten arme kriegsleute an. 1587. gestifftet.* In DIARIO *Europ.* Tom. 25. p. 724. *Belgarum* liberalitas hodierna enumeratur in milites, membris truncatos. In utroque *oculo* 1500. floren. pro *uno* 500. pro *brachio* utroque 1500. pro *dextro* 450. *sinistro* 350. pro utraque *manu* 120. pro *dextera* 350. *sinistra* 300. utroque *pede* 700. pro altero 350. soluti. *Minima* damna aequitati iudicis relicta. Renouarum *edictum* 1672.

Belgarum doctrinae de emerito.

(*c*) Succorum inprimis hae querelae fuerant iu- C diciaque anno CIↃIↃCXCVII. quo iure iniuriaue, nequeo definire. Pace enim Risuicensi conclusa, ut aliorum copiae auxiliares, ita Suecicus quoque miles in Belgio dimissus est. Fuisse in his, aiunt, qui A praeterito bello pedes, brachia, manus, membra corporis alia amiserint; eaque propter ordines Belgii supremos missione facta, adierint praemiumque rogauerint, ne exantlatis laboribus, alimenta deessent, quae nulli mortalium in tanta calamitate negarentur. Reposuisse ad haec quendam, ordines dolere uicem militum uulneratorum: sed hunc belli exitum ac infortunia esse, a militum uita nihil aliena. Ferre casum debere, qui casum faciat. Pace rempublicam non frui, nisi onera deponat aerarium. Optima militibus consilia hic esse parsimoniam, ne, omne stipendium degulando, ad egestatem redigantur.

ualetudinarii metamorphosis.

(*d*) Idem ZESIVS auctor nobis hic sit *p.* 326. descriptionis Amstelodamensis. Ipsi forte scriptori indigna uidetur commutatio. Breuissimus enim est, dum inquit: *wiewohl ietzund das soldaten gasthaus die krancken manner besizen.*

Hollandia mendicitatis ignara.

(*e*) Aliorum iterum, quam meis uerbis scribere hic malo, quamuis in re *notoria* nullo teste opus esse uideatur. Nouissimus esse potest *Henr. Ludolf.* BENTHEM, industrius Angliae et Belgii peregrinator. Ita autem ille *cap. I. des Holländisch. Kirchen-Staats p.* 11. *Wenn man durch gute wercke den Himmel uerdienen konte, würden es die Holländer thun. Ich habe mir eingebildet, als wenn ich auf des alten Ierusalems gassen gienge, woselbst keine bettler zu sehen waren.*

CAPVT XII.

DE VALETVDINARIIS GERMANORVM.

Apud GERMANOS olim hodieque emeritorum neglectus.

TAndem, quid patriae moribus constitutum, restat, ut exponamus. AHASVERVS FRITSCHIVS (*a*) admodum dolet mendicitatem militum inualidorum in Germania. Maiores nobis caussae querelarum erunt, si intellexerimus, migrauisse principes nostros ueterum instituta, quibus emeriti cuiusque militis consuli potuit egestati. Vt uero reipublicae forma, quam habemus, principia sua Cunrado primo debet (*b*); sic frustra fuerimus in antiquiori aetate occupati. De

---

Milites emeriti an ius habeant, stipem cogendi?

(*a*) In tractatu de *mendicantibus ualidis cap. IIX.* p. 69. his uerbis: *Quid de militibus ueteranis uel aliis statuendum, qui in bello pro patria stipendia meruerunt, honestaque uel caussaria missione impetrata, clandi, caeci, debiles, corporeque mutilati ad nos redeunt, anne et hi tanquam ualide mendicantes repellendi sunt? Non uidetur. Sed his potius commodiori ratione, quam uulgo fit, subueniendum esse udserimus, puta receptione in ptochotrophia uel Xenodochia, quod si negligatur, ut hodie fieri udsolet, publica mendicitas ipsis prohiberi nequit.*

Frustra regredimur in principiis iuris publici ultra uetrum Cunradinum.

(*b*) Non primi sumus, qui ita sentimus. Tenent D hanc sententiam PAVRMEISTER *de iurisdict. lib. I. c.* 5. et, quod maximum est, illud iurisprudentiae cultioris lumen *Henricus* COCCEIVS *cap. XXI* § 10. *pag* 376. Nobis certe in errore non minori uersari uidentur doctores, qui *Carolingici* imperii formam, praesertim in Germanis, pro iuris publici principio habent: quam illi, quorum doctrinae dudum explosae sunt, quod statum rei *Romanae*; rationes feudorum *Longobardicorum*; aliarum *gentium* regna cum rebus nostris, non toleranda commixtione, confudisse, reperiantur. Verum semel rite constitutam ex Cunradino imperio doctrinam per uni-

CAP. XII. CAP. XII.

militis mercenarii origo an. 915. militis feudalis origo in Germania an. 1202. Ratio Panis-Brieffe. Primariarum precum.

De Henrico aucupe habent annales, quod primus fuerit, qui *mercenarium* militem legerit in Germania; Octo agros colere aratra et falcem gerere iusserit, qui nonum alerent in armis (*c*). Posteros tamen successores stipendia militibus soluisse, difficile ad credendum (*d*): Philippum uero primum fuisse, celebrant, qui fundos illis adsignauerit ortumque dederit MILITARIBVS FEVDIS in Germania (*e*). Id omni aeuo habuit imperator, ut inualidos milites atque rerum administros, monasteriis commendaret ad praebendorum largitionem (*f*). Turpiter cum hoc iure plerique confundunt preces primarias, quibus cum nihil habet commune (*g*). Praeterea scrupulus animis doctorum est euellendus, qui cau-

---

uniuersum systema iuris constantee deinde retinere; dogmata quaeque sigillatim perpetuo nexu cum illa coniungere; aeuum aeuo conciliare; quae per uim contigerunt ab illis, quae iuris ordinem habent, dignoscere et separare; cuncta diplomatum, annalium, monumentorum fide tueri; uetustatem denique eum facie imperii hodierna continere atque conferre: in hac demum rhodo saltandum est. Qui enim in hoc labore cum fructu sudare uoluerit, ei opus est industria in legendis scriptoribus coaeuis; constitutionibus atque diplomatibus euoluendis; ad scrinia publicarum literarum maturo accessu; commercio quoque cum rerum gerendarum administris; summatim singulari ad inuestigandum et eruendum fortuna, iudicio et sagacitate. Hoc si expenderent secum eruditi, non ea cupido animos eorum inuolaret, ut haec sacra ponerent in tyrociniis, ingenti patriae nostrae damno et inconsiderantia scriptorum.

Henrici aucupis miles, primum mercenarius in Germania.

(*c*) Carolingurum Caesarum ea potestas fuit, ut, casu sic ferente, fundorum quosuis possessores cogerent ad militiam. Eandem facultatem Henricus auceps habuit, non qua *rex* Germaniae, sed qua dux suae prouinciae: adeoque non in regno Germanico, sed in Thuringia Saxoniaque. Clarus est in hoc argumento *LVITHPRANDVS lib. II. c. 8. p. 107. Directis per Saxoniam nunciis Hungarorum, quotquot poterat * capitali sententia se adire praecepit* Henricus. *Validissimo igitur per quatriduum collecto exercitu, est enim * mos laudandus Saxonum atque imitandus, quatenus annum post annum et duodecimum nemini bello deesse contingat* (habes temporibus istis constitutam pubertatem) *equum ascendit atque ad pugnandi rabiem excitauit.* Neque stipendiarii militis institutio proferenda est ultra limites propriae dictiunis, quam paulo ante denominauimus. Ita enim intelligendi sunt scriptores *ALBERICVS ad an. 925. p. 262.* Rex *Henricus agrarios milites*, (possessores fundorum, ut hodieque in Polonia, ignara fere militis mercenarii) *recensens edixit, ut octo eorum in agris laborarent, nonus uero tertiam partem omnium frugum illorum reseruaret in aedibus a se extructis, ut in bello nihil alicui eorum deesset, urbes uero ut auris et rebus plenae essent.* Haud dubie ut alia plura, ita hanc quoque legem debet WITICHINDO *lib. I. p. 306.* Vnde quoque sua GOLDASTVS exscripsit *tomo I. constitut. p. 106.* Quemadmodum uero regula philosophorum est, quod exceptio regulam firmet: ita certus sum, in aliis Germaniae oris stipendiariam militiam prorsus incognitam et ignuratam fuisse.

Stipendiarium quondam militem uix habuisse Germanos.

(*d*) Nequeo definire, ad quae tempora perdurauerit institutio, modo commemorata Henrici. Id scio, neque testimonia neque coniecturas stipendiariam in Germanis militiam sustinere. Repugnant sane paucitas aeris ac nummorum: militum dignitas: officia et promptitudo subditorum ad patriae tuitionem: uocabulorum rationes der *Soldaten* und *Landesknecht*, quorum alterum Latinum est, alterum minus commune neque ualde antiquum; redituum ac fisci tenuitas cum principum, tum imperatoris: ipsae bellorum rationes atque euentus, annalibus descripti.

Memoria sti-pendiariae militiae, der Soldaten 1202.

(*e*) Memorabilis locus est *abbatis VRSPERGENSIS in chronico ad ann. 1202. p. m. 324.* "*Philippus* cum non haberet pecuniam, quibus salaria "siue * solda praeberet militibus, * primus coepit "distrahere praedia, quae pater suus Fridericus im"perator late acquisierat in Alamannia. Ita, ut "cuilibet baruni siue ministeriali uillas seu praedia "rusticana uel Ecclesias sibi contiguas (*praebenda*) "obligaret. Sicque factum est, ut nihil sibi rema"neret praeter inane nomen domini (*directi*) terrae, "et ciuitates (*quae feuda non sunt*) seu uillas in qui"bus fora habentur et pauca castella." Plura hic disco: principio hoc tempore stipendiarios milites non ignorasse Germanos: ignorasse autem, si testi huic fides est, *feuda militaria*. Qua ergo fronte haec iura obtrusimus nobilibus quibusuis possessoribus fundorum? Cetera, quae docere possem, huc non pertinent.

Panisbrieffe imperatorum

(*f*) Quod Galli digno satis nomine *regale* dicunt, illud fere Germanis audit facultas scribendi *panisbrieffe*, id est, commendandi coenobiis milites atque administros emeritos ad cultum et uictum. AVCTOR libri, *documenta redituua monasterior. in Wurtenbergico ducatu sitorum*, qui rarus ac utilis est, et scriptorem habet *Besoldum*, arcanorum istius principatus maleuolum proditorem, p. 349. recto iudicio incedit: *imperatores regesque absolute singularia quaedam iura in monasteriis, sibi immediate subiectis habent, ut sunt in Gallia regalia. Tale est in Germania ius primariarum precum et * aiclalitiam ministrorum emeritorum* der panisbrieffe. Hoc iure in diplomate, quod ibidem habetur, Carolus V. ait: "Nachdem uns als Roemischen Kayser "und obersten uogt des geistlichen standes, aus R. "obrigkeit und altem herkommen zusteet und ge"bühret, auff ieglich Stifft und Gotshauss eine per"son zu benennen, und dieselbe mit einer Laien "Heren pfründ fürsehen lassen: haben wir dem"nach unsern diener Paul Strasberger um seiner ge"treuen dienste willen, die er als ein schreiber in un"serer Canzeley gethan, zu fürsehung seiner leibes "nahrung hierdurch benennet und auff euch uer"wiesen. Mit ernst befehlend, dass ihr ihn in euer "Gozhauss einnemet, und mit einer herren pfründe "mit Kuchen und Keller samt aller weiblichen nah"rungen sein lebenlang fuhrsehet. Gegeben Augs"burg 1550." Congruunt huic argumento egregie, quae habet WEHNERVS *in Obseru. pract. lit.* Panisbrieff. "Das sind uorschrifften um Leien pfrün"de einem alten diener. Als wenn ein Kayserli"cher alter Trabant, Hetschier, oder ein ander alter "wohluerdienter diener uom Kayser eine solche "uorschrifft um Layenpfründ oder Panisbrieff an "eines Stiffts Abbt, Probst, Dechant, Closter oder "Stifft, so uon selbem zu lehen gehen aussgebethen "hatt.

Diuersitas primariarum precum a iure der Panisbrieffe.

(*g*) Innumeri fere auctores de *primariis precibus* idque ex instituto scripserunt; sed nullus reperitur, qui oculos tantum defixerit in Germania iueritque per secula atque aetates omnes, quod tamen in *consuetudinario* iure, quale hoc est, requiri uidetur. Certus uero sum, imperatorem omni tempore praeter haec *primariarum precum* iura facultatem habuisse, mandandi, ut militibus atque ministris emeritis *aiclalitium* e coenobiorum ęditibus constitueretur. Cum utrumque inuicem differat atque

CAP. XII. causam rei uel in priuilegio ponant pontificis Romani; uel in eminentia imperatoris (*h*). Vtrique in errore uersantur, cum certissimus sim, supremis Ecclesiarum *patronis* id relictum esse, ut mitterent emeritos clientes, qui PAVPERVM QVARTAE participes redderentur (*i*). Inde Boioariae ducem militum fortunas e coenobiis adiuuisse (*l*) atque principi Venedorum hodieque eius iuris aliquid superesse, intelligitur ex annalium monumentis (*m*). Sed quamuis olim e ciuili aeque ac militari ordine homines emeriti de coenobiorum praebendis uixerint (*n*): superstitio tamen causas demum attulit, ut milites clericorum contubernio Germanis indigni haberentur (*o*). CAP. XII.

Quarta pauperum m. militum.

---

que longo interuallo unum ab altero distet. *Illud* loco uacante fiebat; non *hoc*, quod pauperum illam portionem respexit: *illud* non nisi semel exerceri poterat; uerum *hoc*, quoties casus ita tulit: *illud* habilem muneris Ecclesiastici personam uult; ad *hoc* quisque pauper sufficit ex ordine seculari: *illud* certi stipendii mensuram habet; *hoc* necessaria tantum exigit ad cultum et uictum: *illud* maiori forte specie pro re analoga conferri potest cum *mensibus papalibus*; non *hoc*, quod ex supremo Caesaris patrocinio pendet in patrimonia Ecclesiarum.

Vtriusque cur facultas apud imperatorem?

(*h*) Doctores pontificii utrumque pro priuilegio habent pontificis Romani: quod ipse imperatori in memoriam et aliquod solatium amissi iuris, Ecclesiastica beneficia adsignandi, fuisset largitus. Alii et ipsi imperatores in diplomatibus suis, hoc ius ex fonte deducunt supremae aduocatiae atque eminentiae imperatoris. Corruet ratio utriusque doctrinae per ea, quae mox sequuntur.

Errores doctorum.

(*i*) Frustra enim sunt, qui istam pauperum quartam in Germania uel nullo tempore agnoscunt: uel desuetudine eam merito sublatam fuisse, perhibent, iudicio MVLZII, industrii scriptoris. Dabimus nos quartae portionis auctoritates suo tempore in ipsis Germanis.

Iura Boioariae ducum circa patrimonia Ecclesiarum.

(*l*) Vere, sed corrupto tamen iudicio *Otto FRISINGENSIS lib. VI. c.* 18. de Arnulfo, regulo Boioariae: "Hic est, qui Ecclesias et monasteria Boioariae crudeliter destruxit ac possessiones earum * militibus distribuit." Cautior *BRVNNERVS* est *lib. I. p.* 206. ubi inquit: "Potestas Arnulfo data "(*addatur* Auentinus *lib. IV. p.* 293.) cooptandi Boicae pontifices in demortuorum locum, quae inter "regia tum iura censebantur. Hac quia intempe"rantius fortasse usus est, apud posteros infamia "conflagrauit. Frequens enim haec priscorum an"nalium querela est, illum * militaribus uiris aeque "addictiorem stipendia iisdem ex sacris opibus nu"merasse." Expendit haec forte *Iohannes ADLZREITERVS*, qui *Part. I. lib. XIII. p.* 334. scribit: "Exactis synodi uidere est, Arnulfum si quam ante "notam ex uetita sacri patrimonii contrectatione a"pud clerum contraxerat, eandem abunde expun"xisse. Et super haec extant ipsius facta, ad lau"dem praeclara, quae nisi male a scriptoribus qui"busdam fuissent expensa, plurimum eorum acerbi"tatem mitigassent. Certe Hepidanus uocat * o"ptimum ducem." Conferantur annales CREMIFANENSES *lib. II. p.* 117. Ego uelim iudicia hic repeti, quae superius prodidi *cap. VIII. p.* 284. *lit. s.*

(*m*) Cum nemo sit, qui Brandeburgico duci hodieque ea iura disputet, ad *Formulam marchiae* lectores remitto *Tom. I. opusc. IV. cap. XI. p.* 270. *lit. x.*

Ducis Brandeburgici circa eadem.

(*n*) Ex innumeris exemplis, duo allegabimus, sed ualde illustria, ab eodem teste prodita HELMOLDO. Primarium est Henrici IV. quem imperio exuerant principes, de quo *lib. I. cap.* 33. *n.* 5. *p.* 85. "Dixit Caesar ad episcopum de Spira, ecce, "destitutus regno, nihil utilius est, quam renuncia"re militiae. Da ergo mihi praebendam apud Spi"ram. Ad quem ille, non faciam tibi, quod petis. "Tunc Caesar illachrymans ad circumstantes ait: "miseremini mei, miseremini mei, uos saltem ami"ci, quia manus domini tetigit me." Alterum *lib. eodem cap.* 16. *n.* 11. *p.* 52. habet: "Theodoricus, mar"chio Slauorum, depulsus ab honore et omni here"ditate * praebendarius apud Magdeburgam finiuit. Idem scribit iisdem pene uerbis *Adamus BREMENSIS cap.* 84. *p.* 28. Meretur hic quoque expendi oratio *ECKARDI iunioris* de casibus monasterii S. Galli c. 16. p. 57. quem Goldastus promulgauit.

Henr. IV. quo iure uixerit de praebendis? itemque Theodoricus M. Slauor.

(*o*) Non mirum est, minus, quam alibi regnorum, de auctoritate principum in coenobia apud Germanos superesse. Nemini ignotum est, quoties in arena cum pontifice, hac de causa steterint imperatores Romani atque herbam illi plerumque porrexerint. Causas cladis partim in Caesaribus quaero, quorum animos cupido inuolauerat absoluti imperii ad Carolingicam formam: partim in ipsis ordinibus ac principibus nostris, qui pontificis opera, auctoritate, machinationibus insidiisque usi sunt, ad imperatorem in partibus contioendum. Quod si utrisque bene conuenisset, bruta fulmina, pontificis irae fuissent Germaniae. Ceterum purioris fidei principes potestatem in sacris iure postliminii receperunt. Quapropter operae pretium omnino foret, excotere archiua et libertatem Ecclesiarum Germaniae idoneis argumentis ad faciem pristini aeui adserere et contueri. *Schilterus* enim per summam tantum iuit, neque usus est codicibus uel instrumentis ineditis: ceteri uel uniuersim in *thesi* hoc argumentum tractant; uel in peregrinis magis, quam patriae consuetudinibus uersantur. Neque enim meliori iudicio aestimare possum uel Schardii uolumen uel ipsam quoque *monarchiam Goldasti.*

Causa desuetudinis.

CAPVT XIII.

DE VALETVDINARIIS INSTITVENDIS CONSILIA R. PORVSSIAE AN. 1705.

CAP. XIII. Aeterna itaque gloria sequetur magnum Porussici REGNI CONDITOREM, qui, post alia plura, quae in regni florem uel instituit primus uel aliunde adduxit instaurauitque (*a*), in Germanis primordia dedit contubernio militum in- CAP. XIII.

Valetudinarii nouissima a Porussiae REGE procurata institutio 1705.

Vnde incrementa prouinciarum.

(*a*) Obesse plurimum solet prouinciarum fortunis, supremus rerum procuratores ab omni nouitate, qua potius commoueri debebant, astutum abhorrere. Porussicam uero aulam quacuis inuenta excitant ad causas rerum cum iudicio exquirendas. Quo fit, ut per tot gradus increscere uideamus accessio-

CAP. XIII. *CAP. XIII.*

Militis Porussici rationes.

inualidorum (*b*). Quamuis enim sub POTENTISSIMO PRINCIPE regnum in pace fuerit (*c*); noluit tamen bellis adflictae Europae, etiam in remotissimis quibusque populis, auxiliario milite deesse, ut, quam fieri posset, de omnium mortalium salute bene mereretur. Extant trophea FRIDERICI in Hungaris; Britannis; Gallis; Germanis; Italis. Et, dum haec scribo, illa Sabaudorum metropolis, AVGVSTA TAVRINORVM, nouum REGI nostro ponit, dum liberatae urbis causas in fortitudine imperterrita agnoscit copiarum Porussicarum (*d*).

Frid. R. consilia de ualetudinario, procuratore regni herede.

Tanta ergo munificentissimi REGIS largitate dignissimum se praestat exercitus undique bellator uictorque, qui, post exantlatos labores, si uires olim exhaustae, perdita ualetudo, iactura membrorum facta uel exacta etiam aetas sit, tuta demum requie suscipiatur. Tangit coepti operis cura ipsum REGNI HEREDEM, excelsi atque inuicti animi PRINCIPEM FRIDERICVM GVILIELMVM, quo PRAESIDE confici et procurari debet negotium, sapientissimi parentis auspicio iussuque inchoatum (*e*). Ceterum id singulare est, quod fortunae ac uirtuti REGIS dandum. Qui enim otio literarum FRIDERICIANAM dicauit: idem nunc constituit militibus VALETVDINARIVM. Principibus ad imitandum proposito instituto, ut rempublicam praestent et armatam legibus et armis decoratam (*f*).

CAPVT

---

cessiones ditionum sapientissimi REGIS, unde alii A principes, nostra aetate, petere exempla solent, prouinciarum in meliorem statum uertendarum. Rerum gnari inprimis hic extollunt FRIDERICI HAMMRATHII supremi opum regiarum praefecti, animum sagacissimum ad rationes nouorum consiliatorum exquirendas et recto maturoque iudicio aestimandas; unde plurima regno commoda olim etiam pollicentur. Et uero satis est ad praeconium uiri perillustris, quod in amore sit REGIS sapientissimi: qui nihil fortunae dat in selectu administrorum; sed cuncta tribuit uirtuti, doctrinae, integritati, habilitatique ad officiorum momenta B sustinenda condigne et exornanda.

Valetudinarii Porussiae Regis initia et causae.

(*b*) Diu est, ex quo inualidorum militum egestati aliquo remedio subuenire uoluit REGNI CONDITOR FRIDERICVS. Neque tantum causas sibi cum aliis communes aestimauit; sed proprias et rationibus regni ac populorum prorsus peculiares. Vbique gentium exercitus Porussici magnam et fere prae cunctis aliis nationibus singularem fortitudinis, roboris, agilitatis et scientiae militaris laudem habent; ut in hoc cardine magnitudo imperii Porussici praecipue uersari uideatur. Deinde ditiones Porussiae regis non in globum se flectunt, sed in C longissima atque peregrinis regionibus intercisa spatia proferuntur. Inde uicinorum, quos attingunt, multitudo et pericula fere ex bellis, in quocunque Europae angulo haec commoueantur. Post Guestphali, Venedi, Pomerani, qui imperio regis parent, populi lacertosi, acres, neruosi et pugnaces sunt, ut naturae quodam munere ad militiam inclinare et habiles esse, reperiantur. Accedit demum, quod plures Germaniae pagi sint, quos circulos dicimus stylo uulgari, qui, necessitate urgente, ad auxilia confugiunt copiarum Porussicarum. Quae cuncta cum ita se habeant, singula eorum REGI D PORVSSIAE exercituum probe instructorum curas atque causariorum rationes commendare uidebantur, hoc est, institutionem VALETVDINARII EMERITORVM.

Bella Porussiae R. non tam sui causa, quam pro tranquillitate statu exterorum.

(*c*) FRIDERICO IMPERANTE pacatissimus ditionum, quaquauersus illae patent, status fuit: undique belli incendiis flagrante uicinia. Dandum est hoc benignissimo Dei numini: qui REGI prouida consilia suggessit; uicinorum alios amore continuit in piissimum principem; aliis horrorem incussit Porussici armatus. Noluit tamen REX, ut in otio agerent pugnacissimi exercitus. Nunc enim iustitia causae: iterum foederis religio: mox orbi reddenda tranquillitas copias euocarunt ad exterorum procurandam salutem. Quo factum est, ut exercitus Porussici ad quinquaginta millia fortissimorum militum adsurgere uideantur.

Turini liberatae potissima officia in milite Porussico 1706.

(*d*) Si literae omnes ex sacris scriniis colligerentur, quibus diuerso tempore ac bellis Caesar: Hispaniae; Britanniae; Daniae; Poloniaeque reges: respublica Belgii: Germaniae Italiaeque principes eorumque supremi bellorum duces in acerrimis praeliis atque urbium ac munimentorum maxime cruentis expugnationibus primas atque ultimas dederunt copiis Porussicis: uolumen illae efficerent iustae satis magnitudinis. Sabandiae princeps urbis, ab hostili corona, qua eam cinxerant, liberatae causas ita detulit imperterritae fortitudini nostratium, ut credere liceat, tantum non ultimam partae uictoriae spem in illis eum reposuisse.

Regni heredis cura pro militibus.

(*e*) Non Cyri aut Alexandri iuuenum esse potuit in egregios atque bene lectos milites amor ac studium, quod in PATERNI REGNI HEREDE non agnoscimus ac demiramur. Humanissimus princeps, nam

uidet sub cassíde uirtus,

nihil alieni a purpura credit, gregarios quosque milites legere, lectos colloquio dignari et docere quandoque, scientiam eorum usu cognoscere et explorare, agiles atque paratos laudibus et praemiis extollere, hocque remedio minus peritos ad imitandum impellere ac incitare. Neque, quod supra *lit. b.* scripsimus, nouum est, ipsum *aegros* in hospitiis uisere atque inualidorum aut membris captorum militum egestatem de suis opibus subleuare. Quo fit, ut omnium etiam nobilium et literatorum iuuenum animos cupido inuolet, uel militiam perpetuo amplecti; uel aliquo minimum tempore mereri, quod mollitiem, quae ex foco matrum et lare familiari adhaeret, dispellat. Maiori sane ratione, quam olim e peregrinationibus speratum fuit, emporio illo licentioris uitae ac libidinis pestilentissimae. Praeterea in muneribus belli capessendis nulli per saltum ire solent, qui morbus plerosque Germanorum exercitus in Germanis infecit, sed, tyrociniis rite positis, principe commendatore, pro meritorum causis ad maiora per legitimos subinde gradus euehuntur. Ceterum non est, ut *ualetudinarii curam* principe nostro parum dignam quis existimet. Nam fratrem Caesaris in oriente orphanotrophi munere defunctum esse, scriptum est superius *cap. VII. p. 273. lit. c. g.*

Vincula armorum et literarum.

(*f*) Liceat exemplum administri commemorare, unde patere potest, quam arctissima esse uelit SAPIENTISSIMVS PRINCEPS uincula armorum et literarum. Quem enim supremum rei militari praefectum iam olim nominauerat, eundem cum huius sacrarii, tum bonae mentis officinarum reliquarum prouidentissime constituit curatorem. Et, quod magis est, ut armorum successus a prouidentia et benignitate numinis pendere, doceret, eodem re-

ctore

CAP. XIV. ctore uti etiam debent antistites sacrorum. D. L. DANKELMANNI munerum haec officia, quae quamuis et magna sint et diuersarum prorsus ratio- A num: singulas tamen partes explet uiri unius industria, doctrina, habilitas, et usus longissimus rerum gerendarum. *CAP. XIV.*

C A P V T   XIV.

CAVSAE VALETVDINARII INTVITV MILITVM.

CAVSAE instituendi ualetudinari emeritorum intuitu militum, quorum recensentur 1) molestiae,

POstquam prouidam cultiorum gentium curam pro subleuanda inualidorum militum egestate exposuimus: ratio instituti uult, ut iura quoque demus causasque, unde haec obligatio pendere, uideatur. Principio militem intuebimur; postea rempublicam: utrobique enim argumenta nascuntur ad hoc genus largitatis. Militia ipsa grauis est et nullis non incommodis et difficultatibus exposita. Nunc fames aut sitis stomachum excruciant: nunc frigus aut aestus adfligunt corpus: nunc itinera aut uigiliae uires eneruant: nunc praelia truncant artus, luxant lacerantque membra et, quod inter alias calamitates in lucro ponitur, uitam ipsam eripiunt. Quid dixerim, quod tamen nec raro accidere solet, de saeuitia imperatoris et centuriorum; de inclementia, duritate, contumelia hospitum ciuium et paganorum in hybernis? Ipsa itaque sors nullibi, non lachrymabilis et miseranda, aliquod redhostimentum exigere et iure quodam casum passi a republica id postulare uidentur (*a*). Sed stipendium instar mercedis esse, dicunt, quae satis esse debeat locatori operarum (*b*). Verum, TACITI uerbis utar, denis in diem assibus animam et corpus aestimabis? Et quamuis, quod decernitur, uix ad uictum sufficiat, defalcant tamen et amputant id ipsum maliciosi quaestores, centuriones, rerum ac annonae praefecti, ut operae mercedem haudquaquam respondere intelligamus (*c*). Veteres, quidam scribit, praemia, praedae partem, munera ducum, imperatorum donatiua habebant: nostri post sanguinem fusum post truncos artus stipem ostiatim petunt (*d*), infelix documentum ingratitudinis principum. Denique commoda etiam,

2) tennissima stipendia,

3) nulla praemiorum spes,

4) merita in rempublicam.

Molestiae uitae militaris. (*a*) Sermune uulgi dicitur, *dulcu bellum inexpertis*. Eius incommoda silentio regi et inanium specie inuolui debent in republica, quam promulgari in uulgus. Ridet ANTIPHANES militem mercenarium, STOBAEO auctore *Serm. CLXX. p.* 578. quod uiuendi gratia accedat ad innumera pericula mortis.

Τίς δὲ ἀχὶ θανάτυ μισθοφόρος, ὦ φίλτατε
ὃς ἕνεκα τῦ ζῆν ἔρχετ' ἀποθανούμενος.

TACITVS *lib I. annal. c.* 8. netuose, ut solet, *ipsum militium grauem et infructosam. Denis in diem assibus animam et corpus aestimari. Hinc uestem, arma, tentoria: hinc saeuitiam centurionum et uacationes munerum redimi. At hercle uerbera et uulnera, duram hiemem, exercitus aestates, bellum atrox aut sterilem pacem, sempiternu.* Alios laudare, supersedeo, cum maiori eloquentia ad emolliendа, quam exaggerauda onera belli opus esse uideatur.

Modica salaria militum. (*b*) Hac de re supra ex rationibus iuris ciuilis actum *cap. IV. p.* 257. *lit. e. et f.* Meum uon est, stipendiis modum definire. Id nemini ignotum est, gregarii militis salaria non tertiam partem attingere sommam mercedis, quae solui adsolet infimo cuique bomini artis sellulariae.

Defalcata a praefectis. (*c*) Frustra meum de his rebus iudicium in Academiis, e re militari prorsus alienis. Sed *In* NOVE; BONBRA aliique fraudes detexere illorum, qui aerarium milirare procurant circumueniuntque serum angustia uel grauatos uel oppressos gregarios ac ordinum ductores. Illos, qui consuluerit, calculum non detrahet nostro argumento. Inde grauissima constitutio habetur *l.* 2. §. 9. *C. de officio praefecti urbi*, cuius summa est: *qui ex tribunis etiam aut ducibus de militum stipendiis lucrum sibi acquirunt, in quadruplum rependant et dignitate priuentur. Omnium ideo ordinati sunt milites, ut per ipsos prouinciae uindicentur.*

Parum hodie militibus ex praeda. (*d*) Verba eruditi FORSTNERI sunt ad *lib. I. annal. Taciti p.* 55. *seq.* Non inutile erit integrum B locum exscribere: "Veteres certa stipendia, praedae partem, munera ducum, imperatorum donatiua habuerunt, (Hae de re plenius actum cap. VI. pag. 263. sqq.) nostri post sanguinem fusum, post truncos artus cum non egenae tantum uitae sobsidium, sed et praemia fortitudinis suae inuidenda meriti essent, stipem ostiatim petentes conspiciuntur. Lachrymabile et miserandum bodiernae militiae dehonestamentum! infelix documentum principum ingratitudinis! Et nihilominus ubi primum strepit tympanum, concurrunt miselli (hodie sapiunt C icti atque a pruritu hoc sibi ualde temperant) ignoti inter se ignorantesque. Purgamenta urbium suarum, gulosi, maximi mulierum moechi, laborum fugientes et nomina sua in militiam profitentur non sane quod alios, praeda onustos domum reduces uiderunt. Quippe maxima pars aut in illo carnis humanae macello caeditur, aut nudo corpore, destrictis tegminibus et gladio in scipionem mutato redit. Sed siue fatali uecordia siue ignauia eunt, non in hostem, sed hospitibus metuendi et in rusticorum gallinaria egregiam pugnam edituri." Cur autem parum D sit, quod hodie e praeda militibus expectandum, facile ad intelligendum est ex moribus militum ac uostrorum bellorum. Principio enim impedimenta ae nummos ante ex castris amouent: quam praelium ineatur. Deinde non extrema facile expectari solent, sed in tempore pars uicta herbam porrigit consulitque suis fortunis Post id habent bella inter populos Christianos, ut ipsi quoque uictoriae modus sit, ueque in exitium rerumpublicarum contendatur, quo populi deuicti bona in praedam cedant uictori. Tandem tribunorum hae artes sunt, gregariis praeripere spolia et infe- E riores anticipare, ut parum illis superesse queas. Alia ratio uetustis temporibus fuit. Apud Romanos omnia praedae uomine capientium fiebant *l.* 5. §. 7. *de acquir. rer. dom* et occupantium *l.* 51. *ff. eod.* et §. 17.

CAP. XIV. etiam, quae milites reipublicae adferunt, emerita illi non minus commendant pro caufariis. His fulcris domi quies et fecuritas confiftit: foris pax et tranquillitas (*e*). Hoc ftylo iura defunduntur, uindicantur iniuriae, regna adferuntur et populi (*f*). Non meis uerbis, fed membris capti militis oratione, qui, ex bello Hungarico redux factus, ftipem oftiatim coegit, hic utar et, fieri poffet, aliter fentientes perfundam rubore. *Me miferum! inclamabat ille, integro uicennio caftra in Hungaris fecutus fum, praeliis, urbium ac munimentorum expugnationibus pene innumeris interfui, unde Caefari ac orbi Chriftiano non latifundia accefferunt, fed ampliffima regna. Ego quid retuli ex hac arena? Ex linteo thorace truncas manus profert: aperit pectus, uulneribus dilaceratum et hernia disiectum gremium: grallatum pedem intueri iubet et faciem cicatricofam: fummatim trifte oftendit emeritae militiae fpectaculum. Dum obftupefcerem ad haec, ex lutulenta pera literas protrahit, Caefare fubfcriptore munitas. Summa harum: militem emeritum, per uiginti annos ftrenue nauata opera, commendari ad ftipem, libere emendicandam per imperium.* Alget calamus, horum narrator. CAP. XIV.

et §. 17. *Inftitut. de rer. diuif.* exceptis bellis ciuilibus *l. 21. in fin. de captiu. et poftlim. redemt.* De agrorum adfignatione habetur *lex* ualde notabilis *11. ff. de euiction.* Cui iungi poffunt illa, quae fuperius fcripta funt *cap. VI. p. 266. l. t. s.* Memorabilis eft *Gregorii TVRONENSIS* narratio *lib. II. p. 506.* quod forte praedam omnem diuiferint Franciei exercitus. Nihil hic praecipui uel regem habuiffe. Inde Chlodouaeum ab exercitu fruftra rogaffe aliquid ante fortem. Repofuiffe enim militem quendam ad rogationem eius, non habebis rex, nifi forte, hanc expecta. A

Commendatio militiae, prabe instructae in republica.

(*e*) Quod caput in corpore, id exercitus in republica, inqoit *CONSTANTINVS Porphyrogenneta in nouella III. p. 200.* quarum editor eft *Meurfius.* Et idem ftatim poft ait, effe χεῖρας ὅλης τῆς πολιτείας ἀλλ' οὐχὶ δαπανᾶν τοὺς στρατιώτας. B

Ex legibus et fermone militis Romani de ingratitudine fuae gentis.

(*f*) Legis Romanae fummam dedimus *cap. 6. p. 266 litt. z.* Congruit cum hoc argumento querela militis Romani, interprete *PLVTARCHO in uita Gracchi:* "Feras etiam Italiam incolentes cauftra habere, illis uero, qui arma ferrent pro Italia "et fanguinem profunderent, nihil praeter aëra et "lucem concedi, fed fine lectis fedibusque cum "liberis et coniugibus uagari. Ludibrio haberi "ab imperatoribus milites, quum eos adhortantur in acie, ut pro aris et focis dimicent. Nemini enim uel aram paternam uel domum auitam "effe. Nominari orbis terrae dominos, qui ne "glebam quidem, ubi pedem ponant in fuo, habeant." De caufis et quaefitis remediis contra eius generis querelas actum reperies in *Pufendorffio illuftrato* cap. I. p. 140. -- 145.

CAPVT XV.

CAVSAE INSTITVENDI VALETVDINARII.

CAP. XV.

Intuitu principum et reipublicae, ut milites

SEd reipublicae quoque rationes uolunt, ne caufarii emerito deftituantur. Fortiffimi imperatoris hoc iudicium eft (*a*) non maiora militum in praeliis terriculamenta effe, quam membro truncari et perpeti, reportata uictoria, mendicitatem; contra uitae iacturam nullius fieri. Multum itaque animi adferet, fi certi CAP. XV.

Militum timor in praeliis ne redeant inde membris truncati.

(*a*) POLYBIVS, pragmaticus fcriptor *lib. III. cap 88. p. 331.* de Hannibale: Παρασκευάσας δὲ καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς μὲν τραυματίας ἐξυγίασε, τοὺς δὲ λοιποὺς εὐέκτας παρεσκεύασε καὶ προθύμους, εἰς τὰς ἐπιφερομένας χρείας. *Similiter milites uulneratos quidem perfanandos curauit, reliquos nerabahiliares reddit et alacres paratosque ad ea quae reftabant certamina.* Judicium MAVRITII imperatoris habetur fuperius *cap. VII. p. 273. lit. f.* de eadem re proditum in *ftrategicis.* Similis argumenti fcriptor Graecus ONOSANDER cap. XXXIV. p. 69. inquit: ἐν τῷδε καλὰς ἐλπίδας ἔχειν ἀνάγκη τὸ στρατόπεδον. Digna etiam funt, quae arguit *Stephanus FORCATVLVS in libris feudar. c. 11. p. 241.* alimentorum atque feudorum commoda uulneratis aut membro captis relinquenda effe, *ut alii in pofterum alacrius in praelia confertosque hoftes irruant.* Non poffum, quin addam, quae hanc in rem fcripfit auctor, faepe laudatus, *Franc. de la NOVE difcurfuum milit. XV. p. 378.* qoi hic eft: "Ich bin mit derienigen "Meynung, welche uielleicht den mæchtigen Fürften zu flattieren, maintenircn, und fie bereden, "die Recompents fo fie den Kriegsleuten und Soldaten geben, kommen allein uon ihrer Freygebigkeit her, dano fonften feyen fie durch recht im "wenigften nit darzu uerobligirt. Die Vrfach C "deffen, fo fie einführen, ift, dafs fie um ihre Mühe "befoldet und bezahlt werden, was man ihnen ferners darüber gebe, befchabe nur aus gnaden. Fürwahr ihre Wage ift gantz ungleich und falfch, "welche ich zur Gleichheit zu bringen begierig "bin. Dafs dann gefchicht, wann man dem Verdienft der Niedrigen eben ein folchen Zufatz, als "dem guten geneigten freygebigen Willen der "Obern gibt. Wann wir aber die rechten Kriegsgefætz, Gebrauch und Gewohnheiten betrachten "und erwegen, werden wir befinden, dafs in diefem Thun mehr Schuldigkeit, als Gnad und Frey- D "gebigkeit ift. Vnd halte ich die Regel uor gut, "die da will, dafs wie der Soldat dem Dienft uorgehe, alfo foll die Recompens dem Verdienft folgen. In Warheit, wann Perfonen auf der Welt "feynd, die arbeiten und ihr Leben wagen, fo feynd "es die Soldaten oder Kriegs-Leute. Darum follen fie auch der Recompents, fo die geringern als "fie uerhoffen, nicht beraubt feyn, welche ihnen "uornehme Herrn, ja mit fuge nicht uerweigern "können. Dann die Mannheit und Tapfferkeit ift "folcher Stærcke, dafs fie aus dem Hertzen, Mund "und Haend der Vnuerftændigen, Geitzigen und "Vndanckbaren, dannoch Lob, Ehr und Ruhm herunter reifst."

(*b*) Ap-

CAP. XV. si certi sint de receptaculo, quortum prorugere liceat membro truneatis (*b*). Et uero qui hodie fit, quod non ab orco magis abhorreant miserrimi etiam mortalium, quam a militia (*c*). Et, si inter gemitus et plangores, inter minas ac uerbera, tympanum sequantur, non tamen ullum eis ultimi supplicii genus satis est, quin uiolent sacramenta, deserant cohortes, turpissima, si fieri potest, fuga sibi consulant et firmiores ordines sua uecordia in praeliis conturbent (*d*). Vtrique iterum malo consuletur, si condigna emerita statuantur (*e*). Ita enim uolones habebimus et exercitum mortis ac uulnerum contemtorem. Post milites membris capti, si exauctorantur, cum alia remedia nesciant ad uictum et cultum, errones agunt atque hominum ac uillarum spoliatores. Religio ipsis nulla legum; quas necessitas non habeat: neque poenarum aliqua formido; quod illi miseram uitae sortem grauiorem habeant ultimi cuiusuis supplicii diritate et cruciatu (*f*). Demum nescio, quid sacram themidem permouerit, ut clerico aegrotanti aut senecta confecto salarium relinquendum, atque coadiutorem eius sumtibus Ecclesiae alendum esse, statueret (*g*), si non eodem beneficio dignissimum habeat militem inualidum. Iniquissima quoque placita doctorum esse arbitror, qui ciuilium

CAP. XV.
a) *faciliores lectu.*
3) *non facile deserant*
4) *exauctorati a spoliis sibi temperent.*
5) *ne milites peioris fortis ac clerici aegrotantes*
et rude donati rerum ciuili-

Praesertim bodie inter pulueris et tormentorum fulmina.

(*b*) Apprime recte admonet illustris scriptor A *Christ.* THOMASIVS *selector. cap. IV. p.* 44. *maxime in bis seculis talibus institutis est opus* (de cura et alimentis inualidorum egerat) *postquam inuento usu pulueris pyrii in bello frequentiores sunt occasiones, ineptos reddendi milites ad laborandum, salua uita.* Congruit cum hoc iudicium *Adami* CONZENI, *Iesuitae*, sed rerum politicarum doctoris excellentissimi *lib. X. c.* 59. *p.* 926. cuius inscriptio: *Vetus militia cum nostra comparata, quoad arma.* Verba prae ceteris huc faciunt, quae sequuntur: "Hoc unicum in nostra militia deplorandum est, "quod cum olim omnibus armis, quibus uita pe- B "rebatur, arma contraria inuenta fuerint, quibus "corpora tegerentur; nunc uero tot annis, post "inuentas in hominis necem bombardas, nondum "inuenta sit lorica aut scutum, quod pugnantem et "concurrentem tutari possit. Tanto in sui perni- "ciem, quam salutem est hominum indoles inge- "niosior. *Et alibi:* Milites nostri muniri contra "ictus bombardarum non satis possunt. Veterum "enim armatura inutilis est, penetratur enim faci- "le, ea si firmiue efficiatur in duplum aut quadru- "plum, inutilis erit ob pondus. Hinc uisum est, "potius expeditos, quam immobiles habere mili- C "tes. Itaque nostra militia uetere periculosior est "et cum olim * totos interdum dies pugnaretur, "nunc celerrime praelia absoluuntur, quia nudi "nudis concurrunt.

Miram esse, in militum tam misera sorte, qui nomina dent militiae.

(*c*) Dedimus supra *lit. u.* locum iudiciumque eruditissimi *Forstneri* de misera militum sorte, propter quam miserrimi etiam mortalium a militia abhorrent. Pertinet huc illud OVIDII *lib. I. de arte am. uers.* 131.

Romule *militibus* scisti dare *commoda* solus:
Haec mihi si dederis commoda, *miles ero:*

Vix enim nostri seculi moribus respondent, quae D scribit *Adamus* CONZEN. *lib. X. Politic. c.* 2. *p.* 839. his uerbis: "Milites hodie aluntur, ut uictimae, "nec sane liberaliter: reguntur durissime et ad bel- "lum tamen adspirant. Olim sacramenti fugiendi "causa in ergastulis latitabant, pollices sibi prae- "scindebant, alias effugiendi occasiones quaere- "bant. Nunc sponte accurrunt, quos desperatio "aut cupido licentiae domi manere non sinit. Aliter nunc fit, ubi illud SENECAE apud plerosque obtinet: *nullus miles est, qui imperatorem gemens sequitur, epistola* CVIII.

Vnde desertores, transfugae, proditores tot?

(*d*) Quod qui nullo iudicio aestimant, neque ca- E lamo, sed ense scribunt milites; non uerbis inuitant, sed inter uerbera uulneraque cogunt: illi dignum post sentiunt sua temeritate euentum. Inter commeandum alii clam se surripiunt: neque stationis tanta illis religio, quin eam deserant: ad praelia arma adferunt non animos, uecordes, trepidi ac tremuli: qui non uictoriae se deuouent, sed uouent maturum discessum: dant se ante in fugam, quam coniiciantur, et ceteros confundunt bellatores. Hi fructus militiae inter gemitus et plangores coactae.

Remedia contra utrumque, ualetudinaria emeritorum.

(*e*) Verum publicae haec danda esse necessitati, aiunt, ne patriam babeamus inermem. Nunquam credite, milites deerunt, si aequi sint sudoris ac uulnerum militarium aestimatores. PANORMITANVM audite in uita Alphonsi regis *lib. II. c.* 47. qui ita scribit: "Alphonsus militibus aut "missionem, aut uacationem petentibus, licet in- "commode, tribuit tamen. Itaque factum, ut cum "requiem et otium sibi haud denegari, animad- "uerterent, illud postea concessum tenuerent aut "ultro denuo redirent ad regem. Quos reuersos "rex comiter ac benigne suscipiebat monebatque, "ut, cum sibi bellum quidem gratia pacis suscipe- "retur: sic illis negotium gratia otii renuendum non esse." De eodem idem scriptor *lib. III. c.* 32. commemorat: "Alphonsus cum ex praelio relatum militem, lethaliter gula transfossum, circa se "locari iussit suoque sudario uulnus obturari. "Cum uero nullam spem uitae praesentis haberet, "ad beatam ac immortalem hortatus est: mortu- "um sepeliri quoque diligentissime curauit. Simile quid *lib. III. c.* 43. reperies apud eundem. Addatur la NOVE *discursuum milit. XV.* doctor uere pragmaticus. Atque hi demum illi fructus sunt commodaque *uolonum* in militia.

Militia missi conglobati praedones.

(*f*) In uulgi sermonem abiit: *Bellum fures serere, quos pax gladio demetat et laqueo.* Nihil miror. Anno CIↃ IↃC XCVII. Risuicensi pace conclusa, menstruo spatio plusquam centum et quinquaginta millia militum sunt dimissa a Belgis, Anglis, Germanis. Quae exauctoratio cur grauior fuerit atque intolerabilior, non solum ingens multitudo effecit, sed etiam tempus ac locus. In hieme illa fiebat idque in ditione peregrina, atque belli oneribus fessa et fatigata, ut, si ab aliquo miles panem aut stipem rogaret, incolae rogatorem in malam fustem ire iuberent, et exitiabilia bella execrantur, quasi fons horum quaerendus esset in miseris militibus. Quid facerent his contumeliis ac necessitatibus expositi emeriti? Aliorum animos furor incessit, alios desperatio corripuit, ut caedibus, latrociniis, furtis, rapinis aliisque criminibus sibi consulerent, spreta omni societatis religione.

Rude donatis an debeantur salaria? De substitutis clericorum.

(*g*) Quam prouidi ea in re fuerint legumlatores integer *titulus* VI. docet *libri III. decretal.* de CLERICO AEGROTANTE *aut* DEBILITATO. Summa eius est: "clerico siue senecta siue genere "quodam morbi impedito, quo minus sacro mu- "nere posthac defungeretur, ad dies uitae salarium "ceteraque commoda deberi, ecclesiae autem uel "eius

CAP. XV. *Ciuilium administri.* CAP. XV.

uilium rerum administros in morbo ac senectute a principe et republica alendos esse affirmant (*b*): nulla ratione habita militum, quasi horum merita in rempublicam non pretii aequalis aut certe maioris iudicio digna esse uideantur (*i*).

"eius patrono onus incumbere, ut alant coadiutorem uel substitutum." Rationes legis ac doctrinae sunt: primo, ne afflicto addatur afflictio *C. VII. Q. 1. c. 1. scripsit et c. 2. cum percussio corporalis cap. 5. X. de cler. aegrot.* Deinde, ne alii deterreantur, qui militarent Ecclesiae *c. 1. eod.* Post quia, morbi aut senectutis causa, non coniugum diuortia fiant, ergo nec uinculum ideo rumpatur ministri et Ecclesiae *c. 11. sicut e VII. Q. 1.* Praeterea sacro munere indignum haberi uel in paupertate uiuere *Clement. cap. 5. in plerisque, de elect. potest.* uel exui munere clericum inuitum *c. 17. et 18. c. VII. Q. 1.* Tandem ea ab clericis, aeternae salutis procuratoribus in laicos homines merita prouenire, ut leue onus uideri debeat, coadiutori uictum ac cultum largiri, in gratiam aegrotantis aut senecta confecti pastoris de grege optime meriti. In qua arena *magistri decretalium* se ualde exercent, ut nulla dubitandi causa superesse uideatur. Ceterum diuina Themis neque hos mores mutatos uoluit inter protestantes, qui utrumque pariter alendum esse existimant a sacro coetu et antistitem inualidum et eius substitutum. Nota magis haec onera sunt, quae sentire solent non ita opulentae paroebiae, quam ut opus esse, uideatur, allegare praeiudicia, quae habet CARPZOVIVS *Lib. I iurispr. Consist. s. 10. def. 153. n. 7. 8. 9.*

Inualidis administris in ordine ciuili num salaria debeantur.

(*b*) De famulis inualidis in ciuili ordine non reuoqui debet, quod scriptum est superius cap *IV. pag. 232. lit. c.* sed illa pertinere uidentur ad locatores operarum temporarios uel sortis uilissimae homines, quos seruos dicimus: non uero ad rerum alicuius momenti administros in republica. Ad *mercedem* proprio sensu ita dictam; non uero ad illam, quae liberalis est, et nomen sustinet *honorarii* apud doctores. His enim principem et rempublicam nihilominus annua stipendia debere, quamuis morbo uel senecta ab administratione muneris sibi demandati impediantur aut excludantur prorsus, plures existimant. Argumenta sunt, ita sentientium, quia eodem illi loco haberi debeant, quam clerici, *Thomas* ACTIVS *de priuilegiis infirmitatum Part. 2dae prooem. n. 74 et 79.* Deinde clara, sit *l. 38. ff. locat, conduct.* accipere mercedem locatores si per eos non stetit, quo minus operas praestent. Praeterea de aduocatis certum sit, quod hoc casu honoraria non reddant *l. 38 ff. locat. conduct.* Imo petant quoque tum honoraria, quod de aduocato fisci clare affirmant *l. 3. §. 6. et l. 5. §. 6. C. de aduoc. diuers. iudic.* Non maioris uero esse momenti aduocatum agere: quam iudicem, consiliarium, senatorem, alius generis officialem. Sed haec commoda tantum unius anni sunt: cum clericorum beneficia integro uitae spatio perdurent; quod hic maxime nolumus. Post aiunt, administrorum atque iudicum inualidorum coadiutores commemorari in *l. 15. C. de proximis sacror. scriniorum, l. 5. C. de principibus agentium et l. 6. C. Quamodo et quando iudex* claris quidem uerbis, quod alibi fiat bona consecutione *l. 6. ff. de iudiciis.* Igitur credendum esse, saluum illis mansisse honorarium, negotiis coadiutori delatis. Tandem, si quid auctoritas hic ualet doctorum, illorum sane plurimi principis aerarium onerant alimentis inualidorum administrorum. Memorabilia sunt, que habent ALCIATVS *Regulae III. praesumt. 19. n. 6.* ex eoque MENOCHIVS *lib. II. praesumtione 86. n. 14. si administer diutius fuerit in seruitiis principis et in illis consenuerit, spectat ad eius curam, prouidere, ne in senectute indigeat.* Ego tamen, omnibus loculis excussis, nollem consultor esse inualido administro, ut uel alimenta uel salarium a domino ac nutritore suo urgeat ex iure Romano, cum argomentorum rationibus parum roboris crediderim inesse. Principis rum gratiae suas potius committat fortunas: qua PORVSSIAE REGEM uario emeritorum genero (uon Gnaden-Geldern) meliori orbi constat innotuisse.

Milites inualidi cur non eodem beneficia digni sint, quam clerici aegrotantes.

(*i*) Mirum est, in gratiam ciuilis ordinis uerba et rationes legum obtorto uelut collo conduci ad alimenta adserenda administris: contra de emerito praemioque militum inualidorum clarissimas quoque sanctiones flocci fieri a doctoribus, imo id agi, ut hi suo, quod habuerant apud Romanos priuilegio, de quo superius actum est c. 6. prorsus excidant. MENOCHIVS inter munera *honoris* et *exercitii* distinguit *lib. II praesumt. 86. n. 12.* In *illis* ualetudinem officialis non obesse, existimat: sed *in his.* Isthuc *clericos* refert: huc ordinem *ciuilem.* Verum aut non intelligo distinctionem hanc, aut indignissima haec est sacri muneris grauitate. Quid enim hec aliud, quam episcopos et clericos fastuosa nomina dicere hominum ignauorum? *Didacus* COVARRVVIAS *lib. III. c. 13. n. 8. p. 272.* editionis per *Vffellum* auctae, *aduocatorum excellentium et ingeniosam professionem* mirum extollit, ne ex alio uitae genere in societatem huius iuris uenire queant. Ego ut nihil detraho famae et meritis aduocatorum: ita non uideo, quare in chartaceo causae priuatae triumpho maior gloria reponi debeat, quam in armata uictoria principum ac rerumpublicarum. Et sane *l. 38. ff locati conducti* de solis aduocatis intelligere nolo cum eruditissimo Vitebergensium Icto in *resolutione legum Lauterb.* Hoc enim est, explicationem non in legibus quaerere, uerum ad has illam referre et flectere, quorsum lubet, clarissimas sanctiones. De milite inualido sigillatim *Alph. Aluarez in speculo summor. pontific. cap. XLVII. p. 407. n. 29.*

CAPVT XVI.

VNDE REDITVS PETENDI AD VALETVDINARIA, QVI COMMENDATI EPISCOPO, PAVPERVM CVRATORI.

CAP. XVI. *Quibus impensis institui ac instrui queat ualetudinarium?* CAP. XVI.

HActenus ex moribus cultiorum gentium, ex aequitatis atque legum deinde rationibus causam egimus ualetudinarii emeritorum: sequitur, ut de sumtibus atque impensis nunc agamus, quibus illud eum institui queat, tum sustentari, ne uel aerario uel reipublicae magnopere id molestum aut graue esse, uideatur.

 atur. Fateor, hoc argumentum tutius praeteriri atque illis relinqui posse, in quorum prouincia est, reditus, opes atque impendia reipublicae procurare. Neque enim scriptor odium hic effugiet inuidiamque; quamuis causas utriusque procul habuerit atque unice litauerit patrocinio aequitatis. Verum non est, ut dentes theoninos uel mereri uideamur uel metuere. Primo uniuersim aerarii rationes exquiremus, non huius aut illius reipublicae. Deinde non consultores in hoc argumento erimus; sed, quod nihil a cathedra alienum est, memoriam rerum ex rebuspublicis et temporibus diuersis excitabimus, atque pretii, quod habent, moderatum iudicium faciemus. Post non unum fontem recludemus, ne partis studio unius laborare, existimemur. Principio sacra hic patrimonia se offerunt, quae nobis uenire solent nomine ECCLESIASTICORVM BONORVM. Nam ex hoc thesauro omnes, quos egestas rerum ursit, uictum ac cultum acceperunt, instituto ueteris ecclesiae (*a*). Hoc CANONES praecipiunt (*b*); CONCILIA decernunt sacrorum antistitum (*c*); antiquissimi doctores, quos

1) de reditibus ecclesiarum.

a) quod pauperam curasit episcopi et ecclesiae

An bona Ecclesiae iuris diuini sint an humani? communio bonor. ap. Christ. ab illa, quo iure discessum? unde fiscus pauperum?

(*a*) Quod alii prolixis commentariis descripserunt, id ego per summam hic explicabo, non absque selectu, ordine iudicioque rerum, ambiguu studio ac fide tractatarum. Principio homines Christiani bona, quae singulorum fuerant, communia effecerunt dominio usuque. Nemo inter illos tum pauper aut diues; quia paria utrique iura ad cultum et uictum. Temporis successu hunc ordinem multitudo turbauit et diffidentia in Deum. Rerum ergo proprietas priuatis iterum possessoribus relicta. Inde ad sacrorum coetuum tuitionem duplici genere redituum opus fuerat, uno ad alendos populi doctores, altero ad pauperes uictu sustentandos. Hunc B ergo finem habuit ipsis hostibus testata liberalitas ueterum Christianorum. Quondam monachi non *clerici*: sed *laici* fuera. Sed, clericis hac sparta tantum adsignata, indigere coepere laici. ° Egregiae id tuetur *Iac.* GOETTEN. *in obseru. c. 2. p. 13.* Diuina dogmata nemo tum docuit propter mercedem.

ignota puriori ecclesiae salaria clericorum.

Sacerdoti, cui aliunde quaesitum patrimonium fuit, doctrinae causa nihil erogatum. Verum eo casu, si pauper fuit, ipsi data necessaria alimenta: nihil uero ad luxum et mollitiem. Indigentia itaque ius fecit ad sacrum patrimonium: non operae, quae gratuitae esse debuerant, non mercenariae. Hac C causa Ecclesiae bona uerissimo significatu dicta sunt patrimonium pauperum.

ordo ecclesiae ad sensus, non ad ueritatem.

Non templa, non altaria respexit ea aetas, quae supplicationes Deo fecit sine ullo rerum adparatu, neque ad sensus, sed ad ueritatem. Crescentibus tamen Christianorum fortunis a pristinis moribus discessum est, adfectata quadam elegantia religionis. Improbum esse uidebatur, pauperum bona uertere in magnificentiam ac multitudinem templorum, altarium, ornamentorum, administrorum atque ordinum diuersissimorum.

Quae remedia ad diuitias ecclesiarum?

De nouis tamen modis cogitatum, quibus bona acquirerentur ecclesiae. Hinc dogmata, D culpae reatum tolli merito Christi, non poenam, quae extinguenda sit donationibus et largitate ad pias causas. Hinc praesagia durissimorum cruciatuum in purgatorio. Hinc superstitio decimarum. Hinc dispensationum et dignitatum formulae. Hinc rogationes impudentissimae, in ualuis, aris, ostiis templorum; in uiarum angiportis; in priuatis aedium atque conclauium angulis. Hinc testamentorum et legatorum ad pias causas fauor ac religio. Hinc nundinationes missarum. Hinc sacrarum reliquiarum, cinerum ac ossium mercatus. Hinc peculiaris cuique sanctorum fiscus et cultus. E Hinc centum alia, unde certus sum, non meliorem scholam artis rerum acquirendarum apertum iri, quam quae fuerit semper in clero Romano. Inter ea omni tamen aeuo uiri probi fuerunt, qui hanc ecclesiae faciem sacrilegam dixerunt, quod pauperum bona aliis expensis disperderentur.

Opum ecclesiasticarum quo fine facta diuisio?

Tantas radices egerat fastus et mollitia ecclesiae; ut, uerso rerum ordine, pristinae illa formae restitui non posset. De amputando tantum malo consiliis actum. Scilicet *quatuor* ex partibus una antistitum praefecto supremo, *episcopo* cessit: altera sacerdotibus atque *clero*: *tertia fabricae* templorum, altarium, domuum reliquarum! *quarta* pauperibus. Atque ex hoc tempore clerici possessores facti sunt, quod dicitur, *titulati*: cum antea nulla ratione, quod pauperum fuerat, occupauissent. Itaque cum hostibus quartae quodam dilemmate ago: *aut datur pauperum quarta, aut non datur.* Si illud, reddenda omnino ea pauperibus: si hoc, institutis ueteris atque purioris ecclesiae stamus, cuncta eius generis bona pauperum esse patrimonium.

hostes quartae ut propria gladio iugulandi?

Plures, sed summo cum iudicio et cautione legendi sunt de hoc B argumento *Baronius*; *Raynaldus*; *Spondanus*; *Bzouius*; *Natalis*; *Maimburgius* HISTORICI: *Marsilius Patauinus*; *Antonius*; *Bellarminus*; *Becanus*; *Gretserus*; *Azpilcueta*; *de Dominis*; *Barbosa*; *Victoria*; *Bardonus*; THEOLOGI: *Redoanus*; *Rebuffus* ICTI: *Lessius*; *Molina*; *Hurtadus*; *Dicastillo*; *Sotus* PHILOSOPHI. Ex nostratibus *Centuriatores*; *Molinaeus*; *Casaubonus*; *Voetius*; *Zieglerus* huius argumenti industrius ac iudiciosus indagator. Addo ex nouissimis *Pauli* SARPII *traité des benefices*, auec des notes, qui seruent de preuues autentiques contre ses calomniateurs a Amsterdam C 1692. in 8vo, atque l'*Histoire* de l'origine et du progres des reuenus ecclesiastiques par *Ierome a* COSTA 1684. *in 8vo.* Firmiora sunt, quae ex coaeuis monumentis eruuntur.

Testimonia Canonum

(*b*) Superius et laudata loca et uerba locorum exscripta reperies *cap. VIII. pag. 280. lit. b.* Τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγματα ἡ γραφὴ πτωχικὰ ὀνομάζει· καὶ δεῖ ταῦτα διαδίδοσθαι τοῖς πτωχοῖς. *Res Ecclesiae scriptura uocat bona pauperum et ea inter pauperes distribuenda.* Vellem adderentur, quae congessit SVICERVS in thesauro.

conciliorum.

(*c*) Horum superius non minus facta iam mentio D *cap. VIII. p. 281. lit. k.* Non ad ueritatem; sed ad sensus hic disputo partis aduersae; quae pridem agnouit monumentorum, quibus mea tueor, auctoritatem. Ita GANGRENSE *an. 324. cap. 8.* reditus Ecclesiae episcopus distribuat pauperibus. CARTHAGINENSE *an. 436 cap. 17.* episcopos gubernationem uiduarum, pupillorum, peregrinorum agat. RAVENNATENSE 1312. *rubr. 30.* cum bona Ecclesiae pauperum sint, statuimus, ut pauperum cura habeatur, episcopus quotidie in prandium reficiat aliquos pauperes. Digna etiam sunt, quae ISAACVS episcopus Lingonensis e *concilio* adfert E *an. 741. art. 10. nolumus omnes scire, quod qui ecclesiae bona auferunt, resque fraudant; homicidae apud Deum esse deputantur, quia res ° pauperum, quos ecclesia pascere debet, diripiant.* Alia loca conscripsit *Marc. Ant. de* DOMINIS *de republ. eccles. lib. IX. c. 1. p. 4.* et *cap. IV.* inprimis *n. 8. p. 25. 54.* qui hic omnino est euoluendus, quamuis magnae eruditionis, sed inimicae fortunae scriptor non omnes tenebras uideatur discussisse. Actutum enim a praeiudiciis se prorsus liberare non potuit, quae animum iuuenis ac uiri in papatu occupauerant. Forte etiam desuefieri

CAP. XVI. quos PATRVM nomine ueneramur, commendant (*d*); CAESARVM constitutiones (*e*) et PONTIFICVM decreta (*f*) sanciunt imperantque; quorum uestigiis hodieque grauissimi scriptores insistunt (*g*), qui peruersam ecclesiae faciem agnoscunt ac deplorant. CAP. XVI.

---

fuc fieri non potuit de episcupi, qua ulim pollucrat, A auctoritate. Talia uestigia plurima in opere eius notaui.

patrum ecclesiae. (*d*) Ex innumeris doctorum sententiis unam allegabo et alteram. CHRYSOSTOMVS *homilia XV. in priorem ad Timoth.* scribit: *Ego ecclesiae praesules, audenter dixerim, nihil praeter uictum et uestitum habere oportere.* Ad quem uero opimi ecclesiarum reditus? *Idem homil. XXXIII. ad populum eccles. Antiochenae* respondet: *habes uiduas, peregrinos,* corpore mutilatos.* AMBROSII congruum huic iudicium est, quod *lib. II. de offic. c.* 16. bis uerbis prodiit: *quis non largiatur ecclesiae? securus, quod ad* pauperes deueniat sua misericordia. Nemo enim uult,* nisi pauperi, proficere suam collationem.* B TERTVLLIANVS *apolog. c. XXXIX. Haec,* de bonis ecclesiae loquitur, *quasi deposita pietatis sunt. Inde non epulis nec potaculis, sed egenis alendis humandisque* orphanis, senibus, captiuis, naufragis, inualidis consecrantur. AVGVSTINVS *Serm. XXI. ad fra. de her.* momentose ait: *non habere debemus temporalia ad possidendum. Nec ego, qui episcopus sum, habere debeo nisi tantum ad dispensandum. Quia BONA ECCLESIARVM PATRIMONIVM PAVPERVM sunt.* Taceo alia loca C doctorum antiquissimorum, qui ecclesiae bona aliis nominibus adpellarunt, ualde congruis nostro instituto. *Suas illa*, inquiunt, *uota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum, non possidenda a clero, sed diuidenda inter pauperes, Dei alumnos.* Sed MARCVS ille, quem supra laudaui, haec ante me magna cum industria fideque collegit *lib. IX. c.* 4. *p.* 14. *de republ. eccles,* ut plura addere opus non sit.

Constitutiones Caesarum. (*e*) Huc faciunt *l. 6. C. Theod. de episcopis*, quae ea ecclesiae diuitiis pauperes alendos esse, praecipit. *Nouella* deinde *III. cap.* 3. aeternis suppliciis dignos D esse, ait, qui reditibus ecclesiae nonnisi in extrema rerum egestate perfruantur. Inopum enim et pauperum haec esse, per quos ira DEI expietur. Sed clariora occurrunt in imperio Carolingico. *Steph.* BALVZIVS *capitulare* adfert *in appendice III.* §. 113. *p. m.* 1178. bis uerbis: "Quod habet ecclesia, cum omnibus nihil habentibus, habet commune. Nec "aliquid inde eis, qui sibi de suo sufficiunt, conuenit "erogare. Quando nihil aliud sit habentibus dare, "quam perdere. CAPITVLARIVM *lib. VI. art.* 430. *p.* 1009. idem extat, quod recitauimus in huius *cap. lit. c.* LVDOVICVS pius *lib.* 1. *capit.* 77. editi- E onis *Baluzianae* p 564. *Quia iuxta sanctorum patrum traditionem nouimus res ecclesiae uota esse fidelium, pretia peccatorum et patrimonia pauperum:* uidendum, ne iacturam sentiant. Consilium *Iacobi* SELESTADIENSIS, quod Caesari Maximiliano dedit, de otio et luxu cleri temperando et quo remedio bona ecclesiae pauperibus recuperari queant, apud GOLDASTVM inuenies *Constitut. imperialium tom. II. p.* 123.

Decreta pontificum. (*f*) Contulimus ea superius *cap. VIII. litt. i. p.* 281.

A In eo tamen aduertes, ingenua magis esse testimonia decretorum, quam decretalium, quae inter corrupti seculi mores scripta sunt, ut uete haereticum esset; de paupertate commentari episcoporum. Notentur tamen *c.* 16. *X. de praeb.* ubi bona ecclesiae dicuntur patrimonium CHRISTI. Et quoties periculum est bonis ecclesiasticis a ui externa, pristini elogii clypeo se hodieque tuentur clerici: *pauperum bona diripi.* In utilibus enim, turbido rerum statu, ad faciem ueteris ecclesiae prouocant, quod consumere in pace nihil dubitant luxuria ac libidine. Quo ipso uel impudentissimos fures se faciunt; uel mendaces fraudulentos. Quod si enim ecclesiae bona pauperum sunt, cur illa deuorant clerici: si uero non sunt, qua fronte mentiuntur.

theologorum aeui recentioris. (*g*) Non exscribam, qua supra recitaui *cap. VIII p.* 281. *litt. l. et m.* Tui uero pleniorem hic copiam omni iure facio piissime AZPILCVETA! Neque pigebit, tuo sermone te loquentem audire. Scripsit is magni nominis theologus librum commentarium ad *cap. quicquid c. XVI. q.* 1. *edit. Romae* 1568. 8*uo.* quod dedimus nos *cap. VIII. lit. i. p.* 281 Habent sane pauperes omnes, ut manibus eius bene precentur, qui uiuus tantopere pro commodis eorum laborauit. In extrema senecta scripsit laudatum libellum; ne immaturus auctori excidisse uideatur. Id pluribus argumentis euictum uult, *Ecclesiae bona pauperum magis esse, quam cleri. Quod enim huic superfit, illis cedere.* Capita eorum potissima sunt: "1) qui re aliena contra uoluntatem domini utitur, ille est fur: clerici id faciunt, "si ecclesiae omnes reditus consumant, quod donatores alimentis pauperum praecipue destinarunt. 2) qui rem alii usui destinat, quam pactione conuentum est, ille furtum facit. 3) qui "negat, quod clare patet, ille est mendax: sed pauperum bona ecclesiae esse constat ex literis piarum donationum. 4) qui rem, cum onere donatam, accipit, sed promissa fallit, ille causam dat "actioni reuocatoriae ob ingratitudinem." Sed bona ecclesiae onerata sunt pauperum alimentis. 5) *clerici et capitula* non sunt *domini bonorum* ecclesiae, neque *utiles.* Tales autem *pauperes* sunt. Cum illi tantum administri et dispensatores audiant sacris canonibus. 6) Clericis parsimonia commendata, pauperum causa. Adiungit testimonium BERNHARDI *epist.* 2. *et* 42. *Quicquid praeter necessarium uictum et simplicem uestitum (non ex serico et colore uariato) de altari retines, tuum non est,* rapina est, sacrilegium est. De altari non licet comparare aurea frena, sellas depictas Clamant nudi, clamant famelici; necessitatibus nostris detrahitur, quicquid uanitatibus uestris accedit* *Vadianus l.* 1. *de monast. Germ. n.* 5. Monasteriorum et episcoporum uestibula pauperum erant et *infirmorum.* Idem ait: *portentum in episcopatu relicta paupertas.* Audite beneficiarii ecclesiarum uoces militum inualidorum!

CAPVT XVII.

DE QVARTA PAVPERVM ADSIGNANDA VALETVDINARIIS.

C. XVII. *b) quarta reditum pauperibus adsignata.* CVm enim huius in pauperes officii quidam obliuiscerentur, suasque opes ex his spoliis augerent, de remedio actum fuit, quo nefando sacrilegii crimini obuiam iretur. Sacrum patrimonium omne QVADRIPARTITVM esse uoluerunt, ut VNA PARS EPISCOPO: ALTERA CLERO; TERTIA FA- C. XVII.

BRI-

C. XVII. BRICAE templi ac aedificiorum; QVARTA demum PAVPERVM sustentationi, publico nomine adsignatae, permanerent. Atque portionem hanc adserunt pauperibus uindicantque auctoritates CONCILIORVM [*a*]; CONSTITVTIONVM [*b*]; CANONVM [*c*]; antiquae, mediae atque infimae aetatis DOCTORVM [*d*]: quid? quod in uulgi sermonem iuerit PAVPERVM illa QVARTA, ut nemo obtendere queat iuris huius ignorationem. Neque unius tantum uel alterius aetatis [*e*] aut regni limitibus hos mores circumscriptos esse, existimes, *C. XVII.*

QVARTAM pauperum constituunt CONCILIA.

[*a*] Enarrabo sententias conciliorum non quae mihi genuina uidentur: sed quae summam habent in foro Romano auctoritatem. *Synodi* ROMANAE *II. cap. IV. p.* 301. *Ann.* 313. ita se habet: *commoneo uos de reditibus ecclesiae: quatuor partes fiant. Primam exigat ecclesia pro pauperibus: unum pontifex, episcopus: unam ad ecclesias releuandas, fabrica: unam clerici.* SALISBVRGENSE ad ann. 800. *quo decretum, donaria templorum, bona ecclesiastica in quatuor diuidenda esse portiones, unum sortiri episcopus; alterum sacerdotes; tertium pauperes; quartam fabricae impendi* teste *Auentino lib. IV. p.* 106. WORMATIENSE *AN.* 808. *art. VII. p.* 847. ne Germaniae hos mores existimes ignotos fuisse. *De reditu ecclesiae et oblatione fidelium quatuor fiant portiones. Quarum unam sibi retineat episcopus; alteram clericis pro officiorum sedulitate distribuat; tertiam pauperibus et peregrinis; quartam ecclesiasticis fabris noueris reseruandam.* TRIBVRIENSE (locus Moguntiae uicinus) *an* 895. *cap.* 13. *p.* 1073. *Quatuor fieri partes iuxta canones iudicamus de decimis et oblationibus fidelium. Vt una sit episcopi; altera clericorum; tertia pauperum; quarta restaurationi ecclesiarum seruetur.* Atque huic omnes eius aetatis episcopi subscripserunt. NANNETENSE mox sequitur, sed aetatis incertae *cap.* 10. *Instruendi sunt presbyteri, quatenus nouerint decimas et oblationes, quas a fidelibus accipiunt, pauperum et hospitum et peregrinorum stipendia et non quasi sua, sed quasi commendatis uti, de quibus omnibus sciant, se rationem posituros in conspectu DEI et nisi distribuerint, damna passuros. Scilicet ut quatuor partes inde fiant, una ad fabricam ecclesiae: altera pauperibus: tertia presbytero: quarta episcopo reseruanda, ut quicquid exinde iusserit prudenti consilio fiat.* Est etiam singulare diploma apud *Maderum in Brunsuic. p.* 237. quo Henricus leo Razeburgensis praesulatus, a se instituti, bona distribuit in ea, quae 1) episcopi 2) canonicorum 3) fabricae 4) *pauperum*. Fateor, post haec tempora rarius hanc distributionem commemorari: quid enim rem, publica ecclesiae auctoritate toties constitutam, opus fuerat, subinde repetere? Ceterum ab obligatione sanctionis huius Germaniae episcopatus nullo tempore exemtos fuisse, concilium nos docet COLONIENSE *an.* 1549. *cap. XX. de oblationibus, in missa faciendis p.* 766. his uerbis: *Adeo locupletatae sunt ecclesiarum res, ut, post sacerdotum et ministrorum alimenta, partiti sint eas etiam in alimenta uiduarum, orphanorum et pauperum: in uestes item et uasa ministerii, ornatum et fabricam ecclesiarum. De quibus extant antiqui patrum canones, extant quoque orationes, quas secretas appellamus, sub offertorio missae.* Atque ex hac liberali, in pauperes etiam facta, distributione argumenta deinde petit synodus, ad excitandas largitiones hominum laicorum, quorum segnitiem exprobrat simul in donariis, quae ecclesiae omni iure debeantur.

etiam Germaniae.

QVARTAM paup. firmant Caesar. CONSTITVTIONES.

[*b*] Imo largiori manu agunt pro pauperum alimentis sanctiones imperatorum. *CAPITVLARE Ludouici pii an.* 816. *p.* 564. *art.* 4. hoc est: "statutum est, ut quicquid tempore imperii nostri a "fidelibus ecclesiae sponte conlatum fuerit in ditio"tibus locis duas partes in usus pauperum, tertiam "in stipendia cedere clericorum: in minoribus "uero locis aeque inter clerum et pauperes fore di"uidendum. Nisi forte a datoribus, ubi speciali"ter dandae sint, constitutum fuerit." Idem iisdem uerbis repetitur *in artic.* 80. *lib.* 1. *capitular. ab ANSEGISSO* collectorum.

decreta iuris canonici

[*c*] Inter pontifices primus se offert *SIMPLICIVS* (qui *an.* 467. uixit) *epistol.* 3. *tomo* II. *opp. Binii p.* 205. *De reditibus ecclesiae uel oblatione fidelium, quid deceat nescienti, nihil licere, permittat, sed sola ex his quarta portio remittatur. Duae ecclesiasticis fabricis et erogationi peregrinorum et pauperum profuturae: ultima clericis diuidatur.* Habetur eadem epistola *c.* 28. *de reditibus c.* XII. *Q.* 2. Sequitur papa *GELASIVS*, qui eandem distributionem quadripartitam decreuit *c.* 232. *nobis enim c.* XII. *Q.* 2. Bonorum ecclesiae, cuiuscunque illa generis sint, *quatuor portiones fiant. Vnam sibi tollat antistes; ultam clerici; tertia pauperibus* per conscientiae *rationes detur; quarta fabricis.* Idem disposuit ex eadem ratione *GREGORIVS c.* 29. *cognoscimus &c.* 30. *mos est C. XII. Q.* 2. Quae loca nolo exscribere, cum facile sit, ad ea euoluenda.

auctoritas doctorum.

(*d*) Iure meritoque non minus, quam ingenue *Abrahamus BZOVIVS lib. V. hist. eccles. ad* 575. *§. n. p.* 1060. scribit: *nulla alia* (de quarta pauperum illi sermo est) *ecclesiastica sanctio adeo frequens, ut ista, edita, iterata et inculcata reperitur, quae tamen minus, auaritia hominum resistente, obseruatur.* Addit *Henricus SPONDANVS ad an.* 475. § 8. *p.* 553. *unde* (ex neglectu quartae pauperum) *mihi facile persuadeo, accidere, ut Dei assiduis malis atteratur. Cognoui enim, dicam cum propheta Psal.* 139. *quia faciet dominus iudicium inopis et uindictam pauperum.* Caesar *BARONIVS ad an.* 494. §. 24. *p.* 636. ait: *erogatio autem quartae pauperum non clanculo fieri debebat, sed palam omnibus uidentibus atque scientibus. Ne rapiendi uel ex parte diminuendi eam, daretur occasio.* Vnde intelligitur, summopere curauisse ueterem ecclesiam huius instituti sanctionem. *Natalis ALEXANDER* eius memoriam aliquot in locis excitat *Sec. V. part.* 2. *artic. V. p.* 57. atque *Sec. VI. cap. VI. artic. V. p.* 429. Selectissima etiam sunt, quae idem congessit *Sec. XIII. part.* 2. *artic.* 6. *p.* 202. ubi integra concilia exprobrant clericis bona ecclesiae non in pauperum usus, quod fieri debebat, sed in concubinarum libidinem uerti. Probauit praeterea industriam suam in hoc argumento *Seuerinus BINIVS tomo II. concilior. p.* 371. *et tomo III. p.* 165. Addantur cardinalis *TVSCHIVS in concl. pract. in uoc. Fabric. concl.* 3. *n.* 1. *Paulus Christinaeus dec.* XXIV. *n.* 3. *Alex. MONETA de decimis* c. 1. n. 11. *Fr. DVARENVS* uir magni animi pro ueritate *lib.* II. *cap.* I. *p.* 145. *et lib.* VII. *c.* 5. *p.* 368. §. 3. *GERHARDVS loc. theol. tom.* VI. *n.* 191. *pag.* 310. *Christoph. PELLERVS ad Klockium de aerario lib.* II. *c.* 83. *p.* 810. *KLOCKIVS uol.* 1. *consil.* 21. *n.* 61. 62. *Iacob GOETTEN in obseru. cap.* 14. de redituum ecclesiae distributione apud ueteres commendat hodieque diuisionem quadripartitam *HAVEMANNVS de iure episcop. tit.* 7. §. 3. *p.* 85.

Quarta pauperum an cognita sit recentiori aeuo?

(*e*) *Augustinus BARBOSA lib.* III. *iuris ecclesiast. c.* 17. *n.* 6. 7. 8. *pag.* 304. suam hac de re sententiam ita explicat: *Quarta pauperibus debita nulla contraria consuetudine tollitur, quin saltem in foro conscientiae*

debe-

C. XVII. C. XVII.

e) formulae piar. donationum inprimis tangant pauperes.

qui per Christianum fere orbem patuerunt uniuersum [f]. In Germanis haudquaquam est, quod dubitemus, inter clarissima rerum monumenta [g]. Quod omne cum summa etiam ratione constitutum esse, patet manifeste. Vt alia nunc taceam, quaeso! intuemini mecum libellos ac formulas piarum donationum. In ANIMAE REMEDIVM; ad SALVTIS AETERNAE CONSECVTIONEM; AD ABOLITIONEM POENARVM [h], quicquid fere donarunt homines religiosi, facere debuit. Atque haec illa gratia est, quam SERVATOR noster pollicetur, qui pauperibus benefaciunt, non, qui suis largitionibus promouent insolentis et fastuosi cleri perditam segnitiem, asotam libidinem, mollitiem atque luxuriam effusissimam [i].

d) nulla hic obsit usucapio aut praescriptio.

Neque est, ut malam causam tueamini praescriptione, illo famoso spoliatorum patrocinio. Res enim cum onere transiit: temporum uero longinquitas neque malae fidei prodest, neque obesse solet non ualenti agere, quae remedia sunt fori humani [k]. Verum in animum uobis mecum reuocate Thyesteas illas

---

debeatur. Quia nopia pauperum semper est praesens. Plenius autem satisfacit sacrilegis raptoribus quartae, id est patrimonii pauperum *Martinus ab AZPILCVLTA de redit. eccles. quaest. 1. rat.* XIV. *p.* 47. Capita argumentorum sunt; 1) *pietatem iisdem regulis omni tempore uti* 2) *naturam ecclesiae bonorum eandem nunc esse, quae fuerit olim* 3) *similia similes intendere* 4) *ueteris ecclesiae leges nobis hodieque functas esse.* Nos superius *lit. a. b.* ex omnis fere aeui memoria adduximus decreta et testimonia quartae, quae loca cum his sunt conferenda.

Quam late in orbe Christiano patuerit quarta?

[f] De occidentali ecclesia id affirmat *Nat. ALEXANDER sec. V. part. 2. artic. V. p.* 57. Nam orientalis ea instituta fuerunt, ut alios oeconomos haberent bona ecclesiae, quam episcopos. Quare non opus fuerat, auaritiae ac luxui obicem ponere. Hispaniae quaedam concilia trium tantum portionum mentionem faciunt, in quas ecclesiae bona fuerint distributa. BINIVS ea congessit *tom. II. concil. p.* 371. Causam adfert *Natalis ALEXANDER Sec. VI. cap. 6. §. 2. p.* 431. In Hispania tres tantum in partes reditus ecclesiae diuidebantur. *Prima episcopo: clericis altera; tertia restaurationi ecclesiarum deputata erat. Portio itaque pauperum in Hispaniis cum episcopi et * clericorum portionibus permixta erat, qui pauperum curam singularem gerere debebant.* Ne scilicet falso quis sibi persuadeat, episcopos solos, non clerum, *quartam* pauperum sibi adrogauisse, ut adeo non ab hoc, sed ab illis repetenda esse, uideatur. Laudant etiam Galliae regni constitutionem, an. 1569. promulgatam, qua pauperibus cuiusque dioeceseos *quarta* redituum uendicata iure postliminii *Ianoc. GENTIL. apolog. c.* 15.

An pauperum quarta locum habuerit in Germania.

[g] *Casparus ZIEGLERVS in libro de dote ecclesiae cap. XI. § 13. pag.* 205. hanc consuetudinem receptam esse in Germania non ex alio loco probat, quam concilio Wormatiensi. Verum nos superius *lit. a. Salisburgensis, Triburiensis,* atque *Coloniensis* conciliorum uerba dedimus et sensus. In his enim omnes Germaniae episcopi subscriptores repetiuntur.

Formulae donationum, pauperum causa, conceptae.

[h] Habes exempla apud MARCVLFVM; BIGNONIVM; LINDENBROGIVM collectores formularum ueteris ecclesiae. Diplomatum in Germanis testimonia condaxerunt MIRAEVS in codice piarum donationum; SAGITTARIVS et MEIBOMIVS praesertim in rebus Magdeburgicis, ne patriae mores aduersos fuisse, existimes praeclaris ueteris ecclesiae institutis.

Deo dat, qui dat pauperibus.

[i] Peregregie *Martinus AZPILCVETA Quaest. 1. de reditibus eccles. n. 22. p.* 28. Bona, quae post ascensionem domini data sunt apostolis atque postea ecclesiae; in hunc finem data sunt, ut sustentarentur membra sacri coetus, rerum egestate oppressa: non ut clericorum promouerentur luxuria, libido, segnities. Christus enim pauperum eleemosynas se remuneraturum esse, promisit: non uero largitates ad fastum et mollitiem antistitum ecclesiae. Momentosa sunt uerba AMBROSII *lib. II. de offic.* Ac. 16. Qui ecclesiae dat, securus est, quod ad pauperum sua perueniat misericordia. *Nemo enim uult, nisi pauperi proficere suam collationem.* Addantur, quae habet *de DOMINIS lib. IX. c. 1. §. 6. p. 4. lat.* 2.

Quid sentiendum post adsignationem, publice factam singulis, utrum haec tollat iura quartae?

[k] *Iacobus Bernh. MVLZIVS Part. II. iur. publ. c. 33. n. 39. p.* 966. scribit: "sed et haec quadripartita diuisio succedente tempore fuit antiquata: ita "ut hodie singulis ecclesiasticis personis certi reditus adsignati sint, quibus fruuntur." Tueri uidetur auctor hic causam cleri nostrae aetatis, partim adsignatione, publica auctoritate facta; partim lon-B gissimi temporis praescriptione. Verum ad illud repono: *rem cum onere transire reg. 55. in VI. de regul. iuris et l. 10. ff. de R. I. l. un. §. 4. C. de caducis tollendis,* adeoque clerum omnino obligari, de sibi adsignata portione pauperum quartam saluam praestare, quod ante me dixit *Natalis ALEXANDER sec. 6. c. 6. §. 2. p.* 431. atque in simili fere caso arguit *Casp. KLOCKIVS de contributionib. c. X. num.* 34. 35. *p.* 231. *Quamuis hodie* quadripartita *distributio non attendatur, illud tamen et iure et consuetudine receptum est, ut hoc onus* (pauperes ex quarta alendi) *reditibus ecclesiae semel annexum, eum se-*C *quatur, qui eorum usum, fructionem, perceptionem et commoditatem habet. Augustinus* BEROIVS erudite ex iisdem rationibus respondit *uol. I. cons.* III. *n. 9. 10 sq.* Hoc teneant PRAELATI, CANONICI, PRAEBENDARII cuiusque generis alii. Imo, quod magis est, heredes quoque eorum etiam nunc pauperibus damna resarcire debent, in quantum scilicet ad eos de reditibus ecclesiae, pauperum spoliis constat peruenisse. Ita cum *Paulo* CHRISTINAEO sentire liceat, qui pro *tertia fabricae* in hunc modum respondit *Belgic. decis. XXV. uolum.* II. In praescriptione, quod alte-D rum est, quo bona pauperum euertere audent, primum desidero *bonam fidem*, per canonum decreta in omni praescriptione necessariam, quod uulgus nouit *c. 5. X. de praescript.* Sunt uero *capituli finalis* 20. *eodem* significantissimae locutiones, ut pontifex huc digitum uideatur intendisse. *Quoniam,* inquit, *omne, quod non est ex fide, peccatum est. Synodali iudicio definimus, ut nulla ualeat absque bona fide praescriptio, tam canonica, quam ciuilis. Cum generaliter sit omni constitutioni et consuetudini derogandum, quae absque mortali peccato non potest obseruari. Vnde oportet, qui praescribit in nul-*E *la temporis parte rei habeat conscientiam alienae.*

Quartae num obsit praescriptio?

Opposuerit quis, non adeo doctum *clerum* haec secula ferre, cui cognitae esse potuerint sanctiones, e conciliis et antiquis canonibus erutae. Verum impune ignorare non licet, ad quorum scientiam per religionis decreta obligamur. Idem enim in iure ciuili: *scire et scire debere.* Scholae hanc ignorantiam uincibilem dicerent et adfectatam. Inde PANORMITANVS *ad c. 8. de his quae fiunt a maior. part. cap.* contra salutem animae praescriptio non est, nisi ergo quarta pauperibus distribuatur,

C. XVII. las execrationes, in tabulis donariorum proditas [*l*]; quae deuinctos tenent, quotquot sacrilega manu occuparunt, quod inopiae mortalium olim fuerat consecratum [*m*]. Et si est, quod plures defendunt [*n*], clericis neque dominium neque usumfructum esse redituum ecclesiae, sed nudam procurationem, pauperum nomine subeundam; facilius remedium est ad elidendam praescriptionem. Sunt propterea piissimi doctores, qui per conscientiae rationes praeter QVARTAM illud etiam uictui pauperum deberi scribunt, quod de reliquis tribus portionibus supersit [*o*]: qua fronte quaeso! turpissimum ipsius QVARTAE spolium propugnabitur? Non mea, credite, haec iudicia sunt, sed ueteris ecclesiae et theologorum in ipso papatu [*p*]. In hos ergo, si per sacra uestra licet, iram uertite, excandescite, odii, uindictae, poenarum fulmina emittite: aut potius gratias illis habere atque DEO, quae DEI sunt, CHRISTO monitore, reddite. Ita sat opum erit ad alendum cum alios pauperes, tum de republica atque ipsa ecclesiarum salute bene meritos milites [*q*]. C. XVII.

r) de tribus portionibus quod superest, an debeantur pauperibus?

Quare aliorum, quam nostro hic stemus iudicio.

tur, consuetudo est irrationabilis et sic inualida *c. 9. X. de consuet.* Quae cuncta suo iudicio adprobat *Augustinus* BEROIVS *uol. I. cons. III. num.* 16. Deinde non *currit praescriptio*, agere non ualenti. Idem dicendum de pauperibus arg. *c. 4. et 10. X. de praescript.* Sacra enim iura *quartam bonorum* paupertati tribuunt in abstractu; non huic uel illi pauperum colluuiei. Cum itaque pauperes segreges agant neque fictim personam constituant alicuius uniuersitatis: fieri non potuit, ut unus aut alter causam ageret omnibus communem. Accedit, quod fori instrumentis, causae patrono, libellorum impensis destituantur pauperes: ut B adeo ex edicto quodam praetoris, si nulla alia remedia sint, in integrum restituendi esse uideantur *l. 1. §. si qua alia iusta causa ff. quibus causis maiores restituantur.* Taceo, minorum etiam priuilegiis muniendam esse causam pauperum, in quibus nullo non tempore orphani pupilli solent reperiri. Sed haec per summam attingere malui, quam tractare ex instituto.

Formulae execrationum in donariis.

[*l*] Quid opus est, recitare exempla, quae in auctoribus, hoc *cap. in lit. b.* nominatis cumulate reperiuntur? Qui dubitant de illis inter abbates, C praelatos, canonicos, conuentuales, illis remedium commendo etuendi huius argumenti ueritatem. Id suadeo, non quis obolum ante deliciis consecret de fructibus suae praebendae, quam tabulas instrumenti in archiuo inspexerit, ut sciat, quo fine, conditione, onere ea accesserit ecclesiae. Si quis ab aeternis cruciatibus metus est, sacro quodam horrore perfundetur et grata mente amplectetur doctrinam, quae liberat a conscientiae angore.

contra quartae spoliatores.

[*m*] Non respondet mea oratio facundiae et D momentis uerborum, quibus alii in arduo argumento usi sunt, ut sibi sacrilegae manus a quarta temperarent. Lege *Antonium de DOMINIS libro* IX. uniuerso, *capite* autem inprimis VII. *de republ. eccles.* et quem toties adlegauimus *Mart. AZPILCVETAM* in piissimo libello de *reditibus ecclesiae*, atque paucos alios, quos testes laudauimus superius. Non euitabis *euangelicam denunciationem*, si etiam fori humani effugeres decreta.

Clerici utrum nudi procuratores redituum ecclesiae?

[*n*] Non mea haec facio, sed auctoribus suis hanc sententiam defendendam relinquo. Equidem E auctoritate *Iohan. de DICASTILLO lib. II. tract. 18. disp. 5. dub. 7. et 8. p. 1067.* noui, plurimos doctores scribere, clericos adsignatae portionis suae dominos fieri, atque uerum habere usumfructum bonorum ecclesiae. Inde arbitrio *clerici* relinquunt, uelit ex fructu, qui superest, pia loca condere et alere pauperes: an uero meretrici mercedem soluere: aut nummos ex sacro patrimonio acceptos ludendo et luxuriando disperdere. Sententiae huius aduocatus laudant SOTVM *lib. X. de iust. q. 4. art. 3.* COVARRVVIAM *de testam. c. 1. n. 3.* MOLINAM *disp.* 143. SANCHEZ *lib.* VII. *moral. c. 8. n. 29.* Verum grauissimis sane argumentis euincunt alii, proprietatem et fructus redituum ecclesiasticorum pauperibus deberi; adsignationem uero inter pauperes stare penes antistites sacrorum, qui inde capere possint, quantum pertineat ad uictum necessarium et cultum. Si praeterea aliquid suis commodis aut usibus illi retineant, id quidem sine crimine sacrilegii fieri posse haudquaquam. Inde negant, praebendarium de praebendae superfluo, uenia sit Latinitati, uel testamento aliquid deferre posse uel heredibus ab intestato quidquam relinquere. Cuncta enim ecclesiae, illi scilicet pauperum patrimonio permanere. Legatur *Marcus Antonius de DOMINIS lib. IX. capite VII.* integro, *clericos non esse dominos portionis de ecclesiae reditibus ipsis adsignatae.*

Praeter quartam, quae supersunt, pariter deberi pauperibus.

[*o*] Ex instituto id agit *Mart. ab AZPILCVETA redit. ecclesiast. Q. 1. p. 37.* ut probet, adsignatam clerico portionem, si quid de ea, post necessarios sumtus ad cultum et uictum supersit, cedere pauperibus. Argumenta eius sunt 1) non facta fuit distributio quadripartita, ut damnum sentirent pauperes, sed ut contra damnum et auaritiam clericorum esset remedium, 2) quod donatores pauperibus dicarunt, illud quadripartita diuisio illis auferre neque potuit neque uoluit, 3) quarta pars iure ordinario pauperum est, sed extraordinario id obuenit eisdem, quod de tribus aliis portionibus superest.

Cur doctores tantum ex papatu laudati?

[*p*] Potuissem in hoc argumento etiam nomina laudare LEHMANNI; CONRINGII; BRVNNEMANNI; DORSCHEI aliorumque ex nostratibus: sed malui domesticis principiis uti in arena, ubi omnia tela e pharetra deprimi solent uel pontificis uel Romanae curiae doctorum, ut hostes propriis gladiis configerentur.

Cur militia interdictum clericis?

[*q*] Notum est, olim a militia non excusasse clericatum. Rempublicam enim defendi contra uim hostium, ecclesiae non minus interfuerat. Post interdixit pontifex clericos militia. Siue quod militarem uitam is clerico indignam haberet; siue minus congruam otio diuiniori. Aduocatos tamen implorauerunt ecclesiae, quarum tutelae subessent. Quorum munera exposuit MAGERVS. Aequitatis uero lex est, ut qui commoda habeat, ille et onera sentiat.

(*a*) Per-

CAPVT XVIII.

REDITVS TVTELAE FRVCTVARIAE ADSIGNANDI VALETVDINARIO.

II. de fructibus feudorum cliente pupillo aut minorenni.

NOuum deinde fontem, unde hauriri poteſt pro militibus inualidis, mores recludunt ANGLORVM (*a*). Illis enim rex tutelam habet minorennium in feudis militaribus. Illius auctoritate et procuratione ad anni XXI. exitum (*b*) aluntur ad uirtutemque literas et arma educantur. Sed fundi clientelaris fructus, durante hac aetate, fiſco cedunt, cum quod pupilli inhabiles ad militaria ſeruitia ſint, cauſam feudorum (*c*): tum quod regis ac reipublicae interſit, eos probe inſtitui ad officii rationes, condigne ſubeundas (*d*). Iisdem etiam moribus

---

Fructuaria tutela Angliae regis in feudis, uniuerſi regni.

(*a*) Peregregia ſunt, quae Angliae ICtus ſcribit *Ioh.* *COWELLVS* lib. I. Inſtitut. iuris Angl. tit. 17. 19. 21. 22. "De illa patronorum tutela, quam ius "Romanum memoriae prodidit, nihil noſtri, quod "ſcio, ſtatuerunt. Verum eſt apud nos aliud patro"norum genus, reſpectu feudi, quod poſſidemus, qui "domini feudi alias adpellantur. Atque in horum "tutelam uel cuſtodiam, paucisſimi ſunt minores, "qui non cadunt. Nam ut nemo apud nos plenio"ri, quam feudi iure terras uel tenementa aliqua "poſſidet: ſic feudum fere nullum paulo pinguius, "quod ſeruitio militari erga dominum uel patro"num non adſtringitur." *Huius autem ſeruitii propria cuſtodia* [tutela pupilli uaſalli], *maritagium* [procuratio matrimonii a pupillo ineundi] *releuium* [fructus fundi feudalis, qui regi tutori cedunt durante pupillari aetate]. *Nam minorum cuſtodiam* [tutelam] *numerant inter catalla realia* [iura quae alteri cedi poſſunt]. *Guilielm.* *CAMDENVS* in magno opere *deſcript. Britan. p. 75. edit. Iuaſ.* "Veteri inſtituto e Normania deducto et non ab "Henrico III. ut aliqui ſcribunt, cum quis defunctus "ſit, qui poſſesſiones et a rege in capite per ſeruitium "militare tenet, tam heres, quam eius patrimonium "reditusque in regis poteſtate et tutela ſunt, donec "alterum et uiceſimum aetatis annum compleuerit "[*credibilius eſt inchoauerit*] et tunc per reſcriptum "regis redhibentur." *Iad: curiam Wardorum* [cuſtodiae ſeu tutelae] *Henricus VIII. primus inſtituit: cum ſuperioribus eorum cauſae in cancellaria audirentur.* Significantius *Thom.* *SMITHVS lib. II. Angl. c. 5. p. 259.* "Apud nos pupillum in poteſtate "habere perutile eſt. Siquidem dominus ille, a "quo pupillus praedium habet, ſimulatque de obitu "parentis certior factus eſt, manum illico in corpus "pupilli iniicit, praedium occupat, cuius commo"da ad ipſum ſolide perueniunt absque eo, ut ratio"nes geſtae adminiſtrationis referat, modo pupil"lum edocauerit." Plures laudare ſuperſedeo.

Error Camdeni.

(*b*) In eo enim Angloſaxonum mores cum hodierno iure Saxonum in Germania conueniunt, teſtibus LITLETONE *ſect.* CIII. *et ſect.* CXXV. BRACTONO *lib.* II. *c.* XXXV. *§.* 1. 6. *ceteris.* FLETA *lib.* I. *c.* II. *§. cuſtodiae et §. minores.* GLANVILLIO *lib* II. *c.* 3. *et lib.* VII. *c.* 9. BRITTONO *cap.* LXVI. BROCO in titulo *gard uel ward*, qui Anglis pupillus, FIZHARDO *nat. Br. f.* 143. *o.* qui omnes iuris Anglicani conſulti. CAMDENO quid in mente fuerit, quod in *l. c.* alterum annum adiecerit, non uideo. Interim error iuris condonandus eſt hiſtorico.

Iuris Anglicani aequiſſima ratio.

(*c*) Non poſſum, quin ipſos hic redarguam Anglicani iuris doctores. Principio illi hanc conſuetudinem iniquam habent, quod bonis ſuis ſpoliet minorennes, quorum tantus inter alias gentes ſit fauor: tempus deinde tutelae nimis longum ſit, XXI. enim annum omni iure contrahi poſſe ad *an.* XVI. poſtea matrimonium ad regis, tutoris ſui uoluntatem aut iniri debeat aut redimi, quod onus grauisſimum ſit, ab alterius decreto, pendere in re, A unde omne momentum pendet uitae beatae: demum peſſime ſaepius educantur pupilli, cum regi ad hanc curam otium non ſit, etiam quandoque, cesſione regia, obueniat ea heredipetis. Verum ad ſingula reponam ſigillatim. *Primum* ignorantiam prodit rationum feudi militaris, quod ordinario iure perſonae datur ad dies uitae, non genti aut poſteris. Itaque, mortuo uaſallo, feudum domino aperitur, neque ad uaſalli poſteros ulla cauſa poteſt tranſire. Hoc iure Longobardico expeditum eſt 1 F 1. §. 1. et 2. De Saxonicis erudite *Ioh.* *SCHILTERVS ad cap. 49. p. 278.* et *ad cap. 55. p. 296.* B modo crederet is nobiſcum, paucisſimos fundos in his regionibus militares eſſe. Nouum uero beneficium eſt, ſi dominus mortui etiam clientis filio fundum conferet clientelarem, quod fieri adſolet per inueſtituram. Vbi ergo nullum ius pupilli, ibi nullam is pati iniuriam poteſt, neque dominium illi auferri, qui id nunquam habuit. Scholae aiunt: priuationem ſupponere habitum. *Alterum*, quod de longinquitate tutelae conqueruntur, nullius iterum momenti eſt. Vti enim ad beneficium nemo obligatur: Ita in beneficio nullo iure incuſanda tarditas aut ſtatuenda maturitas tempeſtiua, *Domin.* C *SOTVS* lib. I. de Iuſt. et Iur. Qu. 3. art. 4. Sit Germanos, [quod ex *SPECVLO iuris Sueuici* intelligitur *cap.* 50.] poſt tredecim annos ad feuda ſubeunda admiſiſſe pupillos [*eyn Kynd das dryzehen iahr alt iſt und ſechs wochen, das iſt lehnber und iſt es 14. iahr alt, ſo ſchwebret es wohl um ſyn ſelbs geſchäffte und mag ainwandt gezeug ſein, ee das es 18 iahr alt iſt.* Habes forte duplicem principum maiorennitatem unam in negotiis territorii, alteram in comitiis imperii, quo remedio innumerae lites de tutela electorum euitari et conciliari queunt]: uerum quid haec iura oberunt Anglis prolixioris tutelae legis- D latoribus. *Tertium* illis graue uidetur, quod non ſolum conſenſu regis, tutoris opus ſit ad matrimonium pupilli: ſed etiam ſponſam a rege commendatam aut ducendam aut mulctae loco aliquid ſoluendum. Neque hoc ullam iniquitatem ſapit. Partim quod praeſumtio pro rege ſit, eum optimam commendaturum: partim quod regi curandum, ne uaſallus indigno coniugio ſortem ſuam deteriorem reddat cum familiae dehoneſtamento. Imo nulla conditio adeo aſpera et grauis hic eſſe poteſt, quam iniuſtam dicere queunt, pupilli uaſalli. Cur enim non a feudo beneficioque regis abſtinent aut ſi hoc E potius illis eſt, damnum ſentire non dicuntur, quod ſua culpa ſentiunt. *Vltimum* caſu fit, non ex intentione domini, tutoris, cuius intereſt, uaſallum ad doctrinam et uirtutem educi, habilem reddi ad officia, feudi cauſa condigne ſuſtinenda. Contra cum Iſtis plerumque pupillis miſere agitur, qui ex rationibus legitimae tutelae moderatores habent agnatos, proximos ſucceſſores. Hi enim ex morte eius et peſſimis moribus lucra et compendia ſperant, triſtisſimo euentu, toties per iura Romana exprobrato heredipetis.

Tutelae FRVCTVARIAE

(*d*) Miror Anglici iuris doctores inuicem diſſen-

C. XVIII. bus uiuunt, quod probo, antiquisſimo abhinc tempore SCOTI (*e*) et NORMANNI (*f*). Nihil certe a rei aequitate alienum esſe uidebitur, ſi huius generis reditus, militiae ex prima inſtitutione conſecrati, in commoda militum, maxime autem inualidorum iterum impendantur (*g*). Quid patrio hic iure liceat, curſim dicam (*h*). C. XVIII.

X 3 CAPVT

et iuris feudalis in Anglia uera origo. ſentire in ortu huius iuris indagando. Alii enim in durisſimis Heurici III. temporibus fructuariam tutelam regi conceſſam eſſe, putant, certo annorum numero definito, quam poſteri deinde reges conſuetudine fecerint perpetuam. *Matthaeum PARISIENSEM* ad an. 1231. p. 253. ceteris et *Rogerium de HOVEDEN ad a. e.* laudant, hiſtoricos, qui tamen non ortum rei, ſed exempla habent. Recentiores omnes *Wilhelmum Conqueſtorem*, Normanniae ducem et Anglici populi uictorem incuſant, fructuariae tutelae auctorem. Prolixe *Henricus SPEELMANNVS in Archaeologico p. 565.* Ego nihil alienus ſum ab hac ſententia: ſed rationibus nitor, quae nouum ei addunt firmamentum. Scilicet fructuariam ſtatim tutelam connatam fuiſſe, exiſtimo cum primordiis feudorum militarium in Anglia, a quorum natura omne momentum eius pendere, ſcripſi in aduerſione antecedente *lit c.* Quod ſi ergo uerum eſt, ante Wilhelmum Normannum Britanniam feuda neſciuiſſe: pronam conſecutionem eſſe largior, eam et onera feudalia neſciuiſſe, id eſt, fructuariam tutelam. Ita enim loquuntur magni nominis doctores Britannici: "Feudorum ſeruitutes primus inuexit "in Britanniam noſtram Guilielmus ſenior, conque-"ſtor nuncupatus, qui lege ea, e Normannia tradu-"cta, Angliam totam ſuis diuiſit commilitibus (Non totam exiſtimauerim, ſed pleramque, ſi fides habenda ſcriptoribus coaeuis) Innuit hoc ipſum co-"dex eius agrarius, qui DOMESDEI appellatur. "Feudum et Normanniam iungit. Deinceps enim "reſonarunt omnia feudorum grauaminibus, Saxo-"num aeuo ne auditis quidem.

FRVCTVARIAE TVTELAE origo apud Scotos. (*e*) Ex inſtituto de his Scotici iuris conſultus *Th.* CRAGIVS *lib.* II. *Iur. Feud.* c. 20. p. 287. Verba eius ſunt: "Quoties uaſallus in feudo militari decedit, ita ut in eo feudo heres minor et infra aetatem "ſit, cuſtodia tam ipſius pupilli, quam ipſius feudi "ad dominum pertinet, donec heres ad legitimam "aetatem peruenerit. Nam tum feudum domino "aperitur ad tempus, lege conſtitutum." De origine idem repeto quod ſcripſi in nota praecedente. Quod enim alii ad aetatem Malcolmi II. prouocent, cuius legem recitat CANGIVS in uerbo *Warda*, ex ſcribendi genere in dubium iam uocauit SPEELMANNVS. Quae dubitatio noſtram doctrinam omnino adiuuat, feudorum militarium et, quae inde pendet, fructuariae tutelae, quae a domino accipienda, eundem ortum, eaſdem natales.

Ius fructuariae tutelae apud Normannos. (*f*) Omnium hic induſtriam uincit *Renatus* CHOPPINVS, qui aliquot in locis plene ac erudite tractat hoc argumentum, ſcilicet *lib.* II. *de moribus Pariſiorum tit.* VII. *p. m.* 382. atque *Libro* II. *de feudis Andium tit.* II. *p. m.* 57. praeterea *lib.* III. *de Domanio Franciae tit.* 19. *p. m.* 599. Etiam Normannos in *Siciliam Italiamque* tutelaria haec iura attuliſſe, idem comprobat. Imo *Galliam* ipſam in feudis quibuſdam non alium, quam regem tutorem agnouiſſe, fructibus, tutelae cauſa, fiſco regio adſignatis, diſcere licet ex idoneis rerum monumentis.

Argumenti ratio. (*g*) Ex iure primae adſignationis arguo, quae facta eſt emeritis aut bene merentibus militibus. Quorſum pertinet uotum OBRECHTI *de impenſis ad bella cum Turcis n.* 67. *p* 45. quo conſulit Germaniae *fructuariam* in feudis tutelam et *releuia*, unde theſaurus ad militiam cogendus aduerſus Turcas. Idque exemplis Galliae et Hiſpaniae de quibus in *republica* THOLOSANVS

*Arcanae ne- ... que dum proditae rationes * feudorum Germaniae.* (*h*) Quid ueru de tuis feudis, mea Germania? Praeſidi huius arenae te compellare liceat, idque uerbis, quae meae doctrinae, quam profitent, congrua ſunt, aliena paulo a ſententiis noſtrorum doctorum. Habes banc fortunam, propitio an irato numine, ut, quae populo peregrino nulla aetate paruiſti, legibus tamen nunc obtemperes peregrinis. Non admodum doleo uices tuas in iure priuato: doleo autem miſerrimam ſortem tuam in clientelari iure, quod uocas, feudorum. Illud enim rationem et aequitatem interpretem habuit, eandem omnium populorum magiſtram: ſed hoc pactis nititur, quae uti a cuiusuis reipublicae arbitrio pendent; ita rariſſime et nonniſi caſu uni cum altera in illis poteſt conuenire. Illud ſaepe res nauci tangit et patrimonia priuatorum: ab hoc maxima momenta pendent uniuerſorum principatuum. Habuerunt Romani ciues, ſubditos, incolas, quos et tu habes: habuit Longobardia ualuaſores, ualuaſinos, capitaneos, quae uero nomina tibi ignota ſunt, et genti hodie tuae a maleuolis aut ignauis hominibus adfinguntur. Veniam mihi a te polliceor, ſi clarius tecum loquar et memoriam excitem rerum, obliuione et fraude ſepultarum. Cardo rei uertitur in militaribus feudis. Hoc nomine, quaero, an unquam tibi uenerint patrimonia nobilium et principum ditiones? Haeres? ſuluam nodum. Vbi militaria feuda ſunt, ibi regionem eſſe oportet bellis occupatam, deinde militibus partim diſtributam, partim adſignatam incolis, utrique ſub ratione meri beneficii et liberalitatis et onere fidelitatis et militarium, quoties opus fuerit, ſeruitiorum. Hoc modo multas regiones Romani partiti ſunt *l. II ff. de euictionibus*: hoc modo Normanni Neuſtriam, Siciliam, Britanniamque; Longobardi Longobardiam ſuam diuiſerunt. Tibi, Germania! quid? Nunquam in praedam conceſſiſti militum Tuae itaque ditiones non praemia militiae ſunt: non uictoris beneficia: non praeliorum merces. Alium titulum uis, quo poſſideas fundus tuos? Tibi uero ſatis eſt, aduerſus iniquos actores, fictitiam cauſam diſpuliſſe. Tua poſſeſſio originariae occupationis iure facta erit, quam uetuſtas adiuuabit tuae nobilitatis. Sequuntur modi acquirendi alii omnes, beneficiariis legibus prorſus aduerſi. Noli ergo incuſare linguae tuae paupertatem, quae ueros ſignificatus exprimere neſcit *feudi; inueſtiturae; uaſalli; feloniae; ligii; laudemii; releuii* atque centum uerborum, quae in Longobardicis inſtitutionibus oculos fibrant et aures. Illud potius crede, rem ignotam fuiſſe tuis quondam moribus, ad quam ſermo tuus, alias foecundus, hodieque obmuteſcit. Dices, omnes autem curias tuas nunc reſonare uoculis recitatis. Neque adeo ulla exempla extare principum, qui beneficiaria lege fundos contulerint bene merentibus adminiſtris? Ego uero non nego, inter mille fundos nobilium unum uel alterum offendi poſſe, qui beneficio principis territorii debeatur. Sed hoc facti eſt, quod ſigillatim probandum: uniuerſim enim praeſumtio in partem it neſciam feudi. Et quid? Sibyllina folia tui gratia prodam, ſed tribus uerbis. Ter centum abhinc annis fundi nobilium in prouinciis Rhenanis; Sueuia; Franconia; Boioaria; Thuringia; Weſtphalia; Pomerania et Mekleuburgico ducatu leges feudales, quas omnibus hodie communes dicimus, ignorauiſſe eadem cauſa, qua eas hodieque ignorant omnis Holſatia, Sileſia pleraque regna item ſeptentrionem uerſus atque orientem. Dicterii fidem in dubium uocas? Hanc dexteram teſtor, qua nunc ſcribo, me in pleriſque

riſque

C. XVIII. risque enumeratis regionibus annum aut lustrum indicaturum esse, quo, ignorantia nobilitatis, errore, nonnunquam uafritie quoque principum factum sit, ut gentium barum fides ad decreta adstringeretur Longobardorum, tempore modoqoe admodum diuersis. Quid uero plerique doctores? Illi controuersias feudorum eadem ubique neque alia ratione in Germanis decidunt docentque, quam si in mediis curiis agerent Longobardorum. Sed quorsum ego dilabor studio ueritatis? Quid iuris sit in feudis Germaniae circa *fructuarias tutelas* uasallorum, id dilemmate unico definio. Germaniae feuda aut militaria uel aolica beneficia sunt aut non sunt; si illud, causas non uideo, quae obstarent iuri hactenus exposito; si uero hoc, frustra de accessorio disputatur, negato principali. Sed quanta hone Deus! hac in re ueteris ac peregrini iuris commixtio, confusio ac conturbatio, ut fieri non possit, euadere inextricabilem labyrinthum, duce vulgari doctrina. Diu est, ex quo meditor *systema iuris feu-* A *dalis iuxta mores medii aeui in Germania.* Hunc in finem diplomata, literas clientelares, plerarumque prouinciarum Germaniae inedita statuta multo labore, impensis, fortunis conquisiui. Ita credo, effectum iri, ut in uiam aliqui reuocentur doctores, unde olim discesserunt, non absque magno patriorum iurium dehonestamento. Vtinam coepto operi ulteriores semper accessus fierent e prouinciis Germaniae, quarum omnium mihi summatim perspectae rationes. Et cuius potius beneuolentiam, non meo, sed publico literariae reipublicae nomine hic rogauerim, quam illius, quem REX noster praefidem esse uoluit supremum in clientelaribus regni B curiis uniuersi. PRINZIANVM patrocinium uolo. De quo illustrissimo uiro dubites, utrum curiae sanctiori maiores fructus adferat; an decus maius conciliet aulae regiae: eum, omnium iudicio, utrobique par esse atque summum fastigium tenere, uideatur. C. XVIII.

CAPVT XIX.

ELEEMOSYNAE NVM IMPERARI QVEANT IN GRATIAM VALETVDINARII?

CAP. XIX. III. de noua collectarum specie, einer allmosensteuer.

AN imperari a principe possint eleemosynae, olim quaesiuit et in fauorem pauperum ex grauissimis rationibus decidit literatissimus ICtus GEORGIVS FRANZKIVS (*a*). Quod si enim in omni tributorum genere causa expendi atque rite aestimari debet, nullus dubito, repertum iri, ex superius facto adparatu (*b*), quod pro militum inualidorum alimentis idonea ratione adferri, queat. Faciunt huc leges DIVINAE atque HVMANAE, pro reipublicae salute (*c*) pro meritorum remuneratione (*d*), pro extrema tandem rerum indigentia *CAP. XIX.*

Franzkii decisio de iure imperandi eleemosynas.

(*a*) *Lib. II. Resolutionum, Quaestione VII. p* 105. Argumentum hoc est. Bello tricennali exhausta fuerat Thuringia, cui agrorum sterilitas accesserat, ut ex duplici malo in summam rerum egestatem incideret multitudo. Equidem ad subleuandos pauperes in sacris coetibus admoniti opulentiores: uerum sacri oratores parum aut nihil profecerunt. Ditiores enim familiae eleemosynas recusarunt, ne in tanta temporum duritie et ipsi olim indigerent. Inde quaestio nata, an magistratus politicus salua conscientia auctoritatem suam interponere et indictis in hunc finem certis collectis et exactionibus subditos et uasallos ad officium cogere queat? Responsum est, omnino magistratui politico remediis his coactiuis non solum uti licere; sed etiam, ut indigentiae et paupertati consuleretur, ui conscientiae obligatum esse ad imperandas collectas eleemosynarum.

Quae longe facilior in gratiam militum inualidorum.

(*b*) Pertinet memorata decisio ad pauperes uniuersim, qui bonis lapsi sunt casibus humanis: non bene merendo de securitate reipublicae, in qua genere milites inualidi reperiuntur. Potiori itaque iure pro his decidere liceat, cum in scholis expedita sint argumenta ab eo, quod minus probabile est ad illud, quod magis est tale. Isti enim pauperes membra fuerant societatis uniuersim; hi reipublicae administri sunt pro eius tranquillitate: E illi casum fecerant in republica; hi causa reipublicae: illorum casus reipublicae oberant; ex his uero commoda pacis redundant in rempublicam: illi prouincia exire et alibi compendia quaerere potuerant; non hi, quibus omnia ad locationes operarum remedia negata sunt: ex illorum neglectu maculam sola religio sentit: ex contemtu horum et respublica et religio. Cetera diuersitatis momenta exquiri possunt ex *cap. XIV. p.* 310. superius.

Ius collectandi principi com- *petit, quoties uult salus reipublicae.*

(*c*) Qui iura *contributionum* tractant, illi ad nouas collectas causam non quamuis; sed IVSTAM atque RATIONABILEM requirunt. *Petrus* HEIGIVS *lib. I. quaest. iuris* 18. *n.* 6. *Iacobus* C THOMINGIVS *Consil. lib. II. cons. XIIX. n.* 29. Quam uero si habeat princeps, tributa iure eum indicere in illa etiam prouincia, obi pacto renunciauerit et statuta collectis obstent, definit VASQVIVS *lib. I. controuers. illustr. c.* 30. *n.* 1. Ita enim pactionum tabulae accipiendae sunt, ut casus excipiant utiles uniuersae reipublicae. In his enim bona subditorum arcam principis esse, quam aperire queat, quoties Deus id uelit et salus uniuersorum commendet, *Casp.* KLOCKIVS *docet cap. VII. de causa collectarum n.* 11. *p.* 181. Ego iterum utar filo consecutionis a minori ad maius. Si enim D collectarum genera a doctoribus defenduntur, quae minora momenta adferunt reipublicae: haud dubie locum illa habebunt, unde maxima eius et damna pendent commodaque. Isthuc refero: *die Fräulins-Trauer-Legations-Kirchen-Bau-und Kezer-Steuern:* huc uero ea, quae superius scripsi *cap.* XVI. *p.* 317. *seq.* pro uictu ac cultu militum inualidorum. Atque pro his etiam stabimus in literario conflictu.

Ius priuilegiorum competit principi.

(*d*) Largitiones priuilegiorum nemo disputat principi, quamuis hoc ita fiat, ut ceteris subditis onus accrescat. Est enim necessarium in republica malos poenis coercere et bonos excitare praemiis ENENKEL ex instituto *de priuilegiis* lib. I. *cap.* 10. *ceteris.* Priuilegiis autem dignissimos esse milites inualidos, aequa iudicii lance expenditur in *cap.* XIV. *p.* 310. et quae sequuntur. Sed dices, priuilegia neque nummos requirunt neque collectas. Ego uero hac uoce omnia commoda significo, quibus egestati subuenitur bene merentium. Modus a principis arbitrio pendet, utrum nummis uti malit, an uero indulgentia eorum, quae lege fieri, prohibentur. Si consultus essem, dicerem, clandestinum aperto hoste longe grauiorem. Et prudentiorum iudicia sunt, malle se tributa, quoties opus sit, soluere: quam

CAP. XIX. tia (*e*) conceptae. Quarum religione principem per conscientiae uim obligatum esse, constat, ut officium suum potestatemque pro obseruatione earum interponat. CAP. XIX.

---

quam exemtionibus, nouationibus, monopoliis etiam in meritissimos collatis, ciuium ordinem negotiaque conturbari.

In extremn necessitate dominiorum distinctiones cessare.

(*e*) Quid pauperi uniuersim aut militi inualido faciendum, si hoc onere egestatis prematur, ut fame, frigore, aestu, morbo, casu alio uel moriendum ipsi sit, uel contrectanda res aliena: iudicia diuersa sunt diuersorum doctorum. GROTIVS *lib. II. c. 11. §. 6.* existimat, saluo naturae iure, res alienas ab eius generis paupere auferri posse atque interitum ita caueri. Rationem reddit, quia ex mente paciscentium pacta interpretationem accipiant, quae ea rei aequitate omnino colligatur. Hoc caso mentem illorum, qui dominia singularia introduxerint, eam credendam esse, ut casus extremae necessitatis statim fuerint, ut in aliis plerumque legibus, excepti. Atque pristina sic iura reuiuiscere communionis, qua homo pauper famem, sitim, frigus, aestus extinguere atque repellere posit, rapiendo, quae uulgari sermone audiant alterius. Ab hoc PVFENDORFIVS *lib. II. c. 6. §. 5.* re ipsa non dissentit, sed aliam causam adfert, qua huic consulatur. Scilicet hoc casu opulentiorem perfectae cuiusdam obligationi adstringit, qua huius generis egestati succurrere teneatur ipsis legibus naturae. Inde pauperem innocentem iubet uel magistratum adire atque ius suum actione experiri contra ditiorem, uel, ubi tempus id non ferat, ui aut clanculum eripere.

A *Antonius MATTHAEI ad l. 47. tit. 1. §. 7.* cui ZIEGLERVS atque HENNIGES, nobile par literatissimorum interpretum, quales uolunt dogmata et libri Grotiani, fere accedere, leguntur. Scilicet nullum ipsi homini egeno ius concedunt, contrectandi aliena, sed tantum indulgent impunitatem. Illi enim nullo unquam tempore omnia communia fuisse, credunt: ergo frustra explorari mentem eorum, qui primi dominia singularia introduxerint. Mihi ita uidetur de enumeratis doctrinis sentiendum. *Grotii* ueriorem: *Pufendorfii* magis piam: *Antonii* utiliorem esse, existimo et magis B securam a turpi abusu illorum, qui culpa sua cadere solent bonis. Quae FRANZKIVS *lib. II. Resolut. quaest. VII p. 518. num. 31.* loca conquirit ex iure Romano et Pontificio, illa binis uerbis eliduntur: *tua non interest.* Quid enim si omnes in naue perirent, tecum fiet? Tua num interest? domum tuam igne consumi cum aliis, an destrui, ut aliae seruentur. Post longas uariorum disputationes illud maxime arridet MOLINEI dum tractat *de usur. quaest. 11. n. 77. §. uerum altius*, quod priuatis disputatur principi in dubium non uocari. Hunc ergo in tempore prouidere debere, ut de repu- C blica dici queat illud Ebraeorum, *mendicitas non erit inter uos*, id est, si alia remedia non sint, *collectas eleemosynarum imperare pro inualidis*, quorum caussam hic agimus, *militibus.*

CAPVT XX.

SPICILEGIVM ALIORVM REDITVVM AD VALETVDINARIA.

CAP. XX. Qvae alii in medium adducunt ex iure circa NOVELLETA (*a*); e PRIVILEGIORVM et EXEMTIONVM lucris (*b*); ex publico LVSIONVM quaestu (*c*); e NVMMORVM nundinationibus (*d*); ex innumeris aliis rebus, illa neque refellere animus est, neque nostro calculo adprobare. Eam tamen rerum consultores sibi legem ponant, compendiorum hanc esse naturam debere, ne uel Deum offendant; uel commoda principis laedant; uel probitati officiant ciuium; uel formam atterant reipublicae. Deinde ubi recta uia incedere licet, ibi opus non esse putamus simulationibus, diuerticulis, tegumentis.

CAP. XX. IV. *de aliis pluribus cursim actum est.*

CAPVT

Fontes ab aliis ostensi, unde hauriendum sit pro inualidis militibus, primus.

(*a*) Vocabulum in eo significatu hic accipitur, ut fundum sterilem notet, cui principio adfertur cultura. Mentionem eius habes *in l. 39. ff. de hered. petit. l. 6. ff. de impensis in res dotales l. 30. de V. S.* Plenius in iure canonico eius explicatio occurrit *cap. 21. X. de uerb. sig.* Post interpretes utriusque iuris plurima de hoc argumento congesserunt WEHNERVS et FRITSCHIVS in supplemento commentariorum ad Speidelium.

alter,

(*b*) Inter alia id commemoratione non indignum esse uidetur, quod ualde alicubi commendatum esse, memini. Scilicet, plures in Germanis fundi clientelares nobilium repetiuntur, qui iurisdictionem inferioris praefecti agnoscunt, *welche amtsaessig sind, ihre erste instantz fur dem Amtmann haben.* Horum sane possessores taedia, ab inferiori iudice metuenda, non paruo pretio a principe redimerent: si, inde exemti, instar ceterorum nobilium (*der Cantzeley- und schrifftsassen*) supremum tantum prouinciae forum, absque intermedio alio ullo, eis liceret agnoscere. Principis enim commodo parum aut nihil decedere, aiunt, qui D idem iudex sit eximendi uasalli, siue iudicium per inferiorem praefectum siue in supremo prouinciae regimine exerceatur. Id tamen mihi dubium remanet, cum iurisdictio nostra et patrimonialis hodie sit et lucratiua; fieri non posse, quin exemtionibus eius generis factis, pretium ac reditus praefecturae diminuantur.

tertius,

(*c*) Notum est, quod Belgae et Angli hac ratione impensas acquirant faciendas Prochotrophiis. *Durch ansehnliche Lotterien.* Theologus illud Paulinum nobis opponeret, num facienda mala, ut bona inde eueniant. Quid huic instituto E praeterea obstet in Germanis, ubi priuatorum hominum tantae diuitiae non sunt, neque tantum animi pro fortuna.

quartus.

(*d*) Montes quidam pietatis hic commendarunt ex usu populi Romani. Quae in illis uel commoda lateant uel incommoda singulari instituto exposuit *Dorotheus ASCIANVS* in libro *de montibus pietatis Romanensium. Nicolaus BARIANVS et Michael PAPAFAVA* idem argumentum sigillatim quoque tractarunt, autores primo adiuncti.

(*a*) Post

CAPVT XXI.

DE PRIVILEGIIS VALETVDINARIORVM.

De PRIVILEGIIS ualetudinarii et inualidorum.

DE PRIVILEGIIS et immunitatibus VALETVDINARII multa conquirere possemus et longissimo filo producere conquisita. Verum quae alii de priuilegiis militum (*a*) et pauperum (*b*) deque fauore piae causae (*c*) ex instituto per integros libros scripserunt, illa omnia huc pertinent atque in hoc loco amicabili quodam nexu conspirant. Qui ergo locorum communium, quos uocant, collectione orbi inclarescere uolunt: illis hanc spartam relinquimus, et, si uolunt, nostra rogatione commendamus. Noster stomachus nauseat cibos recoctos.

De priuilegiis militum,

(*a*) Post alios plures, qui militum priuilegia recensent, *Martinus GARRATIVS* habetur in congerie scriptorum iuris, qui sub nomine *tractatus tractataum* prodierunt. Bato ENENKEL *lib. 1. c.* VIII. et aliis, BOCERVS in libro *de bello* capitibus diuersis. *Francisc David BONBRA*, electori Buioariae quondam a consiliis in erudito opere, quod inscripsit, *ars belli et pacis* edit. *Straubingae* 1643. Potissima eorum, quod *miles condemnatus* in solidum, *eatenus* tantum, *quo facere potest, cogatur soluere* l. 6. ff. de re iudicata: neque propter debita in carcerem coniiciatur, quod doctores inde concludunt MENOCHIVS *de arbitrar.* iudic. lib. I. q. 88. num. 9. et WESENBECIVS *conf* 50. *n*. 20. Causam colligere licet ex illis, quae dn. praeses habet in *cap. I. Pufend illustr. p.* 145. Aliter in cambii iure, quo et ipsi tenentur artic. IV. des Preuss. Wechsel-Rechts in uerbis: sie seyn Fursten, Grauen, Freyherren, Hoff-Bediente, adeliche, gelehrte oder militar-Personen. Deinde quod neque torqueantur neque poenis plebeiorum subiiciantur, etiamsi non emeritis stipendiis suis (honesta uel causaria missiune) dimissi, quod et in filiis militum seruabitur *l. 8. C. de quaestionibus.* Lex hodie uix locum habebit, cum quod militum tanta nostro aeuo dignitas non sit, tum quod mores Romani ad hereditarios milites respiciat illorum, qui egerant in fundis militaribus. Post, quod immunes sint a muneribus personalibus *l. 1. C. de ueteranis.* Quae alia in rationibus peculii castrensis ac testamentorum supersunt, illa nimis uulgaria sunt, quam ut hic repetere, operae pretium habeamus.

De priuilegiis pauperum.

(*b*) Illa huc omnino pertinent, quod non omnibus militibus, sed illis tantum ualetudinario subueniatur, qui rerum egestate urgentur. Pauperum itaque iura cum priuilegiis militum hic concurrere, existimo. De quibus legendi sunt *Ioh. Baptista PACICHILLVS de iure hospital. Ahasuer. FRITSCHIVS de iure hospital. et Wolffg. Adamus LAVTERBACH de domiciliis pauperum*, uon hospitalen, *quae diss uolum. II. num.* 5. habetur. Summa eorum: quod ualetudinaria a collectis, et ab onere metatorum immunia sint; quod asyli iure gaudeant, hodie tamen non attendendo, cum mores nostri alium processum habeant in criminalibus, ubi defensio nemini solet denegari: quod legatis, testamentis, donationibus inter uiuos faueatur in gratiam ualetudinarii; quod usuras ultra alterum tantum exigant; in concursu iure tacitae hypothecae utantur; priuilegia habeant fori; causae summariter tractentur; in integrum restituantur; praescriptio eis nunnisi quadragenaria obsit et quae alia sunt generis eiusdem.

De priuilegiis piae causae.

(*c*) *Hospitalium*, quae dicuntur, iura ad pias causas pertinere, nemo facile dubitauerit. Verum sunt tamen plures, qui episcopi hic auctoritatem requirunt: quae si non accesserit, *hospitale* profanum esse dicunt, indignum priuilegio piarum causarum. Mores husce superstitione corruptos pridem migrarunt sacra puriora. Quid? quod ipsi pontificii in partes hic eant et plures magni nominis doctores sentiant nobiscum. Cum igitur ex horum sententiis piae causae priuilegia etiam ualetudinariis prosint, nihil ab instituto alienum esset, ea hic recitauisse. Verum enim uero ab hoc onere nos subleuauit *Andreas TIRAQVELLVS* in peculiari libro de priuilegis piae causae, qui *tomo* V. operum eius primo loco extat. *Centum et sexuginta septem priuilegia* sunt, quae ordine ibi tractat adseritque piae causae. Qui, quoties opus est, euoluendus.

CAPVT XXII.

DE LEGIBVS CONTVBERNALIBVS IN VALETVDINARIO.

C. XXII. C. XXII.

De ORDINANDO ualetudinario et disponendis inualidis consilia.

RESTARET ultimo loco, commentari quoque aliqua de ualetudinario ordinando et ferendis in eo legibus, quibus adstringerentur contubernales, contubernalium praefecti, atque aedificii et redituum curatores. Verum hoc quoque institutum a nostro alienum est (*a*), et praestat, exempla intueri, superius ditissimo adparatu enumerata (*aa*). Inde enim tibi tuaeque reipublicae quod imitere, capias, ut nullo monitore, nullo, qui de euentu respondeat, obside opus esse, uideatur.

OPV-

Leges ualetudinarii ab arbitrio pendeat institutoris.

(*a*) Cum enim omnia haec e prudenti arbitrio principis et eius administrorum pendeant, religioni ducimus, priuato iudicio, quod nostrum est aliquid uel refellere, uel constituere.

Quaedam earum per summam recitatae.

(*aa*) Loca, quae ex superioribus huc pertinent, summatim indicabimus. Talia sunt: recipiendos non esse in ualetudinarium, quibus bona aliunde sint ad uictum et cultum *Cap. V. p.* 259. qui artes calleant et operas locare queant *ibidem;* unus ex inualidis alteri succurrat, caecus manus praebeat manco; mancus oculos habeat in caecum; utriusque officia utrique praestet claudus et ab utroque alia iterum expectet *Cap.* VII. *p.* 273. excluduntur ab hoc contubernio, qui sua culpa malum aliquod contraxerunt, non ex onere militiae; porro, quorum uita multorum facinorum rea, aduersus leges militares; testamenta non condant nisi in gratiam ualetudinarii; ualetudine recuperata locum non habeant in ualetudinario; innumera alia repeti possunt ex cap. VIII. *a p.* 277 seqq. ab *ANONYMO* etiam auctore *vom gegenwertigen Zustand des Koenigreiches Franckreich, absonderlich dessen Cameral und Kriegs-Staat betreffend*, atque ab illustri scriptore, abbate BRICIO *in descriptione nouissima Parisiorum tom.* II. *p.* 249. quae loca prolixiora sunt, quam ut integra queant exscribi, carptim ea dare nolo, cum praestet, a capite ad calcem ea perlegisse.

OPVSCVLVM IV.

LOTHARINGIA VINDICATA ADVERSVS REGEM GALLIAE DETINENTEM INIQVE DVCATVM,

ad annum usque 1697.

PACEMQVE RISVICENSEM:

LIBELLVS IN GRATIAM SCRIPTVS

PRINCIPVM PATRIA SVA EXVLVM

an. CIↃ IↃC XCVII.

CAP. I.

DE

PRISCIS GALLORVM IN LOTHARINGIAM IVRIBVS, NOSTRA AETATE AB AVCTORIBVS QVIBVSDAM FRVSTRA REFRICATIS.

§. 1. *Propositio atque diuisio operis.*
§. 2. *An Lotharingiae officiat Galliae partem fuisse?*
§. 3. *Quo iure in Germanorum uenerit potestatem?*
§. 4. *An Germaniae ius aliquod in Galliam sit?*
§. 5. *An Lotharingia, a Germania aeque ac Gallia separata, sui iuris facta?*
§. 6. *Quo iure Lotharingia rursus accesserit Germaniae?*
§. 7. *Qua caussa abiurauerint ius omne in Lotharingiam Galli?*
§. 8. *An iure post inuadere Lotharingiam potuerint Galli, Carolingis in Germania extinctis?*
§. 9. *An a nostris Imperatoribus Galliae Regg. cessa sit Lotharingia?*
§. 10. *Quo nexu clientelari Lotharingia subdita fuerit Germaniae?*

§. 1.

OMne ius, quod sibi Galliarum Rex in Ducatum Lotharingiae sumsit, usurpauitque hactenus; id duarum caussarum inprimis oritur ex aliqua. Vnam enim ex ueteri historia eruit; alteram ex re, patrum ac nostra memoria, moderno tempore, gesta, sibi arrogat: ibi fundamentum in hereditate aliqua; hic in cessione potissimum ponit. Vtraque igitur consulenda a nobis historia erit; siquidem utrique dubio satisfaciendum.

§. 2. Primo omnium hanc prouinciam, quam Lotharingiae nunc uoce signamus, ueterem Galliam complexu suo continuisse; eo minus in dubium uocamus: quo magis terminum Galliam inter Germaniamque Rhenum fluuium fuisse, communi omnium Scriptorum ueterum consensu (*a*) constat. Inde uero tantum abest, ut Galli ius aliquod sibi in Lotharingiam postulare possint: quantum abest, ut ipsi duos Romae Consules, si qui hodie sunt, pro suis etiamnunc dominis sint [illegible]ituri: eo, quod Romanis Consulibus imperioque Gallia omnis olim fuerit subiecta.

(*a*) CAESARE scil. lib. 1. c. 1. comm. Gall. huius epitomatore SOLINO cap. XXI. alii C. TACITO cap. 1. de M. G PLINIO atque isque.

§. 3. Continuerunt se intra hunc terminum Galli (*b*), quibus nunquam contigit (*c*) fines suos ultra Rhenum, Germaniam uersus, cum stabilitate quadam, proferre. Aliter fortissima gens, maiores nostri. Hi enim, Gallorum excursionibus creberrimis lacessiti, taedio intra tristis ac sterilis adhuc patriae terminos diutius coerceri; delitiis etiam illecti cultissimae tum Galliae (*d*), nouo Francorum nomine, collectis uiribus (*e*) Rhenoque fluuio traiecto, circa A. CHR. CCCC. (*f*) ut alias nunc incursiones minus felices (*g*) taceam, pleraque ueteris Galliae occuparunt; atque, eiectis sensim Romanis et Gothis; Burgundionibus subactis, cunctis denique debellatis, omnem sibi Galliam asseruerunt, ueterique nomine abrogato, nouum regnum, nouo Franciae titulo, condiderunt (*h*). Ex hoc igitur tempore Lotharingia cum reliqua Gallia in potestate fuit Francorum,

 gen-

CAP. I. gentis, ut uidimus, Germanicae. Id quod discutiendis infra Gallorum sophismatibus omnino inseruiet. §. 3. 4.

(b) Non pacis studio retinebantur intra terminum hunc Galli. Saepius enim Rhenanas Germanorum Prouincias antea inuaserant: sed uirtute Germanorum identidem repressi, metuque frenati exuerunt tandem aliena rodendi libidinem; quibus sufficere uidebatur, munimentis ad Rhenum magno numero extructis, aditum in Galliam uicinis hostibus interclusisse.

(c) Siquidem coloniam exceperis, quae anno circiter 600. Ant. N. CHR. è Gallia in Germaniam, inde in Graeciam, tandem Gallatiam Asiae prouinciam T. LIVIO L. V. C. 34. IVSTINO. Lib. XXIV. C. 4. ipsique CAESARI Lib. VI. de B. Gall. dicitur emigrasse.

(d) Causae hic ab occasionibus distinguendae sunt. Illae erant:

[α] iniuriae, nostratibus a Romanis Gallisque, saepius in Germaniam excurrentibus, illatae.

[β] Vallorum, aggerum, castellorumque cumulatae extructiones, quibus non aditu in Galliam prohibebantur solum nostri: uerum nunquam a tergo securi esse poterant, ita ubiuis nudati. Quae duo arma Francorum, contra Gallos tum adhibita, omni iniquitatis macula prorsus eximere, quicquid iudicent maleuoli, possunt.

(e) Hoc enim quasi symbolo confluebant tum Germani citeriores Rheni ripas a Rheno fluuio ad A Oceani Germanici litora usque colentes. Inde non mirum, quod ante tempora Valeriani Imp. A. CHR. CCL. Francorum nomen in historia non occurrat. Qui enim nunc uno nomine Franci, i. e. libertatis tutores audiunt; illi diuersis olim Attuariorum, Bructerorum, Chamauiorum, Saliorum, Frisiorum, Chaucorum, Cattorumque uocibus distinguebantur. Exploso inter eruditos BODINI errore, qui, nimio in gentem suam studio abreptus, ne Gallos Germanorum imperio subiectos fuisse diceret, modo memoratam Galliae coloniam pro Francicae genris conditoribus uoluit uenditare.

B (f) Alanorum, Silingorum, Sueuorum, et Vandalorum scilicet. Hi enim non fixerunt sedem in Gallia; sed inde circa A. CHR. CCCC. in Hispaniam se contulerunt, atque ibi, quod Franci in Gallia fecerant, noui regni iecerunt fundamenta.

(g) Burgundiones pura. Hi enim traiecto Rheno A. CHR. CCCC. plerasque intra Rhodanum et Rhenum sitas prouincias occuparunt, sed, crescentibus Francorum in Gallia uiribus, A. CHR. D. et quod excedit, ab his libertate exuti, uicti atque Francorum Regno innexi sunt.

(h) Legi hic possunt; ZOSIMVS, OROSIVS, C DIACONVS, MARCELLINVS, GREGORIVS, CASSIODORVS, AGATHIAS, AIMOINVS, inter recentiores Nic. VIGNERIVS, I. I. PONTANVS, et Andr. VALESIVS ante omnes, qui partibus tamen aliquantum studet.

§. 4. Inuidenda deinceps hoc Germanorum regnum (Francicum modo diximus), insigni Galliae accessione auctum, incrementa coepit. Vt enim nunc alia praeteream, Carolus M. Rex, non contentus in Germania citeriorem Rheni ripam et ultra, uetus nempe maiorum suorum patrimonium, Galliamque omnem, bello acquisitam, possidere; nouos progressus fecit, uictisque Boiis, Saxonibus, ceterisque gentibus barbaris sub iugum missis, fines imperii sui in Germania ad Albim fluuium usque et longius, certo felicitatis ac fortitudinis argumento, protulit (i). Ex quo facile patet, quam ieiunos esse in historia oporteat, qui ex hac Germaniae occupatione Galliae regno ius aliquod in patriam nostram superesse, aut fuisse unquam, puerili errore, contendunt. Non enim Galli tum Germaniam oppresserunt; sed Germani, h. e. Franci, uictor tum populus, superata pridem Gallia, demum regiones in patria sua, Germania, hac occasione, longius produxerunt. Quicquid igitur acquisitum est eo tempore a Germano-Francis; id Germanico etiam regno acquisitum fuit, non Gallico. Inde uel decem argumentis probabo; Galliam, ex quo a Germano-Francis subacta est, appendicem regni Germano-Francici factam: neque hoc, in quo turpiter personatus iste Italus lapsus est, illi fuisse innexum (k). Inuertendus igitur in hac controuersia stylus; ita, ut non Galliae in Germaniam, sed Germaniae in Galliam, si quidem argumenta ad hominem adhibita ualeant, ius superesse, constet (l).

(i) Haec adeo clara sunt, ut nullo aduersario effugium relinquant. In subsidium uocari Francorum Annales possunt a CHESNEO, PITHOEO, PISTORIO, REVBERO, VRSTISIO, FREHERO, GOLDASTO editi.

(k) Duo hominum genera circa hanc rem peccare solent, uni uerioris historiae ignorantia imponit: alteri obest partium studium. Illi, dum acquisitae a Germano-Francis Galliae amplitudinem cogitant; uetus Germano-Francorum ad Rheni ripas, (ubi nunc Cliuiae, Marcae, Montes, ducatusque alii) situm patrimonium omittunt: uel, quod hoc magnitudine Gallia inferius offendunt, etiam E dignitate uilius habent atque portionem et appendiculam Galliae fuisse existimant. Cum tamen hoc casu in animum uocari debeat, sub humilia Romuli tecta Romanorum fortitudinem totum fere meliorem terrarum orbem coegisse, recepisse, atque a Romuli casa, Roma sc. tot tantaque regna prouinciasque et denominasse et iis inde leges iuraque dedisse. Idem enim Germano-Francos nostros eorumque Reges cum uicta Gallia fecisse, plura argu- D menta docent. 1.) Sedes regia, subacta Gallia, non ibi fuit; sed mansit in Germania Strasburgi, Francofurti, Nouiomagi, Aquisgrani [quam urbem ea propter nouam Romam et archisolium *den Kayserstuel* dixerunt] aut in simili loco Germaniae, 2.) in his ipsis Germaniae urbibus, non comitatibus Galliae, electos et coronatos hos Francorum Reges fuisse constat. 3.) Nomen Franciae Germanicum Galliae impositum fuit cum imperio; inde a Francia eis Rhenana [in Germania scribo] dicta est Gallia Francia occidentalis 4.) haec Francia Germanica seu orientalis primaria prouincia, primigenia, antiqua, patrimonialis a monachis aliisque istorum temporum scriptoribus passim salutatur. 5.) In titulis Regum FRANCI primum positi, post Alemanni, Boioarii, Saxones ceterique Germaniae incolae, post hos demum Galli nominabantur, certo rursus dignitatis Germanicae prae Gallia argumento, imo populus ipse ex utroque mixtus Franco-Gallicus dictus necquiequam Gallo-Franciens. Praetereo caetera, quae ante me I. I. CHIFLETIVS in Vind. Hisp. et Vldric. OBRECHTVS in Prodr. Rer.

CAP. I. §. 4. 5.

Rer. Alsat. CVLPISIVS ad *Monzamb.* COCCEIVS A in iurispr. publ. uiri doctissimi ex instituto prosecuti sunt. Id quod nec doctiores Galli BLONDELLVS et Adr. VALESIVS, ille in Geneal. Franc. hic in Histor. Franc. soperius laudata in dubium uocare audent, qui omnes uno ore affirmant, non Germaniam tum Galliae sed Galliam regno Germanico accessisse.

(*l*) Quid igitur opus est? ubi natus sit Carolus M. tanta contentione, flagitare. Sit enim matrem eius in Gallia infantem edidisse; id nobis sufficit, patrem eius Pipinum, Francorum, id est, Germanorum Regem fuisse, eundemque sedem regalem ac B domicilium in Germania habuisse, Galliaeque ut ceteris prouinciis nouiter acquisitis ceu secundariis imperasse. In quae iura Carolus etiam filius successit. Natiuitas uero eius, quocunque coelo contigerit, iuri Germano-Francorum nihil quicquam derogat, aut detrahit. Quemadmodum enim nullum Porussiae ius in Marchiam Brandenb. accessit, quod huius aetatis Nouemuir, iam noui regni conditor, Fridericus, Marchio Brandenburg. lucem Regiomonti aspexerit: ita nihil a Gallia metuendum Germanis, quamuis Carolus noster ibi prognatus fuisset. Ceterum cum in membranis FVLDENS. Annal. L. 3. c. 12. Carolus M. tractum Germaniae Eichsfeldensem, terram conceptionis, i.e. Latinitate istius seculi natiuitatis uocet, pro Germania nostra satis decisam hanc controuersiam esse, existimamus. Medicam enim CHIFFLETII Archiatri Hispani curiositatem Politicus uix sibi persuadebit, qua Carolum M. conceptionis locum a matre, quaestione sane uix filio digna, inuestigasse, perhibet; proptereaque Carolum hic quidem conceptum; sed natum Ingelheimii, fuisse loco, qui altero a Moguntia lapide abest, sententiam, ut medicus, fert.

§. 5. Pendebat itaque a regno hoc Germano-Francorum cum reliqua Gallia LOTHARINGIA quoque, donec an. 843. in testatissima illa diuisione a (*ll*) Gallia aeque ac Germania auelleretur. Amplissimum enim hoc sub Carolo M. regnum tres eius nepotes, filii Ludouici Pii regis, diuisione inter se facta (*m*), his tandem limitibus distinxere (*n*). *Primogenitus* LOTHARIVS ad Imp. Romani fastigium, mortuo parente Ludouico, euectus, omne quod intra Rhenum et Scaldim, Mosam Rhodanumque interiacet, ab Oceano Germanico in Italiam usque obtinuit: *secundo genitus* LVDOVICVS totam inde a Rheno protensam Germaniam, cum urbibus quibusdam trans Rhenum sitis, reportauit: *minimo* demum natu CAROLO pleraque Galliae ueteris a Scaldi, Mosa, Rhodano ad Pyrenaeos Hispaniae montes prorogata tribuerunt. Tria inde regna, et limitibus distincta et nominibus, (*o*) orta fuere; *Lotharingia*, *Germania*, *Galliaque*. Lucem rei huic tabula dabit, hic describenda:

CAROLVS MAGNVS.
n. 742. coron. Imp. 801. mort. 814.

- *LVDOVICVS PIVS* *n. 778. mort. 840.* *Huius filii in diuisione ita tandem conuenerunt.*
  - LOTHARIVS *Imp. Rom. fit. monachus m. 855.*
    - LVDOV. *Imp. Ital. m. 875. sine prole mascula.*
    - LOTHAR. *Dux Lotharingiae mort. 869. sine prole legitim*[illegible]
  - LVDOVICVS II. *R. Germ. m. 876.*
    - CAROLOMANNVS *R. Boior. m. 881.*
      - ARNVLP[illegible]S *Imp. 888. m. 899.*
        - LVDOVICVS V. *R. Germ. m. 912. desiisse credebatur stirps Carolina in Germania.*
      - LVDOVICVS IV. *Rex Boiorum m. 913.*
    - LVDOV. III. *Rex Franc. m. 882.*
    - CAROLVS *Crassus R. Franc. et Imp. m. 888.*
  - CAROLVS *Caluus R. Galliae m. 877.*
    - LVDOVICVS BALBVS *R. Galliae m. 879.*
      - LVDOVICVS, CAROLOMANNVS *Illegitimi. m. 884. R. Gall.*; *m. 885. R. Gall.*
      - CAROLVS *simpl. n. 880. coron. R. Gall. 892. m. 926.*
        - LVDOVICVS *Transmarinus coron. R. Gall. 836. m. 954.*
          - LOTHARIVS *m. 986.*
            - LVDOVICVS *Ignauus m. 987. ultimus Rex e stirpe Caroling. Inde enim Hugo Cap. sceptra arripit.*
- CAROLVS *Sax.*
- PIPIN. *Ital. Reg. Lomb.*
  - *Bernhard.*
    - *Bernh.* †
    - *Pipin.* †
    - *Herbe.* †

CAP. I.

(*l*) Describunt banc diuisionem NITHARDVS, Annales METENSES, BERTINIANI, PITHOEANI, FVLDENSES, quorsum etiam THEGANVM ADELMVM et scriptorem uitae LVDOVICI pii Anonymum legisse iuuabit.

(*m*) Saepius antea floreote etiam Merouingorum stirpe inter regii sanguinis Principes scissum Francici regni corpus diuisumque est. Sed *triplex* fere regna dispertiendi ratio, quando illa uel *administratione* oel *nomine* tituloque uel ita tandem in partes diuidootur, ut omni *inuicem respectu* sublato, tot regna regesqoe iuribus ac legibus separata fiant, quod diuidentibus placuit constituere B portiones. Praeterimus nos eam ob causam factas antea diuisiones, *partim* quod primi tantum ac secundi generis fuerint; *partim* quod eas tempus ac mors correaerint; *partim* etiam, quod ultima haec diuisio caeteras omnes irritas fecerit sustuleritqoe. Vt adeo nostram causam nihil iuuare queant.

(*n*) Magni constitit haec diuisio, saepius dimicatum, dooec in has conditiones coouentum est. Diuiserat indulgens pater Ludouicus, uiuus atque uegetus, filiis amplissimum, qood a pareote Carolo M. acceperat, regnum; sed portionom, qoas C fecerat *inaequalitas* inuidiam ioter fratres, moa bella praeliaque excitauit. Durauerunt totos XX. annos turbae ac contentiones fratrum, quorum unus de seruanda, ceteri de ampliandis portionibus, a patre tributis, armis praeliisque laborarunt. Saepe pacta inita, sed saepius quoque resciffa sunt: termini identidem positi; sed toties uiolati; quoties cuiusque aut libido iusserat aut permiserant uires. Extinguebatur an. 840. in hac fere calamitate parens LVDOVICVS. Sed filiorum contraria tum studia recrudescebant. Natu enim primogenitus LOTHARIVS dum imperare minoribus na- D tu et terminos regni proferre uult; utrumque fratrem LVDOVICVM et CAROLVM, istum in Germania; hunc in Gallia summam rerum ex consilio et uoluntate patris tenentes, imprudenti consilio, uno tempore in una etiam causa, offendit. Qui igitur singulis maior potentia esse poterat; utroque armis nunc atque uiribus inferior fit. In A praelio enim *FONTANETANO* (Burgundiae urbs est Fontenoium) a coniuncto fratrum exercitu ad internecionem fere caesus est, An. 841. Nihil uicto restabat, quam, concedendo fratrum postulatis, pacem rogare. Ponuntur itaque ex eo arma, sed tertio demum anno post 843. mense sextili res omnis *VIRODVNI* iis conditionibus componitur, quas in ipso contextu expressimus. Vt tamen unum ex fontibos aperiamus, Annalium BERTINIANORVM conditorem huc transcribemus: *Carolus*, is inquit, *ad condictum fratribus obuians, penes Virodunum coniungitur, ubi distributis portionibus* HLVDOVICVS *ultra Rhenum omnia, citra Rhenum uero Nemetum* (Spiram) *Vangionum* (Wormatiam) *et Moguntiam ciuitates pagosque sortitus est.* (habes limites iom positos Germaniae:) LOTHARIVS *inter Rhenum et Scaldim in mare decurrentem et rursus per Cameracensem, Hainnum, Loccusem, Castritium, et eos Comitatus, qui Mosae citra contigui habentur usque ad Ararim, Rhodano influentem et per defluxum Rhodani in mare cum Comitatibus similiter sibi utrinque adhaerentibus* (hic portionem Lotharii Franciae ut dicebatur mediae, accipe.) *Caetera usque ad Hispaniam* CAROLO C *cesserunt* (atque his Galliae demum terminos agnosce). Lege etiam hanc in rem METENSES, PITHOEANOS, FVLDENSES Annales supra citatos, NITHARDVM praeterea L. III. et IV. praelii huius [illegible] et insecutae pacificationis adiutorem; quibus addi REGINO Prumiensis possunt et Sigebertus GEMBLACENSIS. Cui tamen hi Autores ad manus non sunt; illi inter recentiores CONRINGIVM, de finibus imperii, OBRECHTVM in prodromo Alsatiae; *Culpisium* ad Monzambanum, et SCHVRTZFLEISCHIVM diss. de regno Austrasiae, adeant, qui ea instituto haec per- D tractarunt.

(*o*) Vno tamen Franciae nomine tria haec iuribus et legibus separata regna, diu continebantur, ita ut *Gallia* Francia occidentalis; *Germania* orientalis et *Lotharii* portio Francia media, sub qoa tum noster ducatus Lotharingiae fuit, aodirent; donec, iis nominihus extinctis, haec fere sola remanerent.

§. 5. 6.

§. 6. Seiuncta igitur ex hoc tempore a Germania aeque ac Gallia Lotharingia fuit et portio facta imperii tum Romani, cui Lotharium primogenitum praefectum esse diximus. Vt uero ab eodem rursus auelleretur, idem fecerat Lotharius. Hic enim regnum, quod solus moderabatur, filiis *an.* 855. quo purpuram cum monachi cucullo permutauit, *ita distribuit*; ut PRIMOGENITO LVDOVICO Italia, tandem et Burgundia cum titulo Imperatoris obueniret! ALTERI LOTHARIO noster hic *Lotharingiae ducatus* (*p*) impertiretur. Atque inde sui iuris facta est LOTHARINGIA, et, a reliquis regni Francici partibus eadem ratione disiuncta, nouum ac separatum regnum constituere coepit. Inhiauerat mox his Lotharii iunioris prouinciis Carolus Caluus, Gallus; sed restinxit aliquantum cupiditatem Ludouicus Germanicus, cuius fidei atque tutelae se certis conditionibus dederat Lotharius (*q*). Vacuefacto autem morte Lotharii an. 869. regno Lotharingiae, tum demum illud, certiori iam spe, deuorauerant Galli; quamuis mortui frater Ludouicus Imp. adhucdum in uiuis esset, proximus legitimusque heres. Qui uero Galli impetum cum reprimere nequiret, Lotharingiae hereditatem consequendi uere abiecit spem. Inde Ludouicus Germanicus, ut propior, Gallo minimum, heres Lotharingiae occupandae nihil neglexit; quam tandem cum fratre Carolo Caluo transactione *Procaspidana* (*r*). An. 870. ita partitus est; ut ipsi Cismosana obuenirent; reliqua Galliae regi cederentur (*s*). Atque hic demum felicissimus annus fuit, albo Germaniae nostrae calculo notandus, quo ultra Rhenum ad Mosam et Scaldim usque proferre fines regni Germanici ita licuit, ut perpetuo exinde Lotharingiae ducatus Germaniae nostrae innecteretur.

(*p*) Tres quidem filios habuit Lotharios 1) Ludouicum nempe 2) Lotharium et 3) Carolum, tripartita etiam eius fuit diuisio. Isti *Longobardium, Italiamque* cum titulo imperatoris addixit; illi *Lotharingiam* assignauit; huic *Prouinciam* tradidit *Burgundiamque.* Cum uero minimus natu an. 863. moreretur: fratres duo superstites ditiones eius aequis fere portionibus, ut par erat, inter se diuiserunt. Noua itaque accessione *aucta est Lotharingia*, longe angustioribus hodie limitibus circumscripta:

CAP. I. §. 6. 7. 8.

scripta: quae enim huius regni Gallo in diuisione obuenerunt; illa Galliae regno et nomine et iuribus innexa sunt, pristinumque Lotharingiae titulum exuerunt.

(q) Ita enim uerba Conditoris Annal. BERTINIAN. cum Illustriss. OBRECHTO Vol. 1. c. 6. p. 57. *prodr. Rer. Alsat.* interpretamur.

(r) Inter Heristallium et Marsnam in pago Leodicensi (AIMOINVS L. V. c. 25.) ad Mosam fl. non procul a municipio Traiecto (Mastricht.) in finibus Tungrorum. Alii etiam actum in PROCASPIDE; AQVISGRANI demum pridie nonas Martias 870. transactum esse probant ut summus, in hoc studiorum genere, uir SCHVRTZFLEISCHIVS *diss. Regn. Austrasiae* §. 11. et 18.

(s) Habemus tabulas solennis huius atque iuratae pactionis: ubi et termini Germaniam inter Galliamque ponuntur et singulae urbes, Abbatiae, Comitatus pagique nominantur, quae uel Ludouico A Germ. uel huius fratri Carolo Gallo de ueteri tum Lotharingia obtigere. Extant illae in Annal. BERTINIAN. ad an. 870. AIMOINO L. V. c. 25. Ex MStis Codd. emendarunt P. PITHOEVS p. 488. CHESNEVS tom. II. p. 253. GOLDASTVS in Constit. imp. Steph. BALVZIVS tom. II. capitul. Franc. tit. 43. p. 222. protulit etiam illustriss. OBRECHTVS l. c. Vol. 1. c. 6. p. 66. Cum uero non cuiusuis sit loca, ibi pristinis eius seculi temporibus citata intelligere; utilissimam operam Aub. MIRAEVS praestitit, qui dum in Codice piar. donation. easdem ederet, uetera nomina uocabulis recentioribus commutauit: ex quo CONRINGI- B VS L. 1. de finib imp. cap. 7. et excellentis doctrinae VIR. SCHILTERVS nuperrime tom. II. iur. publ. c. VIII. p. 64. repetierunt, ut adeo toties descriptam huc apponere opus non sit. Id monuisse sufficit, Germaniae terminum non Rhenum, ut hactenus, sed Mosam ac Scaldim factum, ipsamque Lotharingiam hac ratione Germaniae accessisse.

§. 7. Moeruit factae diuisioni Gallus, qui quod Germanos Lotharingiae hereditate fraudare atque excludere nequiuerit, acerbe tulit utrumque. Inde, mortuo an. 867. Ludouico Germanico, pacta *Procaspidana* siue *Aquisgranensia* fregit atque ex fratre nepotibus litem de Lotharingia mouit, bellumque intulit (t). Quod iniustitiae genus monachi, istorum temporum scriptores, non solum execrarunt omnes (u); sed etiam, in fugam acti caesique Galli foedifragii poenas ipsi dederunt. Imo mortuo statim inde an. 877. Carolo Caluo, Gallo; eius filius Ludouicus Balbus pacta PROCASPIDANA non solum rata habuit; sed transactione FVRONENSI 879. denuo confirmauit (x). Vt adeo nouo iure uniuersa Lotharingia Germaniae assereretur.

(t) Se cum fratre non cum nepotibus pepigisse asserebat Galus, inquit REGINO ad an. 876.

(u) Detestantur hoc Caroli Galli foedifragium, dum describunt Annales BERTINIANI, REGINO, SIGEBERTVS Gemblac ad h. an.

(x) Conuentionem hanc FVRONENSEM exhibet Steph. BALVZIVS tom II. capitul. Franc. R. LVDOV. II. T. III. p. 278. GOLDASTVS tom. C III. Const. imp. cuius initium summam statim rerum ita declarat: *sicut inter patrem meum Carolum et patrem uestrum* I LVDOVICVM *regnum Lotharii diuisum fuit: uolumus ut ita consistat, et si aliquis nostrorum fidelium de regno patris sui ex hoc aliquid usurpatur; iussu nostro illud dimittat,* Caeterum *Furoni*, uulgo, *Furon*, municipium est, quod ab Aquisgrano parum distat. uid. Hadr. VALESII Notit. Gall. p. m. 212.

§. 8. Qui igitur ab an. 879. FVRONENSI pacificatione Germaniae Reges erant, illi eodem iure imperabant Lotharingiae, arctissimo iam nexu cum Germanico regno coniunctae. Quoniam uero eidem et praeesse simul Germanici regni amplitudo prohibuerat: per praefectos (y) Lotharingiam administrarunt iidem. Qui cum ducis titulo a Regibus nostris augerentur; ducatus inde nomen Lotharingiae uenit, a prisco regni titulo scriptoribus plerisque desuefactis (z). Quamuis uero stabilior aliquantum reliquis Germaniae nostrae regibus Lotharingiae fuerit possessio, quo minus tamen diuturna fuerit; nimia Gallorum, eandem deuorandi fecit cupiditas. *Carolus* enim *simplex*, tum rex eorum, an. 912. ab excessu Ludouici, Carolingorum in Germania ultimi, coepit occupauitque Lotharingiam praetextu siue hereditatis siue electionis nouissimo [aa]. Non ulcisci poterat inuadentis perfidiam Ludouici in Germania successor Cunradus [bb]: sed, huic a Germaniae Proceribus suffectus Henricus, Saxo, uindicauit amissa, Lotharingiamque Germaniae suae restituit non solum: uerum etiam fraudem Germanis, toties Lotharingiae causa factam, eierandi deinceps, inuasores Gallos, pactionibus BONNENSIBVS, an. 921. adegit obligauitque [cc]. Quem animum, Lotharingiam Germaniae retinendi, adeo non mutarunt Otto M. [dd] alter [ee] ac tertius [ff]: ut potius illos et defendisse prouinciam hanc strenue et possedisse Gallosque hostes, intra terminum sui tantum regni retinuisse, sciamus.

(y) Hi ex arbitrio Regum Germanorum electi D sunt: prout quisque et moribus et uita uirtuteque illis se approbauit. Nonnunquam etiam agnatorum, aut cognatorum rationem habuerunt, nam et hos saepius Reges Germanicos Lotharingiae scimus praefecisse. Nullo tamen feudali rum nexu; sed munere atque dignitate cum parentis discessu denuo extinguenda; uti ceteras Germaniae prouincias; ita Lotharingiam quoque duces administrarunt.

(z) Tempus quo pristinum regni titulum cum nomine Ducatus commutauerit Lotharingia, definire non ausim. Nam Ottonem I. Imp. se adhuc dum *Regem Lotharienfem* et *Francigenum* scripsisse ex A. MIRAEO atque CONRING. de fin. imp. L. 1. c. 6. p. 29. notum est.

[aa] In hoc cardine iuris Gallorum non in Lotharingiam tantum, sed ipsam Germaniam quoquo maximum potissimumque argumentum uertitur. Quo enim utrinque in hac causa nos uinciant, hoc dilem-

CAP. I. § 8. 9.

dilemmate impetunt: *Mortuo Ludouico R. Germ. e Carolina stirpe ultimo, Lotharingia aut sui est iuris facta; aut iure hereditario ad proximum agnatum deuoluta:* si hoc, *ad Carolum Gallum recidet Lotharingia, tanquam unicè superstitem proximum agnatum;* si istud, *tum electio attendenda Lotharingorum, ad quos, principe eorum sine herede mortuo, summa rerum dicenda est reuenisse; atque ita demum sua iura constabant Galliae Regi Carolo, quem a multis Lotharingiae proceribus electum esse, probare annituntur.* Ita fere pro suis Dau. BLONDELLVS plen. assert Geneal. Franc. p. m. 263. seqq. Iac. SIRMONDVS in not. ad Capitul. Reg. Fr. tom. II. p. 815. edit. Baluz qui confidenti nimis animo addit: *eo tempore Ludouico ultimo Franciae stirpis in Germania Rege sine liberis defuncto, Carolo eius legitimo heredi iure licuit non regnum modo Lotharii,* † *sed* Germaniam quoque ipsam, *si par in armis fuisset, repetere.* Discussionem sane requirunt, non contemptum merentur haec doctissimorum scriptorum in Germaniam nostram postulata. Equidem euitantur obiecti scopuli facilius quam eliduntur: nos tamen operam utrinque nauabimus atque [*u*] in dilemmate obiecto limam Logicorum desideramus: tertio quippe in medium producto, ex utraque parte id corruet. Potius enim sic sentio: Lotharingiam tum temporis neque *sui iuris,* neque *alicuius hereditatem* factam esse; quoniam, bello toties uindicata et requisita, tanti constitit Germaniae nostrae, ut non hereditate personis Carolingorum, sed armorum iustitia *ipsi Germaniae* regno arctissimo nexu adiuncta esse, censeri possit ac debeat. Atque adeo hoc ipso, quo Germaniae proceres Cunradum sibi Regem adsciuerunt; iidem quoque, nullo statuum Lotharingiae ob allegatam modo causam suffragio adhibito, Lotharingiae, ut prouinciae suae, praeficere eum potuerunt. Quod idem ius Galliae regi, Regia etiam stirpe extincta, daremus, si iure belli nunc Nauarrae regno potiretur.

[*x*] Alteram dilemmatis partem dum inficiamur, cum H. GROTIO L. II. de I. B. et p. c. 9. §. 3. et scriptoribus Gallis plerisque; et Germaniam ab impetu Sirmondi atque asseclarum uindicamus, et sua Germaniae in Lotharingiam iura sarta tectaque, ex hac minimum parte esse, apertum faciemus.

[*y*] Quid? quod maiores longe causas habuerint Germaniae tum proceres, praetereundi in electione Carolum simplicem ac postea iidem Galli rationes allegarunt, electo Hugone Capeto, Ludouici V. Gall. R. agnatos a Regni sucessione an. 987. excludendi conf. Illustr. OBRECHTVS Prodrom. Alsat. c. VII. p. 103.

[*z*] Si primam quoque oppositi argumenti partem, iam equidem superius destructam, repetere atque ad hominem, quod dicitur, respondere uelimus, gratis interim largiamur BLONDELLO, Lotharingiam tum *sui iuris* factam, Carolum simplicem sibi principem elegisse: facile tamen ad probandum tunc erit; hoc etiamsi factum, non sine periurii crimine fieri potuisse; nisi electionibus ita ludendum quis dixerit; ut cui hoc anno fidem dedi perpetuam, eidem, absque idonea causa, nuncium mittere post atque alii me addicere queam. Nam gloriatur in publ. diplomatibus [quorum duo Christ. BROWERVS l. IX. Ann. Treuir. §. 62. p. 446. et §. 70. p. 448. exhibet] Carolus simplex se Lotharingiam demum an. 917. indeptum esse: cum eosdem iam Lotharingiae proceres in electionem Cunradi Germ. R. ann. 913. consensisse legamus, testibus LVITPRANDO L. II. c. 7. Sigeb GEMBLAC. ad an. 914. aliisque; ut diuisa eligentium tum uota fuisse, taceam, loquente hac in re saepius laudato OBRECHTO c. VII p. 112. sed haec in subsidium ad aliorum magis mentem dixero; cum e primo potius responso herbam mihi ac meis Germanis polliceat.

[*bb*] Misere tum bellis Huunicis afflicta et deperdita Germania; plerisque etiam Germaniae principibus priuatae magis auaritiae atque ambitionis quam salutis publicae studiosis. Non tamen amittendi Lotharingiam, sed uindicandi animum Cunradum Regem habuisse, suscepta eius causa in Lotharingiam expeditio clarum facit in Chronic. *Monast. S. Gall.* an. 912. seruata atque descripta ap. CHESNEVM tom. III. scriptor. Franc. p. 470.

[*cc*] Pacti alicuius inter Henricum Germ. et Carolum Gall Regem in castello ad Rhenum sito BONNA an. 926. initi, formulam exhibet Steph. BALVZ. tom. II. Capitul. Franc. t. III. p 299. unde etiam SCHILTERVS descripsit T. II. iur. publ. §. 4. 9. p. 76. Cum uero eadem amicitiae tantum, inter utrumque tum Regem firmatae, mentionem faciat; aut decurtatam et mutilam esse oportet, aut prorsus aliam. Apertis enim uerbis SIGEBERTVS ad an. 923. *Reges Henricus et Carolus apud Baunam confoederantur, Carolusque reddit Henrico Regi Regnum Lotharingiae, Episcopis et Comitibus ambinque iure-iurando rem confirmantibus.* *Ibi* Carolus [addit *Reginonis* Continuator ad h. an.] nunquam sibi amplius Lothariense regnum usurpaturum promisit. Paria habet Otto etiam FRISING. L. II. Chronici c. 18. Quae testimonia qua ingenuitate Dau. BLONDELLVS uellicare atque euertere audeat in ass. Geneal. Franc. p 263. iam olim iudicarunt sinceri antiquitatis aestimatores. Nobis circa hanc rem, lectis CONRING. de Fin. Imp. lib. I. c. 6. p. 20. OBRECHTI c. 7. Alsat. pag. 18. SCHVRTZFLEISCHIVS dissert. de Austras. e. II §. ult. aliorum conciliatricibus sententiis ita uidetur: formulam, superius ex capitularibus citatam, aliquot annis post nostrum hunc super renunciatione Galli in Lotharingiam institutum conuentum, confirmandi magis conditiones, pridem utrumque Regem inter initas; quam denuo asserendi et conciliandi causa, dem natam atque conscriptam esse. Extat enim in formula annus 926. cum de Lotharingia inter Henricum et Carolum Reges an. 921. iam conuenisse auctores habeamus.

[*dd*] Ottonem M. Lotharingiam et tenuisse et contra Ludouicum transmarinum defendisse atque per fratrem Henricum quoque administrasse, Auctores sunt FRODOARDVS ad an 939. et 942. Otto FRISING. L VI c. 19. LVITPRANDVS L. IV. c. 8. SIGEBRTVS ad an. 938. WITEKINDVS aliique.

[*ee*] Hic idem Otto Lotharium Gallum, cum pacta sanctissime conuenta rumpere denuo uellet, ita in ordinem redegit, ut, dato sacramento (uerba SIGEBERTI sunt ad an. 980.) Lotharingiam Lotharius abiuraret. conf. DITHMARVS L. III. Chron.

[*ff*] Eund. pactis stare cum parente initis, et admonuisse Gallos et adegisse NANGIVS et SIGEBERTVS auctores sunt ad an. 985.

§. 9. Neque segniores se Capetingis Gallorum regibus [*gg*] imperatores nostri in tuendis et asserendis Germaniae finibus praestiterunt. Inter quos Henricum II. nunc laudasse sufficiat. Hic enim Galliae regem Robertum impulit, ut eiераret denuo Lotharingiam atque animum de non repetenda eadem, pactis publicis declararet [*hh*]. Nihil ab hoc tempore ex ueteri historia pro asserenda sibi Lotharingia, opponere neque Germaniae, neque ipsis Lotharingiae Ducibus, nexu feudali Germaniae semper addictis, queunt Galli [*ii*]. Itaque filum huc usque pertexuisse nostro sufficit instituto. Cum stemmata Ducum Lotharingiae passim apud auctores extent [*kk*].

[*gg*] Gal-

CAP. I.

[gg] Gallos Lotharingiae occupandae animum A neque tum deposuisse, mirum est; cum Carolinorum an. 987. stirps regere apod ipsos non minus, ac olim in Germania, desisset. Equidem a prudentioribus Gallis ipsis uanitatis arguuntur CASSANVS, AROYVS, AVBERIVS, PVTEANVS atque impudentiores harum praetensionum patroni alii; qui uel hereditate uel iure quodam regni, quod Galliae extincta io Germania *an.* 912. *Carolinorum* stirpe in omues Germaniae prouincias obuenerit, ad ipsos etiam Capetingos ita translatum esse, scriptitant, ut et postulare et uindicare idem, modo occasio non desit, hodieque etiam B possiot. His autem ita respondemus; (*I*) *ius hereditarium, quod Capeto affingunt, puerilem errorem esse*, cum a proceribus, legitimis heredibus neglectis, Hugonem electum fuisse, cuiuis constet. Deinde (II.) si quid regno acquisitum relictumque fuit, id non Galliae, *sed Germaniae ut regna potiori deberi*, supra altero ac tertio §§. monuimus. Post (III.) toties non a Regibus solom, sed ipsis quoque *Galliae statibus eiernatas prouincias reuocare uelle, gentium iuribus aduersatur*, et aeque absurdum est, ac si imperator noster hodieque sibi ius in Hispaniam, Angliam ceteraque regna postulare, ea C ea ratione uellet, quod olim imperio Romano illa fuerint subiecta: quamuis aequiori id forte ratione fieri posset, cum toties ista imperatores Romanos eierasse nullibi extet. Alia Gallorum argumenta et BLONDELLI maxime destruxit OBRECHT. Vol. 1. cap. VII. p. 141. l. c.

[*hh*] vid. SIGEBERTVS ad an. 1023: quod argumentum latius prosequitur MAIMBVRG. et FRANCOPOLITA tr. de ueteri Lotharingia.

[*ii*] Ast unico adhuc terriculamento confundere in iure nostro forsitan nos poterunt Galli D AN. ENIM. 1298 * ALBERTVM IMP. PHILIPPO GALLIAE REGI LOTHARINGIAM CONCESSISSE, TERMINIS GERMANIAE NOSTRAE RVRSVS AD RHENVM POSITIS

CONTRACTISQVE uoluit. ita magno conatu ex Wilh. de NANGIACO Monacho ad S. Dionys. his fere Principibus coaeuo, VIGNERIVS, SANMARTHANI et caeteri. Verum diluit fallaciam homonymiae Vir summus Petr. PVTEANVS libr. de Iure Reg. p. 455. cuius etiam uerba huc transcribemus: *Domini*, inquit, *Sanmarthani cessionem regni Arelatensis referre uolunt ad tempora Philippi pulchri, quod non reperitur in Archiuo regio; Extat quidem in illo informatio de an.* 1299. (cui simile quid uir in omni doctrinae genere summus LEIBNIZIVS exhibet. P. 1. Iur. Gent. §. 23. p. 48.) *quod tempore Philippi pulchri R. et Alberti Imp. communi consensu ultra Mosam flun. tendendo uersus imperium termini fuerint statuti e cupro ad separandum regnum ab Imperio. Non quomodo Domini Sanmarthani dicunt, quod limites fuerint extensi ad* RHENVM FLVV. *qui antea nonnisi ad Mosam usque pertigissent, quod in dicta informatione non reperitur. Sunt autem plures alii ipsi quoque decepti, eo quod termini, qui statuti sunt, erant e cupro iuxta testium depositionem, qui appellati sunt termini* AENEI, *atque hinc per corruptelam*, habes sophisma, *termini* RHENI. Vt adeo alia ex CHIFLETIO aot CONRINGIO hic effugia petere, opus non sit.

[*kk*] Porissimus hic scriptor est: Franc. de ROSIERIS cuius *Tomi VII. Stemmat. Lotharing. et Barri Ducum* prodierunt *Paris.* 1580. fol. de quo tamen acerbe iudicat THVANVS *L. VII. p.* 627. de an. 1583. qui et ordinem et fidem in ipso desiderat; quod posterius ANNAL. TREVIRENSIVM *conditores Tom. I. L. VII.* exemplis probant. Meo etiam iodicio, multa omisit auctor, quae scribere debuerat; multa uero scripsit, quae latius erat omittere, cum historiae nexum turbent, ad res autem Lotharingicas prorsus nihil conferant. VIGNIERII *La Veritable Origine des tres illustres maison d' Alsace, de Lorraine, d' Autriche, de Bade, Parisiis prostat*, 1649. impressa. Qui liber cum rarius reperiatur, gratias IMHOFIO debemus, qui stemma *in Genealog. Franc. p.* 79. exhibet.

§. 9. 10.

§. 10. Constat ex hactenus dictis Lotharingiam omnem in eaque Ducatum iuris fuisse Germanici. Ex quo cognitum simul apertumque, Duces Lotharingiae nexu feudali Regibus nostris addictos subiectosque fuisse. Arctior tamen hic nexus, florentibus Imperii nostri rebus, in principio fuit [*mm*], laxior paulo liberiorque est factus, cum Germania, intestinis bellis exhausta, quotidie fere decresceret. Quo factum, ut subtrahere obsequio se Germanorum, clandestinis primum consiliis, mox libertatem apertius profiteri inciperent Duces Lotharingiae: usque dum eandem an. 1542. Germaniae extorserunt [*nn*].

[*mm*] Non poenitebit, qood ex inuestitura e literis, quibus Alfonsus, Hispanus, qua electus Rom. Rex, Fridericum Lotharingiae Ducem an. 1258. inuestiuit ex illust. LEIBNITZII *Cod. iuris Gent. p.* 18. huc apponere: *attendentes*, ibi inquit, *Rex Rom. seruitia deluta aulae nostrae tam praedecessoribus nostris, quam nobis facta, et facienda, te, dicto Duce et Comite * flexis genibus ante pedes Maiestatis nostrae existente, inuestimus, te in signum quinque dignitatum, quas in feudum ab imperio tenere debes*, et qoae sequuntur deinceps.

[*nn*] ANTONIVS enim Lotharingiae tum Dux pluribus prouinciis praeter Lotharingiae Ducatum auctus; confidentia etiam, quam in Galliae Regem, constantem tum Hispanorum aemulum, reponere poterat; *status imperii*, qui *Norimbergae* cum Rege Romanorum * *Ferdinando I.* tum conuenerant, eo adduxit: *ut iuribus atque legibus Germanicis conuentu hoc Norimbergensi an. 1542. d. 26. Aug. eximeretur.* Literas ipsas, Regis R. et Electorum signis munitas, suppeditant, in ueroacula LIMNAEVS *Lib. V. c. II. et* emendatius paulo PASTORIVS *Part. V. Flor. Europ. §. 45. p.* 611. in Latium transtulit CONRINGIVS lib. II. de fin. imp. c. 26. §. 18. Gallice redditas cum confirmatione ipsius Imperatoris Caroli V. aliisque huc facienti-

E bus, exhibet Frideric. LEONARD. *Recueil des Arrests des Chambres, p. m.* 237. edit. nuper. Paris. 1693. 41. Quamuis uero dura admodum diplomatis uerba sint, atque iuri Germanico, quod etiam, antequam eo liberaretur, agnoscere ooluerat *Antonius*, non parum periculosa; tamen Fr. THOVVENII, qui Duci Lotharingiae a consiliis fuit, benignior ac mollior Germaniae meae interpretatio; atque post hoc tempus inuestitura ab Imperatoribus nostris Lotharingiae Duci pupillo *Carolo* per tutores petita, atque accepta, prohibent; quin omni prorsus Germaniae nexu solutam, his pactis, Lotharingiam esse, asseram. Quamuis etiam prudentioriF bus non ignotum sit; quare Lotharingiae nunc Duces adeo modesti consecutae libertatis interpretes sint: ut Germaniae scriptoribus, omnem ipsis ab Imperio nostro exemptionem tribuentibus, nullam prorsus gratiam habeant. Nunc enim columbas imitari, optimum forte consilium est. Quae tum maxime execrare libertatem, atque in columbarium se recipere discunt; cum in libero uolatu accipitris rapacitatem uident imminere. Subscribo itaque sententiis CHIFLETII *cap. X. Comment. Lothar. et cap.* VIII. *Lotharingiae Masculinae* atque CONRINGII *Lib. II. de F. I. c.* 27. *§. 15. seqq.* qui concessam hanc libertatem ita explicant, ut Germa-

CAP. II. Germaniae tamen suom in Lotharingiam ius constet hodieque. Anno CIↃIↃCXCVII. cum Hagae me colloquio soo dignaretur Lotharingius legatus, Canon nomine, oir septuageoario proximus, post alia etiam hoc mihi narrauit de Carolo IV. doce Lotharingiae. Quod ipse consilia fouerit, redeundi ad Germanicum imperium. Dummodo locum in comitiis acciperet, gente soa non iodignum. Sed Austriacam domum non uidisse exitum huius difficultatis. Nam in ordine principum *electorum* collegas in AB. descriptos esse, ad qoem tamen dux Lotharingiae potissimum adspirauerat, iure quodam, ut ipse credo, postliminii. Io *principum* collegio illos loco non cessuros esse, qui oriundi sint ex *gente* electorali. Neutrubi igitur uiam patere, qua Lotharingiae dux recipi posset in consortio ordinum imperii. Quapropter optima consilia successu fuisse destituta. §. 1.

CAP. II.

DE

RECENTISSIMIS GALLORVM IN LOTHARINGIAM POSTVLATIONIBVS.

§. 1. Quis Galliae Regis praetextus fuerit, A. 1634. et saepius deinceps Lotharingiam occupandi?

§. 2. Qui A. 1659. in pace demum Pyrenaea restituere ducatum promiserit Gall. Rex? An princeps e carcere tum emissus concesserit Gallis consulto Lotharingiam?

§. 3. An renunciatio in Lotharingiam, inuitis successoribus facta, obliget iure eosdem? Quare oblatam sibi A. 1679. in Pace Neomag. a Gall. R. Lotharingiam recipere noluerint?

§. 4. Quid circa obiectatam duci feloniam, ducatus factam cessionem, ceteraque Gallo respondere et Germania possit, et superstites hodieque Lotharingiae in Germania successores.

§. 1.

PRimo itaque iuris, a Galliae Rege in Lotharingiae ducatum postulati, argumento destructo: alterum nunc obesse uidetur, etiamnunc discutiendum. Cessionem hic urgent, Galliae regi a Lotharingiae duce factam. Res per totum fere hoc seculum et armis et scriptis agitata est: digna, ut a primis etiamnunc principiis a nobis repetatur. Temperauerant sibi per aliquot secula a Lotharingiae inuasione Galli (*oo*). Non, quod animus, sed quod occasio et uires illis deessent. Rerum enim facie mutata, pristinam, ducatum hunc deuorandi cupiditatem, huius seculi initio, in maxima ducum Lotharingiae calamitate, manifestum fecere. Desponsauerat sibi patrui Henrici, Lotharingiae ducis filiam Nicolaeam (*pp*) Carolus III. an. 1621. Haec, quod repudiata esset a marito, dotem repetiit, id est, totum Lotharingiae ducatum. Denegauit reddere eundem Carolus. Foeminas a Lotharingiae successione excludi, asseruit (*qq*). Detulit Nicolaea causam ad Galliae regem Ludouicum. Gratissimum regi negotium. Vt quem, infortunii causa perfidiaeque exuerat aliquoties ducatu, eundem, auctis, iudicio Gallorum, criminibus, tandem eo prorsus excluderet (*rr*). Proderit interim tabulam, quam exhibemus, inspexisse.

CAROLVS II.
Lotharing. Dux. n. 1543. m. 1575.

HENRICVS *Dux Lotharingiae n. 1563. m. 1624.*		FRANCISCVS *n. 1571. m. 1632.*	
NICOLAEA *n. 1608. nupsit* CAROLO III. *1621. repudiata, m. 1657.*	CLAVDIA *ux.* NICOL. FRANCISC. *m. 1656.*	CAROLVS III. *n. 1603. m. 1675. uxor.* 1. NICOLAEA, 2. BEATRIX *de Cussance,* 3. MARIA *Comitissa Aspermont. Sine legit. decessit.*	NICOLAVS FRANCISCVS *Card. ux.* CLAVDIA *m. 1670.* — CAROLVS IV. *alias* V. *n. 1643. m. 1690. Vxor.* ELEONORA MARIA, *Ferdinandi III. Imp. filia.*

Children of CAROLVS IV.:

LEOP. IOSEPH. CAROLVS AGAPETH. HIACINTH. *n. 11. Septembr. 1679.*	CAROLVS *n. 1680.*	FERDIN. *n. 1683.*	IOSEPHVS *n. 1685.*

(*oo*) Bel-

CAP. II.

§. 1.

(*oo*) Bellis nempe intestinis atque Anglicanis A impediti, manus a Lotharingia cohibuerunt.

(*pp*) Mascula prole destituebatur HENRICVS *Lotharingiae Dux*: babebat uero filias duas. Primogenitae NICOLAEAE debebatur *ducatus Lotharingiae*, si quidem is *ad foeminas* posset deuolui: nisi enim hoc esset, FRANCISCO HENRICO, ducis fratri, is fuisset obuenturus. Huius filius CAROLVS III. cui pater ius suum, uiuus concesserat, ne, disputando de iure patris in Lotharingiam, *Heinrico* patruo se exosum redderet, eius filiam *Nicolaeam*, ducatus magis, quam uirginis causa, in matrimonium duxit. Consultius fore arbitratus; si, occupa- B to iam ducatu, de iure possessionis tum demum disputare inciperet: an suo, an uero uxoris nomine eum usurparet.

(*qq*) Acriter tum disputatum est, *an masculina esset Lotharingia; an uero ad foeminas quoque posset deuolui?* illud pro Carolo III. *I. Iac.* CHIFLETIVS probauit, qui *Lotharingiam masculinam* an. 1648. in lucem protulit: hoc uero plures Gallorum, ad defendendam destitutae principis causam, scriptis publicis asseruerunt. *Gabr. Barthol.* GRAMONDVS *Lib. XV. p. m.* 670. et *Anonymus*, pari scripto pro Lotharingia foeminina in medium producto C an. 1640. Quos duos cum refutasset CHIFLETIVS, argumenta eius discutere annisus est *Dan.* BLONDELLVS *in Praef. Apol. Lib. XX. et Genealog. Franc plen. Assert. p.* 260. seqq. Masculinitatem ducatus tribus fulsit fundamentis CHIFLETIVS *l. c.* 1] *Salica lege* 2] *statuto imperii* 3] *iure familiari*. Quae quomodo aduersa pars declinare, exemplis in contrarium productis, conetur, prolixiora sunt, quam ut a nobis hic repeti possint.

(*rr*) Exemplum esse infelicissimi Principis apud omnem posteritatem poterit CAROLVS III. Multi ingenium eius incusant, quod leuitatis argu- D unt inconstantiaeque; sed, dum causam mali originemque non, ut par est, inquirunt; neque quid perpetua fortunae aduersitas, quid calamitates, per omnem uitam continuatae, in animis mortalium possint, pensi habent: in seuitiam atque rapacitatem Gallorum benigniores; iniquiores in afflictissimi quondam principis manes esse uidentur. Egerant tragoediam in Lotharingia per dimidium seculum et amplius duo Galliarum reges. Potior persona erat, ad omne deinde genus calamitatis deiectus CAROLVS: ad quam, ne quid mali deesset, etiam illorum offensam incurrit, qui ei praesidio esse E pollicebantur auxilioque. Per capita ibo, ne materia nimium excrescat. Dum capesseret *an* 1624. *Lotharingiae ducatum* CAROLVS, Imperator, Galliarumque Rex, bello implicit erant. Non parum utriusque tum intererat; quorsum noster se uerteret dux, cuius regiones inter utrumque interiacebant. Gallus itaque nostrum in Austriacorum partes inclinare praesentiens [FREIBERG. Germ. perturb. P. IV p. 31.] an. 1631. quod etiam mortem Caroli ducis matri fertur attulisse [THEAT. EVROP. *Tom. 1. p* 1046.] imparatum armis minisque adortus est; quem etiam tractatibus in oppido VICO, F quod a Marsallo, Lotharingiae urbe parum distat, *an.* 1631. *mense Ian. initis*, eo adegit, *ut non solum amicitiam Austrio-Hispanorum eiuraret; uerum etiam in fidei pignus Marsallum oppidum regi traderet*, [Tractatus exhibent CHIFLETIVS *Com. Lothar. c. XV. pag.* 61. *Fredr* LEONARD. *Tom. III. des Traites de paix.*] Non sufficiebat Gallo huc principem adduxisse. Cum enim statim post IO. BABTISTA GASTO Dux Aurelianensis regi fratri infensus, cum duce Lotharingiae amicitiam contraheret, eum arctius adstringendi occasionem sumpsit; atque pactis LIVERDVNENSIBVS *an.* 1632. *d.* 26. *Iun.* G factis, *Clermont, Stenay et Iamez urbes, praeter superius conuenta, extorsit* [FREIBERG *Germ. perturb. P. IV p.* 137. THEATR EVROP. *T. II p.* 567. PVFENDORF. *lib. IV. Rer. Suec. p.* 61. ipsos codicillos exhibent CHIFLETIVS *Comm. Lothar. c.* 16. et LEONARD. *Tom. III. d. l. p.* 10. *seqq.*] Durior haec conditio fuit priori: sed neque dum animum libertatem recuperandi deposuit dux, in cuius spem *Nanceum* metropolin *munire* coepit. Quo ipso *perdidit* urbem. Rex enim eapropter, et quod fratri regio nuptias meditari cum sorore *Margaretha* crederetur dux [THEATR. EVROP. *Tom. III. p.* 118] imo etiam nondum ita *amicitiae Austriacorum* ualedixisset, ne *Suecos*, in finibus Lotharingiae belligerantes, in successibus impediret, [THEATR. EVROP. *Tom. III. p.* 86. PVFENDORF. *Rer. Suec. l. V. p.* 110.] Non respirare a pristinis calamitatibus nostro permisit: quin potius minis atque *Camerae* siue *Metensis* siue *Parisiensis* decreto, *quod Barrensem Ducatum ob feudum non recognitum; atque Lotharingiam ob fidem saepius uiolatam duci abiudicauit* Regique addixit *d.* 30. *Iul.* 1633. CONTINVATOR *Meterani L. LI. p.* 266. THEAT. EVROP. *Tom.* III. *p.* 88. PVFENDORF. *Rer. Suec. lib. V. p.* 116 in tantum terrorem impulit, ut miserrimae sortis dux *Cardinalem fratrem ad regem mitteret; qui*, nonnisi conuenta, de NANCEIO urbe regi tradenda atque feudo renouando *an.* 1633. *d.* 6. *Decembr. ratihabito* ad fratrem Ducem, infelix nuncius, reuersus est. Tractatus suppeditant CHIFLETIVS *Comm. Lothar. c.* 17. *p.* 68. LEONARD. *pag.* 14. *l. c.* THEAT. EVROP. *Tom.* III. *p.* 116. Taeduit exinde principem, libidini Gallorum sic perpetuo expositum uiuere: itaque *abdicato ducatu* fratrique cardinali commisso [THEAT. EVROP. *Tom.* III. *pag.* 149. 165.] *an.* 1634. *Austriacum se prorsus addixit* atque, suo ducatu exul, in Germaniam se cum suis contulit; rerum, bello tricennali gestarum, multitudine nemini ignotus. Verum id Galliae regi multum desiderata occasio fuit *ducatum*, quem circumroserat hactenus, deuorandi SANMARTHANI *Tom* II *lib* XXVI *p.* 222. CONTIN. *Meterani lib.* LI. *p.* 263. Strenuam exinde operam nauauit in bello tricennali pro Austrio-Hispanis contra Gallos CAROLVS, quem etiam, spe restituendae Lotharingiae apud se aluerant, fiducia eius *an.* 1635. in PACE PRAGENSI confirmata *Iustus* ASTERIVS *de Pacif. Prag. p.* 54. Sed dum in longum haec trahuntur, neque certiora duci subinde apparent: contra Galliae regis administer *Richelius*, dispensatione, super repudiata uxore et noua *Beatrice* inducta, a Pontifice impetranda [THEAT. EVR. *Tom* III. p. 203.] aures ducis permulcet; aequissimarum etiam conditionum spe facta, ut in gratiam Galliae regis rediret, allicit saepius: *an.* 1641. *relicta Germania*, non tam ad Gallos transiit: quam in Galliam Parisios remeauit. Eae enim tum *conuentiones* erant, quas proposuerant, pulchre sic decepto atque captiuo ueluti, duci; ut nonnisi inuito potuerint extorqueri. Legitur *pactio* haec *an.* 1641. apud CHIFLETIVM *Comm. Lothar. c.* 19. *Clientis obsequium* tum Regi ducem exhibuisse, Galli triumphant. *Rob. de* GRAVEL. *Plenipot. Gall. Memoriale in causa Lothar. d.* 25. *Octobr.* 1670 *Comitiis oblatum quod extat Tom. V. Brachel. Con. p* 114. et antea SANMARTHANI *Tom.* II. *Gen Fr.* XXVI. *c.* 6. Ast quicquid harum pactionum Galli Lotharingis obiiciunt; id ea ratione hi auertunt; quod illa, ad quae captiuom tum principem, mox facti poenitentia ductum, adegerint Galli, agnatos eius obligare nequaquam possint. CHIFLETIVS *c.* XI. *d. l. p.* 80. Rediens ergo Parisiis *Carolus* conuenta non tantum detestatus est, publico eius causa scripto edito; *sed etiam ad Austrio-Hispanorum partes denuo transiit.* Duo inde emolumenta sumsit Gallorum rex [I] Primo enim, nouo hoc fractae fidei praetextu, Lotharingiam ita nunc occupauit, ut in formam prouinciae redactam Galliae innecteret. PRIOLVS *Hist. Gall. L.* II. § 26. *p.* 61. deinde [II] eum et an. 1644. iterum nutare inciperet Carolus LEONHARD. *tom.* III. *p.* 1. adeo exosum Austrio-Hispanis se reddidit, ut an. 1648 pace Monasteriensi §. 4 eum excludi tandem permitterent. conf. querela ducis ap. LVNDORP. *Tom.* VI. *L.* III. *c* 42. PFANN. *L. V. Hist. P. p.* 642. *seqq.* PVFEND. *L.* XIX. §. 153. *p.* 751.

CAP. II.

§. 2. Iacuerat ex hoc tempore in uinculis Gallorum Lotharingia. Hanc, ea facie, ab hoste Gallo dum princeps recipere detrectat; ab amico ipse uinctus in Hispaniam abducitur an. 1654. [*ss*]. Relucebat deinde an. 1659. in PACE PYRENAEA recipiendi amissa spes; sed cum eae pacis conditionis essent, ut nihil nisi nomen libertatis CAROLO restaret [*tt*]; mentis suae fere incompos factus An. 1662. aperte seruitutem profiteri maluit; quam, inani liberi principis titulo, in seculi opprobrium, diutius uti [*uu*]. Dum uero execratur fortunam post, facti poenitet simul [*xx*]; unde nouam deinceps occasionem captauit Gallus, infelicissimum principem Lotharingia an. 1670. in perpetuum spoliandi [*yy*]. §. 2. 3.

[*ss*] Iniuriarum assuetus magis; quam tolerans Carolus, aegerrime, ot par erat, tulit se a *Pace Monast.* 1648. exclusum, atque *ad peculiarem* cum Galliae R. *pacificationem* iucundam remissum esse; insuper habito; quod communem Germaniae rem nummis, milite, maxima denique, qua poterat, ope adiuuasset. PFANNE histor. Com. L. II. §. 40. p. 210. seqq. Nihil itaque reliquum erat; quam ad Galliae Regis outum spiritum trahere uitamque. Illis omissis, quae contra Hassos uicioosque tentauit (THEAT. EVR. *Tom. V. XVII.*) an. 1652. se Hispanis in Belgio, ubi degebat, suspectum reddidit amicitiae, cum Gallo, in Hispanorum incommoda, condeodae (*Gal.* GVALDVS *in histor. Pac. Pyren. p. 66. seqq.*) itaqoe *capitur apud Bruxellas* ab Hispanis Carolus A. 1654. atqoe in arcem *Antwerpianam* rapitur: hine tandem in Hispaniam *Toletum* nauigin est aoectus PRIOLVS *L. IX. Rer. Gall.* § *IX. p.* 326. GVALDVS *d. l. p. 74. 75. seqq.* THEAT. EVR. *Tom.* VII. *p.* 581. obi ipsi codicilli exhibentur.

[*tt*] Habetur causa *Lotharingiae amissae ducis* iostrumento PAC. PYREN. a §. 62. *usque* §. 74. Qood exhibet Cootin. BRACHEL. *T. V. p.* 63. Restituitur in ducatom hac paee Carolus: sed his fere exceptis: *Medionico §. 12. ducatu Barrensi § 63. dominiis, oppidis, praeposituris atque agris Stanei, Duni et Iunetis atque Comitatu Claremontano* § 64. in ceteris ad ipsos codicillos lectorem remittimus. Haec ipsa fere ratihabuit *Carolus* 1661. Tractatus exhibent LEONARD. *dans son Recueil des traites de paix Tom. III.* CONTIN. *Brachel. T. V. p. 73. conf.* BREVVERVS *L. III. histor. decenn. p.* 296.

[*uu*] Ita est. *Carolus Dux an. 1662. Regi Galliae Lotharingiae ducatum prorsus concessit, ea conditione, ut ipsi certi prouentus relinquerentur; duceique agnati in amissae hereditatis solutinm spem haberent, extincta Burboniorum stirpe, Galliae regnum prae omnibus regii sanguinis principibus aliis consequendi. Tractatus suppeditant Contin.* BRACHEL. *Tom. V. p. 85. et* LEONARD. *dans son. Recueil des Traites de paix Tom. III. fin.* Quare agnati regis buic pactioni strenue se opposuisse atque contradixisse apud PRIOLVM leguntur *L. X. §. 24. p. m. 370.*

[*xx*] Et frater dueis Nic. FRANCISCVS cum filio, quem habebat, CAROLO, et eeteri agnati his pactionibos in sui detrimentum initis offensi, *una voce omnes reclamarunt.* Ipsum etiam pactorem conditionis poenituit. Discedit ergo, rege insalutato Parisiis, atque per literas, ad caneellarium scriptas, pactionem rescindit, causam addens, *se iis NB. eu nominatim conditione subscripsisse, ut agnati, quos nunquam consensuros sciuerit, ratihabeant. Henricus* BREVVERVS *Histor. decenn. l. III. c. 9. p.* 297. Qui cum tractatibus se nunc opponant, se et uoto suo solui et irritum reddi, quicquid conuenisset AIMHOF. *Geneal. Fam. Gall. p. 84. et la Vie de Charles V. Duc de Lorraine liu. 1. p. 91. seqq.* Ad haec Galliae R. ita se gessit, ne ad extrema cum principe descenderet. Consultius ei fuit, ooois tractatibus *Ao. 1663. d. ult. Aug.* doeem ita adstringere, (leguntur tractatus apud LEONARD. *d. l. d. III. f.*) ut commodiori euodem occasiooe pessunderet LA VIE *Charles V. liu. II. p.* 125. Ex hoc tempore Gallo nihil prius fuit; quam tolerare principem in Lotharingia: agnatos uero et CAR. V. maxime *a partibus Austriorum matrimonio, pollicitationibus, minis etiam atque modis quibuscunque aliis ad se trahere;* irrito tamem conatu. Quae interim Lotharingi intra hoc tempus contra Tureas (*Anon. in Mercur. Germ. p. 877.*) *in Wildfangiatu contra* PALATINVM (*Theatr. Europ. T. X. p.* 458.) et pro Moguntia quoq; in causa *Erfurtensi* (Henr. BREVVER. *L. III. hist. decenn. c. 4. p.* 212.) egerint, dicere nihil attinet.

(*yy*) Id erat, quod Galliarum rex, eum nostrum Lotharingia 1670. ultimo exueret excluderetque (historiam uide in THEAT. EVROP. *T. X. p.* 346. LA VIE *de Charles V. l. II. p.* 170 et ante omnes in H. BREVVERO *histor. decenn. L. III. c 9. p.* 300. *Petr.* VALCKENIER *P. II. p.* 78.), ei obiectauit: *ab an. 1663. ad definitum modo tempus ducem datae fidei atque tractatuum oblitum esse: cines eum ac subditos trium Episcopatuum, tributorum nimietate, afflixisse; insignia regia locis, ubi uel exsculpta fuerint uel picta fregisse ac dehonestasse; terminos ducatus et sustulisse et promouisse; criminum tandem criminibus in regem Christianissim. auxisse, uidentur. Rob. de Grauel. Plenip. Gall. scriptum, an.* 1670. io hac causa pro rege suo in *Comitiis Ratisb.* exhibitum, quod in *contin* BRACH. extat *Tom. V. p.* 141. eum aliud eod. anno, pro duee Lotharingiae, eius delegatus *Ioh. a.* MONNET *Reinemberg.* in iisdem Comitiis *protulisset*, quod apud *eundem* extat. *Tom. V. p.* 107. Lotharingia itaque extorris CAROLVS Coloniam se contulit et publicae rei curis solutus sacris uacauit; ut uel ea caussa Pontificem moueret aliosque, quo sibi in desperatissima causa sobuenirent (H. BREWERVS *L. III. c. 9. p.* 303.). Sed cum omnis fere conciliandi Gallum prorsus expirasset spes (VALCKENIER *P. II. p. 78. et P. IV. p* 525.) eo maiores causas habuit CAROL. ut *decennali foedere* 1673. *Kal. Iul. Hagae Com* concluso, Hispanis atque Germanis contra Galliae regem operam suam addiceret. (Verba foederis exhibet BRACHEL. *Contin. P. VII. p. I. et* VALCKENIER *tract. publ. p. 103. n.* 88.) Ex quo tempore strenoam in isto bello foederatis operam nauauit. (VALCKENIER P. VI. p. 448. ubi etiam Caroli imago exhibetur) donec anno 1675. d. 18. Sept. et uitae et calamitatis, per 40. annos continuatae, finem faceret.

§. 3. Postquam uero in exilio obiisset anno 1675. Carolus noster; fratris filius CAROLVS LEOPOLDVS, quem alii Vtum dicere malunt, ducatum, hereditario iure ad sese deuolutum, a Galliarum Rege serio et saepius repetiit [*zz*]. Nihil tamen identidem intensae ab eo querelae profecerant: usque dum an. 1679. in PACE NEOMAGIENSI rex Galliae restitutionem ducatus polliceretur (*aaa*). Ast uero sub durissima et seruituti proxima lege cum accipere, iustissimis de causis, recusaret Carolus (*bbb*); ducatu deinceps quoque caruit addixitque se cum suis partibus Austriacorum de familiaque Caesarea optime meritus est, usque dum mortem obiret an. 1690. (*ccc*). Quod parentis exemplum filii heredes adhucdum gloriose imitantur (*ddd*).

(zz) Di-

CAP. II. §. 3. 4.

[zz] Dixit enim Carolus V. quae patruus peccauerit, ipsi nullo iure tribui: neque huius conuenta obligare illum posse; qui eis nunquam fuerit assensus (LA VIE *de Charles V. liv.* III. *p.* 202. *sq.* 231. *sq.*) Libellos, quos inde ab an. 1676. usque ad an. 1679. in pacificatione Neomagensi eius causa edi atque paciscentibus exhiberi curauit ceteraque huc facientia suppeditant *Actes et memoires des Negotiations de la paix de Nimegue a Amsterd.* 1679. quatuor *Tom. in 12. edit. Tom.* 1. *p.* 97. 100. 454. *Tom. II. p.* 135. 139. 151. 155. 160. 177. 185. *Tom. III. p.* 95. 532. *Io* SAVTER. eadem fere in uernaculam nostram transtulit *Lips.* 1680. 4. *ed.* Pertinent *huc P. I p.* 126. 287. *P. II.* B *p.* 69. 82. 98. 113. 231.

[aaa] Vid. *art. XII. instr. P. usque ad XXII.* Prolixiora haec sunt, quam ut hic possint transscribi. Summa eo recidit: *restituatur dux in ducatum, sed iis conditionibus.* §. *XII. urbs Nanceium cum suo banno maneat coronae Galliae* §. *XIII. quatuor in quatuor plagas mundi uiae, singulis dimidiatam Lotharingiae leucam latis, Corona Galliae sibi designet ab urbe Nanceio* (ne scil. ducatus obesse regi uel in Germaniam uel in Belgium irrumpenti queat) §. *XIV. in Regiones quas dictae uiae complectuntur, renunciet dux* §. *XV. urbs et praefectura Longouicensis regi conceduntur* §. *XVI. Rex Galliae urbem Tullensem duci concedit.* §. *XVII. qua concessionem Nancei compensare uult* §. *XVIII. Ius nominandi Episcopum Tullensem Pontifici concedit Rex; ad quem dux recurrat. XIX. Dux nihil mutet. XX. Latas a Gall. R. hactenus in Lotharingia sententias abrogare non liceat duci XXI. Rex duci Archiuum Nanceio ablatum restituat XXII.*

[bbb] Non opus est causam addere, cum durissimae ducatus reddendi conditiones recitatae sint.

A Legi tamen PVFENDORFIVS potest *L. XVII. Rer Brandenb. p.* 1295. § 15. qui etiam *L. XVI. p* 1209. §. 35. recte dicit: *non integrum fore his tractatibus duci uel leporem uenari, quin unam ex regionibus ac uiis a Gallo postulatis attingat* conf. *eund. L. XVII.* §. 38. *p.* 1319.

[ccc] Maximam fortitudinis, in Turcico inprimis bello pro Germaniae ac Christianorum communi salute a CAROLO hoc nostro adhibitae, gloriam futura secula celebrabunt. Summatim res ab eo pace belloque gestas AVCTOR *uitae Caroli V.* Ducis Lothar. Anonymos descripsit Gallico idiomate hactenus a nobis laudatus *edit Amsterd.* 1691. 12. Neque dubium est, quin felicius res nostrae ad Rhenum contra German. hostem. cecidissent; nisi eripuissent eum fata in maximis rerum conatibus an. 1690. d. 18. April.

[ddd] Vnica nunc superstiti filio LEOPOLDO IOSEPHO septendecim annos nato, spes in Imperatore est, qui ex sorore nepotem cum Augustissimo Rom. Rege Iosepho filio ad optima quaeque in Aula Caesarea passus est educari. Formidarunt quoquo potentiam inde Austriacorum Galli, ut an. 1694 per C Comitem *d' Auaux uniuersam Lotharingiam suo restituere heredi pollicerentur*, quatuor tantum urbibus *Saar Louis, Bitsch, Homburg*, et *Long exceptis.* Nunc uero cum reliquerit *Sabaudus* foederatorum partes, aliique nutare socii credantur, reuocat oblata Gallus; atque non nisi conditionibus in pace *Neomagiensi expressis* reddere Lotharingiam uult. In quas neque consentiet imperium, cuius tutelae se an. 1690. literis, quas VITRIARIVS exhibet *L.* 1. *t.* 16. *p.* 457. commisit: neque eas filii accipient, quas parens nullo non tempore eierauit.

§. 4. Euolutis ita Lotharingicae tragoediae annalibus, nihil porro negotii facesset; postulata Gallorum in hunc ducatum iura ex suis etiamnunc fundamentis euertere. Perfidiae h. e. FELONIAE crimen cum infelicissimo principi obiiciunt (*eee*); facile ad respondendum est: obiectatum hoc crimen ab illo tantum in Galliae regem committi posse, qui clientelari ei obsequio subiectus sit (*fff*): ita uero nunquam Lotharingiae duces Galliae regibus obnoxios fuisse, diximus (*ggg*). Sane quod ipsam LOTHARINGIAM attinet, nec ipsi adeo impudentes sunt Galli: ut hanc eo modo sibi asserere conentur, (*hhh*): de solo BARRENSI ducatu lis fuerat. Sed hunc etiam uirorum eruditorum plurimi ita de iuribus Gallorum exemerunt, suisque ducibus uindicarunt; ut, quin omnis dubitatio composita sit, nihil obstet, quam acerrima Gallorum habendi cupido (*iii*). Quod uero ad pactiones cessionesque CAROLI INFELICIS prouocant Galli; illud ad hodie superstites duces nihil attinet. Hi enim, tantum abest, ut in conuentiones eiusmodi consenserint unquam; ut potius publice priuatimque contradixisse eosdem, et, quantum penes ipsos fuit, repugnasse, orbi constet uniuerso (*kkk*). Taceo, pactorum tabulas agnatorum omnium consensum praecepisse et imperasse (*lll*). Nostri non minus imperii approbationem iure meritoque requisierunt (*mmm*). Vt adeo principibus aeterna in Lotharingiam auctoritas sit; qua tamen etiamnum uiuunt extorres.

[eee] Ita *Rob. de* GRAVEL *plenipot. Reg. Gall.* confer. etiam quae *Nic.* VERNVLAEVS *disc. II. de caus. belli Lothar. p.* 20. exercitii loco ex hoc fonte perorat. Id uero erat; quod in imperium, Austriacos item et Hispanos, gentes Galliae tot seculis exosas, eum uidimus inclinasse ac propendisse.

[fff] Alias enim eiusdem absurditatis est; ac si Russorum principem imperator noster criminis feloniae postulare nunc uellet; eo, quod noluerit olim causam eius contra Turcas adiuuare. Sane *perfidus* esse nequit; qui *fidus* esse non tenetur.

[ggg] Nulla sane uel specie ueritatis id aliquis E asseret: nisi ex ueteri historia recoquere argumenta uellet, quae supra diluimus.

[hhh] Si fabulas illorum exceperis superius confutatas. Ipse GRAVELLVS *p.* 104. in oratione an. 1670. in Comitiis exhibita (quam *contin. Brachel. P. V. exhibet*) id iuris relinquere uidetur ducibus: *de-* D *mus*, inquit, *ducem tanquam absolutum et independentem ad tractatus non teneri* et quae sequuntur.

[iii] Ita quidem suae hic causae fidunt Galli, ut *Rob. de* GRAVEL *memoriali an.* 1670. in comitiis exhibita p. 104. haec uerba inseruerit: *quis est in conuentu hoc, qui ducatum Barrensem indubitatum coronae Galliae feudum esse nesciat? Id quod deinde exemplo* comprobare uult, quo Carolum infelicem an. 1641. clientelare munus regi dicit praestitisse. Etiam ex historia hunc ducatum Galliae uindicare conatus est *Dan.* BLONDELLVS *tr. Barrum Campano Francicum* dicto *Amstel.* 1652. recuso. Verum E imperio iam asseruerat ducatum Barrensem *I. I.* CHIFLETIVS *Com. Lothar. an.* 1649. *Antwerp. fol. edito.* Vtriusque uero argumenta sub examen reuocauit atque pro Germania nostra ex instituto prosecutus est *H.* CONRINGIVS *L. I. de Fin. imp. c. VII.* §. 6. *p.* 37. *seqq. L. II.* §. 3. *p.* 418 *seqq.* Non negant itaque ingenui scriptores aliquid Barrensis du-

CAP. II.

catus, inCampania situm, ei aeque ae regi subiectum esse. Verum, uti haec non nisi panca quaedam praedia sunt, ita reliqua ducatus pars ad imperium nostrum, eodem, quo ipsa Lotharingia, iure pertinet. Demos itaque *perfidum* Gallo factum esse Carolum infelicem; demus *obsequium* ei clientelare etiam Parisiis, ut maiores eius praestitisse, nihil hoc causae nostrae detraher. Vti enim hoc genus homagii *ad quaedam tantum Barrensis* ducatus respicit: ita felonia (quamuis plura hic etiam in contrarium ex CHIFLETIO, VERNVLAEO, libris modo citatis, afferre possimus) non extra hos fines potuit committi; neque poena uberius extendi.

(*kkk*) Protestationem a Nic. FRANCISCO Caroli infelicis fratre factam exhibet CHIFLETIVS *c. XX Com. Lothar. p. 80. seqq.* quomodo CAROLVS V. eius filius ac heres post se gesserit uel ex ANONYMO eius *uitae* autore *lib.* III. in primis satis superque constat. Quamuis enim Gallorum rex et *Nemorosiae Principis matrimonio et Bituricensis ducatus aliorumque redituum spe, adoptione etiam in regiam stirpem pectus eius emollire aliquantum, atque ut subscriberet cessioni, permouere uoluerit;* nunquam tamen in tanta CAROLI V. constantia, id potuit obtinere. Conf. etiam IMHOF. *Gen. Franc. Tab. Lothar. III. p. 84.*

(*lll*) Non frustra tantis artibus Galliae Rex CAROLVM V. heredem in pactionis huius consensum trahere quaesiuit. Non enim requirebatur

A is iure tantum, quod feuda alienari nequeant dissentientibus agnatis; sed etiam ipsius Caroli infelicis *subscriptio* et pollicitatio talis erat: *si eam agnati, quos id nunquam facturos esse sciuerat, rati haberent.* (H. BREVVERVS *hist. decenn. L. III. c. 9. p. 297.*) Conditionata igitur subscriptio fuit, quae nihil, ut cum scholis loquar, ponit in esse. §. 4.

(*mmm*) Feuda Imperialia, nonnisi Imperii consensu alienari posse, quis nescit? Ast dicis *an. 1542.* per *tractatum* superius laudatum Lotharingiam nexu beneficiario et clientelari ab Imperio solutam esse? Verum est: sed in tantum, non in to-
B tum, ut scholae aiunt. Nihil enim in istis priuilegiis de *alienatione;* potius *amicus imperii esse* iubetur teneturque ad tributa seruitiaque in S. R. I. matricula sigillatim ad notata. Cui legi addictus permansit Lotharingus etiam post factam eius emancipationem. Ceterum Germaniae interest, coniunctam sibi aliquo tantum nexu habere Lotharingiam; magis refert, duces a Galliae Regum nimia coniunctione abstrahi; maximum uero est, Galliae Lotharingiam non prorsus innecti. Ex qua scilicet aditus rapacissimo hosti in *Belgium, Palatinatum, Alsatiam* atque *interiora Germaniae loca*
C quaeque patescit. Agite igitur causam hic uestram nunc tandem Germani! illud cogitate in cuius manibus claues relinquitis: eidem thesauros occlusos uelle, in politicis σιδηρόξυλον, remque e scholis prudentum explosam esse.

OPVSCVLVM V.

ACADEMIA, VILLA PLATONIS, CVM NOVA HALLENSIVM

collata anno 1695. mense Ianuario.

BONO CVM DEO!

Occasio thematis, nouae academiae auspicium.

DVm in hac noua Musarum palaestra primum *(a)* decerto; ingenii mei uires in iis potissimum exercendas esse existimaui, quae nouo conuenirent instituto, suaque se lecturis gratia facilius commendarent. Ecquis enim eruditorum est? qui uel solum Academiae uetustissimum nomen in summis non habeat deliciis: quique primam eius ultimamque non nosse originem solum; sed omnia quoque penitius scire, in re, tot seculorum interuallis celebratissima, percupiat, si uiuam imaginem inprimis *ueteris* illius *Academiae*, in *noua Halensium* conspici, mecum intellexerit. Ita aeternas Serenissimo Principi ac electori FRIDERICO TERTIO Sapienti, Pio ac Forti, cum futura posteritate gratias debebimus. Qui, dum locum hunc nobilissimum pariter ac amoenissimum, quo uel ipsa natura eum aptauit, eo et ipse destinauit, diuino plane, dignissimoque tanto Principe consilio: neque literis solum, sed aliis quoque artibus, ad corporis facientibus dexteritatem, instruxit; eam clementiae

(*a*) Erat haec *dissertatio* ordine tertia, quae audita est in noua Halensi. Nam sub exitum anni 1692. auctor, Viteberga relicta, in comitatu b. m. *Strykii* petiit Halam. Ibique docere primus instituit litteras humaniores et historiam.

CAP. I. mentiae est laudem promeritus, quam uenturus demum Orbis summam maximamque dicet. Omni uero eruditae iuuentuti gratulabimur tandem; quae suas hic Athenas et inuenit et frequentat, ad inuidiam usque maiori cum incremento, sub tantis literarum heroibus, oriundas. §. I.

CAPVT I.

DE

ACADEMIAE DIVERSIS ETYMOLOGIIS.

§. I.

Academiae etymon. SEd ad institutum ut ueniamus, primae Academiae primum dabimus rationes. Erat haec uilla Attica, ab Academo heroe sic dicta, qui eam primus nobilitauit (*a*). Cuius nomen, cum in scriptura uariet, ipsa uilla, denominata ab eo, alias atque alias est literas sortita. *Qui olim Hecademia, Ecademia, Echedemia?* Ab Hecademo enim Hecademia, et, spiritu quandoque omisso, Ecademia; mox ab Echemo, Echedemia, et Echemedia, aut alio modo a Graecis auctoribus scriptum esse inuenimus (*b*). *Quantitas in poesi.* Apud quos etiam penultima uariat, quando per ει occurrit; quae lis poetarum est. Claudianus equidem cum aliis, uulgarem modum tenentibus, eam corripit; sed contra producit Cicero; qui ad ει respicit. *Notatus Vossius.* An uero eandem scripturam ARISTOPHANES sequatur; quod Vossius uult, et Hofmannus cum eo, ualde dubito. Ipse enim Ἀκαδημίαν in Nubibus scribit, et ita pariter Scholiastes (*c*). Hi tamen omnes in re ipsa optime conueniunt, ut adeo illi hic attendendi non sint, qui uocabulo alias atque alias origines quaerunt et uel *Cadmo* eas tribuunt, literarum, ut credi- *Spuriae origines a Cadmo.*

Z 3 tur,

Academia unde dicta? (*a*) Suo omnes serie Graecos scriptores audiamus, ut, quam uno hic omnes ore loquantur, constet. Et DIOGENES LAERTIVS quidem *Lib. III. in Vita Platonis, segm.* VII. *p.* 169. edit. *Menagii* 1692. Eupolis, ac Timonis, uetustissimorum scriptorum in hanc rem testimonio profert, ipseque addit: Ἀκαδημία ἐστὶ γυμνάσιον ἀπό τινος ἥρωος ὀνομασθὲν Ἀκαδήμου. *Academia Gymnasium est, a quodam heroe Academo sic dictum.* Nec aliter in *Atticis* PAVSANIAS *p.* 54. § 1. *edit. Sylburg. ap. Wech.* 1613. Ἀκαδημία χωρίον ποτὲ ἀνδρὸς ἰδιώτου. *Academia priuati hominis olim ager.* et STEPHANVS *de Vrbibus*, ubi de Academia agit, loquitur: Ἀκαδημία κέκληται B ἀπὸ Ἀκαδήμου. *Academia dicta ab Academo est.* Idem et HESYCHIVS habet, *p.* 46. *edit. Schreuelii Lugd.* 1668. Ἀκαδημία γυμνάσιον Ἀθήνησιν ἀπὸ Ἀκαδήμου ἀναθέντος. Et iisdem, quo *Laertius*, uerbis SVIDAS sub *h. u.* Ἀκαδημία ἀπό τινος Ἀκαδήμου ἥρωος ὀνομασθὲν.

Scripturae diuersitas. (*b*) Quod uero diuerso modo scribatur haec uox, apertissime omnium PLVTARCHVS *in Theseo p.* 15. *D. edit. Xiland.* 1620. indicat, dum dicit: ἀπ' Ἐχέμου Ἐχεδημίαν προσαγορευθῆναι, τὴν νῦν Ἀκαδημίαν· *ab Echemo Echedemiam dictam esse, quae nunc Academia.* Quem LAERTIVS sequitur *d. l.* πρότερον C διὰ τοῦ Ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο. *ante enim per E Hecademia dicebatur.* Et STEPHANVS *l. c.* γράφεται δὲ διὰ τοῦ Ε Ἑκαδήμεια καὶ ἡ πλείων χρῆσις οὕτως. *Scribitur autem per ε Ecademia, sic crebrior usus obtinet.* Quod ipsum et HESYCHIVS p. 405. animaduertit: Ἐχεδημία, ἡ νῦν Ἀκαδημία καλουμένη. SVIDAS uero uerba Laertii denuo retinet: Ἀκαδημία, πρότερον δὲ διὰ τοῦ Ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο, et idem mox addit: καὶ οὐδετέρως Ἀκαδήμειον. *Aristophanis* SCHOLIASTES in Nubib. *p.* 110. *edit Froben.* 1547. ait: Ἀκαδημία, ἦν γὰρ γυμνάσιον ἀπὸ Ἑκαδήμου τινός. Imo, APPIANO teste, *in Mithrid.* ἐχεμάδιον quoque D uillam hanc appellarunt, ob ἐχέμου. Quorsum confer diligentissimum hominem *Claud.* DAVSQVIVM *in Antiqui Nouique Latii Orthographica, Volum. II. Tract. V. p.* 116. *edit. Tornae.* 1632.

Prosodiae rationes. (*c*) TVLLII locus, ubi penultimam in Academia extendit *lib. I. de Diuin. p.* 165. habetur. *Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo, Fuderunt claras foecundi pectoris artes.* Idem et LAVREA facit, Ciceronis libertus, *in Epigramm.* apud *Plinium* seruato, *lib. XXXI. c. I. p.* 744. edit. *Dalechampii*: *Atque Academiae celebratam nomine uillam.* Claudianus uero *in Manl. Theod. Consulat. p.* 5. *uers.* 95. *edit Barth.* breuiat: *in Latium spretis Academia migrat Athenis.* Et ad hoc dubium MICYLLVS *lib. II. de re met.* Ptolem. HISPANIOLVS *de Licent. Vet. Poet. p.* 180. BECM. *de Caus. LL. p.* 149. VOSSIVS *in Etym.* et HOFMANNVS *in Lexico Vniuers.* Omnes eodem modo respondent, e diuersa scribendi ratione id ortum esse existimantes. Neque sentire uel ego aliter possum, modo, apud quos per ει Ἀκαδήμεια legatur, constet. *Vossius Aristophanem* nominat; sed nominat, non enim locum addit, in quo hoc ipsum habeatur. Quod etiam *Hofmannus* negligit, qui eius hic premit uestigia. Ego in ARISTOPHANE nihil inuenio, dubito, an inuenerint illi. Locus enim in *Nub. p.* 110. edit. *Frob.* 1547. *fol.* minus huc pertinet; cum Ἀκαδημία ibi legatur, et eodem plane modo apud *Scholiastem.* SVIDAM uero recte HOFMANNVS *d. l.* citat, dum Ἀκαδήμειον οὐδετέρως scribi indicat, uti mox diximus in not. praecedenti. Quod idem, ante eum STEPHANVS *d. l.* aliquoties repetit: Ἑκαδήμειος, ἢ Ἀκαδήμεια ἀπὸ Ἀκαδήμου et hoc ipsum melius fieri, licet infrequentius, ad analogiam, τῶν Ἀχιλλείου, Ἀντιμαχίου, monet DAVSQVIVS lib. supra citato. *Vossii* uero censurae *Becmannum* subiicio, quod addat l. c. *Ad Ciceronem quod attinet; is produxit, ut apud nos nunc solet φιλοσοφία, propter accentum Graecum.* Sed Comites tamen ille Clariss. Viros habet, et Excellentissimum quidem in hac arte TAVBMANNVM *in Curcul. Plaut. A.* 1. Sc. 1. v. 2. quando ait: *In Graecis nominibus non quantitatem, sed accentum spectabant: quia, ut etiam notat Seruius* in lib. de Accentibus, *Latini eundem accentum quem Graeci habent, efferunt in Graecis nominibus.* Sed uero, si *Seruius* id de notulis et signis Grammaticorum intelligit, eodem errore ducitur. In ea enim haeresi persisto, Graecos, seculis ante Christum Natum, non adscripsisse accentus. Qui ergo imitari eos Tullius aliique aureae aetatis potuerunt. Quod paradoxon ante me Viri in omni literatura

CAP. I. *medela. ornatu.* tur, inuentori: (*d*) uel ab ἄκος et δῆμος, quaſi medelam populi dicas; uel ἀγὴ τῶν δήμων, et congregatio familiarum ſit, uel etiam ἀκή, cum hominum ibi ingenia acuantur; uel denique παρὰ τὸ κάζειν ab ornando, ſeu lauando, iuuenes nempe certos ſtudiorum gradus adeptos, nomen deducunt, ingenii magis luſu, quam genuino rei firmamento. (*e*) §. I.

ratura Clariſſimi defenderunt; *Iſaac* VOSSIVS de Poemarum cantu, et uiribus Rhythmi p. 15. *Henr. Chriſt.* HENNINIVS *in* ΕΛΛΗΝ. ΟΡΘ. edit. *Traiect.* 1684. *Ioh. Dan.* MAIOR de *Nummis Graece Inſcript. Kiliae* 1685. cui denuo addi DAVSQVIVS meretur *p.* 143. *ſq. de Latinis Accentibus. l. c.* Quid uero de *Prudentio*, et aliis, qui ſequioribus temporibus uixerunt, Poetis hic ſentiam, in *Diſſertatione* 1692. *Vitembergae de Prudentio* habita, ſatis expoſui.

Falſae origines, a Cadmo. (*d*) Quid fabularum Graeci Scriptores de Cadmo ſuo, quem primum litterarum et omnis tandem humanitatis inuentorem crediderunt, commenti paſſim fuerint; dicere nunc non eſt. Varia ipſe de eo *Franciſc.* IVNIVS affert, *lib. de Acad. c. l.* Illud ſaltem hoc loco in quaeſtionem uenit, an negligere tot fide digniſſimos Scriptores debeamus, et nouis Iunii coniecturis inhaerere? qui, quod hactenus citati auctores *Academo* tribuunt, ipſe *Cadmo* ſuo uendicare uult. Ita enim ex καδμείας ſiue καδμεία, Ἀκαδημίαν aut Ἐκαδημίαν factum eſſe, exiſtimat, Atticiſmo non adeo infrequenti. Cum proſtheſis et in aliis uocibus ab iisdem ſit facta, qui pro στάχυς, ἄσταχυς, pro σταφίς, ἀσταφὶς dixerunt; uti uidere apud SCHMIDIVM eſt, *Tractatu de Dialectis Graecorum, c. 1. n. 25. p. 13.* Confer. BECMANNVS *de Orig. LL. p.* 152. Verum laudati hactenus auctores, et mira eorum hic harmonia, maiorem longe apud me fidem merentur; quam ut a ſua ſententia, ad noui hominis coniecturas tranſcendendum eſſe exiſtimem.

Ab ἄκος. (*e*) Ne uel hic lectori deſimus, in leues etiam auctorum alluſiunculas inquirere, non pigebit. BECMANNI uero miror, quae *p.* 149. habet *l. c.* *Academia, ab ἄκος et δῆμος: quaſi medela publica ſiue populi.* *Ab ἀγὴ.* *Aliis dicitur quaſi ἀγὴ ἢ ἄγυρις τῶν δήμων, ut ſit congregatio aut conuentus tribuum, et familiarum.* Quod ipſum GIESENIVS quoque monet *Tractatu de Iure et Regimine Academiarum*

A *Diſput. II §. 11. p. 19. Plerique opinantur Academiam dictam eſſe, quod ſit ἄκος τοῦ δήμου remedium populi, ſeu publica medicina aduerſus ignorantiam.* Quam in ſententiam et MIDDENDORPIVM *lib. I. de Acad. p. 3. Matth.* STEPHANVM *lib. 3. de Iurisd. part. 2. de Acad. cap. 1. n. 14.* LANSIVM *de Academ. lit. D.* adducit, bene tamen addit: *Explicatio conueniens eſt, ſi modo ipſa uocis deriuatio.* Hanc uero falſum eſſe mox conuincemus. Quibus non meliores alii ſunt apud HOFMANNVM *in Lexic. Vniuerſ. Tom. I. ſub h. u.* qui ad, ἀκὴ acies, et δῆμος, populus alludunt; eo, quod in Academia hominum ingenia acuerentur. *Ab, ἀκὴ.* B At ultimi patrocinium apud HESYCHIVM ſe inueniſſe arbitrantur, qui ita ait, *l. c.* Ἀκαδημία, λουτρὸς, ἢ πόλις. *A. κάζειν* hinc STEPHANVS *in Theſauro* ſub *h. u.* edit. *Pariſ.* 1543. Academia, *uerti poteſt lauacrum, aut ciuitas*, et in haec uerba FORI quoque ROMANI auctor iurat ſub h. u. ALSTEDIVS *item in Curſus Philoſ. Encyclopaedia lib* XIX. *c.* II. *p.* 2614. *edit. Herborn. Naſſoa.* 1620. *Ἀκαδημίαν qui ciuitatem interpretantur, uelut, ἀγὴν τῶν δήμων collectum populum dixerunt. Qui lauacrum, ii παρὰ τὸ κάζειν, quod eſt ornare.* Verum HESYCHIVS *d. l.* de uariis ac diuerſis *Academiae* C locis ac partibus loquitur, non de eius, ut putant, origine; quam ipſe ἀπὸ Ἀκαδήμου ἀναθέντος deducit. *Heſychius explicatus.* Cum enim haec uilla Ceramicum, Gymnaſium, Lauacrum, et defunctorum tumulos ambitu ſuo terminaret; uenit, ut in uniuerſum omnia haec loca idem nominis ferent, quod infra patebit apertius. Reliqua per ſe cadunt: rarius enim eiusmodi uocabulorum luſus cum hiſtoriae ueritate conſentiunt. Hi ergo magis reiiciendi; quo grauiores ſcriptores contrarium tenent; quoque res ipſa probabilior eſt; ut, quemadmodum a *Ceramo Ceramicus, ſic Academia ab Academo* dicta D ſit. Accedit, quod uilla hoc nomen diu ante habuerit, quam medela populi, aut acies ingenii fieret, atque in illa docerent Philoſophi.

CAPVT II.

DE

ACADEMO NOMINIS AVCTORE.

§. I.

CAP. II. *Quis academus? opinio prima* VErum quis heros ille Academus fuerit, nemo Hiſtoricorum praeter *Plutarchum* definit. Hic enim in Theſeo in eius uitam inquirit, ſibi tamen ipſe non ubique conſtans. Nam eius duplicem ſententiam profert. Alteram illorum, qui Helenam a Theſeo raptam Aphidnis abdi Academum prodidiſſe exiſtimant, propterea que tantam eſſe apud quemuis famam promeritum: (*a*) eorum *altera.* alteram, qui cum Dicaearcho eo inclinant, ac ſi Echemus cum Maratho Tyndaridas in eandem regionem, ex Arcadia bellum eſſet ſequutus; iisdemque pugnans feliciter, eam ſui nominis conſequutus eſſet celebritatem; (*b*) ut uiuus a ſuis ſit inter Deos relatus (*c*). §. II.

Academus quis? (*a*) Verba PLVTARCHI, grauiſſimi Hiſtorici, E haec ſunt, *p. 15. in Theſeo, D.* φράζει δὲ αὐτοῖς Ἀκάδημος αἰσθόμενος, ᾧ δὴ τῷ τρόπῳ, τὴν ἐν Ἀφίδναις κρύφα αὐτῆς. *Verum aperit eis Academus, haud ſcio qua ratione odoratus, Aphidnis* Helenam ab *Theſeo raptam abdi.* Quod idem *Lud.* VIVES repetit eruditiſſimis in *Auguſtin. de Ciuitat. DEI* animaduerſionibus *lib.* VIII. *c.* XII. *p.* 766. *Fuit Academus Vir, qui Tyndaridis indicauit Helenam a Theſeo raptam Aphidnis occultari.* Eandem rem ZWINGERVS *in Theatr. uitae hum. p.* 153. 3295. 3355. 3663. paulo copioſius recenſet.

Alia de Academo ſententia. (*b*) E Dicaearcho uero haec affert PLVTARCHVS *l. c.* Ὁ δὲ Δικαίαρχος Ἔχεμον φησί, καὶ Μάραθον συστρατευσάντας τότε τοῖς Τυνδαρίδαις ἐξ Ἀρκαδίας, ἀφ' οὗ μὲν Ἐχεδημίαν προσαγορευθῆναι, τὴν νῦν Ἀκαδημίαν. *Dicaearchus uero tradit, quum Echemus et Marathus Tyndaridas ex Arcadia eſſent ad bellum illud ſequuti, nomen ab illo quaeſiuiſſe Echedemiam, quae nunc Academia.* uid. etiam quae habet *Viues l. c.*

Honores Academo habiti. (*c*) Quantos uero quamque magnos Academo honores ſint habiti, idem PLVTARCH. *l. c.* monet: ὅθεν ὁ αἴρε τε τιμῆς ζῶντι παρὰ τῶν Τυνδαριδῶν ἐγένετο, καὶ πολλάκις ὕστερον ἐμβαλόντες εἰς τὴν Ἀττικὴν

CAP. II. *§. II. Academi gymnasium.*

§. II. Illud quoque hic moneo, Academum ante Gymnasium in hac uilla habuisse, scholam enim literariam, cum Middendorpio non dico, (*d*) quam illa peruenerit ad Platonem. Et hoc inde colligo, quando non literis, sed fortitudine, sed militari inter suos prudentia eminuisse fertur Academus. Quam coniecturam meam Tullius quoque firmat, qui multis ante seculis Gymnasia corporibus exercendis inuenta fuisse uult, quam in iis disputarint Philosophi (*e*). Quid? quod et Aristophanis Scholiastes, iam a nobis aliquoties laudatus, idem etiam de Academia dicere uidetur (*f*).

τιμὰς οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν χώραν τέμνοντες, τῆς Ἀκαδημίας ἀπείχοντο, διὰ τὸν Ἀκάδημον. "Vnde illi honores uiuo habiti sunt a Tyndaridis; tum Lacedaemonii, qui saepius postmodum incursauerunt Atticam, uniuersosque fines perpopulati sunt, Academia abstinuerunt, Academi causa. Nec minora de eodem *Eupolis* in *Astrateutis* habet *lib.* III. ap. LAERTIVM *segm.* VII. *p.* 169. qui ubi de Academo agit, subiungit: Καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Ἀστρατεύτοις φησίν. Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ. *Sicut et Eupolis in Astrateutis* (hoc est, ut ALDOBRANDINVS in Laertium monet, *in immunibus a militia;* cuius epigrammatis mentio quoque plus simplici uice ap. *Athenaeum* fit,) *dicit: In ambulacris Academi ambrosis Dei.* Quorsum et SCHOLIASTAE uerba facere apud Aristophanem uidentur. Qui, quod oleis Deo dicatis circumsepta undique Academia fuerit, in *Nubib. p.* 110. innuit: περὶ αὐτὸν δ' ἦσαν αἱ ὄντως ἱεραὶ ἐλαῖαι τοῦ θεοῦ. Quibus sua etiam VIVES addit, *l. c.* "Quo circa Academo honor et uiuo a Castore ac Polluce habitus est; mortuo a posteris Lacedaemoniis. Nam quoties popolabundi in Atticum agrum sunt ingressi, semper ab Academia abstinuerunt, Academi causa.

Middendorpii error. (*d*) Satis audacter MIDDENDORPIVS *lib. I. c.* 1. *de Academ. edit. Colon.* 1602. *Academia uero locus fuit, in quo scholam Ecademus instituerat.* Neque uero uel sic errasse Middendorpium crederem, cum, quo significatu uox adhibeatur quandoque, *Ioseph.* SCALIGER doceat in *Epist.* ad R. D *Schola erat proprie corpus militum, quod ad caput certum referebatur.* Et G. PANCIROL. *in Thes. Var. lect. lib. II. c.* 188. *Schola olim quid?* Quocirca recte GIESENIVS *Diss.* II. *de Academ.* §. 7. *Multitudo motar sub una militantium Schola uocabatur.* Sed uero ludum literarium *Middendorp.* hic intelligere, sequentia, quae addit, indicant. Horatii enim uersum laudat, de Schola Platonica assumendum: *Atque inter Syluas Ecademi quaerere uerum.* De cuius friuola quorundam interpretum expositione inferius agemus. Illud nunc demonstraturi solum, nihil literarum ante Platonem auditum in uilla fuisse.

Academia ante Platonem Gymnasium militare. (*e*) Cum enim tot testimoniis ueterum, iisque probatissimis ostensum hactenus fuerit, Academum heroem armis multum potuisse: quod excoluerit has artes in uilla hac sua, cum ueritate admodum consentire existimo. Hoc uero factum tum temporis esse non uocabula indicant solum, *Gymnasium, Schola*, et *Palaestra* singula ab artibus militaribus ad otia literarum translata. *Ratio ab Academo. Vocis significatus.* De quibus LVCIANVS *Tom. I. de Gymnasiis p.* 703. edit. *Basil.* 1563. et inter recentiores *I. C.* SCALIGER *lib. I. Poet. cap.* XXII. *p.* 83. *P.* FABER *in Agonisticon libris.* MERCVRIALIS libro *de re Gymnastica*, ac VOSSIVS *de Gymnastica* aliique ex instituto egerunt: sed res eo manifestior est, quo locus CICERONIS illustrior. ita uero TVLLIVS *lib.* II. *de Orat. p.* 350. *edit. Steph.* Crassum loquentem inducit: *Omnia ista ego alio modo interpretor, qui primum palaestram et sedes et porticus, etiam ipsos Catule Graecos exercitationis causa, non disputationis inuenisse arbitror. Nam et seculis multis ante Gymnasia inuenta sunt, quam in his Philosophi garrire coeperunt.* *Testimonio Tullii.* Addit MANVTIVS in *Epist. Fam. Cic. libr.* IV. *Epist.* XII. *p.* 212. *Tom. I. edit. Graen.* 1677. *postea placuerunt ea loca Philosophis, in quibus, de quo uellent scientiae genere, disputarent.*

Aristophanis Scholiastae. (*f*) Idem hoc, ut Academiae applicem, SCHOLIASTAE Aristophanis me mouet auctoritas, qui dum uillae huius mutationes, ac uicissitudines, quas diuersis subiit temporibus curate distinguit; Gymnasium ante Academi herois fuisse scribit, quam ambulacrum fieret Philosophorum. Addam uerba eius, quae *p.* 110. habentur in *Nubibus*: Ἀκαδημία· ἐνταῦθα γὰρ διέτριβον οἱ φιλόσοφοι. ἦν γὰρ καὶ γυμνάσιον ἀπὸ Ἑκαδήμου τινὸς καταλείψαντος τὴν κτῆσιν ἑαυτοῦ πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου.

CAP. III.

DE

NOVO ACADEMIAE DOMINO PLATONE.

§. I.

CAP. III. *§. I. Platonis academiae auspicium.*

SEd de Academo hactenus; nunc, quo iure uilla ad Platonem peruenerit, uideamus, restat. Hic enim, cum plures annos Socratem Athenis in patria audiuisset, in Italiam tandem ad Pythagoricos, atque ad Prophetas in Aegyptum et alio se contulit, studiorum causa. Siue quod ei Socrates non sufficeret in omnibus, ut Fabius existimat, siue, ut Apuleius uult, quod praematura is morte sit praeuentus (*a*). Ex his itaque itineribus Plato redux factus, non diu Athe- *Redux ex itineribus emit*

De Vita Platonis. (*a*) Operae hic pretium foret, de Vita Platonis aliquantum disserere, sed cum angustioribus haec ipsa terminis includi commode non possint; satis erit, ad quosdam auctores lectorem remittere. Legi uero hic prae aliis LAERTIVS *lib. III. de Vitis Phil.* cum *Casaubani, Aldobrandini* et *Menagii* notis; et APVLEIVS Platonicus *lib. I. de Philos. naturali.* merentur. Quorum uterque tamen uno uitulo arasse, ob mirum consensum, quem seruat, *Isaaco* CASAVBONO *segm. I. in Diogenem* uidetur. Quibus AVGVSTINVM addi uelim *libro de Ciuitate Dei*, ubi prae omnibus Philosophis S. Pater Platonem non aestimat solum; sed, quam proxime in rebus diuinis ad ueram Dei notitiam accesserit, pere-

egre-

CAP. III. Athenis in urbe uixit; sed studiis suis otium ac secessionem quaesiuit atque in uilla Academica inuenit tandem, quem agrum ter mille drachmis, quae nostri aeris ducentis et septuaginta quinque imperialibus ualent, sibi ac suis redemit (*b*). *§. I. II.*

uillam academiam.

aperitibi scholam in Athenarum uicinia.

§. II. Quantus quantus igitur Plato tum erat, in hac monstrabat uilla sua. Quicquid enim tot itineribus, uigiliis tot, tantis item tamque diuersis doctoribus ac arbitris literarum, in omni tunc orbe celeberrimis debebat, id omne, ceu magnum Apollinis oraculum proposuit hic suis, stuporem ac admirationem mox omnium promeritus. Ad quem undiquaque confluebant Philosophi, nulli uictoriae laudem in artibus tribuentes, nisi qui laurum e nemore hoc Platonis Academico reportasset (*c*).

§. III.

---

egregie quoque ostendit. Quod si quis eruditissimas VIVIS et COQUEI in eundem animadnersiones addiderit, laboris ei fructum longe uberrimum promittimus. Neque etiam praetereundi hic recentiores sunt; Quos inter *Phil.* MELANCHTHON, cuius oratio de *Platone* habita *in Orat. select.* 1541 *editis pag.* 261. extat. *Christ.* MYLAEVS *lib. V. de Rerum Vniuersitate*, qui est de claris et eruditis Vitis. Hunc eum *Marsil.* FICINO de *Vita Platonis*, *M.* HOPPERVS inprimis commendat, praefat. Operib. Plat. ab ipso praemissa. In VOSSII uero libro, quem de *Sectis Philosophorum* scripsit, uelim illud notes; *Continuationem* et *Supplementa*, quae editioni *Lipsiensi* 1690. accessere, Clar. THOMASII esse, non eius, quem prae se ferunt, auctoris. A cuius Excellentissimo Filio, magno Academiae huius Lumine, quid expectare eum erudito Orbe in simili argumento possimus, historia eius Philosophica, quam promisit nuperrime, copiosius docebit. Videbis tamen in singulis his et parentes, et natales, et institutionem, profectus item, ceteraque Platonis singularia plane et ultra communem mortalium sortem fuisse. Genus enim eius a Neptuno et Solone petunt, et matre iam partui proxima Apollinem quid addidisse foetui, publicis scriptis testantur auctores. Socratis quoque somnium, quo sibi cygni pullum ex altari, in Academia Cupidini consecrato, uolasse, et in eius consedisse gremio est uisus: mox coelum petiisse eundem pullum, suauissimo canore hominum Deorumque aures mulcentem, mirum illi in modum extollunt. Cum enim id in hominum conuentu Socrates referret, Aristo Platonem filium ei instituendum tradidit. Quem cum aspexisset Socrates; hic, inquit, ille erat de Academia Cupidinis Cygnus. Mox uero cum annis praeter digniores disciplinas, in omni artium genere ita profecit Plato, ut in palaestra etiam, picturis, tragoedis, D dithyrambis, carminibus, aliisque nulli esset secundus. Quare duos Apollinis esse filios Graeci arbitrati sunt. Quorum alter Aesculapius corporibus mederetur; alter Plato animis curandis natus esset. Versus, si audire iuuat, hi sunt:

> Φοῖβος ἔφυσε βροτοῖς ἀσκληπιὸν, ἠδὲ πλάτωνα,
> Τὸν μὲν ἵνα ψυχὴν, τὸν δ' ἵνα σῶμα σάοι.

Et alia complura apud citatos auctores invenies; E quae, quantus in toto orbe Philosophus fuerit, aperte satis loquuntur. Nobis, qua causa is itinera susceperit, dicendum nunc est. QVINTILIANVS *lib.* I. *c.* XII. *p.* 59 *edit. Par.* hanc reddit, probabilem admodum, si ingenium Platonis, ad quaeuis magna nati, spectes. Ita uero ille: *Denique cur in his omnibus, quae discenda oratori futuro puto, eminuit Plato? qui non contentus disciplinis, quas praestare poterant Athenae: non Pythagoreorum, ad quos in Italiam nauigauerat: Aegypti quoque sacerdotes adiit, atque eorum arcana perdidicit.* APVLEIVS nero aliam peregrinandi occasionem fuisse uult, quam p. 2. *l. c.* hunc in modum exponit: *Sed postquam Socrates homines reliquit, quaesiuit unde proficeret*

Itinera Platonis, qua causa suscepta.

A Plato, *et ad Pythagorae disciplinam se contulit*, *tum ad Theodorum Cyrenas, ut geometriam disceret, est profectus: et Astrologiam usque Aegyptum iuit petitum, ut inde Prophetarum etiam ritus addisceret. Atque ad Indos et Magos intendisset animum, nisi eum bella tunc uetuissent Asiatica.* Vterque tamen uerus est, si illum causam expofuisse; hunc occasionem dicamus. Ceterum de peregrinatione Platonis legendus quoque *Aen.* GAZAEVS est *pag.* 12. et BARTH. *p.* 91. in eum, qui etiam illustrem locum ex LACTANTII *lib.* IV. *c.* II. addit, quibus GROTIVS iungatur de V. R. CH. lib. 1. ubi quid Philosophi, e Mose hauserint, ac quid Plato inprimis, scriptis pluribus peregregie ostendit.

(*b*) De aduentu eius mox ita LAERTIVS, *lib. III. Segm. VII. p.* 169. inquit: ἐπανελθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας, διέτριβεν ἐν Ἀκαδημίᾳ. *Reuersus uero Athenas in Academia commorabatur.* Quanti uero emerit Plato hanc uillam suam, PLVTARCH. *de Exil. p.* 603. indicat, illorum enim sententiam exprobraturus, qui solitariam uitam minus beatam iudicent, Platonis exemplo utitur, qood is secessionem e Republ. tanto pretio redemerit, inquiens; ἡ δὲ Ἀκαδημία, τρισχιλίων δραχμῶν χωρίδιον ἐωνημένον. *Academia uero* C *ter mille drachmis emtus agellus.* Quarum in nostris monetis quaelibet octaua solidi unius pars est, ut docent rei nummariae scriptores; ALCIATVS, BVDAEVS, MELANCHTHON, qui uno uolumine *Hagenoae* 1530. prodierunt. Plures tamen qui uult, *Melch.* GOLDASTI *Catholicum Rei Monetariae* consulat, quod *Francofurti* prodiit 1620. ubi omnes rei nummariae. ueteris aeque ac nouae scriptores suo ordine recensentur. Cui tamen et addi *Libellus de Mensuris* potest, qui inter GOESII Rei Agrariae scriptores *p.* 320. extat, opusculum ex uariis auctoribus collectum.

Platonis ab itinere aduentus.

Quanti emerit Academiam Plato.

(*c*) Cum nemini dubium esse possit; quin prae reliquis Atheniensium Gymnasiis, haec omnium Musarum instructissima officina, maximam semper inter eruditos habuerit celebritatem; parcendum ego testimonia hic esse, arbitror. Non frustra enim Tullius, nec leuia scribit; suo adhuc tempore; de uilla hac *lib.* IV. *Epist. Fam.* XII. sub fin. *p.* 216. magnifice ac splendide sentiens: *Nos in nobilissimo Orbis terrarum gymnasio Academiae, locum delegimus.* Cum tamen, eodem teste, multum a pristina, quam sub Platone habuerat, facie amisisset. Idem etiam *lib. V. de Finib. p.* 248. Pisonem inducit, hac celebrantem oratione Academiam: "Naturane nobis "hoc datum dicam, an errore quodam, ut, cum ea "loca uideamus, in quibus memoria dignos uiros acceperimus multos esse uersatos, magis moueamur, "quam, si quando eorum aut facta audiamus, aut "scriptum aliquid legamus? uelut ego nunc moueor: uenit enim mihi Platonis in mentem: quem "accepimus primum hic disputare solitum. Cuius "etiam illi hortuli propinqui non memoriam solum "mihi afferunt, sed ipsum uidentur in conspectu "meo hic ponere. Hic Speusippus, hic Xenocrates, "hic eius auditor Polemo cuius ipsa illa sessio fuit, "quam uidemus." Frequentissimum autem eundem locum bonarum artium cultoribus semper fu-

Celebritas Academiae.

Frequentia eius.

CAP. III. §. III. Ad tantam uero Academiae Platonicae frequentiam, celebritatemque, incredibilis plane docentium industria et alacritas non parum contulit. Ita enim uel unum diem, quem Xenocrates quotannis, aliis negotiis impeditus, neglexerat in docendo, ceu insitatum quid Plutarchus notauit, grauissimus Scriptor (*d*). Et Aelianus memorat, locum adeo sanctum ac serium semper fuisse, ut uel risisse in eo, rem indignissimam iudicarint Philosophi (*e*).

§. III. Causa frequentiae illius.

fuisse, exinde patet; quod comicorum censura, qua Philosophos, homines illis admodum inuisos, ut probe CASAVBON. *in not. ad lib. Deipnos.* XVIII. *p.* 75. *Athen.* aduertit, perstringebant quotidie, ea erat potissimum, quod tot illi ad se iuuenes traherent. Eadem enim et *Epicrates* Academiam attingit apud ATHENAEVM *l. c.* Παναθηναίοις γὰρ ἰδὼν ἀγέλην μειρακίων ἐν γυμνασίοις Ἀκαδημείας. *Panathenaeis enim in Academiae Gymnasio adolescentulorum gregem conspexi.* Clarius CICERO *lib. V. de Finibus p.* 251. "Ab his Oratores, ab his Imperatores, ac re"rum publicarum principes extiterunt. Vt ad mi"nora ueniam, mathematici, poetae, musici, medici "denique ex hac, tanquam ex omnium artium offici"na, profecti sunt.

Mira Academicorum industria. (*d*) Adscriberem uerba eius, nisi Graeci characteres deficerent typographum. Habet uero ea *libr. de Exil.* PLVTARCHVS *p.* 603. *C.* quorum summa haec est: Ἀκαδημία διατριβὴ ἦν Πλάτωνος καὶ Ξενοκράτους καὶ Πολέμωνος, αὐτόθι σχολαζόντων τὸν ἅπαντα χρόνον. Πλὴν μίαν ἡμέραν ἐν ᾗ Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἄστυ κατῄει. "Academia Platonis, "Xenocratis, et Polomonis domicilium fuit, per in"tam in eo aetatem disputantium; una excempta die, "qua Xenocrates quotannis in Astu iuit.

(*e*) AELIANVS de his *lib. III. c. XXXV. p.* 229. agit, cuius haec sunt uerba: percrebuit fama Attica, πρότερον ἐν Ἀκαδημίᾳ μηδὲ γελᾶσαι ἐξουσίαν εἶναι. *Ante in Academia ne ridendi quidem potestatem fuisse.* Ab iniuria enim hunc iocum, et ignauia longe alienissimum uoluerunt Philosophi. Causam rei, qua idem et alii ex Romanis, Iudaeis, ac Christianis, in aedibus sacris prohibuerint, apud KVHNIVM uide in *h. l.* ubi ex EPICTETO, VARRONE, RABBINIS, ac NAZIANZENO plura peremdite addit. Et eiusmudi quid in SCALIGERIANIS *p.* 43. obseruabis, sub uoce *Beelzebub.*

Locus a risu alienus.

CAP. IV.

SITVS ACADEMIAE.

§. I.

CAP. IV. QVibus mira adhuc eius opportunitas accessit, etiamnum breuiter delineanda. Ab Athenis enim, oculo Graeciae, et communi sapientum domicilio, (*a*) sex uilla stadiis aberat; (*b*) plagam uersus septemtrionalem, (*c*) a porticu, quam Dipylon dicebant sua lingua Hellenistae. Cuius etiam ex urbe uia longe amoenissima erat, tot tumulis heroum, et eruditissimorum hominum mirifice decorata. Hinc enim Mausolea lucebant, hinc marmora splendebant Pyramidum, quae ceu mundi miracula, altissimorum montium instar omnium magnificentissime surgebant (*d*). In his legere deambulantes res pace belloque laudabiliter gestas, multis cum deliciis poterant, plerasque etiam uiuis coloribus artifi-

§. I. Situs Academiae Athenis uicinus.

Athenarum elogia. (*a*) Moueor ego his describendis, beneuole lector, nullus dubitans, quin et ipse mecum moueare. Mihi equidem temperare a lachrymis uix possum, dum tanta, uel Atticae solius miracula, temporum iniuria deperdita iam pridem esse mecum cogito. Nam quantis elogiis in ea Athenae ornantur, omni scriptorum generi celebratissimae! quas STRABO ἑστιατήριον σοφῶν, sapientum domicilium, ARISTIDES σοφίας πρυτανεῖον sapientiae Prytaneum, παίδευσιν Ἑλλάδος Graeciae scholam THVCYDIDES appellat. Imo DIODORO SICVLO κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον, communis omnium hominum ludus literarius, ATHENAEO Ἑλλάδος Ἑλλάς, Graeciae Graecia, DEMOSTHENI uero ψυχὴ, καὶ ἥλιος, καὶ ὀφθαλμὸς Ἑλλάδος anima et sol, et oculos Graeciae dicuntur. Quae tamen praeconia superasse adhuc multo *Hebraeus* quidam scriptor HEIDMANNO c. IX. §. 128. 129. *in Europa, p.* 255. uidetur, cui et nos haec debemus. Ita uero ille PHILONEM dicere existimat: *quod pupilla in oculo, hoc in Graecia Athenae, et, quod mens in animo, hoc in Graecia Athenae.*

Academiae ab Athenis distantia. (*b*) Academiam uero ab Athenis, tanta urbe, quam proxime abfuisse PAVSANIAS *in Attica p.* 54. docet: ἐγγυτάτω δὲ Ἀκαδημία. *Romul.* AMASAEVS in uersione; *non longe a muris Academia est.* Curatius uero expressiusque CICERO *lib. V. de Finibus p.* 148. *Constituimus*, inquit, *inter nos, ut ambulationem postmeridianam conficeremus in Academia. Inde uario sermone sex illa a Dipylo,* Athenarum porticu, *stadia confecimus. Cum uenissemus in Academiam.*

(*c*) Ita VELIVS CL. V. in mappa sua, ubi Atticam delineauit, apud HONDIVM in Atlante maiori 1630. edito, habet. Neque est, cur ab eo hic discedamus. Cum enim ipsa Vrbs *Sinum Saronicum* a meridie respiciat; orientem item ac occidentem uersus Ilisso ac Cephisso fluuiis cingatur: sola septemtrionalis plaga restat, quam Gymnasiis, et nemori huic Academico aliisque heroum tumulis uindicare possumus.

Situs septemtrionem uersus.

(*d*) Longum foret PAVSANIAE locum huc integrum transferibere. Ita enim in uia, quae ad Academiam ducit, Thrasybuli, Periclis, Chabriae, Phormionis, Leargi, Sophanis, Clisthenis, Melesandri, Cimonis, Timothei, Zenonis, Ephialtis, Lycurgi et plurium aliorum ducum ac imperatorum, qui in diuersis praeliis ac certaminibus pro patria mortui sunt, tumulos ac monumenta fuisse, omnium copiosissime docet, *lib. I.* qui est de *Attica p.* 54. 55. 56. Id quod et omnes scriptores cum eo asserunt, in eo diuersi solum, quod hi Ceramico assignent, quae ille tribuit Academiae. Hoc uero quomodo conciliandum cum utrisque sit, mox infra commonstrabimus.

Sepulchra in uia Academica.

(*e*) Idem

CAP. IV. tificiosissime depictas obseruare. Quae omnia ad similes uirtutes spectantes facile inuitabant (*c*). §. I.

Rerum gestarum monumenta.

(*c*) Idem eiusdem auctor PAVSANIAS est, *l. c.* A Nam et praelia, et duella, certaminaque alia, uictorias item, atque triumphos in pilis tumulorum ab excellentissimis artificibus picta sculptaque fuisse, uberrime disserat. Resque gestas ac nomina in monumentis singulis descripta legi potuisse, pariter docet. Quorum omnium finem uno uerbo exprimit ἐπὶ ἀλογησίᾳ, propter uirtutis nempe memoriam, posteris quoque commendandam.

CAP. V.

CERAMICVS NVM ACADEMIA?

§. I.

CAP. V. De CERAMICO. §. I.

EX his uero non leuis inter eruditos controuersia oritur. Cum enim hunc tumulorum ornatum Pausanias, cum aliis quibusdam, Academiae et uiae, quae ducit ab urbe ad illam, tribuat; alii contra eundem Ceramico uindicent: haeserunt hactenus critici, dubii admodum, quo haec modo inter se conciliarent (*a*). Cl. Meursius, Vir ad Graecas antiquitates euoluendas natus plane, ita sibi nodum soluisse uidetur; si diceret, Academiam et Ceramicum unum idemque esse, Hesychii et Harpocrationis nixus assertis. Sed uero ita Pausaniae contradicit, Luciano item et pluribus aliis, quos in animaduersionibus nominabo, qui omnes unum locum ab altero accuratissime distinguunt. Meo igitur iudicio si utar; in eodem equidem, quo Academica uilla floruit, et Ceramicum nemore fuisse existimo; utrique tamen aedes diuersas diuersaque loca tribuo. Sed quando integrum hoc nemus Platonicum uno saepius Academiae nomine insigniebatur, ut supra iam diximus, fieri potuit facile; ut et Ceramicus, a nemoris potissima parte, Academia diceretur, et haec confunderetur cum illa (*b*).

Ceramici duo.

(*a*) Duo erant Atticae loca, quae Ceramici nomine insigniebantur: unus intra urbem, alter extra eam. Ita HARPOCRATION sub *h. u.* Δύο εἰσὶ κεραμεικοί, ὁ μὲν ἔνδον ἐν τῇ πόλει, ὁ δὲ ἕτερος ἔξω τῆς πόλεως. Cum quo et HESYCHIVS, ac SVIDAS faciunt, in uocibus iisdem.

Intra urbem.

In illo uero, qui intra urbem erat, prostibula quaestum e corporibus quaerebant, quorum etiam nomina ac imagines, cum amatoribus suis in parietibus depictae, legebantur. Id quod LVCIANVS *Tom. IV. in dialogo Meliss. et Bacch. p. 392. 393. edit. Cognati et Sambuci Basil. 1563.* docet; Melissam inducens, quae de amatoris sui ira conqueritur, quod eam nec aspexisset quidem: his solum uerbis dimittens: ἄπιθι πρὸς τὰ τῶν τοίχων γεγραμμένα ἐν τῷ κεραμεικῷ ἀνάγνωθι, ὅπου καταγεγράφεται ὑμῶν τὰ ὀνόματα. *Abi ad ea, quae in parietibus in Ceramico scripta sunt, lege, ubi nomina uestra columnis incisa sunt.* Sed hic intra urbem Ceramicus fuit; qua in re Aristophanis fallitur SCHOLIASTES idem de Ceramico extra urbem affirmans, quod Cl. MEVRSIVS *l. c.* animaduertit.

Extra eam.

Ad hunc uero Ceramicum extra Vrbem situm quod attinet: sepultos ibi principes Atheniensium ac heroes fuisse, omnes uno ore testantur. HARPOCRATION, *l.* supra *c.* ἔνθα καὶ ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον. Et iisdem plane uerbis idem SVIDAS asserit, sic Aristophanis notatus SCHOLIASTES *in Auib. p. 344.* ait. οἱ ἐν τῷ πολέμῳ διαφθειρόμενοι ἐν τῷ κεραμεικῷ ἐθάπτοντο. Et quae erudite subiungit de monumentis et elogiis in lapides incisis, eodem ferme, quo Pausanias de Academia disseruit, modo. Verba adscriberemus; sed parcendum denuo literis Graecis est, quarum penuria laborat typographus. Plura tamen apud MEVRSIVM uide, libro *de Populis Atticae p. 44. edit. Elzer. 1616.* Sed quorsum tandem haec omnia dices? age igitur, et quomodo E concilianda haec loca cum Pausania, et Academica uilla sint, accipe.

Meursii coniectura.

(*b*) Satis equidem audacter MEVRSIVS *l. c.* inquit: *Soluam nodum, Academia et Ceramicus i-* B *dem erant. Ita enim HESYCHIVS, l.* saepius *c.* Ἀκαδημία καὶ τόπος καλεῖται γὰρ οὕτως ὁ κεραμεικός. Cui, ni fallor, HARPOCRATIONEM iungit, qui eiusdem fere sententiae esse *p. 11.* uidetur.

Ceramicus ab Academia diuersus.

At uero loca diuersissima Academiae et Ceramici esse, pluribus nunc dabo demonstratum. Equidem PAVSANIA teste hic eo fidentius utor, quo is Atticam omnium accuratissime descripsit, plenius et curatius ac reliqui. Hic uero Ceramicum iis cum circumstantiis *p. 2. et 3.* mox ab initio *Atticae* describit; ut quantum ab Academia locus discreper uel ex eo solo perspici facile possit. Neque C MEVRSII autoritate moueor; qui Pausaniam de Ceramico intra urbem loqui existimat. Illud enim hactenus persuadere mihi non potui, quippe qui Ceramicum χωρίον, AMASAEVS in uersione *uiam urbis*, uocat, et in loco proxime antecedenti *p. 2.* idem dicit: στοαὶ δέ εἰσιν ἀπὸ τῶν πυλῶν ἐς τὸν κεραμεικόν, *a porta ad Ceramicum porticus aliquae sunt.* Quae omnia minus apte de loco intra urbem sito, assumerentur. Imo si seriem auctoris spectamus, in describenda nondum ipsa urbe, sed uiis ad illam ducentibus, uillis item ac sacellis occupatur. Quare alia commodior auctori quaerenda explicaD tio est. Mihi quid uideatur de re, breuiter edissero.

Quomodo Ceramicus idem cum Academia sit.

Ceramicum enim in principio uiae illius, quae ad Academiam ducit, urbem uersus situm fuisse existimo, quem mox tumuli ac sepulturae heroum exceperint, ipsam Academiam attingentes. Quam coniecturam meam certis nunc rationibus firmo. Nam Pausanias a porta ad Ceramicum porticus aliquot, στοάς, fuisse docet, partim Diis, Deabusque sacras, datas partim iudicibus de quibus *Guil.* POSTELLVS *libr. de Magistr. Athen. c. XXV. p. 156.* qui idem ad Ceramicum respicit. Hinc ab urbe non procul abfuisse eundem colligo. Sed uero, E cum omnes hi tumuli in praecedenti *c.* Academiae uindicati, ab HARPOCRATIONE, SCHOLIASTE *Aristophanis*, HESYCHIO et SVIDA, quorum modo uerba adduximus, Ceramico tribuantur, Pausanias quoque eundem ceu urbis uiam describat,

CAP. V. §. *I.*

bat, a qua ipse mox ad Academiam delineandam pergit, sex illa a Dipylo stadia in Academiam usque et ultro Ceramici nomine uenisse arbitror. Id quod et ipse *PLVTARCHVS* in Sylla testatur, qui Ceramicum a Dipylo porta situm fuisse, docet. Cum uero magis magisque illustraretur a Platone Academia, plures quoque humari in ea, ob loci celebritatem uellent, ut ipse *TVLLIVS Ep. Famil. l. IV. Ep. XII. p.* 216. inquit: *Nos in nobilissimo Orbis terrarum Gymnasio Academiae* sepulturae *locum delegimus, ibique* Marcellum uostrum *combussimus: postea que curauimus, ut iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent:* inde factum esse arbitror, quod exolescere paulo Ceramici, atque Academiae nobilius longe et praeclarius nomen in usu esse coeperit. Sed uellicare HESYCHIVM hic aurem dices? imo recte uellicat. Ille enim quam lata Academiae uox Graecis hominibus fuerit, omnium clarissime *l. c.* ostendit: Ἀκαδημία, λουτρόν, ἡ πόλις· λέγεται δὲ γυμνάσιον Ἀθήνησιν ἀπὸ Ἀκαδήμου, καὶ τόπος, καλεῖται γὰρ οὕτως ὁ κεραμεικός.

An extra urbem sepultura solum?

Ceterum an Graeci solum extra urbem sepeliuerint, affirmare non possum. Legem quidem XII. TABVLARVM, de Solonis legibus translatam Belgii sui decus, Cl. GRAEVIVS *Tom. I. Epistol. Famil. Tullii L. XII. p.* 216. affert: *IN VRBE NE SEPELITO NEVE VRITO.* Id quod et *CICERO* in eadem Epistola monet, ita Sulpicio suo scribens: *Ab Atheniensibus locum sepulturae intra urbem, ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam concesserunt.* Quid? quod et ipse *PAVSANIAS l. c. p.* 25. A dicit; Omnes de patria bene meritos in uia, quae ad Academiam ducat, sepultos esse, praeter eos solom, qui ad Marathonem ceciderint; illis enim eodem, quo occubuerint, loco sepulchra ad uirtutis memoriam erecta esse. Imo cum maximos quosque heroes extra urbem sepultos esse idem in *Attica* doceat, nullius sepulchri intra urbem erecti, facta mentione: quid aliud sequitur exinde, quam, supra memoratam hic denuo legem repetamus. Sed uero THVCYDIDEM *lib. V. XENOPHONTEM lib.* VII. *PLVTARCHVM in Themistocle ac Pindari SCHOLIASTEM* longe aliud uelle *lib.* II. apud B KIRCHMANNVM inuenies, *c.* XXVII. *p.* 198. de *Funerib. Roman.* Solemnem enim Graecorum ritum fuisse, ut etiam intra urbem, et in medio foro quandoque bene meritos sepelirent, adducti auctores testantur. Quae quomodo conciliarida inter se sint Docti uideant.

Academiae sepulchra ubi?

Ceterum non in ipsa Academiae uilla sepulchra fuisse, sed in agrorum extremitatibus, SICVLVS FLACCVS *de conditione agrorum p.* 4. DOLABELLA *p.* 296. LATINVS et MYSRONTIVS *p.* 254. et Rei quoque *Agrariae* LEGES *p.* 347. et 267. monent; hae etiam addita *p.* 18. cautione: *Qui agri delubris, sepulcrisq; publicis* C *seruierunt, in eadem conditione esse debent, in qua ante fuerant.* Confer quae in haec loca WILHELM. GOESIVS, et NICOLAVS RIGALTIVS obseruant, libro de *Rei Agrariae Scriptoribus Amstelodami* 1674. edito. Igitur nec Plato prohibere quemuis sepeliendi iure in uilla sua potuit, cum ea his usibus iam ante fuerit dicata.

CAPVT VI.

DE

ACADEMIAE SALVBRI LOCO.

§. I.

CAP. VI. §. *I.*

Aduersus loci salubritatem testimonia.

Peraeque eodem modo de loci salubritate controuersantur auctores. Platonem enim admonitum saepe a Medicis fuisse, relinqueret Academiam, locum pestilentem, seque in Lyceum conferret, Aelianus scribit. Et Aeneas Gazaeus Platonem, ait, in loco insalubri propterea consedisse, ut sanitati detraheret plusculum, et cum sana mente robur permutaret: idem etiam Eustathio monente. Hinc Sancti Patres Hieronymus et Basilius id admodum contra temperantiae urgent uiolatores. Id quod Porphyrius, Bessarion, Rhodiginus, et recentiores plerique omnes in scriptis quoque moralibus diligenter iuuentuti inculcant. (*a*) Sed imbecilla haec esse et parum uirium habere, mox dabo demonstratum.

An Academiae locus insalubris.

(*a*) Inter illos, qui de Academiae insalubritate quaestionem mouerunt, primum AELIANVM reperi, cuius *lib.* IX. *c. X. Hist. Var. p.* 445. *edit. Scheff. Argent.* 1685. uerba haec sunt: Ὁ Πλάτων νοσεροῦ χωρίου λεγομένου εἶναι τῆς Ἀκαδημίας, καὶ συμβουλευόντων αὐτῷ ἰατρῶν εἰς τὸ Λύκειον μετοικῆσαι, οὐκ ἠξίωσεν, εἰπών, ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἂν οὐδ' εἰς τὰ ἄκρα τοῦ Ἄθω μετῴκησα ὑπὲρ τοῦ μακροβιωτέρου γενέσθαι. "Plato cum Academia diceretur locus esse pestilens, et Medici "consilium darent, ut in Lyceum scholam trans"ferret, nequaquam obtemperauit, dicens: Atqui "ego producendae uitae causa ne in Atho quidem, "*saluberrimo monte*, summitatem transigere uelim. E Quem sequitur *Aeneas* GAZAEVS *in Theophrasto p.* 25. sub fin. ὁ δὲ Πλάτων, ἔρρωτο γάρ, νοσῶδες χωρίον καταλαβών, ἐνδιέτριβε καὶ ὑγιείας τὸ πλέον ἀφαιρούμενος, καὶ σωφροσύνην τῆς ῥώμης ἀντικαταλλαττόμενος. "Plato autem, ualebat enim corporis uiribus, in "loco insalubri consedit, et docuit, sanitati detra"hens plusculum, et cum sana mente robur com- D mutans." Hanc in rem EVSTATHIVM quoque KVHNIVS adducit in *Odyss. K.* cuius tamen copia autoris nunc nobis non datur. Ad sanctos igitur Patres pergimus, et HIERONYMVM primo, qui *lib. II. aduers. Iouinian. Tom.* III. *p.* 35. *edit. Froben.* 1516. ita ait: "Platonici et Stoici in "templorum locis et porticibus uersabantur; ut ad"moniti augustioris habitandi sanctitate, nihil ali"ud, quam de uirtutibus cogitarent. Sed et ipse "Plato, cum esset diues, et thoros eius Diogenes lu"tatis pedibus conculcaret, ut posset uacare Philo"sophiae, elegit Academiam, uillam ab urbe pro"cul non solum desertam, sed et pestilentem, ut cu"ra et assiduitate morborum, libidinis impetus "frangeretur, discipulique sui nullam aliam senti"rent uoluptatem, nisi earum rerum, quas disce"rent. Idem fere D. BASILIVS *Orat. ad nepot. de Legend. Libr. Gentil. p.* 150. edit. *Colon.* 1523. refert: "Ideo et Platonem dicunt, nimis bonam corporis "ualetudinem prospiciens, Academiam in loco At-

CAP. VI. quae, conuellantur. §. II. Hanc enim praeposteram auctorum peruersamque opinionem esse, nullo nos negotio conuincemus. Causas uisuri primum, ob quas illi hunc locum pestilentem esse contendunt. Eiusmodi autem hae sunt, quae nihil firmamenti, uirium nihil aut ponderis habent; sed quibus aut sibi contradicunt ipsi, aut aliis scriptoribus fide dignissimis, aut omni denique causae naturali temere aduersantur. Nos a leuioribus incipiemus, ad maiora progressuri deinceps. Academicae igitur uillae quis aer, quae coeli clementia fuerit, uidendum ante omnia est: hanc uero ei cum Atticae totius, et Athenarum inprimis, communem fuisse, cum sex tantum stadiis abesset ab urbe, nisi propior causa obstet, neminem inficiari posse arbitror. Quod cum ita sit, uti nec esse aliter potest, nonne optimam ac saluberrimam aeris habebimus temperiem? Ita enim Tullius tenue coelum Athenis tribuit, ex quo acutiores etiam Atticos esse, ac Thebanos, quibus crassum et densum sit, idem existimat. (*b*) Hinc Mineruam in urbe Athenarum aedificanda loci salubritatem, aerisque subtilitatem, bonis ingeniis accommodatissimam, spectasse, Plato, Panaetius, Longinus, Origines, Proculus, ac Porphyrius apud Zwingerum testantur. (*c*) Hoc tamen, quo minus accommodari uillae Platonis, Academiae possit, Viuem obstare dices. Eius enim pestilentiae probabilem is reddere causam uidetur, quippe qui locum subpalustrem, ac ideo insalubrem fuisse dicit, cum nemorosum ab auctoribus describi intelligeret. (*d*) Sed fallitur Viues, quantus quantus etiam est; aliter enim Plutarchus sentit, qui locum aridum et sitientem, haec enim eius uerba sunt, fuisse indicat, quem Cimon demum inductis aquis purissimis irriguum fecerit, planisque instruxerit curriculis (*e*). Cui etiam tumuli heroum fauent, qui in aridis ac siccis locis erant, non in §. II.

"tico pestilentem elegisse, ut nimiam corporis pro- "speritatem ueluti uitem palmite luxuriantem, amputaret." Quod repetit *Cael.* RHODIGINVS *lib.* XXI. *Lect. antiq. c.* X. *p.* 1160. *edit. Francof.* 1666. "Neque uenit in mentem, Platonem, quum corpo- "ris habitudine uteretur minus prospera, quae ue- "luti uitis luxurians foret resecanda, Academiam "insalubrem Atticae locum delegisse, qua quod "redundans nimiumque sentiebat, loci intemperie "supprimeretur." Sic et *Ludou.* VIVES in *August. de Ciuitat. DEI lib.* VIII. *c.* XII. *p.* 766. inquit: "Academia uilla erat prope Athenas loco nemoro- "sosae subpalustri, ac ideo insalubri." Conferatur COQVEIVS p. 799. in eundem *August.* librum, qui PORPHYRIVM *lib. de Abstinent. animalium* et BESSARIONEM *lib. IV. c. I. contra Calumniat.* citat. Quibus MIDDENDORPIVM adde *lib.* I. *c.* II. *q.* 7. *de Academ.* ZWINGERVM *Volum.* XXIII. *p.* 4001. *Theatr.* CONRINGIVM *in Antiquitat Academ. dissert.* 1. taceo uulgares, qui idem ex Lexicographis, et moralistis affirmant.

Academiae purus aer. (*b*) Athenas non solum sed omnem Atticam quoque coeli mitissimam temperiem habuisse, si miram Atticorum hominum elegantiam, ingeniorum subtilitatem et bonitatem, hinc inde a scriptoribus celebratam, intellexeris; facile dabis, cum enim totius Graeciae commune ueluti museum Athenae essent, ut cap. IV. *lit. u.* docuimus, non crassus et concretus aer ubi etiam politiora ingenia hebescerent, loco conueniebat. Hinc CICERO Atticam subtilitatem, eloquentiam, et sales quoque Atticos non aestimat solum, sed etiam laudat et commendat; quae loca MANVTIVS collegit, *Tom. I. Epist. Famil. lib. IV. Ep. IV. p.* 188. 189. Sed istbuc nihil est opus; clarius enim TVLLIVS in alio loco, *libro de Fato p.* 275. sub finem ait: "Inter locorum naturas, quantum intersit, uidea- "mus; alios esse salubres, alios pestilentes, in aliis "exsiccatos atque aridos: multaque sunt alia quae "inter locum et locum differunt. Athenis tenue "coelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici: "crassum Thebis itaque pingues Thebani, et ua- lentes." et idem *lib. II.* repetit *de natura Deorum*, cum quibus confer, quae STRABO *lib. IX.* et inter recentiores *Vbo* EMMIVS *Graeciae illustratae* de Attica et Athenis habent.

Aer crassus (*c*) Quantuo*s* aeris coelique temperies inge-

A niis aut conducat, aut damnum afferat, medicorum filii cum Hippocrate et Galeno suo iudicent. *ingeniis officit.* WEDELIVS aliquando hac de re disseruit, *dissertatione de Diaeta Eruditorum*, cui Nobil. *Henr.* RANTZOVIVS *c. IV. p.* 14. *de conseruanda ualetudine*, et *Matth.* DRESSERVS *lib. II. p.* 49. *de causis salubribus*, et aere inprimis, aliique addantur. Veteres sane huic rei plurimum tribuerunt, quod cum ZWINGERO *Theatri Volum. XXIII. lib. II. p.* 4000. ex *Cael.* RHODIGINO *lib. X. c. XX.* hue transcribemus, uerba autem haec sunt: "Minerua "in urbe Athenarum aedificanda loci salubrita- *Athenae in loco salubri.*
B "tem, aerisque subtilitatem, foeturae ingeniorum "accommodatissimam, sequuta est. A Platone in "Timaeo atque in Menexeno traditur, Atticam esse "ingeniorum felicitati praecipue accommodam. "Panaetius eius rationem in aeris reiecit tempera- "turam. Longinus ex loci qualitate putat eueni- "re permixta ex multis, atque occulta. Origines, "qui Timaeum est interpretatus, coelestibus ascri- "bit aspectibus atque influxibus: quoniam octauo "de Republica Plato scribat; coelestes quosdam "circuitus esse causas fertilitatis ac sterilitatis, tum "corporum, tum animorum. Proculus uero ac
C "Porphyrius animam mundi putabant alibi alias "uires inprimere, ac peculiaria uelut hospitia pa- "rare: tum deos uarios illustrare loca." Sicque de Athenarum salubritate hactenus. Quae etiam Academiae accommodo, donec specialior, quae esse hic impedimentu possit, causa afferatur.

(*d*) Speciose admodum *Viues in lib. VIII. August. c. XII. p.* 166. ait; *Academia uilla erat loco nemoroso et subpalustri, ac ideo insalubri.* Cum enim ne suspicari quidem probabilem rationem posset, qua *Academia non subpalustris.*
D locum pestilentem ac insalubrem diceret cum aliis, uerisimile minimum esse credidit, quod locus umbrosus et opacus aquis abundarit, atque sic palustris aliquantum, et insalubria fuerit. Hinc caeca quadam obedientia eum sequuti Vir. Clar. sunt quorum cap. VI. litera b. fecimus mentionem, quibus addi tamen adhuc TIRAQVELLVS *tract. de nobil. c.* 31. *in fin.* SETZERVS *de increment. Academ.* § CCXVIII. LIMNAEVS *de Iur. Acad.* §. 50. aliique plures possunt, quanquam hic fauiorem cum Concenio mentem amplecti uideatur.

(*e*) Sui tamen obliti homines sunt, quos PLVTARCHVS, scriptor grauitate ac fide nulli secundua *Locus aridus contra Viuem.*

CAP. VI. §. II.

in aquosis et paluſtribus, ubi et urnae, et marmora, monumentaque alia facile caperent detrimentum (*f*). Videmus igitur ex his, quam nulla peſtilentiae cauſa Academiae cohaereat. Quare non modo animo comprehendere, ſed ne ſuſpicione quidem poſſum attingere, primam Academiam in loco inſalubri fuiſſe. Imo quis medicorum aduerſum diſcentibus ualetudinem ſuadeat? Et quotus quisque eſt, qui non ualere potius quam diſcere malit? aut qui diſcendi cauſa peſtilentem domum adire uelit? (*g*). Platonem igitur cum Academiae ſuae frequentiam quaereret, et inueniret etiam, deterrere multos loci peſtilentia uoluiſſe, ne uerisimile quidem eſt. Corporis uero impetum, ac libidinem aſſiduis laboribus, quibus inuigilauit, ſtudiisque fregit facile Plato, ut loci peſtilentia non fuerit opus (*h*). Huc enim Alexini Philoſophi pertinet, qui etſi auditoribus maxime pro-

dus *in uita Cimonis p. 487. C.* confutat, quando locum aridum et ſiccum fuiſſe a Cimone aquae ductibus rigatum, tradit. Hic enim Athenienſium fortisſimus dux, cum magna liberalitate eſſet, ut NEPOS *V. in uita eius p. 94.* teſtatur, pluraque aedificia Athenis, publica aeque ac priuata, ſuis ſumtibus caſtrueret partim, partim iuuaret exſtructa, et ulterius exornaret, etiam Academiae proſpexit idem, quod his uerbis celebrat Plutarchus; ὁ Κίμων τὴν ἀγορὰν πλατάνοις κατεφύτευσε, τὴν δὲ Ἀκαδημίαν ἐξ ἀνύδρου καὶ αὐχμηρᾶς κατάρρυτον ἀποδείξας ἄλσος. *Cimon forum platanis conſeuit, Academiam ex ſicca et arida irriguum nemus fecit.* Imo ne cui in mentem ueniat, ſtagnaſſe ibi aquam poſt et locum paluſtrem effeciſſe, adeoque inſalubrem; addit idem: ἠσκημένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμοις, καθαροῖς καὶ συσκίοις περιπάτοις· *inſtruxiſſe eum puris curriculis, et ambulationibus opacis.* Qua in re eruditisſimus mecum CONZENIVS conſentit *lib. IV. Politic. p. 241. et 242.* §. 1. ubi ita ait: "Academiam locum fuiſſe inſalubrem refert Caelius, et Platonem excuſat, qui ſtudiis delegerit, quod eo modo, cum proſpera nimium corporis ualetudine uteretur, eam premere "luxuriantem, loci incommodis uellet. Verum "de ſalubritate atque amoenitate paulo aliter ſentiendum eſt, ſi Plutarchum in uita Cimonis audimus; is enim locum aridum, ductis aquis purisſimis irriguum fecit et nemore umbroſo conſeuit. Hactenus ille, bono quidem ſanoque iudicio: uellem tamen et ueteres euoluiſſet, nec in ſolum CAELIVM retecisſet culpam, qui ſua ex *Baſilio*, ut aſſolet, aliisque transſcripſit, quos ſuperius lit. *a.* ſeq. bona fide adduximus.

Sepulchra in locis ſaxoſis.

(*f*) Demonſtratum a nobis *cap. IV. lit. e.* ſuperius ex Pauſania eſt, tumulos ab urbe Athenarum in Academiam usque ſe extendiſſe. Sepulturas uero in locis petroſis fuiſſe, ipſis quandoque ſaxis ac lapidibus inciſas, ex huius argumenti ſcriptoribus KIRCHMANNO, ac GEIERO diſces; *et* exempla plura in diuinioribus litteris facile inuenies. Cauſas addere plures poſſem; unica tamen ſufficiat; ne ſcilicet monumenta laederentur, ſed perpetua uiuentibus memoria eſſent, ac mortalitatis admonitio, ut VARRO uult *lib. V. de LL.* De Ceramico ceterum inſignem errorem apud ZWINGERVM notabis, quem *Vol. II. lib. VII. p. 573.* committit.

Zwingeri error.

Qui hunc ſepulturae Ceramicum, cum eo, qui intra urbem ſitus erat, confundit, ita differens: "Ceramicus, locus Athenis intra urbem, ubi bello "peremptos ſepeliebant, et funebres orationes habebant. Nomen habuit a lateribus coctilibus. *Quorſum* PALMERIVM uirum arte et marte Excellentisſimum confer, Scriptorem Octogenarium, ſenectute et calculi morbo ad muſas reductum, *Exercitat. in Graec. Script. p. 359.* qui dum de eadem uocis origine differit, addit; *Sic hodie Lutetiae hortus regius pulcherrimus uocatur* les tuileries, *eo quod olim ibi tegulae coquebantur.*

Loci inſalubritas non conuenit Academiae.

(*g*) Verba haec *Adami* CONZENII ſunt, qui *lib. IV. Politic. c. XIII. p. 241. et 242.* inquit: "cum Plato "celebritatem frequentiamque Academiae quaereret, perſuadere mihi non poſſum, diſcipulos eum A "deterrere, et abigere quenquam inamoenitate, Gymnaſii noluiſſe. Quotus enim quisque eſt, qui "non ualere potius, quam diſcere malit? aut qui "diſcendi cauſa peſtilentem domum adire uelit? "Alia igitur cauſa quaerenda, cur Palladi ſacrum "Gymnaſium in Academia inſtituerit Plato." Hinc eius quoque imitandum hic morem in erigendis Academiis eſſe, ubi locus parum ſalubris ſit, omnes improbant. MIDDENDORPIVS *p. 10. l. c.* inquit: *Nec curioſior de loco Academiarum cura rideri debet, cum tam diligenter apibus mellificaturis locus prouideatur, quando melle ſapientia praeſtan-* B *tior longe eſt ac ſuauior.* Sic XENOPHON *lib. I. de Inſtit. Cyri. Imperatori diligenter curandum eſſe, ut caſtra in loco ſalubri collocet: ſi ciuitatis et loci ſalubris ratio inſtituendis uniuerſitatibus eſt habenda. Quod poetae nobi perſpexiſſe uidentur, qui Muſas in Helicone et Parnaſſo amoenisſimis tutisſimisque montibus habitare finxerunt. Ab aere enim excitari ingenia Hippocrates ſcribit.* Imo addit idem *p. 9.* Platonem non inſalubritatem fuiſſe ſectatum, ſed ut nimiam corporis ſalacitatem uigoremque praeſcinderet, et ſubtilibus illis, acutisque Atticis ingeniis tanquam compedes iniiceret, et ex craſſiore aere C temperaret. Sic SETSERVS *CCXIX. l. c.* ait, *Platonis nos nequoquam imitandum eſſe morem exiſtimamus. Et LIMNAEVS* hunc in modum *Lib. VIII. Iur. Publ. §. 54.* hac de re differit: "Plane cum Academiae noſtrae non corporis quaedam debeant eſſe "carnificinae, ſed eiusdem atque mentis campi quidam Eliſii luxuriantium motus alio ſuaſerim "compeſcendos remedio, ac fecerat Plato. Imo "uero peſtis aut alia lues contagioſa, ſi nimium incipiat ingraueſcere loco Academiis addicto, eo"dem ex fundamento Academiarum inſtigabit Patronos, corpus literarium alio ut transferant. D "Quo caſu nihilominus ſua retinebit priuilegia. "Exempla ſunt in propatulo. Academia Francofurtenſis non ita pridem alio, Ienenſis aliquando "Salfeldiam, Friburgenſis Reinfeldiam, adde Vitembergam, quae *SENERTO teſte in* Athenis Viteberg." Luem propter contagioſam in oppidulum Kemberg translata eſt.

Propter peſtem alio transferuntur Academiae.

Suam igitur podagram PIRKHEIMERVS, et CARDANVS laudent; febrim quartanam MENAPIVS commendet, calculum extollat PALMERIVS, quod hominem hi morbi ad uirtutes quandoque, temperantiam, ſtudiorum etiam aſſiduitatem reducant, quos lepores, E cum aliis uno uolumine, ſub titulo *Orationum Ludicrarum Lugduni 1644.* editis, inuenies. Imo oculos ſibi effodiant Philoſophi, ne per uſum eorum a contemplationibus ſuis impediantur, quales BASILIVS *Orat. de leg. libr. Gent. p. 159.* recenſet, alii aliter in ſe ipſos peccent; nobis orandum potius illud eſt, ut ſit mens ſana in corpore ſano.

Fruſtra igitur morbi laudantur.

(*h*) Multo labore corporis atteri uires, ualidisſimas quoque, quis negabit; Experiuntur id docti, et experti iam olim, ingenti cum eruditi orbis damno ſunt, qui in medio melioris famae curſu praematura morte ſunt ſubplantati, cum indefeſſis animis imbecillum corpus non pari uirium robore reſpon-

Nimii labores uires frangunt.

CAP. VI. probaretur, cum tamen infalubri loco doceret, eum omnes deferuerunt (*i*). Contra uero Neapolitanam et Tarfenfem, celeberrimas Academias ob loci falubritatem, opportunitatemque ita floruiffe, ut quasuis fuo tempore alias fuperauerint, Strabo auctor eft (*k*). Qui ergo hoc in prima Academia, celebritate ac frequentia fecunda nulli, defuiffe dicamus. §. III.

Academiae uerior defcriptio.

§. III. Imo quam auguftisfima illa et regia uere omnium Mufarum fedes, aliter ab optimis, iisque ueriffimis Scriptoribus depingitur. Academicam enim uillam amoeniffimam, uernam femper fuiffe ac platanis et oliuis opaciffimam, aquis item irriguam, per uarias femitas puriffime fluentibus, quae aeftum diei lenem admodum ac mitem reddiderint, Ariftophanes, Laertius, Plutarchus, Suidas, aliique teftantur (*l*). Vt adeo, fiue nemus ipfum afpexeris, uiride

---

Hinc eruditorum praematura mors.

refponderet. Ita Doufas, Sehedios, Elmeohorftios, Ellingios, Canteros, Nouzenos, Tilemannos, Cifneros, Bonefidios, Lindeobrogios, Schegkios, Aeidalios, Purfchios, Huttenos, Lambecios, Cartefios, Bernartios, Morhofios, Riuinos, et quod aeteroum Academia haee dolet SPENEROS, in conatu maximarum rerum fubita morte praereptos effe fcimus.

Inter hos Spenerus eft.

Vix enim hic uicenario maior admirandis rerum naturalium inuentis non hanc Academiam illuftrauit folum, fed omnem pene orbem in ftuporem ac admirationem traxit. Sui quippe fua aetate fimilem non habuit naturae acer- B rimus inueftigator. Euge igitur, quam prudentl eonfilio corporis ftudio uires loci peftilentia fregiffet Plato, cum eruditorum uigiliis, ftudiis ac laboribus, ne Hercules quidem fufficiat, et minima eorum unius hominis attingat aetas. Appofite enim QVINTILIANVS *lib. X. c. III. inftit. p.* 475. de lucrationibus eruditorum ait: *in hoc praecipue bona ualetudo neceffaria eft: cum tempora ob ipfa rerum natura ad quietem refectionemque nobis data, in acerrimum laborem uertimus.* Latuiffet Plato eum Sciopplis ae Salmafiis, libris lectitan- C dis operam infumentibus, tres dies in Bibliotheeis impranfus et dedidiciffet facile libidinem, illud potius eiusdem SCIOPPII expertus, quod *Lib. III. Sufpect. Lect. Epift. I.* feribit *p.* 117. *Tibi quidem, ut Philofopho uiroque grauisfimo de die bis futurum fieri, minime decere uidetur: mihi etiam alsitque mane ad uefperam ftudiis meis impranfum operam dare ex confuetudine in naturam uertit. Tu diem totum tanquam claudus futor, ut familiaris noftri uerbis abutar, in Bibliotheca tua federe, nec temere copiam tui facere confueuifti: mihi quoque ex affi- D dua et fedentaria opera manus iam et pedes turgefcere incipiunt.* Aut *Gerardi* VOSSII illius, qui tot noctes ftudiorum caufa infomues traduxit, et ne in epulis quidem otiofus effe potuit, et de quo Gener elus *Francifc.* IVNIVS *Praefat. in opus pofthum. de quatuor Artibus Popul. p. XIII.* inquit: A *non ualetudini curandae ftudiofe operam dedit Vosfius, fed cum eius haud leui periculo, plane ad exemplum prifci Catonis, multo furgebat mane, atque ima ipfa etiam nocte, quo uacaret ftudiis ac meditaretur.* Illud feiens:

Incredibilis eruditorum induftria.

Scioppii.

Ger. Iob. Voffii.

Ὀυ χρὴ παννύχιον ἕυδειν βουλήφορον ἄνδρα.

Infomnes traducebat noctes et uir et fenex, qua aetate fibi iam parcere potuiffet. Quid? quod ne inter ipfius epulas quidem fibi temperaret, quo minus uel lectitaret libros, uel cogitationibus inhaereret, adeo ut ipfe uiderim aliquoties dextram eius neceffariis ufibus ab uxore aptari, ut inediae fuccurreret. Plura de pluribus dicerem, fed prolixius de his differtatio aget, de PRAEMATVRA ERVDITORVM MORTE fuo tempore edenda. Vidifti tamen B. L. media libidinem fupprimendi, ut adeo loci peftilentia opus non fit.

(*i*) Alexinum Philofophum Elienfem quod in loco doecrer infalubri, tum in rerum multarum, quae ufui erant neceffariae, penuria, difcipuli deferuerunt omnes, et quidem cum uehementer probaretur, ac placeret. Quam rem *Ludouicus* VIVES *lib. II. de trudend. difciplinis*, ZWINGERVS *Vol.* XXI. *lib.* II. *p.* 3765. LANCELLOTTVS *in fuo Decurione.* MIDDENDORPIVS *p.* 9. *de Academia.* SETSERVS §. CCXXIV. *de incrementis Academiarum* aliique recenfent.

Loci infalubritas arcet difcentes.

(*k*) STRABO *lib. V. et XIV. Geographiae* fcribit: Neapoli eeleberrimam Academiam fuiffe, ob falubritatem opportunitatemque loci. Tarfenfem quoque propter Cydni faluberrimam aquam, locique commoditates Alexandrinam et Athenienfem literarum gloria fuperaffe. Quorfum etiam autores eonferantur mox a nobis citati.

Salubritas inuitat.

(*l*) EVPOLIS et TIMON *lib. III. Segm.* 7. *p.* 560. apud LAERTIVM fic de uilla differunt, ac in feftiuo hic quidem carmine ait:

Academiae amoeniffimus locus.

Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος ἀλλ' ἀγοςητὴς
Ἡδυεπὴς, τέττιξιν ἰσογράφος, οἱ θ' Εκαδήμου
Δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

quod ita uertit interpres:

Hos inter dux ille Plato celfisfimus ibat,
Cuius ab ore melos manabat, quale Hecademi
Arbuftis lepida modulantur uoce Cicadae.

ille uero in ambulacris Academi umbrofis Dei Academiam ponit:

Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ·

Hine ipfe addit DIOGENES, l. c. Ἀκαδημία ἐστὶ γυμνάσιον προάστειον ἀλσῶδες· *Academia Gymnafium eft fuburbano nemorofum.* ARISTOPHANEM infra adducam, PLVTARCHVM uero in *Cimone p.* 487. auctorem indicare, qui his orna- E mentis ae amoenitatibus inftruxit Academiam c. VI §. 2. diximus, lit. *e.* SVIDAS hoc pariter afferit, cuius tamen eadem cum Ariftophane, et Laertio uerba funt. Ex latinis CICERO *lib. I. de Diuinat. p.* 165. ait: *Inque Academia umbrifera* ut c. I. uidimus lit. *c.* Et HORATIVS *Epift. lib. II. ult. p.* 217. lat. 1. ait:

Adiecere bonae paulo plus artis Athenae,
Scilicet ut poffem curuo dignofcere rectum,
Atque inter Syluas Academi quaerere uerum.

Non

CAP. VI. ride semper rarissimisque arboribus conitum, siue praeterlabentia flumina, inspirantes ramis arborum auras, et uolucrum suauissimos cantus in aurem demiseris, siue denique coeli fueris contemplatus libertatem, atque hortorum amoenitates intuitus, omnia sublimem animum et spiritum beatiorem parare uisa fuerint. Hinc Deorum has syluas, ac arbores in ea Diis Deabusque dicatas fuisse Eupolis ac Timon uolunt. Et Aristophanis hoc ad uirtutes optimum irritamentum est, fore enim dicit, ut uirtutibus conspicui tandem in his Academiae sedibus inter oleas ac platanos ambulent, coronis purissimis capita redimiti (*m*). §. III.

Horatius explicatus. Non possum, quin hic moneam, quam in peruersum sensum bos uersus contra Flacci maotem detorqueant interpretes, ASCENSIVS enim ita ait, p. 217. edit. Venet. 1573. f. *inter syluas, id est, inter uarias Platonicorum sententias, qui in Academia Athenis uersati sunt.* CRVQVIVS p. 608. edit. Plant. 1611. *Academus Atheniensis porticum construxit apud Athenas, a qua porticus Academiae est dictu, et ab ea Academici: quos iucunde dicit in sylua quaerere uerum, quae ita quaerant, ut id negarent inueniri posse.* Quem sequitur BONDIVS p. 389. edit. Brunsu. *Inter obscuros Philosophos Academicos.* Quasi uero hic Academicos traducere Philosophos poeta uoluisset, nec ad umbriferum Academiae locum et ipsum nemus cum Cicerone respexisset. Quid? quod et priora uerba hoc uolunt, ubi recta se a curuis discernere didicisse Athenis, idem ait.

Iucundissimae sedes Academiae. (*m*) Peregtegius ARISTOPHANIS locus in *Nub.* est *p.* 110. ubi quid ipsi babere prae aliis uirtutum obsequiosi posiint ac debeant, sequentibus ostendit:

Ἀλλ᾽ οὖν λιπαρός γε καὶ εὐανθὴς ἐν γυμνασίοις διατρίψεις,
Οὐ ςωμύλλων κατὰ τὴν ἀγορὰν τριβολεκτράπελ᾽ οἷά περ οἱ νυν
Οὐδ᾽ ἑλκόμενος περὶ πραγματίου γλισχραντιλογεξεπιτρίπτου·
Ἀλλ᾽ εἰς Ἀκαδημίαν καϊὼν, ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξεις·
Στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου·
Μίλακος ὄζων, καὶ ἀπραγμοσύνης καὶ λεύκης φυλλοβολούσης
Ἦρος ἐν ὥρᾳ χαίρων ὁπότ᾽ ἂν πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ·

Quod ita *Andreas* DIVVS uertit: "sed igitur formosus ac floridus In Gymnasiis couuersaberis non "garricos in foro abiecta, ac Intricata, qualia bic "nunc, neque tractus ad lubrica negotia rerenda; "sed in Academiam descendens, sub oliuis curres, "coronatus calamo albo cum casto coaetanco. Milace olens et apragmosiine, et populo folia mittente ueris tempore, gaodens quando platanus "ulnos susurrat." Cuius singula uerba eruditis animaduetsionibus SCHOLIASTES auxit, sacras enim circa Academiam oleas floruisse et arbores pretiosas alias, quarum folia coronis adhibuerint Lampadophoro cingendis. Id quod etiam SOPHOCLIS SCHOLIASTES, lusra adducendus, de eodem loco affirmat. Ipsa uero Aristophanis oerba SVIDAS recitat, sub uoce *Academia* Quos auctores ipse conferas, plura enim transcribere bűc Graeci non suppetuot characteres.

CAPVT VII.

ACADEMIAE AEDIFICIA.

§. I.

CAP. VII. AD ipsam uero structuram Academiae deueniamus tandem, restat. Huius in primo aditu Amoris ara conspiciebatur, (*a*) quam Promethei excepit mox, a qua homines in urbem facibus accensis pro praemio currebant. Quod huic Deastro certamen dicatum cum Minerua et Vulcano erat, Pani etiam quandoque sacrum (*b*). Tres autem certabant plerumque, quorum quiuis eo contendebat, §. I. *Aditus academiae Promethei sacer.*

Arat in Academia: Amoris. (*a*) PAVSANIAS huius rei aotor est *lib. I. de Atticap.* 26. qui integram eius quoque bistotiam affert, ac monomenti reddit rationem. Hinc *Cael.* RHODIGINVS *Antiq. Lect. lib. XVI. C. XXIV. p.* 884. dum sacrum amoris ignem esse probat, inquit: "Quippe Athenas aduertimus, unde seientiarum ueloti fluenta in orbem terrarum effusa, Academiae "Gymoasiom nobile, Pallados quidem numini dedicasse: ceterum inibi quoque amoris simolachrum ita excitasse, ut res dioina utrique peragetur." Quid? quod et ipsas Musas amabiles esse Pieridum sorores uoluerint sapientes, ut artium cultores, iooenesque eo facilius ad sui traherent amorem. Quam rationem DRESSERVS *in Milen.* reddit, quando de uirgineo quaeritur habitu Musarum. Imo neque ipse Plato LVCIANO adeo austerus uidetur, quin uirgines quandoque arriserit, quem tradocit idem propterea *Dialog. Piscat. Reuisc. p. 66. edit. Paris.* 1546. *f.* et qois APVLEI nescit, qui *de Philosoph. nat. p.* 3. dicit: *multi auditorum eius utriusque sexus in Philosophia floruerant.*

Promethei. (*b*) Prometheum auxillo Mineruae coelum ascendisse, et adbibita facula ad rotam solis, ignem furatum esse, quem bominibus indicauerir, SERVIVS scribit. Qua de fabula HESIODVS et HORATIVS agunt Poetae et LVCIANVS *in dialogo buius Deastri.* Causam igitur suspicari facile poteris, quare hoc igneum eis Graeci habucrint certamen. Vulcaoo tamen idem ante sacrum erat, quia bunc quoque plures ignis auctorem credidere, ut SVIDVS *Lampadophoria cui sacra?*

CAP. VII. debat, ut facem accensam in locum destinatum quam citissime perferret, cui e nim extinguri illam contingeret, is uictoria excidebat. Neque pedibus semper ibant, sed equis interdum utebantur; cumque segnius currerent certantes, ne lampada cursus extinguerentur agitatione; planis sese manibus uerberabant, risus excitandi causa. Victor in certamine Lampadophorus inprimis dictus est, praemiis etiam decoratus. Ceterum ita praeparatae faces hae erant, ut ligna in uasis bene magnis accensa iacerent, ac oleo nutrirentur. Quae sacra originem in Vulcano sumsisse, ignis, quem crediderunt, inuentore, cui etiam facta primum, post demum aliis esse Suidas uult. Non tamen in Academiae aris solum, sed aliis quoque aliorum locorum peracta esse, ex autorum uarietate iudico; ut adeo neque nunc causa sit, Ceramicum unum credere cum Academia (*c*). §. I. II

Arae Mercurii, Mineruae, Herculis, Dianae, Cupidinis, Hortuli, Balnea, Gymnasium, Murus.

§. II. Praeter has aras Mercurii quoque, Mineruae ac Herculis in Academia fuere; a cuius aditu, intra septum quoddam, Dianae pulcherrimae signa conspiciebantur (*d*). Neque Cupidinis altare longe aberat, si Pausaniae credimus, in quo Socrati cygnus, bono omine Platonis, recens nati, consedisse uisus est (*e*). Hortulos deinde plures Academica spatia mirifice admodum nobilitasse Tullius et Apuleius testantur (*f*). Imo Lauacrum etiam, quo uterentur Philosophi, propius adfuisse, ex Hesychio colligo (*g*). Ipsis uero aedibus Gymnasium tribuo, in quo corpora sua, siue ualetudinis causa, ne assiduo labore languescerent, siue ut artes ipsam athleticam discerent, iuuenes exercuisse, arbitror; cum et ipse his artibus Plato se exerceret (*h*). Ceterum muro Academiam Hipparchus cinxit, splendido satis et amplo, si prouerbium inde natum spectemus (*i*).

§. III. Bi-

DAS sub uoc. λαμπαδ. refert. Omnes autem tres A Deos in Academia cultos esse APOLLODORVS apud *Sophoclis* SCHOLIASTEN ad *Oedip. testatur*: *συντιμᾶται ὁ Προμηθεὺς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τῇ Ἀθηνᾷ καθάπερ ὁ Ἥφαιστος* et quae sequuntur. Quorum etiam in nemore Academico templum fuisse, et unam utriusque figuram, quae sceptrum manu tenuerit, idem autor est. Quod MEVRSIVS hic denuo urget, *libr. de Popul. Attic. p.* 48. Academiam idem cum Ceramico esse conuicturus, cum et ibi trium Deorum Mineruae, Vulcani, ac Promethei aras et figuras fuisse *Aristophanis* SCHOLIASTES *pag.* 135. *ad Ran.* prodat. Sed uero quid prohibet unius De- B astri in uariis locis uarias imagines fuisse, cum inprimis lampadophoriam et alibi peractam fuisse sciamus. Pani uero cum in uniuersum omnis cultus sacer esset, hic quoque fuit. LIBANIO notante *Declam. XV. τῷ λαμπάδι δὲ ὁ Πάν* ac SVIDA quoque *d. l.*

De hoc certamine auctores. (*c*) Omnia hic sigillatim auctorum testimoniis ornare uelle literarum ille Graecarum defectus, de quo conquesti saepius sumus, non patitur. De hoc tamen lampadum certamine conferri sequentes possunt: ARISTOPHANES ad *Ran. p.* 135. 173. cum erudito SCHOLIASTE. PAVSANIAS *in Atticis p.* C 24. LIBANIVS *Declam. XV.* SOPHOCLES *in Oedip. cum Scholiaste.* HESYCHIVS, HARPOCRATION, et SVIDAS, sub uoce *λαμπαδηφορίας*. Reliquos autores MEVRSIVS suppeditat *libr. de Popul. Atticae pag.* 14.

Arae Academicae: Musarum, Mercurii, Mineruae, Herculis, Dianae. Cupidinis. (*d*) Testatur de his PAVSANIAS *p.* 24. *in Atticis.* In eadem Academia Musarum sunt et Mercurii arae, interius Mineruae; sua etiam Herculi. Dubitat de Diana tamen Pausanias, an huius Deae ibi signa sint. *Sapphus* autoritate fretus tandem, inquit: Dianae optimae ac pulcherrimae non signa solum, sed etiam cognomina esse existimo.

(*e*) Historiam de somnio Socratis superius attigimus. Cum tamen APVLEIVS *de Phil. nat. lib. I. pag.* 1. hanc Cupidinis aram intra Academiam fuisse his indicet uerbis; *Vidisse sibi Socrates uisus est cygni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini consecratum est, uolasse* et quae sequuntur; crederem ego hic *aram amoris* indicari, quae in primo Academiae aditu fuit, ut *cap. VII. §. I. lit. a.* probauimus. Sed dissentire hic a PAVSANIA, qui hanc ab illa expresse distinguit, *p.* 24. *et* 26. *in Atticis* religio fit. BOECLERI admonitus uerbis: Pausania non possunt uti, nisi serio docti.

Hortuli Academici. (*f*) CICERO *lib. V. de Fato p.* 248. "cum autem "uenissemus in Academiam non sine causa nobili- "tata spatia, solitudo erat, ea quam uolueramus. "Venit mihi Platonis in mentem; quem accepimus "primum hic disputare solitum. Cuius etiam illi "hortuli propinqui non memoriam solum mihi af- "ferunt, sed ipsum uidentur in conspectu meo hic "ponere." Ita quoque *APVLEIVS* lib. I. de Philosoph. Natur. pag. 3. *Patrimonium Platonis in hortulo, qui Academiae iunctus fuit.* Hinc hortulos Platonem in hoc nemore iure hereditario possedisse existimo, ipsam uero uillam ab Academo emisse.

Lauacrum. (*g*) Satis aperte *HESYCHIVS* sub hac uoce ait: *Ἀκαδημία λουτρόν* Hinc improbare non possum, quae *ALSTEDIVS in Encyclopaedia Curs. Philos. lib. XIX. c.* 11. *p.* 2680. monet? *Lauacrum enim fuit prope urbem cum nemore iunctum Academiae. Et ex eo solebant studiosos iuuenes abluere, cum ad certos studiorum gradus conscendissent. Vt auctor est NAZIANZENVS.* Lauationis uero commoda et consuetudines apud *Fulu. VRSINI Appendicem uidebis p.* 129. 59. *de Triclin.* quibus adde quae CIACCONIVS habet de eodem argumento.

Gymnasium. (*h*) Cum Gymnastica tempore Platonis in magno pretio fuerit, Philosophis etiam non indigna, quam et ipse Plato exacte tenebat, et exercebat frequenter, ut APVLEIVS et LAERTIVS in uita eius animaduertunt, atque in ipsis etiam operibus eius uidere satis est, hanc utique artem in Academia floruisse, cum aliis lusuum generibus, existimo. VITRVVIVS enim id requirit, quando de Scholis Philosophorum, Gymnasiisque tempore Graecorum extructis *lib. V. c. XI.* disserit. Qui locus illustris est, illustrior tamen si eruditissimas STEVVECHII cum eo notas coniunxeris. Recte igitur VOSSIVS D de his §. 8. *de Gymnast.* ait: *itaque Gymnasium aliqui solum accedebant, ut animum exercerent audiendo philosophos, rhetores et mathematicos, uel alios: alii solum ut exercerent corpus: alii ut lauarentur. Quidam uero propter haec omnia.* confer. quae *Georg.* GVMPELZHAIMERVS habet, et MOSCHEROSCHIVS *in supplementis, Part. I. de Exercit. Academ. p.* 1. 2. 59.

Murus Academiae. (*i*) *Lil. Greg* CYRALDVS *Tom. II. Oper. Dialog. III. pag.* 93. *edit. Basil.* 1580. ait: "Fuit Hipparchos "inter poetas connumeratus, Atheniensis Pisistrati "tyranni filius, qui, ut est a Platone proditum, mol- "ta in republica facinora clara fecit, ita quidem, ut "apud

CAP. VII. §. III. Bibliotheca quoque non spernenda uillam hanc suam instruxit Plato. Qui unius Philolai Pythagorici libros plus mille philippeis redemit (*k*). Quare quod ditissimus fuerit idem, nec renui familiari pecunia instructus, nullus dubito: quanquam aliter sentiant, cum Gellio suo, recentiores. Si enim, quantum in itineribus consumsit, uillae suae impendit, et libris dedit emendis, colligo, quomodo dicere tandem aliter possim (*l*). *§. III. Bibliotheca.*

"apud Graecos ab ipso prouerbium in eos factum sit, "qui magnifice et liberaliter opus aliquod perficiunt, τὸ ἱππάρχου τειχίον· Is enim Academiam "ingenti muro circumdedit, qua in re non modicas "insumpsit opes." Idem etiam ERASMVS habet *p.* 1722. *Adag. edit. Vechel.* 1589. "Murus Hipparchi "dicebatur res, quae magnis constaret impensis. "Hinc natum, quod Hipparchus Pisistrati filius A-"cademiam muro sepsit, atque huius rei nomine "magnam pecuniae uim ab Atheniensibus exegit. *Autor* SVIDAS. In quo tamen nihil de hoc prouerbio inuenio, licet alia multa de Hipparcho exteut. ZWINGERVS Volum. XXII. p. 4097. prouerbium de magnifico aedificio assumi testatur.

Bibliotheca Platonis. (*k*) GELLIVS huius rei auctor est *lib.* III. *c.* XVII. *Noct. Attic pag.* 158. ubi ita ait: *Memoriae mandatum est, Platonem Philosophum tenui admodum pecunia familiari libros decem millibus denarium mercatum.* addit *Philipp.* CAROLI *in animaduers. in h. l. p.* 234. *suspecta tibi fides est tanti pretii? quid dicturus es, si lychnum fictilem Epicteti Stoici ter mille drachmis emtum leges? aut cuiusdam Cynici baculum, quo deposito in ignem insilierat, solido talento.* Quam rem LVCIANVS *aduersus indoctum*, librorum tamen longa supellectili tumentem *pag.* 731. urget *Tom. II. Operum.* Vbi, cum de Orphei lyra ac superstitione de illa egisset, inquit: "Nostra aetate adhuc super-"stes est, qui Epicteti Stoici lychnum fictilem ter "mille denariis est mercatus: sperans futurum sci-"licet, ut si noctu ad istam lucernam legisset, mox E-"picteti sapientiam somniaret, et similis efficeretur "admirando seni." Imo quanti Ephesiorum libri Apostolorum tempore aestimati fuerint, cum igni eos dedissent, fidem Christianam amplexi, in ACTIBVS leges, c. XIX. v. 19. quam summam SCHMIDIVS 8333. florenis aestimat *p.* 916. *in h. l.* Et quis Arundeliani codicis pretium nescit, cum is in Asia e terra erutus, in Angliam transportaretur, Londini in horto palatii Arundeliani custoditus hactenus, decrepitae uetustatis liber. de quo SELDENVM uide, animaduers. in illum, et PALMERIVM *p.* 677. *Exercitationibus in optim. Graec. auctor.* 1678. *Lugd. editis.* *Magni in libros sumptus.*

(*l*) Qui ergo pauper aut inops esse potuit Plato? Nouí equidem, quid hic GELLIVS obiiciat, qui *l.* III. *c.* XVII. *p.* 158. ita ait: *Memoriae mandatum est, Platonem Philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse: atque eum tamen tres Philolai libros decem millibus denarium mercatum. Id ei pretium donasse, quidam scripserunt, amicum eius Dionem Syracusanum.* Et paulo post: "Timon amarulentus li-"brum maledicentissimum conscripsit, qui Σίλλος in-"scribitur. In eo libro Platonem Philosophum, "quem dixeramus tenui admodom pecunia famili-"ari fuisse, contumeliose appellat, quod impenso "pretio librum Pythagoricae disciplinae emisset, ex "que eo Timaeum nobilem illum dialogum con-"cinnasset." Versus Graecos Timonis LIPSIVS emendauit *lib. I. Man. ad Stoic. Philos. c.* 6. et ZWINGERVS aliquantum *lib. II. Volum X. Theatr. p.* 2412. Nec *Philippus* CAROLI aliter ac Gellius de Platone sentit: "Cum lego Platonem, tenui admodum pe-"cunia familiari fuisse, et liberalitate regis sui libros "praedictos emisse, recogito uetus dictum Rabbino-"rum: Non est lex sine farina. Quod longius a ue-"ro distat, quam Nilus a suis ostiis. Quid enim fre-"quentius, quam bonos et sapientes esse in pauper-"tate. [bonae enim mentis soror est paupertas, inquit PETRONIVS. Philosophiae uernacula, et mater sanitatis ut ERHARDVS addit *p.* 316. *Satyric. edit. Hadrianide Amstel.* 1669] Verum enim uero rectius longe ac uerius S. HIERONYMVS *lib.* II. *aduers. Iouin. Tom.* III. *p.* 35 ait: *Sed et ipse Plato, cum esset diues*, et quae sequuntur. Erat enim ex nobili stirpe Plato, parentibus non angustae sortis oriundus, qui et sumptus ei ad tanta itinera perficienda suppeditabant, nihil quicquam praetermittentes, quod ad studiorum ornamenta pertinere uidebatur. Quorum post mortem tantum adhuc inuenit, ut et uillam hanc, satis bono pretio redimeret, quicquid etiam de his Philolai libris cum Gellio statuamus. *Plato non inops fuit.*

CAP. VIII.

DE

ACADEMIAE EXCIDIO.

§. I.

CAP. VIII. DE Doctoribus Academicis, qui post Platonem locum mirifice illustrarunt, praestat nihil, quam parum dicere. Diu tamen Academia floruit sub illis, atque in summa apud quasuis gentes, et crudelissimos etiam Atheniensium hostes ueneratione, ac honore permansit; qui, quamuis mouerint cum exercitu ad illam, et castra metati fuerint, rarius tamen aliquid in eam tentarunt (*a*). Sed Sylla *§. I. Flos Academiae post Platonem.*

(*a*) Vellem tempus mihi spatiumque esset, in Academicorum hic sectas excurrere, nouaeque, mediae ac ueteris illius Academiae ostendere discrimen: Sed agam alibi de his, si Deus uitam prorogauerit. Illud repeto solum, quod superius iam monui *cap.* II. *lit. e. et f.* uillam nempe immunem diu mansisse, licet Atticam saepius inuaserint hostes, quod PLVTARCHVS testatur *in Theseo p.* 15. *D.* et XENOPHON *lib.* II. *Histor. Graec. p.* 458. *edit. Leunclau.* de Lacedaemoniis ait: ἐπεὶ δὲ ἅπαντες ἐξελθον, ἀναλαβὼν αὐτοὺς πρὸς τὴν πόλιν ἐστρατοπέδευσεν ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ τῷ καλουμένῳ γυμνασίῳ· *Academia ab incursionibus immunis.*

(*b*) Phi-

CAP. VIII. Sylla Romanus tandem cum inuasisset Athenas, et materia eum ad machinas deficeret, excidit nemorosissimam uillam, Academiamque deleuit (*b*). §. II.

Excidium Syllae.

Academia Tullii.

§. II. Haec igitur fata Academiae, hae uicissitudines sunt, ex quibus dignitas eius et amplitudo cuiuis facile patebit. Cuius memoriam Tullius (*c*) in uilla sua, ab Auerno lacu ad Puteolos sita, recolere uoluit, quam eodem Academiae nomine insigniuit. Quod sera quoque posteritas est imitata: quae supremas literarum scholas, priuilegiis imperatorum ac pontificum ornatas, aeternae memoriae ergo ita appellari in hunc usque uoluit diem.

A Sylla deleta. (*b*) Philippum II. Maced. exacerbatum ab Atheniensibus, qoicquid sancti, amoeniue circa urbem fuerit, incendisse: non tectis solum dirutis, sed etiam sepulchris: nec diuini humaniqoe iuris prae impotenti ira seruatum esse POLYBIO *lib.* XVI. *et* LIVIO *lib.* XXXI. suffragantibns *Cluuerus testatur p.* 160. *Histor.* Sed tamen de Sylla demum *PLVTARCHVS p* 459. in eius uita dicit: ἐπιλειπούσης δὲ τῆς ὕλης, ἐπεχείρει τοῖς ἱεροῖς ἄλσεσι καὶ τήν τε Ἀκαδημίαν ἔκειρε δενδροφορωτάτην προαστείων οὖσαν καὶ τὸ Λύκειον· *Deficiente materia lucis iniecit manum, atque nemorosissimam inter suburbia Academiam Lyceumque denudauit.* confer. CONRINGIVS *in Antiq. Acad. differt.* 1.

Tullii Academia. (*c*) Non parum ad gratam Academiae memoriam Cicero contulit, qui quaestionibus suis, in uilla ad puteolos sita clegantissime elaboratis, Academi- A carum tribuit nomen, hocque ipso uenturae id posteritati commendauit. Festiua et pulchra sunt, quae PLINIVS *Histor. Natur. lib.* XXXI. *c.* 1. *p.* 744. *edit. Dalechampii* de hac Tullii Academia habet. Qui ita inquit: "Oculis Ciceronianae aquae pro- "sunt. Digna memoratu uilla est, ab Auerno lacu "Puteolis tendentibus imposita littori, celebrata "porticu ac nemore, quam et uocabat M. Cicero A- "cademiam, ab exemplo Athenarum. Ibi compo- "sitis noluminibus eiusdem nominis et monumen- "tum sibi instauraocrat, ceu uero non et in toto ter- "rarum Orbe fecisset. Huius in prima parte exi- B "guo post obitum ipsius, Antistio Vetere possiden- "te, eruperunt fontes calidi perquam salubres ocu- "lis, celebrati carmine *LAVREAE* Tullii, qui "fuit e libertis eios, ut protinus noscatur etiam mi- "nisterium ex illa maiestate. Ponam enim ipsum "carmen, dignum ubique, et non ibi tantum legi:

Quo tua Romanae uindex clarissime linguae
Sylua loco melius surgere iussa uiret.
Atque Academiae celebratam nomine uillam
Nunc reparat cultu sub potiore uetus.
Hic etiam apparent Lymphae non ante repertae,
Languida quae infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honore
Hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope.
Vt quoniam totum legitur sine fine per orbem
Sint plures oculis quae medeantur aquae.

De hac uero Ciceronis Academia, qui itineribus eo C deliciis potuisse, commemorant. Nomen postea peruenerunt, mira praedicant. Locum enim hodieque amoenissimum esse referunt, nemore iocundissimo ornatum, in cuius spatiosis admodum, ac longis ambulacris inerit ac legerit animi causa Tullius, suo etiam ibi sepulchro extructo. Villa autem a mari Puteolano propius abest. Imo inter epulandum natitantes in mari pisces Ciceronem ex Academia obseruare nullo negotio, sed multis cum deliciis potuisse, commemorant. Nomen postea mutauit hodieque *lo stadio*, ob longa ambulacra dicitur. Fontes ipsi in prato uicino existunt, et *Pratense* propterea, uel *Bagno Ciceroniano, aut Tritulano* audiunt. Conferri huc possunt *Di Franc. SCOTO Itinerar. d'Italia part.* III. *p.* 471. *SANFELICIVS p* 789. *Franc. LOMBARDVS p.* 790. inter scriptores Italiae illustratae 1600. editos *Francofurti.*

Contentio Academiae cum Fridericiana.

Neque hoc frustra factum a ueteribus esse aut temere, existimandum est: cum digna satis haec Schola Platonis Academica sit, a qua nostrae etiamnunc Academiae plenissimum perfectionis exemplum peterent. Eam enim optime demum institutam esse arbitror; quae ad hanc Platonis quam proxime accedit. Quod si illam laudem huic per Dei Immortalis gratiam, ac singularem Serenissimi nostri beneuolentiam, surgenti ALMAE FRIDERICIANAE tribuero; nihil aberrauero a ueritate.

Quid enim deesse tandem huic sedi ad perfectionem, amplitudinem, speciem ac dignitatem dices; quae ita ubique abundat, ut uel omnia huc Musae meliores contulisse, uel nihil praetermisisse tamen uideantur.

Frequentia ciuium ex omni Europa.

Felicem Tullius Marcum filium praedicat, quod ei Athenis discere Philosophiam contingeret, ubi doctrina aeque ac exemplis augeri iuuenis posset, atque in uiuis imaginibus ueluti quicquid laudabile ac dignum libero homine sit, intueri. In hoc uero cui denique loco Halam postpones: ubi tot illustres ex omni ordine personae florent; tot gentes et populi confluunt: quorum suae quiuis terrae indolem ac mores sequitur, uirtutes exprimit, artes ac disciplinas refert

CAP. VIII. fert et exercet. Quarum rerum notitiam, cum magnis sumptibus, impensis, ac itineribus quaerant alii; hic uno eae intuitu conspiciuntur. CAP. VIII.

Et si quid de illis addendum exercitiis, quae corpus et perficiunt, et agile ac dextrum reddunt, quas artes et aestimauit Plato in uilla sua, coluitque: hasne melius, facilius, plenius disces? quam ubi illi eas exercent, qui ad illas nati factique sunt. Quorum ex Gallis ac Italis excellentissimos quosque hic iterum loci reperies. *Magistri artium.*

Quibus tamen ad turpes libidines, priuatas contentiones et uitam adeo sapiente indignam abuti neminem uideas, cum seuerissima Sapientissimi Principis lex quemuis ab impiis eiusmodi conatibus retrahat facile, et arceat. Sicque Platonis in schola cultam denuo modestiam ac temperantiam habes; qua quisque pro arbitrio suo, suorumque, quietis ac tranquillis musis studiisque inuigilat, nulla ab aliis iniuria lacessitus. *LL. aduersus duella.*

Neque uero Platonicae dissimilior Academiae haec nostra est, si huius Excellentissimos in omni artium genere uiros, cum illius doctoribus confero; quos ne nominare quidem est opus, cum immortali iam fama sua orbem illustrarint. Taceo illos, qui proxime e celeberrimis huius aetatis Theologis ac Philosophis, insigni Serenissimi Principis nostri clementia ac liberalitate uocati hic expectantur. Horum uero qui adsunt, meo praeconio longe maior in docendo dexteritas est, per omnem iam orbem notissima, qui nullum cum Xenocrate facile diem praetermittunt, quin iuuenes doctiores, melioresque perficiant. *Doctores et Professores.*

Sed quid de ipsius loci opportunitate ac celebritate dicam? exitum hic magis, quam dicendi, qua penitus obruor, materiam desidero. Ciues enim si aestimo, literarum amantissimi sunt, uerum fatear, doctorum hominum amatores, non contemptores, ut uulgo fieri consueuit alias. Digni propterea, ut inter medias Musas agant uiuantque cum Atheniensibus. *Loci fortunae.*

In aeris uero mitissima temperie, similis primae Academiae nostra Alma. Hic flumina, hic horti, hic quicquid amoenitatis ac deliciarum, reperitur. Ob solam igitur salubritatem quosuis Hala inuitat parentes, ut huc filios, charissima pignora mittant, in patriae spem expectationemque bonis literis bona cum ualetudine quoque formanda. *Aer.*

Vnum tamen ex pluribus addo, quod hanc denuo urbem cum Athenis coniungit. In Attica enim si linguam suam Graeci optimam purissimamque audiuerunt: hic elegantem ac emendatam uernaculae nostrae indolem florere, dialectum uulgo nominant, quis dissimulauit unquam? Peregrinum uero sermonem illi iuuant, qui e Galliis Italiaque hic ex honestissimis eruditissimisque hominibus uiuunt. Quorum uel sola plurimum huc faciet conuersatio. Quid igitur in Hala desiderabis porro, quod ad perfectionem surgentis pertinet Academiae. Augusta sane ipsa uox et Parnasso dignissima. Quam si atrium uertis, regiam omnium Musarum sedem habes; si salem interpretaris, animos hic Sapientiae salem a Pallade mercari uides, cum tot natura salinas corporibus aperuerit. Sed quorsum affero haec, cum neutrum in disceptationem cadat. Quis enim opponet hic aut regeret aliquid, praesens harum rerum admirator? absentes non moror, hos enim αὐτοψίᾳ conuincam. Vidisse hoc ante sesqui seculum, et quod excurrit, ALBERTVM Archiepiscopum Magdeburgensem, quis neget? qui suo iam tempore de constituenda hic Academia cogitauit, laborauitque: uidit PONTIFEX id Romanus quoque, qui priuilegia pro summis studiorum gradibus conferendis, omnibus ac singulis, CAMPEGIO Cardinale interprete, in amplissima forma pronus admodum ac clemens concessit. At Dei hoc beneficium est, et sapientissimum sapientissimi Principis consilium, quod surgant tandem sua Halae iura, in Archiuis ac tabulariis hactenus sepulta: nec surgant solum; sed maiori longe splendote, amplitudine, ac dignitate ei restituantur. Plenissimum enim omnium rerum moderamen, capitis etiam, foro Clementissime Academico Optimus tribuit Princeps. Approbauit Augustissimus id ipsum imperator, parique Clementia concessit. Laudamus igitur hanc Electoris paternam de literis curam; insignem eius liberalitatem ac munificentiam in coelum usque extollimus; grauissima tandem summorum huius Almae Curatorum, de erigenda ac restauranda hac sede, consilia, Perillustribus ac Generosissimis Dominis Nostris DANCKELMANNO, et RHETIO, Sideribus Electoralis huius Aulae Fulgentissimis, literarum huius seculi Arbitris, ac Statoribus debemus, et omni aeternitati, seculis nunquam intermorituris, ore ac calamo, cum perpetuae laudis elogio commendamus. Quid igitur superest, quam ut Halensium haec Alma in hoc quoque sacrarium Platonis aemuletur et, ut illa ab Academo Academia dicta est, ita a FRIDERICO haec audiat *Lingua Germanica.* *Gallica. Italica.* *Halae etyma.*

FRIDERICIANA.

OPVSCVLVM VI.

VITA AETERNA EX RATIONE GENTIVMQVE CONSENSV DEMONSTRATA,

PARS I.

anno CIↃ IↃC XCVI.

Philosophiam ad Deum reducere.

§. I.

Iure meritoque SPENERVS, perenne illud ordinis sui decus ac lumen, suo me calculo adprobat (*a*); quod, diuini quondam ingenii uir, Franc. Baco de VERVLAMIO contra iniquos cum omnis; tum mechanicae inprimis philosophiae obtrectatores, sapienter considerateque scripsit (*b*): *philosophiam, obiter libatam, a Deo abducere; penitus haustam, reducere ad eundem.* Ieiunam ille superstitiosorum hominum, et, suo tempore, quorundam Theologorum maxime, zelotypiam perstringit pariter, ac discutit atque refellit, qui, puerili errore, ne artium ac scientiarum termini proferrentur, id est, ne ueterum ignorantiae asyla, quibus plerosque rerum naturalium effectus uel ad conditorem uniuersi tantum; uel ad, nescio quas, formas substantiales occultasque qualitates, praepostero ordine, retulere, in Academiis exularent, peruerso studio suo, dictatoria quadam nihilominus autoritate, uoluerunt. *Inflare quippe scientiam, dicebant; doctissima secula in atheismum procliuia fuisse; contemplationem secundarum causarum autoritati primae causae derogare*, et quae fanaticorum, in Anglia tum maxime sic delirantium, nugae fuerunt generis eiusdem. Quibus uero idem grauiter adeo respondet; ut nugigeris manibus hastilia partim excutiat; nonnunquam et retorqueat sapienter, ut suis armis comperirent. Nemo sane inflatur a scientia; quae humiles facit, quosquos sui facit cognoscentes. Scit enim parum ille, qui, quantum ignoret, nescit. neque inter eruditos uel unum reperies; qui non illud inclamet: quantum est! quod nescimus. Etquaeso, quis eorundem non abnueret? uel dediscere omne, quod scit; pro eo, quod nescit. Adeo istud SALOMONIS hic etiam uerum: *Oculus, uidendo, auris, audiendo non satiatur.* Sic enim insatiabilis, ut TVLLIVS (*c*) ait, mentibus nostris ueri uidendi natura inest. Ceterum, absit! ut ignorantiam nostram in causis secundis pietati erga primam obstetricari dicamus. Quid enim? uti uere HIOBVS, num Deus indiget nostris mendaciis? aut, num Christiana religio praesidium in imposturis quaerit? Ecquae maior blasphemiae atrocitas? quam Auctori ueritatis immundam mendacii hostiam immolare. Et, detur; quod SPINOSA et HOBBESIVS, pessima capita, et Deistarum illi duumuiri e philosophantium hac schola exierint: sufficit huic ueritatis prytaneo ad sui immunitatem, illos exiisse. Iudam enim socium habuisse; nocuitne Apostolis? Philosophentur igitur adolescentes, iuuenes, uiri, senes, quantum possunt! nihil exinde periculi sument puriora sacra. Potius illud PLATONIS (*d*) polliceor: *philosophia est mortis meditatio.* Quae enim, ut grauiter TVLLIVS (*e*), physices ignara antiquitas de animae immortalitate, atque alia post mortem uita, bona tantum fide credidit: illud idem feliciora nunc secula in causis rerum et rationibus intuentur per philosophiam. Atque haec fere eadem praesentis instituti nostri ratio est. Agite igitur! auertite oculos; sed mentes afferte! ut arduum laborem nobiscum feliciter ingrediamini.

Et thema uindicatur.

§. II. Neuero, de uita aeterna acturus, muneris mei limites uel transire uidear, uel falcem in messem alienam immittere: in limine statim sancte testor; e sola rationis scaturigine me in praesenti haurire mea uelle; ad limpidos Israelis fontes, quos amplius satiare nequiuero, remissus, ipse prouocaturus nunquam. Quibus limitibus circumscriptum thema professioni meae adseruit olim magni no-

(*a*) *in Confessione naturae contra Atheistas Part. I. pag. 125.* (*b*) *de Augment. Scientiar. lib. I. pag. 10.* (*c*) *Quaest. Tuscul. lib. I. pag. 13.* (*d*) *in Phaedone p. m. 36.* (*e*) *quaest. Tuscul. lib. I. pag. 9.*

(*f*) Lo-

Pars I. *§. III. IV.*

nominis GERHARDVS (f) et hoc non inferior admodum HILDEBRANDVS idem ac ego sibi proposuit institutum (g). Nunc oram soluentibus bene precemur.

Definitiones

§. III. Vt intelligatur, quid sit id, de quo futura sit disputatio: uoces circumscripta prius explicatione definiendae; quibus nobis erit deinceps utendum. Atque cum, quid uiuere sit, neque explicari possit penitius, neque distinctius diuidi; quam eius probe expenso contrario: mortis ante habemus rationem. Est uero haec, pro rerum uarietate, nec ipsa eadem. Cum enim res uel spirituales sint uel materiatae, uel ex materia denique et spiritu coniunctae: *Mors in his* nihil est aliud, quam, quod PLATO (h) dixit: ψυχῆς καὶ σώματος ἀνάλυσις. hoc est, ut TVLLIVS (i) ait: discessus seu emigratio mentis e corpore; siue uinculi quod tenet et ligat utrumque dissolutio: in *illis* uero, materiatis scilicet, est machinae, quam habent, destructio. Quod uel mutilatione, uel inuersione, uel resolutione partium fit in sua, ex quibus composita erant, principia. Hac ratione omnis generis animantia, plantae, lapides, gemmae, automata item et horologia resque arte factae omnes moriuntur; neque artis hic a naturae operibus differunt; nisi quod haec uulgus mori dicat; illa uero tantum philosophus. Tandem res spirituales mori dicuntur; cum a causa, a qua pendent, extinguuntur, i. e in nihilum intereunt. Quibus intellectis, quid uita sit, facili nunc opera perspicitur. Istic enim est cohaerentia materiae et spiritus: ibi, cohaerentia partium mechanice unitarum. Hic tandem est constans sui existentia et duratio. Porro Aeternitas nobis non qualis BOETHIO (k) est: *interminabilis uitae * tota simul et perfecta possessio*; ubi omne uitae spatium pariter comprehenditur, neque, ut in tempore fit, praesens a praeteritis in futura procedit; hoc est, ubi prima cum ultimis, principium cum fine, praeterita cum futuris in praesenti iugiter constant: quali etiam ratione TVLLIVS (l) eandem uidetur delineasse: sed nostro instituto uocem non aliter adhibemus; ac durationem notat, calculo humano indefinitam. Graeci, idem ἀθάνατον dicunt, uoce neque Latio ignorata.

I mortis in rebus (1) ex spiritu et mat. coniunctis. 2) materiatis tantum. 3) spiritualibus tantum. II Vitae in rebus 1) ex spiritu et materia coniunctis. 2) materiat. 3) in spiritualibus. III. Aeternitatis.

Mens a materia rebus immateriatis uindicatur

§. IV. Mentem autem humanam, cui hanc uitae aeternitatem uindicare instituimus, proplus intueamur, oportet. Hanc omnis materiae expertem esse postulare, sine praeuia eius probatione, possem: uerum ne onus hoc subterfugisse uidear, id ipsum, sed breuiter, adstruere conabor; in ipso conflictu, si occasio detur, prolixior futurus. Sententia inter philosophos est: *operationes arguunt rerum essentiam.* Quod si igitur mens nostra in actionibus suis res materiatas longissimo post se spatio reliquerit; eas ipsas in essentia etiam sua superabit. Ast uero ad animi nostri operas quod attinet; de iis ueterum philosophorum ore potius ac meo loqui malo. Ita enim TVLLIVS, cum hos eosdem animi humani stupendos effectus in inueniendis artibus, ordinandis rebuspublicis, diuinando idem, atque ex praeteritis futura colligendo, diiudicando curate praesentia, et cetera longa serie perlustrasset, harum rerum sublimitate conuictus, tandem inquit (m): *Animorum nulla in terris origo inueniri potest. Nihil enim in animis mixtum atque concretum; aut quod ex terra natum, atque fictum esse uideatur. Nihil est aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum. His enim in naturis nihil inest, quod uim memoriae, mentis, cogitationis habeat. Quod et praeterita teneat, et futura praeuideat, et complecti possit praesentia; quae sola diuina sunt. Singularis igitur quaedam natura, atque uis animi seiuncta ab his usitatis notisque naturis.* Similia fere a principe philosophorum ARISTOTELE mutuari potuit idem (n). *Cogitare enim et prouidere, ait, et discere, et docere, et inuenire aliquid, et tam multa meminisse, amare, odisse, cupere, timere, angi, laetari, haec et similia eorum in nullo quatuor principiorum,* (quamuis ego quidem excepero quaedam) *inesse possunt.* Nec infelicius huc digitum CASSIODORVS (o) intendit: *Omnia corporalia tribus nouimus lineis contineri longitudine, latitudine et profunditate. Nihil tale probatur in animo reperiri. Deinde, quod sociata corpori, quamuis ipsius malo praegrauetur, opiniones rerum sollicita curiositate perpendit, coelestia profunde cogitat, naturalia subtili indagatione uestigat et de ipso quoque conditore suo ardua nosse desiderat. Quod si esset corporalis; cogitationibus suis spiritualia nec cerneret utique nec uideret.* Et alio loco (p) idem pergit: *Ratio nostra quot bona inuenit! litterarum haec formas reperit, diuersarum artium utilitates disciplinasque protulit, ciuitates muribus cinxit, uarii generis amictus eiecit, ornauit pulcherrima fabricarum dispositione tellurem,* et cetera. Quae enim ARNOBIVS

1) operationum sublimitate.

(f) *Loco Theol. de Vita aetern. c. II. §. 21.* (g) *Tract. speciali de uita aeterna ex Lum. Nat. probata.* (h) *In Phaedone p. 36. 38. nec in Gorgia aliter p. 493.* (i) *Quaest Tuscul. lib. I. p. 6.* (k) *lib. V. Consolat. Philosoph. Prosa VI. p. m. 125.* (l) *de Natur. Deor. lib. I. p. m. 276.* (m) *lib. I. Tuscul. p. m. 17.* (n) *l. c. p. m. 7.* (o) *lib. de An. c. 4.* (p) *lib. cit. c. 7.*

(q) lib-

Pars I.

VS obiicit (q) aut huc non pertinent, aut falsitatis merito arguuntur. Quid? quod si fidem, charitatem beneuolentiamque spectamus, iure cum AVGVSTINO (r) dicimus: *Quid in sanctis? quid in martyribus amamus, membra laniata a feris? quid foedius, si oculos carnis, quid pulchrius, si oculos mentis interroges? quid tibi uidetur adolescens pulcherrimus, fur? quomodo horrent oculi tui? cum audis, quia fur est, fugis hominem animo. Vides ex alia parte senem curuum, baculo innitentem, uix se mouentem, rugis undequaque exaratum: quid uides, quod oculos delectet? audis, quia iustus est, amas, amplecteris.* Accedit, quod, si ex fide Medicorum agamus (s), nullibi quidem, neq; in ipso cerebro, ubi tamen sedem rationis ponimus, aliquid brutorum craniis omnino dissimile reperiatur, non contemnendo argumento animam organicam non esse. Tantum igitur abest, ut stupenda haec mentis nostrae opera ad corporis rationem possint referri: ut potius eandem a carceribus et uinculis corporis nostri toties retrahendam esse, quoties cogitatione aliquid assequi uelimus, ne iudicium cum sensibus confundatur, non absurde ex Pythagoricorum mente dixerit IAMBLICHIVS (t). τὸ ὑποπτὸν προθέσθαι, inquit, τὸν κηλιδωτατον ῥύσασθαι καὶ ἐλευθερῶσαι τῶν τοιούτων εἱργμῶν καὶ συνδέσμων τὸν κατεχόμενον ἐκ βρεφῶν νοῦν. et quae sequuntur.

2] *spontaneo motu.*

Neque uero actionum sublimitas tantum mentis spiritualitatem facit manifestam: sed spontaneus item motus eius eadem certitudine idem arguit. Cum enim Platonis illud, quo animum αὐτοκίνητον (u), hoc est, οὐσίαν τοιητὴν ἐξ ἑαυτῆς κινητὴν (x) uocat, nullus non secum ipse sentiat

A [ut recte PYTHAGORAS (y) mentem corporis aurigam dixerit:] haec ipsa animi efficientia non minus eundem e numero rerum mechanicarum corporaliumque eximit. Quamuis autem PLATONEM (z) CICERONEM (aa) aliosque (bb) eodem hoc argumento ad mentis ab aeterno existentiam astruendam abusos, ab aliisque (cc) merito suo eapropter confutatos esse, nec ipse ignorem: uerissimum

§. IV.

B simum tamen illud est; quod plerique eorum adseruerunt: *Sentire animum se moueri, quod cum sentiat, sentire una; se ui sua, non aliena moueri.* (dd) Et, si dicere, quod res est, debeo; non tam ex motu, quam motus libertate animum materia expertem esse elucet. Ast quorsum plura afferrem? cum haec ipsa ad mentem nostram è Physica eximendam et uindicandam Pneumaticae prorsus, suf-

C ficiant. Exulet igitur ueterum aeque ac recentiorum quorundam insana dementia, qui mentem nostram materiatam esse, non ferendo errore, sunt professi.

Commenta eorum, qui mentem hom. corpoream fecerunt.

Cuius essentiam uel in corpore subtilissimo cum EPICVREIS (ee), TERTVLLIANO (ff), et horum sectatoribus (gg) quaesiuerunt: uel in aere posuerunt cum ANAXAGORA (hh), uel in terra speciatim cum XENOPHANE (ii), uel cum STOI-

D CIS in igne (ll). (His contrarietatibus plures adiecit *Herm.* in Philos. Ethic. Wolfio editore ab initio, inprimis Tertullianus de Anima c. III. consulendus, quaeque in eum commentator prolixe annotauit.) Vel in aqua cum THALETE (mm), uel in igne pariter et aqua, ut HIPPOCRATI (nn) placuit; uel cum EMPEDOCLE in omnium quatuor elementorum mixtione (oo); uel, ut uisum XENOCRATI (pp), in figura, uel ex PYTHAGO-RAE

(q) *lib. II. Aduers. Gent. p. m. 71.* (r) *Tractat. III. in Joh.* (s) *Thom. Browne Relig. Med. Sect. XXXV. p. 211. contestatur idem Philosoph. Burgund. Auctor. Tract. III. Met. Disp. III. quaest. 1. p. 189.* (t) *in uita Pythag. c. 32.* (u) *in Phaedone p. 344. quod prolixius Alcinous explicat c. XXV. Doctrin. Plat.* (x) *teste Theodoreto V. Graec. Affect. Confer. etiam Aristot. l. 1. de Anim. c. 2. S. 22.* (y) *uersus ipsos Schedius exhibet c. XIX. de DIS Germ.* (z) *in Phaedone p. 344.* (aa) *Tusculan. I. p. m. 15. et de Senectute Idem.* (bb) *Plotinus Ennead. IV. lib. 7. c. 9.* (cc) *Aristotel. de Anim. c. 3. Lactantio V. c. 8. quid his respondendum, Macrobium consule in Somn. Scip. lib. II c. 14.* (dd) *Tullius l. c.* (ee) *Plutarch. lib. IV. de Placit. Philosoph. et Laert. Vit. Epic. lib. X. p. 630. ex libris doctrinam eius plenius exhibet P. Gassendus Syntagm. Philosoph. Epicur. c. XVII p. m. 311. Quo pertinet Democriti opinio, qui in atomis rotundis et summe mobilibus animae naturam quaesiuet, teste Arist. lib. I. de An. c. 2. et Tullio lib. I. Q. T. p. 7.* (ff) *Lib. de Anima et carne Christi, quem, quamuis cum Augustino lib. de haeresi c. LXXXVI. et Epist. CLVI. ad Optatum, quidam defendere conantur: ac si corporis uocabulum pro substantia sumpsisset, quo de Ioh. Baptista Crispus Gallipolitanus legi potest Distrib. III. lib. I. de Ethnic. Philosoph. caute legendis p. 461. et 479. sq. cum tamen optimus Pater eos simul erroris arguat, qui mentem incorpoream esse dixerant, non in uocabulo errorem: sed re ipsa reposuere cum Conimbricensibus lib. II. de Anim. c. 1. quaest. 1. art. 6.* (gg) *qui ex aliis uel decepti à Tertulliano sint, uel similia hic sentiant, recenset ex Gassendo Trogil. Arnkiel de Philosoph. Epicuri c. 9.* (hh) *quorsum Theodoretum lege lib. V. de cur. Graec. Aff. ubi et Anaximandrum, atque Anaximenem sic inuenies docuisse, confer et Plutarchum de Plac. Phil. lib. 4. c. 3.* (ii) *non hunc solum; sed Parmenidem etiam ita sensisse testatur Arnkiel de Plac. Epicuri c. 9. modo ei Laertius non obsit lib. IX. n. 19.* (ll) *Testatur Arist. l. de An. c. 2. Cicero I. Tusc. Academ Q lib. 1. et de Nat. Deor. II. Plutarch. de Placit. Philosoph. lib. IV. cap. 3. Nemesius de Nat. homin. c. 2. an huius erroris etiam argui Origines debeat? Menagium uid. in lib. VII. Laert. p. 325. cui sententiae Aristoteles lib. I. de Anim. c. 2. adscribit etiam Democritum.* (mm) *Hic enim ex aqua omnia constare dixit Inde Laert. lib. I. §. 27. in eumque Menagius l. c. et ante iam Aristot. I. Physic. c. 9. Cicero in Lucullo, lib. I. de Nat. Deor. et lib. V. Acad. Quaest.* (nn) *Sect. IV. p. 44.* (oo) *Aristot. testatur lib. I. de Anim. c. 2. qui singulis etiam elementis animam tribuit, quod delirium resuscitauit Thom. Campanella.* (pp) *Cicero ita in Tusculan. I. l. p. 6.*

(qq) Pla-

Pars. I. RAE menteo in numero (*qq*), uel in harmonia cum ARISTOXENE (*rr*), uel ex CRITIAE sententia (*ss*) in sanguine, uel denique execranda malitia animam esse cum PHERECRATE (*tt*) penitus negarunt. Absit! ut, quod VORSTIVS atque HOBBESIVS fecere, cum his perdite sic philosophemur. Aliter sane sapientioribus est uisum, qui corpora nostra nunc carcerem mentis (*uu*), cuius uincula uenae, nerui et arteriae sint (*xx*), nunc sepulchrum (*yy*) appellarunt. Imo detrudi purissimum huic spiritum in corpora nostra, poenae grauissimae ergo (*zz*) e coelo [*a*] tanquam in infernum, atque ibidem, quo grauius delictum sit, eo diutius detineri [*b*] tradiderunt. Cum enim hominum animas genus Dei [*c*] imo Numinis ipsius essentiae modicam particulam crediderint (*d*); à quo ceu fonte uel hausta [*e*], uel ut ramus ab arbore decerpta sit [*f*]: indignissimum longe uidebatur, purissimum spiritum crassae materiae alligari non solum; sed etiam, quod magis miserandum, cum eadem suo infortunio commisceri. Haec uero, quamuis omnia non adprobem; illud tamen sufficit; quod hominem mentem incarnatam [*g*], spiritum item corpori clausum [*h*] non absurde definiuerint Philosophi.

Per spiritualitatem animae eximitur morte I. rer. materiatarum.

§. V. Quemadmodum autem a Tullio recte infertur [*i*], si cor, aut sanguis aut cerebrum est animus, quoniam est corpus, interibit cum reliquo corpore: si aer est, fortasse dissipabitur; si ignis, extinguetur; si est harmonia, dissoluetur: ita prona e contrario consecutione fluit; quod si anima corporis ac materiae expers sit; a tali etiam morte, quae materiatis tantum accidere rebus solet, eam fore immunem. Non enim mutilari poterit; quia non est extensa; non inuerti, quoniam dimensio eius penetrabilis est; neque partium denique solutione destrui; cum nullis partibus constet.

II. compositorum.

Vna igitur iam morte, §. III. supra delineata, mentem nostram exemimus. Ex alteram uero, quam ibidem dialysin atque discessum animae a corpore diximus, non plus eadem detrimenti accipit, ac Lotho, piissimo uiro, nocuit olim Sodomam periisse. Expectatis igitur; annon tertio mortis genere mens nostra perdatur? id quod dabimus nunc commonstratum.

§. V. VI.

Annon tertio mortis genere in nihilum intereat animus?

§. VI. Ita enim est. Detur, quod animam nullum intra se, ut cum uulgo loquar, mortis aut corruptionis principium habeat; detur etiam; quod creaturarum nulla extrinseca quadam eam uiolentia perdere, multo minus extinguere possit; cum eiusdem potentiae, h. e. infinitae, utrobique sit, ex nihilo facere aliquid, et ex aliquo facere nihil; quare nihil et materiam in se spectatam, dispari licet ratione, immortalem dicit philosophus; id tamen nondum euictum est; utrum Deus, cum corporis destructione, non animam simul in nihilum uelit interire. Cum enim in omni esse suo hic spiritus noster a Deo optimo ita pendeat, ut sine eo nequeat conseruari: quid si idem Deus conseruationem hanc in morte cuiusque hominis communi tollere, nec animam diutius ac corpus organicum uoluerit superesse? [*l*] Si enim mentem corporis aurigam diximus supra: quid quaeso auriga opus? si uehiculum, si currus, si quadrigae perdita ablataque fuerint. Huius igitur sententiae contrarium euincere hoc opus, hic labor.

Grauitas quaestionis huius.

Nec parua ab hac quaestione rerum momenta pendent. Vt enim recte nonnemo scripsit: si animam demus interire, aut expirabit religio; aut turpe sophisma fiet Luciani. Frustra sane tanto hodienum adparatu contra Atheos prodeunt alii, cusis ac recusis subinde aduersus insaniam hanc libellis. Vix enim aliquis uecors adeo est, ut, qui coelum adspiciat; Deum esse inficietur? At uero, qui Deum res mortalium curare, aut hominis magis ac ceterorum animantium brutorum curare inficiantur, proh dolor! quot sunt? Quanta Deistarum, quae-

(*qq*) *Plato in Phaed. p. m. 50.* (*rr*) *Tullio docente Tuscul. p. m. 7.* (*ss*) *Aristot. auctor est lib. I. de Anim. c. 2. p. 27.* (*tt*) *monitore Cicerone Tusc. lib. I. p. 7. quem, animam nihil nisi nomen inane esse, ait perhibuisse.* (*uu*) *Iamblichus in uita Pythag. c. 36.* (*xx*) *Laertius in uita eiusd.* δεσμὰ εἶναι τῆς ψυχῆς τὰς φλέβας καὶ τὰς ἀρτηρίας καὶ τὰ νεῦρα. (*yy*) *Clem. Alexandr. lib. III. Strom. p. 433.* (*zz*) *Philolaus ita ap. Schedium de DIS Germ. c. XIX. p. 321.* [*a*] *Condidisse Deum definitam animarum numerum, quae omnes in coelo, ubi integri populi animarum existent, beatissime agerent; inter quas, si quaedam peccet, illam tum demum in corpus demitti, crediderant. uid. Theodoretus lib. V. de curat. Gr. aff.* [*b*] *Macrobius haec abunde prosequitur libr. in Somn. Scip. c. II. p. 26. et seqq.* [*c*] *Quae uerba Paulus Act. XVII. u. 28. cit.* τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν: *Poeta Aratus habet Phaenomen. uers. V. p. m. 334.* [*d*] *Error hic olim Gnosticos, Manichaeos et Priscillianistas egit, ut ex historiis notum. Ita etiam Plato ante dixit:* ἡ δὲ ψυχὴ οὐκ ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονεν. *Pl. in Plat. Quaest. Proclus in Platon Tim p. 314. et Ficinus ad Plotin. Ennead. III. lib IV. Inde Jamblichus animam Deo* ὁμοίαν *facit de Myst. Aegypt. Sect. VIII. c. 6. et ap. Stobaeum p. 108.* [*e*] *Ita Zoroaster Magnus in suis oraculis* ψυχῆς πηγὴν *animae fontem appellat Deum, uide Weitzius in Prud. Hymn X p. 586.* [*f*] *Ciceronis loquendi formula Tuscul. Q. libr. ult. 9 humanus animus, decerptus ex mente diuina, cum alio nullo nisi cum ipso Deo comparari potest.* (*g*) *Ita Epictetus ad quaestionem Hadriani Augusti respondet. p. m. 231.* [*h*] *Arnobii mens est: lib. II. adu. Gent. p. m. 65.* [*i*] *libr. 1. quaest. Tusc. p. 8.* [*l*] *Quod uulgi argumentum perstringit Plato in Phaedone, p. 43. et 44.*

PARS I.

quaeso, ubique; colluuies! qui uitam post mortem pro suaui tantum hominum otiosorum somnio; improborum uero cruciatus pro coecae plebeculae terriculamentis habent. Et contra hanc sceleftissimam hominum turbam, quotusquisque est, qui uiribus condignis pugnauerit hactenus? Infigamus igitur hic mentem; ne id amittamus, a quo stabilitatem religiones omnes; et singulae Respublicae suum tutamentum habent, quod pietatem in miseris alit spe; procacitatem ac scelera in ceteris timore ceu futuri iudicii augurio quodam coercet. In hoc autem instituto nunc ita uersabor; ut missis argumentis leuioribus ceu multitudinis superstitiosis duntaxat terriculamentis, ea tantum afferam, quae apud eruditos etiam quosque robur firmitatemque habent; et quorum in me ipso incipit fides. Frustra enim me operam daturum censeo, ut persuaderem aliis; quae non ante mihi persuasissem. Adeo CHRYSOSTOMI (*m*) illud cogito: qui in hac materia uult aliquid dignum proferre; ipse ante omnes debet hoc calore feruere; salutari hoc incendio primus igniri, quo possint etiam sermones, qui ab eo proferuntur, ignire et accendere animos auditorum.

Vitam aeternam fore, bonorum scelera probant.

§. VII. Deum sine iustitia concipere, idem est, ac solem sine lumine. Hanc enim uirtutem quis in terris quaesiuerit? si ipsa exularet e coelo: aut quis exegerit aequitatem in creaturis? si conditor uniuersi esset iniquus. Quodsi ita Deus arbiter iustitiae et aequitatis maximus est; mortalium quaeso nunc facta, atque post fata eorundem mecum intuere. Illud inuenies; bonos non miseros solum: sed tales plurimum ob studium cultionemque uirtutis esse: florere contra improbos copia rerum ac abundantia, ut praemia improbitatis suae saepius tulisse uideantur. Iudica porro, quisquis es! quo aequitatis tandem genere Deus, uindex iustitiae ac custos, facere non dico, sed permittere tantum possit? ut sui cultores, ob hanc saepius unicam caussam, quod ei adhaereant, eum uenerentur, colant, et ipsi totos se deuoueant, uaria calamitatis ac Infortunii genere premantur non solum; sed etiam, idque non raro, si quidem hac uita omnis metiri debet felicitas, supprimantur: ex aduerso, ut illis, qui uerbis factisque eum recusant, contemnunt, despiciunt, et quantum penes ipsos est, blasphemiis proscindunt, et quouis malitiae genere insectantur, uiuant nihilominus, uigeant, floreant, atque in mala hac causa ueluti triumphent: summam dicam, ut bonis male et malis bene sit. Equidem uirtutem propter se colendam esse, sibique ipsam praemio sufficere penitus existimo: neque etiam probitatis adeo magnae signum esse, qui Deo praemii spe, aut mercedis cuiusdam expectatione seruiat, cum Antigono SOCHAEO (*n*) hoc casu sentio: at uero licet postulare pro debito labore pretium aliquod hominis credam impudentis: tuebitur tamen Dominus seruum bonum ac obsequentem contra maleuolorum insultus: neque id solum; sed fidelitatem quoque illius beneficiis suis quodammodo adprobabit. Quod cum facere Deum (sapienter quamuis, quoniam ut fortius quandoque nos amet, ex SENECA (*o*) loquor, nostra etiam interfit,) in hac uita animaduertere nequeamq; certam futuri seculi spem non frustra exinde capimus. Vere C. Marcius ille CORIOLANVS (*p*) in concione inquit:

ἐν δ' οὖν ὅπως μακαρίους ὑπολάβω τοὺς μηδὲν ἀπολαύσαντας τῶν ἀρετῶν ἀγαθῶν, δι' αὐτὰς δὲ πάντα ἀπολλυμένους;

haud uideo, quomodo beatos credere debeam? qui, nullo ex uirtute fructu percepto, etiam propter eam pereant. Explicatius idem LACTANTIVS (*q*) prosequirur: *maxima erit profecto uanitas, obsequi nelle uirtutibus, quae frustra homini calamitates afferunt, et labores. Nam si uirtus est, egestatem, exitium, dolorem mortemque, quae timentur a ceteris, pati fortiter ac subire: quid tandem in se boni habet? cur eam propter seipsam philosophi dicant expetendam? nimirum superuacuis et inanibus poenis delectantur, quibus licet agere tranquille. Si enim mortales sunt animae, si uirtus, dissoluto corpore, nihil futura est: quid fugimus attributa nobis bona? quasi ingrati aut indigni, qui diuinis muneribus perfruamur. Quae bona, ut habeamus, scelerate impieque uiuendum est: quia uirtutem, id est, iustitiam egestas sequitur. Sanus igitur non est, qui, nulla spe maiori proposita, iis bonis, quibus ceteri utuntur, in uita labores et cruciatus et miserias anteponat.* Similia uere res haec CHRYSOSTOMO (*r*) expressit, aliisque, qui apud EVGVBINVM (*s*) ubertim reperiuntur. D. NAZIANZENI (*t*) sententiam adhuc audire lubet, quam iambicis uersibus ita reddidit:

Ἠδικοῦν ἦν ἂν ἢ τάδε δυστυχέα;
Μὴ τοῦ Θεοῦ στρέψαντος ὕστερον κύβους,
Grauiter aliter esse rebus hic duris premit;
Nisi summus olim uerteret talos Deus.

Sane, quod miror, sceleftissimus ille nequam, Deorum hominumque risor, LVCIA-

§. VII. *An idem et uirtus?*

(*m*) *lib. II. de Compunctione cordis.* (*n*) *Huius uiri dogma fuit: non esse seruiendum Deo spe praemii et mercedis. Hinc Saducaei, peruersa deinde mente, neque largiri Deum talia nolle, concluserunt. Vt adeo futuri seculi et felicitatis spe nos ipsos pulchre decipiamus. conf. Vossius lib. I. Idololatr. c. 10. p. 38.* (*o*) *De prouidentia in med.* (*p*) *Dionys. Halicarnass. lib. VII. p. 350.* (*q*) *Diuin. Institut. l. VII. 9.* (*r*) *Homil. IV. de Prouid. Dei.* (*s*) *Lib. IX. de perenni Philosoph.* (*t*) *Carmine de se ipso p. 1117.*

§ VII.

PARS I. CIANVS (u) ueritatem hanc noluit dissimulare. Ita enim ille: ἄνθρωπον ἐκ μὴ ὄντων θεὸς εἰς τὸ εἶναι παρήγαγε, καὶ ἔστιν ἐν οὐρανῷ βλέπων δικαίους τε καὶ ἀδίκους, καὶ ἐν βίβλοις τὰς πράξεις ἀπογραφόμενος. ἀνταποδώσει δὲ πᾶσιν, ὃν ἡμέραν αὐτὸς ἐνετείλατο. Hominem, inquit, ex nihilo ad essentiam produxit Deus, estque in coelo adspiciens iustos pariter atque iniustos, et in libris describens cuiusque res et actiones. Rependet autem omnibus ea die, quam ipse praefiniuit. Atque hoc idem est, quod animum addidit tot undique calamitatibus cincto pressoque EPICTETO (x), qui in extremam miseriam detrusus, placidissime inquit:

Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην, καὶ σῶμ᾽ ἀνάπηρος
καὶ πενίην Ἶρος, καὶ φίλος ἀθανάτοις.

quod Politianus carmine sic reddidit:

Seruus Epictetus: mutilati corporis: Irus
Pauper: at haec inter charus eram superis.

Seruum se natum, ait, quae uilissima in terris conditio; *corpore quoque*, cuius charitas omnibus maxime innata est, *mutilatum fuisse; sed et egenum*, ne quid malis deesset, *ad mendicitatem usque: in hac tamen tam miserabili, tamque*, si hominum iudicia spectentur, *uilissima conditione tantum abesse, ut a Diis neglectum se crederet, ut de amore ipsorum et charitate*, futuri seculi spe, *non dubitaret*. O uirum! o sententiam! merito hic CASAVBONVS (y) inclamat: dignam quae cordibus omnium, qui ad ueram beatitudinem et aeternas sedes adspirant, inscribatur; et memoriae praesens semper obuersetur. Neque uero est, quod nobis e schola SPINOSAE (z) quis obiectet; idem argumentum, si ualeat, ad bruta etiam accommodari posse. Nam stabulari equum unum in otio et pabuli affluentia, deliciisque, quae in ipsum cadunt, summis: alium e contrario inter durissimos labores, inedia premi, sub aspero ac intolerabili possessoris iugo gemere, enecari etiam oneris quandoque ac laboris nimietate, cum tamen de horum post mortem uita ne in somnio quidem cogitemus. Miserum sane a Philosopho, et corpusculari maxime obiectum argumentum est. Idem, ac ignem, si materia non alatur, sed, ea deficiente, pereat et extinguatur, quis dolere uelit: aut eum, qui emtum sibi horologium uel corrumperet imperite tractando, uel malesanus in ignem proiiceret, quis in ius uocaret, de iniuria, hoc modo, automati illata. Sane quidquid hoc casu aegre fertur, id uel mei, uel tui causa, quibus tale quid usui esse potuisset, uel artificis ergo fit, in cuius animo artificii forte sui contemtus moerorem poterit excitare. Qui aliter dolet; ille uel ineptit cum mollibus foeminis, quibus gallina macta-ta lachrimas exprimit: uel cum CAMPANELLA [a] insanit, omnibus rebus spiritum contribuente. Physico haec abunde sufficient ad respondendum uexatae hactenus quaestioni. Ceteris, ut animum in hac disciplina purgent, suaderem, et, si integrum esset, imperarem. Qui uero animi tranquillitatem uirtuti sufficiens praemium ita esse uolunt, ut alia remuneratione opus non sit; illi ex supra citatis Lactantii uerbis sapere discant. Quid quaeso! afflictum in terris animum erigit? nisi mens erecta in coelum: et, qua tandem medicina tranquillabitur eadem seculi malis circumsepta praesentis, nisi futuri dulcissima lactescat spe. Cum igitur cerebri inane figmentum sit, quicquid de animi tranquillitate, absque uitae alterius fiducia, in scholis prudentum, sub summi boni imagine, disseritur, absonum esset cogitare, Deum, optimum iustitiae arbitrum, homini uirtuoso, prae improbo ac scelerato, uacuum et cassum phantasma praemii loco constituisse.

Obi. I. Spinosistar.

§. VII. IIX.

Obi. 2. quod uirtus sibi praemium sit.

§. IIX. Deinde de impiis quid fiet? hosne impune per omnia scelerum genera grassatos esse dicemus? Sunt equidem, qui, ut uirtutem sibi ipsi praemium esse, supra dixerunt; ita et improborum poenam in eo tantum sitam esse uolunt, ut malorum sibi facinorum conscii sint. Magnam uim conscientiae esse, non inficior. Nota [b] epistola Tiberii ad Senatum, quam ita exorsus est: *quid scribam P. C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore: Dii me Deaeque perdant, quam perire quotidie sentio, si scio.* Qua recitata, addit Tacitus: *adeo facinora atque flagitia sua ipsi quoque in supplicium uerterant. Neque frustra praestantissimus sapientiae* [PLATONEM [c] hic intelligi scite GROTIVS [d] monet] *firmare solitus est, si recludantur tyrannorum mentes, posse aspici laniatus et ictus: quando ut corpora uerberibus, ita saeuitia libidine, malis consultis, animus dilaceretur.* Grauius exemplum in Catilina SALLVSTIVS [e] affert: *eius*, inquit, *animus impurus, Diis hominibusque infestus, neque uigiliis neque quietibus sedari potuit; ita enim conscientia mentem excitam uexabat. Igitur color ei exsanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus, prorsus in facie uultuque uecordia inerat.* Quod de TVLLIVS [f] sapienter iudicat, dum inquit: *neque putandum eos, qui aliquid impie scelerateque commiserint, agitari et perterreri*

Probat. II. Ex conscientiae ui.

(u) in Philopatride. (x) Versus conseruarunt scriptis suis A. Gellius lib. II. c. 18. p. m. 94. et Macrobius lib. Saturn. c. 9. p. 124. (y) Animaduers. in uers. eosdem. Edit. Lugd. 1670. 8uo. (z) Vol. Epist. p. 456. Ep. 25. [a] Philosoph. Rational. [b] Tacitus lib. VI. Annal. c. 6. et Sueton. in Vit. c. 67. [c] Lib. IX de Republ. [d] Lib. I. de Verit. Relig. Chr. §. 24. [e] Bell. Catil. p. 38 et de Iugurtha idem fere Bell. Iug. c. 72. uide quae congessit Pfannerus Theol. Gent. c. VIII. §. 11. [f] Orat. pro Rosc. Amerin.

PARS I. §. IX. X.

furiarum taedis [sicut in fabulis erat] *sua quemque fraus, et suus error maxime uexat; suum quemque scelus agitat* et quae sequuntur. Quamuis igitur PLAVTVM [g] uere etiam dixisse existimem: *Nihil est miserius, quam animus hominis male conscius:* tamen ad luendam poenam tot scelerum generibus prouocatam haec adeo non sufficere existimo; ut ea potius cruciamenta futuri grauioris supplicii nuntios infallibiles esse, mihi penitus persuadeam. *Quid enim is timeat?* sapienter non nemo ait [h], *qui animum una cum corpore sibi persuaserit interire.* Abiit etiam, ut metum, ne quis hominum detectis sceleribus ipsos in iudicium trahat, hunc male consciis terrorem incutere credamus. Triste Neronis exemplum aliud docet. Nec *sceleris*, quod matris caede contraxerat, *conscientiam, quanquam et militum et senatus populique gratulationibus confirmaretur, aut statim aut postea unquam ferre potuit,* ait SVETONIVS [i] de ipso, *saepe confessus exagitari se materna specie, uerberibus furiarum, ac taedis ardentibus.* Vt adeo, malam conscientiam in solitudine etiam sollicitam esse, SENECA [k] uerissime dixerit: et sceleris conscios animos angore excruciatos esse, cum nulla hominum iudicia essent, non infelicius scripserit TVLLIVS [l].

An poenae improborum sint mala tantum conscientia?

At, quid? si Deistarum quis eam conscientiae sustulerit uim, atque recensita hucusque exempla pro terriculamentis habeat, quae praeiudiciis parentum, sacerdotum, praeceptorum aliorumque comminationibus fabulosis debeamus? Talis igitur, quod improbitatis suae poenas in hoc seculo se nondum dedisse, ipse profiteatur, tremendo Dei iudicio indubium seruabitur, cum euicta superius iustitiae diuinae argumenta firmissimo adhuc dum talo consistant.

An conscientia ex infantiae tantum praeiudiciis?

Quod si quoque improbam sententiam falsitatis arguere uellem: quaererem ex tali; quamobrem conscientiae uis maior in senibus quam pueris et adolescentibus sit? quod si enim hoc infantiae terriculamentum est; quare non decrescit, ut ceterae, quas imbibimus fabulae, cum annis; sed augetur? cur eo propior cuiuis grauiorque est: quo magis a tenui isthac aetate quisque abit. BIONEM Borysthenitem [m] exemplo damus. Qui θεοὺς ὡς οὐδὲν εἰσὶν ὄντως, Deos reuera, nihil esse, dixerat semper: ast, morti uicinum, auertit ab errore animus instantis iudicii praesentiens grauitatem. Eierauit enim is non er-

Quare maior eius uis in senibus?

A rorem solum, sed iratum placare numen, precibus ac hostiis, frustraneo quamuis opere, contendit. *Stultum enim fore*, idem autor ait, *qui mercede uoluerit Deos esse; quasi tunc essent, cum ipsos Bion demum esse arbitraretur.* Hinc recte PLATO [n] *Cum iam prope est, ut quis moriturum se putet, tunc metus eum ac solicitudo subit, de quibus antea non constituerat cogitare.* Id quod TVLLIVS [o] etiam uoluit: *nescio,* B inquit, *quomodo inhaeret in mentibus quasi seculorum quoddam augurium futurorum.* Vt adeo improbam Deistarum sententiam merito ex scholis sapientum exulare iubeamus.

Pr. III. Quia non frustra homo conditus.

§. IX. Deum et naturam, ut nouum nunc locum excutiam, nihil frustra fecisse, inter omnes in confesso est. Quod si itaque homo est conditus non solum: sed etiam, TVLLII [p] ore loquor, *ad eius* C *commoditates et usus tantam rerum ubertatem natura largita est, ut ea, quae gignuntur, donata consulto nobis, non fortuito nata uideantur:* ipse non minus, cuius gratia tot condita esse uidemus, ob finem singularem eumque nobilissimum procreatus esse, existimandus est. Homines equidem hominum causa generatos dicimus, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possint: hi uero ipsi propter quid demum produ- D cti sunt? An otiosos tantum orbis spectatores credes? aut gurgites atque hellunones, uatos abdomini suo? Parum sane honesti habet, suem Boeoticum agere, et summum bonum, uerbo uenia sit, ponere in cacando [q]. Quod si itaque causam mortales, propter quam conditi sumus, nec uideamus hic, nec assequamur; quidni istud, quo excidere nequimus, praestolemur. Id est, tempus expectamus, E quo, quid causae sit, cur creauerit nos Deus, ipse nobis faciat manifestum.

Prob IV. Ex hominis innato uitae alterius desiderio.

§. X. Tandem nec illa parui momenti res est, quod tanto desiderio uitae alterius flagremus boni omnes, ut uel hac ipsa cupiditate nostra in uitam aeternam imminere uideamur. Sapienter ATHANASIVS [r] eodem ex loco sic argumentatur: *quomodo anima hominis*, nisi eius mortalitate praestructa, *temporario corpo-* F *re aeterna meditetur, et contemtis quae ante pedes sunt, ad aeterna desiderium suum intendat?* Quod ipsum aeternitatis desiderium adeo animos quorundam inuasit: ut THEOMBROTVM [s], lecto Platonis Phaedone, ubi de animae immortalitate agit, in mare se praecipitem dedisse scimus, eo fine, ut aeternae mox uitae fieret par-

[g] *Mostellar. Act. III. Sc. I.* [h] *Auctor Philosoph. Burgund. Tract. III. p. 587.* [i] *in Vita eius c. 34.* [k] *Seneca Ep. 43. sub fin.* [l] *de LL. lib. I. p. 443.* [m] *Laertio teste lib. IV. segm. 55. p. 259.* [n] *Lib. I. de Republ.* [o] *lib. I. Quaest. Tusc. pag. 104.* [p] *lib. I. de LL.* [q] *De spurcissimo hoc hominum genere Pindarum uide Olymp. VI. uers. 14. et Athenaeum lib. X. c. 4. apud quem ciuitas in Boeotia uulgus nullum esse dicit bonum maius, quam cacaturire.* [r] *Orat. contr. Gent. p. 27.* [s] *Tullio lib. I. Q. T. et Augustino lib. I. de Ciu. Dei c. 22. testibus.*

[o] Lib.

PARS II. participes. Sane si nihil frustra Deus et natura faciunt: hunc nobis appetitum ob quidnam tandem ingeneratum esse censebimus? An miseris piorum hominum mentibus illudit sic Deus; ut suos pulchre atque cum suauitudine quadam decipiat? Absit! ut limam ueritatis autoremque ficte et fallaciter agere nobiscum, resque conditas turpissimis praestigiis circumuenire dicamus! Ceterum, qui hoc animi nostri futurae felicitatis augurium, studiumque non naturae tribuerit; sed pueritiae denuo nostrae praeiudiciis, quae aliorum in nobis progenuerit auctoritas; contra eum, inter cetera, quae superius expedita sunt, ad gentium omnium prouocarem consensum. Graecos enim, Romanos, Germanos, Gallos, Anglos, Hispanos, Suecos, Danos; neque Europaeos solum, sed utriusque etiam Indiae et Africae incolas, omni tempore, aetate omni, in barbaria aeque, ac optimorum studiorum flore maximo, uitam aeternam credidisse, expetiisse, ac desiderasse e Philosophiea historia nunc clarum facerem. Sed, cum spatium non detur; ego uerba nunc dare tantum cogor: nobilissimam materiam proximae occasioni seruaturus. §. I. II.

OPVSCVLVM VII.

VITA AETERNA EX GENTIVM CONCENTV,

PARS II.

anno CIϽ IϽC XCVI.

Vis argumenti ex Gentium consensu.

§. I.

Omni in re consensio omnium gentium lex naturae putanda est, uerbis non inconsultis, sed probe meditatis, TVLLIVS (*a*) scripsit. Cuius sententiae eam alio loco (*b*) reddit rationem; *quod omnium nempe consensus ipsius naturae uox sit.* Quapropter neque SENECA (*c*) infelicius philosophatur; dum inquit: *multum dare solemus praesumtioni omnium hominum. Apud nos ueritatis argumentum est, aliquid omnibus uideri.* Atque hoc idem illud etiam est, quo nos adducti in praesens sumus; ut adstructum nuper firmatumque ex sola ratione argumentum resumeremus nouo labore, atque ex communi quodam omnium gentium, philosophorum omnium sectarumque concentu idem corroborare porro anniteremur. *Quanquam enim*, loquimur uerbis LACTANTII (*d*), *apud bonos iudices satis habeant firmitatis uel testimonia, sine argumentis; uel argumenta, sine testimoniis; nos tamen non contenti alterutro sumus, cum suppetat nobis utrumque; ne cui peruerse ingenioso, aut non intelligendi, aut contra differendi locum relinquamus.*

In contrariam sententiam.

§. II. Ante uero, quam ad testimonia probatissimorum hac super re scriptorum deueniamus; illorum eliminandae rationes sunt; quibus omne hoc nostrum institutum aut euertere penitus aut reddere infructuosum conantur. Primum enim dicunt; recensendas mox gentes hanc de uita aeterna opinionem ex Iudaeis eorumque traditionibus hausisse; quod si igitur hi ueterum decepti praeiudiciis sint; circumueniri etiam cum ipsis ceteros omnes potuisse. *Obi. I.* Deinde, omnium uoluntates, quae etiam rerum impossibilium sint, nunquam constituere alteram uitam posse, quam maxima quoque sit earum consensio; cum animus noster non rebus mensuram det, quin ipse potius a rebus in ueritate et falsitate extrinsecus pendeat. *Obi. II.* Hanc tandem de altera uita opinionem cum ipsis Rebuspublicis coepisse, pergunt, quae huic unicae uere innitantur suamque durationem debeant atque stabilimentum. *Obi. III.* Verum enim uero omnia haec in contrarium opposita aut scopum dissertationis non tangunt, aut prorsus obiici nequeunt, aut in speciem tantum dicta a ueritate turpiter aberrant. Primum enim *Resp. I.* Iudaeis hoc dogma ceteras uniuersum gentes debere, difficile ad probandum erit, de illis maxime, quas ex ultimis Asiae utriusque regionibus, quae de Iudaeis, modica semper gente, ne fama quidquam per-

---

(*a*) *Lib. I. Quaest. Tuscul. p. m. 9.* (*b*) *libr. cit. p. 12.* (*c*) *Epist. CXI. p. m. 157.* (*d*) *Lib IV de Vera sapientia §. 22 p. m. 423. contra hoc ueritatis ne-* *gat Sextus Empiricus disserit lib. II. Pyrrh. pag. 60. c. 6.* (*e*) *To-*

PARS II.

perceperant (e), in scenam hic producemus. Terra quippe marique auulsi alio coelo incalescebant, omnique cum aliis populis commercio excludebantur. Sit tamen de plerisque id uerum; quid inde? undenam Iudaeos id ipsum hausisse dices? Effinxisse dogma putas? credibile non est. Eiusmodi enim machinationibus praestigiisque haud idonea uidetur astutiae ignara uetustas. Post, quid caussae olim habuisse dices? ut se suosque pulchre ita deciperent? Subditorum enim fidem, hac uitae aeternae spe, conseruasse qui uerum? cum nulli tum fuerint imperantes. Paterno amore ducebantur singuli, quem natura imperabat, non extrinsecus petitae eliciebant fraudes.

Resp. II. Potius itaque cum CICERONE (f) dicimus: *antiquitas, quo propius aberat ab ortu, et diuina progenie, hoc melius ea fortasse, quae erant uera, cernebat.* Deinde non adeo iniqui argumentorum aestimatores sumus; ut demonstratiua a topicis distinguere hic nesciamus. Verum est, a rebus scientias, non a scientiis res progenitas productasque; adeoque nec rem scientiae, sed hanc illi applicandam esse. Ast, dialecticis argumentis quibusuis diffidere uelle, eiusdem absurditatis est, ac animi nunc temporis pendere, an Romanorum Imperator Leopoldus uocetur; Sabaudus cum Gallo pepigerit, inuitis confoederatis, et quae alia sunt, quibus ex hominum testimoniis fideque sine omni fraudis metu lubenter assentimur.

Resp. III. Denique, ad plebem in partibus obsequiisque in republica continenda, uitae alterius spem metumque conducere plurimum, nec ipsi diffitemur: non ignari, quid Numa in Romanis ad coercendam in nouo regno multitudinem exinde praesidii sumpserit: sed tamen, cum docuerit uitam aliam post mortem religio, antequam exordia sumerent respublicae; idem etiam illi crediderint, qui nullis unquam se imperiis subiecerant; quid hic obiici deinde possit, non uideo. Imo tandem siue excogitatum hoc dogma, siue traditione acceptum ab aliis dicas; apud quasuis tamen gentes facilem adeo assensum inuenire, atq; per tanta seculorum interualla constantissime seruari potuisse, nisi quiuis secum rationibus, nuperrima dissertatione expeditis, idem fuerit assecutus, ne credibile quidem est. Non igitur operam perdemus, hunc gentium communem concentum e fide dignissimis scriptoribus traditури.

Crediderunt olim uitam alteram

§. III. Auspicabimur rem a maioribus nostris, integerrima in ethnica etiam re- A ligione gente, apud quos plus bonos mores, quam apud alios bonas leges ualuisse

§. II. III. I. GERMANI.

TACITVS ait (g); et similia fere IVSTINVS (h), qui plus in illis ignorationem uitiorum profecisse, quam uirtutis cognitionem in aliis comprobat. Hunc eundem populum, inter cetera suae religionis decreta, antequam Christo nomen dederat, id tamen dogmatis de altera uita innocentissime semper seruasse ac co- B luisse, uel solus APPIANVS (i) sufficientissime prodit. Germani inquit, θανάτου καταφρονηταὶ δι' ἐλπίδα ἀναβιώσεως; *mortis contemtores persuasione futuri in uitam reditus.* Vt adeo plura addere, opus non sit. Eo inprimis, quoniam illa, quae de Gallis ceu ueteribus Celtis dicturi sumus, ad Germanos etiam quodammodo pertineant.

II. GALLI.

De hac uero gente CAESAR (k) paucis uerbis clarissime omnium testatur: C *in primis hoc uolunt persuadere non interire animas.* Festiue de hoc eorum dogmate LVCANVS (l) canit:

-- -- *Vobis* (Druidis) *auctoribus umbrae*
Non tacitas Erebi sedes, Ditisque profundi
Pallida regna petunt: regit idem spiritus artus
Orbe alio: longae, canitis si cognita, uitae
Mors media est, certe populi, quos despicit Arctos, D
Felices errore suo, quos ille timorum
Maximus, haud urget leti metus; inde ruendi
In ferrum mens prona uiris, animaeque capaces
Mortis; et ignauum rediturae parcere uitae.

quo cum SICVLVS (m), STRABO (n), MARCELLINVS (o), aliique consenti- E unt, quos exscribere opus non est. Id tamen sine stupore non legi, quod VALERIVS (p) de ipsis refert. Tantam enim uitae alterius confidentiam habuisse asserit idem; *ut memoriae sit proditum, Gallos pecunias mutuas, quae iis* apud inferos redderentur, dare solitos: quia persuasum habuerunt, animas hominum immortales esse.* Imo in rogos se suorum quandoque immisisse eosdem, uelut una uicturi F in altera uita, MELA (q) auctor est. Imperterritum eorum animum taceo, quo mortis periculis, futuri seculi spe, in pugnis praeliisque se ita obiecerunt semper: ut stupore quodam Romanos hoc ipso percellerent. *Contemtu mortis* ceteris ualidiores dicit Germanos EGESIPPVS. Id quod TACITVS (r) deinde dum nudos ac sagulo leues missilia in immensum uibrasse scribit, ipso etiam exemplo comprobat. Quae obfirmatae men-

III. HISPANI

(e) *Iosephum hic lege lib. I. contra Apionem.* (f) *Lib. I. p. 8. Qu. T.* (g) *Tacit. de moribus Germanorum.* (h) *Iustinus Lib. XI.* (i) *in Celticis p. m. 890.* (k) *Comm. B. Gall. lib. VI. c. 14. p. 3.* [l] *Lib. I. Pharsal. uers. 532.* (m) *lib V. Biblioth. p. m. 212.* (n) *lib. IV Geogr.* (o) *lib XV. c. 9.* (p) *lib. II. c. 6.* (q) *Lib. III. c. 2.* (r) *de morib. German.*

[s] Lib.

mentis contemptio ac despicientia mortis cum Ibericae etiam genti inprimis tribuatur, eiusdem dogmatis quoque circa alteram uitam fuisse patescit.

Prodiga gens animae et properare facillima mortem.

de Hispanis SILIVS Italicus (s) canit. Recte enim inde LVCANVS supra laudatis uersibus (t) colligit:

— certe populi, quos despicit arctos
Felices errore suo, quos ille timorum
*Maximus haud urget leti metus: * inde ruendi*
In ferrum mens prona uiris, animaeque capaces
Mortis et ignauum ? rediturae parcere uitae.

Et quid mirum? Hispanos uitam aeternam credidisse, cum ipsos elysios campos, lepide quamuis, in Baetica Hispaniae parte se inuenisse auctores cum LVDOVICO de la CERDA (u) glorientur.

IV. THRACIAE incolae.

Thraces uero eadem alterius uitae spe ductos fuisse, eo testatius est, quo uiciniores hi Graecis fuere, qui talia scriptis annotarunt. Notissimus HERODOTI (x) locus, dignus propterea, ut et hic legatur, ita autem ille: Οἱ δὲ Γέται Θρηίκων ἐόντες ἀνδρειότατοι, καὶ δικαιότατοι ἀθανατίζουσι τόνδε τὸν τρόπον ὅτι ἀποθνήσκειν ἑωυτοὺς νομίζουσι ἰέναι τε τὸν ἀπολλύμενον παρὰ ζάμολξιν δαίμονα: et quae sequuntur deinceps. Contestatur hic MELA (y) inquiens: *Vna gens Thraces habitant, aliis alii̇sque praediti et nominibus et moribus, alii * redituras putant animas obeuntium; alii, etsi non redeant, non extingui tamen: sed ad beatiora transire.* SOLINVS (z) eadem fere habet, qui *Thracibus contemtum uitae * ex quadam naturali sapientiae disciplina inesse* existimat: *Concordant*, pergit, omnes ad interitum uoluntarium, dum nonnulli eorum putant obeuntium animas reuerti: alii non extingui; sed *beatas magis fieri*. Inde uerius ac MELA (a) colligit idem. * *Apud plurimos luctuosa sunt puerperia; denique recens natum fletu parens excipit: contra uersum laeta sunt funera, adeo, ut uita exemtos gaudiis prosequantur.* Eadem apud VALERIVM (b) offendes aliosque.

V. SVECI.

§. IV. Vertamus nunc stilum septentrionem uersus! Mirum, frigidissimae etiam regionis incolas hoc sacri dogmatis igne incaluisse. Pugnat pro Suecorum hic laude celebratissimus ille orbis Cimerii Atlas, OLAVS RVDBECKIVS in Atlantica (c), cuius tertiam nunc partem

A sub prelo gemere, eius aliqua portione ab amico iam nuper exhibita, est, quod cupidis horum studiorum gratulemur. Quamuis uero campos elysios in Suecia, hoc est, delicias in horrida regione, lucem in tenebris, affluentiam in egestate, quaerere cum Rudbeckio; multominus uero in eodem loco, tartarum ac coelum, altissimum nempe Dei domicilium in abysso inferni reponere

B cum ipso nollem: EDDAE tamen et SNORRONIS antiquissimorum inter ipsos scriptorum fide nitor, qui creditam olim Sueciae genti uitam post mortem fuisse, fecerunt manifestum. Concise, sed luculenter ille (d): *Omnes itaque probi et uirtuti dediti homines, una cum Atino in fulgenti illa et amoena erunt aula; praui uero ad Hellen et inde Nifelhemium h. e. regionem nonam infernum de-*

C *truduntur.* Danorum uero, i. e. ciuium suorum partes circa eandem causam strenue egit THOMAS BARTHOLINVS (e).

VI. DANI

Eruditissimo enim *antiquitatum Danicarum tractatu de causis contemptae a Danis adhuc gentilibus mortis* id sibi negotii unice fere sumpsit, ut, quanto immortalitatis studio flagrauerit haec gens, ex domesticis Noruegiae, Islandiae, Daniaeque scriptoribus faceret manifestum. Ne-

D que enim est, quod cum DVDONE S. *Quintini Decano* hic dubitemus. Clariora sunt, quam ut in controuersiam queant uocari. Migrare enim animas in alia corpora existimarunt, itaque et crediderunt eas superesse. EDDA (f) hic in testimonium uocatur; qui expresse inquit: *credebatur antiquitus homines iterum nasci.* Et SKVLONIS uersus adhuc apertiores sunt: *qui sanctos homines*

E *in numerum coelicolarum ait transferri (g).* Quorsum etiam pertinet, quod mortuorum animas, regum maxime suorum, religiosa ueneratione coluerint, ut EDDA (h) de Holgo rege testatur. Sepulchralia eorum monumenta, intrepidum mortem obeundi animum, ceteraque taceo, quae idem indubium omnino reddunt. Illud uero praeterire non debeo; quod Dani, uitae alterius fiducia,

F pecunias imo pretiosissimas etiam uestes, aliaque, cultui ac magnificentiae inseruientia, cum mortuis sepeliuerint, ut reuiuiscentes olim iis frui atque in splendore uitam aeternam transigere possent. Quam consuetudinem aurum cum mortuis sepeliendi, usque eo inter illos perdurasse

 DVA

(s) *Lib. I. uers. 235.* (t) *lib I. Pharsal. u. 526.* (u) *in VI. Aeneid. uers. 639. p. 635.* (x) *lib. IV.* (y) *lib. II. c. 2.* (z) *Polyhist. c. X.* (a) *lib. II. c. 2. inde a Thracibus idem dogma Pythagoram accepisse Iosephus existimat lib I contra Apionem p. m. 838.* (b) *lib. II c. I.* (c) *Part. I. c. XXII. et sequent.* (d) *Mythol. XXXIII. eius.* (e) *Lib. II. Antiq. Dan. c. I. 34. 9. etc.* (f) *In Oda quae Helgaquida Hundingsbana autuur inscribitur Th. Bartholino interprete lib. cit. c. 2. p 208.* (g) *Apud eundem l. c. p. 213.* (h) *In Mythologia LXV. ap. eundem p. 212. funebria exempla uide in scriptoribus Danicis Olao Magno lib. III. c. 4. Krantzio lib. I. c. 33.*

(i) lib.

PARS II. §. V. VI.

BVA SAGA apud Bartholinum (i) docet: dum ad Christianorum sacra se profiterentur. Tum enim ait iste: *quoniam Boo baptizatus fuerat, neque idolis unquam sacrificauerat, Helga eum ad australe templi latus sepeliri fecit, * nulla ipsi adposita pecunia.*

VII. ISLANDI. Neque Islandos ultimos fere orbis terrarum habitatores ab hoc dogmate alienos fuisse, ARNGRIMVS IONAS (k) testatur. *Situs est in Isthmo Thornes Helgafell,* inquit, *mons sacer Thorulfo dictus, ipsi autem et suis longe habitus sacerrimus; ubi etiam defunctorum suorum fore receptaculum credebant miseri ethnici.* Sed cum hic scriptor recentior sit; audiamus antiquissimum praecipuumque inter suos LANDNAMAM (l) scilicet, ita differentem: *credebant Thorulfus illiusque cognati se singulos in montem istum,* supra nempe memoratum, *receptum iri.* Imo in HEKLA, eius regionis monte, infernas sedes impiorum esse communis fere inter alias etiam gentes (m) erat traditio. Quo de legi BARTHOLINVS (n) potest, peritissimus eius generis antiquitatum scriptor.

VIII. HIBERNI. §. V. Proteruis semper moribus gens HIBERNA, non ita tamen uecors fuit; ut alterius uitae perderet in animo spem, remanere enim non solum animas post mortem: sed in alia corpora migrare sibi ac aliis uoluit persuadere. Exemplum eius dogmatis RODERICVS O FLAHERTY (o) exhibet, ad quem lectorem remittimus. De Britannis, quod idem crediderint, eo minus dubito; quo magis ex Caesare aliisque patet, ueterum Gallorum ipsos progeniem esse; a quibus etiam moribus parum differrent. CAMDENVS (p) hic legi potest, in quo

IX. BRITANNI. uidere est, quod Druidas habuerint (q), hoc est, acerrimos immortalitatis animarum propugnatores, si CAESARI, SICVLO, STRABONI, LVCANO, AMMIANO MARCELLINO aliisque fides, auctoribus tertia paragrapho a nobis superius citatis.

§. VI. In barbaris gentibus progredi placet, ut nullius mores duros adeo et immanes fuisse, quae nostrum hoc non admiserit dogma, intelligamus.

X. PERSAE. In PERSIS magos floruisse notum est. Hos uero ἀναβιώσεσθαι τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους, docuisse, e ueterrimis scriptoribus docet LAERTIVS (r). Imo uitam aeternam adeo caste hi ipsi describunt, ut *piis tum neque alimentis neque umbris opus fore,* Τοὺς μὲν ἀνθρώπους εὐδαίμονας ἔσεσθαι μήτε τροφῆς δεομένους, μήτε σκιὰν ποιοῦντας (s) ap. PLVTARCH. innuant.

XI. INDI. De INDIS eorumque Brachmanibus, illis quod crediderint, his quod argumentis propugnauerint animae immortalitatem, multi antiquissimorum scriptorum testatum fecere. MEGASTHENES apud STRABONEM (t) ita de iis loquitur: πλείστους αὐτοῖς εἶναι λόγους περὶ θανάτου. νομίζειν μὲν ἐνθάδε βίον ὡς ἂν ἀκμὴν κυομένων εἶναι· Τὸν δὲ θάνατον γένεσιν εἰς τὸν ὄντως βίον, καὶ τὸν εὐδαίμονα τοῖς φιλοσοφήσασι. *Plurimas de morte esse disputationes, nam hanc uitam habendam esse quasi recens conceptorum hominum statum: mortem uero partum in ueram illam, et iis, qui philosophati sint, felicem uitam.* Inde nullas super defunctis lachrimas fudisse, quod in feliciorem longe eos statum peruenire sibi fuerint persuasi, NONNVS (y) auctor est:

Ὣς οἱ μὲν φιλότητι μεμηλότες ἔμφρονες Ἰνδοὶ
Βακχείην ἀνέμοισιν ἐπιτρέψαντες Ἐνυώ,
Ὄμμασιν ἀκλαύτοισιν ἐταρχύσαντο θανόντας,
Ὡς βίον ἠερίης γαίης δεσμὰ φυγόντας,
Ψυχῆς πεμπομένης, ὅθεν ἤλυθε κυκλάδι σειρῇ
Νύσσαν ἐς ἀρχαίην. — — — —

Sic hi quidem amicitiam curantes prudentes Indi
Bacchicam uentis indulgentes pugnam,
**Oculis non flentibus sepeliebant mortuos,*
Tanquam uitae mortalis qui terrestria uincula fugissent,
Anima missa unde uenit, circulari uinculo
Metam ad antiquam. — — —

Quid? quod eos uitae alterius amore, mortem sibi consciuisse, sciamus. Exemplum TVLLIVS (z) exhibet, idemque et alii [a] repetunt; dignum plane ut hic quoque extet. *Est profecto,* inquit iste, *quiddam etiam in barbaris gentibus praesentiens atque diuinans: siquidem ad mortem proficiscens Calanus Indus cum ascenderet in rogum ardentem, o praeclarum discessum, inquit, e uita! cum, ut Herculi contigit, * mortali corpore cremato in lucem animus excesserit. Cumque Alexander eum rogaret, si quid uellet, quod diceret. Optime, inquit, propediem te uidebo. Quod ita contigit, nam Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus.* Idem hodienum etiam in India in foeminis maxime obtinere, quae in rogos maritorum suorum se plerumque iniiciant, ANDERSEN et IVERSEN [b] oculati testes sunt.

XII. ALBANI. Tandem de ALBANIS Asiatica inter Ponticum Caspiumque maria gente,

(i) *lib. II. Antiq. Dan. c. 9. p. 432.* (k) *Specim. Island. Sect. XLIV. p. 36.* (l) *Interprete Bartholino l. c. l. II. c. 2. p. 354.* (m) *Ita Saxo Grammaticus, Munsterus, Frisius, Olaus Magnus aliique.* (n) *Libr. cit. p. 357. et Arngrimum l. c.* (o) *In Ogygia seu rer. Hibernicar. chronologia Part. I. p. 4.* (p) *Descript. Britann. ubi de moribus eorum agit fere ab initio: idem etiam illis hoc tribui deberi rationibus euincit P. Ramus libr. de morib. Gall. p. 99. et Vossius lib. I. Idololatr. c. 35. p. m. 135. qui quod Galli Druidas a Britannis acceperint, probare uult.* (q) *Plinius patrocinatur lib. XXX. c. 1. p. m. 539.* (r) *Prooem. segm. 9. p. 7.* (s) *libro de Iside.* (t) *lib. XV.* (y) *in Dionysiac. Lib. XXXVII. uers. 2. seq. p. 919.* (z) *lib. I. Diuinat. p. m. 360. et Tusculan. II. p. m. 204.* (a) *Arrianus lib. VII. Vit. Alex. Diodorus Sicul. lib XVII. Valer. Maximus lib. VIII. Strabo lib XV. Plutarchus Vit. Alexand.* (b) *Oriental. Reisebeschreib. lib. I. cap. 14.*

PARS II. te, quod STRABO [*c*] narrat, adiiciendum putaui. Συγκατορύττουσι δὲ τοῖς τὰ χρήματα αὐτῶν etc. *pecunias una cum defunctis sepeliunt, ideoque pauperes uiuunt, nihil paternorum possidentes.* Vbi in memoriam reuocandum, quod supra in simili more attigimus, ut causa instituti patescat.

XIII. AEGYPTII. §. VII. AEGYPTIOS, ut pedem nunc in Africam moueam, τὴν ψυχὴν καὶ ἐπιδιαμένειν, καὶ μετεμβαίνειν uoluisse HECATAEVS et ARISTAGORAS [*d*] testantur. Et apertius idem DIODORVS [*e*] prodit: *Parentes et maiores suos ad aeternam habitationem translatos* Aegyptii *autumant.* Praecipuus uero de his locus apud HERODOTVM [*f*] est, dignissimus, ut a nobis huc transcribatur. Ita autem de Aegyptiis ille: Πρῶτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοί εἰσι οἱ εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι· τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ζῷον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεται· ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα, καὶ τὰ θαλάσσια, καὶ τὰ πετεινά, αὖτις ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν· τὴν περιήλυσιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι· τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἳ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕστερον, ὡς ἰδίῳ ἑωυτῶν ἐόντι· τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα, οὐ γράφω. i. e. *Aegyptii quoque primi extiterunt, qui animam hominis immortalem esse pronuntiarunt; quae de corpore in aliud subinde atque aliud corpus, ut quodque gigneretur, immigraret. Atque ubi per omnia se circumtulisset terrestria, marina, uolucria; rursus in aliquod hominis corpus genitum introiret. hunc uero ab ea circuitum fieri intra annorum tria millia. Hanc sententiam e Graecis sunt, qui usurpauerint, tanquam suam ipsorum alii prius, alii posterius, quorum ego nomina sciens silentio praetereo.* Circa quae tamen illud notari uelim; auctorem non omnem immortalitatis fidem ab Aegyptiis deducere potuisse, sed potius de Pythagorae tantum et eius asseclarum μετεμψυχώσει esse intelligendum.

§. VIII. Nixi sumus hactenus Graecorum plurimum Romanorumque fide; idque eo lubentiores fecimus, quo magis uerae esse solent ab hostibus tributae laudes. Restant uero gentes, quas idem cum hactenus memoratis credidisse, e domesticis eorum scriptoribus scimus.

XIV. POLONI. De *Polonis* certiores nos Matthia de MECHOVIA [*g*] reddit, ita inquiens: *Plutonem Deastrum Poloni uocauerunt Nya, meliores sedes inferni, post mortem ab eo postulantes.* Quid? quod cum Poloni eadem cum Slauis gens sit, illud huc etiam pertinet, quod de CZERNEBOCO Slauico idolo nos scripsimus alibi [*h*]. Hunc enim nigrum malumque Deum ipsos pro Diabolo aut Plutone coluisse, testatur HELMOLDVS [*i*]: eo fine, ut plerique [*k*] uolunt; ne animas eorum post mortem in tartaro detineret. *§. VII. VIII.*

XV. MOSCOVITAE. MOSCOVITARVM uero animis adeo insedisse hoc de altera uita dogma, uel inde patet; quod ne nunc quidem, Christiani dudum facti, camporum elysiorum, quos olim residuis post mortem animabus effinxere, obliuisci queant. *Pios enim post mortem in lucidis et amoenissimis elysiis uiridiferis campis recumbere; malis autem in obscuris, coecis, nigraque caligine obductis uoraginibus destinatam esse mansionem* existimant, docente id GWAGNINO [*l*].

XVI. PORVSSI. De PORVSSIS res certior est: quod ipsum clarissime prodit ER. STELLA [*m*], ita de iis disserens: *statuerunt et dies natalitios et funera pari modo celebranda, mutuis scilicet comessationibus et compotationibus, tum lusu et cantu absque moerore, cum summa hilaritate et gaudio; usque * alterius uitae spem prae se ferrent; illo saltem ostenderunt, quod exutos spiritu, armatos uestitosque ac magna supellectilis parte circumposita humarunt. Quo more,* pergit, *usque nunc sepeliuntur, addito etiam potu melleo, aut ex frumentis facto, in testaceis uasis. In funebri epulo partem obsonii potusque uita defuncti manibus libarunt, hodieque libant, pudendo illic Christianorum praesulum dedecore.*

XVII. SAMOGETHAE. Porussis conterminam gentem SAMOGETHAS addere hic placet: quorum circa hoc dogma mens ex MECHOVIA [*n*] patet; *habebant,* inquit is, *in siluis focos in familias et domos distinctos, in quibus omnibus charorum et familiarum cadauera cum equis, sellis et uestimentis potioribus incendebant. Locabant etiam ad focos huiusmodi ex subere facta sedilia, in quibus escas ex pasca in casei modum praeparatas deponebant, medonemque focis infundebant; ea credulitate illusi; * quod mortuorum suorum animae, quorum illic combusta fuerant corpora, nocte uenirent escaque se exsatiarent.* Idem fere uicinos huic genti LIVONES sensisse ex IOH. LASICIO [*o*] manifestum est, cuius uerba haec sunt: *Liuones, qui hoc tempore dura Germanorum seruitute premuntur, monumentis mortuorum cibum, potum, securim, et non nihil pecuniae hac cum noenia imponunt: * Transi, o miser, ab hoc rerum statu in mundum meliorem, ubi non tibi Germani amplius, sed tu illis impe-*

cap. 14. p. 19. [*c*] *lib.* XI. *Geograph. p. m.* 332. [*d*] *ap. Laertium Prooem. Segm.* 11. *p. m.* 8. [*e*] *lib.* I. *sub finem.* [*f*] *in Euterpe, legatur huc etiam Iamblichus de Myster Aegypt. P. I c.* 1. *&c.* [*g*] *Chron. Polon. lib.* II. *c.* 2. *p. m.* 24. [*h*] *Tractatu de idolis Slauorum Dissert.* III. §. 23. *ante quinque annos instituta.* [*i*] *Chron. Slauor. lib.* I. *c.* 52. §. 2. [*k*] *Ern. Brotuffius Chronico Merseburg. lib.* I. *p.* 446. *Albinus ex Pirnensi tit.* XI. *Chron. Misn. p.* 150. [*l*] *Descript. Moscou. cap.* II. *p.* 174. *in Scriptor. Rer. Moscouitic. a Wechelio adornatis.* [*m*] *de uetustate Porussorum lib.* II. *p. m.* 580. *in scriptor. non. orbis.* [*n*] *Sarmat. Europ. lib.* II. *cap.* 2. [*o*] *Descript. Polon. ap. Christian. Kelch in historia Liuoniae P.* I. *p.* 28.

[*p*] *lib.*

PARS II.

XIIX. TARTARI

perabis, habes arma, cibum et uiaticum. TARTARORVM etiam de altera uita fidem mos ille indubiam facit, quam M. PAVLVS VENETVS [p] ita edisserit: *Si tartari alicuius moriatur filius, qui nondum duxit uxorem, et item alterius moriatur filia innupta, conueniunt utriusque defuncti parentes et inter defunctos connubium faciunt; conscriptisque contractus illius literis, iuuenem et puellam in charta pingunt, et hanc cum pecunia contributa atque utensilibus et supellectile Vulcano deuouent**, *credentes defunctos in alia uita matrimonialiter coniunctos. Faciunt quoque pro hac re solennes nuptias, et de praeparatis cibis nonnihil hinc et hinc diffundunt, ut sponsus et sponsa his quoque uescantur. Quo facto, parentes et consanguinei defunctorum tali putant se affinitatis uinculo coniunctos, ac si nuptiae illae sponsis adhuc uiuentibus fuissent celebratae.*

XIX SINENSES

§. IX Ad recens detectas cognitasque nunc gentes eo promptius progredior: quo magis pleraeque earum ueteres latuere; ut eas adeo plagii hic accusare uel le difficile ad probandum sit. SINENSES nullum cum aliis populis fere commercium olim habuisse; itaque eos nec sua aliis debere, ex authenticis eius gentis monumentis librisque comprobare satagit scientissimus harum rerum IA. COVPLET [q], Gallus. Nihilominus consentiens omnium scriptorum sententia est, hunc populum uitam aeternam credidisse. HVGO LINSCHOTANVS [r] ita de illis: *credunt omnes immortalitatem animae, atque post hanc uitam retributionem bonorum malorumue, prout quisque bona malaue gesserit. Credunt in altero mundo uitam immortalem esse.* Quo cum communiter omnes conspirant [s]. Neque

XX. IAPONII

de IAPONENSIBVS populo, ingenti spatio, a reliquis mortalium distante, res incertior est. Nam ipse FRANC. XAVIER, Bonzios inter illos [hoc enim nomine sacerdotes appellant] non immortalitatem animae credere tantum: sed etiam *μετεμψύχωσιν* pro aris et focis propugnare, testatum fecit [t]. Conterminas his gentes taceo; cum mirum non sit, eas amplexas id dogma fuisse, quod tanta animi confidentia a uicinis populis propugnari uiderunt.

§. X. Cum reliqua Asiae ac Africae potior pars Mahumedi infecta superstitione sit; de singulis seorsim agere, operae pretium non est. Id tamen non indignum memoratu, quod ARABES ante Mahumedanae religionis exordium ab antiquissimis temporibus idem hoc de altera uita decretum fuerint professi. Ita enim ABVL FARAIVS [u], domesticus eorum scriptor, inquit: *erant ex ipsis, qui resurrectionem mortuorum agnoscerent, asserentes, si cuius camelus super ipsius sepulchrum mactatus fuerit, ipsum, cum ad iudicium resurgat, equitaturum; et qui hoc fieri non curauerit, peditem futurum.* TVRCARVM de altera uita confessionem eorum Alcoranus loquitur; et reliqui omnes rerum Turcicarum scriptores contestantur. Imo quid mirum? cum Mahumed multa ex Iudaismo, neque pauciora e Christianismo fabulis suae religionis admiscuerit, quaedam etiam ueteris Arabismi retinuerit; quos omnes id dogmatis tenuisse scimus. Inde GVILIELM. GODELEVAEVS [x], cum iter Mahumedis, quod Angelo Gabriele comite in paradisum se fecisse finxerat turpissimus mendax, describeret; tandem ait: *Mahumedem rogasse*, Gabrielem scilicet, cum quo ibi sermonem instituerat, *ut sibi diceret, qua ratione animas ex corporibus creaturarum educeret, ad quod ipsum respondisse; sibi id officii iniunctum a creatione Adae, et id se exerciturum usque ad diem iudicii. Rursus uero eum interrogasse; quomodo animas saluatas a damnatis cognosceret? ad quod ille subiecerit; annon uideret in ista tabula ab oriente in occidentem usque extensa, scripta nomina omnium, qui sint, fuerint et futuri essent, quomodo et quo genere mortis interituri sint, simulque mala et bona secundum merita unicuique praeparata atque disposita*, Ille tamen eierandus in ipsis error est; quod uitam aeternam in deliciis ponant sordidae carnis; quamuis Origenianos infernalium poenarum aeternitatem negantes merito suo perstringant [y]. Vt adeo non alias Muhamedi somniis occupatas gentes, nisi actum agere uelim, hic omnino supersedere debeam.

XXI. ARABES

XXII. MAHVMEDANI.

XXIII. NIGRITAE.

§. XI. Istud de quodam inter NIGRITAS regulo silentio praeterire non possum, qui ALOYSIO CADAMVSTO [z], Christianorum felicem in hoc etiam orbe statum depraedicanti, respondit: *Vobis datum est praesentibus bonis frui; erit praesens uita uobis pro paradiso illa aeterna. Nos uero, qui per uarias uitae interturbationes uitam trahimus assiduo, scimus haud defuturam illam aeternam felicitatem:*

[p] *lib. I. de region. Oriental. c. 58. p. m. 355.* [q] *Declaratione prooemiali in Confucium Sinarum Philosophorum §. IV. p. m. 69.* [r] *India Orient. P. I. c. 25.* [s] *Ian. Gonzales de Mendoza descript. Sin. lib. II. cap. 6. Nic. Trigautius lib. I. c. 10. de exped. Christ. ap. Sin. repetente etiam idem Gothofredo Archont. Cosm. Part. II. p. m. 198.* [t] *ref. Tursellino in uita Xauer. lib. IV. c. 13.* [u] *Historia Arab. p. 5. quocum conferri Eduard. Procockius potest in notis ad h. l. pag. 134.* [x] *De Turc. lib. II. p. m. 101.* [y] *Locum in Alcorano citat Abr. Hinckelmannus praefat. in Alcoranum nuperrime editum pag. 8.* [z] *Hist. nauigat. in terras ignotas cap. XXV. p. m. 27.*

(a) lib.

PARS II. tem: *quoniam perpessi laboris et susceptae aerumnae praemium nondum suanus consequuti.* De ultimis HABESSINIAE atque AETHIOPIAE incolis mirum, quod sonus euangelii eo successu in animos eorum penetrauerit, ut uitae alterius spe aeternitatem quoque auide expectent. Legi hanc in rem uir illustris IOBVS LVDOLFVS (*a*) potest, cui soli ueram horum populorum notitiam Europaei debemus. Neque etiam IVDAEOS, in omnem hodienum orbem disiectos, huius dogmatis poenituit. Non enim sui tantum de uita altera curam habent: sed etiam, quod non ubique adeo obuium est (*b*), aliorum, defunctorum maxime, animabus, precibus suis pro mortuis institutis, hanc futuri seculi felicitatem impetrare contendunt. Vt mirum sit, quare alii, quod in perdita eorum nunc religione lucet, olim in integra V. T. fide tenebris obductum fuisse, audeant adseuerare. Quibus strenue se HILDEBRANDVS opposuit (*c*), dignus propterea, ut hic laudetur.

XXIV. HABESSINII et AETHIOP.

XXV. IVDAEI.

§. XII. Nouum nunc orbem ingredior. Hic, quamuis latuerit per tantum temporis spatium ceteros mortalium, alterius tamen uitae notitia deserius non fuit. De BRASILIENSIBVS ita scribit LERIVS (*d*): *non modo immortalitatem animae credunt; sed pro certo quoque habent, post mortem eorum animos, qui uirtutem coluerunt, post altissimos montes euolantes patrum et auorum suorum animis aggregari, ibique in amoenissimis hortis perpetuis deliciis ac tripudiis laetum aeuum agere: ignauorum contra manes, qui sine ulla propugnandae patriae cura inglorii uixerunt, abripi ab AIGNANAN, sic illi cacodaemonem uocant, et cum eo sempiternos inter cruciatus uiuere.* Nec sibi C. BARLAEVS (*e*) in hac causa constare uidetur, eiusdem gentis mores ita delineans: *Qui e uita discessere uel integro corpore, uel mutilatos membra, aut uulneribus confossos, descendere ad inferas sedes putant. Quamobrem incremata cadauera condunt terra, addito reti cubandi causa, nec non cibariis in aliquot dies, quod persuasum habeant, et dormire interim et cibos capere manes mortuorum.* Cum tamen an post mortem praemia aut supplicia expectent, eodem in loco sine fundamento, tot scriptoribus contrarium sentientibus idem addubitet. Habuisse etiam PERVANOS alterius uitae sensum, auctores passim testantur. Cum mortuis aurum et argentum, formosissimas item uxores, famulos, uestes, fruges, uinum, et carissima alia eos defodere; hoc fine, ne cibus et potus desit, quoad in alterum mundum peruenerint, BENZO (*f*) narrat. Quando igitur Hispani praedarentur sepulchra, hoc genere rerum onusta, orasse miseros AVG. ZARAT (*g*) scribit, *ne ossa humatorum dissiparent, quo uidelicet illi ocius et minore negotio resurgerent;* impedimento resurgentibus fore rati (*h*). Inde apertius ACOSTA (*i*): *Indi, qui in Peru habitant, animos hominum immortales esse, ac pios uitam aeternam, impios autem aeternam damnationem manere credunt. Ideoque ad huius articuli fidem suscipiendam adduci facile possunt.* Idem eo de MEXICANIS paria eodem libro (*k*) ...et, quae, repetendi eadem taedio, adscribere dimittimus. Comprobant haec certissimi scriptoris testimonia, dum laudant gessius (*l*), HVETIVS (*m*), BALDAEVS (*n*) aliique. Virginiae etiam incolas non excludendos ab hoc dogmate esse, Thom. CAVIOTA (*o*) Anglus fecit manifestum. Sic enim ipse de illis: *Animae immortalitatem credunt, eam, statim atque a corpore soluta est, transferri secundum opera, quae fecit, uel ad Deorum sedes ad perpetuam felicitatem fruendam, uel ad ingentem fossam seu scrobem, quam in extremi mundi finibus procul ab ipsis uersus occidentem solis esse censent, ad perpetuum ignem, cum locum ipsi Propogusso appellant.* In Canariis etiam insulis creditum hoc dogma fuisse, GROTII (*p*) fide nitor. De GVINEENSIBVS, quos supra omisi, Alexander ROSSENIVS Anglus (*q*) admonet. Quorum de altera uita decretum ita prodit descriptio apud CALIXTVM (*r*): *illos quidem extremi iudicii diem prorsus ignorare; adfirmasse tamen aliam conditionem hominum esse, aliam pecorum. Licet, quae hominum post mortem conditio foret, prorsus ignorarent; neque scirent, ubi locus ille, quo transferrentur, supra uel infra terram esset. Nihilominus de supellectile solere partem aliquam defunctis adsignare, ut, quocunque tandem uenirent, haberent, quod ad usus quotidianos necessarium esset. Hinc patet,* pergit, *credere quidem eos, uitam post hanc aliam superesse. Existimantes se simul atque morientes in alium mundum transferri. Vbi uaria supellectile, perinde ac in hoc mundo, indigeant. Vnde si aliquid forte perdunt, eiusmodi statim concipiunt cogitationes, uenisse forte aliquem amicorum suorum ex altero mundo et illud abstulisse. Quod eo carere diutius non potuisset.*

XXVI. BRASILIENSES.

XXVII. PERVANI.

XXIIX. MEXICANI.

XXIX. VIRGINIENSES.

XXX. INSVLAE CANARIAE

XXXI. GVINEENS.

§. XIII. A barbaris gentibus ad illas nunc facere progressum placet; quae, excultis per literas animis, de luto sibi meliori uisi sunt: ut adeo neque simplicitatem huic de altera uita dogmati patrocinatam esse;

(*a*) lib. III. hist. Aethiop. c. 5. §. 58. seq. et Comm. in hanc p. 355. sqq. (*b*) locum Talmudis hanc in rem citauit Iob. Ludolfus libr. modo allegato. (*c*) Tractat. de uit. aetern. ex actu paradisi, patriarch. et Mosis in V. T. probata. (*d*) Nauig. Brasil. cap. 16. (*e*) Descript. Brasil. p. m. 38. (*f*) Lib. III. histor. nou. orb. c. 19. p. m. 356. (*g*) Histor. Peru. lib. I. c. 12. (*h*) Hornius de orig. Amer. lib. IV. c. 15. (*i*) Lib. V. c. 7. (*k*) cap. II. (*l*) de orig. idol. lib. I. c. 10 p. 38. (*m*) Concordia rat. et fid. lib. II. c. 6. (*n*) Beschreibung von Zeylon p. 405. (*o*) Narrat. de reb. Virgin. repetitus id Calixto de imm. animae c. I. §. 12. (*p*) Lib. I. de uerit. relig. christ. §. 22. (*q*) Hist. idololatr. p. 171. (*r*) Dissertat. de animi immort. c. 8.

PARS II. esse; neque perspicacitatem callidissimorum ingeniorum officisse intelligamus. In LATIO uiguisse hanc fidem, antequam Graecorum ibi sapientes innotescerent, certissimum me fabula reddit, quam ipsi de conditoris sui Romuli morte effinxerant. Cum enim is in rebellione, nouos ciues inter suborta, periisset; ne recens conditae reipublicae parricidii notam inurerent; figmento sibi ac famae consulturi, persuaserunt ceteris; subductum rebus humanis Romulum esse, a Diis immortalibus; cum quibus in beatis sedibus ageret aeternitatem; quo cum HALICARNASSENSIS (s), caeterique rerum Romanarum scriptores queunt conferri. Inde CICERO (t) ad priscos hic *Ennii cascos* prouocat, idem iam dogmatis de altera uita professos. Ast nec grauior ullus huius decreti testis, neque felicior unquam propugnator eiusdem atque contrariae opinionis hostis maior, ipso TVLLIO extitit; aeterna laude celebrandus, tantus adsertor aeternitatis. Primus eius Tusculanarum quaestionum liber exscribi mereretur; nisi, ut totum quisque et a capite ad calcem in hac causa legat, mallem. In tractatu etiam de Senectute conscripto, ita grauiter perorat: *Efferor studio patres uestros, quos colui et dilexi,* [in altera mox uita] *uidendi. Neque eos uero solum conuenire aueo, quos ipse cognoui; sed illos etiam, de quibus audiui, et legi et conscripsi. Quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit, neue tanquam pilam retorserit. Quod si quis DEVS mihi largiatur, ut ex hac aetate repuerascam, et in cunis uagiam, ualde recusem: nec uero uelim, quasi decurso spatio a calce ad carceres reuocari. O praeclarum diem! cum ad illud diuinum animorum concilium coetumque proficiscar, et cum ex hac turba, et colluuione discedam. Proficiscar enim non ad eos solum uiros, de quibus ante dixi: sed etiam ad Catonem meum, quo nemo uir melior natus est, nemo pietate praestantior. Animus eius non me deserens, sed despectans in ea profecto loca discessit; quo mihi ipsi cernebat esse ueniendum. Quem ego meum casum fortiter ferre uisus sum: non quod aequo animo ferrem: sed me ipse consolabar, existimans non longinquum inter nos digressum et discessum fore. His mihi rebus, Scipio, leuis est senectus, nec solum non molesta; sed etiam iucunda. Quod si in hoc erro, quod animos hominum immortales esse credam, libenter erro. Nec mihi hunc errorem, quo delector, dum uiuo, extorqueri uolo; sin mortuus,* [ut quidam* minuti philosophi censent] *nihil sentiam: non uereor, ne hunc errorem meum mortui philosophi irrideant.* Hoc non insuauior cygnus SENECA (u) est, qui eadem dulcedine hic modulatur: *Alia origo nos expectat, alius rerum status. Nondum coelum,*

A *nisi ex interuallo, pati possumus. Proinde intrepidus horam illam decretoriam prospice. Non est animo suprema, sed corpori. Quicquid circa te iacet rerum, tanquam hospitalis loci sarcinas specta. Transeundum est. Excutit redeuntem natura sicut intrantem. Dies iste, quem tanquam extremum reformidas, aeterni natalis est. Depone onus! quid cunctaris? tanquam non prius quoque relicto, in quo latebas corpore exieris. haeres et luctaris.* B *tum quoque magno nisu matris expulsus es. gemis, ploras et hoc ipsum flere nascentis est.* Possunt hi duumuiri in tanta rei claritate sufficere. Qui, quod ita Romani senserint, e Pontificio porro eorum iure; manium expiatione; cultura sepulchrorum; Deastrorum, quos finxerant eapropter, numero; atque argumentis demum aliis firmatum uolunt, CICERONEM, citato libro, adeant, qui omnia haec ex instituto C prosequitur. Poetas quoque eorum, oratores, philosophos, si qui ipsis praeterea sunt, historicos item, scriptoresque Romanos alios legere hic quiuis potest; qui communi ore pro hac causa concinunt idemque testimoniis suis corroborant confirmentque.

§. XIV.

XXXIII GRAECI.

§. XIV. Ad Graecos tandem uenio; qui tanta solicitudine hoc uitae alterius dogma tenuerunt, docuerunt, propugna- D runtque; ut natum in illis, non aliunde acceptum uideatur. Quamuis enim in ceteris sapientiae decretis tot in sectas atque opiniones iuerint Philosophi eorum; de huius tamen ueritate dogmatis uix ullum reperies dubitasse. Conspirarunt enim in unum fere omnes, quod alia, post hanc uitam, futura sit: licet rationem eius naturamque non eadem cuncti felicitate fuerint assequuti. Ibimus nos per singu- E las, quantum licuerit, sectas, ut omnes deinde in subsidium huius ueritatis trahere queamus. Viguit primis in Graecia temporibus philosophia in poetis tantum. Horum uero antiquissimum ORPHEVM (x) alteram uitam credidisse, figmentum illud nos commonefacit; quo flexis ac permulsis diis manibus cantu, Euridicae coniugi reditum se ad superos impetrasse, idem aliis persuaserat. De HOMERO, fonte omni- F um scriptorum, res clarior est, cum et ipse Vlyssem mortuos euocantem scriptis suis sistat (y): quid? quod inferorum sedes eadem opera ita depingat, ut oculis intuitus esse uideatur. Neque otiosis poetarum figmentis haec talia quis acceenseat. Cum enim posteriori aetate, spretis obscuri poematis inuolucris, apertius philosopharentur alii: tantum abest, ut haec inania aut leuia existimauerint eruditi tum uiri; ut potius nouis subinde curis illustrare idem decretum dignissimum censuerint. Ionicae sectae conditor, THALES MILESIVS

a] ORPHEVS.

a] HOMERVS.

SECTAE PHILOSOPHOR.

(s) Lib. II. hist. Rom. p. m. 178. (t) lib. I. quaest. Tusc. p. m. 8. (u) Epist. CII. p. m. 143. ut alia nunc loca eius omittam. (x) Vid. M. Manilius lib. IV. astron. Virgil. lib. IV. Georg. Ouid. lib. X. et Mythologiae scriptores alii. (y) Odyss. uers. 23. sqq. quem morem Virgilius deinceps VI. Aeneid. feliciter est imitatus.

PARS II. §. XIV.

1) IONICA. SIVS, tanta animi alacritate eiusdem dogmatis causam egit: ut, turpi quamuis errore, quoniam, cum igne uitali omnium seculorum memoria idem luxisse uidimus, ipse pro auctore eius aliis haberetur. Ita enim LAERTIVS (z) de eo: ἔνιοι δὲ καὶ αὐτὸν πρῶτόν φασιν εἰπεῖν ἀθανάτους τὰς ψυχάς· ὧν ἐστι Χοιρίλος ὁ ποιητής. Sed hoc decretum neque discipuli eius reiecerunt. Ipsum enim ANAXAGORAM animum incorruptibilem sensisse, THEO-B DORETVS [a] auctor est.

2) ITALICA. De Italicae Philosophiae instauratore, num PHERECIDES Syrus fuerit; an PYTHAGORAS; disputant hodienum eruditi. Nobis neutra sententia hic officit: cum uitam alteram utrumque statuisse tot scriptoribus testatissimum sit. De illo sic TVLLIVS [b]: *Pherecides Syrus primum* (modo detecto errore) *dixit animos hominum esse sempiternos.* Id quod LACTAN-C TIVS [c] aliique [d] reperunt: *in eadem sententia*, inquit iste, *fuit etiam Pythagoras antea, eiusque praeceptor Pherecides, quem Cicero tradit primum de aeternitate animarum disputasse.* De PYTHAGORA uero quid dicam? Notissima est eius μετεμψύχωσις, qua solutam morte animam in alia corpora credidit transmigrare; eo quod rem incorruptibilem spiritum esse existimauerit. Legi de ea D possunt HERODOTVS [e], Diodorus SICVLVS [f], PORPHYRIVS [g], LAERTIVS [h], STOBAEVS [i], PLVTARCHVS [k], IOSEPHVS [l], THEODORETVS [m], IAMBLICHVS [n], TERTVLLIANVS etiam (o), AVGVSTINVS [p], EPIPHANIVS [q], LACTANTIVS [r], et infiniti alii. Qui omnes, si inuicem conferantur, id adfirmant; qua tandem fide excusent Pythagoram alii, ac si sensu haec morali intellexisset, idque uoluisset tan-E tum, quod iracundi se leonibus, luxuriosi porcis, alii aliis brutorum generibus se sceleribus suis similes redderent, ego quidem non uideo. Sed de hoc alia forte occasione dicam; nunc ad tertium genus Philosophorum ELEATICOS pergo.

3) ELEATICA. Hanc scholam alterius etiam uitae professam dogma fuisse, ad probandum difficile non est, cum conditor eius XENOPHANES de duobus maxime philosophatus F esse dicatur. Ita enim EVSEBIVS [s] de ipso; *de aeternitate Dei et animae immortalitate est philosophatus.* Causam LAERTIVS [t] aperit, dum ψυχὴν πνεῦμα ait definiuisse. Quod ego magis hic attendendum puto; quoniam is, licet Italicae aeque ac Ionicae philosophiae constans

A ubique aduersarius fuerit, contra hanc tamen alterius uitae ueritatem nihil potuit in contrarium disserere.

4) SOCRATICA. Tandem cum ex unius Socratis schola plures, et si SVIDAE [u] credimus, nouem sectae subortae fuerint: quid et ipse circa alteram uitam senserit, inuestigandum esse censeo. Equidem is, TVLLIO [x] teste, nihil scripsit; qui semper discere maluit quam docere [y]: laudatissimas tamen doctrinas eius PLATO scriptis suis immortalitati commendauit. Ita autem moribundum is ait perorasse [z]: *ego uero, o uiri! si non putarem uenturum me esse, primum ad Deos alios et sapientes et bonos; deinde etiam ad homines iam defunctos meliores his, qui hic sunt, iniuste facerem, si mortem non grauiter ferrem: nunc autem probe id uos scire uolo, me sperare deuenturum esse ad uiros bonos: et hoc quidem non admodum affirmarim: ad Deos tamen Dominos ualde bonos me deuenturum esse, satis scitote*, alios taceo, qui idem de eodem testatum fecere. XENOPHON (a) et ipse Socraticus ita Cyrum moribundum inducit: Equidem filii, nequaquam persuaderi mihi unquam passus sum, animum, quamdiu mortali corpore contineatur, uiuere: posteaquam ab eo di- remtus sit, mori. Ne id quidem persua- deri possum, non sapere animum, posteaquam ab hoc insipienti corpore separatur; sed, quum a corpore secreta est pura mens et integra, tum demum sapientissimam esse, uero maxime consentaneum fuerit.

5) ACADEMICI. Alter uero eiusdem Socratis discipulus et auditor PLATO alterius uitae hoc dogma suis meditationibus ita illustrauit; ut praeuisis post mortem bonis, cygni instar in cantu et uoluntate mortuus esse uideatur. Bone Deus! quanta eius rei pondera in Phaedone affert! quam dulcis in Phaedro est! quam sapiens in Timaeo; et quam diuinus tandem in decimo legum ceterisque dialogis! Axiochum taceo, qui si non ipsius Platonis, eius tamen opus est, qui eadem animi magnitudine in despiciendo mortis terrore, uitae alterius fiducia, credi debet excelluisse. Adscriberem hic quaedam diuini uiri; sed dulcius ex ipso fonte bibetur, quem, si salutaueris; tum demum iudicabis, quid mouerit Theombrotum, quod, lecto eius Phaedone, uitae, tanquam remorae cuiusdam aeternae felicitatis, taedio, se in mare ex alto praecipitauerit, ut beatorum consortio citius associaretur (b). Sane ceterorum Plato-

(z) lib. I in eius uita segm. 24. p. m. 26. confer Greg. Nyssenum de anima et Stobaeum Eclog. Phys. lib. I. [a] lib. V. de curat. Graec. Aff. [b] lib. I. quaest. Tuscul. p. m. 9. [c] lib. VII. c. 8. [d] Augustinus Epist. 3. ad Volusianum. [e] lib. II. [f] lib. I. c. 98. [g] in uita eius. [h] lib. VIII. [i] libr. de beatitud. [k] libr. de plac. philosophor. [l] lib. XVIII. Antiq. c. [m] lib. V. de Cur. Graec. Aff. [n] in uita Pythagorae cap. 3. [o] lib. de anima c. 31. sq. [p] de ciu. Dei lib. X. 30. XII. 26. XIII. 19. [q] Tom. I. et cc. [r] lib. VIII. c. 23. [s] lib. XIV. de praepar. euang. c. 5. [t] lib. IX. segm. 19. [u] uoce Σωκράτης. [x] lib. III. de Orat. §. 72. [y] Platone iudice lib. I. de Republ. p. 338. Idem in apolog. Socrat. p. 18. [z] in Phaedone p. 36 (a) lib. VIII. de instit. Cyr. p. m. 234. uertit istius loci Cicero quaedam in Catone maiori. (b) Nuperrime de uita aet. institu- tam

PARS II.

nicorum mentibus, idem dogma sic inni- A xum erat; ut eodem mirifice semper in scriptis suis fuerint delectati.

6) STOICI. DE STOICIS equidem TVLLIVS (c) ait: *Stoici nobis usurum largiuntur tanquam cornicibus, diu mansuros aiunt animos, semper, negant:* sed ueniam a nobis facile hic impetrabit hoc genus philosophorum. Dum alteram post mortem uitam illos agnouisse nobis sufficiat. Sic enim LACTANTIVS B (d): *alii differunt, superesse animas post mortem et hi sunt maxime Pythagorici ac Stoici*, et clarius idem alio loco (e): *esse inferos Zenon Stoicus docuit et sedes piorum ab impiis esse discretas; et illos quidem quietas et delectabiles incolere regiones: hos uero luere poenas in tenebrosis locis, atque in coeni uoraginibus horrendis.* Disputent de his locis alii (f), nobis ea hic mens est: Stoicos alterius uitae sensum C habuisse, qualis autem ipsa futura, aut quam diu duratura sit; uel nesciuisse, uel determinatione sua ad uniuersam mundi exustionem nouamque in nouo mundo hominum conditionem, quo de ORIGENES (g) legatur, respexisse. Fabulam enim, qua LIPSIVS (h), VOSSIVS (i), PARKERVS (k) aliique uolucrunt; Stoicos, ut anima post mortem in aqua extingueretur, cum per ignem eam definiuerint, timuisse, iam D olim ὁ μακαρίτης Thomasius (l) explosit.

7) PERIPATETICI. Peripateticos huius etiam dogmatis confessores dare non adeo difficile est. PONTICVM enim HERACLIDEM animae perennitatem adseruisse, STOBAEVS (m) auctor est. Quod idem in scriptis suis THEMISTIVS (n) et SIMPLICIVS (o) hodienum profitentur, omnes Peripatetici. Ast quid ARISTOTELES, conditor sectae huius, hic senserit, maxima inter auctores lis est.

§. XIV.

Pro nostra sententia locus facit (p), ubi inquit Philosophus: Χωρισθεὶς δ' ἐστι μόνον τοῦθ' ὅπερ ἐστι καὶ τοῦτο μόνον ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον· *animus solus est separatus quicquid est, et hoc solum est immortale et sempiternum.* De perfectihabia; ita enim ἐντελέχειαν Aristotelis Hermolaus uertit, ad nauseam disputatum a scholasticis. Ego, quamuis omnes loculos philosophi nondum excusserim; lecta tamen hactenus in contrarium argumenta ita fulcio; ut philosophum inter animam et mentem distinxisse existimem. Ista enim crescimus, edimus, bibimus, aluum oneramus et exoneramus: haec uero nihil cum sordidis hisce rasisque rebus commercii habet; cuius munus intelligendo et uolendo absoluitur. Moritur igitur non ex Aristotelis tantum, sed ex mea etiam sententia hominis anima; uti in mensa combusta eius perit oblongitudo: sed mens, ἰσάγγελος perennabit; id est, uti Alex. APHRODISAEVS (q), eius non infimae notae interpres, id comprobat; *moritur anima, quae in Lyceo definita erat, actus corporis organici: mens uero, Diis affinis, est immortalis.* Non igitur Thnetopsychita est Aristoteles, quos proxima nos dissertatione conficiemus.

tam differt. consule paragr. ult. Hieronymus Epist. XXV. Philosophiae Martyrem dicit. uid. etiam Callimachi carm. Anthol. 3. Similia exempla Lactantius dabit lib. III. §. 19. p. 297. (c) lib. I. Tuscul. p. 164. (d) lib. III. §. 19. (e) lib. VII. §. 7. p. 671. confer quae idem eodem libro habet. §. 20. p. 715. (f) Ex instituto haec B. Thomasius est prosequutus Dissert. X. et XV de Philosoph. Stoic. (g) lib. IV. contra Celsum. p. 209. et lib V. p. 244. seq. (h) lib. III. Physiol. Stoicor. p. 139. (i) idololatr. gentil. lib. I. c. 10. et lib. III. c. 40. (k) Phys. Theolog. de Deo lib. II. c. 2. (l) Disputat. de morte invindis An. 1667. instituta. (m) Ecl. Phys. lib. I. (n) de anima. (o) in Epictet. et de anima, confer huc inprimis Huetium C. R. et F. p. 160. (p) Lib. III. de Anim. text. 19. 20. uid. hanc in rem Vossius lib. I. c. 10. et lib. III. c. 46. p. 462. (q) lib. I. de anima et probl. I.

OPVSCVLVM VIII.

HISTORIA PRINCIPATVS ARAVSIONENSIS, ET FATA EIVS NOVISSIMA SVB GVILIELMO TERTIO,

Magno Britanniarum Rege,
die X. Aug. CIϽ IϽC XCIV.

CAPVT I.

Occasio scripti	*Cornetana.*
Auriaci Scriptores.	*Bausciana.*
Principatus origo.	*Cabillonia.*
Principum Familiae.	*Nassauica.*

GVILIELMI, eius nominis tertii, Magni Magnae Britanniae Regis, in Galliam iura, ex uerioris historiae monumentis, nuperrima eruimus dissertatione. Nunc, quam inique eidem Augustissimo huic Monarchae, qua is Nassauiae est Comes, Principatus Arausionensis a rege Galliarum

CAP. I. rum ereptus aliquoties et quam iniuste ademtus sit, postea, quoue praetextu, commonstratum dabimus. Ante uero, quam ad haec nostrae aetatis tempora ueniamus; huius principatus quae origo, quis situs, qui principes, traderemus, praesertim cum uix aliqui sint, qui haec ex instituto tractauerint, (a) nisi argumenti huius magnitudo iustum potius uolumen exigeret, contra quam praesens patitur institutum (b). Diuersarum tamen familiarum principes Auriacum principatum, diuersis temporibus, possedisse, ut moneamus, argumento nostro inseruit. Harum uero quatuor numerantur. Prima; eaque antiquissima, CORNETANA est. Quam seculi octaui exitu in *Guilielmo Cornuto* coepisse, sed in *Rambaldo* IV. desiisse Anno Ch. cIↄ c LXXXVII. pleríque tradunt. (c) Alteram CAP. I.

Dd 3 BAV-

De principatus Arausionensis scriptoribus PISIO. (a) Arausionensium aliquot principum res pace belloque laudabiliter gestas Francorum, Burgundionum, Belgarumque annales, sat equidem copiose enarrant. Qui uero omnium ordine uitas, peculiari libro, perscripserit, uix unum aut alterum reperio. Primas *Iosepho de la* PISE defero, cuius liber, *Tableau de l' histoire des Princes et Principauté d' Orange*, qui Hagae Comitis 1639. uasto uolumine, cum principum et generis antiquitatum aliis, imaginibus aere expressis, prodiit, iustam Auriacorum historiam exhibet, ab initio gentis, anno scilicet post Ch. N. D CCC. usque ad Henricum Fridericum Nassauise Comitem, qui An. Ch. cIↄ Iↄc XXXVIII. floruit, deductam, atque ineditorum scriptorum, quos ex Arausionensi Archiuo deprompsit autor, testimoniis grauissimis, auctam ac confirmatam. ANONYMO. Praeter hunc ANONYMVS quidam *l' Histoire des Princes d' Orange* scripsit, [illegible] *Amstelodami* edidit 1692. 8. qui uero relam a [illegible]mo I. Nassauio exorditur, seculi XVI. principe, quam licet ad haec fere tempora pertexat; pauca tamen de Auriacis habet, sed in rebus uersatur, ab his principibus in Belgio, atque a nostro Magno Guilielmo in Britannia maxime gestis. Hanc uero libri non primam editionem esse, *Dresdensis* docet, e Gallico idiomate in Germanicum translata, et minori ibidem forma euulgata 1690. Alia uersio, priori recentior, 1692. Francofurti prodiit in 12. Vtraque hac Gallica praestat, idque uel ideo: quod istius autor praefationem addidit, in Germanicis omissam. Quae tamen introductionis instar, in pleniorem Arausionensium historiam, esse potest. Pertinent huc etiam prouinciarum scriptores *NOSTRADAMVS, RVFFY, BONIS et BOVCHE*, Langedockiae *CATEL*, Delphinatus *CHORIER* et rerum publicarum alii, qui in MORERIO. *MORERII grand Dictionaire Historique* citantur, CLERC. huic *CLERC*, qui supplementa in istum librum scripsit, titulum addidit, *Article plus exact tiré des Archives de la Principauté d' Orange*, deinceps sub SAGITTARIO. eius nomine citandum. Tandem *Caspar. SAGITTARII*, qui nuper fatis concessit, *Dissertatio de origine et successione principum Arausionensium; usque ad Wilhelmum* III. *Magnae Britanniae Regem Ienae* habita 1691. nominari meretur quamuis titulo opus ipsum non respondeat; neque enim de origine hoc est, *Cornetana* familia, lectu digna habet; Wilhelmi III. uero historiam ne attingit quidem, sed promittit. Media igitur tractat, e Thuani lib. XXXI. p. 132. maximam partem desumta. In recentiori [illegible] historia omnium nobis instar *Iacobus Pineton de* CHAMBRVN erit, ultimae huius metamorphoseos *αὐτόπτης*, in istoque principatu concionator aulicus et potior huius tragoediae persona, librum 1686. ab autore *Hagae Comitis* editum, *Henr. Haegerus* Germanice uertit, hocque titulo 1690 *Herbornae* euulgauit: *Thraenen, so sich uei jassende, die Verfolgungen, so ergangen sind über das gantze Fürstenthum Oranien seit dem Iahr* 1660. Post hunc, sumtuosum ac splendidum uolumen exstat, in quo res ab hoc principe in Germania, Belgio, ac Britannia gestae numismatibus aere depictis, illustrantur. Titulus libri est, *Histoire de Guillaume* III. *par NICLAS CHEVALIER Amsterdam* 1692. *fol.* Haec cum THEATRO, ac DIARIO EVROPAEO, VALKENIRIO, THVLDENO, BREVVERO, *literis ac relationibus* publicis aliisque *huius seculi scriptoribus*, quoad fieri poterit, conferemus. CHAMBRVN. CHEVALIER.

(b) Operae igitur pretium esset, ex recensitis huc usque, scriptoribusque aliis, qui horum principum uel obiter mentionem faciunt, uel alicuius uitam plena exhibent, Auriaci principatus historiam condere, inque sermonem latinum, eruditis communem, transferre. Verum ut haec ipse a mille fere annis repeti debent, ita nec angustis aliquot paginis includi possunt: has autem nunc excedere non proposuimus. *Arausionens. hist. ratio.*

(c) De *Arausionensis principatus* origine ita sentit *de la PISE part.* 1. *p.* 50. *de l' histoire des Princes d' Orange*, WILHELMVM CORNETVM, a *cornu*, quod uenatorum more secum perpetuo gessit, sic nominatum, siue, ut *ANONYMVS de l' Histoire d' Orange* scribit, a *curto naso*, cuius partem ictu gladii amiserit, gallice *court nez*, dictum, idest, *cornetum*, quamuis pro priori sententia Arausionensium insignia stent, *cornu* expressa, ingentis famae ducem fuisse, inque singulari apud Carolum M. gratia. Hanc fortitudine in bellis, maxime contra Saracenos, adhibita, ex quo etiam *Christiani nominis gladius* est dictus, usque eo auxisse, ut idem ui imperator, quo tantis meritis mercedem reponeret, Arausionem donauerit, principemque effecerit, summa pariter in principatu potestate ad eundem translata. Haec ita *seculi octaui* exitu, anno scilicet post Ch. N. Iↄccvııı. contigisse, idem asserit. Quam temporis rationem, cum plurimis ipse manu exaratorum, idque antiquissimorum codicum testimoniis firmet, non est, quod ab ea temere abeamus [*] SAGITTARIVM uero Cl. uitum in his ipsis haesisse, *Principatus Arausionens. origo.* CORNETANA FAMIL. *Vnde?*

[*] Placet loca exscibere, quae habet BOVCHETVS in libro *la ueritable origine de la maison royale de France* part. 2. p. 333. seqq. Sunt autem ex *Mstis* et coaeuis scriptoribus haec, quae sequuntur:

Extrait de la uie MS. de Sainct Guillaume Comte de Tolose.

Tempore Pipini regis Francorum GVILLELMVS ex patre Theoderico consule et matre Aldana natus est. In infantia litteris imbutus est et sub Carolo magno militiae mancipatus est. Nomen consulis et consulatum et in rebus bellicis primae cohortis sortitur principatum. Deinde a Carolo dux Aquitaniae constituitur, eique legatio contra Theodebaldum regem et Hispanos atque Agarenos iniungitur. Acriter Septimanism ingressus Rhodanum transiuit, ARAVSICAM urbem obsedit et fugatis inuasoribus eripuit. Deinde cum barbaris transmarinis et uicinis Agarenis multos conflictus egit, in gladio

CAP. I. BAVSCIANAM *Bertrandus Bausius* instituit, Anno Chr. ClↃ.CLXXVII. et masculos successores habuit usque ad *Raimundum II.* qui floruit ClↃ CCCXCIII. CAP. I.

(*d*) Ter-

Cornetanae stirpis principes.
1. WILHELMVS 793. An. Ch.
2. HERIMBRIA 806.
3. HVGO RORGO. 839.
4. ALATAIS 880.
5. RAMBALDVS I. 910.
6. BOSO. 914.
7. GERALD. 1086.

fisse, non miror. PISIVS enim optimus ac unicus forte scriptor est, qui haec ex in[...]ro tractauit, aut tractare etiam potuit, aditu ad domesticos sibi scriptores et Araosionensium archiua facto. Hunc igitur cum non legerit iste, scopulos offendit, pridem ab. ep superatos. Sequuntur nunc, quibus Arausionensis Principatus hereditas a WILHELMO CORNETO euenit; HERIMBRIA scilicet, quae patri An. Ch. DCCCVI. successit, et Domino Prouinciae [de Prouence] desponsata eundem XXXIII. annis tenuit. [...] HVGO et RORGO, dubium an filii istius, uno tempore rexerunt, annis XLI. ALATAIS hos proxime excepit, cuius possessioni XXX. an. adscribunt. RAMBALDVS I. filius eius IV. annis principatu administrato, eundem BOSONI reliquit. Post quem, quis imperauerit, ignoratur, usque ad GERALDVM *Adhemarum*, qui X. an. principatum possedit, cuius initia incidunt in annum Ch. N. ClↃ LXXXVI.

RAMBALDVS II. deinde XIX. annis Arausiouensibus praefuit. Cuius filia TIBVRGA *Guilielmo II.* nupsit, uni ex superius memoratis *Hugonis* posteris. Administrauit haec principatum ann. XXXV. quem duos filios inter WILHELMVM III. et RAMBALDVM III. [filia enim Tiburga Bertrando Bauscio nupsit] diuisit. Qu[...] iste, altero sine liberis mortuo, post XXIV. an[...] WILHELMO IV. et TIBVRGAE, filio filiaeque eundem eodem modo distribuit. Successit III. an. post *WILHELMO IV.* parenti RAMBALDVS IV. quo sine prole decedente, principatus ad maritum *Tiburgae* quae soror fuit Wilhelmi III. [nam Wilhelmi IV. soror sine liberis decessit] *Bertrandum I.* Bauscium, peruenit, sicque in alteram familiam *Bauscianam* est deuolutus, ann. Ch. ClↃ CLXXVII. cum ad quatuor secula usque sub CORNETANA floruisset. Singula testimoniis fulcire, copia non datur. Id uero PISIVS fecit, autor saepius a nobis laudatus.

8. RAMBALDVS II. 1096.
9. TIBVRGA 1115.
10. WILHELM. III. RAMBALD. III. 1150.
11. WILHELM. IV. TIBVRGA. 1174.
12. RAMBALD. IV. 1177.

(*d*) Pri-

gladio suo populum DEI ope diuina saluauit [...]umque Christianum dilatauit et Saracenos perdomuit. In territorio Luteuensi, in ualle Gellonis inter innumeros scopulos in honorem saluatoris et duodecim apostolorum monasterium construxit, monachosque religiosos cum abbate ibidem constituit et omnia necessaria eis largiter praeparauit et ipsorum charitas sui et regalibus testamentis confirmauit. Duae uero sorores eius Albana et Bertana factae sunt ibi sanctimoniales et in DEI cultu bene perseuerarunt.

Post longum tempus a Carolo accitus Franciam expetiit et honorifice susceptus, se mo[...] fieri uelle denudauit. Rex illi cum multis fletibus concessit et de thesauris suis quicquid uellet [...]clesiam suam deferri iussit. Guillelmus autem omnes terrenas opes respuit, sed phylacterium quoddam sanctae crucis lignum continens requisiuit et obtinuit. Illud nempe dum Carolus rex primo anno imperii sui Romae morabatur, Hierosolymitanus patriarcha per Zachariam magni testimonii sacerdotem transmiserat. Audita mutatione Guillelmi tota domus regia consurgit, omnisque ciuitas subito ruit. Adest magna procerum frequentia et plorans intrat cum uiolentia et Guillelmo ne deserat eos supplicat cum lugubri querimonia. Ille uero DEI igne feruens omnia reliquit et cum ingenti honore deductus omnibus ualefecit demumque ab exercitu Francorum cum lacrymis suspirante discessit. Ad Briuatensem uicum perueniens, arma sua ad altare sancti Iuliani martyris offert, galeam [...] spectabilem clypeum in templo ad tumulum martyris, foris uero ad ostium pharetram et arcum, ingen[...]lum et uersatilem gladium DEO praesentat. Deinde peregrinus Christi per Aquitaniam ad monasterium properat, quod ipse paulo ante in eremo construxerat. Nudis pedibus appropinquat monasterio, ad carnem indutus cilicio. Audito eius aduentu uenitur ei obuiam procul in biuio et ualde contradicenti festinata fratribus processio. Ibi tunc offert phylacterium omni auro preciosius cum calicibus aureis et argenteis et aliis multis ornamentis multimodis: factaque petitione mundum cum suis omnibus reliquit pompis et lenociniis.

Igitur anno ab incarnatione domini DCCCVI. imperii Caroli quinto, in natale apostolorum Petri et Pauli Guillelmus comes monachus factus est subitoque immutatus in Christo Iesu et alteratus est.

Monasterium quod ante monachatum ex toto non perfecerat adiuuantibus filiis suis Bernardo et Guillelmo [quos comitatibus suis praefecerat] comitibusque uicinis, perfecit ut ceperat. Difficilem uiam ad iam dictum monasterium pro asperitate montium direxit, rupem cum malleis et securibus, uariisque ferramentorum generibus argumentose incidit, iactatoque de lapidibus fundamento secus flumen Araris uiam altius [...] et monti coniunxit.

Ludouicus Caroli filius rex Aquitaniae, cum omni bonitate de fiscis sui iuris Guillelmo petente monasterio dedit et cum praecepto regio anulique sui auctoritate firmauit.

Tandem *Guillelmus* perfectus uirtutibus spiritu prophetiae donatur et diuinis oraculis uita eius declaratur. Obitus sui diem abbati et fratribus praedixit multisque uicinis scripto eam significauit et Carolo regi delegauit nuncium et signum quod fieret dum moreretur manifestissime indicauit. Tandem omnibus rite consummatis migrauit B. Guillelmus V. Kal. Iunii, angelis gaudentibus et terrigenis plorantibus.

Extrait de la vie de Louis le debonnaire, par un auteur incertain son contemporain.
Sous l' an DCCXXCIX.

Chorsone porro a ducatu Tholosano submoto, ob cuius incuriam tantum dedecus regi et Francis acciderat, WILLELMVS pro eo subrogatus est. Qui Vasconum nationem, ut sunt natura leues, propter euentum supra dictum ualde elatos et propter multationem Adelerici nimis reperit efferatos. Quos tamen tam actu quam uiribus breui subegit, illique pacem imposuit nationi.

Extrait de la fondation de l' abbaye de saincte Marie d' Orbieu, faicte par Guillaume Comte de Tolose et vulgairement ditte a cause de luy, l' abbaye de sainct Guillaume du Desert.

WILELMVS diuina annuente gratia comes, pro animabus genitorum meorum Theodorici et Aldanae, uel fratrum meorum Theodoini et Adelelmi et sororum Adanae et Bertradae, liberorum meorum Witcarii, Gotzleni, et Herberti et denique uxorum mearum Chunegundae et Goibergae, etc. Actum XIX Kalend. Ianuarii, indictione XIII. anno quarto imperii domini Karoli serenissimi Augusti, regnique Francorum XXXVI.

CAP. I. (d) Tertia deinceps CABILONICA successit, cui initium Iohannes Cabilonius attulit, ann. Ch. CIƆ CCCVIIC. finem Philibertus imposuit an. CIƆ IƆXXX. (e) Hanc quarta tandem, NASSAVICA, excepit, in Renato, Nassauiae comite, Anno CIƆ IƆXXX. quae etiam nunc in Magno GVILIELMO uiget, Augustissimo Britanniarum Monarcha (f). CAP. I.

CAPVT II.

Bausciánae Familiae principes Arausion.

(d) Primas BAVSCIANAE stirpis natales Francorum non attinget historia; siquidem fabula Anonymi, quam PISIVS part. II. p. 66. ex MSC. citat, uera est. Is enim Bauscios a tribus illis, siue regibus, siue magis aliis, quorum in Christi natalitiis recordamur, descendisse, ex stella uaticinatur, quam insignis loco Baosciani quondam principes habuere. Sed illiterati ac insulsi hominis opinionem explodere, nullo est opus monitore. Bausciánorum etiam origines scrutari, nostrum nunc non est. Summam enim illorum sub BERTRANDO I. quo de nos agimus in Gallia existimationem fuisse, ex connubiis ac affinitatibus patet, quas principum Arausionensium filiae cum istis frequenter iniere, quasi in tanta, quae tunc erat, masculae sobolis paucitate fatterentur Auriaci, hos se pro dignissimis habere, ad quos, si suae stirpi aliquid humani accideret, Araosiouensis principatus transferretur. Quod quomodo in BERTRANDO I. factum fuerit, supra dedimos commonstratum. Huic post X. annos filios successit WILHELMVS V. qui XL. annos principatum administrauit et successorem filium utrumque habuit WILHELMVM VI. et RAIMVNDVM I. quorum isti, cum XIV. annos in possessione fuisset, WILHELMVS VII. filius hocque mortuo, IX. annis post, RAIMVNDVS II. frater, et huic, qui XXIV. annos rexit, filii BERTRANDVS II. et RAIMVNDVS III. successere, quorum omnium in principatu socios fuit Raimondos I. qui usque huc dixit, et LIX. annis principatum possedit, filio BERTRANDO III. relicto successore. Ad hunc tandem totus rediit principatus, quem administrauit ann. XXXIV. RAIMVNDVS IV. tum successit imp. ann. XXV. hunc denique filius RAIMVNDVS V. excepit. Qui cum LIII. an. princeps fuisset et mascula prole careret, Arausio ad filiam eius MARIAM et huius maritum Iohannem Cabilonium uenit. Quo tempore tertia Auriaci principatus familia, Cabilonia incepit, postquam BAVSCIANA in altero seculo exspirasset. Qui fide dignos huius historiae testes desiderant, ad PISII part. II. remittimus. SAGITTARII enim plurimis lacunis laborant et erroribus featent, isto ex scriptore facili negotio emendandis. Quod uero tanto uiro et de Germaniae historia meritissimo imputari nolim. Fecit enim, quod potuit, tantum operam potuit, quantum scriptores valuere, ab ipso adhibiti. THVANVS etiam huius rei aliquid affert lib. XXXI. Hist. pag. 133. sed summa tantum is capita repetit, neque crediderim, isto tempore plenius quid, de hac historia, extitisse.

1. BERTRANDVS I. An. Ch. 1173.
2. WILM. V. 1183.
3. WILHELMVS VI.
RAIMVND. I. 1225.
4. WILHELMVS VII. 1239.
5. RAIMVNDVS II. 1248.
6. BERTRANDVS. II. RAIMVNDVS. III. 1272.
7. BERTRAND. III. 1282.
RAIMVND. IV. 1314.
RAIMVND. V. 1340.

Familia CABILONICA.

(e) Rationem, qua in CABILONICAM traductus stirpem Arausionensis sit principatus, mox indicauimus. Hanc uero inter illustrissimas Galliae familias fuisse, a Burgundiae Comitibus oriundam, Cl. V. SAGITTARIVS docuit, et a prima seminaris origine PISIVS repetiit III. lib. cit. parte. Quam repetere hic eamben facile, sed nostri non esset instituti. Ad quod sufficit, IOHANNEM Cabilonium, ducta Maria Bauscia, Raimundi Bauscii, eius nominis quinti, Arausiorum principis, filia et herede, primum suae familiae Arausionensem factum principem esse, filiumque LVDOVICVM post XXV. annos post, heredem reliquisse et successorem. Cuius locum post XLIV. annos WILHELMVS VIII. filius subiit, qui XIII. annos tenuit principatum, filioque reliquit IOHANNI II. qui XVI. annos rexit. PHILIBERTVS superstes. Hic licet parenti successerit, medio tamen uitae cursu, aetatis XXXIII. principatus XXVIII. in maximarum rerum conatu periit in obsidione urbis Florentiae CIƆ IƆ XXX. Fratri sine liberis mortui heres Claudia soror fuit, Henrico ante Nassouio in matrimonium collocata, e quibus nuptiis Renatus erat, heres matris et institutus propter in testamento ao unculi successor. Videantur, praeter citatos, CHYTRAEVS part. I. chron. Sax. p. 468. seq. THVANVS l. XXXI. p. 134. Pont. HEVTERVS hist. Burg. ad h. a METERAN. l. X. p. 385. F. STRADA Dec. I. lib. II. p. 270.

IOHANNES de Chalon 1393.
LVDOVIC. 1418.
WILHELM. VIII 1462.
IOHANN. II. 1475.
PHILIBERT. 1502.

Familia NASSAVIA.

(f) Vero NASSAVIAM gentem in Germania antiquissimam et illustrissimam Ioh. MEVRSIVS uocat, Part. I. Guilielmi Auriaci lib. I. et Belgii lumeo, GROTIVS lib. I. Annal. p. 10. Austriacis aemulam dicit, impari certamine. Non incerta, pergit iste, temporum dicam, et bialca, quaeque fabulis propriora ab indubitato principio annos plus nongentos habet. Nec multum sana operae esset, a mille annis repetere cum PISIO p. IV. hist. cit. aliisque, qui de ortu ac origine principum scribunt. sed nostri est instituti, ab eo tempore incipere, quo Nassauii in hereditatem Arausionensis Principatus uenere. Quod quomodo RENATO I. contigerit, exposuimus. Huic uero XXIV. an. post, in obsidione Sandesirii caeso, cuius morti Carolus V. illachrymatus esse dicitur, SVRIO teste ad an. 1544. p. 460. WILHELMVS I. mortui patruelis et in testamento heres institutus, HEVTERO, STRADA, CHYTRAEO testibus, ll. cc. successit. Qui cum XL. annos regnasset, scloperi ictu a sicario uulneratus Delphis periit. Horribilem tanti herois casum omnes historiae lugent THVANVS, REIDANVS, METERANVS, GROTIVS, MEVRSIVS et istius temporis scriptores alii. Nam tum maior filius, PHILIPPVS WILHELMVS principatus intestato heres, eundem captiuitate Hispanica liber, administrauit XXX. annos. Sine liberis mortuum MAVRITIVS frater sequutus est, qui VII annos Arausionem possedit, sed improlis is pariter decessit, eoque propter successorem fratrem habuit FRIDERICVM HENRICVM. Qui postquam XXII. annis rexisset, principatum superstiti filio reliquit WILHELMO II. at hic, III. annis post, Wilhelmo III. posthumo, quo de in praesenti.

RENATVS I. A. Ch. 1530.
WILHELMVS I. 1544.
PHILIPPVS WILHELMVS 1548.
MAVRITIVS 1618.
FRID. HENR. 1625.
WILHELM. X. 1647.
WILH. XI. 1650.

(a) Vt

CAPVT II.

Wilhelmi III. natales.
Arausionis sub eo fata.
Prima Galli ereptio 1660.
Restitutio eiusdem prima 1665.
Secunda ereptio Galli 1673.
Eiusdem restitutio 2da 1679.
Vltima tandem ablatio 1682.
Et misera principatus facies.

HVius igitur regis ac principis fata, admirabilitatis plenissima, intentis nunc oculis intuebimur. Ita enim consilii nostri rationes exequi, ipsumque ad scopum tendere oportet, quem huic praefiniuimus labori. Wilhelmum II. uero nostri parentem Wilhelmi III. fuisse, diximus. Is nempe gloriosissimae memoriae princeps, cum die nouembris sexto, quinquagesimo huius seculi anno, in Belgio moreretur, quatuor et uiginti annos natus: uxorem Henricam Mariam praegnantem reliquit, quae, octo dies post, filium enixa posthumum fuit, nostrum nempe tertium eius nominis Wilhelmum. Qui cum solus ac unicus esset, in mortui parentis locum successit, eius intestato heres (*a*). Non patiebatur tunc infantis Wilhelmi aetas, ut ipse principatui regio-

(*a*) Vt uno uelut conspectu Nassauiorum in Arausionensem Principatum et iura et successiones cernantur, historiae eius summam breui huic tabulae includemus. Quae et nouissima docebit, dicta que superius in memoriam reuocabit; in utroque uero ad id faciet, ut, uestigio hic leuiter presso, ipsam deinceps historiam uberius persequi poterimus. Id obiter obseruari uolo, quod sorores *Wilhelmi II.* non curemus nunc adeo. Cum unius *Ludouicae*, Frider. Wilhelmo Elect. Brandenburgico nuptae, maioris natu foecunditas ceteris in successione principatus uiam facile praecludat.

IOH. Chalon.		IOH. Nassau. C.	
PHILIB. arrais 1530.	CLAVDIA uxor. —	HENR. Nass.	WILHELM. Com. Nass.

RENATVS 1530. imp. 14. testamento et necessitudine ultimi e Cabiloniis heres.	WILHELMVS I. 1544. imp. 40. Renati patruelis et heres ab eo scriptus.

PHILIP. WILHELM. nat. 1552. imp. 34. aetat. 13. cum parens contra Hisp. in Belg. bella gereret, ex Louaniensi Academia captiuus in Hispaniam ducitur, detinetur 30. an. Mauritio fratre interim princip. administrante, moritur arrais 1618.	MAVRITIVS fratri success. nat. 1567. mort. 1625. imp. 7. an. caelebs	FRIDERIC. HENRIC. fratri successit. [illegible] 1584. Vxor AEMILIA Comitissa *de Solms.* mortuus 1647. imper. 22. an.

WILHELMVS II. nat. 1626. mortuus 1650. d. 6. nouemb. imper. 3. an. aetat. 24. Vxor HENRICA MARIA Caroli I. Angl. Reg. filia.	LVDOVICA HENRICA. nata 1627. 17. nou. nupt. 1646. 27. nou. FRIDERICO WILHELMO Elect. Brandenburg. denata Colon. ad Spream. 1667. d. 1. Iun.	ALBERTINA nupt. Princ. Nassanio agnato.	HENR. MARIA nupt. IO. GEORG. Anhalt Dessau	MARIA nupt. Duci Simer. Palat.

WILHELMVS III. nat. 1650. d. 14. Nouembr. Vxor MARIA Iacobi II. Angl. Reg. fil. nupta 1677. d. 9. nou. Belgar. 1673. Angl. 1688 [illegible] seruator factus; et [illegible] horum 1689. rex. Europaeae libertatis uindex ac custos.	FRIDERICVS III. Elector Brandenburg. nat. 1657. d. 1. Iul.
	FRID. VVILHELM. nat. 4. Aug. 1688. Electoratus heres, primus Fridericianae Magnificentissimus. Cuius ipsa hoc die septimum natalem celebrat.

(*b*) No-

CAP. II.

regionibusque aliis suis praecellet. Filii igitur partes mater sustinuit, publicaque negotia administrauit, aut suo nomine administrari fecit, in Arausionensi etiam principatu. Sed Aemilia, quae, ex obitu FRIDERICI HENRICI, pariter in uiduitate uiuebat, de eodem principatum administrandi iure, Mariam postulauit. Queis in litibus cum bonum tempus contererent uiduae, earum arbitrum Galliarum se fecit rex. Tali quidem ratione, ut quo neutra haberet, A quo de usceptaret, tuae Arausionensis principatus custodiae, usque ad iuuenis Wilhelmi pubertatem, traderetur (b). Sed quamuis Maria Angla, quae facile diuinauit, ex custodia hac principatui carcerem futurum, literis regem certiorem faceret, Aemiliam sibi reconciliatam esse, nec quidquam superesse discriminis inter utramque, rogaretque simul, ut eapropter a principatu ipse abstineret (c): nihilo secius tria Gallorum millia Arausionem petierunt (d),

Lud. opusc. tom. II. Ee ur-

Orasio, qua Gallus Arausionem 1660. inuasit, lites uiduarum. Testes: Theatr. Europ.

(b) Nostra interest, ut singula idoneis scriptorum testimoniis firmemus. De aemulationibus uero principes uiduas inter subortis, quae Gallo occasio fuere inuadendi principatum, omnes uno ore loquuntur. *Martinus* MEIERVS auctor *Tomi VIII. Theatr. Europ p.* 1345. ait: “auf der Reise nach Avignon den 7. *Martii* 1660. liess der Koenig zur Belagerung der Vestung *Orange*, so der Printzen uon Oranien Stamm-Hause, gehoerige Anstalt machen, um sich selbiger, wie auch des gantzen Fürstenthums *Orange*, *woruber bey den Vormundern und andern allerhand Spaltungen und Zwietracht vorfielen*, zu bemaechtigen, und es indessen, biss zu des Printzen uon Oranien Erwachsung in Besitz zu nehmen.“ Nec aliter DIARII EVROPAEI auctor *ad an.* 1660. *d. X. Mart.* eadem de re disserit: “*Wegen allerhand Spaltungen, so unter den Vormundern, und andern, wegen des Fürstenthums Oranien*, in Franckreich gelegen, entstanden, hat der Koenig in Franckreich Vrsach genommen, solches, wie die Stadt und Vestung *Orange*, in Posses zu nehmen, und eine Besatzung hinein zu legen.“ Eadem uerba *Augustin.* LIMMERVS habet, *Contin. IV.* Historisch. *Relat. ad hunc an.* quae repetere superuacaneum esset. Sed clarius *Bernhardus* ZECH, *auctor* des Europaeischen Herolds, *part. XI. p.* 1166. hoc ipsum enarrat: “Als die ietzige Koenigl. Maiestaet in Franckreich anno 1660. den Zug nach Marsilien glücklich uerrichtet, und diese berühmte Stadt zum Gehorsam gebracht, welches eine der ersten *expeditionen* des Koenigs war, giengen sie mit dem *Cardinal Mazarini* nach *Orange*, unterm *praetext* [sed tunc temporis iam in urbe fuerant Galli et pactis initis Auriaci milites migrauerant, ut infra doceho] *der iungen uerwittibten Princessin* uon *Orange* [Mariam Anglam intellige] *die des Regiments halber mit der alten Princessie* [Aemilia scilicet Solmensi] in different *war*, *Hülffe zu leisten*, und den Herrn Grafen uon *Donn*, welcher *Gouverneur* und Stadthalter allda, *und der der letzten Parthie ergeben war*, mit Gewalt aus dem *Governo* zu setzen.“ Consentit auctor des ietzlebenden Europae, e Gallico idiomate in Germanicum translatus, part IV. p. 424. “Als der Koenig in Franckreich in dem Streit der zweyen uerwittibten Princessinnen uon Oranien seine Voelcker auf diesen Ort losgehen lassen. Et quae sequuntur. CHEVALIER *le Histoire du Roy Guillaume III. p.* 10. nummum exhibet, cuius una pars imaginem Wilhelmi III. altera personam repraesentat sub iugo, ita circumscriptam: PATIENTIA ET VIRTVTE. De re ipsa uero sic loquitur: “La Maison de Nassau jouïssoit encore de ce droit paisiblement en 1660. lorsque le Roy Trés-Chrêtien prenant pretexte de quelque demeslé qui s' estoit éleué entre les Princesses, au suiet de la regence, se saisit de la Ville d' Orange, non pour conseruer le bien du Pupille et de l' Orphelin; mais pour la piller et la démolir, et en disposer comme de son propre.

DIAR. EVROP.

LIMMER. Relat. Lips.

ZECHIVS EVROP. Her. Auct.

ANONYM.

CHEVALIER.

Principum uiduarum lites inuasionis Gallic. ie princ. Arauf. non uere caussa fuere, monstrore Pineton. de CHAMBRVN.

(c) Docent haec, quantum a uulgari historia arcana differat. Ex citatis enim scriptoribus nemo huius rei uel uerbo mentionem facit, quin potius omnes in id concedunt, Gallum, ut discordiarum inter principes uiduas finis esset, principatum sibi asseruisse. Qui tamen hoc nomine duntaxat texit iniquam inuasionem hanc, atque specioso hoc tegmine uelauit. Quorum et testis et auctor *Iacob Pineton de* CHAMBRVN est, qui *p.* 31. *Sr. Thranen über das Fürstenthum Oranien*, HAEGERO interprete, sic ait: “VVeil ich an diesen Punct kommen bin, muss ich nicht unterlassen zu sagen, dass zu Anfang dieses Iahrs 1660. als der Koenig in Franckreich seine Voelcker gegen die Landschafft *Provence* gehen liess, man in dem Fürstenthum Oranien, in einem grausamen, und wohl gegründeten Schrecken gewesen sey. Denn weilen daselbst die Sachen wegen *Strittigkeit der Princessinnen über der Regierung gantz uerwirret waren*, so urtheilete man wohl diese Kriegs-Rüstung würde sich über Oranien ergiessen. In dieser allgemeinen Bestürtzung hielt man dafür, es wird kein kraefftiger Mittel seyn, wann es moeglich waere diss Vnglück zu stillen, als in aller Eyl eine Person meines Amts an den Hoff des Printzen und der Princessinnen abzuschicken, die ihnen unterthaenig und nachdrücklich uorstellen koente, die Gefahr des aeusersten Verderbens, darinn das Land waere, wann sie nicht würde so gütig seyn, zum besten ihres unmündigen Pfleg-Sohnes, nach ihrer hohen Weissheit ein oder ander Mittel zu ergreiffen, dardurch die Strittigkeit, welche unter ihnen waere, moechte beygelegt werden. Ich habe die Ehre damahls gehabt, zu diesem Amt erwehlt zu werden. Machte mich dannenhero auf die Reiss im Anfang selbigen Iahres, uersehen mit Vollmacht und Vnterricht so wohl an hochgemelte Ih. Kh. Hochh. Hochh. als auch an Ihro Hochmoegende. Zu allem Glück hielt sich die seel. *Madame* Ihro Koenigliche Hoheit glorwürdigst. Gedaechtnüss zu Brüssel auf, wo ich das Glück hatte sehr wohl empfangen zu werden. Nachdem ich das erstemahl *audienz* bey Ihro Koenigl. Hochh. gehabt hatte, *schrieb dieselbe an den Koenig in Franckreich und bath ihn, Er wolte sich nicht weiter in die Oranische Handel einmischen, weil sie wegen der Regierung uergnüget sey:* aber es hielt den Streich nicht auf, wie wir schon angemercket haben.

Inuasionis Gallicae in princ. Arauf. modus.

(d) Modum, quo ceperit Arausionem Gallus, *Martin.* MEIERVS *Tom. VIII. Theatr. Europ p.* 1345. *ad an.* 1660. *mens. Mart* sic exponit: “Der in Oranien liegende Stadthalter, der Herr Graff uon *Dona* wolte zwar den Platz weil er 40. Stücke Geschütz, Soldaten, Lebens-Mittel, und Kraut and Loth genug darinnen hatte, selbst biss dahin dem Printzen zu gut behaupten. Als er aber den Ernst sahe, und die Frantzoesische Voelcker aus dem Delphinat albereits im Anzug waren, den Ort anzugreiffen, wolte er aus gewissen Vrsachen nicht laenger warten: sondern uerglich sich mit dem Herrn MILET, Feldmarschallen und Vnter-

Hof-

CAP. II. urbemque, uicario principis, hic comes de Dona erat, aliisque, qui ex militibus praesidii loco in munimento erant, certo consilio, nihil resistentibus, (e) ingressi sunt. Non dubio argumento, quod litium compositio, quam Gallus simulabat, inuasionis huius inanis potius species, occasionem dicimus, quam uera fuerit causa. Pactum tamen conuentumque, ante quam urbs relinquebatur, in has conditiones est. Primo: ut puberi Wilhelmo restitueret Arausionensem principatum Gallus, eo quidem statu, quo ipse inuenisset; tum, ut hoc interim spatio Arausionem contra cuiuscunque generis postulationes defenderet, ac tueretur; deinde, si impuberi interea Wilhelmo aliquid humani acciderit, idem, quod isti, Ludouicae, Friderici Wilhelmi Electoris Brandenburgici Vxori, legitimaeque ac proximae post Wilhelmum, cuius amita erat, heredi promitteret, ac praestaret; denique intra hoc tempus de legibus, iuribus ac priuilegiis nihil immutaret; imo tandem ne praeficeret principatui aliquem, qui suspectus aut exosus esset Auriacis (f). Sed proh! quam familiare Gallis est, fidem frangere. Vix enim primus et alter abierat mensis, iniquissimo Regis mandato, moenibus suis nudatur urbs et eius ualidissimae munitiones solo aequantur (g). Alias taceo calamitates, quas ciues a militibus CAP. II.

"Hofmeister des Herzogs uon *Anjou*, gegen Erlegung 260000. Francken, die Vestung auf gewisse "Puncten an ubergeben. Wie nun der Herr Graff "uon DONA in der Vestung auf Abrechnung "50000. Francken, zu Bezahlung der Soldaten, und 50000. Kronen für sich empfangen hatte, zohe er "mit der Besatzung heraus, danckte selbige ab, und "reiset so fort, durch die *Vigaresse* nach der Schweitz, "und uon dem, was uorgegangen, Bericht zu thun. "Der Herr von GANT wurde, als *Commendant* mit "noch 200. Mann in die Vestung geleget, und der "Herr uon Mompelier zum Stadthalter uerordnet. "Folgenden Tag aber kamen Se. Maiestæt in Person "dahin, und besahen die Vestung, giengen aber bald "wieder uon dar hinvveg nach Auignon." Reliqua "autorum testimonia allegare supersedeo, ut quae "nihil a priori distant.

Comes de Dona quare non impedierit Gallos 1660.

(e) Comes de Dona, quod aduenientem hostem neque impedierit, neque armis ei obuiam iuerit, his se rationibus tuebatur, quas e DIARIO *Europaeo p. 289. mens. Martii ad Ann.* 1660. huc transferibemus: "den 23. *Martii* kam der in obgedachter Festung *Orange* gevvesene Fürstliche Stadthalter, "der Herr Grafe uon DONA, mit seinem gantzen "Hause zu Lyon an. Die Vrsachen, dass er *Orange* "auf uorher getroffenen Vergleich übergeben, "vverden folgende erzehlet 1. hætte er keinen "Entsatz aus Holland zu hoffen gehabt, 2. uielvveniger einigen Mann aus Franckreich haben kœnnen, vveilen der Kœnig, bey Lebens-Straffe uerbothen, ihm auf einerley Weise beyzuspringen, 3. "hætte der Kœnig den Zoll auf der Rosne, so zu unterhaltung der Besatzung gedienet, aufheben lassen; 4. Er aber die Stadt in gæntzlichen Verderb, "auch die Religion in Gefahr setzen mœgen. Vnd "vveilen auch 5. *Orange* in dem zu Nantes getroffenen Vergleich nicht begriffen, hætte der Kœnig, "vvenn es zur Belagerung kommen vvære, den Platz "als eine mit Gevvalt einberte Stadt für sich behalten dürffen" Iisdem uerbis, eodemque ordine in *Theatro* EVROPAEO haec extant *Tom. IIX. p* 1345.

Conditiones quibus Arausio Gallis relicta est.

(f) Conditiones quibus Gallorum se Rex, ante, quam ipsi a comite de Dona Arausio relicta est, astrinxit, in DIARIO *Europaeo l. c.* tot uerbis habentur: "Zuuorst mit dem Fürstl. Stadthalter, "Herrn uon DONA, und dem Herrn MILET Feldmarschalln und Vnter-Hofmeistern des Hertzogs "uon *Anion* des Kœnigs Bruder, vvegen Vbergab "dieses Fürstenthums und Vestung Oranien folgender Gestalt geschlossen vvorden.

1. "Se. Maiestæt in Franckreich vverden das Fürstenthum und Oranien in die Hænde des Printzens, "so bald er zu seiner Maiorennitæt gelanget, nebenst "aller Kriegs-*munition*, Geschützen, Waffen, Möbilien, und allem vvas in der gedachten Vestung "bey Vbergab derselben vvird gefunden, und *inuentiret* seyn, *restituiren* oder *redlisiren* lassen.

2. "Ihre Maiestæt vverden gedachtes Fürstenthum und Vestung Oranien, vvæhrender Minderiæhrigkeit des Printzens *conseruiren* und ihn schützen gegen alle *praetensionen*, so iemand, vvas qualitæt er seyn mœchte, darauf haben oder *formiren* "solte und vverden Seine Maiest. gedachtem Printzen, vvann er zu seiner *maiorennitæt* vvird gelanget seyn, selbiges *restituiren*.

3. "Dafern der Printz bey vvæhrender seiner *minorennitat* solte uersterben, vverden und vvollen "seine Maiestæt gedachtes Fürstenthum und Vestung *der Churfürstin von Brandenburg, und deren "Successoren remittiren* und vvieder einræumen.

4. "Seine Maiest. vverden Sorge tragen, dass die "Bezahlung der *Guarnison* ohne einige *repetition* "auf den Printzen, noch auf das Fürstenthum geschehe, vvelches frey vvird bleiben, und in demselbigen Stande, als bisshero gevvesen, und sol selbiges mit einigen hæhern Auflagen, als derienigen, die es bisshero seinem Printzen bezahlet, nicht "beladen vverden.

5. "S. Maiest. vvollen keinen Commendanten "in gedachte Vestung noch Fürstenthum setzen, der "dem Grafen DONA oder seinen Freunden *suspect* "oder zu vvider sey,

6. Der Graf uon DONA soll bestellet bleiben, als "Stadthalter gedachten Fürstenthums, vvievvohl er "bis vvæhrender Minderiæhrigkeit das *officium* nicht "*exequiren* sol, biss das Fürstenthum *restituiret*, und "der Printz alsdenn seine Bestallung vvird *confirmiret* haben.

7. "Der Kœnig vvill auch dem Grafen uon DONA alle Vnkosten und Schulden, so er in dieser Bedienung gehabt, und gemacht, uollkœmlich erstatten, und stellet ihme und andern *officirern* in "der *Guarnison* frey, ihre Güther in dem Fürstenthum zu nutzen, zu gebrauchen, zu uerkauffen, "vvie und vvenn es ihnen belieben vvird.

[illegible] Gallica inuasione calamitatum.

(g) Tristis huius rei exitus omnium luculentissime docet, quo animo, quaue intentione ceperit Gallus Arausionem. Praesentiebant hoc malum rerum ciuilium gnari, quos inter CONRINGIVS *part. II. Thes. Rerumpubl.* ita de eo diuinauit: *arcem ipsam Arausionem Rex Galliae tenet, nec credo restitutum iri arcem, nisi denudatam suis munimentis.* Quo etiam pertinent, quae in DIARIO *Europaeo p.* 281. *l. c.* extant: "Als die Vbergab im Haage kunt worden, hat man übel dauon geredet, dass "zu dergleichen Verændrungen man Vrsach gegeben, und obgleich dem Printzen solcher Ort solte "restituiret werden; so wære doch besser und "sicherer, man hætte noch freye Hand. Des Churfürsten zu Brandenburg Minister, Herr WEI-

"MANN

CAP. II. bus Gallis in facultatibus suis, atque in religione a pontificiis perpessi sunt (*b*). Acerbissimum uero hoc iugum toto quinquennio sensere Auriaci. Quod cum nec deiicere a ceruicibus, neque repellere possent, uiduam, auiam puta; nam Maria Angla, mater 1662. decessit (*i*), atque alios impuberi principi institutos tutores ad sui miserationem excitarunt. Quae etiam illorum querelae CAP. II.

Lud. opusc. tom. II.

"MANN hat im Nahmen seines Principalen, "und ihrer Hoheit, der Princessin Douagiere, "denen Herrn General-Staaten die übergab der "Vestung notificiret, mit Bitte, Ihre Hochmœgen-"den wolten dem Hause *Orange*, zeitwæhrender "minorennitæt des jungen Printzens, wider des "Kœnigs in Franckreich proceduren zu assistiren, geruhen." Eiusdem libri auctor *Contin IV. p.* 202. *An.* 1660. demolitionem ad 27. mensis Iulii refert, quam tamen die XXVIII. Maj. (VII. Iun.) factam esse, ex CHAMBRVN p. 25. scimus. Verba istius haec sunt: "um diese Zeit vvard die im uorigen "Theil ervvæhnte, und uon Sr. Kœnigl. Maiestæt "dem Fürstlichen Oranischen Stadthalter, Herrn "Grafen uon DONA abgedrungene Vestung ge-"schleifft, das uornehmste Bollvverck gesprengt, "die Regierung getheilt, und also die schœne Ve-"stung, so die Printzen uon Oranien uiel lange Iah-"re besessen, in Grund uerderbt. Pressius *Pineton de* CHAMBRVN, lib. cit. p. 5. ait: "Es ist aller Welt "bekant, vvas sich im Iahe 1660. zugetragen, zu "vvelcher Zeit der Kœnig in Franckreich sich des "Fürstenthums Oranien bemeistert, die stoltze "Bollvvercke lassen über einen hauffen vverffen, "vvelche Printz *Mauritz* glovvürdigster Gedæcht-"niss aufrichten lassen, als ein furtreffliches Denck-"mahl seiner Herrlichkeit. *Idem p.* 24. *pergit:* "Ich muste 7. Tag (erat die XX. Mai.) nach meiner "Widerkunfft (ex Belgio puta) mit Schmertzen an-"sehen, dass man anfieng die Vestung über einen "Hauffen zu vverffen, dauon der erste Stein "ein unten am Bollvverck gehendes Lamm tod-"tete. Der Vnmuth, vvelchen ich desswe-"gen bekam, uerursachte mir ein 29. tægiges "Fieber, vvelches mich schier uon dieser Welt ge-nommen hætte." Strictim BREVERVS *lib. III. Hist. Decenn. pag.* 319. eandem rem tangit: *Ademit* 1661. (lege 1660.) *hanc principi rex Galliae Arausiam, restituit uero post quadriennium, euerso, natura et arte inexpugnabili castello.* Claudam hanc VALKENIRII testimonio, subacti iudicii uiri, et inter historicos huius seculi principes facile numerandi, quod *part. I. Germ perturb. p.* 30. habet: *die letzte Vestungen, welche diesem letz regierenden Kœnig Ludewig wie ein Stachel im Auge waren, sind Marsilien und Orange gewesen. Welche beyde er in einem Feldzug, auf zurathen Mazarini, eingenommen; wonach die erste mit Citadellen gezähmet, die zweyte aber kurtz hernach gantz niedergerissen worden. Ohngeachtet der Konig, bey seiner Kœniglichen Treue versprochen hatte: daß er das Schloß, Stadt und Land in seinem damahligen Zustand und Freyheit, ungekräncket lassen, und dieselbe fur seine Hochheit den Herrn Printzen von Orange, als rechtmaßigen Ober Herrn, biß daß er zu seinem volkommenen Alter wurde gelanget seyn, bewahren wolte.*

Demolitio munitionis Arauf. 1660.

(*b*) Nondum ita satiata erat hac calamitate Galli crudelitas, ut non alia saeuitiae genera in miseros adhiberet Arausionenses, quorum eo imperante religio titubabat, nutabat libertas, uacillabant uel iacebant potius iustitia ac leges. Ita experiri oportebat miseros et miserandos incolas, quam graue etiam sit Gallum habere uel tutorem uel defensorem, talem enim se ante specie simulationis ostentauit, quam ei relicta urbs est: CHEVALIER, auctor supra laudatus, *in Histoire du Roy Guillaume III. p.* 11. infelicem atque afflictam huius principatus isto tempore faciem, ita depingit: *Il y enuoya des troupes, qui entrerent dans la ville sans resistance; assiegerent les Reformez dans le grand temple; pillerent, tuerent, exercerent mille extorsions sur les habitans, et couronnerent l' iniustice de ce bel' exploit, par la demolition de la place, comme si c' eût esté une place, qui leur eût appartenu, ou ni plus ni moins que s' ils l' auoient conquise dans une iuste guerre.* Dolenter magis, quia spectator mali, easdem calamitates *Pinet. de* CHAMBRVN *l. c. p.* 5. sq. describit. Cuius aliqua, sed *in* [illegible] huc transcripsisse, iuuabit. „Die Regierung blieb 5 Jahr unter diesen "fremden Hænden, und GOTT weiss, was in der "gantzen Zeit dieser zwischen Regierung die Kir-"che erlitten hat. Die Rœmische Catholische "steckten allenthalben die Streit- und Træuungs-"Fahne aus. Sie stiffteten ein Kloster, den miseri-"cordien Brüdern, ohne uorwissen und Zulassung "ihres rechtmæssigen Printzen, die reformirten desto "leichter zu unterdrücken. Sie giengen herum "aufs Land die Kinder so sich zu ziehen. Man or-"dinirte ein Hauss zu Auignon solche darein zu "thun. Vnd wann sie ihren Zweck durch schmei-"chel-Worte nicht erreichen kunten, bedieneten "sie sich der Soldaten. Zu selbiger Zeit kam das "uerbot uon den wieder abgefallenen in Franck-"reich an Tag. Der Commendant liess mich "durch 4. Soldaten uon der Wach ins Schloss hoh-"len, und sagte zu mir, der König begehre: dass "dis Gebot im Fürstenthum, solle exequiret vverden. "Ich antvvortete ihm mit Standthafftigkeit; das "Gebot rede nur uon des Königs Vnterthanen, für "sothane musse man die in dem Fürstenthum nicht "rechnen, und dass wir keine andere Gesetze, als "unsers Printzen erkennen können. Meine Ant-"wort machte ihn rasend, er liess mich uon sich, sa-"gend: ihr solt in wenig Tagen erfahren, mit wem "ihr geredet. Es uergiengen wenig Tage, da war "ich im Gefængniss. Wir funden kein Recht "mehr bey dem Magistrat, ob sie schon ihr Amt im "Nahmen des Printzen ubeten. So bald auch die "Catholicken sahen eine fremde Obrigkeit heruor-"kommen, da uerænderten sie ihre Sprache sehr. "Als bey der Geburth des Herrn *Dauphins* gantz "Franckreich ein gross Fest hatte, begieng man "auch solchen Geburts-Tag 1661. in dem Fürsten-"thum feyerlich, und ohngeacht sich die Reformir-"ten dabey hæuffig einfunden, wurden sie doch an-"geklagt, als hætten sie übel uon dem König gere-"det, und uerschiedene desshalben unschuldig auf "die Galeen uerdammet. Anderer Verlæumdun-"gen zu geschweigen, so trug es sich zu, dass unter "der Mess ein junger Mensch, der nahe bey der Kir-"chen gewohnet, seinem guten Freund mit einem "Glass winckte, solches ward beym Parlament und "bey Hoff angegeben, als hætte man der Mess nach-"geaffet, und ihr Sacrament uerspottet." Colliges mecum ex his, prudens lector, quantis in aerumnis, miseriis ac calamitatibus tum fuerint Arausionenses. Longius uero excurrunt, quae Pin. de CHAMBRVN habet, auctor est conferendus.

Calamitates aliae Arauf. maxime, circa religionem.

(*i*) Non parum est, quod principi huic *auctor* des ietzlebenden *Europae p.* 419. tribuit, *der ietzige iunge Printz hat in dem zwolfften Iahr seines Alters die Konigl. Princeßin, seine Frau Mutter uerlohren, welche zu Londen an den Kinds-Blattern gestorben, gleichwie auch ihr Ehegemahl Printz Wilhelm. Aber der Printz hat eine Großmutter, eine unuergleichliche Princeßin, des grossen Henrichs Wittib, aus dem alten Geschlecht der Grafen von Solms. Sie ists, die durch ihren heroischen Muth das Hauß Oranien erhal-*

Elogia auiae et matr. Wilhelm.

CAP. II. CAP. II.

uelut tantum apud eos poterant, ut legatum eapropter, is Zulichemius erat, ex Belgio in Galliam mitterent, qui nomine et auctoritate eorum, ageret apud regem, instaretque, ut Arausionensem principatum in antiquum statum restitueret. Sed parum ipse aut nihil per aliquot annos in aula effecit. Donec tandem, principibus Europae aliis idem urgentibus, Galliarum rex, necessitate quadam adactus, anni, huius seculi, quinti et sexagesimi medio fere, pristino legitimoque principatum reddidit possessori (*k*). Dici nequit; quam gauisi fuerint hac liberatione sua ciues, quam exultarint omnes. Non obscuro argumento, imperium illis displicuisse alienum, qui de pristino recuperato sic triumpharunt. Quid? quod ipse tunc Deus est uisus, ista Auriaci otia fecisse. Nam imbres, nimbi, procellae, turbines, caeteraeque tempestates quatriduo ante et post saeuierant: sed hoc cum festo solennique die, septimus mensis Maii erat, pristina, cum pristino Domino, lumina rediere, atque tranquillum, clarum ac illustre coelum comparuit, ut eius serenitate Numinis fauorem omnes metirentur. Mouebat hoc admirationem plerisque, sed obstupefacti omnes ostentum intuebantur, quod multo die subsequutum est. Equidem non facilis ad credendum sum, cum probe sciam, imbecillos plerumque animos superstitiosa concipere; prudentiores uero blanda eiusmodi uanitate ad principis sui sensum ac uoluntatem uti: sed cum nec populares, neque suspecti eius rei testes sint, tantum ei etiam fidei tribuendum esse censeo, quantum isti autoritatis merentur scriptores. Quid? quod in re tot mille hominibus conscia ac uisa, fucus fieri non ita possit. Stabat enim in congregatae multitudinis corona Zulichemius, principis nomine iusiurandum exigebat, reddebant uerbis conceptis ciues, plaudentis populi uoces audiebantur; *uiue, uiue le Prince.* Hos ecce! festiuos clamores inter coelestis arcus, admirabilis speciei, circum rostra, ubi principis oratores erant constituti, apparet. Admirabantur ostentum omnes, obstupescebat populus spectator, et uoce contendebat: *corona, corona!* Publicos huius rei testes in ora citabo (*l*), Zulichemius insequenti statim die his de ea uersibus scripsit:

> *Dum stat,* Arausiacae *confirmatura coronae*
> *Antiquam populi laeta corona fidem;*
> *Non dubie coelo placuit, quod utrique coronae*
> Tertia, *de coelo missa,* coronat *opus.*

Nec

---

halt, desselben interesse defendiret, und die ihr nur darum aus Leben wunscht, damit sie ihren Enckel, welchen sie hertzlich liebt; un diejenigen Staffeln sehen moge, dahin sie ihn wunschet.

Restitutio Arausi. urgetur Parisi per Zulichem.

(*k*) *Piu.* de CHAMBRVN. *p.* 24. *libr. cit.* scribit: "den Herrn von Zuylichem liess ich zu Pariss unter "dem Titul eines uormundschafftlichen Gesandten "des Printzen. Nachdem derselbe nahe bey vier "Jahr, sich daselbst aufgehalten hatte, da beschloss "man endlich am Hoff, das Fürstenthum wieder an "seine rechtmæssige hohe Obrigkeit zu ubergeben. "Da das Fest gestellet war, nahm Herr Zuylichem "seinen Weg wieder nach Oranien." Quis uero Zulichemius iste fuerit, idem *p.* 26. docet. Nomen ei *Constantini Hugenii* erat, equitis *Zulichemii, Zeelhemi* et *Monnikelandi* toparchae, Auriaco principi a consiliis sanctior, hus ... ebatur 1687. De eius in Galliam ad reposcendum principatum legatione *Nic.* CHEVALIER *p.* 11. *l. c.* sic disserit: "Il est uray que sur les remonstrances, et les plaintes reiterées qui furent portées au Roi Trés "Chrétien contre ce procedé, par les Ministres de "plusieurs Etats tres considerables dans l'Europe, "on se resolut enfin a la Cour de France à écouter la "iustice, et a consentir, que la Principauté retournât à son Maître legitime." De restituto uero Principatu *Wolff.* GEIGERVS, auctor *Tom.* X. *Theatr. Europaei p.* 73. narratur: "Den 12. (22) April "1665 wurde *Orange*, der Printzen von Oranien "Stamm-Hauss, welches S. Kœnigl. Maiestæt etliche Jahre her mit dero Vœlckern besetzt gehabt, "auf vieles anhalten gedachten iungen Printzens "wiederum demselben restituiret, und dem Herrn "von GAN, als bisshertigen Stadthalter dieses Orts "anbefohlen, dass er denselben an des ietzigen iungen Printzen von Oranien Bediente, mit allem, "was im Schloss gefunden wurde, abtreten solte. "Welchem Befehl dann der daselbst liegende Commendant schuldig nachlebte, und am 16. (26.) mit "der Frantzösischen Besatzung abzog.

Ostenta eius diei quo reddita Arausi. pristino Domino est 1665.

(*l*) Tribus hac in re testimoniis utar. Primum *Nic.* CHEVALIER erit *p.* 11. *Histoire du Roy du Guillaume III. On s' estoit*, inquit, *assemblé le 6. de May à la place du cirque, pour publier de la part du Prince une amnistie generale: la Parlement y estoit en habit de Ceremonie. Monsieur de* ZVYLICHEM *l' Enuoyé du Prince sèoit a la tète pour representer son Autorité: et d' ailleurs le peuple qui brûloit du desir de marquer son Zele pour le seruice du prince, n' auoit pas manqué de s'y rendre en foule: comme tout le Monde estoit attentif, et auoit les yeux ouuerts, voilà une couronne qui se formant dans l' air petit à petit uint se poser directement sur le thrône que l' on auoit dressé pour le Prince, tout le peuple le uoyant, et s' en etonnant. Ie laisse aux speculatifs le soin de faire sur ce rare prodige autant de reflexions prophetiques, ou philosophiques, qu'il leur plaira.* Alterum *Finet.* de CHAMBRVN ... *p.* 25. *lib. cit.* "So bald die Restitution fest gestellet war, nahm "Herr Zuylichem seinen Weg wieder nach Oranien, soselbst er den 12. April. 1665. ankam. Er "wurde mit grosser Freudenbezeugung aufgenommen, das machte, dass er mit offtermahlen sagte: "*Die Vnterdruckung müsse sehr gross gewesen seyn,* "*weil iedermann glich sich so hoch erfreuete uber seine Ankunfft.* Als man aber im 7. May selbigen "Jahres auf dem öffentlichen Platz eine allgemeine "Amnestie (das ist Vergessenheit aller uorigen Beleidigungen) uerkundigte, und der Herr von *Zuylichem* oben ansass, im Parlament, da formirte sich "in der Lufft eine Krone, und stellete sich grad uber "den Thron, welcher dem Printzen aufgerichtet "war, diese wurde gesehen uon allen anwesenden, "welche waren an der Zahl uber 5000. Seelen. *Latius Theatrum Europ.* eius diei festiuitates et quaedam contigere alia, describit, quorum hic quaedam in sum-

CAP. II. Nec fefellit Araufionenfes melioris fortunae fpes. Ordinatis enim ita per Zulichemium rebus, *Miletus* et, hoc non multo poft mortuo, *Perkoferus*, uiri multarum rerum ufu exercitatiffimi, rectores reipublicae conftituti ac miffi a principe funt. Hi quamuis pontificiae religionis effent, id enim uoluerat princeps, ut caufam pontificiis praecideret, qui querelas iaciebant hactenus, ac fi religionis odio ab eius adminiftris afpere ac indigne haberentur (*m*), aequitatis nihilo fecius amantiores fuere, quam ut partium alteri ftuduiffent. Epifcopi contra

A et aliorum, qui eius facris, fuperftitioni dixero, fe mancipauerant, excitatas in reformatos fraudulentas interpretationes et genera calumniarum infidiarumque, quae ipfi fpargebant, alia, aut extinxerunt mature, aut in machinantium ignominiam detexere, ficque impendentia exinde mala prouidentiffime femper auerterunt (*n*). Acceffit principis, iuuenis Wilhelmi, defiderata multum pu-

B bertas, natiuus uigor, folertia ingenii et praefentiffima maximarum rerum fpes. Quod omne turbulentos quosque et male feriatos ciues a temeritate coercuit fa- CAP. II.

---

in fumma dabimus: "Bey diefer action war infonderheit merckwürdig, dafs es wohl 8. Tag uorbero "unaufhœrlich geftürmet, diefen Tag eber gentz "ftille und fchœnes Wetter, und den folgenden "Teg wider Wind und Sturm wie zuuor gewefen. Et quee fequuntor. Vltimum tamen fenatus Araufionenfis publicumque hac de re teftimonium, tot uerbis, quibus in memorato uolumine extat, huc transfcribendum duxi: "Im Iahr "Chrifti 1665. den 7. May ohngefehr um Mittag, als "die uon Sr. Hoheit allen Einwohnern diefes Für"ftenthums, bewilligte Amneftie euf dem groffen "Platz Cirque, auf einer zu diefem Ende aufgerich"teten Schaubühne publiciret worden: und das "Volck, welches zufammen beruffen, einen neuen "Eyd gegen Sr. Hoheit, zu henden des Herrn *Con"ftantini HVEGENS* Ritters, Herrn uon *ZVYLI"CHEM*, Zerbeim und Monickeland &c. Sr. Ho"heit erften Reths und *extraordinarie* Deputirten, "um die Sachen diefer Stadt und des Hoffs zu rego"liren, abgelegt; hat man eben demahls, als der "*Aduocat* zu Oranien feine Rede zu thun begon"nen, eine Stimme uon unterfchiedlichen Perfo"nen beydes uon dem gemeinen Volck, als uon an"dern gehœret, welche als fie ihre Augen gen Him"mel aufgehoben, zu uerfchiedenen mahlen ge"fagt: *eine Krone, eine Krone*, diejenige, welche "ihre Angefichter, nach befagter Schaubühne, "dahin fie meiftentheils fchaueten, gewendet, und "uon ftund an gen Himmel, welcher damahls fehr "hell und klar war, gefehen, worden mit groffer "Verwunderung in dem niedrigften Theil der Lufft "eines Bogens gewahr, welcher gerad über der ge"dachten Schaubühne ftunde, und weder grœffer "noch kleiner war, iedoch eber grœffer oder klei"ner fchiene, nachdem man næher oder weiter "dauon war, aber keinen gantzen uollkommenen "Zirckel uorftelte, fondern nur eine Geftalt eines "Himmels über die gantze Schaubühne machte, "gleichwie die Mahler, wann fie eine Krone über "die Wappen praefentiren wollen, defelbft einen "Theil eines Zirckels machen. Mit einem Wort, "es konte iederman diefes helle Lufft-Zeichen be"mercken, welches uon gemifchten Farben geel, "blau und weifs, fo wunderlich glæntzte, und fo "anmuthig anzufchauen war, dafs ein ieder uon "feiner Aufmerckfamkeit der *Oration*, die allda ge"halten wurde, abwendig gemacht worden, um "mit Verwunderung ein fchœnes Bild zu fehen, "welches wahrfcheinlich uon GOtt gefendet wor"den, diefe *action* zu krœnen, und durch diefes "Vorzeichen fehen zu laffen, dafs die Kron Sr. Ho"heit, die ihme uom Himmel gegeben worden ift, "und der Scepter, den er mit fo groffer Gelindig"keit und Mitleiden führet, deffen diefe Amneftie "ein Zeichen ift, ihme angenehm feyn, und ewig"glich feft geftellet werden follen. Deffen zu "wahrer Vrkund und Zeugnifs, haben die unter"fchriebene Perfonen, die folches gleichfals gefe"hen haben, mit eigener Hend unterzeichnet:

Bedarider *Richter*.	Saint Martin.
Pradiner *Burgemeift*.	Brifemus.
L. Felix *Burgemeift*.	G. Baftrole.
De Dreuon,	L. des Longes.
Antrand,	Peletk.
La Bonnetiere,	H. de la Pize
De Dreuon.	De Lucy.

(*m*) Duplex tum ciuitati Araufionenfi religio fuit. Vna, quam *reformatam* dicunt, *pontificia* altera. Ifti princeps et plerique in urbe ciues, huic epifcopus erat addictus, cum paucis aliis. Vtrique, quibus erant facris innutriti, ea pro aris et focis defendebant. At uehementius tamen et acrius, ut affolent, alteri, qui non ceremonias folum et genera fuperftitionum alia ad inuidiam ceterorum exercebant: fed cum fentirent, quod Galliarum rex inhiaret principatum, huius in aula infidias ftruere reformatis, traducere eos, calumniari et contemptae aut impeditae religionis, clandeftinis equidem confiliis, accufare ftudebant. Vt uel fic Gallo occafionem darent, uindicandae religionis fpecie, principatum inuadendi. Plura eius generis infidiarum exempla in *Pineton. de* CHAMBRVN reperies, autore faepius a nobis laudato. Nulli igitur dubitamus fapientiffimum id principem mouiffe, ut reftituto Araufionenfi principatui, quo omnem Gallo inuolandi in eum rationem refecaret, pontificiae religionis homines, neutrius uero partis ftudiofos, adminiftros daret. Ita enim *L' Europe Viuante*, quem fuperius librum, fub titulo *des ietzt lebenden* Europae, aliquoties citauimus; cuius uero, dum haec fcribimus, Gallica editio, *in 4. Parifiis* 1665. impreffa, in manus uenit, *Tabl. V. p.* 490. habet. reddidit Galliarum rex fuo Araufionem principi, *qui felon la condition que fa Maiefte a fouhaittée y a enuoyé pour Gouuerneur de la religion Romaine Monfier MILET d' une ancienne et illuftre famille de Bourges, cy deuant Capitaine d' Infanterie au feruice des Eftats, qui fit de belles actions a Coppenhague dans l' utile fecours que receut le Roy de Dannemarc; grand philofophe, genereux, ciuil, et qui a de l' efprit infiniment. Monfieur de BERCOVER qui a beaucoup de merite, a été continué dans la charge, qu'il auoit fous le Comte de Dona, de Lieutenant de la place.*

Religion. diuerfitas in principat. Araus. difcrimen mouter.

Quare rectores principatus Araufion. pontificiae relig. fuerint. an. 1665.

(*n*) Cuius rei exempla quaedam ex *Pin. de Chambr. p.* 29. *l. c.* fed breuiter ac fummatim dabimus. "Von 1665. bifs auf den 18. Mertz 1673. hab ichs in meinem Predigamt gut gehabt. Weiland der Hr. uon "Milet, welcher gefchickt war im Land zu regieren, "hielte die Hand wohl über alles. Ob er fchon Rœ"mifch-Catholifch war, fo hielt er doch gleiche "Waage. Aber defswegen trachtete man ihm Hæn"del am Frantzœfifchen Hof zu machen. Im From"leichnams-Tag wolte der Bifchoff, dafs man die "Stücke bey der *proceffion* lœfen folte. Aber Milet

Mileti et Berkoferi gubernator. Araus. elogia.

CAP. II.

… ale ac repressit (*o*). Verum enim uero, quanta etiam Arausionensium haec felicitas fuerit, parum tamen fuit diuturna. Octo quippe uix annos erat, quo nouum illis et peius longe ex Galliis malum oriebatur. Ardebat Gallico tunc bello Belgium, nutabant liberae istae respublicae et parum aberat, quin sui sub hostis iugum mitterentur: sed Auriacus princeps Wilhelmus, illarum uix dum exercitui imperator praepositus, alterius Scipionis instar, hostem adgressus est, prouinciisque illatas iniurias et calamitates, non tam militum fortitudine, quam eximia sua excellentis atque inuicti animi uirtute, uindicauit (*p*). Asperabant hac uictoriae iram hostis, Galli ita quidem, ut rem quaereret, qua aduersarium Wilhelmum ulcisceretur (*q*). Inueniebat hanc in Arausione facile, quem etiam principatum Aruernorum comiti, quod is suas in Belgio sitas regiones hoc bello amisisset, iure, quo contendunt repressores, uulgo repressalia audiunt, addixit in eoque asserendo eundem strenuo adiuuit (*r*). Mense enim Martio ineunte, *Rullius*, Prouinciae administrator, Arausionem uenit, carnifice, lictoribus, carcerum ianitoribus atque furfuris eius hominibus aliis stipatus; quo horribili conspectu perterriti ciues se dedidere. Tradita uero urbe, Berkoferus, constanter in munimento repugnans, ultima expectare decreuerat. Quem ui aggredi cum nec ualeret Rullius neque in mandatis haberet, relicto Richardo, ut, comitis Aruerniae nomine, a subiectis tributa exigeret, ipse ex urbe et principatu recessit (*s*). Sed huius post abitum, Richardus nihil se mitiorem exhibuit. Vt enim

---

"schlug solches ab, sprechend: Die Stücke seines "Printzen vværen reformirt. Als auch ein abgefallener Nahmens *Brissi* in unsrer Kirchen offentlich, nach Art der alten Kirchen, *poenitentz* that: "nahm der Bischoff dieses uor einen Schimpff auf, "und schrieb alles an den Frantzœsischen Hoff. "Der auch an unsern Printzen ein Schreiben ergehen liess, *Brissi* fortzuschaffen. Dieses alles geschahe den uon Milet bey seinem Herrn dem "Printzen uerhast zu machen, *pergit idem p.* 63. "Der Herr uon Milet starb etliche Iahr eher, als der "Bischoff. Der Herr uon BERKOFER kam an seine "Stelle zu Regierung des Landes. Der vvachte "über alles mit solchem Fleiss, dass vvir in gutem "Friede lebten." et quae sequuntur deinceps.

Principis Wilhelmi pubertas. (*o*) Quis melius iudicare de his, quam expertus poterit? Talis, citatus modo, CHAMBRVN est, ita sentiens: "Aber die hœchste Vrsach unsrer Ruhe vvar, die Volliæhrigkeit unsers Printzen, vvelche alle Vnterthanen fœrchteten und respectirten, "also, dass vvir biss auf die Zeit des Krieges, vveder "uon aussen her, noch uon innen beunruhiget vvorden." Miram ceterum ingenii solertiam in principe iuuene *Autor de l' Europe Viuante p.* 416. *&c.* extollit et eius aliqua specimina indicat, quae cum CHEVALIER, ANONYMO *Histoire des Princes d' Orange de la Maison de Nassau* atque citatis aliis quis conferet.

Bello Belgico … a … mo uir… … (*p*) Quem praestiterit isto se bello iuuenis Wilhelmus, THEATRVM ac DIARIVM EVROPAEVM, ANONYMI GALLI, CHEVALIER et VALKENIRIVS inprimis, quo scripto politius nihil perfectiusque Germanico extat idiomate, copiose satis enarrant. Eam sane uirtutis tunc gloriam est consequutus, quam omnis demum posteritas summam maximamque dicet.

Acuerat iram Galli. (*q*) Ita cum CHEVALIER colligimus, qui *p.* 12. *Histoire de Roy* in causas inquirit direptae a Gallo Arausionis et cum uarias dedisset, addit: *soit que l' on commençât a se chagriner contre le Prince d' Orange, qui uenoit d' estre mis la teste des Armées de la Republique Hollandoise, et qui commençoit par sa bonne conduite a faire esperer qu'il enleveroit aux François une si belle conquête qu'ils auoient deja si fort auancee.*

Species … de … Galus 1672. (*r*) Causam inuasionis exposuimus, rei ausam audiamus; qua de *Auctor Europ. Her. Bern.* ZECH. *p.* 1167. sic disserit: "Der letzte Frantzœsische Krieg "vvider Holland ueranlasset, dass dem Herrn Grafen *d' Auuergne* das *Marquisat* BERGENOBZOM eingezogen vvurde, vvannenher der Kœnig "bemeldtem Grafen die Einkunfften der Stadt und "Fürstenthums *Orange* dagegen geschencket. "Welcher auch selbige biss zum Schluss des Niemvvegischen Friedens genossen. Confirmat hoc "CHAMBRVN, cuius *p.* 36. *l. c.* uerba haec sunt: "Iederman vveiss, dass dieser Krieg (uerstehe den "Niederlændischen) anfieng im Iahr 1672. Ich sahe "schon uorher, dass derselbe dem gantzen Fürstenthum vvürde uerderblich seyn. Es uergieng "doch das erste Iahr, ohn dass man uns einige Vnruh gemacht hætte. Aber das folgende Iahr vvar "kaum angefangen, da begunten vvir auch den "schædlichen *Effect* zu empfinden. Ich vvar "der erste, der die traurige Zeitung erfahren "muste. Den 21. Ianuarii 1673. brachte man mir "ein Pæcktlein Brieffe, vvelches mir kunt that, vvie "dass den 11. Ian. der Staats-Rath des Kœnigs in "Franckreich ein Decret gegeben hætte, dardurch "er, aus Recht der Repressalien, oder nach Pfand-Recht, das Fürstenthum Oranien dem Herrn Grafen uon *Auuergne* zuerkannte. Welches bald das "gantze Land in grosse Bestürtzung setzte. Idem fere CHEVALIER. p. 11. tradit: *Le Roy de France n' eût pas plûtost declare la guerre aux Hollandois, qu'il fit rendre un arrêt dans son conseil d' Estat ed datte de l' onzieme de Ianuier 1673. portant, qu'il aiugeoit la Principauté d' Orange a Monsieur le Comte d' Auuergne par droit de represailles pour des biens situez en Hollandt, dont il ne pouuoit tirer les reuenus.*

(*s*) Quod mense Ianuario ineunte constitutum erat, id Martio demum conficiebatur. Ita enim CHAMBRVN *p.* 38 ait: "Wir vvarteten uon einem Tag zum andern auf die *execution* des gedachten Ausspruchs, vvelcher nicht eher ausbrach, "als in dem folgenden Monat Mertz. Zu vvelcher "Zeit der Herr *Rouillet Intendent in Prouence* nach "Oranien komt, uergesellschafftet mit einem Profoss und dessen Henckers-Knechten, und mir einem Bittel, den Leuten einen Schrecken einzujagen. Er kam nach uielem ab- und zulauffen etlicher Verræther bey der Nacht in Oranien, da "die Stadt nach langem træuen, zu hencken, endlich das Ioch annahm und sich seinem Willen ergab. Er liess den Commendanten auffordern. "Aber dessen feste *Resolution* uerursachte, dass sich "iener eilends fortpackte, aus Forcht die Besatzung uom Scloss mœchte ihn beym Kopff nehmen. Weil aber diese nur 70. Mann starck vvar, "durffte sie sich dergleichen nicht unterstehen. "Er that nichts, als dass er den Herrn Richard, vvelchen *Ipsa inuasio quomodo facta?*

CAP. II. | CAP. II.

enim principatum, quem circumrose- **A** rat hostis, penitus tandem deuoraret, simulauit coram Aruernensi, quod ciues ad tributa ferenda cogere non posset, nisi expugnato etiam castello. (*s*) Hanc igitur ob causam, Galliarum Regis iussu, comes *Grinanus* ex Prouincia cum copiis ad urbem accessit atque per praeconem petiit, ut dederent se in arce, ne extrema paterentur. Spatium itaque ad deliberandum sumpsit, cum **B** obsessoribusque pepigit *Berkoferus* atque, militibus eductis, locum deseruit. Cum facile uidisset, quod hosti longe impar esset, septuaginta, quos milites habebat, ei frustra oppositurus (*u*). Vix dum hoc modo occupauerat hostis relictum castellum, quo armamentis ex illo ablatis, direptum, uastatum ac funditus deletum est. Quod crudele equidem facimus, sed alterum omnium diritate ac immanitate deterrimum erat, quo euersores ad spectandum ciues cogebant atque, ut adessent non solum, dum demolitio fieret, sed etiam manus admouerent, quouis poenarum genere compellebant (*x*). Ex quibus augurari ceteras facile calamitates possumus, quas post

"chen der Graf uon *Auuergne*, als seinen Procuratoren geschickt batte, in die Possesion der Herrschafft setzte, nach welchem er vvieder in *Prouence* zog." Similia uerba nisi eadem plane sunt, quae CHEVALIER p. 11. habet: "En execution de cet "arrêt ou recommeuça bien tôt la uiolence: Monsieur Roüillet Intendant eu Prouence s' en uint a "Orange dés le mois de Mars suiuant, accompagné d' un Preuost, de ses Archers, et d' un bourreau, grondant, menaçant, sommant le Commandant de la Forteresse au nom du Roy son Maitre, qu'il eût a luy remettre la place incessament, "et ne parlant que de pendre si l' on s' obstinoit. "A ces menaces le Bourgeois effrayé subit le joug; "mais le Commandant du Château demeura "ferme.

Castellum hosti repugnat. (*t*) Testis denuo *Pinet de* CHAMBRVN est, qui *p.* 39. inquit; "Als man am Frantzœsischen Hof "die Vervveigerung uud *Resolution* des Commendauten gehœret hatte, schrieb Herr uon *Louuois* au "Herrn *Rouillet*, der Kœnig sey zu frieden, dass besagter Commendant mit seiner Besatzung im "Schloss bleiben solte, mit Beding, dass er die Eintreibung dea Geldes aus dem Furstenthum nicht "uerhinderte. Aber *Richardt* dauchte ruhmlicher seyn, im Schloss zu vvohnen Drum schrieb er dem "Grafen uon *Auuergne* tausenderley Lügen, der "Commendant sey ihm sehr hinderlich, dass er keine Einkunffte konte erheben, und vvenn man den "nicht vvürde vvegschaffen, so vvære er genœthiget "alles zu uerlassen. Auf diesen Vorvvand gab der "Kœnig in Franckreich dem Grafen uon *Griguan* "Order das Schloss anzugreiffen." Confer, quae CHEVALIER habet, *p.* 11. *libr. cit.*

Castellum traditur hosti. 1673. (*u*) Rationem, qua obtinuerit castellum Grinanus, THEATRVM EVROP. *Tom. XI. p.* 537. sic exponit: "Annno 1673. die 24. Nouembr. kam der "Graff uon *Grignan*, in Begleitung 600. Edelleute "aus dem Delphinat, und dem Regiment *de Marine* "an der Zahl 2500. starck uor das Castell *Orange* bey "dem *Tour de l' Arc*, non dannen sie langs der einen "Seiten der Stadt vveiter giengen, und nachdem sie "hieuor das Castell ins Gesicht bekamen, gaben die "Musquetirer Feuer auf die Besatzung. Ob nun "vvohl sich dieselbe zum Widerstant rüsteten, und "vvieder Feuer gaben, so begunte man doch, als gemeldter Graf mit 2. Stücken 2. mahl auf das Castel "lossgebrannt, uon dem Vertrag zu reden. Welcher dann auch bald uor die *Guarnison* schimpflich "geschlossen vvurde, und dieselbe vvehrloss, iedoch "sonsten ohne Leibes-Schaden, vvas nicht Franzosen oder Vberlæuffer vvaren, abzoge." Eadem de re CHEVALIER *p.* 12. disserit: "Aussi bien que le "Commandant qui n' auoit que 70. Hommes de "Garnison s' en tiut prudemment aux termes que "l' en auoit desiré; n' estant point assez fort pour "soûtenir plus uigoureusement le droit, et les Interets de son Prince, il fut bloqué dès le 26. Octobre suiuant; puis assiegé daus les formes par "le Comte de Grignan, qui s' estoit mis à la tête de "la Noblesse de Prouence pour faire cette expedition. Alors il füt sommé de nouueau de rendre "la place; mais il respondit encore qui'l ne la "rendroit qu' aux ordres de sou Prince, ou à la "force de ceux qui l' attaqueroient." Praeter hos CHAMBRVN etiam ἀυτόπτην summatim audire, nou pigebit. "Den 26. Octobr. 1673. kam des Grafen uon Grignan Hauptmann in Oranien au. Er "forderte durch einen Trommelschlæger im Nahmen seines Kœniges den Ort auf, und blocquirte "denselben, auf erhaltene strengo Antwort des "Commendanten, einen gantzeu Monat. Nach "welchem der Graf uon Grignan mit dem gantzen "Adel von *Prouence* uor die Stadt kam. Der sich "nicht so vvohl uorsehen konte, dass im Anmarsch "etliche uom Geschütz getroffen vvurden. Schickte einen Trompeter den Commendanten aufzufordern, welcher antvvortete vvie zuuor. Darum er die Stucke aus dem Zeughaus zu Marseille "genommen herbey führen liess. Vnd vveil der "Commendant keine gnugsame Besatzung hatte "dem Feind zu vviderstehen, machte er einen ehrlichen *accord*, des Printzen gegebenen Ordre gemæss, dass er nicht sage, er ergebe sich auf Befehl "des Kœnigs in Franckreich, sondern nur allein auf "Gevv[illegible]einer Waffen.

Arx funditus euertitur. (*x*) [illegible] extrema hoc bello descendit cum Arausione Gallus. Cuius euersionem muuimenti *Nic.* CHEVALIER *p.* 11. *lib. cit.* describit, quem locum plene huc ponemus. Quippe qui et superioribus lucem affert. Verba haec sunt: *On fit mine en Cour de France de consentir qu'il restât dans la Forteresse auec la Garnison qu'il y auoit, pour-ueu seulement quil n' empêchât point le Commis de France de leuer les deniers la Principauté; mais ce n' estoit qu' nen tour de politique pour mieux cacher la résolution que l' on auoit prise de s' emparer de cette Forteresse, que le Prince Maurice auoit rendue en* 1622. *très forte et tres-reguliere, pour la renuerser entièrement; soit qu'on ne crut pas qu'il fut seur de laisser dans le voisinage, et comme au milieu du Royaume une place aussi forte que celle-la l' estoit* et quae sequuntur, quibus mox addit: *Les François y estant entrez en enleuerent l' Artillerie, et les munitions; raserent le Chateau iusqu' aux fondemens, uoularent obliger les habitans a faire eux memes cette demolition, et a tourner leurs propres mains contre eux, et contre leur Prince; mais l' ayant refusé courageusement, l' on fit uenir du uoisinage les Contadins, peuple bigot, et brutal, qui s' acquittant auec ioye de cet employ par un esprit de Zele pour leur Religion, eurent bien-tôt renuersé cette belle Forteresse, laissant dans les mazuresses ruines et de toute la Principauté un triste monument de l' iniustice des François; ne attendant que les François laissassent dans la ruine persecution eternelle des habitans mêmes un monument de rage, et de barbarie tel qu'il paroîtra dans la suite.* Cum haec

CAP. II.

post id tempus miseri incolae perpessi sunt. Sex equidem annorum interuallo, fulgebat principatui in pace demum Nouiomagensi spes; fore, ut legitimo is principi redderetur restitueretur que in integrum. Pacta etiam et conuenta, quae publicae prostant luci, eo fiebant, eadem, qua cum aliis regibus ac principibus, solennitate. Repetebatur idem in Belgico tractatu, uerba ipsa in margine recitamus (*y*). Qua igitur causa quoque tegumento fidem denuo fregerit Gallus, inuestigandum est. Verum enimuero inanem assimulatae aequitatis speciem, pro iustis belli caussis, reperiemus: tametsi ne tegumenta quidem perfidiae suae nancisci facile poterat hostis, quam operosius etiam eorum fuerit machinator. Non enim multo post festum Arausionenses diem agebant, ut conciliatae, principem suum inter Galliaeque Regem, pacis memoriam recolerent. Cui moerens festiuitati et huic ciuium fortunae, religionis odio, episcopus, ut in pristinam illos seruitutem adduceret, clandestinis apud Gallum consiliis contendit. Sed (*z*) fauit non minus linguae calumniantis pristinus

---

haec prolixa satis sint, CHAMBRVN. quem hactenus citaui, lubens praetereo, qui p. 43. eadem fere habet, et quam misera tunc Arausionensium facies fuerit, aliquot exemplis docet.

Pacific. Nouiomagens. de restituend. Bergobzom comitis d'Auuergne.

(*y*) Restituebatur marchionatus *Bergozomensis* ARVERNIAE COMITI a Belgis, quo de *Tractatuum Belgico-Gallicorum* Nouiomagi 1678. *d.* 10. *Aug.* initorum *Articulus VI.* agit, his quidem uerbis: "Post ueto Marchionatus Bergarum ad Zomam cum "omnibus iuribus et reditibus ab eo dependentibus, "et generaliter omnes ditiones et bona, ad Dominum Comitem d'Auuergne praefectum Generalem "Equitatus leuis Armaturae Gallicae, pertinentia, "et quae potestati alte memoratorum Dominorum "Ordinum Generalium Foederatarum Belgii Prouinciarum, apprehensa et occasione belli in fiscum "redacta fuerunt, cui rei praesens tractatus felicem "finem imponet, concordatum fuit, quod praefatus "Comes d'Auuergne mittetor denuo in possessionem dicti Marchionatus Bergarum ad Zomam, eiusdem pertinentiarum et dependentium, uti "quoque omnium eius iurium, actionum, priuilegiorum, consuetudinum, praerogatiuarum, qua ante "declarationem belli gaudebat." Ex eodem igitur

Conuenta Galli et Auriaci.

capite reddi Arausionensis principatus pristino Domino suo debebat. Aequissima hae de re postulatio et conuentio in libro, cui titulus *Actes et Memoires des Negotiations de la Paix de Nimegue*, legere est, quod opus ex Gallico in Germanicum *Ioh. Leonb.* SAVTERVS transtulit, ediditque *Lips.* 1680. 4to. Quae nos summatim huc recitabimus. 1. "Petit Wilhelmus, ut Arausio in integrum restituatur. 2. Damnum demolitione 1673. principatui illatum compensetur. 3. Armamenta ablata reddantur. 4. "Lata Aruernensi ab Arausionensibus tributa reponantur. 5. Vectigalia ad Rhodanum in pristinum "statum restituantur. 6. In posterum sic exerceantur. 7. Lites de finibus et iurisdictione der Eylande componantur. 8. Qui per principatum "cum mercibus aut oneribus commeant, cuiuscunque illa generis fuerint, nectigal pendant. 9. Idem de rebus uenalibus aliis negotiatores pensitent. 10. Ius denominandi episcopum penes "principem sit. 11. Monetae in principatu a principe cusae eandem in Gallia autoritatem habeant. "12. Arausionenses pro incolis in Gallia reputentur. 13. Iidem immunes a conuentione domanialium sint. 14. Regionum, quas princeps in Delphinatu et Prouincia possidet, incolae priuilegiis "a Ludouico XIII. datis, fruantur. 15. Afflictae "eaedem terrae ab oneribus in alendis militibus eximantur. 16. Comitis Aruerniae aliorumque "praetensiones irritae reddantur, ac princeps Wilhelmus pro eo, qui summam in Principatu absolutamque potestatem habeat, agnoscatur." Firmabantur conuenta haec in pace Nouiomagensi deinceps, tractatu quem Galliae Rex speciatim cum principe Arausionensi iniit, cuius uerba ex part. II. Theatr. Pac. p. 650. huc transcribemus: "Quemadmodum in consequentiam belli, aliquibus abhinc "inter Regem Christianissimum et Dnn. Ordines "Generales foederatarum Belgii Prouinciarum exortis Maiestas sua fecit, ut omnia ad Dominum Principem Arausionensem, tam in dicto principatu "quam aliis dominiis et ditionibus in Gallia sitis "pertinentia bona, apprehenderentur, eorumque "reditus Dno. Comiti Auuergniae attribuit, qui illis "etiam nunc gaudet; ita cum per Dei gratiam, pax "mediante hoc die concluso tractatu, denuo stabilita sit, et sic omnes calamitosi effectus belli cessare "debeant; Maiestas sua alte memorato Domino "Principi promisit, et hoc ipso separato articulo "promittit, quod immediate post permutatas Ratificationes, illa curabit, ut arrestum praefatum relaxetur, et alte memoratus Dominus Princeps in "possessionem dicti Principatus, et dominorum ad "ipsum in Gallia, Comitatu Burgundiae, Carolesia, "Flandria, et aliarum a dominatu suae Maiestatis "dependentium, nec non omnium iurium, actionum, priuilegiorum, consuetudinum, et praerogatiuarum, immittatur, eodem in statu, et modo "eodem, quo ille, ante, quam occasione praesentis "belli ex eorundem possessione deturbaretur, gauisus fuerat." Actum Nouiomagi die X. Mens. Augusti An. MDCLXXVIII.

Pacificatio Galliae reg. et principis Auriaci. 1678.

Subsignati erant

(L. S.) *Le Marechal d'Estrades*
(L. S.) *Colbert.*
(L. S.) *de Mesmes*

(L. S.) *H. Van Beuerningh.*
(L. S.) *W. de Nassau*
(L. S.) *W. Van Haren.*

His Gallum conuentis stare inita et cum Belgis *pacta*, horumque *XVI. Artic.* tenebat; qui eius est tenoris: "Praetensiones et interesse concernentes "Dominum Principem Arausionensem, quod attinet, de quibus in actis hodie subsignatis separatim "actitatum transactumque fuit, praefata ista scriptura, et eiusdem contenta sortientur suum effectum, et confirmentur, adimpleantur et exequantur, iuxta formalia eiusdem et tenorem, non secus "magis aut minus, ac si omnia dicta puncta in genere, aut si singula eorum in specie de uerbo ad uerbum praesenti tractatui inserta forent.

(*z*) Flabellum contentionis episcopus fuit, cui haec de reformatae religionis principe instituta festiuitas infesta atque inimica erat. Quo de CHAMBRVN *pag.* 46. inquit: "Vnd gewisslich "nachdem der Nimegische Friede geschlossen, "war das Fürstenthum seinem rechtmässigen Besitzer zugeleget, zu Folg diss daruber gemahren "ausdrucklichen Articuls. Zu Oranien war grosse

Episcopus moerens conciliatae paci.

CAP. II. nus hostis; occasionem exinde arreptu- A
rus, in principatum denuo irruendi. Idem quippe antistes spretae uixdum religionis Arausionenses insimulauerat, quod reformatorum sacris addicti crucis duo simulachra, quae pontificii sacrosancta habent, euertissent; quo iudicem animaduersoremque huius illico controuersiae Galliarum se fecit Rex signaque non instaurari solum, sed nouum insuper ingenti cum apparatu ac ostentatio- B
ne erigi in meditullio fori iussit atque consules urbis, reformatorum uterque sacrorum erat, toga praetexta indutos, eidem spectaculo adesse minis ac terrore coegit (*aa*). Eum nempe in finem, ut, turbis in multitudine, cuius potior pars a tali superstitione abhorrebat, excitatis, totam ciuitatem de integro opprimeret. Quod ultimus tandem euentus satis luculenter docuit. Cum enim C
maximam iniquitatem patientissimo Arausionenses animo, contra ac hostis credebat, sustulissent: alio, idque gra-

uiori malo, tentati ab eodem sunt. Et- CAP. II.
enim urbs, moenibus suis a Gallo (*bb*) pridem nudata, nocturnis sic erat furibus patefacta, ut furta ac latrocinia in ciuitate fere quotidiana essent (*cc*). Iussit ob eam causam princeps Wilhelmus, recluderetur muris Arausio atque sepimento, ut ante, uallaretur (*dd*). Sed charybdi euitata, in scyllam incidunt miseri ciues, dumque a moenibus furem arcent, a praedone uim patiuntur. Id enim suam Gallus occasionem putauit, ad principatum denuo occupandum. Delegatis quippe anno cIↃ IↃcLXXXII. eo militibus, imperat oppidanis, operas, quas coepissent, destruerent manibus ipsi suis, euerterentque (*ee*). A quibus cum ui ac metu id obtinuissent, contra pacta agere, nec tum destitit: sed in locum S. Andreae sacrum ui ac armis irrumpens, imbecillis in eo habitatoribus, uirgines erant Deo dicatae, priuilegia et manu exaratorum alia, extorsit, ut quorum ipse auctoritatem extin-

 xerat,

"se Freude, vveilen man gedachte, nach so uielen "Plagen vvider um einige Ruhe zu geniessen. Aber "der Bischoff liess bald seinen Widervvillen mercken; und meynete, dass ihm die angestelte Freud "zum Schimpff dienete. Ein Einsiedler liess sich "auch œffentlich uermercken, dass unsre Freude "nicht lang dauren vvurde.

Simulachror. crucis euersio. A quo facta?

(*aa*) Minae, quas cum suo pontificii antistite iactabant, etiam post tetigere Auriacos. CHAMBRVN *p.* 47. rem ita enarrat: "Bald darnach aber "trachtete man sie (de plaudente multitudine ista "festiuitate loquitur) zu uerderben. Denn ein "Einsiedler [qui minas ante intentabat] gieng des "Nachts hin, und schlug die 2. Kreutzer mit noch 2. "andern bœsen Buben um. [Mirum est, pontifici-"os nec rei, quam sacrosanctam alias habent, parce-"re, si quidem de utilitate id esse uideatur.] Der "Bischoff gieng, als er solches morgens gevvahr "vvurde, gantz vvütend auf das Bollvverck, da die "Kreutze gestanden. Er schrib desswegen an Fran-"zœsischen Hof, gleich als vvenn es um die gæntz-"liche Zerstœrung der Rœmischen Religion vvür-"de gethan seyn." Accusabantur enim huius facinoris, falso quidem, ut Chambruntus censet, reformati. Vrbis senatus in uarios ea propter inquirebat et acrius in reformatos ac pontificios, ne partibus studere uiderentur. Istorum porro sacrorum innocentem quendam exilio mulctabant; suspicioni contra, quam multi in pontificiae religionia homines habebant, nullum dabant locum, ut uel sic animum lenirent episcopo. Sed hunc nec flectere nec mitigare poterant, certo indicio, non crucis eum simulachra doluisse, quae priuata autoritate erecta, nec sancita erant per sacri ordinis administros, sed fortunae reformatorum sub reformatae religionis principe inuidisse.

Acerbat episcopum.

Facinoris qui accusati?

Senatus in inquirendo sedulitas.

Episcopi huc in reformatos insidiae.

Gallus foedifragus.

(*bb*) Neglexit denuo fidem Gallus. Eo enim ipso, quo is restituere principatum in antiquum statum nouissima pacificatione promiserat, principis pariter summam in illis terris potestatem intellexerat. Cum promptum probatu sit, Galliae reges eandem in religionis etiam negotio in Auriacis principibus agnouisse. Ita quippe *Henricus* III. Gall. rex, literis 1583. principi *Wilhelmo* scriptis, cuius uerba apud CHAMBRVN. *p.* 76. habentur, eundem alloquitur: "vvollet nicht meynen, mein Vetter, "dass Eure Catholische Vnterthanen zu mir kom-"men seyen, als zu ihrem Ober-Herrn, sie haben "mich gebeten bey euch Vorbitt zu thun, dass es "euch belieben mœchte ihre Religion in eurem Für-"stenthum vvider einzusetzen, und dass ich Euch "schreibe, thue ich nur als ein *Vorbitter*." Sed horum nihil obstabat Gallo, qui se huius litis et aestimatorem et iudicem fecit. Rem ipsam *p.* 49. sic describit noster: "dass vvüten des Bischoffs stillte "nichts, er liess nicht ab, am Frantzœsischen Hof "zu schreiben, biss des Herrn *Rouillet Intendanten* "*in Prouence Secretarius* kam, mit Befehl, dieselbi-"ge Kreutzer vvider aufzurichten, und eines auf œf-"fentlichen Marckt-Platz zu setzen. Im Fall aber "man nicht gehorchen solte, ein Regiment Dragou-"ner aus *Prouence* kommen und den Befehl des "Hofs mit Gevvalt uollziehen zu lassen. Man "zvvung auch die Burgemeister der Reformirten "Religion in ihren Amts-Kleidern beyzuvvohnen. "Wider vvelches ich mich mit aller Gevvalt legte. Et quae sequuntur deinceps.

Principum Auriacorum in sacris summa potestas.

Simulachrorum crucis instauratio.

(*cc*) Horum omnium luculentissimus testis, quia oculatus fuit, CHAMBRVN est *p.* 52. *l. c.* "Die "Niederreissung der Vestung hatte die Stadt auf der "Mittags-Seiten offen gelassen. Diese Oeffnung "gab den bœsen Buben in der Nachbarschafft einen "freyen Weg zu allerhand Raubereyen. Dauon hat "man 2. ertappt und zum Todt uerurtheilet. Die-"ser Vbermuth, vvelchen man schier alle Nacht "trieb, ueranlaste die Burgemeister sich durch eine "*supplic* bey Sr. Kœniglichen Hoheit anzumelden, "und uorzustellen, sie mœchten doch uerordnen, "dass die Stadt auf der Seiten geschlossen vvur-"de.

In urbe moenibus nudata furta.

(*dd*) Pergit idem: "Der Printz forderte einen "Abriss dauon, und befahl ausdrucklich die Mau-"ren zu uerfertigen.

Moenia reparantur.

(*ee*) Idem hoc ita edisserit, cuius summatim uerba dabimus: "Man fing das Werck [uerstehe die "Auffuhrung der Mauren] mit allem Ernst an. A-"ber kaum vvaren etliche Klafftern uerfertiget, da "berichtete man schon an Franzœschen Hof. Sechs "Wochen hernach im Monath *Decembr.* 1681. kam "*Marquis* von *Montanegues* General-Lieutenant in "der Prouintz Languedock dieses Werck zu uer-"hindern. Die Burger berufften sich auf den Be-"fehl ihres Prinzen, und dass man zu Nachts vor "den Dieben nicht sicher vvære. Er schien damit "zu

Impedit Gallus et destruit.

CAP. II. xerat, eorum scripta quoque auferret monumenta (*ff*). Sustinebant hunc etiam impetum Auriaci: sed praesentiens Gallus, fore ut uiolentiae uniti Belgae intercederent, speciem captauit, qua alteros inuadere de integro, alteris uero neglectae pacis dare rationes posset (*gg*). Supererat e ducibus tunc Longeuillanis Iohannes Ludouicus, impubes; huius igitur utrumque tutorem rex eo adducit, ut assimulata pupilli in Auriacum principatum iura, inueterata dudum, repeteret intenderetque Parisiis eapropter in concilio principi Wilhelmo litem (*hh*). Quod cum factum esset, non multo post, anno cIↄIↄcLxxxII. Nouembris die XIV. uocatus sic in iudicium princeps, absens damnatus est Auriacusque principatus Longeuillano adiudicatus, summa tamen in eum potestate regi Galliarum, huc enim ante iam negotium spectabat, per idem iudicium attributa (*ii*). Quid enim mirum? si iustitia tum succumbit, solitaria, cum tres **CAP. II.**

"zu frieden zu seyn. Aber Anno 1682. den 14. Au-"gust. kam er mit einem Regiment, gleich als vvann "er in eine eroberte Stadt einzœge. Sie uerubten "tausenderley Muthvvillen in der Stadt, so dass die "Burgee endlich gezvvungen vvurden ihre eigene "Mauren nieder zu reissen." En! quam fidem in "Nouiomagensi pace datam seruarit Gallus?

Galli in abbatiam irruptio.

(*ff*) CHAMBRVN *p.* 59. "Im Monath De-"cember 1682. quo tempore iam destrueerant moe-"nia ciues, kam Herr *Moran* Intendant in der Pro-"uence, 2. erschreckliche Befehl zu *exequiren* Krafft "des ersten gieng er nach der Abtey *S. Andreas* uon "*Ramere* begleitet mit einem Profoss und dessen "Knechten, alle Documenten selbiges Hauses vveg "zu nehmen. Die armen Stiffts-Iungfern vvaren "sehr bestuirtzt uber dieser Besuchung. Der Inten-"dant nahm alle ihre Brieffschafften vveg, um sich "der Grunde zu bemæchtigen, vvelche das Recht "Sr. Hoheit uber dieses Stifft behaupten. Vnd ich "vveiss sehr vvohl, dass man nichts gefunden, ala "nur einen Brieff uun *Henrico II.* in Frauckreich an "diese Stiffts-Iungfern geschrieben zur Zeit einer "zvvischen Regierung, vvorauf man grundan vvill "all das Recht des Iuris Patronatus, vvelches Franck-"reich uber dieses Stifft *praetendiret*. Aber alle "andre Brieffschafften, vvelche man heutiges Ta-"ges sehr uerborgen hælt, behaupten das Recht sei-"ner Hoheit gantz klærlich.

Priuilegiorum ablatio.

Causa repetiti Longeuillani in Arausionem iuris.

(*gg*) Ita et nobiscum CHAMBRVN colligit *p.* 63. "Wann es mir zugelassen vvære, als ein Staats-"Verstændiger, hicruher zu klugeln, so spreche ich, "dass man dardurch [de assimulatis Longeuillani "iuribus dixerat] einen Vorvvand gesuchet, die "Abvverffung der Mauren darauf zu grunden. "Dann die Herrn General Staaten hatten schon "Herrn HEINSIVM zum *extraordinair*-Gesandten "an den Frantzœsischen Hof benennet, sich zu be-"klagen uber die begangene Brechung des Nim-"vvegischen Friedens. Vnd in der That uermœg "dieser *Citation* [Principis scilicet Wilhelmi ad "parlamentum Parisiense] antvvortete ihm der Kœ-"nig in Franckreich, dass er recht gehabt hætte, das-"ienige zu thun, vvas er gethan hætte; vvorauf Herr "*Heinsius* mit *respect*, aber auch mit Nachdruck *re-"plicirte*, dass der Printz *absolut* Herr vvære in sei-"nem Lande. Dieses machte die bey der Audienz "vvaren besturtzt, heilete aber den Friedens-Bruch "nicht.

Tutores Longeuillani Duc. in Reg. iussu consentiunt 1682.

(*hh*) Autor *Tom. XII.* THEATRI *Europ p.* 479. huius rei testis et uerba eius haec sunt: "vvorauf "[moenium euersionem narrauerat proxime] sich "zvvar die Vœlcker vvieder zuruck gezogen. Al-"lain kurtz darauf hat der Kœnig einen alten *Pro-"cess*, vvelcher nor dem Parlament zu *Grenoble* "schon uor langen Iahren anhængig gemacht vvor-"den, herunr suchen, und hernach dieses gantze "Hertzogthum dem Hertzog *Iohann Ludwig* uon "Longueuille zusprechen lassen." Explanatius ue-"ro idem CHAMBRVN describit *p.* 62. *l. c.* "Mitler-"vveile arbeitete man zu Pariss uor Ankunfft des "Herrn HEINSII Mittel zu erfinden, vvie man dem "rechtmæssigen Oberherrn, so vvohl die Eygen-"schafft als auch die *absolute* Herrschafft des Fur-"stenthums mœchte entziehen. Des Endes nœthig-"te man den seel. Heern Printzen uon CONDE, als "einen *Administrator* uber die Guter des Hertzogs "uon LONGVEVILLE, eine *Supplic* an den Rath "des Kœnigs zu ubergeben, darin er das Fursten-"thum auf die alte und ubelgegrundete *praetensio-"nes* selbigen Hauses forderte." Des Kœnigs Sach-"Vervvalter *praesentirte* sich eben selber Zeit, die "Ober-Hoheit im Nahmen seines Kœniges zu for-"dern. Der Rath befahl die Partheyen solten uor be-"sagten Rath *citiret* vvorden, und ein Raths-Diener "vvard nach Oranien geschickt Sr. Hoheit im Nah-"men des Heren uom *Lubieres* Praesidenten uon Par-"lament zu uermelden inneehalb zvveyer Mona-"then zu erscheinen: und ein ander Raths-Diener "uon dem Parlament zu *Aix* thar gleichmæssige Ein-"ladung an den Abt uon Orleans Hertzog uon *Lon-"gueuille*." Quam uero aspere ac uehementer citatus "ad regium senatum princeps Parisios sit, idem in se-"quentem modum differit: "ich vvill hier nicht uer-"gessen anzufuhren den Vbermuth dieser Rathsdie-"ner, vvelche in ihrer Vervvaltung Sr. Hoheit kei-"nen andern Titul geben, als diesen: *Herr Wilhelm "Graf uon Nassau, wohnhafft zu Amsterdamm.* Die-"ses alles geschahe im Monath December 1682.

Dies dicitur in iudicio.

Citatur princeps.

citantium asperitas.

Damnatio Principis. 1682.

(*ii*) Iudicatum ex literis patet, a Parisiensi senatu publicatis, quas, ut ex *Tom. XII. THEATR. Europ. p.* 479. huc transcribamus, necessarium esse ducimus, uerba ipsa sic sese habent: "Auf die dem "Kœniglichen Rathe uon Herrn Ludvvig uon Bour-"bon, Printz uon *Conde*, und Heinrich *Iulius* Her-"tzogen uon Enguien, Fursten des Geblurs, als *Cu-"ratorn* und Vormundern Herrn Iohann Ludvvigs "uon *Orleans*, Hertzogs uon *Longueuille*, ubergebe-"ne Bittschrifft; Inhalt, dass Vermœge des Testa-"ments Maria uon *Beaux*, Princeasin uon Oranien, "uom 22. Maji 1416. und Iohann non *Chalon*, uom "14. Octobr. 1417. des uon ihren beyden Sœhnen, "so sie in vvæhrender Zeit Ehe mit einander ge-"zeuget, und ihren Mænniglichen Erben, so lange "der Manns-Stamm vvæhrete, einer dem andern "nachfolgen, im Fall des Abgangs aber, alsdenn "ihre Tochter *Aloysia*, und deree Nachkommen, "unter denen Franciscus uon Orleans, Hertzog "uon Longueuille in die Erbschafft ihter Gütee, "vvorzu die Souuerainitæt uon Oranien gehœret, "treten solte; vvelcher denn, nachdem sich diesee "Fall begeben, und die Mænnlichen Erben Iohann "uon Chalons, und Maria uon Beaux ausgestorben, "begehret hat, dass er in derselben Güter eingese-"tzet vverden mœchte, vvelches er auch durch ein "den 20. Nou. 1553. ergangenes Vrtheil erhalten, "gestalt denn, nachdem gedachte Erbschafft vvie-"der offen vvorden, Heinrich oon Orleans, Her-"tzogs uon Longueuille des Supplicanten Vater, "ein Vrtheil den 1. Febr. 1657. vvider Frau Maria "Stuard, Herrn Graf Wilhelm uon Nassau, hinter-"lassene Wittbe, fur sich erhalten hat, vvorinnen "er uon der Widererstattung der genossenen Fruch-"te,

CAP. II.

tres personas unus sustinet, suam, aduersarii, iudicis. Vanissimum igitur hoc Galli praetextum, cum manifestae singula iniustitiae arguant, praepostero detegere labore uelle, superuacaneum existimo (*kk*). Idem enim rex aliam prae se speciem Anno cIↄ Iↄc LXXXV. tulit; quo cum Auriacis, quod illi e Gallia religionis ergo, eiectos in urbem admisissent, ad extrema descendit; principatumque, quem tot annos circumroserat, penitus tandem deuorauit (*ll*). Is igitur exitus, is euentus huius tragoediae est, quam plus totis uiginti annis in Auriacis luserat Gallus. Horrendus ac funestus casus! si finem, iniquissimus, si caussas, dirus ac immanis, si modum atque indignissimus tandem, si ciues, si principem spectes. Sed uicit haec et plura PATIENTIA ac VIRTVTE WILHELMVS, ut BONA TANDEM CAVSA TRIVMPHARET.

"re, und im Fall Widersprechens, auch in die Vnkosten uerurtheilet vvorden. Als vvird hiemit "zu recht erklæhret, dass die Souuerainitæt uber "Oranien, als vvelche dem Kœnige zugehœret, abgethan, und gedachter Hertzog uon Longueuille, "samt allen andern, so sich des Rechts der Souuerainitæt anmassen, uerboten, erwehnte Qualitæt "der Obrigkeit uon Oranien anzunehmen, hingegen soll der Printz uon Conde, und Hertzog uon "Enguien, als Vormunder des Herzogs uon Longueuille, den Besitz dieses Hertzogthums einnehmen. Gescheben im Rath zu Paris, den 14. "Nouember.

Iudicati Parisiensis de Auriaco principatu iniustitia.

(*kk*) Suum in quo Longeuillanus ius fundet, litterae senatus Parisiensis docent, superius transcriptae. Iudicatae uero sententiae inanitatem circumstantiae produnt, e supra dictis repetendae. Eiusdem huius iniustitiae duo ceterum genera sunt: unum, quo ablatus Nassauiis principatus, atque Longeuillano tributus est; alterum, quo summa in eum potestas ad regem Galliae relata. Illud usque eo uerum est, dum nobis Galli omnes dubitandi rationes eximant, inprimis uera eius rei documenta proferant, quibus hactenus fuerunt destituti; hoc uero ex THVANI, hominis Galli, *lib.* XXXI. *Histor.* patet, qui locus cum toties exscriptus ab aliis sit, a nobis repeti non debet. De utroque dicendi occasio in dissertatione erit *de iniustis Galli in Auriacum principatum praetensionibus*, suo tempore, si Deus permiserit, habenda.

Vltima tandem et misera huius principatus cum religione oppressio 1685.

(*ll*) Quae CHAMBRVN aliquot locis prolixe differit, ob spatii angustias summatim dabimus. Miserrimus per subsequens *triennium* in Auriacis status fuit, cuius tum pontificiorum libidini expositis. Quod anniuersariis ueluti noster docet. Ruinam igitur impendere facile praesentiebant reformatorum sacrorum ciues, quo etiam paulo post, anno nempe cIↄ Iↄc LXXXV. oppressi sunt. Caussam, quam allegabat Gallus, noster sic educet: "Das "1685. Iahr vvird eine Epocha seyn, die man in den "künfftigen seculis fur die allertraurigste in der "Welt ansehen vvird. Da der gæntzliche Vntergang unserer Kirchen erfolget ist. Dann "weil die arme uertriebene aus Franckreich "in diesem als einem freyen Fürstenthum hæuffig "ankamen; suchte man uns zu uerderben, wir "schrieben an den Freyherrn uon *Spanheim* extraordinari Abgeschickten uon Sr. Churfürstl. "Durchl. zu Brandenburg, dem unsre Sache sehr "angelegen vvar, und schafften indessen alle, die zu "uns geflüchtet, fort, so dass uns der Graf uon Grignan sagte, der König wære damit zu frieden. "Aber ach leider! vvie vvurde das gegebene Wort "gehalten, es uergiengen nicht 24. Stunden, da "waren wir uerlohren. Dann als der Tag anbrach, kam der uon *Tesse* in die Stadt, nichts redend, als uon Straffen, Blutuergiessen und Metzeln. Die Soldaten trungen bald darauf in unsre Kirchen, beraubten dieselbe, und endlich vvurden sie alle niedergerissen. Nach diesen fieng "man die *mission botée*, oder die gewaltige Bekehrung an, und mit Feuer und Schvverd die Reformirten zu uerfolgen. Das Weib schrie um ihren "Mann, der im Schorstein hienge, den Degen auf "der Gurgel hatte, der Mann nach dem Weib, die "Kinder schrien ach Iammer! man ermordet meinen Vater, man schindet meine Mutter, man "spiesset meinen Bruder -- siehe so hat man mein unglückseliges Vaterland tractiret." Quam miseram tandem urbis faciem idem ita describit: *Diese Stadt, welche so berühmt war, durch die Hoheit ihrer Fürsten, ist heutiges Tages nichts anders als ein elender Steinhauffen, sie ist ein trauriges Denckmahl der Wüterey und Ungerechtigkeit. Ich glaube nicht, daß die Verherung Troia und Carthago greulicher anzusehen gewesen sey als diese. Wann die Nachwelt einmahl wird fragen, wie sie dann thun wird, nach der Vrsach, so wird die Historie nicht uergessen zu erzehlen die Helden-Tugenden der Printzen seine Treu, seine Tapfferkeit, seine Sorge, die Freyheit Europae zu erhalten, und so wird man ohne Zweiffel nach vielen Iahren sagen: daß diß Seculum uerdorben gewesen, weil dasjenige, was Großhaltung uerdienet, mit Haß und Grausamkeit belohnet worden.* Plura sequuntur deinceps, cum CHEVALIER, THEATRO EVROPAEO, VALKENIRIO ANONYMO et citatis huius seculi scriptoribus aliis conferenda.

OPVSCVLVM IX.

DE IVRE ANGLORVM IN GALLIAM

mense Decembr. 1693.

PROOEMIVM.

Propositio. OMnis, quae de Anglorum in Galliam iure, suscipi quaestio potest, ea quatuor partium inprimis oritur ex aliqua. Cum enim Franciae reges ex hereditate succedant; quare hoc Angli iure exclusi ab illis sint, primum quaerimus. Tum, quod idem armorum illi iustitia obtinuerint, quod gentium eis iura ac populorum consuetudines concesserant, probamus. A proceribus deinde, penes quos decidendi hanc litem plena potestas erat, Galliae regnum in regiam Anglorum stirpem deuolutum esse, remque ab ipso Carolo, huius nominis sexto rege, confirmatam, ostendimus. Tandem etiam Anglos per ipsos septem et decem annos in possessione fuisse, Francicique regni clauos tenuisse, conuincimus. De singulis nunc agemus seorsim.

CAPVT I.

DE

SANGVINIS IVRE ANGLORVM IN GALLIAM.

Fundamentum iuris genealogicum. ATque primum quod attinet, iuris huius explicanda nobis origo est. Ea uero in Edoardo tertio reperitur Anglorum rege. Cum enim Philippus quartus Galliarum rex tres numero filios relinqueret, quorum unus ei post alterum in principatu successit; omnes uero e uita hi cederent, non relictis liberis masculis: unica filia eius supererat adhuc Isabella, Edoardo secundo nupta regi Angliae. Illi itaque cum paternam hereditatem lex naturae concederet, eandem sibi Edoardus tertius uindicauit, proles huius legitima et natu maximus filius (a).

CAP. II.

Praetensionis fundamentum genealogicum. (a) Ne illis immoremur, quae alias satis luculenter ex historiis patent; haec tabula sufficiet, pro Eduardi nostri demonstrando hereditatis in regnum Galliae iure.

Ludouic. IX. Sanctus R.
- Philipp. III. Audax R.
  - Philip. IV. Pulcher R.
    - Lud. Hutinus R.
      - Iohanna.
      - Iohannes †
    - Philip. Longus R.
    - Carolus Pulch. R.
      - Blanca.
    - Isabella Edoardo II. R. Angl. nupt.
      - Edoardus III. Philippi aemulus.
  - Carolus Comes Valois.
    - Philipp. Valois, Edoardi III. aemulus, 1350.
      - Iohann. 1364. Carolus V. Sup. 1381.
        - Carol. VI.

Filias in linea recta nolim nunc attendi; quid enim illis in successione obstiterit, dicam deinceps, uide interim FROSSARDVM lib. I. c. 2. p. 19. GAGVINVM L. VII. p. 131. Paul. AEMYLIVM lib. VIII. p. 431. FORCATVLVM lib. VII. p. 1037. de Gall. Imp. et inter Anglos scriptores VERG. lib XIX p. 463. HENNINGEN item aut REISNERVM, ac recentiores inter RITTERSHVSIVM, IMHOFF etc. rerum genealogicarum scriptores.

(b) Tam

DE
LEGIS SALICAE EXPLICATIONE.

De lege Salica ceterisque, quae foeminas excludere uidentur.

Quis bonus igitur hanc in controuersiam uocauerit hereditatem; nisi forte speciales Gallorum leges obstiterint, aut aliae impedierint caufae, de quibus nunc erit agendum. Omnis uero hac de re controuersia triplex est, aut enim *legem Salicam* urgent, aut *consuetudinem*, aut etiam *Lilia non nere* aiunt. Horum nos neutrum admittimus. Non istud; quia *lex Salica* dubiae primum auctoritatis (*b*) et maioris deinde eius expositio dissensionis (*c*), quam etiam celeber-

Leges Salicae quid?

(*b*) Tam famosa haee apod infimos etiam iuris interpretes lex est: ut paginam *in legibus Salicis* hae ipsa omnem absolui illi existiment, qeam ad fœminenm io Franciae regoo sceum excludendum, inuererato equidem errore, frequeoter allegari uident. Hi, ne, quando *legem Salicam* oominamus, cogitare incipiant, totum nos istud oomen horrere; ueterum Francorum sie uniuersum iura dici, sciant. Quippe quas, *LEGVM SALICARVM* nomina, edita maiori in forma a *Frid. LINDENBROGIO* sunt *Francof.* 1613. Quas inter nostra haee LXII. de *ALLODE* est, quae §. VI. apud dictum auctorem *p.* 342. tot nerbis extat: *DE TERRA VERO SALICA NVLLA PORTIO HAEREDITATIS MVLIERI VENIAT: SED AD VIRILEM SEXVM TOTA TERRAE HAEREDITAS PERVENIAT.* Antequam de legis expositione agamus, quis coodiderit in genere Salicas et unde hoc eis nomen uenerit, uidebimus. Communiter scriptores ita sentiunt; quod eam *Pharamundus* primus, ut uulgo ereditur, Fraocorum rex, par *Wisogastum, Arbogastum Salogastum et Windogastum* (quos ex principum ordine fuisse, qui more antiquo iura per pagos dixerint, CONRINGIVS euniicit *c. VII. de Orig. Iur. Germ.* FORCATVLVS scinii ac libellorum magistros, com ADONE *Viennensi* dicit *lib. V. de Phil. Gall. p.* 705.) dictauerit, suoque in reguo introduxerit. Id qnod non illorum quidem, queis Pharamundus uixit, sed posteriorum longe temporum scriptores commemorant. *IVO Carnutensis*, qui sec. XI. floruit *in Chron. Franc. sub Pharam.* *ADO Viennensis et SIGEBERTVS in Chronico ad An.* 422. *OTTO FRISINGENS. lib. IV. c. pen.* *GAGVINVS lib. I.* *VITERB. part. XVII. in proœm. p.* 432. *ABBAS VRSPERGENSIS de Origin. Franc. sub Valentiniano* et qui hos sequuntur recentiores fere omnes. Nec aliter auctor *praefationis in LEG SAL.* p. 312. scribit, apud Lindenbrogium. Id obseruabis, quod in quatuor legislatorum nominibus inscriptione admodum uarient hi, qnos eitaui scriptores. Germanica tamen esse, diuinare facile est. Id quod CAMERARIVS ostendit *Horar. Succ. Cent.* III. *c.* LXIV. *p.* 229. *Adrian.* VALESIVS uero scriptor eruditissimus et rerum Francicarum peritissimus legum harum latorem Chlodouaeum regem piissimum et primo Christianum facit, cum eoque *Ioh. de* BVSSIERES *lib.* I. p. 7. §. IV. AVENTINVS definire nihil audet, sed aliquot annos ante Iustiniani tempora latas esse *lib. IV. annal. p.* 183. credit. Vtut uero hos, qui aliter sentiunt autores refutare, facile esset, qoi nihil, nisi qued Pharamundo, tot bellis implicito, uix tempus fuerit de legum sanctione, quae pacis alias optata soboles sit, multum cogitare, ad scriptorum testimonia excipiunt, quibus Caroli M. exemplum opponerem, prudentissimi legislatoris: attamen nihil certior exinde nostrae huius legis origo fieret, cum has nmnes, quae hodie extant, pro Pharamundi habeat nullus. Nam et Chlodouaeum, Childericum, et Chlotarium, Carolum M. item ac Ludouicum pium plures addidisse, quasdam et reiecisse ac immutasse extra controuersiam est, id quod citatae *praefationis in Leg. Sal.* auctor expressis uerbis scribit. De Caroloque M EGINHARDVS p. 32. Quid? quod Galli ipsi conquerantur, nullom fere legum harum MSC. exemplar cum altero concordare. A quo igitur horum et quando haec condita nostra sit, illi doceant, cui indubitatae eam facere cupiunt auctoritatis. Sed nec minor de nomine lis est. Alii enim *Salicam* a *Salgaste* huius legis latorum tertio petunt, qood alios inter facit VRSPERGENSIS l. c. alii ad Salios hic Fraocos at locum *MARCELLINI lib. XVII. p.* 170. *ac Beat. RHEN lib II. rer. germ.* respiciunt. Id qood *HOTOMANNO* uidetur l. c. minque, cum in Fraocia orientali trans Rhenum lex condita sit, Saliorum Francorum prouincia, unde et Conradi Saliei nomen habemos, nec enim ultra Pharamundus uenit, neo aliam terram uicorum nomina *Salechaim, Bodochaim et Wingehaim*, ubi promulgata lex dicitur, admittunt. Sed alii rursus, quod Salica tantum *ac Aulica* ueteri Francorum, id est, Germanorum lingua sit, probare intendunt, ot *AVENTINVS annal. lib. IV. p.* 183. eodem dicente *a Sala* non Thuringiae sed Franciae flomine deducunt alii, quam sententiam *CAMERARIVS* approbat *Cent. III. c. LXIV. p.* 229. Speciale est, qood *FORCATVLVS* habet *lib. V. p.* 700. hic enim Pharamundum hanc ob causam Salicas dixisse credit, quod leges suas ad Martem Herculemque referret, quorum dicti *Salii* fuerint sacerdotes. Satis confidenter CHASSANEVS *in Consuet. Burg. tit. de Feudo* pro *Salica* f in g mutato legendum censet, qno de *HOTOMANNVS de Iur. Succ. Reg. Leg. II. p* 33. Sunt etiam, qui ad ineptas deriuatiooes deueniunt et uel a *saliendo*, quasi inter tripudia lex lata sit, teste *FORCAT. l. c.* uel a *sale*, sapientiae scilicet, et refert *BERTHAVLT. l. I. c. V. p.* 12. *Fl. Franc.* uel *Salacantica* quadam urbe, manifestante CAMERARIO l. c. nomen deducunt. Salse EDOARDVS noster fecit, qui aemulum suum Philippum, Salicum et *Salicae legis autorem* dixit, eo qnod hac solom lege rex esset et salarium insuper in Franciam uectigal primus induceret. GAGVINVS. *sub h. R. et* BVSSIER. *lib. X §. XV. p.* 486. Sed haec obiter. Cetera satis indicant, quam incerta omnia, quamque dubia ac controuersa sint.

Quis condiderit Salicas?

Nomen legis Salicae unde?

Varios lex Salica habet autores.

(*c*) Et hic aqua haeret. Quas enim lex prouincias sub terra Salica intelligat, nemo Gallorum definiuit hactenus. Quidam de equitum hic praediis agi existimant, noonulli ad illa uocem restringunt, quae libera omni seruitute sunt, *frey gelehn Gut.* Molti etiam eas hic terras, Salicas dici, credunt, quas strenui in bello duces acquisiuerint. Ista enim fortitudine cum parta armorum sint, quin ad mollem feminae colum deueniant, lege hac cautum esse putant. Plura uide apod DV FRESNE *in Gloss. p* 270. sub *h. u.* AVENTINI coniectura *l. c.* est, istas hic terras intelligi, quae ad aulam regis pertineant. Quo fundamento id faciat, diximus supra. *GAGVINI S etiam in uita Vales.* ait: *Terram autem salicam dicimus, quae solius regis est.* Addit

Quid terra Salica sit?

 leberrimi inter Gallos ICti inepte huc trahi existimant, parum abest, quin reii- A ciant penitus (*d*). Illud non; unde e- nim *consuetudines* repetent? cum res in con-

Addit HOTOMANNVS *c. X p.* 76. *Franco Gall. In eandem sententiam Franco-Galli omnes non modo historici uerum etiam ICti et Pragmatici usque ad hoc tempus scripserant, ut iam communis error prope-modum ius fecisse uideatur*, quo etiam ICtus ille COVARRVVIAS ducitur *T. II c. I. Quaest. Prad.* §. 8. *p* 170. Ceterum hoc certum est, Gallos sub *terra Salica* omnem Galliam intelligere nec posse, nec audere; cum pleraeque ibi dynastiae feminarum admittant successionem, exemplis id passim comprobantibus et teste inter alios BVSSIER. L. VIII *p.* 390. Si uero regnandi potestatem Salicas intelligere existimemus; eccur *terram* dicunt, remque tanti momenti tam latae, tamque dubiae significationis uoce exprimunt. Cum tamen faciliori et opera et intellectu *regnum* pro *terra* scripsissent, si quidem ad illud respexissent solum. Imo, unde *terra* Salica dicta est, inde et *leges* hoc nomen accepisse, firmiter credo. At uero solis leges Salicas regibus datas esse, statuere absurdum est; cum illae *de furtis porcorum, animalium, ouium, caprorum, de maleficiis* aliisque rebus agant, Sacra Regia maiestate plane indignis; ergo et terram Salicam ad eandem personam restringere solum uelle, eiusdem absurditatis est. Tandem quae *Gotsfred.* WENDELINVS *Texandro-Salius* in *Natali Solo Legum Salicarum, in Glossario* item *Salico* et alibi congessit, quae in operibus Iac. Chifletii extant, mea facere omnia nolo, quanquam et ibi habeantur, quae contra Gallos moneri possent. Conferri tamen huc *Ioh. Iac.* CHIFLETIVS ipse meretur in *Vindiciis Hispan.* et *Saliis Lumin.* quae BOVCHETO et DOMINICO Galli opposuit antagonistis. *Edit. Antwerp.* 1651. fol.

Salica lex ad feminas in regno excludendas inepte trahitur testimonio Gallorum. Hotomanni.

(*d*) Sed quid opus est plura addere, celeberrimos Gallorum ICtos audiamus et quis legis huius hac in controuersia uigor sit, facile patescet. Primas hic *Franciscus* HOTOMANNVS teneat, eruditissimus scriptor et rerum Gallicarum gnarissimus. Ita uero ille in tractatu, quem ex instituto de *Iure Successionis Regiae in Regno Francor.* scripsit, *Lege II* ait: *Etsi autem aliquot abhinc seculis error quidam hominum imperitorum in hoc disputationis genere uersatus est, existimantium, legem quandam apud maiores fuisse nomine Salicam, quae hac de re nominatim cauisset: tamen quoniam inueteratum iam illum errorem, ut poteras commentum absurdum et fabulosum in Franco-Gallia [illegible] consutauimus, nihil necesse arbitramur eum [illegible] ram hoc loco refellere. Tantum admonuisse [illegible] rit, uerba haec; De terra Salica in mulierem nulla portio hereditatis transit: sed hoc uirilis sexus acquirit; tantum abesse, at ad regias hereditates pertineat, ut ne ad feudales quidem successiones referri possit.* Idem in *Franco-Gallia c. X. p.* 78. *In scriptus lex de* ALODIS, *hoc est, de iis rebus, quae non feudi, sed patrimonii iure a priuatis possidentur: quod summe notandum est*, porro; *non ad feudorum sed tantum ad alodiorum successiones pertinet: Vt facile illorum imperitia coarguatur, qui lege illa nunquam lecta, aut non intellecta affirmare ausi sunt, lege Salica cautum esse, ne regia potestas ad mulieres transferatur. Imo lex ad Salios Francos ultra Rhenum, non ad Franco-Gallos pertinet. Cuius similem etiam* ANGLI *habent tit.* 7. nil tamen in successione regia sequiorem impediente sexum. Eadem mens *Anton.* HOTOMANNO *in Tract. de Lege Salica p.* 224. *ap. Chifl.* est, ubi ait, in legibus Salicis non agi de successione regni Franciae, sed solum de praestituta uiuendi norma, quae inter Francos subditos obseruari debeat. Cum Hotomannis etiam celeberrimus ICtus facit *Barthol.* CHASSANEVS *Consuet. Burg. tit. de Feud. num* 37. Idem

Chassanei.

et CONRINGIVS approbat c. VII. *de Orig. I. G. p.* 20. Nec aliter *Scipio* DVPLEIX, qui, postquam probasset, Salicam legem ad Salios Francos, non Occiduos pertinere *in Prolegom. H. st. Fr.* pergit: "Longe crassior est eorum ignorantia, cum existimarunt legem Salicam ad successionem coronae "in fauorem [illegible]arium, feminarum autem ab ea ex- "clusionem constitutam fuisse: in toto quippe li- "bro ne unus quidem titulus aut lex una, arti- "culusue unus occurrit, qui de ea meminerit; "sed de solis subditorum iuribus, poenisque agitur. Pari modo *Ioh.* TILIVS, celebris ille Gallorum scriptor, sentit, cuius haec *p.* 158 *in Gallia Eleuiriana* uerba leguntur. *Feminae e Galliae Regno fuere exclusae, non tamen ex lege Salica: quae generatim statuit, si mares filii erunt, ut feminae tantum succederent in bona mouentia, non uero in actus patrimonium, quod prisca appellatione terram Salicam dixerunt.* Id quod ex lege antiqua probat, ubi extat; *alluadium uel hereditas Salica.* Eiusdem sententiae et P. MERVLA est, *part. II. Geogr. lib.* III. *p.* 101. *Ego scio, legem* Salicam *agere de priuato patrimonio tantum; nec de feudis, sed de alodiis, ut prothei loquuntur.* Quibus magni addo testimonium CVIACII, qui *lib.* I. *de Feud. tit.* 1. ita sentit; *Separatis libris habetur lex Salica et lex Francica: haec est occidentalium, illa orientalium.* Plura uide apud CHIFLETIVM *in Vindiciis Hisp. c. V. p.* 17. *sq. et Lumin. II. Salico p.* 223. digna etiam, ut et hic legantur, HAILANDI uerba sunt, *Tom.* I. *Hist. Franc. sub Phar.* quae ita latine *Chifletius* uertit: "Lex ista "Salica Pharamundo attributa fuit ab iis, qui, ut se "reges facerent, feminasque a corona excluderent, ius suum ea firmare uoluerunt. *Idem* lib. "III. de Stat. Rer. Franc. Lex Salica a Philippo Lon- "go excogitata; quae uigorem in Francia nunhabet, nisi PER VIM, qua in omnibus ditionibus "pleraeque leges nituntur." Quae argumenta eo recidunt singula: quod *lex Salica* primo *priuatorum*, tum *Saliorum* Francorum non occiduorum sit; neque de *regno* agat, sed de *alodiis*, quod et textus conuincit et textui addita inscriptio. Condonemus igitur illis errorem, qui uel auro corrupti, uel cristatis nummorum cateruis profligati, uel adulationis magnetica ui pristinis Philippi Valesii temporibus sunt, ut ueritati bellum indicerent; sed BOVCHETI *et M. Ant.* DOMINICI pertinaciam condemnemus, qui puerilem errorem, post tot luculenta Gallorum testimonia, contra *Iacob.* CHIFLETII *Vindicias Hisp.* uterque mordicus defendit, et *huius* magis, quo inuerecundius facit, in *Assertore* suo *Gallico Typogr. Reg. anno* 1646. edito. Parum tamen et *ille* melius in *de Vera origine domus regalis Franciae Paris.* 1646. Quibus non solum *Lumina* sua et *Genealogica* et *Salica*, ita enim scripta haec appellat, *Chifletius* opponit. Sed ipse *Lud. Cantarellus* FABER Gallus hanc ciuium suorum ignorantiam castigat *Dissertatione* 1647 contra cos edita Verba eius sunt: *Lex Salica est decretorum congeries pro uarium uiuendi Francis praescripta: illa non agit de iure publico et multo minus de coronae successione, sed de priuato tum iuribus duntaxat. Franci ab annis solummodo centum quinquaginta, illa nouitate ducti sunt.* citat. *Diss. p.* 15. *seq.* [illegible] igitur, sed uere Gallus iste legatus, a pontifice [illegible] quaesitus, ubinam scripta inueniretur *lex Salica?* respondit: ab altera paginae parte legi, in libro, qui de Constantini agat pontifici facta donatione. OLDENBVRGERO referente *part.* II. *Thes. Conringiani Tit.* XVIII. § XCVII. *p.* 494. Cum itaque eiusdem ualoris cum pontificio isto commento, ipsis Gallis iudicibus, sit, qui eam inter fabulas referre nos Germani dubitemus.

Dupleix. Tilii. Merulae. Cuiacii. Hailandi. Boucheti ac Dominici cum Chifletio controuersiae.

(*e*) Sed

controuersiam nunquam uenerit ante (*e*). Quin potius contrarium si non in Brunegilde et Fredegunde feminis, sane in Blanca et Constantia Reginis colligere est (*f*). Minus tertium nos terret, insulsi monachi frigida ac puerilis argu-

An consuetudo feminis in Galliae regno obstet?

(*e*) Sed plus forte negotii *consuetudo* facesset, quam assidue urget HOTOMANNVS; ita enim in *Franco-Gall. c. X. p. 79.* ait: *etsi uero nullum nec Salicae nec Franciae legis caput extet, quo mulieres a regni hereditate arceantur; tamen instituta et mores gentis tanto seculorum consensu conseruates, ac praesertim contradictoriis iudiciis confirmatos, legis scriptae uim obtinent.* Idem et ICH. HERALDVS monet, *sub fin. lib. de Iur. Regn. Francor.* et L. Cant. FABER *in Diss. cit.* *Nec dum detecta ab assertere Gallico differentia, quae est inter Salicam legem et antiquam Francorum consuetudinem. Haec firmata est Franciae monarchiae forma essentialis, quae coronae successionem masculinam reddidit cum perpetua feminarum exclusione, et porro, in sola consuetudine Francorum masculinitas firmata est, non autem Salica lege.* sic sentiunt, qui melius sapere nolunt, omnes. Sed leuius hoc telum et hebetius est, quam ut ferire nos possit. Circa duo enim inquiram; primo quaenam consuetudines uim legis obtineant; deinde an talis haec Gallorum sit. Sunt igitur moralistarum, qui consuetudinis hoc priuilegium sine graui iustitiae laesione admitti non posse, contendunt: alii admittunt quidem, sed non nisi cum cautione. Cuiusmodi sunt: primo *ne diuini nec gentium iuris moles, ut deinde uideant, patiantur, et consentiant omnes, nec unumque frequentia intercedat, atque in contradictoriis iudiciis sit approbata.* Haec Francorum consuetudini aeque conueniunt, ac oculo pugnus. Gallos hic testes audiamus, ut propriis iugulemus eos gladiis. Loquatur autem ex MARCVLPHI *lib. II. Form.* XII. CVIACIVS, cui tantum iurisprudentia debet, quantum ulli unquam debuit mortalium, FABROTTO praecone in *praefat Basil.* Is uero tale *lib.* I. *de Feud. tit.* 1. recitat testamentum: *Galne dulcissimae filiae meae, L. Titius et S. Diuturna. Impia apud nos consuetudo tenetur, ut de paterna hereditate sorores cum fratribus portionem non habeant. Sed ego perpendens hanc impietatem, sicut mihi a Domino aequaliter donati estis filii, ita et a me sitis aequaliter diligendi, ut rebus meis post meum discessum aequaliter gaudeatis,* et quae sequuntur apud *Gottofr.* WENDELINVM *in Glossar. Salico p. 183* et *Chifletium Lumine II. Salico p. 224.* Sic et BODINVS ait: *ut proximus quisque heres succedat, ordo non tantum naturae ac diuinae legis, sed etiam omnium ubique gentium postulat. lib. VI. de Rep. c. V. p. 1140.* Vos atne obseruatis hoc, qui cum BALDO uestro clamatis; *Borboniae gentis masculos etiam millesimo gradu a stirpe remotos prius sceptro Francorum adepturos, quam foeminis locus ullus relinquatur. In lege centum nude legit.* uti passim allegant Galli, aut regnum uestrum hereditarium esse dubitatis? uestri uero non dubitant, legite interim BODINVM uestrum *lib. VI. c. V. de Rep p. 1136 seq.* acerrimum licet Gynaecocratiae impugnatorem. Primum igitur consuetudinis uestrae requisitum labefactat, uobismet ipsis testibus. Alterum uero tantum abest, ut reperiatur, quantum exilia, bella ac mille calamitates exinde ortae uobis notiora sunt. Sed tertium forte HOTOMANNVS obtinebit, exemplis, quae *c. X. p. 79.* affert: *Nam Childerico* (Childeberto) *rege mortuo, duabus filiabus superstitibus fratri eius Clothario regnum illis exclusis delatum est.* item et ANONYMVS urget in *Discours sur la Ley fondamentale de France, nommeé Salique.* qui extant apud OLDENBVRGERVM *T. II. p. 359.* Fateor me hic aliquantum haesisse, non quod Hotomanni me terrerent, sed quod GROTIVS aurem uellicaret, Agathiam allegando, *lib. II. c.* VII. §. XXII. *p. 195. de Iure B. et P.* Locus uero AGATHIAE, qui huc pertinere uidetur, *lib. II. extat p. 47. edit. Pinat. 1594. 4to.* Res ipsa ita sese habet. Chlodouaeus, sexti sec. rex, quatuor filios inter regnum diuisit, Childebertum scilicet, Chlotarium, Theodericum, et Chlotomirum, mox uenit, ut periret Chlotomirus et Theodericus etiam, cum Filio Theodiberto, et Theodibaldo nepote decederent, superstitibus adhuc Childeberto et Chlotario fratribus. Hos igitur ad Theobaldi hereditatem, cum improlis mortuus ipse fuisset, tanquam genere proximos *patriam legem* uocasse; inquit Agathias. Assumit hoc DOMINICVS in *Assertore* suo *p. 16.* contra Chifletium, acerrime pugnando, sub *πατρίῳ* hic *νόμῳ* Salicas intelligi Francorum. Respondet obiectionibus *Lum. III. Sal p. 228.* CHIFLETIVS Agathiae in dubium uocando autoritatem, qui scriptor exoticus fuerit, et homo Graecus, alibique aperte falsa scripserit de Francis, deinde monendo Theobaldi regnum in orientali Francia situm fuisse, ab orientali uero ad occidentale concludere non licere; quid? quod et *νόμῳ* interdum tantum Graecis ac mos significet apud Latinos. Ego uero talibus his opus esse, non uideo; quin potius, recte ac uere Agathiam scripsisse, existimo. Aequis enim uel hodienum negat, in Franciae regno genere proximos succedere. Sed hoc, et nihil aliud, dicit Agathias. Theobaldus enim rex iuuenis decessit, idemque improlis. Propior igitur heres nemo ac fratres fuere, ad hos igitur regnum pertinuisse, recte scribit noster. Sed Chlotarius tamen id solus accepit, dices? At num *legibus patriis* hoc factum esse Agathias affirmat? Contrarium potius habes; *leges* enim patrias utrumque fratrem ad hereditatem uocasse, noster ait: *Childebertum* uero, bella et inuidias uitandi causa, sponte a iure suo abstinuisse, solique reliquisse *Chlotario*. Aut, si eam mauis causam, quod uiduam is Theobaldi duxerit cum qua defuncti mariti accepisse fertur hereditatem. Sed hoc contra Salicas Francorum esse, dices? Sic quidem est, sed ita nihilominus GREGORIVS *Turonensis* scribit *lib. IV. pag. 124. Hist. Franc.* Agathiae aequalis et magnae fidei autor. Hoc igitur dubio soluto, aliud restat. Idem enim *Chlotarius Childeberti* inuasit regnum, superstitibus licet duabus mortui patris filiabus. At quis *patriis* hoc *legibus* factum esse dicit? nemo. Inuasor fuit, qui duas Childeberti heredes e regno et regione cum matre eiecit, ut testatur *Turonensis lib. V. p. 142.* Idem reliquis de regibus iudicium est, quorum uiolenta imperia pro *consuetudine* sua firmanda in *Franco Gallia c. X p. 39.* uobis opponit HOTOMANNVS. Oculatus enim istarum calamitatum testis, citatus saepe GREGORIVS *Turonensis* fuit, qui iniustissimas diuisi regni a fratribus inuasiones ad extremum usque historiae suae librum non tam uerbis describit, quam animo deplorat. Cuius telam alius, eiusdem nominis autor, in *Appendice*, eadem pertexit acerbitate, ut adeo, quam firma ab impudentissimis iustitiae uiolatoribus bonarum legum exempla ac consuetudines petantur, nulli non ad oculum patere possit.

Agathiae locus uindicatus.

Galliae regnum feminae administrarunt.

(*f*) Sed quid, si istis temporibus, quibus foeminas excludi regno coepisse, Galli existimant, neminem magis, ac feminas regnasse, probauero. Quis enim regiarum foeminarum Brunechildis ac Fredegondis imperia, tricas, tyrannides nescit? Sane qui femineum tunc iugum Gallos sensisse dubitat, is laudatos saepius audiat *Turonenses* et, quam molestum, quamque intolerabile id Gallis fuerit, facile perspiciet. Tyrannos igitur nobis opponunt Galli, quidni et illis nos obiiciamus tyrannas. Verum nec his opus est. Sunt *Blanca* et *Constantia* Reginae, quarum illa Franciae *sceptra*, Ludouico IX. filio im-

CAP. II. argumentatio, qui una hac similitudine et ignauiam in historiis et impietatem in sacris, ineptias uero ubique suo ordine indignissimas prodidit. Cum liliata Francorum insignia eiusmodi sint, ut aeternae illis sapientiae dictum nemo, nisi cum blasphemia tribuat et immani delirio (*g*). Verum DEI enunciatis, sacro- CAP. II.

---

impobere, cum consensu principum *tenuit*, usque dum ad maturiorem rex iuuenis peruenit aetatem. Idem et altera petiit et obtinuisset etiam, nisi pro legitima, *Henrici* I regis aetatem proceres declarassent. Et quis Gallorum dissimulare potest, Philippum pulchrum ad *Iohannam* Nauarram uxorem, prudentissimam feminam, in Gallia *regentem* scripsisse et uariis regni applicasse negotiis. Tunc igitur ubinam *Salica* lex, ubi *consuetudo* mansit, et quis *lilia* tunc nere docuit Gallorum?

Lilia non nere, inepta probatio.

(*g*) Sed audiamus herculea desipientis monachi argumenta. Is enim, cum Siluanecti, *Senlis* Gallorum puto, in publico proceres conuentu deliberarent, uter competitorum Carolo Pulchro sufficeretur. Edoardosne rex, an aemulus eius Philippus, spatiumque deliberandi ad illam Dominicam usque extenderetur, quae *XV.* est a festo Trinitatis die, sacris nostris conscensis, ita ex ordinaria pericope dicitur perorasse: *Quid cunctamini Proceres sententiam dicere, cum eam hodie noster dicat Saluator.* Videte, *is inquit*, lilia agri, quae neque laborant, neque nent. *Francica igitur ad eolum allegabitur? aut num haec istis, quae in agris floreat, ac pereunt, deteriora esse creditis.* Tanto autem haec monachi, episcopum Bellouacensem alii dicunt, cum applausu excepta oratio est; ut uel ea Edoardum iure suo elapsum, consequutum uero id Philippum esse, uisum iudicatumque sit, referente ANONYMO *ex MSC. Heidelberg. de Praetens. Regum ac Rerump. p.* 130. Istorum enim temporum scriptorem haec tradere neminem inueni, cum ineptiarum pudeat graues uiros. Ex recentioribus uero quosdam ineptae huius applicationis autorem *Petrum* GREGORIVM *Tolos.* facere *Iac.* CHIFLETIVS testatur *c.* XIX. *Lil. Franc.* Assumunt tamen id passim Galli, *qui lilia Francorum non deberi, nisi nobilibus qui non laborant*, laborare enim ignobilium esse ipsis placet; *non nisi maribus, qui non nent.* uid. *Dan* PRIEZACVS *in Vindic. Gall. c* XVI. *Iac. Alex.* TENNEVRIVS *p.* 224. 364. SAMMARTHANI fratres *lib.* I. *c.* 12. ad eadem Lucae uerba *Marc.* VVLSONIVS *in Scientia Heroica p.* 222. apud Chifletium. confer etiam huc SPELMANNVM *in Aspilogia pag.* 138. et BOXHORN. *hist. uniu. pag.* 343. Verum recensuisse ineptias has; tantum est, ac eas refutasse. Quis enim Christi Seruatoris uerba feminas a Franciae regno excludere uel somnians dicet? et quae tandem allegoria est? *Lilia non nent*, hoc est, uestimenta non curant, sed naturae habitu placent, *ergo feminae ad regnum admitti Gallorum nequit.* Proniori consecutione, bonus iste frater, quicunque etiam is fuerit, magisque pie conclusisset: *Ergo o Franci mei, a uestium luxuria et nimiae uarietatis libidine, coelestis nos sapientia auocat, atque his tandem stiscalit nobis nostrisque liliis pudorem iniicit.* Alia pietatis momenta in liliatis Francorum insignibus *Magnif.* D. SPENERVS exhaurit *Oper. Herald. part. gen. L.* I. *Sect.* III. *Membr.* IV. *p.* 264. Verum enimuero quis nescit, quales et quantae inter historicos de his *Liliis* Gallorum lites ac dissensiones sint? Alii enim coelestem eis originem tribuunt et uel, *Noachi temporibus*, Francis, tanquam Iapheti posteris, a coelitibus tributa esse, cum *Gor.* BECANO *l.* IV. *Fr.* sentiunt; uel *Chlodouaeo* regi, sacris initiato, angelum obtulisse non sine animi leuitate credunt, ut *Hunibaldus* apud TRITHEMIVM facit *p.* 38 quem etiam alii sequuntur: *Ioh. Lud.* VIVALDVS *in Triumph. Liliorum. Barth.* CHASSANEVS *part.* I *Consid.* 38. *in Catal. de Glor. mundi. Concl.* 44. *Renat.* CHOPPINVS *in Domaa. lib.* II. *tit.* II. *n.* 7. FORCATVLVS *lib.* VI. *Phil. Gall.* FERRANDVS pro *Lil.* I. *p.* 12. *Nic.* VPTONVS Anglus, qui de Carolo equidem M. fabulam narrat *lib.* III. *de Mil. Offic. p.* 108. sed uirum memoria lapsum esse, laudatus D. SPENER. *Oper. Herald part. spec. lib.* I. c. XXIV. §. XII. p. 113. coniicit.

An lilia Gallorum sint e coelo demissa? Affirmant.

Dubitant uero de re alii et pro falsa eam habent, R. GAGVINVS *lib. I. c.* VIII. *Bern. Girard.* HAILANVS *lib.* I. *Rer. Fr. Cl.* FAVCHETVS *lib. de Armis. Scipio* DVPLEIX, *in Chlodou. Ioh.* SAVARO *de Sanctitate Chlodou. p.* 8. *Guil* MARLOTTVS *lib.* II. *c.* IV. *Iac. Alex.* TENNEVRIVS *in Amp. Remens. Dan.* BLONDELLVS *l.* I. *Gen. Fr. p.* 514. CATELLVS *L.* I. *c.* 3. CHESNEVS *in Hist. Droc. l.* 1. *c.* 1. *Gabr.* NAVDAEVS *in Addit. ad hist. Ludou.* XI. SPELMANNVS *in Aspilog. p.* 37. et qui hos omnes citat CHIFLETIVS in *Lilio Francico, ueritate historica illustrato* passim et in *Ampulla Remensi c.* 1. Confer. LYMNAEVS *lib.* I. *Not. Fr. c.* 10. et *summe Reuerendus* D. SPENERVS *Oper. Her. l.* I. *cap.* XXIV. §. XII. *pag.* 113 *part. spec.* HAEPING. *de iur. insing. c.* VI. *P.* III. *Cl.* 1. §. 3. *pag.* 290. *Iac.* VALDESIVS *de Dignit. Hispan. c. XV. p.* 304. *sq.*

Negant aut dubitant.

Qui omnes, quod liliata Francorum insignia coelestia sint, Chlodouaeo I. Regi Christiano ab angelo oblata, anilibus monachorum sequioris aeui fabulis, nec immerito, annumerant, quia fabellae huius originem diuinare, non difficile est. Cum enim lilia haec irides aquaticas esse, plurimi putent, quae ob caeruleum colorem coelestia audiunt, e coelo delapsa esse, plebei tandem crediderunt. Sed neque hi omnes sibi constant, quin in diuersas potius sententias abeunt. Maxima equidem pars ita sentit. Gallos a primo regni exordio *bufones*, ranas rubras alii dicunt, pro tessera habuisse: sed uel Chlodouaeum regem, Christianis initiatum sacris, eos cum liliis pietatis ergo et quod S. Remigius sic admoneret, permutasse. Vel mutationem pictorum inscitiae deberi, qui ranis indistincte expressis posterorum fefellerint oculos, ut illarum species pro liliis haberent, assumerentque. Sunt etiam, qui apes pro bufonibus, cum uenenati ipsos animalis pudeat, substituunt, quarum speciem, alis enim expansis pictas esse aiunt, alii pro liliis aestimarint. *Blasius* VIGENERIVS *in Not. ad lib.* I. *Caesaris* a se editi, mutationem hanc ex galli gallinacei cerebro promere uult, in cuius una parte *bufones*, in altera *lilia* repraesententur. Specialem quoque, ut assolet, FORCATVLVS sententiam *lib.* IIX. *p.* 178 fouet, qui ex duobus tauri capitibus arae sacrae impositis, florumque iunctis fasciculo, haec enim insignia habuisse primum Francos existimat, ineptos pictores trifolium, mox lilia fecisse, credit. Erudite ceterum CHIFLETIVS *c.* IX. *lib. cit. p.* 59. probat, undecunque etiam lilia uenerint Francis, Ludouicum VII. tamen eadem primum pro regiis insignibus adhibuisse. Vlterius FAVCHETVS progreditur, eruditissimus scriptor *in Tractat. de Insignibus*, qui insignia Francorum *lilia* uera non esse, sed *irides aquaticas* flaui coloris, in solo cyaneo seu aqueo; quas e palustri Sicambria Franci in Galliam detulerint, existimat. Ipseque laudatus modo CHIFLETIVS, medicos et botanices inprimis gnarus, alio loco *Lum.* III. *Sol. ad Vindic. Hisp. p.* 230. probat, quod nec candida nec rubicunda lilia respondeant Gallorum. Vt adeo frigida haec monachi argumentatio nouum denuo capiat detrimentum.

Origo liliorum a bufonibus?

apibus?

galli gallinacei cerebro?

boum capitibus?

Quo tempore coeperint?

Insignia Francorum lilia non sunt.

(*h*) Sed

CAP. II. sacroque codice sic pessime abuti, temerariis Gallis nihil noui, qui iisdem regum suorum insignibus diuinitatem ex quadragesimo quinto psalmo conciliare, eadem inconsiderantia ac impietate audent (*b*). *CAP. II.*

An 45. Ps. de reg. Francor. agat?

(*b*) Sed impietate reliqua argumenta ultimum uincit. Omnem enim reuerentiam ac honorem, quem sacris debent, tum demum penitus abiiciunt; cum iis *psalmistam* uerbis: *Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus oleo laetitiae prae consortibus tuis*, reges pariter Gallorum intellexisse, sanctissimamque eorum unctionem, prophetico spiritu praeuidisse et adumbrasse insolenter asserunt. Titulo cantus, qui est PRO LILIIS inscriptus, ad *liliata* regum *insignia* pessime abusi, quo de CHIFLETIVS uideatur c. XIX. p. 134. *de Lilio Francico.*

CAPVT III.

GALLIAE FOEMINEAE CONSVETVDINES.

CAP. III. *Nec leges nec consuetudines Gallorum Edoardo in regio successione obstant.*

SEd demus licet, feminarum in Galliis imperia rariora fuisse, oppressis persaepe filiarum iuribus ui atque uiolentia agnatorum; cuiusmodi in Iohanna inprimis, regia filia, exemplum inuenitur (*i*): nostro tamen hace fraudi esse Edoardo non poterant. Quippe quem nihil horum, quae hactenus commemoraui, a regno cohibuit, ipsis denuo testibus Gallis (*l*). Cum masculus esset ac heros plane incomparabilis (*m*). Hunc igitur ipsas Gallorum leges ad regni successionem uocasse, commonstratum dabo (*n*). Atque idem etiam antiquis- *CAP. III.*

Quare feminae in Galliae regno non succedant?

(*i*) His igitur scopulis euitatis omnibus, quos de *Salica* lege, *consuetudine* item ac ceteris afferre *figmentis* solent: quare Iohanna et Blanca, regiae filiae, ad regnum admissae non sint, cum proximae heredes fuerint, miraberis? Libere et ex mente Gallorum, sed thrasunico more, *Ioh.* TILIVS, postquam fabulosae *Salicae legis* autoritatem infregit, *l. c.* inquit: *Lex tamen haec*, qua foeminae a regno arcentur, *magno Gallorum animo nititur, dominatum muliebrem minime ferentium.* En solidum legis fundamentum, in heroica uirtute situm: hac enim uel excedere quandoque iustitiae limites licere, uulgus moralistarum sentit. E meliori nempe luto se genitos esse Galli existimant, ac alii sunt populi. Anglos, Hispanos ac Suecos intelligo, qui, cum regnum hereditarium habeant, neque iure hoc priuandas feminas esse aequum censent. Sed gratias nos interim Tilio agimus, quod tam candide aperiat, quod sui dissimulant ciues. Interim non meliori iure Iohannam ac Blancam regno excidisse uerissimum est.

De Ludouici Hutini filia.

Ad Iohannam quod attinet, *Ludouici Hutini* filiam et, mortuo intra octiduum Iohanne fratre, proximam heredem: de illius exclusione sic loquitur HALLIANVS *in Ludouic. X. Reg.* "At "quia cum tenella uirgine, ope et auxilio destituta, "PHILIPPVS Longus negotium habebat multos"que regni proceres muneribus, gratiis et pollici"tationibus sibi deuinxerat; non multum labora"uit in asserendo sibi sceptro, de quo cum parte im"becilla controuersiam habebat." idem etiam P. AEMYLIVS dicit *sub h. Rege* et BELLEFORESTIVS *Tom.* I. *Lib.* IV. *c* LIV. ut et DVPLEIX *in Phil. Longo. c.* IX. *ac* SANMART. fratres *l.* XIV. *c.* II. ex quibus BVSSIERES *lib.* IX. *sub h. Reg.* causas eruit, quibus dissentientes maxime principes, *Carolum* VALESIVM, nostri *Philippi Valesii* parentem, quod summe notandum, *et* ODONEM Burgundiae ducem, qui regnum *Iohannae* deberi affirmabant, in suas traxerint partes. ODONI enim Burgundo *Iohannam* filiam suam natu maximam collocauit, assignato in dotem Burgundiae *comitatu*. *Valesius* uero, postquam priuatum emolumentum assequutus esset, rem pariter tulit. Haec Bussieres: Sed controuersiam hanc mox noua excepit.

De Ludouici Longi filia.

Cum enim *Ludou. hic Longus* non multo post fatis concederet, *Iohannae* uxori suae, quod ea mortui regis natu maior filia esset, Franciae sceptra idem *Odo* petiit, Burgundiae dux. Sed praeualuisse legem regni CHESNEVS *uult in Burgund. ducat. historia c.* XIV. quam accuratissimam CHIFLETIVS dicit, *Vindic. Hisp. c.* VII. *Ex.* XIV. *p.* 62. Equidem si *sub lege regni Chesneus Salicam* intelligit, fabulis superius confutatis eam annumeramus: si uero ad recens post Ludouici Hutini mortem in filia factam de feminarum e regno exclusione decisionem respicit, tunc rem in medio relinquimus, cum usque eo duo haec exempla ualuisse uideam, ut de *Blancae*, post mortem *Caroli pulchri* patris, in regnum successione controuersum amplius esse, non inueniam.

De Caroli Pulchri filia.

Edoardo in Galliae regno Salica non obfuit lex,

(*l*) Verissime hic *Ioh.* BODINVS Gallus scribit, pessimus gynaecocratiae iuratusque hostis. Qui tanto magis nobis prodest, quanto acrius alias pro Salica lege et feminarum e Galliae regno pugnat exclusione. Ita uero ipse, postquam masculae ex filia soboli Salicas non obstare, nec earum ad gynaecocratiam referendum regimen esse, probauit *libr.* VI. *de republ. c. V. p.* 1159. inquit: "Qua ratione E"doardus III. rex Anglorum recta Salicae legis in"terpretatione Francorum imperium ad se pertine"re contendebat: quia, tametsi Isabella, Caroli Bel"li sorore, genitus esset, proximus tamen erat et qui"dem MASCVLVS." Optimum sane hoc pessimi alias hostis testimonium est, cui plura addere religio sit, cum unum sufficiat. Inprimis dum addit Bodinus, assumisse hoc senatum Franciae, nisi agnatum Philippum Valesium, qui eiusdem gentis ac nominis cum prioribus regibus fuerit, propiorem heredem putauissent. Sed putarunt, quis enim uno eum gradu Edoardo remotiorem fuisse, non uidet? Nostro interim patrias nullas nec leges nec consuetudines in successione obstitisse, probasse ex hoc loco sufficit. *teste Bodino.*

Edoardo a Gallis elogia tributa.

(*m*) Edoardi ab Anglis scriptoribus ut iura non petii, ita petere ab illis nec laudes uolo. At cum hic et hostes inueniant, quod admirentur, quidni nos ipsis assentiamur. Quo enim successu, qua fortitudine, constantia, moderatione etiam et pietate fuerit, bellaque gesserit noster, P. AEMYLIVS *ac* FROSSARDVS, prae reliquis testantur, qui eius aetatem propius attingunt. Neminem sane Gallorum legi, qui in Edoardo uel minimum desideret: laudibus eum cumulandis uere certant. Quod magnum negotio nostrum pondus addere, utique existimo.

Leges Gallorum Edoardo successionem tribuunt.

(*n*) Edoardus igitur Gallorum legibus contrarium non solum nihil aduersumque petiit; dum ius sibi in regnum uindicauit: quin potius illud exequi coepit, quod patriae eum leges docebant, iube-

CAP. III. tiquissimas perpetuasque in Franco-Gallia consuetudines uoluisse, Merouei, Pipini, atque ipsius tandem Hugonis Capeti exempla, quorum nomina ueteres annales celebrant et recentiores in coelum usque extollunt, sine fuco ostendent (o). Quem ueritati hic facere homines, ad audendum proiecti, frustra conantur (p).

CAP. IV.

bebant ac imperabant. De lege Salica Bodinum audiuimus, iam at TILIVM uideamus, qui idem strenue alias pro Gallis pugnat. Locum supra citaui, ubi nunc ita inquit! "Ex lege Salica, deficien-"tibus filiis, heredes erant filiae ueteris patrimonii. Ex mente nostra d... ita concludit: "Si quis er-"go regnum ex ea ... instituere, filiae deficienti-"bus filiis ad reg... erueoirent." *κατ' ἄνθρωπον* disputamus. Vos igitur, qui pro Salica statis, aures arrigite ac aperite oculos. Haec enim *lex* illa *patriae* est, de qua AGATHIAS; Hoc modo *nascuntur reges* uestri, ut placet TVRONENSI, sicque tandem regnum hereditarium manet, ut uult *Bodinus ll.* supra *cc.* Vestri omnes, uestrisque probati scriptores.

Consuetudo in Galliae regno pro Edoardo pugnat. (o) Iam *consuetudine* quid factum in Gallia sit, uideamus restat, ne frustra eam Galli tanta cum uehementia, superius opposuisse, uideantur. Cum uero illi uiolenta exempla afferant, in mediis rerumpublicarum turbis nata: beniguiores nos erimus, talia ostensuri, quorum ipsi cineres uenerantur, atque a quibus gloriae eorum non infima pars, iura item originesque pendent. A Merouaeo autem exordiamur, primae in Gallia stirpis, quam ab ipso Merouingicam appellant, autore. *Exempla Merouaei;* Cuius licet origo aliquantum obscura sit, quippe quem *filium* Clodionis AEMYLIVS *lib.* I. *p.* 7. sed *nothum* BERTHAVLTVS dicit, *lib* I. *cap.* 9 *pag.* 20. quo tamen fundamento, diuinare non possum: antiquos interim, probatissimaeque fidei scriptores bis facile oppono. Atque eo magis AIMOINO assentior, qui Clodionis *affinem* uocat *lib.* I. *cap.* VI. quo minus is TVRONENSI contradicit, qui *de stirpe Clodionis* fuisse existimat, *lib.* II. *cap.* IX. nec HVNTINDONIENSI repugnat, qui pro *Clodionis cognato* habet. *lib.* VII. *Hist. Angl.* Accedit etiam, quod uetus apud *Chesneum Tom.* I. *Scr. Fr. p.* 793. Francorum genealogia patrem regis exprimat, eiusdem nominis *Merouaeum*, ut probabile admodum sit, Merouaeum affinitatis rationa, feminaeque respectu Clodioni regi successisse. *Aegidii.* De *Aegidio* rege nihil addo, quem eiecto Childerico, eo quod Frauecam uxorem haberet, suffectum esse, alii augurantur. Clarior de *Pipino* res est. Nam, cum superstites ex Merouingis ad imperandum inidonei essent, atque ultimus tandem purpuram cum cucullo mutaret, PIPINVS *Pipini.* successit, quod ex antiqua Merouingorum stirpe esset et quidem feminina. Quod cum aduertisset DOMINICVS *in Assert. Gall. ad* IV. *Expl. Chifletio* ita respondet: "Si legis Salicae uerba atten-"deris, feminam quidem ex successione penitus "remoueri, sed deficiente prole mascula non pro-"hiberi, ut a feminarum cognatione orti ad suc-"cessionem uocentur. Per legem siquidem mu-"lier capere hereditatem non potest: uerum eius "filii ac nepotes, paterno deficiente genere, in-"capaces non declarantur, cum impedimentum, "*quod summe notandum*, extet in sexu, non in ma-"ribus ex eo genitis." Quid quaeso clarius denuo ac melius pro Edoardo dici posset; cuius luminis ita coloribus describitur, ut tantum non nomen eius ipsum exprimatur. Singulare adhuc illud exemplum est, quod in Hugone Capeto accidit. Huic enim *Ludouicus V.* Rex regnum testamento assignauit, quod ille maternum genus a Carolo M. duceret, hac tamen lege, ut eius uiduam Blancam matrimonio sibi iungeret. *Hugonis Capeti.* Quibus causis imperium ad eum est deuolutum, Arnulpho et Carolo patruo filiisque huius, Ludouico ac Carolo exclusis, qui mascula a Carolingis stirpe descendebant. Cuiusmodi in historiis exempla plura patent. Id quod et CHIFLETIVS *in Vindiciis primum Hispanic. cap.* VI. *pag.* 49. deduxit, tum etiam VII. *Salico Lumine pag.* 253. rem, multis testimoniis allatis, illustriorem reddidit, contra *Gallicum Dominici Assertorem* strenue decertando. Ex quibus nunc duo colligo. Primum est, quod nepotum ex regiis filiabus in Galliae regno ratio sit habita et tum etiam habita, cum remotiores ex mascula stirpe agnati superessent. Quod utrumque in Edoardi nostri exclusione, contra aequitatem praetermissum neglectumque esse constat.

(p) Sed noua hic latibula *Car. Annib.* FABROTTVS quaerit, qui, cum radiet ei lumen, ne noceat simul, laruam inilicit, *in Praefatione Basilicorum ad Seguierium* scripta, ita inquiens: "Si "quid principes sanxerint, ab ipso ore iustitiae "prouenisse credatur. Eiusmodi est LEX IM-"PERII, qua nihil iustius sanctiusque dici queat, "praesertim eo capite, quo feminae, quique ab "iis nati sunt, in perpetuum a regni successio-"ne arcentur. Et blandiuntur sibi, qui magnis "animis contendunt, masculis non extantibus, e-"os, qui per feminini sexus personas cognatione "iunguntur, a regni Gallici successione non remo-"ueri, quod neque mens, neque uerba SALICAE "LEGIS, neque regni mores patiuntur. Legis "sententiam circumuenit, qui ortos ex feminis "non esse repellendos censet. Nec est, cur mo-"ueantur quorundam regum exemplis. Rectius "enim dicent; regni proceres aequius censuisse, "ut ad regni successionem nati ex feminis potius "admitterentur, quam exteri, non iure SVC-"CESSIONIS sed ELECTIONIS, uti tunc "moris erat. Cognatio enim nullum ius eis tri-"buebat et tamen regni primoribus suadebat, "ut in eligendo rege potius eorum partes esse ex-"istimarent, qui non omnino alieni essent." *Fabrotti exceptio nihil ualet.* Triplici errore Fabrottus ducitur, primo enim Salicas de regia successione agere existimat, tum legem etiam feminarum filios excludere, credit, tertio tandem in Gallia olim electionem obtinuisse, uult; quod cum omne superius confutauerim, ipsique scriptores id Galli confutent, non est, cur ea hic repetam. Interim, dum haec scribo, *Anton.* MATHARELLVS in manus uenit, quem in *Respons.* ad *Franco Gall. pag.* 60. Hotomanni, de Salicae legis expositione, sententiam infringere uideo. Sed cum nec ille noui quid afferat, hactenus ei quoque dicta sufficiant.

VOX POPVLI PRO GALLIA FOEMINEA.

Qui Edoardo adhaeserint et qui Philippe?

QVid igitur mirum, plures Galliae procerum, in conuentu, de successione in regnum, Syluanecti habito, Edoardo regi, tanquam legitimo, proxi noque heredi adhaesisse, qui tamen pron. isionibus partim corrupti, partim et comminationibus deterriti, nonnulli etiam poenis suppliciisque affecti propterea, de quo non sublestae fidei scriptores testantur (*q*). Cum unum e contrario Robertum, Artesiae Comitem, Valesii inprimis causam egisse, constet. Idque eum fecisse ideo, quod priuata exinde commoda speraret. Quibus cum esset elapsus, aliter sensit, erroremque non agnouit solum; sed etiam, ut ius hoc suum, quod Anglo publice tribuerat, armis prosequeretur, Edoardum saepius admonuit, instigauitque. (*r*). Quid? quod post dictam quoque a proceribus sententiam, nouo se regi subiicere plures detrectarent prouinciae, quae legitimo se heredi obsequium debere palam profitebantur (*s*). Quarum etiam precibus adductus eo erat Edoardus, ut insignia Galliae titulumque assumeret (*t*).

Syluanectinus conuentus.

(*q*) Syluanectinum conuentum diutius durasse, supra dixi. Quod igitur in partes iuerint consultantes, non frustra coniicio. Hoc enim et plura MEYERVS dicit *lib.* XII. *Annal. Flandr. p.* 157. cuius uerba digna sunt, ut hic legantur, ita uero ille: *Edoardus opposuit diuina* BIBLIA *legi Salicae* cum P. AEMYLIO hic loquitur, *qui lib.* VIII. *p.* 800. inquit; *contra* Anglus *causam suam etiam legibus armabat, uerbaque illa ex sacris* NVMERIS *recitabat: Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hereditas*, pergit noster: *sed fuere quidam in Gallia ultimis affecti suppliciis, quibus ea Edoardi non displicebant argumenta.* En integros iuris Anglorum testes! qui suo id sanguine obsignarunt.

Suspectus Valesii defensor, Robertus

(*r*) Pro Valesio contra ab initiu paocos admodum stetisse, unumque Robertum Artesiae comitem fuisse, qui Anglis aduersatus maxime sit, ut thronum conscenderet Philippus. Ita enim *Iohannes* BVSSIERES *lib. X. part.* II. *p.* 466. ait: *Ideo, de regno cum disceptarent, Robertus contentionem omnem, ut Philippus promoueretur, intenderat, idque perfecerat.* Idem gloriatum esse Artesium post, de Valesio dicit: *se deiecturum, quem erexerit, p* 467. et BERTHAVLT *lib.* III. *c.* XXXI. *p.* 335. ait: *Robertus Atrebatum comes palam professus fuerat; se Valesium, ita enim regem appellabat, extulisse, eundem breui deiecturum.* Confer etiam P. AEMYLIVM *lib.* IX. *p.* 445. Vnde uero tam laborauerit pro Valesii successione? num iustitiae id amore fecerit, an priuati solum commodi causa, inquisiuisse iuuabit. Posterius uero quadruplici argumento conuincam. Primum enim cor et anima Valesii Robertus fuit. Sic enim BVSSIER *lib. X. p.* 465. ait: *Roberto Artesio cum Philippo, antequam is promoueretur in regnum, iucundissima uitae ac officiorum omnium societas erat, una uoluntatis ac sententiarum consensio; ex priuatis commodis, commune quoddam efficiebant.* Deinde etiam Philippi Valesii sororem in matrimoniu habebat. Illud igitur uiri de amico testimonium suspectum, hoc de consanguineo corroptum plane erat. Nec me fallit opinio, cum Gallos aeque ac Anglus consentientes habeam. Pergit enim BVSS. *l. c.* imo, ut agnationem sanguinis uincirent arctius, affinitatem contraxerant, sorore Philippi Artesio in uxorem data. *Ideo de regno dum disceptaretur*, audi causam! *Robertus contentionem omnem, ut Philippus promoueretur, intenderat, idque perfecerat.* Addit fructum iniustae defensionis: *imo aliquandiu regem inter et subditum eadem amoris significatio perseuerabat, cum Philippus, Artesii causa, omnia cuperet et potentiae, quandum sat ambitioni foret, permitteret.* Paria VERGILIVS habet, *lib.* XIX. *Hist. Angl. p.* 470. ita scribens: *Robertus Philippi cum primis causam aduersus Anglum, regnum Franciae repetentem, acriter defendit, idque fecit, partim quod eius sororem in matrimonio haberet, partim uero, quod confideret futurum, ut auctoritate regis, tandem aliquando suum reciperet comitatum.* Et hoc tertium argumenti membrum est. *Simillimam enim, P. Aemyl. lib* VIII. *p.* 538. inquit, *Robertus cum Mathilde amita controuersiam habebat.* Ipsa enim tanquam filia senioris Roberti hereditabat comitatum, quem noster, prae illa Robertus uolebat, senioris Roberti, sed ex mascula stirpe, nepos. Philippi igitur causam si feliciter perageret, fore, ut nec in sua aliter pronuntiaretur, qoae in simili de feminarum a feudis exclusione ageret, sperauit. Sed cum aliter accidisset, rex enim Mathildem in comitatu confirmauit, tum demum, quo animo, qoa intentione ac fino rem malam propugnauerit, prodidit luculenter. Peccati enim uenia ab Anglo petita, quae iura in Galliam sint, quamque infirmo talo Salicarum expositio stet, libere est professus. Quo de citati autores satis superque testantur.

ob nimiam in Philippum propensionem,

consanguinitatem,

priuatum interesse,

propriam erroris confessionem.

Flandri Edoardum pro rege agnoscunt.

(*s*) Flandriae regiones puto. De quibus FORCATVLVS *lib.* VII. *p.* 1083. ait: "Ceterum Flandri "erga Anglum propensiores, Philippum Gallum "reperti regis nomine sugillarunt, uelot fortuito, "non iudicio allectum." Eodem modo BVSSIERES *p.* 464. *lib. cit.* scribit: "Flandri Philippum repertum regem, per contumeliam nuncuparunt, "Gallumque pictum supra muros Casleti erexerant, "concinentes in ludibrium tunc regem repertum "in sua munimenta subiturum, tum hic gallus caneret." Sic et VERGILIVS Salica lege explosa *lib.* XIX. *p.* 464 pergit: "Illud idem uerissimum "esse testatur Flandrorum scomma in Valesium "uulgi sermone iactatum, quod ille fortuito, non "iure ad regnum peruenisset. Atque ita recens "commentum fuisse uidetur, quo Edoardus regno "Franciae est fraudatus, quod quemadmodum ille "tam iure sibi, quam optimo repetebat, ita nunc "Angliae reges non iniuria repetere, uidentur.

Horum precibus Galliae insignia ac titulum assumit.

(*t*) Huius rei FROSSARDVS testis est *lib. I. p.* 23. *Hortabantur*, inquit, *Anglum Flandri, ut ipse insignia Galliae sibi usurparet, simul et titulum, quo facile liberos se posse fieri a iuramento praestito. Rex a multa consultatione, sic egit.* Idem et P. AEMYLIVS scribit *lib.* VIII. *p.* 452. *Iacobus*, qui praeerat tunc Flandris, *persuasit Edoardo, ut rex Angliae non modo, sed et Franciae scriberet: uexillis, pannis, signis liliatis etiam uteretur. Sic Anglus, rex Franciae ab suis Flandrisque salutatur.* Sic et *Ioh.* TILIVS *Chron. ad an.* 1328. ac plures alii:

(*u*) Su-

CAPVT V.

IVRE BELLI FIRMATA GALLIA FOEMINEA.

Felices Edoardi in uindicanda Gallia successus.

BEllo igitur armisque exequi iura coepit Edoardus, eum pace iis frui non posset. Tantum autem hic causae iustitia potuit, ut, si aetherem Anglis militasse diceres, nihil affirmares, nisi quod publici afferunt Gallorum scriptores (*u*). Et sane id Cressiaea fatis pugna doeet, ubi praeter omnium spem expectationemque centies mille Galli, a uiginti quatuor millibus Anglorum disiecti ae fusi tertiamque partem caesi profligatique sunt (*x*). Quam mox Pictauiensis excepit, Gallis aeque cruenta, quorum decem millia oeeisa sunt, rege iuxta ac filio minori natu innumerisque aliis captis, qui tamen in manu uictoriam habere sibi ante pugnam uisi sunt, quod militum eorum numerus Anglos sexies superasset (*y*). Qua demum clade accepta, quid iusta causa posset, agnouerunt Galli, paeemque feeerunt, euius eae conditiones fuere, ut Anglo potissimae Gallorum prouinciae, cum summo imperio restituerentur, Galliaeque regi, uix aliud, quam umbra maiestatis maneret (*z*).

Vaticinia de Edoardo.

(*u*) Superstitinni nihil do; uaticinia tamen MARLINI diuinasse, quod Angliae et Franciae regna in unum corpus coalitura sint, BVSSIERES refert *lib.* X. *p.* 461. Quod tempus in Edoardo illuxit, sed Gallicana hebetudo et infelicitas per salicam infatuata, obstitit. MEYERO monente *lib.* XII. *p.* 157. *Chron. Fland.* De Roberto etiam Siciliae rege, insigni astronomo et affine Valesii FROSSARDVS *lib.* I. *p.* 22. et 25. refert, quod is Gallum serio a bello ad pacem cum Anglo faciendam admonuerit, cum astra Edoardo fauere, ruinam uero Gallis minari uidisset. Tandem in praelio ad Cressiacum commisso pluuiali imbre impetitam aciem fuisse Gallorum constat, ex quo non minus detrimenti, quam ab ipsis Anglis coepere. Explodimus enim de tormentis sententiam, longe post demum inuentis.

Pugna Cressiaca.

(*x*) Vicerat nauali iam praelin Anglus, caesis decem millibus Gallorum. Hac tamen uictoria moderate utebatur, cumque eam prosequi nunc posset, tantum ne innoxii sanguinis perderet, utrius regnum sit, singulari cum Valesio certamine, receptissimo tum ueritatem explorandi medio, experiri uoluit. Hoc si displiceret, uel centenis se cum eo militibus pugoaturum promisit, ut uel sic tandem bumano parceretur sanguini. Epistolam, qua id Valesio rex obtulit, apud LEIBNITIVM habes *Part.* I. *Tract.* LXXIX. *Codicis Iuris Gentium* nuper editi. Vtrumqoe cum detrectasset Gallus, sororis suae interuentu, quae Vestalis tunc uirgo erat, decem tamen mensium ei inducias concessit. Sed irritauit nostrum denuo Philippus, quod qui in iustam Edoardi causam inclinassent, suppliciis afficeret, regno eiectis aliis. Instauratur igitur ubique bellum, cumque ad Cressiacum committendum praelium esset, Valesius, centum mille in armis babens, nimia praefidentia arrogans hostis sui contemptor erat: sed Edoardi, qui sacris factis a pietate exordium sumsit, iusta nihilominus causa triumphauit. De quo P. AEMYLIVS, FROSSARDVS, VILLANIVS, Pap. MASSONIVS, GAGVINVS, TILIVS SERREVS, BVSSIERIVS ceterique Franc. Annal. conditores pluribus testantur.

Praelium Pictauiense.

(*y*) Iohannis filii, patri Valesio suffecti, haec calamitas fuit, ab Edoardo pariter filio illata. Ad summas enim is angustias, cum octies mille suis, quos unice secum habebat, a quinqnaginta millibus Gallorum redactus esse uidebatur, qui in eas iam conditiooes uenerat, ut septennio ab armis in Francia abstineret, captiuos redderet ac urbes restitueret: nihil tamen horum audiente Gallo. Qui omnia ad uictoriam, pompam, ac fastum in castris componebat, quatuor insuper filiis ad exercitum uocatis, qnn et hi uictoriae huius participes fierent. At nec bona tum causa succubuit, sed uicit ac triumphauit. Edoardus enim, palma obtenta, opimas praedas inter ipsum cum filio Iohannem regem coepit, ac secum in Angliam transportauit. Quae uictoria decem annis post Cressiacam accidit, uel propterea illustrior, qund alterum Anglis regem in custodiam traderet, qua Sentiae iam caput detinebant Dauidem.

Pacis inter Anglum et Gallum conditiones.

(*z*) Noluit prolapsum hostem obruere, Edoardus, sed ei in biennium inducias concessit. Interea de pace cum captiuo agebatur rege, quam cum approbare Carolus, Iohannis filius, Franciae Delphinus nollet, ad arma denno uentum est. Sed poenitebat mox facti Delphinum, cumque ad componendas lites oon difficilis etiam Edoardus e..., die dicto, qui octauus mensis Maii erat anni clↃ cccLx. locoque *Britiniaco*, pago Carnutibus haud procul, de pacis conditionibus intra octiduum ita conuentum est. Vt Anglus rex et illius deinceps heredes atque successores tenerent comitatus, urbes, arces, munitiones, dominia, insulas, reditus atque prouentus et libere quidem, nec opus haberent, regem Gallum aot illius successores, ut superiores, in iis agnoscere. Quales nunc sunt: "Gascogne, "Guyenne, Poictu, Belleuille, Xaintonge, Agenois, "Perigort, Limosin, Caursin, Tarbes, Bigorre, Gaure, Angoulesme, Rouergue Monstreul, Pontieu, "Calais, Merck, *et quae sequuntur* in Instr. *huius* "pacis, a LEIBNITIO edito, in Codic. Iur. Gent. "Tract. XCV. p 209." Quod summatim etiam alii recitant FROSSARDVS *lib.* I. ad hunc annum, P. AEMYLIVS *lib.* IX. *p.* 476. Frustra uero VERGILIVS *lib.* XIX. *p.* 492. dubitat, an ceteris in Galliam iuribus cesserit Anglus, id enim acta publica *Leibnitii* expresse docens, licet fraudi esse Anglis hoc ipsum non possit, cum Galli mox fidem frangendo, pacis uiolauerint conuentiones.

CAPVT VI.

GALLIA FOEMINEA IVRE PACTITIO.

Gallia Anglo erepta ac restituta.

SEd fracta mox fide Carolus, sequens rex, prouincias, Anglis pace ista concessas, partim rebelles faciendo, partim ui expugnando, ad se rapuit, collaudantibus id passim Gallis et eu... miram in rege suo solertiam suspicientibus

CAP. VI. tibus (*aa*). Sua tamen denuo sibi iustitia uindicauit, sub altero, eiusdem nominis sexto, rege. Qui, reiecto ob nefanda scelera Delphino, Henricum quintum Angliae regem, communi procerum consensu ac festiuo populi applausu, regni Galliae socium ac heredem instituit, ueterique iuri nouum addidit, filia ei in matrimonium locata (*bb*).

In Carolo V. perfidia, contra Anglos commissa, laudatur. (*aa*) Suo iam olim tempore mores Gallorum ad uiuum *Fl.* VOPISCVS expressit, dum sub *Proculo p.* 407. *Hist. Aug.* ait: *Francis familiare est, ridendo fidem frangere.* Eandem quoque hic laudem meritus Carolus V. est Galliarum rex. Vix enim conditiones cum Anglis Britiniaci iniuerat iurandoque confirmauerat; dum occasione, premendi eosdem, oblata, quos Scoticis bellis implicitos, iuuenis Richardi II. regimine parum firmo subesse sciebat, concessas prouincias inuadit nec prius a rapinis destitit, quam rebelles contra Anglum urbes sui iuris ac potestatis fecisset. Quae bella FROSSARDVS, AEMYLIVS, VERGILIVS aliique prolixe describunt. Hoc miror, turpissimam foederis rupturam, ceu miram in Carolo suo solertiam Gallos extollere. Quorum interpres esse BVSSIERES poterit, *lib. X. p.* 502. ita inquiens: "In Britiniaca pace Delphini obseruanda so-"lertia est, qui in instrumentum foederis aspersit "scrupulos uocumque formulas; unde postea com-"modiori fortuna resilirent Franci a foedere, ILLI-"BATA FIDE, sed qua? noli quaerere! Iesuita "est, fidem aequiuocam intelligit, homo aequiuo-"cus, idemque ac non homo.

Gallia Anglis restituitur. (*bb*) Sua Anglis iura diuina iustitia, aequitatis amantissima, denuo restituit. B[illegible] enim, quod quintus rapuerat, sub sexto Carolo [illegible]cuperare laborabant Angli. Qua successuum felicitate Galli pristinarum calamitatum admoniti, quas olim tulerint, cum legitimis Galliae heredibus obstitissent, iustitiae tandem locum reliquerunt. Erat tunc Carolus, sextus eius nominis rex, qui reiecto Delphino, nefandorum scelerum et parricidiorum reo, CVM NOBILIVM AC PROCERVM CONSENSV, publicoque populi adplausu, Henricum V. Angliae regem socium regni ita constituit, ut Galliae post eum sine ulteriori deliberatione rex esset, unoque duo regna capite, legibus tamen ac iuribus unicuique suis integre permanentibus, in posterum regerentur. Id quod ACTA PVBL. apud LEIBNITIVM docent, Tr. CXXXII. CXXXIII. et CXXXIV. digna sane, ut hic legantur et scriptores confirmant AEMYLIVS, WALSINGHAM, VERGILIVS, BVSSIERIVS, aliique.

CAPVT VII.

GALLIA FOEMINEA PER SACRAM INAVGVRATIONEM.

CAP. VII. *Henr. VI. Angliae R. in regem Galliae ungitur.* IDem ius in Henrico VI. renouatum confirmatumque, regio iuuene cIↃ CCCC XXLII. in Galliae Regem uncto (*cc*). Nihil itaque regni spoliatio iuribus Anglorum officit (*dd*). Quod enim iniuria alienatum, eius autoritas aeterna est.

Angli Galliae regnum possident. (*cc*) Fatis in Gallia Henricus quintus concesserat, Angliae ac Franciae rex, Henrico filio relicto octo tunc mensium infante. Galliam tamen ex ultima defuncti regis uoluntate Betfortius frater administrabat, ac regio infanti custodiebat, quod Acta Publ. apud LEIBNITIVM Tract. CXXXV. p. 337. denuo confirmant. Regnum uero cum Delphines turbaret, a rege ac proceribus damnatus: uisum est Galliarum principibus, ipsique Betfortio tutori, ut Henricus, annis circiter duodecim natus, Parisios ueniret, seque ungi, sacrari ac coronari in Francorum regem faceret. Quod etiam omni dignitate, publico parlamenti consensu rite peractum esse, e citatis saepe scriptoribus constat.

Angli Galliae regno spoliantur. (*dd*) Misera hucusque Delphini eiecti conditio et sors erat, tantas ad angustias redacti, ut per contumeliam Roy de Bourges diceretur, cum urbs fere haec sola esset, quae ei adhaereret. De aliis enim, qui illum priuati commodi causa, regem uoluere; sic BVSSIERES *lib. XII. p.* 581. inquit: "Adhaerentes "Carolo proceres, priuati commodi causa, ut sua "quisque in regione regnaret, regem infirmum, "quam potentem maluerunt." Imo postquam Anglos una alteraque uice triumphasse de hostibus, scripsisset; tandem pergit: "Ea clade in summas an-"gustias Carolus adductus, iam per ludibrium rex "Biturigum dictus, eratque tanta pecuniae difficul-"tas, ut palam cibum capere non ausus, ne innote-"[illegible] paupertas, foribus clausis pranderet, semel-"[illegible] deprehensus prandere, apposita duntaxat "[illegible] ueruecina, pullisque geminis, eo luxu regio "decidente depressoque uestigio." Sed Gallis tandem parum fuit tenellam Henrici aetatem spernere, fidemque ei datam, cum occasio nunc esset, denuo frangere. Puellae Aurelionensis siue bonis siue ueneficis artibus, non iudico, adiuti. Ad quod tamen exortae in Anglos in Gallia aemulationes non parum fecere. Qua ratione legitimis Francia regibus erepta, rapina CAROLI VII. fuit; toties ante a Galliae proceribus eierati.

DEt igitur, quod omni uoto expetimus, summum praepotensque NVMEN, ut Augustissimus Monarcha WILHELMVS, orbis Ocellus, ac uniuersae prope Europae sator potentissimus ac felicitatis humanae arbiter, quod in Magnae Britanniae Hyberniaeque regnis, praeter communem mortalium spem omnes humanae magnitudinis limites supergressus, diuinoque auxilio et ope adiutus, praestitit; pari tandem successu parique felicitate Gallias sibi uindicet, eodem iure illi deuinctas. Plaudent tam arduo operi boni aequique omnes, pelagus domino, quem in Magno WILHELMO agnoscit, uias ac portas aperiet: ut, quae iura ab EDOARDO TERTIO pendent, TERTIVS tandem uindicet WILHELMVS.

OPVSCVLVM X.

HISTORIA
SINE PARENTE.
DE
CAVSIS FABVLARVM CIRCA GENTIVM
ORIGINES.

mense Iulio 1693.

PROOEMIVM.

OPeram plerique perdunt, qui eam in gentium origines insumunt. Ipsa enim hic ratio delirat, curiosa nimis, neque ingenium aliquid, aut iudicium ualet; nisi testibus rerum idoneis instructum firmatumque. Hi uero cum deficiant; ipsa historiarum initia deficiunt, nulla hominum industria resarcienda. Mittimus igitur desperatum laborem: cautius ac circumspectius facturi: si caussas rationesque insuperabilis huius difficultatis, non ingenio nostro fingamus; sed ex ueris eruamus historiarum monumentis.

CAPVT I.
DE
IGNORANTIA ADAMI ET PRIMI AEVI.

ACin principio quidem antiquam ac simplicem uitae humanae rationem, quae ultima illa primorum hominum aetate obtinuit, historiis condendis nec suffecisse, nec sufficere potuisse, ille demum sentiet; qui huius artis momenta expendit et cogitat simul, quam alieni tunc ab omni literarum et humanitatis genere fuerint mortales. Equidem non eo impudentiae progredior, ut Lucretius (*a*), Siculus (*b*), Vitruuius (*c*), Ho-

Homines primi muti ac feri.

(*a*) *Lib. V. de rer. nat. p.* 134. LVCRETIVS ita de primis canit hominibus:

Vulginagi uitam tractabant more ferarum,
Glandiferas inter curabant corpora quercus,
Et nemora atque cauos montes, siluasque colebant,
At uarios linguae sonitus natura subegit
Mittere, et utilitas expressit nomina rerum.
Non alia longe ratione, atque ipsa uidetur
Protrahere ad gestum pueros infantia linguae,
Cum facit, ut digito, quae sint praesentia monstrent.
Proinde putare aliquem tum nomina distribuisse
Rebus et inde homines didicisse uocabula prima
Desipere est.

An Adamus nomina imposuerit animantibus?

Pentateuchi inprimis mihi autorem corrigere uelle poeta uidetur. MOSES enim omni animantium generi nomina sua Adamum imposuisse *c. II. Genes. u.* 20. dicere uidetur. Consentiunt IOSEPH. *lib. I. Antiq.* et EVSEBIVS *lib. I.* de *praep. euang.* Sed quid, si IVNIVS probauerit; nomina imponere apud Hebraeos nihil aliud esse, quam datam rem sibi asserere, parentum instar, qui tum demum filios pro suis habuerint olim, cum nomina iis imposuissent. uid. eius *praelectiones in genesin c.* 2. *p.* 110 *sq.*

Idem.

(*b*) In eandem sententiam DIODORVS SICVLVS *l. I. Biblioth. p* 8. concedit, ita aiens: *Homines uero primitus natos uitam inconditum et beluinam egisse, memorant. Cumque a feris infestarentur; mutuo sibi opitulari edocti et metu ad societatem adacti paulatim cognatas inter se formas agnouerunt. Voce autem adhuc confusa et nihil significante; pedetentim uerba articulate pronuntiando et signis unamquamque rem subiectam notando, elocutionem tandem rerum omnium sibi notam fecerunt. Sed cum per totum orbem eiusmodi coetus coirent et quisque, ut fors dabat, uerba connecteret, non eadem omnes loquela utebantur. Ideoque uariae omnisque generis linguarum formae extiterunt et primae illae congregationes uniuersae originem rationibus praebuerunt.*

Idem.

(*c*) Debet VITRVVIVS omnia sua Lucretio poetae, quem sequitur hic; uerba eius *lib. II. c.* 1 *p.* 39. extant et satis quidem lepida sunt: *Homines uetere more, ut ferae in syluis et speluncis et nemoribus nascebantur, ciboque agresti uescendo uitam exigebant. Interea quodam in loco ab tempestatibus et uentis, densae crebritatibus arbores agitatae, et inter se terentes ramos, ignem excitauerunt: et eo flamma uehementi perterriti, qui circa eum locum fuerunt, sunt fugati. Postea re quieta propius accedentes, cum animaduertissent commoditatem esse magnam corporibus ad ignis teporem ligna adiicientes et e-*
um

Horatius (*d*) aliique fecerunt. Hi enim primos homines, ſurdos plane ac mutos, ferarum more, in ſyluis ac cauernis locisque inacceſſis aliis delituiſſe ſcribunt; orationem uero longam demum inter illos conſuetudinem effeciſſe, qua tandem coniuncti inter ſe ſociatique ſint. Quos inertiae ſuae, niſi ſacrae literae condemnarent, ego condemnare non auſim. Satis enim ponderis Lucretii habet argumentum, quo ſermonem nemini naturalem eſſe contendit, cum et hodie eum infantes uſui debeant et ſemper debuerint ante (*e*). Sed, Deo magiſtro, orationem Adamum ab initio didiciſſe, filiosque docuiſſe, cum ſacro codice utique ſtatuendum eſt. Nihilo ſecius tamen illos ridere ſoleo, qui aurea hic ſecula fingunt (*f*) et neſcio quam primis hominibus ſapientiam et artes ſcripturasque tribuunt (*g*), aut literarum apices in faucibus noſtris depictas cum Helmontio quaerunt (*h*), aut caelatas in coelo ſtellarum ſcilicet ſitu

---

um conſeruantes, alios adducebant et nutu monſtrantes oſtendebant, quas haberent ex eo utilitates. In eo hominum congreſſu cum profundebantur aliter ſpiritu uoces, quotidiana conſuetudine uocabula, ut obtigerant, conſtituerunt: deinde ſignificando res ſaepius in uſu, ex euentu fari fortuito coeperunt, et ita ſermones inter ſe procreauerunt. Cum uero homines haberent a natura primum, ut erecti ambularent, manibus item et articulis, quam uellent, rem faciliter tractarent: coeperunt in eo coetu alii de fronde facere tecta, alii ſpeluncas fodere ſub montibus, nonnulli hirundinum nidos imitantes, de luto et uirgultis facere loca, quae ſubirent, donec in dies meliora genera caſarum efficiebant.

Idem.

(*d*) Poetis hunc errorem facilius condonamus et HORATIO eo magis, quo is ſibi maiorem ſumpſit fingendi et durius loquendi licentiam. Sed rem apertiſſime *lib. I. Serm. ſat. III. p.* 166. exprimit:

Cum prorepſerunt primis animalia terris,
Mutum et turpe pecus, glandem, atque cubilia propter
Vnguibus et pugnis, dein' fuſtibus atque ita porro
Pugnabant armis, quae poſt fabricauerat uſus.
Donec uerba quibus uoces ſenſusque notarent,
Nominaque inuenire, dehinc abſiſtere bello;
Oppida coeperunt munire et ponere leges,
Ne quis fur eſſet, non latro, neu quis adulter.

Quare primi homines neſciuerint loqui?

(*e*) Cum illis LVCRETII, quae ab initio citauimus, ſequentia *lib. V. p.* 137. iungi poſſunt. Quibus illos ridet, qui linguae uſum primum hominem natura habuiſſe, unum etiam alium filios filiasque docuiſſe credunt, rei ingruentiam ita ſibi demonſtrare uidetur.

Nam ſibi (homo primus) *poſſet cuncta notare,*
Vocibus et uarios ſonitus emittere linguae.
Tempore eodem alii facere id non quiſſe putentur?
Praeterea ſi non alii quoque uocibus uſi,
Vnde data eſt huic prima poteſtas,
Quid uellet, facere, ut ſcirent animoque uiderent?
Cogere item plures,
Non poterat rerum ut perdiſcere nomina uellent.
Nec ratione docere ulla ſuaderequa ſurdis,
Quid ſit opus facto.

Aurea ſecula.

(*f*) Omni uitio ac labe primos homines caruiſſe, quorum aetatem auream propterea dicunt, hoc eſt feliciſſimam, profani paſſim aſſerunt ſcriptores. Omnium interpres eſſe OVIDIVS poterit, *lib. I. metam.* ubi horum temporum felicitatem copioſe deſcribit. Quem et IVSTINVS *lib.* I. ſequitur et ANNIVS VITERBIENSIS integrum librum de *Aureo ſeculo* ſcriptum ſub FABRI PICTORIS nomine reliquit, qui inueniri eſt p. 125. *Pſeude Beroſi Vitembergae* 1612. editi, inter cetera Annii huius figmenta.

An Adam artium gnarus fuerit?

(*g*) Quod Adam diuturnis et perpetuis rerum conditarum obſeruationibus multum debuerit, facile largior. Sed aliter illi iudicant, qui eum rerum diuinarum humanarumque peritiſſimum, etiam poſt lapſum fuiſſe, palmam, ſi nunc uiueret, illis quoque praerepturum, qui multum ſe hodie in iis ſtudiis profeciſſe putent, mira quadam animi leuitate exiſtimant. Verius ego ac certius ita colligo: *Quicquid nulli mortalium natura contigit, illud natura nec Adamo contigit poſt lapſum: meliores uero artes homini natura nullae contingunt, ſed uſu acquiruntur; Ergo nec contigerunt Adamo natura* Nam imago diuina non in ſanctitate et rectitudine tantum; uerum etiam in ſapientia ac ἐπιγνώσει iuxta APOSTOLVM *Col. III. u.* 10. et orthodoxos omnes conſtitit. Quam uero cum prorſus atque omnino, *totaliter* theologi dicunt, admiſerit peccato admiſſo Adam, ſapientiam quoque perdidit, quae proueniebat ex illa; adeoque intellectus mirum quantum obfuſcatus et craſſiſſimis tenebris inuolutus eſt. Nec ultra ſapere Adamus potuit miſerum poſt lapſum, quam hodie nullis artibus edoctus, nullo uſu exercitatus homo. Ecquae enim iuſtitia diuina fuiſſet: ſi formaliter peccanti, ut cum ſcholis loquar, plus de ruderibus imaginis diuinae, quam poſteris ſuos reliquiſſet, qui per imputationem ſaltem et peccato alieno peccarunt. Addo denique, ſi Adamus artium notitiam habuit, aut imagini diuinae, aut ſuae debort; ſi illud, amiſiſſe eam poſt lapſum diximus: hoc uero ſi eſt, etiam in poſteris, quos ſecundum ſuam imaginem procreauit, manere notitia illa debuit, quod tamen, quin fieri non ſit, experientia docemur. Tandem ipſe Moſes quarundam artium initia docet, quae poſt Adamum coepere. Errant igitur, qui ſubtiliſſimas ab eo controuerſias in ſacris petunt, ſummae aequitatis iudicem in iure faciunt, Aeſculapios et Galenos in lumbis eius quaerunt et omnium tandem artium initia, quo auguſtiora fiant, ad illum referunt. Simplicitatis enim ſuae ſpecimina ubique edidit poſt lapſum imprudens Adam. Nam admiſſae culpae rationem in Deum iudicem reiecit, mira proteruia. Neque etiam in homicidam filium animaduertiſſe, ut par erat, legimus; negligenter potius filios educaſſe, nec paterna auctoritate ſua, ut patriarchae fecerunt poſt, in obſequio familiam ſuam et partibus continuiſſe, conſecutione prona ac facili conficitur. Sed in haec alii inquirant; nobis HELMONTIVS in libro citando penitus diſplicet, qui ſcriptoriam artem in ore Adami ac lingua quaerit hominique naturalem ſemper fuiſſe contendit, de aliis inferius dicemus *lit. m.*

Helmontii Alphabetum naturale.

(*h*) *Alphabeti* is *uere naturalis Hebraici* autor eſt, quod *Sultzbaci* 1657. in minima forma prodiit. Riſum hic ne Anaxagoras quidem cohiberet, quem tamen nunquam riſiſſe *Aelianus lib* VI. ſcribit; ſi deliria nempe audiret, quibus is auctor abundat. Quae tamen, ceu nouum ſeui ſui inuentum, obtrudere ac perſuadere eruditis arroganter ac confidenter exiſtimat. Ipſe enim in fronte libri, ante ſpeculum ei oppoſitum, quod eius faciem repraeſentat, depictus ſedet, circulum manu tenens. Hunc dilatato impudenter ori applicat, linguaeque flexus ac reflexus in pronunciandis literis Ebraicis obſeruat, earumque tandem cum linguam humanae moribus exactam ſimilitudinem eſſe τοῦ ὡς λαξ defendit. Sed elogio acquieſcimus nos, quo libellum hunc

CAP. I. situ ac ordine, somniant cum Gaffarel-lo (*i*). Cum tamen liquido constet, homines post lapsum stipites plane ac rudes in bonis artibus, omnibus ac singulis, natura fuisse et praeter fulcum ac aratrum, si tamen uel hoc eis tribuere cum ueritate possumus, parum aut nihil sciuisse. Id enim et Moses docet (*k*) et sapientiores omnes et historia confirmat, imo quiuis etiam uel sensibus id iudicat; quum artes usui ac obseruationibus debeamus, diuturnis ac per multa secula continuatis (*l*). Verum ne literarum quidem elementa cum sciuerint *CAP. I.*

---

huic suum auctor *p.* 106. *sub fin.* ornat, dum inquit: *hoc mihi nuda et simplex meditatio suggessit, dum cogitaui, quid faciendum esset, si uiuere me oporteret in insula quadam, in qua nonnisi homines a natiuitate sua habitarent.* His enim aperire per signa haec talia animi sensus se posse confidit.

Alphabetum coeleste. (*i*) Hoc parum melior *Iacobus* GAFFARELLVS est. Cuius liber *Curiositez inouyes*, curiositates inauditae, Gallico equidem idiomate primum scriptus; sed animaduersionibus *Georg.* MICHAELIS auctus, Latineque uersus *Hamburgi* prodiit 1666. Ita uero hic suam aperit *c.* XII. *p.* 258. 259. sententiam: "Qui ueterum doctrinam ad nos per "manus transmissam examinarunt, nihil in speciem "absurdius ducunt, quam, quae in coelo pinguntur et finguntur animalium aliarumque rerum imagines. Cur enim, inquit, in locis, spiritibus "beatis destinatis, monstra collocare placuit? ut "pisces, tauros, geminos et quae sunt generis eiusdem. Quanquam in coelum inuecta sint haec absurda, ut ex eorum traditis, monstrorum uerius, "quam beatorum domicilium haberi possit; nos "tamen docemus, uarios stellarum positus Hebraicorum characterum diuersitatem referre; quodque, ut illi separati et iuncti suas habent significationes, ita stellas solas, aut aliis iunctas sua nobis "pandere mysteria? *Et porro*: Statuamus igitur, stellas posse suo positu certos characteres constituere, "ex quibus mutationes et quae in terris accidunt, "dignosci possunt." Rationes eius sunt; quod stellae frustra alias ordinem suum seruent et uilem usum homini, propter quem tamen omnia creata sint, praestent. Tum etiam, quia in sacris coelum liber expresse dicatur ESA 34 *uers.* 4. et PSALMO 19. *uers.* 1 narrare gloriam Dei, ספר autem iuxta Rabb philologos nunquam pro rebus inanimis poni; quorsum etiam illud faciat, quod *uers.* 5. lineae coelo tribuantur, per illas enim commode literas intelligi putat; denique LVC. 10. *u.* 20. huc trahit; gaudete, quod nomina uestra coelis sint inscripta. Herculea sane argumenta, si Musis placet. Cuius tamen figmenti *Gaffarellus* auctor censeri non debet. Subtilitas haec *Robbinorum* est, quos ipse citat, cum quibus etiam patrum dicta *Origenis, Ambrosii et Augustini* confert. Sed omnium maximum est, quod recentiores etiam hanc quaestionem tractare suis scriptis non puduerit, an stellae legi possint? uti CAPNIO *de art. cabal.* MIRANDVLANVS *quaest.* 74. AGRIPPA *occult. phil. l.* 44. *fol.* 236. PIERIVS *in Hieroglyph.* VIGNERIVS *in numeris*, BANELLVS *sup. uerb. Luc.* 10. 20. gaudete &c. FLVDIVS *in Apol.* POSTELLVS in diuersis libris, de quibus uideri ipse auctor potest. *p.* 267. *l. c.*

An Adam sciuerit arare? (*k*) Nec Adamus, nec posteri eius ad *Tubalcainum* usque aratro usi sunt. Aes enim ac ferrum hic primus tractare docuit, ipso MOSE teste *c. IV. Genes. u.* 22. arare uero Latinis est *aere terram* scindere, iuxta *ISIDORVM l. XVII. c. I. p.* 1236. *Aratro* tamen notanter addo, uaria enim terram colendi genera esse PLINIVS ostendit *lib.* 18. *c.* 18 *p.* 128 *In Aegypto coloni uice Nilus fungitur: quo enim tempore ille, terra inundata, in pristinum locum se colligit, Aegyptii serere soliti sunt, mox sues impellere uestigiis semina deprimentes.* Post tamen et Aegyptii aratro usi sunt, quem colendi modum apud diuersos diuersam etiam hodie inueniri *Polydorus* VERGILIVS *lib.* III. *de rer. inu. c. I.* et ALMELOVEEN in onomastico aliique docere possunt.

De inuentione literarum. (*l*) Cum pleraque scriptis aperuerit antiquitas; primum, qui scripserit, non aperuisse mirum est. In mille enim hic auctores diuortia abeunt et scopulos offendunt, qui cauti etiam ac prouidi esse uolunt. Nobis omnium sententias sub incudem hic reuocare, animus non est. De suppositititiis tamen ac spuriis *Adami, Sethi, Enosi, Enochi, Noachi, Abrahami* aliorumque scriptis dicendi interius dabitur occasio. *An aeternae sint?* Literarum enim aeternitatem, cum ipsis ueluti Diis natam PLATO *in Phaedr.* et TVLLIVS *lib. I. LL. Insc.* adstruunt; a qua absurditate PLINIVM illi absoluunt, qui aeternum pro longissimo tempore assumunt, et c. 56. *libri* VII. cum *lib. V. c.* 12. conferunt. *Sinenses literae.* *Sinenses* scriptoriae artis inuentorem *Foby* suum faciunt, hominem, si Musis placet, antediluuianum aut diluuio proximum. *Ioh.* WEBER *in specim. histor. de Ling. Sin. antiqu.* *Aegyptiorum.* Contra quos antiquissima *Aegyptiorum* mendacia pugnant artem *Mercurio* suo omnium, ut credebant, rerum inuentori uindicantium, quos castigauit CONRING. *c.* 7. *de Herm. Graeci*, *Graecorum.* cum sibi omnia alias et Athenis suis tribuant, modestiae hic tamen leges non uiolant; *Phoenicum.* sed Phoenicibus honorem cedunt et, quod his literas debeant, ultro fatentur. Teste *HERODOTO lib. V. Diod.* SICVL. *lib. V. p.* 333. uerum de ipso inuentore nihilominus disputant. Alii enim *Palamedem*, alii *Linum*, *Cecropem* alii, alii *Orpheum* et alii tandem *Prometheum* hic nominant, certo incertitudinis illorum argumento. *Ebraeorum.* Hos omnes falsitatis illi accusant, qui Ebraeam pro prima lingua habent; quam et literis tribuunt Ebraicis antiquitatem. *Ad Adamum qui referant?* Ab Adamo enim usque elementa haec arcent *Suidas, Tzetzes, Opmerius, Bonlduccus, Postellus, Menochius, Lines, Kircherus, Her. Hugo, Puthens Venetus, Bibliander, Nouzenus, Alstedius, Salianus, Camesarius* et qui plerosque citat BANGIVS *in Cael. Orient. Exercit. I de lit. natal.* Qui tamen ipsi de formis ac figuris literarum, utrum Assyriorum illae an uero quadratae Ebraeorum fuerint, inter se digladiantur, de quibus copiose ac erudite BVXTORF. agit *Dissert. V. de Ebr. lit. antiq.* *Argumenta eorum* Sed horum ego nominibus necquicquam moueor: cum ficulnea argumenta, nihil roboris, aut ponderis habentia, quouis ictu facile ruant. Ecce enim quae illa sint? unde petita? Primum alias fortissimum esse, si philosophorum regulae ualent, debet: *ab infirmitate memoriae,* at illud ab *infirmitate memoriae hominis post lapsum* sumunt. hinc enim necessario sequi existimant, Adamum memoriae etiam praesidiis, literarum notulas intelligunt, instructum fuisse. Prona sane consequentia est; quia ruinae quam proxima inepta res; quasi uero ubi morbus, ibi medicus, ubi lites, ibi iudex, et quod cuique commodum, idem et ei promptum esset. *a mutuis hominum commerciis,* Sed eiusdem plane ualoris alterum est, in *mutuis hominum commerciis* situm. Exerceri enim haec sine scriptoria arte non potuisse praetendunt. Si ea commercia intelligunt, quibus hodie regna regnis, regiones regionibus suos thesauros mutuo communicant, falsi penitus sunt et simplicitati primorum hominum, qui solius regionis fructibus acquiescebant, contrarii. Si uero ad mutuam hominum familiaritatem haec applicant, magis ineptiunt; cum etiam tot mille annis America sine literis hominibus tamen abundauerit, quas et hodie barbarorum magnus

CAP. I. rint ab initio mortales: qui scribere A ris ad posteritatem transmittere potuerunt? CAP. I.
tandem historias resque gestas literis ad posteritatem transmittere potuerunt?

a musica. gnus numerus ignorat. Crassi tandem cerebri foetus et Thebano dignum ingenio tertium argumentum est; quod tamen *maximum* KLEPPI REINIVS uocat *Diss.* § XXI. egregio, quo iudicii acumine ipse polleat, testimonio. Ita enim confidenter scribit: "Si Iubal musicam excoluit, utique rationem componendi melodias posteros docuit, et "audacius: Veniant iam musici et expoount, id sine artis scriptoriae beneficio fieri non potuisse.

Veterum quae fuerit? Nescit homo, quae musica ueterum fuerit. Saue Iubalem *ut re mi fa so la*, aut priores sex in alphabeto literas cecinisse, quis tandem sapiens dicet? Nec tabulis notulas adscripsit, aut baculo pausas ac quietem indicauit: sed sub arboribus in cespite modulabatur, tibiasque ac fistulas inflabat, non aliter, quam hodie pastores et agricolae lyram ac calamum scite tractant mouentque et in castris tibicines suauitate plerumque illos uincunt, qui artifices in urbibus audiuut, quae omnia tamen exercitio ac usui debent, literarum plerumque expertes. Verum quid opus est eruditioribus haec exponere? qui negant, cerebrum in VITRVVIO, AVGVSTINO, BOETHIO, MACROBIO, CENSORINO, CASSIODORO, ZALMA, MERSENNO, *Ioh.* BAPTISTA, SCALIGERO, VOSSIO, KIRCHERO, MAIBOMIOque purgent, ueteris musicae auctoribus. Itaque cum nihil plane supersit, quod opponi nobis ab istis possit hominibus: nil etiam caussa superesse existimo, quare illis temere credamus.

Contrarium patet, Tacet Moses de his; sed dum tacet, pro nobis et nostra loquitur sententia. Quam frequentissimam enim librorum epistolarumque a regibus, prophetis, ac sacerdotibus scriptarum mentionem in sacro codice fieri, quis nescit? *quia Moses solet. De libris Proph.* Nunc quam ob causam nullum ante se scriptorem Moses citet, si Adami, Sethi, Enochi, Noachi, Abrahami aut alius patriarchae codices habuit, hi mihi respondeant uelim, qui contrarie sentiunt. Num sancta haec nomina temere eum tacuisse dicamus? aut res utilitate forte caruit in tanta Mosis primorum seculorum breuitate?

De literis parsistentiam. Et cur denique in bellis, praeliis ac certaminibus pactisque publicis et priuatis literas non laudauit, ut sacri historiarum scriptores alii fecerunt post? *Quia post Mosen S. S. citat.* Alia enim flamine non scripsit, quam librorum de regibus et chronicorum scripsere autores, idem sane utrisque scopus, eadem materia scribendi fuit, quae in historiis uersabatur: eandem itaque et muneris rationem in scribendo tenuisse, quis in dubium uocabit? Hanc igitur ob causam hos prophetarum ac patriarcharum libros nec extitisse unquam, multo minus uero Mosi uisos esse, penitus existimo; non nescius, quam res infirma alias sit, a silentio autorum petere argumenta.

Quia magis necessaria nesciuere. Accedit, quod ne ferri quidem usum sciuerit Adamus, quo tamen an carere etiam homines in societate potuerint, non leuis inter physicos quaestio est? Cum igitur illa nesciuerit, quae summe necessaria erant, qui eum literas tandem sciuisse dicamus, quas hodienum gentes nullo cum societatis dispendio ignorant? Imo si ante gentium quidem dispersionem scribere sciuerunt homines: quo infortunio tandem insignem hanc artem et, ut aduersarii aiunt, *summe necessariam* amisisse eos dicamus? *Quia alii demum inuenerunt.* Sero enim literas Graecos accepisse, supra diximus; et multis seculis serius Romanos didicisse, longoque tempore post Germanos ac Europaeos reliquos ex ueteri historia constat.

Hieroglyphica. De *hieroglyphicis* aut aliis, quae memoriam adiuuant, non loquor: haec enim a cuiusuis priuato arbitrio pendent. Ipse profecto cauponem, literarum penitus expertem uidi; qui, ne debitorum nomina amitteret, singulis personis singulos characteres tribuit, rotario rotam, plaustrario plaustrum; sartori forficem, aliis alia. Res ita apud eum in consuetudinem abierat; ut ne semel quidem fefellisse signa, ipse testaretur. Sed haec ludicra sunt: nostra eo tantum pertinent, ut causas rationesque intelligamus, *Cum literis latuit historia.* neglectae per tot secula historiae et fabularum, quibus origines eius, cum certiora deficiant, obscurantur, de quo LVCRETIVS *lib. V. ad ult.* apposite canit:

Carminibus cum res gestas coepere poetae
Tradere; nec multa prius sunt elementa reperta,
Propterea quid sit prius actum, respicere aetas
Nostra nequit, nisi qua ratio uestigia monstrat.

CAPVT II.

FABVLARVM ORIGO.

CAP. II. Igitur per tot seculorum aetates, tot temporum ac annorum spatia, qua ratione gesta respublica et gubernatus orbis sit, notatum non est. Quae uero fama et auditione a patribus et senioribus aliis acceperant posteri, eadem et suis sermone filiis tradebant, hique rursus docebant ore alios: atque uulgi sic fama et multitudinis testimonio fides nitebatur historiae. Mansit tamen rerum memoria primis temporibus; C cum patres, in tanta plurimorum seculorum aetate, oculati plerorumque testes essent et uiuae instar bibliothecae; at uero post demum sensa difficultas est, ubi arctioribus non solum uita humana finibus terminabatur: sed etiam rerum in dies ordo erescebat et in immensum historia augebatur, cui moli unius tandem hominis non suffecit memoria. Tum ergo lacunis et defectibus labora- B re coepit historia. Dissensiones etiam CAP. II. ac uarietates inde ortae sunt: quod narrationes suo non omnes iudicio assequerentur; plures memoria illas magnam partem amitterent, aliis negotiis districti; alii contra in locum earum figmenta substituerent et bona malis, uera falsis miscerent, atque omnem ita perderent ueritatem. Quare fieri aliter non potuit, quam ut res alii sic, alii seius, nec iidem semper uno modo narrarent: donec dubiae penitus fidei omnes factae narrationes peritioribus sunt, ipsisque fabulis causam dederunt. Has uero eo securius ac confidentius posteritas finxit; cum certiora deesse uideret, quae conuincere falsitatis et in ruborem eos dare possent. Et; quo species tandem maior figmentis esset, scripta supponebant, adulterinis patrum antiquissimorum nominibus uestita; qua ta-

CAP. II. tamen sub larua recentiorum hominum foetidi errores, mira somnia ac aniles tandem fabellae latebant. Harum nihil ominus rerum fraudes detegere et laruam subtrahere, pietas et religio prohibere, apud imperitum theologastrorum uulgus uidebatur. Mansit igitur post tot secula de Adami (m), Sethi (n), Enosi (o), Cainani (p), Enochi (q), Noachi, Chami et suppositiitis scriptis aliis CAP. II.

De scriptis Adami. (m) Non unius generis fabellae hac sunt. Alii enim literas ultimo rerum conditarum die Deum scripsisse; alii nigro colore in candido igne pictas Adamo leges eum dedisse comminiscuntur, duobus annorum millibus ante mundi incunabula literis relatas. Illius rei autores MVNSTERVS *in Genes.* tangit: de his uero agit GALATINVS *de arcan. cath. ueritat. l. 7. c.* 1. et CHEMNITIVS *Exam. Concil. Trident.* Codicem alii *Rhazielem* angelum, quem praeceptorem primi parentis et patriarcharum faciunt, ante Adamo tradidisse, quam scelus admitteret, festiue fabulantur. Quo uero admisso, eripuisse Rhazielem peccatore indignum librum atque in coelum reportasse; precibus tamen ad luctum compositis uictum motumque ab Adame esse, ut codicem ei denuo redderet. Variant in circumstantiis nonnihil alii, sapientiae tamen ac mysteriorum plenissimum librom fuisse, qui Adamo omnia rerum ac scientiarum secreta aperuerit, dominia in angelos ac daemones dederit et alterum ueluti deum effecerit, omnes conueniunt. Nec cum Adamo interiit, ut putant, liber; uerum *Setho* traditus ad *Enochum, Noachum, Semum, Abrahamum, patriarchas* item et *prophetas* peruenit, ad regem *Salomonem* usque, qui huic sapientiam debuerit omnem. Que etiam illi pertinent, qui ipsi Adamo *librum de omnibus uirtutibus* scriptum tribuunt, lapidibus insculptum. Et *Muhamedani*, qui decem uolumina ad Adamum referunt, tei alii famosissimas istas columnas addunt, quibus creationem, lapsum et prumissionem inscripserit, ut facit *Iacobus* BOVLDVS *de eccles. ante Mos. lib. I.* c. 1. et ipse CARIO *p.* 57. *Chron.* Eodem errore imago Adami in Vaticana bibliotheca ostenditur, cui supra caput literae Ebraeae sunt, referente BVXTORFIO *diss.* IV. confer. KIRCHERVS *Obel. Pamph. l. I. c.* 1. LIBAVIVS *contra magiam Paracelf. Sect. VI. pag.* 25. et, qui hos citat, *Georg.* MICHAELIS *in not. ad Gaffarellum* HOORNBECK *in Syllog. Controu. lib.* I. *p* 109. uid. SALDENVM *p.* 489. *in Otiis Theol. Exerc.* 1. §. 2. *p.* 4.

De Sethi columnis. (n) Famosa res de *Sethi* columnis est; agit de illis IOSEPHVS *lib.* I. *Antiq. c.* 3. Cum enim artes ac scientiae Sethi temporibus inuenirentur; omnium tamen rerum Adamus interitum diuinaret: ne perirent eadem artes clade, duabus eas columnis inscripsisse, altera ex lateribus, ne igne conficeretur; altera uero ex aere aut lapide factis, ne aqua eam deletet, est creditum, hanc Iosephi temporibus in Syria extitisse, ipse *l. c.* scribit, cum quo EVSTATHIVS *in Hex.* consentit aliique. Et ad has columnas IOBVM respexisse, quidam existimant, qui *c. XIX. uers.* 24. ut acri aut lapidi calamitatum historia incideretur, optauit, de quo uid. PINEDA in h. l. Verum fabulosa peritioribus iam dudum uisa haec sunt, ob summam scriptorum inter se dissimilitudinem. Nam primum de autore columnarum litigant; quem alii Adamum, alii Kainanum, alii Sethum, eius alii nepotes, alii Noachum, aut Chamum faciunt. Neque in materia consentiunt et, siue ex lapide siue ex aere ea fuerit, minus sibi constant; atque in ipsius etiam lapidis genere determinando, dum curiosi sunt, multum uariant. Figuram itidem non eandem eis tribuunt, mox enim columnas, tabulas mox, iterum pyramides appellant. Imo et de illis altercantur, quae caput causae concernunt. SABELLICVS enim de consummatione seculi egisse eas scribit; sed artes liberales omnes et uaticinia de Messia continuisse colligit GENEBRARDVS; IOSEPHVS astrorum ac siderum in eis quaerit notitiam; sed SCHOLASTICORVM alii musicam illis inscriptam esse docent. Neque literarum expedita lis est, siue hieroglyphica, siue Ebraea quadrata, siue tandem Assyriaca fuerint elementa. Quare nunc recte STRAVCHIVS cum *Ieh. Hen. Vitsino* concludit *differtatione de his columnis habita*: omnia figmenta esse et otiosorum hominum temerarias opiniones.

Scripta Enosi. (o) Hunc de uero Dei cultu et modo orandi Deum, disciplinis item librum scripsisse ex *GENES. IV. c. u.* 26. sine iudicio colligunt, inter quos est GENEBRARDVS *lib. I. chronograph. p.* 10. alii idololatriae auctorem faciunt, de quibus SELDENVS *de* DIS *Syr. c.* III. *Proleg. p.* 28. Quod etiam MAIMONIDES uult *R. Simon Manasse ben Israel* teste *p.* 26. *in Genes.* apud VOSSIVM *lib. I. c.* 1. *p.* 1. *Theol. Gent.* confer. quae idem in *Maimonidae librum* obseruat, *de idololatria* scriptum *c.* 1. *p.* 3.

Cainani. (p) De Cainano multa impudenter fingunt Iudaei, hunc enim scribam magnum appellant et in angelum transformatum, coelitibus quasi a secretis fuisse blaterant. Eundum etiam diluuium praedixisse et prophetiam in tabulas lapideas retulisse, (columnas Sethi sub eis intelligunt nonnulli) literis Ebr. scriptas nugantur. Sepulchri deinde eius in India repertorem Alexandrum M. faciunt, in cuius rei fidem epistolam regis citant, Aristoteli scriptam, quae in *Historia Salmanticensi Ebraic. lib.* II. *c.* 11. extat, de quibus DRVSIVS et SCHIKARDVS in eruditis ad *Sulpitii lib. I notis pag.* 11. testantur.

De Enochi libris. (q) IVDAE apostoli hic testimonium urgent; qui Enochum *u.* XIV. citat: Προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος ἀπὸ Ἀδὰμ Ἐνὼχ, λέγων· quod cum omni exceptione maius esse crederent *Tertullianus, Irenaeus, Cyprianus, Clem. Alexandrinus, Iustinus, Athenagoras, Lactantius* et patres plerique omnes, scripti frequentem in suis libris mentionem fecerunt. Omnium tamen frequentissime id AVGVSTINVS citauit, pariter, quid de re ipsa sentiat, *lib. XV. de Ciu. Dei c.* 23. exponens: *Scripsisse nonnulla diuina Henochum septimum ab Adamo negare non possumus, cum hoc in Epistola Iudas apostolus dicat.* At uero recte SALMAS. not. ad *lib.* I. *Sulpit p.* 11. dicit: *Iudas nullius libri ab Enocho scripti, sed tantum prophetiae meminit*: quae in sermone Iudaeorum esse potuit, ut alia dicta patriarcharum. Imo, si etiam scriptum Enochi codicem citasset contra Iudaeos apostolus; argumentum κατ' ἄνθρωπον fuisset, illis oppositum, qui scriptum hoc pro genuino habuerunt. Hominem enim recentem id compilasse, ex hellenismis, qui in eo passim occurrunt, HOTTINGERVS *differt. de libr. Henochi* ostendit, suffragante HEIDEGGERO *histor. patriarch. exerc.* 20. *p.* 1. Cui cum tempore quisque alia commenta addidit, GROTIO iudice *p.* 20. *in not.* ad *h. l.* Hinc plurimarum fabularum fontem ac scaturiginem esse, RIVETVS probat *Exercit. in cap.* XLIX. *Gen. p.* 251. Nec aliter CVNAEVS *sentit, lib.* 3 *c.* 1. *de Rep. Iud.* *Quidam nugatores inglorio studio et ieiuna opera librum olim in uulgus extruserant, quem ipsi, si Deo placeat, ab Enocho scriptum esse aiebant.* Fidenter tamen argumenta libri CAMERARIVS *hor. succis. tom.* III. *cap.* 72. *pag* 864. recenset: *Constat partim ex sacris literis, partim ex ueterum scriptis, Enochum prophetam primum fuisse, qui sua uaticinia scripta in libros congesserit. Ea fuerunt de fatis nepotum patriarcharum,* 2. *de futuris Ebraeorum*

CAP. II. aliis (r) non leuis etiam inter eruditos A Nobis uero omnia fabulosa haec sunt, CAP. II. suspicio. Quibus, ceu firmo fundamento, suam superstruxerunt operam alii. id quod ,in margine liberius profitemur.

oram sceleribus et poenis, 3. *de eorum captiuitate*, 4. *de Messia ab Ebraeis occidendo*, 5. *de dispersione eorum*, 6. *de iudicio Christi extremo*, 7. *de geminis terrae cladibus*. Rei etiam alii assentiuntur. *PANTHEVS Venetus* enim libro peculiare alphabetum tribuit, quod defendit DVRETVS *de lingu. uniuers.* cuius typum etiam *BANGIVS* exhibet *Coel. Orient. exercit. II. p.* 104. uid. *WASMVTH. Viadic. Part. I. Sect. II. th. I. p.* 80 Audaciores illi sunt, qui libri huius lineas numerant, et 4082. fuisse praecise determinant, *SIXTO Senens.* teste *Tom.* I. *Bibl. lib.* 2. Imo putant alii, *Noacho* uolumen per manus ueluti traditum in arca seruatum in eluuione fuisse, referente SALDENO Exc. I. §. 2. et hodienum in Aethiopia seruari atque ad canonem S. S. pertinere, DVRETVS *l. c.* ult. DRVSIVS uero credit, eum adhuc inter Iudaeos delitescere. *Tr. de Enoch. l. c.* Ceterum GROTII iudicium non inficiamur, quando *in Epist. Iud. p* 119. scribit; librum sub titulo, ἀποκάλυψις Ἐνὼχ Celso uisum esse, cuius particula apud ORIGENEM legatur *lib. V. contr. Cels.* ex quo etiam IRENAEVS sumpserit *lib. IV. c.* 30 Imo *Georg.* SYNCELLVM eo nomine Graeco idiomate scriptum codicem habuisse, SCALIGER testis est, cuius ipse partem exhibet in eruditissimis ad Eusebium notis. Sed hunc ipsius Henochi esse, quis prudens credet? Sane ne aduersarios quidem, id dicere, *SALMASIVS in not. ad lib. I. Sulp. Sen. p.* 11. docet, qui ipsi longe aliud desiderant dignius scriptum uiro propheta. Conferantur *VRSINVS lib. I. Paralip. mel.* 7. et DORSCHEVS *Auct. Praeadec. disp. I. p.* 581. WALTHER. *Offic. Bibl. p.* 1176. NIERENBERG. *tr. de orig. script.* S. BOVLDVC. *lib. I. de ecclef. ante Mos. c.* 74. *et* DRVSIVS pecul. tract. *de Enocho*. Ceterum causam figmenti huius ex HVETII *prop. IV. demonstrat. euang.* §. VIII. *p.* 166 transcribimus: *Henocho liber apocryphus idcirco affictus est, quod Enochum crediderint ueteres ab Angelis eruditum, IOSEPH. Antiq. l. I. c.* 9. *et EVSEB. Praep. lib. X. c.* 16. 17. 18. testibus, confer. BOCHARDVS *lib. II. c. XIII. p.* 101. *in Phaleg.* de Annaci. s. Enochi artibus.

Scripta patriarch. (r) Obscurioris nominis figmenta reliqua sunt, quae minus negorii facessunt. Quis enim non fabulas esse dixerit, quando *Muhamedani* ante Mosen X. libros *Abrahamo*, *XXX. Henocho*, *L. Setho* et X. tandem *Adamo* tribuunt, quo de HOORNBEEK. uideatur *lib. III. syll. controu. p.* 109. *Noachum* etiam omnia uolumina, de quibus diximus hactenus, collegisse et in arca reposita sarta tectaque seruasse, quosdam credere, suo loco mouuimus. *Chamum* uero, ne quidem mali libri perderentur, magicas artes a Cainitis acceptas et tabulis 1260. pellibus bouillis alii dicunt, inscriptas, inscio patre, in eadem arca custodiuisse somniant, de quibus KIRCHERVS uid. in *Obelisco Pamphyl. lib. I. c.* 2. *p.* 8. Idem alii Zoroastro tribuunt, quem tamen alii in recentiorem aetatem reiiciunt, uid. VRSIN. *de Zoroastr.* BOCH. *lib.* 4. *c.* 1. Georg Sac. HVETIVS *demonstr. eu. Tom. I. Prop. IV. p.* 128. *seqq.* qui eundem cum Mose esse probat. Tandem de XII. patriarcharum testamento multa fingunt, cuius rei scriptores MICHAEL. *in Gusfor.* citat *p.* 490.

CAPVT III.

MOSES SCRIPTOR VETVSTISSIMVS.

CAP. III. VNus Moses superest, qui prima rerum conditarum initia bona ac simplici fide perscripsit, cuius oraculi diuinitatem et grauitas argumenti et rerum pondera loquuntur (s). Is uero cum summa tantum rerum capita tractat et in primis mille annis concisus admodum ac breuis sit: homines, qui hariolari ube- B riora in eo uoluerunt, innumeris litibus, CAP. III. coniecturis suis ac diuinationibus causam dederunt, graui cum uerioris historiae damno. Quis enim Praeadamitarum uestigia apud Mosen uel in somnio quaereret? eum primi parentis historia perspicua ac sufficiens sit; quod huius tamen erroris auctor fecit Peyrerius (t).

Lud. opusc. tom. II. Hh 2 Quis

Moses primus scriptor. (s) Mosen diuinissimum pariter et antiquissimum scriptorum esse, a quo ceu fonte ac scaturigine rerum initia reliqui desumpserint omnes, luculentissimis plane testimoniis alii demonstratum dedere. GROTIVM hic inter plures laudasse sufficit, egregium huius rei in tract. de *Verit. Rel. Christ. I. libro* uindicem. Quem tamen HVETIVS superat *Prop. IV. Dem. Euang.* ubi idem argumentum omnium copiosissime prosequitur. Is uero utrum eo, quo habemus, ordine scripserit, an schedas eius alius ita digesserit post eum, perinde est, cum diuina libro maneat auctoritas. Quae atheus SPINOZA in *de libertate philosoph.* scripto libro hic urget, SALDENVS excerpsit ac refutauit *exercit.* II. *de autor. Pentateuchi.*

De praeadamitis. (t) Alios ante Adamum homines PEYRERIVS credidit, homo Gallus nec futili ingenio praeditus. Scrupuli, qui eum per uiginti et plures annos exercuerant, hi potissimum sunt, ipso *p.* 16. teste. Quod Cainus sibi ab aliis metuerit, uxorem in remotam terram duxerit, aedificauerit urbem aliaq; fecerit, eo, Mose teste, tempore, quo uix aliquot Adam liberos procreare, in tanta annorum paucitate potuerit. Quam suspicionem et illud augebat, quod cetera animantia plura uno Dei uerbo una producta, in diuersis locis, esse, in Genesi legeret, quare, nihil obstare ei uidebatur, cur idem non de homine etiam diceret. Accessit, quod haec ad expediendas de gentis Americanae originibus litea facere uiderentur. Cum enim, quo fato hi homines ultra oceanum reiecti essent, quiuis miraretur et diuersi diuersas tandem uias eis aperirent: Peyrerius ibi conditos creationis tempore esse, ut animantia alia, dixit. Sed gliscebat flamma tunc et latuisset forte dogma, priuatim cum familiaribus MSC communicatum, qui omnes autori, quin ederet, serio dissuaserunt. Grotius uero cum probare suam de Americanorum natalibus sententiam uellet, boc dilemmate utebatur: "nisi suffragari sibi "omnes uelint, consequens fore, ut aliquos ante "Adamum homines conditos fuisse diceret, ut nuper quis in Gallia somniarit." Excepit hoc *fimul*

PEY-

CAP. III. Quis alium mundum ante, alium post inundationem ab eodem describi: nel suspicione attingeret? sed certum se huius rei ex Mose esse Gonzalez credit, homo Hispanus (*u*). Ex mille haec duo sufficiant opinionum portenta. Nocet sane uterque sua haeresi historiae. Ille enim gentis Americanae aliarumque origines ultra Adamum extendit: hic ueteris geographiae terminos confundit, lumen ac columen historiae. CAP. III.

PEYRERIVS et librum, iam pluribus argumentis in speciem additis 1655. edidit, tacito quidem nomine, sed titulo. *Praeadamitae* eodem tempore *systema Theologicum ex Praeadamitarum hypothesi* addidit. Stupuit ad haec orbis: cuoque error ubique locorum se passim extenderet: non silendum erat eruditis, qui altero statim anno, nomine autoris detecto, errorem quam acerrime castigarunt. Editi sunt DANHAVERI *Praeadamita Vtis. Arg.* 1656. Ioh. HILBERTI *Disq. de Praeadamit. Helmst.* 1656. Ioh. MICRAELII *Monstrosa Praeadam. opinio Stetini* 1656. *Hen.* VRSINI *Praead. Spirae* 1656. *Philippe le* PRIEVR *Epist. ad Peyrer. de Praead Paris.* 1656. MARESII Fabula Praead. alios apud SALDENVM uide *Exercit. V. de Praead.* Sed autor Praeadam. cum in Flandria uiueret, iussu regis Hisp. 1656. captus et in custodiam datus, librum de Praead. eierauit et meliorem sententiam amplexus fuit. Alii iuniorem VOSSIVM hominem paradoxum opinionis autorem fuisse existimant.

De duplici uiuentium terra. (*u*) *Ioseph. Anton.* GONZALEZ *de Salas eq. Calatrab crne. purp* Lugd. 1650. *dissertatio de duplici uiuentium terra pedent parad. xa.* Probare in ea autor uult, hanc quam nunc inhabitamus terram ante diluuium mare, et qui nunc oceanus nobis est, parentibus nostris terram et habitaculum fuisse. Argumenta eius sunt: Quia ut diabolus peccator e coelo eiectus, ita et homo idem scelus e pristina sede in aliam detrusus sit. Sic posteris deinde, quin terram *corrumperet*, DEVM promisisse putant, nec alia de causa Noachi nomen, *requiem in noua terra* exponere Rabb. Addunt, quia odoratus Deus nouum odorem sit, ergo non pristinae terrae odorem, deinde etiam Petrus nouae terrae mentionem faciat et Iosephus expressius dicat, Deum primum mundum in pelagum mutasse, cum quo et poetae Ouidius aliique faciant et Chrysostomus etiam eiosmodi formulas adhibeat, sententiae huic fauentes. Frustra igitur quatuor paradisi flumina, ipsumque paradisum ab autoribus quaeri, oceano post inundationem tectum existimant. Sed recitasse haec, refutasse est.

CAPVT IV.

FIGMENTA ORBIS TRIPARTITI INTER FILIOS NOACHI.

CAP. IV. Omnium uero creberrime in proximis a diluuio temporibus fabulantur. Orbem enim dum tribus Noachum filiis distribuisse, e libri primi Mosis decimo capite colligunt (*x*): suae etiam eo gentis quiuis originem refert. In quorum tamen nominum interpretatione parcius ac circumspectius faciendum est, cum prudentiores etiam in istis ineptire uideamus. CAP. IV.

Incertae Europaeorum a Iapheto origines. (r) Ea in diuisione cum Europam Iapheto contigisse pro explorato habeant: omnes Europaei hunc suum aut patrem, aut auum faciunt, tantaque confidentia nominibus istis, quae Iapheti filiis Moses tribuit, omne superstruunt suum; ac si gentium stirpes et genealogias per manus quasi traditas a Iapheti posteris accepissent. Tot igitur tamque diuersae expositiones hae sunt, cum suo quilibet sensu abundet et nouam induat figmentis speciem. Quam enim hic sibi antiquitatem *Germani, Galli, Hispani, Sueci,* aliique uindicent, quamque digladientur iidem inter se, cum omnes in istis uocculis sapere uelint, testes esse possunt apud istos REINECCIVS, *in Histor.* REVSNERVS *diss. IV. de filiis Noach.* CLVVERVS *Germ antiq* SCHOTTELIVS et MORHOFIVS *de lingu. Germ.* innumeri item *Taciti* interpretes *de Mor. Germ.* Apud illos BODINVS maxime, Clunero castigatus. Apud Hispanos uero ueteres autores omnes et VITERBIENSIS inprimis *de Reg. Hispaniae*, apud Suecos MAGNVS, WORMIVS, RVDBEKIVS, tres Olai isti, quorum hic in Atlanticis fingendi utique ceteris praeripuit ubertatem. Conferantur et alii SCHRIECKIVS et STIRNHIELM *in Anti-Cluu.* LAZIVS, VERSTEGAN, WALDENFELS et MARSHAMVS *de migrationibus et originibus gentium.* Sed omnium tandem audacissimus *VITERBIENSIS in Pseudo-Beroso* est, qui omnem fingendi modum superat et ex hia nominibus suum cuique populo conditorem tribuit, non aliter, ac si ex orco uenisset, ut lacunas restitueret historiae.

CAPVT V.

POPVLORVM AMBITIO IN FINGENDIS ORIGINIBVS.

CAP. V. Sed historicos quae tandem dementia egerit, ut fingerent haec talia, et ficta scientes sequerentur alii; explicandum nunc est. Primum ego hominum hic superbiam accuso. Quo enim antiquiores eo et reliquis honoratiores cum gentes mortalibus uiderentur; omnes uetustatis speciem induere uoluerunt. Hinc terrae se filios dixerunt Germani (z), Aborigines, Ita- CAP. V.

Fabulosa origo Germanor. (z) TACITVS *de Mor. Germ. c. 2.* Ita de illis ait: *celebrant Tuisconem deum terra editum, et filium Mannum originem gentis, conditoresque.*

(aa) De

CAP. V. Itali (aa), Graeci αὐτόχθονας (bb); Aegyptii uero cum ipsis se diis genitos esse affirmarunt (cc) et ante Iouem se procre- A atos putarunt Arcades (dd). Sed omnium tandem sibi aetatem superare Phryges uisi sunt (ee). CAP. V.

Latinorum et Romanorum. (aa) De Aboriginibus aliam SICVLI, aliam HALICARNASSEI opinionem esse, non nescio, istum tamen hic sequor, cum et Latinorum et Romanorum in originibus a diis, Marte et Venere, petitis ambitio satis alibi constet. LIVIO ipso non obnuente in *Prooem.* et Verrio FLACCO apud *Anonymum de origine Rom. a Jano et Saturno*, qui extat *Tom. I. Hist. Aug. p.* 595.

Graecorum. (bb) PLATO *in Menex.* paulo post initium, eius *Atheniensium* tellus primum hominem produxit, non aliter ARISTIDES *in Panath.* πρώτη γὰρ, φησὶν, ἤνεγκεν ἀνθρώπους καὶ πρώτη πατρὶς ἐστιν ἀνθρώπων. idem *IVSTINVS lib. II.* Athenienses *non aduenae, sed in eodem nati solo, quod incolunt.*

Aegyptiorum. (cc) *SICVL. lib. I. Bibl. sect. II.* in Aegypto non primos homines solum; sed etiam deos ibi primum natos esse asserit. Cum quo et MELA facit *lib. I. c.* 9.

Arcadum. (dd) *OVIDIVS* lib. II. Festor. ante Iouem genitum terras habuisse feruntur Arcades et luna gens prior ille fuit. Idem et *APOLLONIVS Gr. in Argon. IV.* et *SENECA Hyppol. STATIVS Theb. lib. IV.*

Phrygum. (ee) *HERODOTVS* lib. II. de his agit. Hinc *CLAVDIANVS canit lib. II. in Europ. Dat cuncta uetustas Phrygibus; nec rex Aegyptius ultra restitit.*

CAPVT VI.

DESIDERIVM DOCTAE IGNORANTIAE IN ORIGINIBVS.

CAP. VI. Alteram causam in scriptorum ignorantia positam fuisse existimo. Hi enim, ne nescire haec talia illis uiderentur, penes quos in magna eruditionis B erant opinione: figmentis obscuris ac uetustis imperitam multitudinem decipiebant, ut hoc tandem sub uelamine delitescerent (ff). CAP. VI.

Fabularum causa II. ignorantia scriptorum est. (ff) Plures eiusmodi errores praesertim in Germania nostra Romani pariter ac Graeci committunt scriptores. Vnus exemplo esse STRABO poterit; hic enim Danubii ortum non procul ab Adriatico quaerit, sed HERODOTVS eundem fluuium in extremis Celtarum finibus oriri existimat. Alii Alanos cum Alemannis, Vandalos cum Venedis, Dacos cum Danis, Getos cum Gothis, Wallos cum Gallis, Hunnos cum Hungris confundunt, ne harum scilicet gentium nescire originem uideantur.

CAPVT VII.

ORIGINVM ANGVSTIAE ET INDIGNITAS FABVLIS OBDVCTAE.

CAP. VII. Sed tertia ratio omnium certissima est. Dum enim tenues omnium gentium origines et imperiorum initia sint; nonnunquam et ipsi peioris notae conditores: C res: puduisse eorum posteros existimo, iisque siue heroes siue deos propterea suffecisse (gg). CAP. VII.

III. Causa tenuia regnorum initia. (gg) Ita *LIVIVS in prooem.* effert: *Datur haec uenia antiquitati, ut miscendo humana diuinis primordia urbis augustiora faciat.* Quis enim Hercules, quis Hector, Theseus, Cyrus, Darius, Alexander et Caesar? si uerum fateri licet, magni ac furiosi latrones, regnorumque inuasores ac praedones iniustissimi essent, nisi scelera eorum a scriptoribus speciosis uirtutum coloribus tegerentur, ad deos eorum plerumque origine relata.

CAPVT VIII.

PESTIS HISTORIAE POESIS.

CAP. VIII. Fuerunt in eo poetae inprimis liberales; qui tamen scriptorum antiquissimi sunt, si Mosen excipias. Horum igitur figmenta in ueras rerum narratio- D nes passim irrepserunt, quae distinguere alii post a genuinis rerum monumentis nesciuerunt (hh). CAP. VIII.

IV. quia poetae primi historici. (hh) Quis HOMERI antiquitatem in dubium uocauerit? hunc tamen fabulosum rerum Graecarum scriptorem esse, constat. De Romanis idem *LIVIVS* asserit: *Quae ante conditam condendam-*

CAP. IX. *damque urbem poetica magis decora fabulis, quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur.* uid. *Ant. VIPFRANVS c. I. describ. Hisp. p.* 843. sed de Germanis *TACITVS* sit; quod Bardorum carmina unum annalium illis tunc fuerit genus et Druydarum Gallis, de quibus BOXHORNIVS multa in *Orig. Gall.* confer. *AGRIPPA de Van. Scient.* c. V. CAP. IX.

CAPVT IX.

DIVINATIONES DELIRAE.

Alii tandem, qui gentium origines e linguae uestigiis, corporis habitu ac moribus restituere uoluerunt, in alios scopulos offenderunt (*ii*). Risui enim in hunc usque diem eruditis Beccefelaria Aegyptiorum sunt (*ll*) et fusius Goropii Becani somnia (*mm*). Nuperrimus etiam apud Suecos etymologista meritas eruditorum censuras expertus est (*nn*).

V. Dubia gentium origines inuestigandi media. (*ii*) *TACITVS* ex his Britannos Gallosque eiusdem originis esse conniciturus, ait: "Britanniam "qui mortales initio incoluerint, parum compertum. Habitos corporum uarii: atque ex eo argumenta. Namque rutilae comae, magni artus, "Germanicam originem adseuerant." Et quae sequuntur, addit: *In uniuersum tamen aestimanti, Gallos uicinum solum occupasse, credibile est. cum SERMO HAVD MVLTVM DIVERSVS.* Eadem origines gentium iudicandi media *sub. BODINVS* probauit *cap. IX. meth. hist. p.* 349. qui uero, quam saepissime erratum iis sit, pariter docet. Eadem et consilia *BOXHORN.* dedit *c. I. de Orig. Gall.*

Beccefelana Aegypt. (*ll*) Psamnitichos Aegyptiorum rex, et, quae prima tandem hominum lingua et antiquissimus iuxta populus esset, intelligeret, duos pastori pueros dedit, hac lege educandos, ne quis coram iis loqueretur. Hi ergo biennio elapso, cum *Beck* proclamassent, iteratis subinde oibus, quo nomine Phryges panem notant, collegisse regem Phrygibus antiquissimam prae omnibus gentibus aetatem deberi, scribunt *HERODOT. lib.* II. et omnium prolixissime APOLLONII *Scholiastes* lib. IV. cuius uerba *BARTHIVS* refert *lib. I. in Eutropium Claud. p.* 1358. et et *SCHOLIASTES Aristophanis in Nubib.*

Becani figmenta. (*mm*) Quam uero res absurda etiam Beccefelana haec sit, eam nihilominus *Goropius* BECANVS assumit, qui *Beck* non tam Phrygibus, quam suis panem notare existimat. Vnde Germanis *Becker* is fit, qui panem praeparet. Et mille eiusmodi somnia alia apud eundem leges in *Originibus Antwerpianis* 1569. ibidem editis. Ex quibus suae se gentis ueras origines petere pro aris tamen et focis defendit.

Rudbeckii. (*nn*) *De Olai RVDBECKII Atlanticis plura autorum iudicia sunt, sed admodum diuersa.* Quicquid huius rei sit; certum tamen est, hominem in etymologiis quam longissime errare et plurimum cum iis desipere, qui gentium origines in linguis quaerunt. Librum ipsum ooo legi, sed bona fide eum TENZELIVS excerpsit in *Februario, Martio, Maio, et Iulio colloq. menstr. Anni* 1690. *p.* 172. 209. 287. 417. 635. *seqq.*

CAPVT X.

CVLTVS FABVLOSAE VETVSTATIS.

CAP. X. Has tamen fabulosas gentium origines data illi opera retinuerunt, quos uel erroris uetustas mouit (*oo*); uel gentis suae dignitas tenuit (*pp*); uel lacunae deterruerunt, quibus historiarum initia deformarent (*qq*). Plurimi uero in regum ac principum fauorem tantae tamque fabulosae antiquitatis uindices hodienum sunt (*rr*). Nonnulli et status rationem id requirere asserunt (*ss*). CAP. X

CAP. XI.

Erroris uetustas. (*oo*) Hispanos huc refero; qui, quamuis meras de regibus Tubale, Hispalo, Ibero, Spano aliisque fabulas recitari, ipsi uideant; ab aliquot seculis tamen eum creditae sint, refellere non audent.

Patriae amor. (*pp*) Ita se quidem prudentiores excusant. LIVIVS sane et inter recentiores MARIANA ac VERGILIVS originum se fabulas ideo retinere expresse scribunt, ne cum uetustate dignitatis aliquid genti suae detrahere uideantur.

Meliorum defectus. (*qq*) Satius equidem esset, nullas rerum originum, quam fabulosas habere, quae tamen, cum semel multitudini innotuerint, etiam illi retinent, qui altius sapiunt, ne minus scire, quam alii uideantur, neue defectibus laboret historia.

Principum adulatores. (*rr*) Ne quid falsi scribere audeat, historici est. Quot tamen in gentium originibus euoluendis contra hanc regulam delinquant; BODINVS ostendit *c. IX. p.* 349. *Meth. Hist.* Recte igitur *AGRIPPA c. I. de Vanit. Sc.* ait: *Est turpissimum adulatorum genus, qui cum principum suorum originem ad antiquissimos quosque reges extendere conentur; ad externas origines fabulasque recurrunt et regum et locorum nomina confingunt. Huius furfuris est Vitikindus, qui Saxones Macedonum sobolem et Alexandri M. reliquias esse ait.*

Ratio status. (*ss*) Cum enim de praetensionibus in regna, ac dignitates controuersiae oriuntur, e gentis ac regiae stirpis antiquitate argumentari solent. Exemplo nunc inter Hispaniae, Galliae ac Angliae reges de *praecedentia* controuersiae esse possunt, qui omnes praesidia etiam in regni uetustate sumunt. uid. ex Hispanis BORELLVS et VALDESIVS de Praecedent. Reg. Cathol. ex Gallis *Theod GODOFREDI de Praeced. Reg. Franc.* BODINVS *c.* IX. *de Republ.* Anglorum uero partes WINGENFELD et HOWELLVS defendunt libb. de Praelat. Reg. Angl.

(*tt*) Ca-

CAPVT XI.

BARBARIES HISTORIAE INIMICA.

QVam tandem fecula barbara fcriptoribus cladem attulerint, quot perdiderint eorum, explicandum nunc eſſet (*tt*); Annii Viterbienfis etiam, aliorumque, qui fomnia et figmenta pro genuinis rerum monumentis uendiderunt, execrare malitiam deberemus; quae rerum ordinem mirifice turbarunt (*uu*): fed plenius fcribendi de his alia fe offeret occafio. Haec nunc dixiffe fufficiat.

Libri deperditi. (*tt*) *Catalogum* librorum deperditorum *Nouell. lit. Gothan.* autor in huius anni *Ianuar.* menfe defiderat. Sed hanc cladem qui aeftimare nefcit, ATHENAEI et PLVTARCHI faltem indices adeat, deperditorum fcriptorum, quos illi citant. Irreparabile fane damnum omnes dolent. Vide interim BODINVM c. III. *in Method. Hift. Fr.* BALDVIN. *lib. I. de Hift. p.* 653. *feq.* RICCOBON. *de Hiftor. p.* 79. *fqq.*

Annii Viterbienfis figmenta. (*uu*) Monftrum hominis fuit, ueritatis iuratus hoftis et omnium fcriptorum mendacisfimus, *Iohannes* ANNIVS, patria Viterbienfis, profesfione Theologus, monachus ordine: fed fama turpisfimus mendax et nugator fallacisfimus: Nouus *Berofi, Manethonis, Xenophontis, Fabri Pictoris, Myrfili, Catonis, Sempronii, Metafthenis et Philonis* plaftes, fub quorum nominum dignitate mendacia, ineptias, figmenta, nugas, fomnia, fabellas, et huius furfuris alia incredibili confidentia eruditis obtrufit, innumeros fefellit, plures in dubitationem adduxit, paucis fufpectum fe fecit. Venerabantur diu eruditi nomina, Berofi maxime, *Iofepho, Plinio* et *Eufebio* citati autoris, fed defiderio res minus refpondebant, quae ineptum ubiuis ac futile ingenium oftendebant; cum ifti contra autores a grauitate commendarentur. Tandem igitur detracta Berofo ac reliquis larua, foetidus Annius oftenfus et ludibrio Mufarum expofitus eft. Qui iniuriam hic Annio fieri exiftimant, *Gafpar.* BARRERIVM *Lufit.* in libello quem de *Falfo Nomine edito Berofo* fcripfit, et iuxta hunc *Ioh. Gorop.* BECANVM *lib. IV. Orig. p.* 340. *feq.* adeant, qui uterque etiam in *Bibliotheca Hifpan. Tom. II. p.* 387. et 386. exftat. Sic de fraude hominis non amplius dubitabunt.

OPVSCVLVM XI.

VITA AVRELI PRVDENTI CLEMENTIS V. C.

menfe Martio cIↃ IↃC XCII.

CVM DEO!

ACriter de Prudentio, poeta, difputant autores, qui ipfi tamen inter fefe mirifice disfentiunt et maximopere digladiantur. Non enim de *patria* eius omnes conueniunt et pauci *natales* eiusdem recte edocent; in uitaque et *honoribus*, quibus floruit poeta, aliisque recenfendis errant plerique et falfi funt; alii uero, quod inuehantur in *carmina* eius, eaque acerbe nimis reprehendant et de *religione* poetae finiftre admodum iudicent, cenfuram propterea merentur. Sub examen haec fingula mittemus et, fi fieri poterit, ex ipfis uerfibus poetae, hiftoriae ueritatem metiemur: quaeque nofter de fe ipfe dicit, et uero intellecta ab aliis male, ac diiudicata funt, ea asfumemus in praefenti contra alios et noftris applicabimus. *Propofitio ac diuifio opufculi.*

§. I. Pri-

§. I.

§. I.

Prudentii patria.

PRimus uero, qui *de patria Prudentii* sollicitus fuit, *Aldus Romanus* est; hercules ille in emendandis uererum codicibus et typis publicis eosdem transcribendis, editioni hic suae, de qua infra dicendum, *uitam Prudentii*, plurimum ex ipsis uerbis poetae collectam addidit et in natiuitatis locum, hactenus a nemine apertum, eadem ratione inquisiuit. Natione enim *Hispanum* fuisse et *Caesar-Augustam, Saragossa* hodie, seu *Ca-* B *ragoca* dictam, patriam habuisse, *hymno* IV. ΠΕΡΙ ΣΤΕΦΑΝΩΝ, edit. *Heinsii*, qui *Weizio* VII. est; in honorem *sanctorum decem et octo martyrum Caesar-Augustanorum* conscriptus, primis uersibus noster innuere uidetur:

An Caesar-Augusta?

Bis nouem noster *populus sub uno*
Martyrum seruat cineres sepulcro;
Caesar-Augustam *uocitamus urbem,*
Res cui tanta est.

Non frustra quippe populum *SVVM* dixisse poetam, Aldus existimat. Et *Isidorus* quidem *Hispalensis* ex eadem gente oriundus *lib.* XV. *orig.* cap. I. *de ciuitatibus* p. 1190. edit. *Gothofredi* 1602. 4. *Caesar-Augustam a Caesare Augusto et situm et nominatam, florentem sanctorum martyrum sepulturis* urbem dicit. De cuius antiquitate et ueteri dignitate uid. *Strabo lib. III. pag.* 143. 148. *edit. Basil.* 1549. *Pomponi-* D *us Mela lib. II. f. 4. edit. Paris. Plinius lib. III. c. 3. p. 38 edit. Froben.* 1554. et qui in Prudentium commentati sunt, *Iso. Mag. Closs. in hym. VII.* περὶ στεφ. *uers. 3. Iac. Spiegel. interp. Prudent. p.* 190. Hodiernum uero urbis splendorem et iura, quibus ea nunc gaudet, *Cellar. in orb. nou. descript. c. II. p. 19.* et *Becman.* inprimis *in histor. Orb. Terrar. c. VI. §. 10. p. 163.* aliique geographorum suppeditabunt. E Non inepte uero hic inter eruditos quaeri solet, utrum *Aldus* ex hoc hymno, sufficienter de patria poetae colligere et certi aliquid statuere potuerit. Sequuntur quidem eum in hac sententia *Georg. Remus* ICtus et poeta insignis in epistola ad *Ioh. Weizium, Iacob. Spiegelius in hym. Prud. ad omnes horas* p. 191. *Giselinus comment. in Prud. hym. VII.* περὶ στεφ. p. 448. *edit. Weiz. Lucas Osiander in epitome Hist.* F *Eccles. cent. IV. Lib. Iic. 26.* et nimia secure *Centuriatores* Tom. I. Cent. IV. c. X. *p.* 681. *Quensted. de patriis Illustrium Virorum*, sub *Caesar-Augusta*, et si forte plures ex recentioribus sunt, qui omnes Caesar-Augustae natum esse, uno ore profitentur. Consideratius tamen alii et magis circumspecte agunt, qui nonnisi Hispanum fuisse, nec patriae certum locum sciri e carminibus eius posse, arbitrantur. G Quid enim impedit, quo minus *Calagurritanum* quoque fuisse, cum *Goldasto* et *Riuetto lib.* III. *Crit. Sac.* c. XXVI. *p.* 357. *edit. Genev.* affirmemus? cum eodem iure hoc ipsum, si leues coniecturae ualent, fieri posset. *Suum* enim *populum* si Prudentius *Caesar-Augustanos u. 1. et 3. hym.* adducti uocat, imo *SVAM* si *CAESAR-AVGVSTAM* quandoque nominat, *Calagurrim* in eiusdem *hymni u. 31. seq.* eodem modo *SVAM* quoque idem dicit, uerba eius dicto loco haec sunt:

An Calagurris?

Nostra *gestabit* Calagurris *ambos,*
quos ueneramur.

Speciose quidem haec *Vict. Giselinus* ad *hym. I.* περὶ στεφ. *u. 4. p. 440. edit. Wechelian.* explicat, in quo hodiernum multi praesidium, sed frustra quaerunt. Prudentium enim *Calagurrim suam* propterea appellare idem monet, quod ex *Plin. lib.* III. *hist. nat. c.* III. constet, *Calagurritanos Caesar-Augustano conuentui annumeratos semper fuisse.* At, quid si inuerte- C rem hoc ipsum et *Caesar-Augustanos* potius *populum suum* uocasse, eo quod patria poetae *Calagurris* subiecta illis fuerit, adeoque suus populus. Vter nunc uerius diceret, probabilius uter? Quare laudandum hic aliorum circumspectius iudicium est, qui, dum moderatiores esse et magis prouidi uoluerunt, ne communis error historiae obtruderetur, aut neglexerunt patriam eius, aut, non sine cautione legentium, sunt eandem professi. *Georgium Fabricium* quidem excellentem illum superioris seculi poetam, *commentario in hym. quosdam Prudent. p. 308. edit. Weiz. Numantinum*, aut *Caesar-Augustanum* fuisse poetam nostrum scribere, scio, quo uero id argumento faciat, hactenus non uidi. *Numantiam* quidem, celebrem Romanis ob infinita bella, urbem, hodie *Amuzam* dictam, non procul a *Caesar-Augusta* distare notissimum est, ac probabile forte propterea, quod ex una Terraconensis regni, quod hodie Arragonia est, urbe oriundus noster fuerit. Veteres uero *Gennadius, Trithemius, Bergomensis* et qui cum *Aldo* ac post eum e doctissimis uiris floruerunt, *Gyraldus, Crinitus, Erasmus, Auentinus, Baronius, Continuatores Flacii, Heinsius* et accuratissimorum historicorum alii, patriam eius certo non definire audent; quibus et nos ob rationes hactenus adductas in tantum assentimur, quanquam quod *Calagurri* natus sit; sed uir honores postea *Caesar-Augustae* gesserit, de quo prolixius infra, probabilibus rationibus tueri non admodum dubirem

An omnino dubia?

§. II. Parentes uero Prudentii se nescire libere *Crinitus profitetur Lib. V. de Poetis Latinis c. 90. pag. 517. edit. Lugd.* 1554. neque ullum, qui aliquid hac de re tradiderit, scio, quoniam nec patriam satis aperte constare posse, modo probatum dedimus. *Tempus* ergo, quo claruerit noster,

Parentes eius?

Aetas? An. Chr. 351.

§. II. III. fter, inueftigandum potius eft. Vbi quidem non unae denuo auctorum fententiae, eaeque diuerfae plane a fe inuicem deprehenduntur; quibus in tanta uarietate conftitutis, ut eerto certius annus natalitiorum poetae fciatur, operam dabimus. Optimus huius controuerfiae iudex et teftis denuo poeta ipfe erit, qui in praefatione operum fuorum, quae in nonnullis codicibus claufulae loco eft pofita, de quo alibi, uerf. 22. feq. apparenter fatis, quo anno primam lucem afpexerit, docet:

> *Haec dum uita uolans agit,*
> *Irrepfit fubito canities feni,*
> *Oblitum ueteris me* Saliae *confulis arguens,*
> Sub quo prima dies mihi.

Salia ergo eonfule natum fe effe ait, quem eum *Philippo* confulatum anno Chrifti 351. habuiffe, facile ex faftis eonfularibus conftat. Qui enim fcrupulus apud ueteres de hoc uerfu remanferit, infra exponemus. Quo cum optime illa confentiunt, quae in *ἀποθέωσ.* uerf. 449. habet:

> *Principibus tamen e cunctis non defuit unus,*
> Me puero, *ut nemini, ductor fortisfimus armis,*
> *Conditor et legum, celeberrimus ore manuque.*
> *Confultor patriae, fed non confultor habendae*
> *Religionis, amans trecentum millia diuum.*

Iulianum enim *Apoftatam*, qui A. C. 361. et 362. in Chriftianos graffatus acerrime eft, intelligere poetam, ex reliquis, qui fequuntur uerfibus fatis apparet, nec *Baronius* Tom. IV. §. 4. *ad A. C. 361. edit. Moguntin.* 1601. aut quiuis interpretum Prudentii explieare aliter et affumere poteft; de quo ipfe *Weizius p. 641. §. 522.* dubitare nequit. Eo uero tempore nouem annos, aut decem natus erat nofter, adeoque *pueri* nomen, quod fibi in his uerfibus dedit, utique merebatur. Aliis quibus idem argumentis euincamus, opus non habemus: cum haec ipfa eerta fint et illa non nifi ad tempus, quo floruerit poeta, quod probatu facile eft, non quo natus fit, pertineant. Corrigendi ergo illi, qui aliter docent, et qui in numero rotundo atque ineerto acquiefcunt, fupplendi ex his et augendi funt. Quorfum uideantur *Anton. Nebriff. in Prudent. pag. 4. §. 24. edit. Weiz. Fabricius in Opere Poetarum Chrift. p. 17. edit. Oporin.* Et Ioh. Vafaeus *Chron. Rer. Memorab. Hifp.* apud *Vict. Gifelin. in not. Prud. p. 472.* Ceterum qui aequales Prudentii fuerint, eum natales eius oftenderimus, recenfere, non operae pretium effe exiftimo.

Nomina. §. III. Nomina uero pulcherrima iuxta, ac ominofa ualde fuftinet nofter. *Aurelium Prudentium Clementem* enim in ueterum codicum titulis obferuamus. Quae fingula, qua occafione acceperit, non difputo; a *generis* interim *principe*, a *fapientia*, ab *arte* et ftudiis tracta quandoque nomina effe apud Romanos, *Carolus Sigonius* lib. *de Nom. Rom.* oftendit, cui *Gothofredus*, in opere *Auct. Lat. Ling. Vali Probi*, hic enim auctor hactenus eft creditus, de *nom. impofitiuis libellum* adiunxit. Quare non male ab illis actum exiftimo, qui nomina *poetae* in laudes eius traxerunt, et *Prudentium prudenti ore* eecinifle, *prudentisfimumque* omnium poetarum fuiffe, dixerunt. Id quod faciunt *Alcimus Auitus lib. ad Fufcinam fororem u. 414. edit. Lipf. 1604. Catal. Teft. Verit. lib. IV. p. 185. edit. pofter. Taubman. in culicem Virgilii.* p. 223. et *idem in literis* ad Weiz. fcriptis. *Zacharias Vietor Topicar. Differt.* XI. *disquifit.* 2. et multi alii poft eos.

Gentiles. §. IV. Quatuor eeterum Prudentios, aut uti exiftimat, quinque, in rerum geftarum monumentis fe annotaffe, fcribit *Melchior Goldaftus* apud *Weiz.* p. 319. Horum uero plerosque in poefi exercitatos fuiffe et ex Hifpania oriundos; idem dicit, ad quorum differentiam poftea nofter, *Prudentius maior* appellari eoeperit. Hinc *Ioh. Balbus* (de *Ianua* uulgo dictus) feculi XIII. monachus, in laboriofo opere, cuius titulum *Catholicum* faeit, fub uerbo *fpera*, ita ait: *unde Prudentius maior; cuius ad arbitrium* fpera [*melius fphaera*] *mobilis atque rotunda:* Quae uerba in *Apotheof. u. 210. Heinf. qui Weiz. 278. eft*, extant. Illud tamen disfimulare non debemus, ex errore *Amoenum* quibusdam *noftrum* audire, quem fcrupulum ab infcriptione enchiridii in V. et N. T. ortum infra eximemus.

Iuuentus. §. V. Quanquam uero pulchris in prima aetate nominibus ornatus nofter fuerit, uitiis tamen iuuentutem fe transfegisfe et hos titulos maculaffe ac dehoneftaffe, ipfe fcribit *Praefat. Cathemer.*

> *Aetas prima crepantibus*
> *Fleuit fub ferulis;* - - -
> *Tum lafciua proteruitas,*
> *Et luxus petulans (heu pudet ac piget!)*
> *Foedauit iuuenem nequitiae fordibus, ac luto.*

Auguftinum ergo et reliquos hic fequutus eft, qui uitia in iuuentute admiffa in prouectiori aetate dolebant et Deo fuo confitebantur, hinc *blandi amoribus retentum* per 57. annos dicit *Trithemius Catal. Script. Eccles. Tom. I. p. 210. edit. Wechel.* 1601. uirum *fecularis literaturae eruditum Gennad.* l. c. et *Bergomenfis* l. adducto fimiliter *fecularium literarum fcientisfimum* uocat. Neque ullum eft dubium, quin in omni doctrinarum genere inftitutus poeta nofter et ad meliores artes praeparatus felieiter ac formatus fit: quod etiam in praefat. modo cit. innuit. *Aetas prima crepantibus* &c. *Munera.* Id quod et ingenium eius, in relictis carminibus fatis feli-

§. V.

feliciter oſtenſum, comprobat. Quare non aliter fieri potuit, quam ut gratus apud ſuos et aliis quoque de excellentisſimis donis commendatus fuerit. Ac primum quidem cauſas in foro ſe egiſſe, in eiusd. praefat. u. 13. ſeq. ſcribit:

Exin iurgia turbidos
Armarunt animos, et male pertinax
Vincendi ſtudium ſubiacuit caſibus aſperis.

Ita uero in agendis cauſis excelluit Prudentius, ut paulo poſt doctrina et rerum uſu excultus, ad maiores longe honores admiſſus et cooptatus fuerit, de quo ipſe in praefat. adduct. u. 46. ſeq. canit:

Bis legum moderamine
Frenos nobilium *reximus* urbium;
Ius ciuile *bonis reddidimus, terruimus re-*
Tandem militiae gradu (*os;*
Euectum pietas principis extulit,
Aſſumptum propius ſtare iubens ordine
proximo.

Multas lites interpretibus, easque grauisſimas hi uerſus dedere; in quos, ueluti ſcopulum quendam omnes ferme impegerunt, adeo ut *Georgius Remus*, iam ſupra a nobis iaudatus Prudentii commentator, *p. 595. edit. Weiz.* hunc locum explanatu omnium difficillimum iudicet; qui eo uerior eſt, quo minus uiri docti conuenire adhuc hac de controuerſia potuerunt. Equidem recenſere hic Prudentium *munera*, quibus functus ſit et honores, quos habuerit deſcribere, extra controuerſiam eſt: ſed ita recenſere tamen, ita deſcribere eundem hoc ipſum, ut charactere, qualis poetas decet ſublimiori, ambiguo, aut, ut technice lenius dicam, figurato utatur, nemini quoque incognitum eſſe poteſt. Quare ex his munera poetae definire et certo elicere uelle, hunc et non alium honorem ei in Republica datum eſſe, hoc negotium, et non aliud in militia geſſiſſe, temerarium non minus, quam periculoſum et dubium exiſtimo. Quis enim neſcit, *leges, ius ciuile, dignitatem urbes regendi, a principe euehi, principi propius ſtare* et reliqua, quae de ſe noſter dicit, diuerſis in Republica et militia uiris applicari, de iisdemque affirmari, praeſertim a poetis, qui tantum uerborum rigorem non ſuſtinent, ſalua manente ueritate poſſe? Quo fit, ut ſibi nullus ex tot auctoribus conſtet ſatis reique certus ſit. Quot enim capita hic, tot ſenſus et diſſenſus uides. Silent et prudenter ſilent *Trithemius*, *Bergomenſis* ll. cc. At *Gennadius* militem *Palatinum* Prudentium agnoſcit; *Crinitus* ad *praefecturam* militiae euectum ſuffragio Theodoſii esſe, ait; cum *laude* uero *ſub Honorio* militaſſe, ſatis quidem generaliter *Aldus* habet, quem ſequitur *Lucas Oſiander*: *praetorem* exiſtimat *Nebriſſenſis*; urbis *praefecturam* ei tribuit *Fabricius* et *Palatinum* militem fuiſſe negat contra Gennadium in *notis Poet. Chriſt. operi adiectis*; mili-

A tem *Palatinum* et poſtea urbis *praefectum Vosſius* uult, alii aliter ſtatuunt; qui tamen omnes ueri eſſe uolunt et, ſi uerſus poetae ſolos ſpectes, poſſunt quoque: haec enim ſingula illis uerbis intelligi queunt. At uero ne nihil aſtruere hic, ac aſſerere uideamur, alios, ſtudioſe a nobis exquiſitos poetae uerſus, cum his coniungemus et quid ſentiendum tunc ſit, breuiter ſummatimque euoluemus. Me B itaque iudice, Prudentius, qualem et quantamcunque dignitatem demum habuerit, *Romae* eam non habuit. Patet hoc ex plurimis *poetae* locis et uerſibus. Senectus. Primum enim Romam ſenem admodum et infinitis curis, ac laboribus pene confectum ſe intraſſe, propterea que in ſummam admirationem urbis antea uix uiſae, tractum eſſe, omnium clarisſime hymn. IX. *Weizio* XII. περιστεφ. ab ini- C tio teſtatur:

Sulla forum ſtatuit Cornelius: hoc Itali
urbem
Vocitant ab ipſo conditoris nomine.
Hic mihi cum peterem te, *rerum maxima Roma*,
Spes eſt oborta, *proſperum Chriſtum*
fore.
Stratus humi tumulo aduoluebar, quem
ſacer ornat
D *Martyr, dicato Casſiano corpore.*
Dum lacrimans mecum repeto mea
uulnera, et omnes
Vitae labores, ac dolorum acumina.

Haec uerba nonne ſenis ſunt et inferiori aetate indigna? nonne et *hoſpitis* ſunt? ſi de hoc dubitas; ipſum poetam hoc uocabulum adhibuiſſe de ſe docebo. Verſu quippe eiusd. *hym. 17. et 93.* dum quaerentem aliquem ex illo indu- E cit, ita pergit:

Aedituus conſultus ait: quod proſpicis,
hoſpes,
Non eſt inanis aut anilis fabula.
Haec ſunt quae liquidis expreſſa coloribus, hoſpes,
Miraris: *iſta eſt Casſiani gloria.*

Si itaque in annorum ſumma grandiate Romam uenit, quomodo in eadem urbe tot honores ſuſtinere, tot muneribus F fungi potuit, quod tamen poetam de ſe dicere, uidimus ſuperius. Annos enim LVII. natum ab omni munerum functione abſtinuiſſe noſtrum, paulo infra probabimus. Imo uero cur tantopere *Symmachum* ueritus ſit et deprecatus toties Aduerſarius Symmachus. ſuam, in refutandis impiis conſiliis eius, audaciam fuerit, neſcirem ego; aut Prudentium lepidum dicerem; ſi cum bonitate cauſae, muneris quoque auctorita- G tem et parem cum *Symmacho* dignitatem habuiſſet. Nam in *v. 51. Praefat. Lib. II. contra Symmach.* ita ſe huic apoſtatae ſubmittit: Sum plane *temerarius*: tanti non timeam uiri; et quae alia eiusdem generis ſunt. Equidem non neſcio, quan-

§. V.

quantus uir *Symmachus* et quam exercitatus in omni doctrinarum genere fuerit; adeo, ut *Ambrosius* in epistola contra eum, quam Giselinus suo *Prudentio 1564. apud Plantinum Antverpiae adornato* addidit, *sermonis asperi* quoque ueniam petat. At idem longe inferior quoque, licet Mediolanensium episcopus, Symmacho, Viro *Consulari*, *praefecto urbis et ceremoniarum pontifice* fuit; cum Prudentium nonnisi aequalem ei, enumerati hactenus auctores uelint. *Virum* tandem *Consularem* poetam nostrum post Aldum fere omnes eodem errore dicere, animaduerto. Aldum uero duas literas fefellisse V. C. in ueteribus codicibus, nomini Prudentii iunctas, quas *ille Virum Consularem* denotare arbitrabatur, *Spiegelius interpret.* in *Prud. hym. omn. hor. p. 190. edit. Weiz*, refert. Verum easdem praeterea uel *Quintae Cohortis* denotasse, uel *Virum Clarissimum*, apud *Valerium Probum de notis Romanorum interpretandis, et Magnonem in notis iuris* est. Imo abolitam, Prudentii temporibus, consuetudinem fuisse, qua quis *Vir Consularis* diceretur, laudatus *Spiegelius*, *Alciato* teste *Lib. III. dispunct. IV.* meminit, quem etiam *Virum Clarissimum* legi debere, aliis argumentis probare, monet. Nec uero solis his deceptum fuisse *Aldum*, existimandum est; in causa enim corruptus *praefat. Lib. Prud. u. 24.* locus, insuper erat:

An uir consularis.

Irrepsit subito canicies seni,
Oblitum ueteris Messaliae *consulis arguens.*

Alii *Marsiliae* legunt. Quem uero *Georgius Fabricius* mox ita restituit, ut seiungeret *Messaliae* et *me Saliae* scriberet: ita enim hic error fieri mox potuit, ut in aliis, pro a *qua*, *aqua* scriberetur, uti docuit *Scioppius de arte critica* et ei familiaris *Rittershusius*, ut et *Franciscus Robertellus* in eodem argumento; et alia eiusmodi collegit in Prudentio *Giselinus hymn. 8. περὶ στεφ.* 130. *p.* 449. Quam lectionem omnes post eum in suis codicibus receperunt. Et *Giselinus* quidem eodem tempore, eodem plane modo, hos uersus correxit: uno enim anno 1564. uterque poetam hunc edidit. Vter uero alterum exscripserit, asserere non ausim, cum uterque se hanc lectionem primum animaduertisse dicat. Non inusitatum interim esse, eruditos easdem coniecturas proferre, certum: cum *Ios. Scaligerum et Isaacum Casaubonum V.* Cl. idem, eadem ratione et eodem tempore, ut ne minima adesse plagii alicuius suspicio posset, emendasse, *Vossius Instit. Orator. lib. IV. c. 2. §. 3. p. 5. sub fin.* obseruet. Veterum tandem schedarum fide; *Thuanea* scilicet, et *Altinia* Codd. lectionem hanc Heinsius in h. l. firmiter comprobat. Non ergo haec uerba de *consulatu Prudentii*; sed *Saliae*, quo consule natus noster, accipienda esse, manifestum est. Quae enim alii de *Saliae* urbis, de *Marsiliae*, aut *Messaliae* ciuitatum consulatu Prudentii somniant, ap. *Nebrissensem*, *Spiegelium*, *Giselinum et Remum* in hunc locum uideri queunt; nobis quippe altiora tractare restant. Nunquam denique *urbis Romae consulem* fuisse, quod *fasti consulares* nullam eius mentionem faciant, si nec modo a nobis allata argumenta adessent, sciremus. Omnes enim Consulum Romanorum, in fastos relatos esse, ipse *Prudentius lib. I. et II. contra Symmachum u. 556.* testatur.

§. VI

Quin et Olybriaci generisque et nominis heres
Adiunctus fastis. - - *idem v 595.*
- - fastorumque *arce potiti*
Annales proprio signarent nomine chartas.
- - Consulibus *dat condere* fastos.

Et qui de consularibus his fastis ex instituto ex ueteribus aeque ac recentioribus egerint, uide apud *And. Wilkium* in *Prud. hym. fest. Reg. u. 662. p. 530. edit. Weiz.* Ceterum summam rerum in *Hispania*, non *Romae* potitum esse nostrum, non negauerim. Ita enim hi uersus, me iudice, exponi debent. Quippe non unius, sed *plurium urbium* frenos rexisse se dicit; quod apposite ad praefecturam Hispaniae, tot moderantem ciuitates, referri potest, de qua functione et officio fungentium ex optimis, antiquissimisque scriptoribus *Caluin. in Lexic. Iuridico hac sub uoce* egit. *Vossius* tamen *lib. II. cap. X. p. 203. de histor. Graec. et Latin.* Prudentium, in locum defuncti, consulatum habuisse, eo quod nec illi in annales relati fuissent, existimat, quo de et *Baronius Annal.* ad A. C. 394. p. 888. quaedam habet. At uero nec illud stare potest, cum Romam antea nunquam uidisse nostrum, supra animaduerterimus, nec nostra sententia sua probabilitate careat. Tandem ad *militiae gradum se euectum* fuisse, porro ait noster, quod sub Honorio factum esse oportet. Cum enim iam senem tunc fuisse se dicat poeta, et ultimum honorem suum; recentiora tempora, annorum, quo natus est, numerus non permittit. Talis interim haec dignitas militaris fuit, qualis senem decebat et tot meritis illustrem uirum, hoc est, quae responderet pristinae auctoritati, nec in armorum fortitudine, sed robore consiliorum et perspicacia consisteret.

Militia.

§. VI. Quibus tandem singulis praeclare gestis, numerat poeta dies, uitia dolet et profanis rebus abdicat se atque artes parum, aut nihil ad pietatem facientes negligit, seque totum rebus diuinis et sanctiori studiorum generi, annos natus LVII. dedit, atque haereticis confutandis non inutilem operam nauat, de quo

Abdicat se a muneribus aet. 57.

§. VII. *in praefat. lib. Cathem. u. 1. seqq. et 35. seqq.* A loquitur.

Per quinquennia iam decem,
Ni fallor, fuimus; septimus *insuper*
Annum cardo *rotat, dum fruimur sole uolubili.*
Instat terminus, *et diem*
Vicinum senio Deus applicat.
Quid nos utile tanti spatio temporis egimus?

v. 34. Atqui fine sub ultimo,
Peccatrix anima stultitiam exuat:
Saltem uoce Deum concelebret, si meritis nequit:
Hymnis continuet dies,
Nec nox ulla uacet, quin dominum canat:
Pugnet contra haereses: catholicam discutiat fidem:
Conculcet sacra gentium:
Carmen martyribus deuoueat: laudet Apostolos.

Habes hic, quod uitae genus egerit noster circa finem et ad quos labores appulerit animum. Id quod infra plenius, accuratiusque tractabitur.

Religio. §. VII. De uera nunc *Prudentii religione*, quod ea cognosci ex scriptis eius possit, ex instituto agere decreueram; cum de *libero arbitrio*, de *carnis innocentia*, de *bonis operibus* et martyrum inprimis, de *inuocatione martyrum*, aliorumque sanctorum, de *Virgine beata* et quae alia eiusdem generis sunt, non caute satis loquutum poetam fuisse *Centuriatores* maxime *Tom. I. Cent. IV. c. X. p. 684. seq. edit. Basil. 1624.* ei obiiciant: res uero prolixior est, quam ut merito suo plenius hic tractari possit; ad aliam itaque occasionem remittenda. Liberiorem tamen poetis in carmine linguam esse et minus ad angustos uerborum cancellos mancipatam, *Flacco teste*, scimus, quae ut et nostro uenia detur et excusetur idem hoc modo, aequitas uult. Cui accedit, quod codices, misere ab iniquis manibus dilaniatos et penitus corruptos fuisse, tot schedarum uarietates, tot libri spurii et suppositicii, tot deniq; eruditissimorum uiror. querelae testentur, quas apud *Fabricium, Giselinum, Weizium, Heinsium* etc. laudatos poetae interpretes, *Daumium* in *praef. Paulin.* et *Gifanium* maxime *in indice Lucretiano* legimus. Attamen stultum illud et muliercularum fabulis dignum commentum apud poetam in clausul. *Hamart. a v. 952.* usque ad finem, inuenimus. Ita enim ibi:

- - - *Non posco beata*
In regione domum: - -
At mihi tartarei satis est, si nulla ministri
Occurrat facies, - - - et porro
Esto: cauernoso, quia sic pro labe necesse est
Corporea, tristis me sorbeat ignis Auerno:
Saltem mitificos incendia lenta uapores
Exhalent, aestuq; calor languente tepescat

Lux immensa alios, et tempora uincta coronis
Glorificent: me poena leuis clementer adurat. §. IIX.

Pie quidem *Giselinus* in h. l. exclamat: *Itane, o Prudenti, tam abiecto quenquam esse animo? aliud nobis spondent suaues euangelii uoces*, et quae sequuntur. Quae etiam uerba adulterina esse et suppositicia, idem uult; cum quod seorsim B excusos aliquando se uidisse meminerit; tum, quod non cum aliis Prudenti, de uita aeterna et animis defunctorum, confessionibus, ubi prudentius poeta loquatur, consentiant. At uix audeo, ob leues has rationes communem ueterrimorum codicum consensum tollere. Illud enim adhuc incertum est, cum ipse *meminisse* saltem, quod uiderit, confiteatur; imo uerum licet esset; quid inepti typo-C graphi sola manus derogare fidei, tot fide dignissimis schedis potest? hoc uero, quod reiicit Giselinus, nihil noui apud scriptores est, qui aliquando sui, uti poetae citius, obliuisci queunt, quanquam illud hic Prudentium excuset, quod *pro labe sic pati necesse esse* dixerit, cum sanctos martyres dedisse iam poenas in tormentis pro Christo sustentis, existimaret. Et hoc modo ei fere aequales errarunt, D quos uide apud *Centuriat.* Cent. IV. c. IV. p. 179. quanquam ad saniorem, quam hodie pontificii, mentem exponi illos debere, Theologi nostri sentiant; *Quenst. syst. part. ult. sect.* II. c. XVII. *p.* 569. et alii quos ipse citauit. Citius ergo quam par erat, hanc Giselini opinionem *Flacii Catalogus p. A. 186. 1598.* excusus *et Riuetus in Critico sacro* III. c. XXVI. *p.* 359. qui *Perkinsum* quoque adducit, arripuisse et adprobasse E uidentur. Vllum enim si ex tot Msc. haberent testem, omnium lubentissime quoque eorum sententiae adscriberem; cum alias idem persuadere mihi, haud quaquam possim. Fuisse tamen priuatus et domesticus error Prudentii potuit: eo quod multorum scelerum in iuuentute admissorum conscius, se indignum statim post mortem uita aeterna crediderit.

§. IIX. Ad laborem tandem et uersuum *Metri et dictionis ratio.* F rationem poetae nostri deuenimus. Hic cum Fabricio in Poet. Christ. et Daumio in Paulin. praefationibus impense dolent omnes eruditi, quod renascentibus sec. XIV. literis, primi heroes illi et sapientes detestati tantopere pios, castosque Christianorum labores fuerint; magno uerae religionis damno. Interquos non minima passus noster est: qui *Leonhardum Quercetanum*, obscuri nominis ui- *Obtrectatores.* G rum, *Petrum Summontium in Iouian. Actium Tom.* II. *p.* 102. *Ludouic. Viuem. lib.* III. *de tradendis discipl. p.* 312. aliosque iniquissimos censores habuit, qui maiorem Christianum, quam poetam illum dixerunt. Qua in re eo magis culpandi hactenus nume-

§. VIII.

numerati auctores sunt: quo religiosius A profanos scriptores habuisse et adiuuasse eos, sciamus. Parem enim solertiam si ad nostrum quoque attulissent, ab infinitis erroribus eum uindicare et in integrum restituere, eo maxime tempore potuissent; quo tot membranae adhuc, nunc temporum iniuria amissae, extiterunt. Quos quum negligerent, tineis et blattis obitos, ad monasteriaque detrusos, multum pristini splendoris amisisse oportuit. B Excusant Virgilium, Horatium adiuuant et Ouidii aut alius cuiusdam turpes errores profiteri, sibi religioni ducunt: cum tamen et minimum in sacro poeta naeuum animaduertant et praeter meritum saepe traducant eos, ut antequam agnoscant; eos abiiciant. Non repetam iustas querelas, quas *Aldus*, *Fabricius*, *Giselinus*, *Daumius* et alii in hunc uatem praefati sunt. Quid enim de aliis dico? C nostrum potius multas iniurias a uiris doctis passum esse, indicandum est. Illi uero Graecarum literarum primum poetam ignarum dixere; eo, quod uocales Graecorum in lingua Romana neglexerit et corripuerit η atque ω quandoque, in uocibus e Graecia ortum suum trahentibus. Verum anne solus Prudentius id fecit; unde *pater*, *mater*, *crepida* et contra communem poetarum consuetudi- D nem *aeris* correpta secunda syllaba a *Catullo* est? unde *Hector*, *Cyclops* in fine pro breui usurpauit *Virgilius* et *Ouidius*? cum Graecis haec singula uocales longae sint. In auctoritate eorum acquiescere eruditos equidem scio; sed caussam requiro, rationem huius rei postulo. Optime *Gifanius in praefat. Lucretii* ait; quod tum neglexerint Graecorum regulas Romani; quando uox in Latium ita introducta fu- E erit, ut ibi nata ueluti sit uisa, quem *Scioppius* sequitur, mastix ille eruditorum *Verisimil.* l. II. c. VIII. p. 69. *Veteres*, inquit, *pronuntiationem uulgarem sequi praeoptasse potius, neglecta uerbi origine. Adeoque Nestorem, Hectorem, Phaedromum breues dixisse, licet media Graec. ω Thales, Lyristes, Ganymedes ultima licet η. fuerit.* conf. *Scalig.* in *Auson. lect. lib. II. c. 21.* Nonne et Prudentium haec excusant? F nonne et alios ex poetis Christianis adiuuant haec? qui *ecclesia*, *mysterium*, *psalterium* et alias in ecclesia Romana receptas adeo uoces, ut non sine periculo falsae doctrinae immutari a quouis potuerint, adeoque et a plebe fuerint usitatae, in antepenultima breuiarunt. At, et reliqua ut defendamus, necesse est, barbarum enim porro dicunt illud in Prudentio esse; quod, metri caussa, terminationes uo- G cum mutarit, pro *fames. famis*, pro, *lues, luis*, pro, *pubes, pubis*, *Iohannes, Iohannis*, scripserit, quod *Heinsius in not. p. 14. et 104.* aduertit: uerum cur legimus apud *Plautum* et *Virgilium* pro, *leo*, *lea*, pro *hospes, hospita*, pro *ualles, uallis, feles, felis, uulpes, uulpis.* Haec si ab errore immunia sunt, nec Prudentio uitio dare possumus. Praeterea peccasse nostrum, quod literas duplicarit et adiecerit alias, ut metro consuleret, aiunt: uti *intereceptus*, pro *interceptus*, *interisfectus*, pro, *interfectus*: eadem uero licentia usum quoque Virgilium esse, constat. Et sic in reliquis procedere possem; nisi in uita poetae haec diutius prosequi uelle, praeter institutum esse uideretur. Suspectas interim uoces omnes et singulas *Cornelius Valerius* in Prudentio collegit, et *Giselino* transmisit, qui etiam eorum catalogum sub finem *commentar.* sui confecit. Vix tamen probarem singula, quae ibi auctor pro impuris habet. Nam ardua res est, dicere hanc uel illam uocem non esse latinam, sed barbaram: cum interdum latinissimae esse et rariores tamen possint, quorum magnus numerus a *Nizolio*, e Cicerone collectus, extat: et ex *Hygino* inprimis locutiones rariores seorsim annotauit *Schefferus in editione Amstelod. 1674.* Bene itaque Vossius *poet. lib. I. c. III. §. 2. p. 21.* de erroribus in Homero deprehensis ait: *Sane si talia malus poeta dixisset, ualde uideretur.* Et *Ptolemaeus Hispaniolus* in utilissimo tractatu *de licentiis ueterum poetarum* inquit: *Si haec, multaque alia similia faciunt ueteres, et impune: cur pro eiusmodi delictis iuniores quotidie in ius trahuntur? si pro his culpis poena infligenda est, qui prius peccauerunt, prius puniantur.* Imo quid aphaeresis quid prosthesis, paragoge, diaeresis, et infinitus prope figurarum numerus apud poetas sunt? nisi palliati errores et artis insignes defectus. Ceterum uoces in diuiniori coetu Christianorum inuentas, quod receperit noster et adhibuerit, culpare uelle, absurdum est. De quo *Vossius part. II. Inst. Orat lib. IV. c. 1. §. III. p. 5. seq.* aliique agunt. Ipsa tamen senectus, si deliquisset noster, eum facile excusare posset: quam non flores uerborum; sed rerum pondera decent: imo in sacro argumento fastidire uelle sacra uocabula, friuoli iudicii est.

§. IX. Elogia.

§. IX. Tot itaque elogiis decantatus merito suo est ab eruditissimis noster: ut difficile sit, in compendio haec ipsa enumerare. *Principatum* enim inter omnes poetas Christianos singulare uiris doctis ei tribuunt: *Pindarum diuinum* uero cum *Erasmo*, *Barthius lib.* VIII. *aduers. c. 2.* dicit; *Horatio* ex *Sidonio Apollin. et Crinito*, *Spiegelius p. 191. l. c.* iungit. Supra omnium Christianorum poetarum *prudentiam*, *Prudentium cecinisse*, *Taubmannus in epist ad Weiz.* existimat. *Grauissimum et doctissimum* Rittershusius appellat, *epist. ad Weiz. Egregia* et plane *diuina carmina Prudentii* esse; ipsumque *sanctissimi chori praesulem atque praecentorem* cum

§. X.

infinitis aliis elogiis, *Buchnerus in Differt. Acad. p. 521.* et in *Hymn. natal. Christ.* p. 7. profitetur. Reliquos taceo: tot enim elogia, quot testimonia eius extant. Ego uero acumen eius in rebus maxime sacris et prudentiam diuiniorem, quam theologicam dicimus, admiror in illo non minus, quam aestimo.

Opuscula recensentur genuina.

§. X. Ad opera eius tandem progredimur, ubi quae circumferantur sub nomine eius, primum indicabimus; suppositios deinceps et adulterinos a genuinis separaturi. Non infima uero librorum et carminum lis est. Hymnos tamen ab initio ponendos illos esse, quos καθημερινῶν, hoc est, *omnium dierum uocat*, praefationis v. 36. confirmare uidetur. Vbi primo loco eorundem mentionem facit: *saltem uoce Deum concelebret, si meritis nequit: hymnis continuet dies: nec uox ulla uacet, quin dominum canat*, quo cum et codicum plerique consentiunt. Praemittitur tamen omnibus fere editionibus quoddam prooemium, in quo, et uitam et scripta diligenter de se ipse poeta annotauit, perpetuusque hactenus nobis testis fuit. Hymnum V. non ad *cerei paschalis incensum*, qui ritus recentior Prudentio est, teste *Vergilio*, sed *ad incensum* lucernae inscribi debere *Erasmus, Fabricius, Hospinianus de Fest. Christ. p. 57. 58. Giselinus, Heinsius, Hulseman. Vindic. S. Script. Patrol.* c. IV. §. 6. p. 105. demonstrant. Hunc librum excipit περιστεφάνων de *coronis Martyrum*, quos carmine Prudentius celebrat, de quibus ipse denuo in praef. lib. v. 42. *carmen martyribus deuoueat, laudet apostolos*, lites super praefatione ortas uid. ap *Heins. p. 26.* Sequitur Ἀποθέωσις *de diuinitate* aduersus haereticos sui et priorum temporum plures conscripta. *Hamartigenia* seu de *origine peccatorum* ab hac proxima est, quae pars Apotheoseos ob argumenti similitudinem creditur. *Heins. p. 81.* Post hanc *Psychomachia* ponitur, pugna animae cum appetitu carnali, hoc est, uirtutum et uitiorum. Deinde ad nobile illud carmen, *contra Symmachum*, de quo supra, progrediuntur. Contra quem duos libros, cum Ambrosio, Prudentius scripsit, de quo in *praefat. c. u. 40. 41. conculcet sacra gentium: Labem Roma tuis inferat idolis.* Ceterum haec *Symmachi refutatio* sola Latine inscripta est; haud obscuro argumento, nostrum non leuiter in Graecis literis exercitatum fuisse.

Incerti quoque auctoris.

Enchiridio V. et N. T. clauduntur tandem omnia Prudentii opuscula, de cuius auctore uero adhuc dubitant docti. Primum enim sub *Amoeni* nomine extare in MSC. quodam *Fabritius Op. Poet. Christ.* p. 7. docet, deinde *Sedulio* alii, cum *Sichardo* tribuunt, post, *Amoenum Prudentium* recentiorem nostro esse, *Goldastus existimat l. c.* nec tam excultus, ut cetera Prudentii hic labor est; imo in pluribus codicibus MSC. non legitur, et tandem nullam eius mentionem facit Prudentius ipse. Vindicant uero ei, praeter codices quosdam, *Gennadius*, et reliqui hoc opusculum, quamquam nomine deceptos hos esse, *Goldastus* dicat. Compositum interim ad Prudentianum genium, modum loquendi in multis esse certum est, de quo uid. *Aldus in uita, Fabricius* c. l. *Giselinus* h. l. *Gifan. in indic. Lucret.* p. 373. b. et *Goldastus inprimis* apud *Weiz.* p. 320. *Bellarm. histor. eccles.* p. 158. *Riuetus quoque ex instituto rem exposuit lib.* III. XXVI. *p. 360. Heinsius* p. 139. *Hulseman. in patrol. cit. Königius in* Bibliotheca, qui, quomodo inscriptio huius libelli differat, quoque docebunt.

§. XI. XII.

Codices MSC.

§. XI. *Schedas Prudentii* denique in diuersis bibliothecis repertas, breuiter enumero. 1. *Hoeschelii* est, quem Weizius in pluribus sequutus. 2. *Bongarsi*, multis lacunis deformatus, figuris illustratus tamen. 3. *Egmondanus*, a Grutero descriptus et ab Heinsio ualde laudatus. 4. *Heilsbronnensis*, Rittershusio notus. 5. *Erfordiensis*, in Psychomachia uetustate clarus. 6. Eundem librum bibl. *Fuldensis* possidet. 7. *Goldasti*, qui Cathemerina et Enchiridion Amoeni saltem habet. 8. *Palatinus*, a Becman. descriptus. Hos Weizius adhibuit. 9. *Amstelodamensem*, Heinsius, ad finem iam perductis animaduersionibus suis, ualde desideratum accepit et excerpsit. 10. *Boherianus* magnae uetustatis. 11. *Oxoniensis*, in Britannia abhinc annis DCC. iam pro raro opere illi bibliothecae donatus. 12. *Rottendorphii* ante D. annos exaratus. 13. *Nomsianus* mutilatus est et recentior. 14. *Puteanorum* fratrum, omnium antiquissimus et literis maioribus Romanis exscriptus; contra Symmachum tamen libri et quidam hymn. περιστεφ. desiderantur. 15. *Thuaneus*, ante octingentos annos scriptus. 16. *Mediolanensis* mutilus, sed uetustate cum Puteanorum certans. 17. *Antwerpiensis* apud patres soc. Ies. quosdam hymnos ostendit, περιστεφ. non magnae rei. 18. *Cantabrigiensis*, in collegio S. Benedicti mirae uetustatis est et anxie nimis ac superstitiose custoditus, paucis ostenditur, hos Heinsius uidit. 19. *Gandauensis* non penitus spernendus. 20. Quatuor *Pulmanni* apographa contulit Giselinus. 21. In *Bussdiana* bibliotheca quoque unus asseruatur. 22. *Numburganum* Caspar Bornerus legit. 23. *Dauentriensis*, a Giselino diligenter adductus. 24. *Florentinum* laudat *Spizel.* in *Bibl. sacra.* Hos thesauros communicare uolui ex aliis, licet ipse eorum nullum possideam.

Editiones et commentarii impressi.

§. XII. Postremum *editiones Prudentii* recensemus. Antiquissima uero *Aldina* est

§. XII. est *Venet.* 1501. in 4. hodie perrara. Laudat quoque *Aldinam* 1502. meliorem priori, Giselino iudice, editam, *Heinsius* in praefat. qui ipse tamen bis ex *Aldi* officina prodiisse contra *Giselinum* in *Psychom.* u. 379. negat. *Dauentriae* 1494. antea quidem euulgatam habuisse *Giselin.* in *praef.* ait. Quam tamen neminem eruditorum post eum citasse, nec ipsum Heinsium uidisse, existimo. *Iuntar. Florent.* 8. *Aelii Ant. Nebriss.* eruditiss. interpret. cum *Sichardi* scholiis *Antuerp.* p. 1536. mendis spissa, recusa *Basil* 1540. sphal. plena; sed a *Salmasio* adhibita. *ibid.* 1646. 8. *Fabricii* in *Op. PP. Christ.* Oporin. 1564. 4. erudita et rara. *Antuerp. Plantin.* 1564. 8. cum *opt. Gisel. not.* castigatiss. et nitidiss. Prior enim Gis. a *Marnessio* Lugd. G. adornata mendosa, nec a *Gis.* correcta. In Biblioth. PP. quoque extat. *Amstel.* 1625. et 1631. in 16. *Antuerp.* 1545. 12. *Luneburg.* 1648. 12. quotidianis usib. commod. *Ioh. Weiz. Hanou. Wechel.* 1613. 8. cum not. uar. optima creditur; Heinsio in orthographia non satisfacit, collegit Weizius plus, quam ipse praestitit, nimia pusillanimate, cuius Taubman. quoque accusant in Virgil. *Basil.* 1562. a *Ios. Scal.* notis MSC. illustrata. Heinsii 1667. *Amstel.* ap. *Elzeu.* diligenter cum codicibus collata. Speciatim uero in *hymn.* quosd. *Georg. Fabric.* docte est commentatus. Hymn. ad *accens. cerei Witteberg.* 1513. Lib. *Cathem.* Lipsiae curante *Bornero* 8. Id. *Gandau.* a *Manilio* editus et *Gisel* adamatus. Hym. IX. *omn. hor.* cum *Spiegel.* prolix. com. *Selestad.* 1520. II. VI. IX. et XI. *hym. Cathem.* et Rom. Martyr. Lips. 1568. *Cathem.* et *Peristeph. Colon.* 1585. 8. mendos. *Hymn. natal. Christ.* ab *Erasmo* illustratus. Idem cum not. a *Buchn.* Witteberg. 1643. 12. Idem a *Mollero Friburg.* 1659. 8. Idem cum *Epiphan.* et *omn. hor. Gorliz.* 1646. *Ante ieiun.* cum *Calixti* et *Hoepf.* dispp. Hanou. 1655. 4. Roman. Lips. 1513. 4. *Finem Hamartig. August. Vind.* 1470. Ibid. *Psych.* 1506. *Idem Dauentr.* 1509 *Contra Symmach.* cum *Grangaei* not. *Paris.* 1614. 8. Enchiridion V. et N. T. *Lips.* ap. *Thanner.* 1499. 1505. et 1520. 4. Id. *Basil.* cum *Iuuenco* et *Arat. Westhem.* 1537. et 1542. Id. Goldast. in *Manual. Bibl.* cum *Ison. Magistri gloss. Francof.* 1610. 8.

§. XIII. *MSCti.* §. XIII. Inter illas notas, quae ineditae hinc inde asseruantur, primas tenent *Gifanii*, quas *Sciopp.* uidit et ualde desiderauit *Heinsius*: cuius praeclarum specimen in indice *Lucretiano* ostendit. *Borneri* praelectiones *Lipsiae Fabricius* audiuit et excitatum se illis esse, in *praef.* Op. PP. Christ. confitetur. *Buchneri* nostri not. MSC. *Hubnerus* celebris Dresdae bibliopola possidet; utinam uero illae, per eruditas manus publico darentur.

OPVSCVLVM XII.

DE

IDOLIS

SLAVORVM,

mense Maio cIↄ Iↄc XCI.

§. I.

§. I. An Slaui omnem Deorum cultum respuerint?

IMpia Slauorum antiquissimae gentis numina expositurus, quid de illorum opinione, qua omnem Deorum cultum ignorasse Slauos olim et respuisse, iudicem, dicendum prius et explicandum est. Stultius fere nihil hac re et absonum magis esse potest. Ipsa quippe origo (*a*) illorum, quamcunque etiam auctores com-

Slauorum origo. (*a*) De origine gentis non unae sunt auctorum sententiae. Quae res inuestigatu eo difficilior, quo minus scriptis antiquis prodita est et celebrata. Non quidem cum Cranzio, aliisque non sublestae fidei scriptoribus dixerim cum Vandalis, hoc est, Germanis Venedos seu Slauos omnium literarum expertes fuisse: hoc enim semper in dubium uocaui et ante me uocauit clarissimus Morhofius, *in dem Vnterricht von der teutschen Sprache* p. 65. carminum antiquorum, antiquissimi generis scribendi, quibus facta heroum celebrarent, quae Tacitus recenset de M. G. cap. 3. v. 2. pag. 65. memores. At uero negligentiam in annotando, seu potius in custodiendis illis, quae scripserant, non possum non dolere. Siue id factum sit, quod maiores gloriam in factis magis, quam uerbis quaesierint, siue quod hanc scribendi rationem molliorem esse, quam ut uirum deceret, crediderint fortitudinis et bellorum amatores, nunc non disputo. Fecit uero haec incuria natales eorum adeo obscuros, ut multi de illis solliciti fuerint,

§. I. comminiſcantur, refellit eandem, eidem- A que manifeſte repugnat. Quam feram enim barbaram gentem et effrenatam depingunt ſcriptores, a moribus tamen, uitaeque integritate et ſimplicitate inſignem fuiſſe et commendatam diſſimulare non poſſunt. Adeoque illam, quam Tacitus olim Germanis et maioribus noſtris dedit, ſinguli fere merentur laudem: quod plus apud illos boni mores effecerint, quam apud alios bonae leges (*b*). Tanta enim illis ſuae religionis obſeruatio e- B rat, ut, licet ab omni propemodum humanitate et ſapientiae artibus remoti eſſent et alieni, ad ſeruitutemque difficiles (*c*), ad cultum tamen diuinum quae pertinere uidebantur, promouerent ſtreuue ac obſeruarent: et qui regum ſuorum poteſtate et potentia gubernari uix poterant, ſacri ordinis auctoritati caeca quadam pietate libenter obtemperabant (*d*). Quare, uel a ſolis maioribus ſuis ueneran- C doſeſſe Deos et religioſe colendos ſcire poterant (*e*) Slaui.

§. II. At naturam ſuam quis ita exuere poteſt et illam, qua homo eſt, rationem adeo extinguere? ut a communi omnium mortalium ſententia, quod numen aliquod ſingulorum moderator exiſtat et cultum ab hominibus religioſum exigat, ita diſcedat, ne reuertendum quidem et ad frugem redeundum, ipſa conſcientia et natura iubente, exiſtimet. Vere non minus quam prudenter ait Tullius: nulla gens tam fera, nemo omnium tam eſt immanis, cuius mentem non imbuerit religio (*f*). Quid enim ſit Deum diſſimulare et ad tempus numen non agnoſcere unde proueniat, Grotius in libro de ueritate religionis Chriſtianae docet, a prauoque ingenio eorum maxime, quorum interſit, ne quis ſit Deus, id eſt, humanarum actionum iudex et ſcelerum uindex acerrimus, uenire hanc, a tam recepta antiquitus ſententia diſceſſionem, non ſine grauitate admonet. Impietas ergo et animi ſcelerata libido numinis exiſtentiam impugnare audet. Non quod propugnari

§. II. *An numinis exiſtentiam homo prorſus animo exterminare queat?*

---

rior, pauci in opere ſatis felices. Plures difficultatem huius rei ſuſtuliſſe et explicaſſe uideri uolunt, eo quod intricatam reddiderint. Non ſufficit Scytharum antiquiſſimi populi filios dicere, atque ſic ignorantiae ſuae medelam uelut in lumbis Adami quaerere, illa enim gentium uagina et ignauiae aſylum iam ante exploſum eſt. Placet ſententia praeceptoris mei, in diſſertatione de rebus Slauicis iam olim in iuuentute habita, qua a Riphateis Wendos, ſeu Slauos ortos eſſe confirmat, Sarmatiamque, ampliſſimum terrae tractum, in Aſiam uſque coluiſſe, ex optimis auctoribus Ptolomeo, aliisque comprobat. Conf. Chytraeus in continuatione Cranzii pag. 3. edit. 1586. Witteberg. Fol. et ipſe Cranzius in Vandalia ſua uariis in locis.

Germanorum gloria. (*b*) Hanc uirtutis gloriam Germanis et pluribus aliis, quos barbaros dicebant Romani et Graeci, denegare et ſupprimere eandem non poſſunt. Vnus id ex multis in Germanos alias iniquis ſcriptoribus praeſtat I. Caeſar de Bell. Gal. Lib. 6. pag. 135. edit Lugd. 1573. Taciti uero uerba habentur in Lib. de M. G. ex quo Saauedra in Symbolis politicis p. 648. Symb. 81. edit. Colon. 1649. Neuhuſius in Theat. ingenii humani Lib. 1. cap. 13. pag. 243. edit. Amſtelod. 1664. Schedius de Dis Germ. Syngram. 2. c. 13. p. 291. aliique tranſcripſerunt.

Slaui ſeruitutis impatientes. (*c*) Vtrum libertatem, an licentiam amauerint Slaui, neſcio: hoc ſcio, ſeruitutis impatientes fuiſſe. Teſtatur id Helmoldus in Chron. Slau. pag. 2. u. 5. edit. 1659. Heinrici Bangerti. Ita uero ille: ſunt *inacceſſi paludibus, et nullum inter ſe dominum pati uolunt.* Hinc regulorum ſuorum poteſtas tempore pacis admodum exigua erat, belli uero temporibus globo militum ueluti dux et imperator rex illorum praeerat.

Religio ſocietatum uinculum. (*d*) Commune id omnium ſocietatum uinculum eſt, legibus enim in partibus et obſequio retinetur multitudo, auctoritatem uero illae et ualorem a religione accipiunt. Hinc Romulus apud Liuium Lib. 1. pag. 4. edit. Wechelianae 1588. Fol. rebus diuinis rite perpetratis, uocata ad concilium multitudine quae coaleſcere in populi unius corpus nulla re praeterquam legibus et religione poterat, iura dedit. In ſtuporem uſque trahunt lectorem Helmoldi, Ditmari, Iohann. Dubrauii et aliorum, qui de his ſcripſerunt, de Slauorum cruentis et ſeueris idolorum ſuorum cultibus, teſtimonia. Illos enim quot commercium quoddam cum diis aut familiaritatem cum daemonibus, quos magis uenerati ſunt, habere exiſtimabant, timuerunt maxime et uenerati ſunt, uitamque profundere et corpora ſua negligere, uolentibus iis non dubitarunt. Neque alia tot epiſcopatuum in ueteri Saxonia a Carolo et ſucceſſoribus conſtitutorum, ratio dari facile et afferri poteſt, quam, ut maieſtas Caroli, qui toties uictoriae laurum e Saxonia reportarat, rarius domitor eorum fuerat, a ſuperis confirmata plebi diceretur. Id quod Eginhardus in uita Caroli M. de Bello Saxon. pag. 12. edit. Lipſ. 1616. ex eoque Helmoldus pag. 14. et innumeri alii prolixius et copioſius exequuntur.

An Noachi poſteri a ueri Dei agnitione ſtatim deſciuerint? (*e*) Nemo ſibi perſuadeat, poſteros Noachi eo tempore, quo oras has et regiones incoluere, a ueri Dei agnitione et cultu deſciuiſſe ſtatim et deflexiſſe. Tangebat enim diu poſteros parentum ſuorum et ſacri cultus memoria. At in diuerſas regiones diſtracti, bellis et uictoriis ſe delectantes, uerum Dei cultum neglexerunt et regionibus ampliandis ſtudentes heroes et duces ſuos in praelio ereptos, tanquam indigetes Dei et nuntios uenerati ſunt in numerumque Deorum tandem illos adſciuere. Poſt a creatore et illis qui Deorum loco erant, tanquam numinibus minus conſpicuis, in res obuias magis et cognitas delapſi, ſolem, lunam et quae ſunt generis eiusdem, in hominem, ut putabant, benigniores in Deorum numerum adoptarunt, tandemque uerum Deum amiſerunt. Quae prolixa *Schedius in Dedicatione Libri* iam laudati Eliae, filii ſui morte uix annos 26. nati in conatu maximarum rerum praeuenti pag. XVII. declarat, a quo tamen hic diſſentiendi neceſſitas fuit. Eleganter compendii Gothani Auctor ex Thom. Aquin. pag. 24. *Accidit iſtis, ſicut alicui eunti ad regiam principis, qui, uolens uidere principem quoscunque beneindutos ipſum principem eſſe exiſtimat.*

De Deo elogia apud ethnicos. (*f*) Digniſſima philoſopho uerba, qualia apud ethnicos complura, praeſertim *Platonem*, *Ariſtotelem et ipſum Ciceronem de natura Deorum*, *ſomnio Scipionis* et alibi extant, quae ſi legerent noſtri homines, tam blaſphemi in Deum ſuum uix eſſent. Multum enim ad id conferunt, ut quanta cura a philoſophis Deus quaeſitus et, quod aliter ſentientes deriſi et exploſi a ſapientioribus fuerint, conſtet? Quod in libro de ueritate religionis Chriſtianae l. 1. p. 20. edit. Pariſ. 1650. fol. feliciter monſtrauit.

§. III. gnati sententiam posse existiment scelesti mortales; sed ne impediri, quominus uoluptatibus suis inhaereant et cohiberi malitia illorum possit, de summo iustissimoque iudice tam contemtim sentiunt (g). Tandem uero, ipso, quem inpugnauerunt, uolente, sic accidit, ut lumine rectae quoque rationis obfuscato, quo meritas malitiae suae poenas darent, in errore semel amplexo perseuerent. Id quod grauioribus argumentis ad propulsandas aduersariorum sententias demonstraremus, nisi luculentiora argumenta, quibus Sorabos Deos habuisse et coluisse stabiliremus, historia nobis suppeditaret.

Slauorum migrationes.

§. III. Equidem si omnes quos unquam Sorabi, Slaui, Venedi et qui sunt generis eiusdem Deos uenerati sunt, exponere animus esset et recensere: in difficili negotio et perobscuro uersaret. Quippe antequam populus hic in interiores Germaniae fines migrauit, eorumque sedes et terras occupauit, religionemque Christianam admisit, parum admodum de illis, eorumque Diis et idolis, literis proditum erat (h). Quare antiquioribus illis temporibus relictis, ad recentiora progredimur, Deos Slauorum a fatali illa omnium gentium migratione, qua et Slaui alienas terras, apta occasione a Germanis, uicinis suis inuitati, conglobatis uiribus quaerebant, numerantes (i). Quo tempore Vandali quibusdam scriptoribus audiuere. Qui, dummodo recte explicentur, non castigandi propterea a recentioribus nec ignorantiae accusandi (l). Vnus enim, quo sensu id dicatur, Chytraeus exponit: qui tamen a quibusdam recentioribus non satis circumspecte taxatur. Veneramur magni et accuratissimi historici sententiam, qui, in sua quam de rebus Slauicis scripsit dissertatione, errorem scriptorum quorundam, haec nomina sine ratione confundentium, iure meritoque reprehendit: at illorum exprobramus opinionem, qui saluam summi et accuratissimi historici sententiam, in suas partes inepte trahunt, nulla ratione Vandalorum nomen Venedos seu Slauos mereri clamitantes. Ipse enim modo laudatus a nobis Chytraeus Vandalos adeo improprie dici Venedos, quam a Germanis Scytha dicatur, aut ut ipse ait; sicut post migrationem Boiorum ex Bohemia in Bauariam, nihilominus noui incolae Zechi, seu Slaui ueterum incolarum nomen retinent. Quo ergo iure Venedi Bohemi, eodem etiam Vandali dici possunt et appellari.

An recte Vandali dicantur?

§. IV.

SlauiDeorum cultores,

§. IV. Hunc populum Deos coluisse, consensus omnium scriptorum communis confirmat et comprobat. Qui quidem tanta sunt in uarietate ac dissensione constituti, ut omnes eorum, hac de re, sententias enumerare prolixum non minus, quam molestum sit. Nam et de figuris Deorum et de locis atque sedibus et actione uitae et cultu, multa dicuntur, in quo tamen non omnes conueniunt, sed summa dissensione inter se certant et digladiantur. Quod uero maxime rem caussamque attinet, Slaui uno et generali uocabulo *Bob* Deos suos insigniuere. Cuius tituli tanta in lingua sua auctoritas et potestas est, ut idolum uix sustinere eundem et promereri possit. Vnum enim a nulloque dependentem Deum, quem Graeci eadem felicitate αὐτάρκη pronunciant, denotat illis, atque designat. Sorabotum uero seu Slauorum *Bob*, Bohemi *Bub*,

Bob, quale idolum?

 Po-

Atheorum contemtus Dei.

(g) Non aliud quibus stultitiam suam tegerent, aut speciose falsum celarent athei medium habent; euidentius scelus esset, si contra superos peccarent, et mandata iudicis agniti uiolarent et uoluptate damnosa ad tempus fruerentur, poenarum infernalium consci.

Cranzius.

(h) Non possibile id esse Cranzius, in his uersatissimus, Vandaliae suae mox ab initio ait. Caussam rei addens, quod omnia ueterum Vandalorum et Venedorum monumenta iaceant. Quae enim de primordiis regnorum tradunt monachi, saepius nugae sunt et fabulis ita commixta, ut uix uerum a falso discernere possis.

Vandali strenui, migrationum amatores.

(i) Quietis impatiens populus, Wandali erant et ad arma strenuus, contra imperatores in oriente et occidente regnantes, insurgentibus et militantibus se adiunxerunt, fortiterque in belli societatem ab aliis adsciti, contra hostem pugnarunt. Quod cum Sec. V. iterum atque iterum factum ab illis esset et res in alienis terris feliciter et prospere eueniret, suas terras migrationibus uacuas reddiderunt, a multitudineque incolarum desertas. Fertilitate loci et terrae fecunditate inuitati sunt a Vandalis in Pomerania, Polonia, Silesia, Lusatia, Saxonia et Bohemia degentibus Venedi seu Slaui per Russiam, Liuoniam, Lithuaniam, usque ad sinum Finnicum diffusi. Quare hi sedibus suis relictis Vandalorum ingressi, cum superstitibus Vandalis se coniunxerunt, habitumque eorum et regionis consuetudines in plurimis amplexi sunt rebus, ubi diu post manseruntuixeruntque. Vid. de hac re Helmoldus et quos cum eo confert in notis Bangertus pag. 10. qui uel centum huius migrationis scriptores adducit. Addatur quem et ille habet Cranzius in dicta Vandalia, Lib. 1. capitibus diuersis, et inter recentiores Clariss. Schurzfleischius de rebus Slau. et ipse Venerandus Parens meus in scripto Slauo-Germanice nuper de Baptismo Budissae 1688. euulgato.

Vandalorum cum Venedis confusio.

(l) Primus qui Vandalorum nomen cum Venedorum confundit inter recentiores Cranzius in Vandalia uidetur, quanquam et ipsa ueterum chronica discrimen hoc non adeo obseruent. Id quod animaduertit Chytraeus in Continuatione Cranzii p. 3. 4. &c. Bangertus pag. 10. in Helmoldum. Cranzium uero non excusarem, nisi et Chytraeus, qui nihil erroris hic admisit, aut conuinci alicuius potest, explicaret Cranzium et quo modo id dici queat, aperiret. Sonum quidem uocis, quem Chytraeus addit, inter Wendos et Wandalos ad nomina confundenda non sufficere, fateor, sed quod a loco pristinorum incolarum capit argumentum, improbare non possum. Cui robur accedit, si ipsius Bangerti de hac re expositio legatur, qua multos Wandalos in Vandalia a Venedis iam occupata, haesisse et permansisse, in unamque rempublicam cum Venedis coiuisse et coaluisse, aperte docet.

(m) Pla-

§. V. Poloni *Bog* grauitate non minori effantur. Singulis enim tantum, ac Hebraeis יהוה hoc est, numen nulli mutationi obnoxium uicissitudinique, quod idem fuit, est et erit (*m*). Id quod accuratius et luculentius Slauica lingua et indoles eius docet.

Vocis BOH usus.

§. V. Pulcherrimum uero hoc, quo idola sua uenerabantur nomen, a maioribus relictum, admonere illos officii erga superos et uenerationis facile potuit. Equidem, si recte iudico, uocem *Boh* solam a ueteribus rarius adhibitam usurpatamque fuisse, existimo, licet nostris Sorabis, seu uti nunc audiunt Wendis, id adeo inusitatum non sit. Vix enim ueteribus illa nisi cum peculiari nomine idoli coniuncta, innotuit. Sic, *Bogisslaw.* (*n*), *Zernibob*, *Iutterbob* (*o*) apud auctores, Saxonem Grammaticum inprimis, Helmoldum aliosque legimus, solum *Bob* uel *Bog*, remotis nominibus aliis, uix legimus. Causam huius rei rationemque si inuestigo, duplex ea uidetur: altera, quia non iis doctrinae praesidiis et sapientiae artibus exculti erant Slaui, ut, cum Romanorum et Graecorum sapientibus, inanem diuini cultus speciem uiderint et Deum alium idolis longe maiorem esse, crediderint. Sed nullum idolis aliud numen concipiebant, ac quod ante oculos erat, crassoque animo faciebat satis (*p*). Altera uero, quod tanta apud illos Deorum copia fuerit, ut uix ulla regio exstiterit, quae a peculiari quodam idolo, seu genio non tueretur (*q*). Quare de alio quodam et uno Deo quaerere minus illis necessarium erat.

§. VI. VII.

An Slaui principem Deum agnouerint?

§. VI. Quanquam id quoque diffiteri non possumus, Helmoldum, ex eoque Ioh. Dubrauium, huius rei grauissimos scriptores, non in unam eandemque superstitionis consuetudinem consentientes Slauos, sub diuersis numinibus principem quendam Deum et regnatorem agnouisse, scriptis suis prodidisse. Verum nec ille peculiari nomine carebat, quod infra patebit. Nullum ergo adhuc dum ipsis locum, quo idololatriam agnoscerent, sollicitique de supremo quodam numine essent, fuisse euinci potest.

Slaui plures Deos uenerati sint.

§. VII. Plures uero Deos uenerati sunt Slaui, solliciti, ut unumquodque suum habeat in rebus mundanis moderatorem (*r*). Quod commune illis quidem cum Romanis erat, nec hactenus rationi humanae,

---

BOH etymon. (*m*) Placet etymon huius uocabuli ex ipsis Slauonicae linguae fontibus promere, lectoremque de hac re facere certiorem. Est enim huius uocis radix prima *Sum*, a quo imperfectum *ja buch*, quod facit in tertia eiusdem temporis *tylkjjcbe* uel *bub*, quod cum nostro *Bob*, literis inter se facile mutandis, unum idemque significat. Caeterum, et *Bub* in ueterum monumentis legitur, ut *Belbub* Deus albus, *Jutterbub* &c. de quibus Schedius cap. ult. uideatur. Consensum aliarum quoque linguarum in nominibus diuinis fatalemque harmoniam ostendit idem Schedius Syngram. II. c. 12. pag. 295. 296. 297 seqq.

ZERNIBOH, BELBVH, (*n*) *Zernibob* opponitur *Belbub*, illum enim album Deum, hunc nigrum dicunt Wendi. De quo infra.

IVTTERBOH. (*o*) *Jutterbob* quid denotet et significet, disputant linguae Slauonicae ignari. Fabulam Schedius de *iutta* tangit, at non absoluit. uid. infra. Alii bonum Deum eadem falsitate interpretantur. Illud absurdum est, hoc cum origine uocis non conuenit. *Iute* enim non Germanorum *gut* est; sed Slauorum *jute* quod auroram, solis, quem uenerabantur Slaui, nuntium et praeconem denotat, nisi enim hoc esset, ex diuersis linguis uocem constare diceremus, quod aperta rei ueritate opus non est.

Philosophi libere de diis disputarunt. (*p*) Inanis idololatriae species philosophis ethnicis cognita satis fuit atque perspecta. Quare aliud, ut Cicero ait, Deorum numen quaerentes, impii saepe in Deos suos plebi et inferioris sortis hominibus uisi sunt. Libere enim de illis et maiestate eorundem, acerrimeque disputarunt. Quod blasphemum fuisset et philosophis ac sapientibus indignum, si idololatriam suorum et uanitatem non praesciuissent. Neque tamen id plebi aperiendum erat, quae aliter compesci et a malitia, sceleribusque arceri non poterat.

Poetae et oratores liberales cum Deorum nominibus. Poetae tamen et oratores ita liberales cum Deorum nominibus et honore erant, ut ea non solum Mecaenatibus suis darent, sed quandoque ipsos superos illis posthaberent. Incidi nuper in *Claudiani* carmina: Admiratus profecto sum poetae alias, intra alias laudes, ad doctrinam pertinentes, pii, modesti et prope dixerim aliquando Christiani, in adhibendis numinibus et cum principibus consulibusque coniungendis licentiam. Ethnicum enim et religioni, quam in carminibus profitetur, addictum fuisse, contra alios et *Cl. Barthium* iam euicerunt eruditi. Hic in Manlii Theodori consulatum, carmine Panegyrico, celebratum, Inter alia ita canit:

> *Iupiter, ut perhibent, spacium cum discere uellet*
> *Naturae, regni nescius ipse sui.*

pag. 4. edit. Francofurt. 1650. in 4t. ubi conferatur *Casp. Barthius* in optimis locupletissimisque in poetam notis, nisi insigne hoc opus negligentia typographi deformasset turpiter et perdidisset, pag. 65. Dicere possemus de aliis, sed res magis est obuia, quam ut expositione nostra ei opus sit.

Deorum multitudo unde? (*q*) Cum Deorum maiestas in homines uirtutibus et actionibus insignes et prae aliis conspicuos post mortem transiisset: ita numerus Deorum auctus et locupletatus est, ut multitudine sua tandem laborauerit. Romanorum Deos extendunt scriptores usque ad 30000. *uid. Schedius in Praefat. Libri de Dis Germ.* saepius laudati. Non cessisse Romanis Slauos in numero, dummodo ea diligentia annotassent, qua denotione coluerunt, uidemus in antiquis chronicorum scriptoribus, quorum plures collegerunt illi atque annotarunt. Non spernendam idolorum multitudinem uel solus Helmoldus suppeditat in Chron. Slau. c. 52. praes. seqq. et quos ex Chronicis, MSC. citat *Bangertus* in h. l. Ditmarus in Chron. suo Lib. 6. p. 154. edit. Mader. 1668. *Helmst. Dubrauius in Histor. Bohem. p. 7.*

Cur Slaui plures Deos statuerint? (*r*) Illud enim persuadere sibi uix poterant Slaui tot rebus in et sub coelo gubernandis unum quendam sufficere. Quare ad subleuandum Deorum laborem plures Deos esse, et Semi-Deorum nomen mereri, quod superioribus Diis subessent, statuerunt. Horum uero, quos plebem Deorum commodius Latini dicunt, quemlibet ad certum, in certa regione, officium alligatum a summoque instructum credebant. Quae ethnicorum mythologia, quantis etiam coloribus poetarum tegatur, nil tamen diuini habet, quod non humana consilia sapiat et

§. IIX.

nae, non luce quidem diuiniore radianti A contrarium. Quibus tenebris maxima orbis pars adhucdum obfuscata est et inuoluta. Verum in eo rationem exuere, quod unum omnium Deorum genitorem et gubernatorem, idolum illud esse et certo loco circumscribi posse crediderint. Hoc enim absurdum et ne homine quidem dignum erat. Quod ulterius illustrarem, nisi fori cancellos, extra quos uagari non licet, intelligerem.

Suanteuitus Slauorum summus Deus.

§. IIX. Nec uero de eo disquiro hactenus, quem Deorum et primum et maximum ab initio statim, ubi idololatria coepit, coluerint Slaui, et uenerati sint (*r*). Id quidem certum est, Suanteuitum pro Deo et summo et maximo totius uniuersi habitum ab omnibus Slauis fuisse (*t*). At de origine huius idoli et natalibus dubitare forte, uel iudicium saltem suspendere non sine causa possumus. Audie- C mus primum illos, qui hic loquuntur scriptores. Celeberrimus eorum, et diligentissimus *Helmoldus est*, ex quo reliqui omnes, uti paulo inferius in transcursu dicam, sua sumpserunt et exscripserunt. Quare aliter fieri non potest, quam ut, Helmoldo errante, omnes quoque, qui eum sequuntur, impingant.

§. IX.

Suanteuiti origo

§. IX. Is uero origines Suanteuiti admodum recentes facit, ut nesciam, si aliae causae interuenerint, annon discedere ab illo et paullo aliter sentire recta ratio et ueritas iubeat. Communis omnium, nec mala quidem sententia est, B quod tempore Ludouici I. (*u*) iussu imperatoris reliquiae S. Viti, Diocletiani temporibus ob fidem Christianam obtruncati, in nouam Corbeiam in Saxonia, ad ueteris Francicae similitudinem extructam, liberalitateque imperatoris et munificentia auctam, delatae et ad mouendos Slauorum animos (*x*) et praeparandas ad pietatem mentes asportatae ex Francia, summa cum solennitate, addo superstitione, fuerint (*y*); quas cum diu uenerati essent Slaui, sumtusque ad cultum S. Viti quotannis praebuissent: cum iugo seruitutis tempore Ludouici Germanici (*z*) religionem quoque excussisse

* Lud. opusc. tom. II.

et apud saniores euilescat. Tota enim numinum suorum maiestas, a regimine politicô non multum abhorret. Ibi enim Saturnus, summus rex obtruncatur, res publica quasi coelestis in alium, Iouem scilicet, transfertur, qui oppugnatur à malis hominibus, quibus, ut resisteret, conuocat ad arma coelicolas etc. et centum alia sunt, quae sine cachinno uix percipit homo diuiniori doctrina imbutus. De quibus apud *Romanos Ouid. fab. VIII. Metamorph. p. 14. edit. Heruagianae 1543. fol.* Non aliter uero Slauis euenisse, supra docui, ubi summam religiosissimamque idolorum suorum uenerationum breuiter saltem ostendit. Quot enim regiones Slaui, tot idola habuerunt, custodientia illas et conseruantia *ait Helmoldus et in eum Bangertus pag. 125. et 22.*

Luaraficus an summus Slauorum Deus?

(*r*) Errat in eo *Ditmarus in Chronico Slau. lib. VI. p. 135. edit. Helmstad 1667. 4t.* Luarafici mentionem faciens, ac si ille in terra Rugianorum, seu Ranorum summus Deorum et maximus fuerit, ab omnibus gentilibus ueneratus. Dupliciter enim id falsum, nisi Luaraficum ab omnibus, non Slauis, sed Rugianis cultum fuisse, intelligere Ditmarum dicamus. At Luaraficum hic confudisse cum Radigasto obseruauit *Ioach. Ioh. Maderus. Helmstad. PP in not. ad h. l.* de quo tamen ulterius dicendi locus erit.

Testimonia de Suanteuito.

(*t*) Nemini id ignotum esse potest, quippe omnes, quos ego, hac in parte, uidi historici hic consentiunt, nec ullus, uti prolixius infra dicam, praetermisit hanc rem, sed omnes eodem modo recensent.

Corbeia noua in Saxonia.

(*u*) Carolus M. Ludouici I. Pater, de noua Corbeia in Saxonia extruenda iam ante cogitarat, in quo conatu imperator in Romanam ecclesiam et auctoritatem pontificis aequior, cum excessisset, Ludouicus ante obitum, imperii haeres ab eo constitutus, à parenteque, ut S. Petri honorem promoueret strenue, grauiterque admonitus. Qui paternis uirtutibus, si non in aliis, in iis tamen, quae ad pontificis potestatem ante Carolingos admodum exiguam et tenuem, augendam pertinerent, insistens, Corbeiam nouam in Saxonia exstruxit, feliciterque absoluit. Caeterum uetus Corbeia in Piccardia ad Samonam fluuium sita, noua ad Visurgim in episcopatu Paderbornensi effecta est. *Vid. Meibomius Sen. Tom. I. rerum Germ. in Chronico Corbeiens. not. et in tractatu de translatione S. Viti, et institut. Corbeiae adiecto p. 763. edit. Helmstad. 1687. fol. Craatz. in metropol. lib III. c. 1. addat. Engelhus. Chron. p. 163. edit. Mader.* In quo de translatione S. Viti seq. uersus leguntur:

Corbeia uetus in Piccardia.

Felix Saxonia, gaude, per pignora sacra
Viti ditata, quae dat tibi Francia grata etc.

S Viti reliquiae in noua Corbeia custoditae.

(*x*) Illud enim tunc praecipuum ad conuertendos ethnicos erat medium, quo coelestem lucem, miraculorum umbra et mendaciis fabulisque &c. obscurarunt et tenebris obduxerunt. Quare ut eo feliciores monachi in Corbeia noua progressus facerent, et Slaui, gens uicina, sanctitate sua et deuotione inuitaretur ad religionem Christianam, et allicerentur, S. Vitum seculi Diocletiani notissimum martyrem, cuius ossa, à Carolo M. ex Italia asportata, in monasterioque S. Dionysii, in quo hodie Reges Galliae tumulos suos habent, asseruata, in Saxoniam recens conuersam transtulerunt, in Corbeiaque noua custodierunt et pro more solito coluerunt. Exiuerunt postea, ut *Helmoldus* ait, pastores gregem animarum sitientes et non paucos locrati sunt, ad religionemque ueram perduxerunt. *Vid. Meibom. et Helmold. ll. cc. Chronic. Engelhusii p. 149. edit. Mader. Chronic. Lauterbergens. edit. eiusd. p. 145.*

De earum miraculis.

(*y*) De multis miraculis in itinere cum ossibus S. Viti gloriantur, scriptores, ita, ut singulis itineris huius partibus, certa affingant. Omnesque, prout fortuna S. Vitum portantibus obuiam facti essent, à morbis aut aliis corporis molestiis liberatos, fuisse. In quo diffusus est Henricus Meibomius supra citatus, qui haec omnia ex chronicis antiquis collegit et prolixe exposuit.

Slaui iugum abiecerunt.

(*z*) Filiorum Ludouic. fatali discordia omnia in imperio turbata sunt, quare et Slaui caput antea sub iugum Imperatorum missum, erigebant rursus et cum iugo seruitutis religionem abiiciebant. De quo *Helmoldus Chron. lib. 1. c. VII. pag. 23. Saxo Grammaticus hist. Dan. lib. XIV. p. 168. edit. Ascens. Paris. 1514. fol. Ioh. Dubrauius hist. Bohem. lib. 1. p. 7. edit. Basil. 1575. Aimoinus de gestis Francor. lib. V. c. 26.*

§. X. Slauos, ab amore tamen S. Viti non penitus recedentes. Cultum ergo superstitione mutasse. Quod cum comperissent Slaui reliqui, omnes hunc Vitum, mox ab illis Suanteuitum dictum, coluisse et arbitrum omnium rerum et regnatorem Idolorum suorum uoluisse. Qua in superstitione dudum permansisse Sclauos iidem affirmant.

Fabulosa. §. X. Ita speciose quidem Helmoldus et reliqui. At omnia fabulose perscripta esse, non unis argumentis euincam. Omnes enim ex Helmoldo sua habent (*aa*), qui tamen nec ipse certum se esse, sed a coeco quodam rumore accepisse confitetur (*bb*). Imo habitus et cultus reliquus Suanteuito exhibitus non Romanae, sed Slauonicae ecclesiae respondens (*cc*), errasse hic Helmoldum, ut et alibi (*dd*), aperte docet. Omitto illa, quae rem maxime omnium suspectam reddunt, quod scilicet implacabili odio Christianos et sanctos suos persequuti

A fuerint Slaui (*ee*), unde eorum sacra amplexos fuisse non credibile est. Caeterum ipsa uox non sanctum ipsa Vitum, uti gloriantur aduersarii, sed sanctam denotat Slauis, nec ergo hic, quod arripiant, ipsis relinquitur (*ff*).

§. XI. *SVANTEVITI uocis falsae deriuationes* §. XI. Cum ergo praecedenti §. IX. et X. fabulam de *Sancto Vito* discusserim; quid ceteri de *Suanteuito* sentiant auctores, expendam necesse est. Sunt enim,
B qui fabulosum de illo martyre commentum in Helmoldo et aliis suboluere et aliquantum meliores propterea sunt: in eo tamen infelices, cum in alium scopulum impegerint, Slauonicae linguae non admodum periti. Nec enim in *Swiata*, Slauis *Sancta*, et *Witz*, quod sua lingua *substantiam* notat, ueras *Suanteuiti* origines cum illis reperimus; neque *Swica*, nostris *lumen*, uocabulo natales dedisse
C credimus; cum a recto ueritatis tramite, et genuina uocis scriptura haec omnia quam longissime absint (*gg*). *a uoce SWIATA, WITZ et SWICA.*

§. XII.

---

c. 26. p. 483. edit. Wechel. 1613. fol. ex recentioribus innumeri alii.

Helmoldi error de Suanteuito (*aa*) Vnico ergo Helmoldo erroris et falsitatis conuicto, omnium quoque reliquorum cadit auctoritas, qui ita in eius uerba iurarunt, ut facile ex collatione omnium ferme scriptorum, ostendere possemus, fideliter omnia ab ono esse exscripta Helmoldo, nisi id chartae angustia prohiberet. Sufficiat uero, loca, in quibus de Suanteuito agitur, bona fide adduxisse, quae si beneuolus lector euoluat, uel hac in parte nobis assentietur. Primum uero fabula, quantum ego quidem scio, exstat *apud Helmoldum lib. I. c. VI.* [illegible] *c. LII. p. 125. lib. II. c. XII p. 234. 235.* Ex quo *Saxo Grammat.* qui non multo post Helmoldum uixit, *Hist. Dan. lib. XII. c. II. p. 168. Abbas Stadens. chron. p. 89. ad A. DCCC. edit Reinecc. Auctor compilat. Chronol. p. 129. a Mader. 1665. in 4to. cum Chron. Lauterberg. Helmstad. editus Engelhus. chron. p. 165. Scriptor sec. XV. Ioh. Dubrav. Histor Bohem. lib. I. p. 7.* Recentiores tandem allegare opus non est, nulla enim nisi in his monumentis fundetur, est eorum auctoritas.

Idem. (*bb*) In dubium itaque rem uocantes, non Helmoldum, sed fabulam ab ipso Helmoldo sic appellatam, conuellimus et confutamus. Nullo enim edoceri potuisse de hac re ueterum monumento ipse in ll. cc. confitetur.

Idem. (*cc*) Figura certe idoli et ceremoniae et omnia, quae ad cultum Suanteuiti pertinent, non S. Viti seu Romanae ecclesiae ritibus, uerum Slauorum in ordinandis faciendisque sacris consuetudini, usuique respondent, quod ex inspectione auctor. cc. facile liquet. Si enim amore S. Viti ut liberatoris sui et uindicis ducti, Suanteuitum coluissent, et ceremonias et ritus, quibus antea ad auxilia et suppetias exoratus erat S. Vitus, retinuissent. Abiicere uero simulacrum, mutare figuram idoli, alios ministros et flamines à pristinis diuersos constituere, quid aliud est, quam totum cultum euertere et nihil nisi opinionem relinquere.

Idem. (*dd*) Non in his tantum errauit Helmoldus, si quidem errasse dici meretur, rem dubitanter et ambigue proponens; sed etiam in aliorum nominum originibus euoluendis infelix fuit. Grauem sane errorem de maris Baltici etymo animaduerterunt in eo iam olim docti uid. Cranz Vandal. lib. II. c. 17. p. 36. et Bangertus in Helmol loc. p. statim. 3.

Slauorum odium in Christianos. (*ee*) Licet enim hanc rem cum Rugianis accidisse de S. Vito concedamus, quomodo error, tam breui tempore creuerit, à minimaque Slauorum parte, in uniuersam eorum multitudinem transierit, animo comprehendere non possum. Constat enim Vatinianum contra Christianos odium: scimus neces et cruciatus, quibus Christianam religionem opprimere et extinguere sanctorum memoriam conati fuerunt: lucos et si alia loca sacra habebant, pollui Christianorum accessu crediderunt. Et quantopere bone Deus, detestati sunt Slaui Christum et ecclesiam, si seruire ei ui et armis adactis necessum fuit. Fabulam ergo esse, quod non sponte solum amplexi fuerint Christianorum S. Vitum; sed et omnium Deorum maximum et summum; omniumque reliquorum regnatorem crediderint et uenerati sint Slaui, facile liquet. Sanguine quidem humano gaudere Deos suos et placari legimus, amore in Christum ecclesiam Romanam aut eiosdem sanctos ductos fuisse Slauos, nullibi compertum habemus.

SVANTEVITI scriptio. (*ff*) In scriptura historicos non conuenire, adeo inusitatum non est. Condonatur id seculis barbaris, dicit *Cl. Reineccius in Abbat. Stadens. Praefat.* Hic uero uaria lectio rem admodum suspectam reddit. SVANTEVITVS ueteres omnes legunt. Recentiores *Dubrauius*, *Engelhusius* et alii quos supra laudaui, Suatouitus scribunt. Melius quidem hi illis, quanquam non rectius. Suuatoreuitus enim ne in somnio quidem Slauonice *S. Vitus* audit. Viderunt hoc recentiores et *Suuatouitum* scripserunt, quod quidem propius ad linguam accedit, nil tamen nisi uerborum lusum paulo faciliorem meretur. *Swiate* quidem Slauis sanctus est; sed ubi manet ueterum auctoritas? Engelbusius et Dubrauius recentiores sunt et nihil hic probare queunt. Verior nostra est deriuatio et probabilior et in ueterum monumenta aequior, quam nunc curatius euoluere lubet.

SVANTEVITI deriuatio a Swica. (*gg*) Posterior sententia *Schneideri* est, in *Chron. Lips. lib. IV. p. 141.* cuius coniectura in eo prae aliis se commendat; quod aeque cognouerit nobiscum autor: *Swanteuiti* summum, quem inter omnes Slauorum Deos principatum habuit incongrue satis *S. Vito* tribui: de *lumine*, quo tamen an

solem

§. XII. XIII. SWANTEVITI uera origo

§. XII. Verum, ne impugnasse aliorum saltem iudicia, nec certius quid, aut probabilius attulisse uideamur; nostra, quae circa origines *Suanteuiti* sententia sit et quam firmissimis porro argumentis nitatur haec ipsa, breuiter exponimus.

a Slonzez uel Swonzez.

Swanteuitum enim a *Slonzez* uel *Swonzez*, quod apud Slauos *Solarem*, aut *Deum*, aut *Dominum solis* notat, dictum appellatumque fuisse existimamus (*bb*).

De SVANTEVITO argument. I. quod commune Slauorum oraculum.

§. XIII. Et quam belle denique omnia, quae de *Suanteuito* dicuntur, cum iis, quae gentes de sole commentae sunt, concordant; ut sententiae nostrae esse quam certissimi, uel ob has caussas tantum possimus. Cum enim *Suanteuitus* DEus Deorum et commune Slauicae gentis oraculum ab *Helmoldo, Saxone Grammatico, Dubrauio* aliisque appelletur; singula huic sideri quam aptissime respondent. (*ii*)

solem intellexerit, equidem diuinare nolim, rectissime omnium explicati. Cum uero nihil prohibeat, quo minus hic ipsum *solem* assumamus; tot deinceps ritus et descriptiones *Suanteuiti* huic sententiae faueant: tum maximam *solis* rationem quascunque gentes inter idola habuisse constet: et postremum uix aliud etymon nomini huius idoli respondeat; abire etiam ab hac ueritas cogit. Nec alias ob caussas priorem reiicimus; quippe quae easdem plane difficultates habet; neque credibile, ut aliquoties monuimus, imperitam ac rudem gentem *substantiam diuinam* sine sole et imagine coluisse; quin potius, quod Caesar, infra commemorando loco de Germanis affirmat, illos saltem Deos et *solem* inter hos praecipue adorasse, quos cernerent et quorum operibus aperte iuuarentur, certum est.

SWIATA- et WITZ reiicitur.

SVANTEVITI etymon. ZWONZO Slauis sol dicitur, SWONZEZ solaris.

(*bb*) Vt de etymo uocis antea recte pleneque constet, danda à nobis opera est. Primum igitur *Swonzo* Slauis *sol* dicitur; à quo *Swonzez solaris*, imo *arbiter solis* prouenit; apposite Germanis *ein Sonnen-Mann*. Nunc uero, quod perpetuum est, ultimam literam Z in Slauicis uocibus, Germani in *wiz*, praemisso *E* in sua lingua transferunt; et ita à *Swonzez*, habes *Swonzewiz*; uti ax *Bunez Bunewiz*, *Slunckez Slunckewiz*, factum, quae nomina pagorum in Lusatia sunt. Cum autem Z in una uoce bis non sine molestia ac pronunciationis difficultate audiatur; unius porro eiusdemque cum T et S organi ac originis sit: alterum Z in T mutatur, sicque à *Swonzewiz Swontewiz* dictum; ad terminationem item idolemque Romanae linguae; non *Suanteuizus*, sed *Suantewitus* scriptum est. Et cui haec non sole meridiano clariora uidebuntur? qui saltem à *Ruezis*, *Russos* et *Ruttos* in ueteribus historicis passim legi animaduertit. Ita enim peregrina ad illius linguae, in qua usurpantur, indolem efformanda sunt; uti, bono cum Deo, in libro de *Orthographia Germanica*, proxime edendo copiosius edisseram. Confer, si uis, *Dansquium* in uasto uolumine de *Orthographia. Vol. II. tract.* XXI. *p.* 340. At uero instabis, non *Suonteuitum* sed *Suanteuitum* legi. Hunc ego, qui mihi haec obiicit, in Sueuiam, aut si haec longius abest, in Thuringiam relego, audiet ibi *Vater*, *Schwoger*, et apud pontificios in sacris illi coetibus; *Pater noster* etc. quis uero ab elegantioribus linguae cultoribus *Vater*, *Schwager*, *pater* et scribi et pronuntiari dubitet? Ceterum falso alii legunt *Suantouitus*; Helmoldus enim à quo reliqui omnes sua habent, *Suantouitus* scribit: principem autem huius idoli scriptorem omnes sequantur patet. Vides ergo quam nulla literala, apex nullus obstet, quo minus *Suanteuitum* Germanice *den Swuntewiz solis idolum* dicamus? quot uero flexus et reflexus, metatheses et aphaereses requiruntur? Si *Suanteuitus*, *Sanctus Vitus* esse, aut *sanctum lumen*, siue *sanctam substantiam* notare debeat; hoc tamen neminem bactenus animaduertisse libere profitemur.

SVANTOVITVS male pro SVANTEVITO.

Sol ab omnibus gentibus pro Deo habitus.

(*ii*) Solem equidem *Macrobius lib. I. c. XVII. Saturn. et Iulian. Apostata hymn. Regi omnium soli dicato* plusquam diuinis laudibus ornant, ac omnis superstitionis apicem fuisse, ad quem omnis quoque idolorum cultus, ceu communem rerum arbitrum respexerit, non leuibus argumentis conuincunt. Hunc fulminantem *solem* sub *Ioue*, serenum sub *Phoebo*, aut *Dio*, frugalem sub *Cerere* et *Baccho*, sub aliis deorum nominibus, alia eius opera Romanos et Graecos aeque, ac barbaras gentes coluisse diligentissimus scriptor *Clauer.* in *Germania antiq. lib. I. c.* XXVI. quam solidissime demonstrat. Cui *Seneca lib. IV. de benef. c. VII.* pondus addit; qui *Iouem*, id est, *Solem*, ex eo *Statorem* dici, quod beneficio eius omnia stent, existimat. *Tot enim appellationes eius esse possunt*, pergit, *quot munera et cap. sqq.* addit: *Hunc et Liberum Patrem, Herculem et Mercurium appellant*, quum horum singulis officiis fungatur, quae imperita multitudo diuersis nominibus adscripsit. Cum quibus confer *Apul. lib. de mundo p.* 75. sub finem. At neque *Slauos* ab hac opinione penitus alienos fuisse *Helmoldus lib. I. c.* 83. *p.* 185. §. 4. *edit. Bangerti* testatur: *non diffitentur Slaui unum DEum in coelis coeteris imperitantem.* Ecquis uero tandem summus ille Slauorum DEus fuit? num ignotus ille Atheniensium, de quo in *Actibus*? minime omnium. Philosophis enim hanc ingenii acrimoniam largior; imperitae plebi, qualis Slauorum populus tunc erat, illud *Caesaris lib. IV. p.* 135. *comment. Gall.* applico: *Deorum numero illos solos ducunt, quos cernunt.* Qui nam uero illi? pergit Caesar: *Solem*, *Vulcanum et Lunam.* En antesignanum Ἥλιον, ducem illum, principem et moderatorem: mentem mundi, coeli faciem, ut apud *Tullium in Som. Scip. c. IV.* audit. Hic ille arbiter omnium rerum, hic tot caussarum patronus, tot nominum ac titulorum apex. Hunc omnis terra, gentes omnes et, quam late demum superstitio suas radices extendit, si Aethiopes, qui nimium solis calorem fastidiunt, exceperis, colunt, suspiciunt, uenerantur. *Ad hunc etiam DEum Deorum qui propius accedebat, eo diuinior ac praestantior, ipso Helmoldo teste lib. I. c.* 83. *p.* 185. *erat Slauis.* Ἥλιον ergo θεὸν μόνον et illi, cum aliis apud *Herodot. lib. I Strabon. XI.* crediderunt. De quo elegantissime Orpheus cecinit; qui uersus in *Apuleio lib. de mundo* circa finem p. 75. seruati. Sed forte indignus tanta diuinitate *Suanteuitus* est? imo apud Slauos omnium longe dignissimus, quo dignior nullus, nemoque diuinior. Ita enim *Helmold. lib. I. c. VI.* p. 21. §. 5. *Suanteuito primatum Deitatis specialiter attribuerunt Slaui. Ab hoc omnes responsa cupiunt, huic singuli sacrificia exhibent* id. lib. cit. p. 125. §. 3. pergit; *inter multiformia Slauorum Numina praepollet Suanteuit, DEus terrae Rugianorum, utpote efficacior in responsis, cuius intuitu ceteros quasi Semideos aestimabant. Quia de omnibus Slauorum prouinciis statutas sacrificiorum impensas transmittunt.* Imo *lib. II. c. XII. p.* 235. ulterius progreditur: *Suanteuitum DEum Deorum esse profitentur.* Vides hic, quam apposite *Suanteuiti* diuina maiestas, quam inter Slauos habebat, *soli* tribuatur: et quam ouum ouo similior sacer *solis* apud diuersas gentes cultus, ac ueneratio rursus Suanteuito sit: quam inepte uero haec

SVANTEVITVS antiquissimum Slauorum idolum.

omnia

§. XIV. a) *modo colendi,*

§. XIV. Superstitiosam colendi idolum rationem, breuitatis studiosi, bonam nunc partem scientes praeterimus; cum ab aliis haec ipsa auctoribus iam satis descripta esse reperiamus; de illis tamen, quae facere ad sententiam, aut aliquantum lucis indigere uidebuntur, erimus nonnihil commemoraturi. Idolum enim commune Slauorum quamuis *Suanteuitus* fuerit, certis tamen de causis in terra *Rugianorum*, natura situque munitissimo loco relictum, per uniuersas eorum regiones, ut solem gentes aliae, Slaui uenerabantur (*ll*).

§. XV. *Suanteuitus in terra Rugianorum relictus, cur?*

§. XV. Fanum deinde idoli (*mm*), figura (*nn*) et sacra quae ei fiebant (*oo*), ut et ra-

3) *a fano, figura, sacris et festis diebus.*

---

omnia ad sanctum Vitum trahantur. Cum enim *Suanteuitus* antiquissimum Slauorum idolum dicatur: *S. Vitus* recentissimus inter omnes Slauorum Deastros est, post Ludouici Pii tempora demum natus: porro cum ille omnium Slauorum, qui quartam tunc ferme Europae partem occuparant, uti apud ipsum *Helmold. lib. I c. 1. p. 1. §. 2.* et *Cromer. de Origin. Polon. lib. I. c. 2. 9. et* 10. iouenies, commune oraculum fuerit: hic nonnisi Rugianorum, pusilla sane maiestas, tam arctis finibus terminata, dicatur. Quis ergo uel in somnio nobis has fabulas et anilia commenta unquam persuadebit.

SVANTEVITI *sedes primaria*

(*ll*) *Suanteuiti* diuinitatem per omnes Slauorum terras à mari Baltico ad Hungariam usque, et amplius patuisse §. 13. lit. ii. demonstratum dedimus. *Ab hoc enim omnes Slaui responsa cupiunt, huic de omnibus Slauorum prouinciis statutas sacrificiorum impensas transmittunt,* dicit *Helmold. ll. cc.* nunc in quanam regione steterit *Suanteuitus* dicendum.

Rugianorum terra

Rugianorum uero terram, ueteribus *Ranorum*, sedem huius idololatriae fuisse *Helmoldus* auctor est *lib. I. c. VI. p. 21. §. 3. et 4. stabat idolum in terra Rugianorum seu Ranorum, qui habitant in corde maris* puta Baltici.

ac oppidum Arcbona seu Arkona.

Imo et oppidum *Arcbona* seu *Arkona*, (hodie forte *Putbus*, ut *Bono in Cluuer. p. 186. lib III. c. XIV.* annotat, quae urbs *terrae illius principalis* audit *Helmoldo lib. II. c. XII. 513. p. 236.*) à *Saxone Grammatico lib. XIV. f. 319.* nominatur: *Arkon in excelso promontorii cuiusdam uertice collocata, non manufactis sed naturalibus praesidiis munitur. Medium urbis planitiem habebat, in qua Suanteuiti delubrum.* Quaeres tamen nobiscum beneuole lector, quae causa Slauis fuerit, quod in terra Rugianorum, maximam eis partem remotissimo loco, primarii Deastri sedem elegerint, cum in meditullio regionis plerisque id commodius longe fuisset, nec tanto itinere Suanteuiti cultores essent defatigati, nonnunquam uero ab eius cultu detenti. Sunt quidem, qui *Helmoldum lib. II. c. XII p. 235. §. 5.* hic denuo audiunt; *S. Vito in Corbeia noua terram Rugianorum à Ludouico esse oblatam, sacerdotes uero ibi oratorium in honorem S. Viti fundasse, hinc religionem cum superstitione Suanteuiti mutatam ibi quoque radices egisse,* credentes. Sed fabula supra detecta. Ipse sane dubitat *Helmoldus*; *Tenuis enim fama commemorat,* ait l. c. Nos eius duplicem ex ipso Helmoldo causam, ueriorem longe afferimus; nam securitatis ergo fecisse id Slauos, cum *Arkona* Rugianum oppidum natura quam munitissimum scirent, existimamus: deinceps commerciis et *halecum captura* aliisque diuitiis affluentissima urbs ad Suanteuiti reditus, quos ab omni mercatura habebat, non parum contulit. Imo felicium nundinarum patronum quando credidere suum *Suanteuitum* Slaui, ut in metropolin quoque ponerent, utilitas suadebat. Et tandem dignissimi hoc Deastro Slauis ceteris uideri poterant Rugiani, quos ipse à pietate, iustitia, munificentia et cultu prae reliquis commendat *Helmoldus*. Euolue eundem *lib. II. c. XII.* si uis, et haec singula quam uerissima esse deprehendes.

SVANTEVITI *delubrum,*

(*mm*) Magnificentissimum *Suanteuiti* delubrum *Saxo lib. XIV. f. 320.* pluribus uerbis celebrat: *exterior aedis ambitus accurato coelamine renitebat. Ipsum fanum duplex septorum ordo claudit: e quibus exterior parietibus contextus puniceo culmine tegebatur: interior uero quatuor subnixus postibus parietum loco pensilibus, aulaeis nitebatur.* Omnia sane maiestatis ac uenerationis plena, si et cetera consulas, quae apud *Cramer. lib. I. c. 43. Histor. eccl. Pom.* et recentiores alios extant. Nemo ex plebe facile admittebatur ad hoc templum, solus pontifex certo tempore intrabat, cum omnium Deorum ibi aras et focos, plenissimamque diuinitatis sedem crederent Slaui, ut ex aliis prolixe disseruit *Christoph. Arnoldi ad Rossenm p. 195.* et alibi.

figura,

(*nn*) Figuram idoli *Saxo Grammat. d. l.* ita describit: "Ingens in aede simulacrum, omnem humani corporis habitum granditate transcendens, "(*ita enim gigantis instar, sol et alibi depingitur*) quatuor capitibus totidemque ceruicibus mirandum "perstabat, e quibus duo pectus totidemque tergum "respicere uidebantur. Ceterum tam ante, quam "retro collocatorum unum dextrorsum, alterum "laeuorsum contemplationem dirigere uidebatur "(*en quatuor anni tempora, quae sol perficit, habes*) "corrasa barba, crines attonsi figurabantur, (*con*"*sam ipse subiungit*) ut artificis industriam rituum "in cultura capitum aemulatum putares. In dex"tera cornu uario metalli genere excultum gestabat. (ex hoc enim annonam, *solis* opus, perspiciebant) *Laeua arcum reflexo in latus brachio figurabat.* (arcus enim et sagitta proprium solis insigne: uid. *Tollii sapientia insaniens p. 58. 59.*) *Tunica ad tibias prominens fingebatur, pedes humo contigui.* (ita et poetae radios *solis* describunt) *Haud procul frenum ac sella simulacri, compluraque diuinitatis insignia, Quorum admirationem conspicuae granditatis ensis augebat.* Alia ex equestri armatura ut calcaria, ephippia, frena, ocreas ceteraque *Cramerus d. l.* addit. Qua causa id factum sit, modo indicatum est.

sacra,

(*oo*) Antequam rem diuinam faceret sacerdos, scopis quam diligentissime fanum *Suanteuiti* purgabat, spiritu oris compresso, quem quoties reuocare opus erat, ad ostium decurrit, ne scilicet humano halitu numinis praesentis offenderetur. Vti *Saxo l. c. Munster. lib. III. Cosmogr. et Schedius Syn. ult. c. XII. pag. 503. de Dis Germ.* pluribus edocent. Tum, ut mox constabit, *merum* ac *placentam* ea magnitudine offerebant, ut homo post eam latere potuerit, forma tamen (ne aliquid à sole abluderet) rotundam. *Nummos* quoque idolo pendebant et tertiam spoliorum ac praedae partem. *Apud Ranos quidem non habetur moneta, nec est in comparandis rebus consuetudo nummorum, sed quidquid in foro mercari uolueris, panno linteo comparabis,* dicit *Helmoldus lib. I. c. XXXVIII. p. 95. §. 7.* Sed *aurum et argentum quod forte per rapinas ac captiones hominum, uel undecunq; adepti sunt, aut uxorum suarum cultibus impendunt, aut in aerarium Dei sui conferunt.* Sol enim *rex* ille *rubens* et *Deus metallorum*, ut cum poetis ac chymicis loquar, cui ergo et haec moneta respondent. Cum autem Christianorum sanguine Deos suos delectari Slaui existimarent, ut *Helmold.* c. XII. lib. II. p. 235. §. 9. *Suantenito suo in peculium honoris annuatim hominem Christicolam, quem sors acceptauerit, litare consueuerunt.* Imo lib. I. c. LII. p. 125. §. 3. et c. XII. p. 236. §. 11. quod *Odescalco Christiano sacerdoti insidiati propterea fuerint, quo eius cruore Suantenitum placarent,* testatur.

(*pp*) Il-

§. XVI.

et ratio colendi (*pp*), dies festi (*qq*), omina (*rr*) ceteraque nostram sententiam quam solidissime confirmant.

SVANTEVITI *cultus duratio.*

§. XVI. Durauit uero haec *Suanteuiti* apud Rugianos superstitio ad annum N. C. CIↃCLXVII. usque; quo tempore idolum a *Waldemaro I.* Danorum rege penitus deletum ac igne concrematum est (*ss*), ipsique Rugiani ad fidem Christianam reducti.

§. XVII. **RADEGASTVS** *Slauorum idolum,*

§. XVII. *Suanteuito* nunc *Radegastum* subiungimus, idolum nulli ex reliquis secundum; iisdem tamen circa scripturam et genuinas nominis natales difficultatibus pressum; ut expedire se ne unus ex omnibus quidem ac singulis scriptoribus hactenus potuerit.

eiusdem falsae origines,

Nam uocis origines alii in Germanico *Rath* et *Geist* quaerunt (*tt*); alii idem uoca-

---

Suanteuitum colendi ratio,

(*pp*) Illud quoque non praetermittendum est, quando *Saxo noster l. c. trecentos equos aluisse Suanteuito Slauos* memorat. Quod manifestissimum est solis insigne. Hinc *Claudianus in Olybr. et Probin.*

Sol, qui flammiferis mundum complexus habenis,
Spurge diem meliore coma, crinemque repexi.
Blandius eluto surgant temone iugales.

Vbi ne prolixi simus confer, quae in eruditissimis notis *Barthius in h. l.* Claudiani collegit. Candidum uero equum ei porro tribuit *Saxo l. c. albi coloris peculiaris fuit Suanteuito equus, cuius iubae, ut caudae* (hinc radii solares criniti, sol criniger, ignicomus, Phoebus comosus poetis dicitur) *pilos conuellere nefarium ducebatur. Hunc soli sacerdotes curant, cui insidere Suanteuitus contra hostes suos egregius bellator creditur Slauus.* Eodem sane modo solem *Tollius lib. cit p. 60.* describit: *Inui uictor, atque triumphator rex aureae coronae, prostratis hostibus in candidis equis toto coelo inuchitur.* Cum quo et *Albericus Gentil. de Deor. imagin.* ac ceteri mythologiae scriptores loquuntur.

SVANTEVITI *festi dies,*

(*qq*) Neque festi dies ac solennia anniuersaria Suanteuiti, a solis cultu fuere aliena. Post lectas enim fruges, mactatis ante ostium uictimis solenne genti epulum erat. Ad ortum solis excubante ante fores populo, sacerdos templum ingressus, cornu, quod priore anno impleuerat, contemplatur, et si plena mensura, uberem, si qua parte minuta, tenuem messem praenuntiat, iubetque fruges eo diligentius asseruare. Quo facto, poculum exhaurit sacerdos, ac mero impletum dextrae simulacri restituit, in omen sequentis anni. Tum admonet quoque ad colendum Suanteuitum sacrificulus; reliquum diei datur luxuriae. In quo epulo, sobrietatem uiolare pium aestimatum est, seruare, nefas habitum. Vti prolixius haec omnia *Saxo* iam aliquoties citatus differit. Eiusmodi solennia finita messe instituta, soli sacra fuisse ex aliis disces *Schedio et Cluuero* auctoribus allegatis.

diuinationes.

(*rr*) Vnum superest, quod *diuinationes* et *omina* concernit. Cum enim bellorum quam maximus patronus et arbiter crederetur Suanteuitus: ab hoc quoque auspicia sumebant Slaui. Ante fanum enim, ait *Saxo l. c.* hastarum triplex ordo disponebatur, ad quem equus Suanteuiti a sacerdote productus, si ante dextro quam laeuo pede hastam transcenderet, fausti; sin sinistro, infelicis ominis erat. Quem ritum ominandi et *Cranz. Vandal. V. Cluuerus Germ. antiq. lib. I. c. XXXVI p. 259. Elias Schedius Syn. II. c. XLV. p. 499. Cramer. lib. 1. c. 21. hist. ecclesiast.* explicarunt, iam ante a *Tacito de M. G.* apud maiores nostros animaduersum.

Rugianorum interitus.

(*ss*) Cum renuissent Rugiani Waldemaro I. regi Danorum, contra hostes pugnanti suppetias ferre; hic aliis Pomeraniae principibus ipsoque Obotritorum Duce *Pribizlano* in belli societatem adscitis, terram Rugianorum magno impetu inuadit, mox obtinet et urbis *Arconae* incolas ea lege in fidem recipit; ut sine mora ac pretio captos a se Christianos dimitterent et ueram religionem Danico quidem ritu amplecterentur.

Suanteuitus deletus.

Quod cum facere coacti essent Rugiani; *Suanteuitum* euertere suis rex imperat, quando ad id praestandum nullus poterat Slauorum adigi, hi cuniculis ac ferro simulacrum effodiunt, aulaeis, quibus sacellum tegebatur, auulsis toroque ornatu surrepto. Magnus tunc ex omni gente fuit concursus, uindictam Dei sui contra Danos singuli expectantes: sed corruit tandem idolum; prostratum fune in collum inisso per totum exercitum, conspicientibus Slauis, protrahitur, mox frustulatim concisum igne penitus absumitur. Addit *Saxo l. c. Daemon in furui animalis figura ex idolo migrans, subito se circumstantium conspectui subducens.* Tum uero uarie iudicatum a Rugianis pristinis cultoribus est, aliis Dei sui iniurias lachrymis, risu prosequentibus aliis, sibique ac sua simplicitati indignantibus.

Eius memoria apud Bohemos.

Cum hoc ergo in plerisque deleta Suanteuiti sui, totiusque idololatriae diuinitas est: Bohemi tamen rumore hoc ipsum de Suanteuito suo cum tantum percepissent, eius memoriam et post seruarunt, peregre aduenientem hac formula salutantes: *Witaeus Witaeus*, quod de *Suanteuiti moderamine* ac uita per ipsum mortalibus concessa interpretabantur. De quibus singulis *Helmoldus, Dubrauius, Saxo, Cranzius, Emserus, Albinus, Schedius, Cramerus, Brotuffius, Schneiderus, Arnoldus* aliique plures consulantur. Nobis enim tantum dixisse sufficiat, dum ad reliquos Slauorum Deos nunc facimus progressum.

Linguae Slauicae imperitia errorum mater.

(*tt*) Cum linguae Slauicae imperitia errorum in hoc argumento, communissima causa sit; quam et hic delinquendi occasionem auctoribus dederit, uidendum est. Ac primum quidem illi admodum ineptiunt, qui Slauorum idola e Germanis uocibus, a quibus tamen hunc populum quam longissime abfuisse, supra demonstratum est, peti debere, qua mentis caligine nescio, existimant:

Slaui linguae suae tenacissimi.

cum tamen linguae suae, quam tenacissimi semper custodes fuerint Slaui, ut in eorum posteris in Lusatia et alibi adhuc dum comparet. Hunc igitur scopulum eliminare et illi debuissent, qui a *Rath* et *Geist* consiliorum interprete, aut *spiritu* nomen *Radegasti* prouenisse delirant.

Rade quid Slauis?

Non equidem nescio, *Rade* Slauis quoque consilium dici; nec ignorare quoque illud possum,

Geist pronunciatio.

Geist, agrestiores *Gaast*, longiori cum mora, pronuntiare; uti Hallis Sueuor. *Der Heil-Gaast*, et ita ex *Radgeist* facile *Radgast*, et *Radegastum* fieri:

RADEGASTI *falsa origo.*

sed quis nisi omnium absurdissime, si cetera cuncta reclamant, uni scripturae fidem habebit, quam casu saepius conuenire, omnes eruditi fatentur.

דג *unde?*

Sic דג Ebr. piscis ταχὺς. Gr. *celer*, *Tach* Germ. *tectum*, literis arctius longe inter se, ac *Radegast*, cum *Radgeist* cohaerentibus. Quis uero nisi per febrim somniabit? דג piscem a Germ. *Tach* uenire, cum squammae ei tecti instar aut tegumenti sint, uel a Graecor. ταχὺς, cum in aqua quam celerrime se nobis subducat. Subrides nos forte B. L. at tenacissimos auctorum errores magis magisque admirare nobiscum potius, qui in originibus Slauonicis inuestigandis quauis talpa caeciores sunt.

RADEGASTI *pictura.*

Imo quam subtilium tandem consiliorum, si diis placet, et *Radegastus* auctor fuisset, qui *taurinum caput* ante pectus gessit, ita enim pingebatur a Slauis: egregius sane *Mercurius*, qui in consiliis *bones et asinos* callida fateor animalcula, imitatur. Explodendi igitur cum aliis *Ioach. Pastorius ab Hirtenberg in dissert. de Originibus Sar-*

mat.

§. XVII. cabulum a *Gast* deriuant (*uu*); ad Polonorum *Gess*, aut *Gessa*, Romanis *Iupiter*, confugiunt alii (*xx*) rursus alii a *Radehascz*, consiliorum arbiter Slauis, petunt (*yy*): plurimi auctorum *Radegasium* celebrem Obotritorum regem, in Deorum, ut putant, societatem a suis receptum, primas idolo natales dedisse existimant (*zz*). Nobis in tanta auctorum uarietate, uter uerius, aut probabilius dixerit, perquirendum nunc est. §. XVIII.

§. XVIII. Cum uero certo certius constet, *Radegastum* Martem suae gentis fuisse, nomen eius a *Roswoz* [*a*] quod *ducem belli* Slauis significat, natales

uera a Roswoz.

---

mat. p. 19. et *Sagittar. de Bardenic. c. II* § *XXV. p.* 56. qui sententiam hanc approbant. Quibus nollem subscripsisset *Cl. Tenzelius in den Monatl. Vnterred. A.* 1689. *p.* 698. falsus enim hic, uir in tali studiorum genere alioquin nulla non laude dignissimus.

RADEGASTI *falsa origo a Gast. Gast quid?*

(*uu*) Eadem censura et illi digni sunt, qui ultimae in *Radegasto* uocis originem paulu aliam in uernacula nostra eandemque meliorem longe inuenisse se arbitrantur. Quibus equidem illud facile largior, Germ. *Gast* non *hospitem* ueteribus, uti nunc, sed *fortissimum quemuis* et ad utrumque paratum denotasse: (id enim praeter *leges Salicas* et *Carolingorum scriptores, Meibomius in not. ad Witteh. p.* 42. *Bangertus, in lib. I Helmold. c.* 52. *pag.* 127. *Schottelius lib. V. Gramm. p.* 1057. et nuperrime *illustris Stiegelius, Spate in Lex. Germ* libro a multis annis desideratissimo, aliique docent) at uero exinde *Radegasti* taurinum pectus *Radgast alacrem consiliorum interpretem dixisse* Slauos, quod *Bangertus* l. c. *Mussius de Diis Obotrit.* et *Arnoldus* ad Rosseum *p.* 177. et *Excell. Sagittar. l. c.* intendunt; a me ob datas praecedente §. rationes impetrare hactenus nequiui.

RADEGASTI *falsa origo a Gess, Gessa.*

(*xx*) His omnibus non meliur coniectura *Ioach. Pastoris* est, qui in *dissertat. Sarmat. p.* 22. ultimam *Radegasti* syllabam in uoce Polonica *Gess*, aut *Gessa*, quam *Alexand. Guagninus* Polonorum *Iouem* uorasse, in *chorographia* eredit, inueniri posse existimat. Abludit enim a scriptura nimium uox; neque cum Polonorum idolis, *Radegastus* noster confundendus est.

An a Radedoscz aut Radeboscz.

(*yy*) Sententia haec ceteris utique praeferenda; qua a *Radedoscz*, quod in Latiuo *satis consilii* uertas; aut *Radeboscz*, Slauis *consiliorum arbiter*, nomen *Radegasti* deducitur. Neque enim, quod uel circa scripturam, uel linguae Slauonicae indolem rationemque monere, aut aliud quid desiderare possemus, inuenimus. Cui etiam eo libentius subscriberemus, nisi idoli effigies ac cultus infra describendus a nobis, aliquantum alienior ab ea, planeque diuersus esset.

RADEGASIVS *Obotritorum rex, Italiam ingreditur,*

(*zz*) Nemini obscurum esse existimo, quis *Radegasius* fuerit? Obotritorum celebratissimus apud historicos rex et immanissimus pariter ac infelicissimus tyrannus. Hic enim conglobatis 200000. militibus Italiam ingressus, totam metu ac tremore percussit: eumque et ipsi Romae extrema minaretur, desperare iam tum de salute sua plerique Romanorum coeperant, teneram Honorii imperatoris aetatem, tantisque rebus imparem longe secum reputantes. Plurimi uero causam belli malique non aliam credebant, quam quod Deorum sacris neglectis, Christo nomen dedissent Romani. Hinc ad renouandam pristinae religionis faciem, tota urbs animos mentesque applicabat, plures ueterem idolorum suorum cultum iam iam receperant. Hac inter diuini pariter humanique iuris ingentes calamitates, praesentissimam aeterni numinis opem experti Romani sunt. Nam praeter omnium spem *Radegasius* imprudenti plane ac infelici consilio uastissimum exercitum, ne magnitudinem eius rescirent Romani, quam arctissime in montium iugis contrahit. Mox ab hostibus concluditur, fame ac situ conficiendus cum suis. Sed milites abiiciunt arma et infinita eorum capitur a Romanis multitudo. Ipse Radegasius Rex, cum fuga sibi consulere uellet, in uincula coniectus, uita tandem priuatur.

in uincula coniectus uita priuatur.

Quam barbarorum cladem praeter *Socratem*, *Sozomenum*, *Zosimum*, *Zonaram*, *Cedrenum* aliosque, ex Latinis *Orosius*, *Paul. Diaconus* et *Iornandes* inprimis, ac recentiores inter *Ioh. Cuspinianus de uitis imperator.* innumerique alii quam prolixissime describunt. Hunc ergo post mortem *Radegasium*, ob praeclara in gentem suam merita, Deum ac arbitrum belli credidisse Slauos, ac Martis instar sui coluisse, auctores existimant, atque hoc ipsum *Radegasti* idolum Slauis esse pro certissimo habent. Quam sententiam approbant *Albinus p.* 149. *Reinesius de Deo Endouell. pag.* 12. *Schedius Syn. alt. cap. IV. pag.* 482. *Sagittar. l. c.* aliique plures. Verum enimuero, quamuis hic illos deastros creandi, qui in bello pro patria defuncti sunt, modus nunadeo insitatus gentibus erat: multa tamen, quae scrupulum iniicere nobis queunt, hoc loco reperiuntur. Addemus primum, quid male *Bangertum* hic habeat, *in lib. I. c.* 52. *Helmoldi p.* 126. *Si quis tamen contendat, idolum rege*, Radegasio puta, *antiquius fuisse, et hunc ab illo esse denominatum non multum refragabor.* Deinceps impetrare a me uix possum, ut illum numinis loco babuisse Slauos existimem; qui non infelix solum in bello fuit ac misere in hostium ipse manibus periit: sed etiam, uti *Paul. Diac. lib XIII. p.* 666. disertis uerbis scribit; imprudenti plane consilio militum tantam iacturam fecit; *at in uilissimarum pecudum modum singulis aureis passim greges hominum uendereatur.* Exspirant ergo *res feliciter gestae*, quas ei *Sagittar. d. l.* ad sententiam probandam frustra tribuit.

An a Slauis pro Deo habitus?

[*a*] Ne scripturae diuersitas scrupulum iniiciat legenti, quomodo conciliandum utrumque uocabulum sit, ostendendum est. Primum autem illud sciendum, scriptores in uoce hac admodum differre. *Zosimus* enim *lib. VIII. in Arcad. et Honorio* Ραδεγάισος. *Isidor. Hispal. Goth.* 437. Radagatsus. *Helmoldus lib. I. c.* 21 *p.* 61. § 1. Radigastus, *lib. I. c.* 2. *p.* 6. §. 6. Redegast et *lib. I c.* 52. *p.* 125. §. 2. Radigast *Ditmar. Chron. Mers. lib VI. p.* 135. Riedegast legunt. Ex diuersa hac scribendi ratione, nunc facile colliges, uocis scripturam aut ambiguam esse, aut multam partem corruptam. Quod si impetrauero, non a literis amplius uocis originem petendam, sed in cultu idoli, ac muneribus, quae sustinuit, potius quaerendam esse patebit. Et uero hoc ipsum *Rosswodz Dux belli* Slauis, titulus Martis Oraculo, quale Radegastus fuit, ut mox ostendam, admodum conueniens omnium optime praestat. *Rosno* enim Slauis *dis* est, separandi uim habens particula; *Wodzu* uero *duco* illis significat, et hinc *Roswods belli dux*, Germ. *ein Herzog. S.* uero et *T*, aut *D.* literae admodum a plebe confunduntur; ut huius terrae incolae agrestiores pro, *Wasser*, *Watter* dicunt, alii *Wader*: sieque ex *Roswodz*, *Rodwodz* factum, uti adhuc dum *Rodewiz* pagus in Lusatia est. *W* itidem cum *G* facile miscetur, uti pro, *Wilhelm*, Latinis Guilelmus, aut Gulielmus dicitur; et ita *Rodwodz* in *Rodgodz*, ac uocalibus *o* in *a* mutatis, uti superius § 12. lit. hh. factum est, *Radgadz* habes, quo modo etiam *Isidorus l. c.* legit. Latinius uero pro, *Radgatsus*, *Radgastus* aut *Radegastus scribitur*, ad difficilem consonantium uitandam iuncturam. Quod et cum omnibus ac singulis, quae de idolo dicuntur, quam arctissime cohaeret; ut suo nunc loco dicetur.

Variae Radegasti uocis scripturae.

Vera RADEGASTI *origo a Roswodz.*

[*b*] *Obe-*

§. XIX. tales quoque sumpsisse, nobis probabile uidetur.

Radegasti sedes, figura, §. XIX. Ipsum idolum in *Retra* urbe stetit primum, post etiam apud *Obotritos* inuentum [*b*], *aureum* uere toto corpore erat; cuius capillis *auicula* in-

Lud. opusc. tom. II. Ll

A haerebat; *tauri* capite dextra tegebat pectus, laeua manu *bipennem* tenens [*c*].

§. XX. interitus. §. XX. Tandem *Radegasti* idolum *ab Ottone M.* imperatore circa annum 960. penitus deletum est [*d*]; apud Obotritos tamen cultum, donec omnes Sla-

---

Obotriti qui? [*b*] *Obotritorum* regio hodie *Meklenburgensium*, et *Suerinensium* est. *Retra urbs ubi sita?* Hinc quaerit *Bangertus lib. I. c. 52. p. 126. b. in Helmold.* qui fiat, quod in *Retra* urbe, quam Pomeraniae quondam fuisse, ea ipso *Helmold. lib. I. c. 21. p. 61. §. 1.* patet; eum *Riaduros siue Tolenzos*, Retharum incolas puta, *cis Panim* Pomeraniae fluuium *habitasse* dicat, (hodie *Ruebel* uocari, *Chytraeus in Vandal. part. 1. Chron Sax. lib. III. pag.* 210. diuinat) Qui fiat, inquam, quod in hac urbe *Radegastum* stetisse existimet *Helmoldus*; *Sedes idoli RADEGASTI.* et alibi tamen praecipue *Obotritorum* idolum fuisse innuat. Loca eius in promptu sunt: *lib. I.* enim *c. 2. §. 6. p. 6.* ait: *Post Oderae leuem meatum et uarios Pomeranorum populos, ad occidentalem plagam occurrit Winulorum prouincia, eorum qui* Tolenzi siue Redarii *dicuntur. Ciuitas eorum uulgatissima* Retre, *sedes idololatriae. Templum ibi magnum constructum daemonibus, quorum princeps est* Redegast. *Redarii qui?* Hinc Redarii *Bangerto lib. cit. p. 11.* Stolpenses et Anclamenses sunt, ad illum Oderae meatum uersus occidentem, uti *Helm. l. c.* uult, siti. Cum quo consentit *Ditmar. Chron. Merseb. lib. VI. p. 135.* nisi quod *Riedgast an eadem cum Retra?* hic urbem Redariorum *Riedgast* dicat; quam eandem cum *Retra* esse, ante *Exc. Sagittarium*, qui tamen coniecturae autorem se credit, *tractat. de Bardewico c. II. p. 55.* id obseruarunt *Cl. Bangertus lib. cit. p. 127.* ac ipse *Maderus* in margine auctoris p. 136. Sed aliter forte Helmold. lib. I. c. 52. p. 125. *Radegast DEus terrae Obotritorum*, nulla amplius Redariorum facta mentione. *Bangertus* se ita conciliasse Helmoldum *l. c.* existimat; quando etiam in urbe *Mechlenburga* et uicino oppido *Gadebuschö* templa ac statuas Radegasti fuisse *Reimari in chron. MSC.* testimonio, ipsoque nomine *Gadebuschi*, quod a *Radegasto* ortum fuisse credit, ac reliquiis templi Gadebuschani de *corona Radegasti* in partes uocatis, confirmarit: sed ita sibi ipsi contrarius esset *Helmoldus*, qui *lib. I. c. 21. p. 61. §. 1.* ait: *Redarii propter antiquissimam urbem et celeberrimum illud fanum, in quo simulacrum* Radigast *ostenditur, regnare* inter Wilzos, *eo quod ab omnibus populis Slauorum frequentarentur, propter responsa et annuas sacrificiorum impensiones.* De quo gloriari uix Redarii potuissent; si et in aliis Slauorum regionibus *Radegasti* idolum fuisset inuentum. Quare idem tunc temporis nec *Obotritos* habuisse, existimandum est. At uero errasse Helmoldum dicemus? nec quicquam. Cum enim euerteretur ab Ottone M. 960. *Retra* urbs, ipsusque cum ea *Radegastus*; Obotriti auitae religionis tenaces in suis terris celebre *Radegasti* idolum statuerunt, ac multo post uenerati, *ad secul. XII.* usque sunt. Vti nec dissimulare *Bangertus*, cum eoque *Excell. Sagittarius ll. cc.* possunt.

RADEGASTI figura. [*c*] Figuram idoli ex uetere chronico *Bangertus lib. cit.* exhibet, quod *Christ. Arnoldi in append. ad Rossaeum p. 176.* resumit. Cuius imago uiri iustum statum sistit, corpore nudum nec ullo circa pudenda etiam uelamine tectum; uultus uero ferox est ac seuerus; caput crispum, cui auis explicatis aliis inhaeret: pectori quoque tauri caput nigrum additur, quod dextra suffulcit idolum. *Cur tauri caput ei tributum?* Disputat uero *l. c. Bangertus* unde tauri caput ei tributum sit; dicitque: *Qui genealogiam principum Mechlenburgensium ad Anthyrium referunt, caput illud taurinum a Bucephalo Alexandri M. esse contendunt. Anthyrium enim Alexandro militasse, postquam ille in fato concessisset, ad suos Obotritos naui reuersum esse, atque insignia Bucephali caput in prora, gryphum in puppi ostentasse; quam sententiam nos in suspenso relinquimus.* Nullius, licet fabula de Anthyrio quoque uera esset, quae tamen falsissima est, haec apud me auctoritatis sunt. Ipsam enim animalium naturam insignia dedisse Radegasto certus sum; cum *taurus* fortitudine ac robore ualidissimum animal, *gryphus* itidem promptissima ad rapinas auis, egregias bellantium uirtutes exprimere Slauis uiderentur. Hinc laeua manu bipennem tenet, singulare, isto tempore, armorum genus. Cumque pugnantibus consilia suggerere ac robur largiri crederetur a suis: *Hunc enim ad bella properantes salutant, illum prospere redeuntes muneribus debitis honorant*, dicit *Ditmarus p. 136. lib. cit.* ut resumeret animum quandoque, toties bellis laboribus ac molestiis defatigatum, *ostro ei lectum parasse* Slauos, *Helmold. lib. I. c. 2. p. 6. § 7.* innuit. an uero ad colorem pariter, qui purpureus ex ostro ueniebat, ac ipsam materiam et testam animalculi respiciat auctor, diuinare equidem nollem. Purpura tamen magnam deastri diuinitatem augere poterat, ac rubeus color pugnae eruentae signum fieri. *Radegasti templum.* Ceterum *templi* magnitudinem *Ditmarus lib. VI. p. 135.* admiratur: *In eadem* tertia urbis Rethrae uel Ridegast parte, quae orientem respicit, *nil nisi fanum est, de ligno artificiose compositum, quod pro basibus diuersarum sustentatur cornibus bestiarum. Huius parietes uariae Deorum Dearumque imagines mirifice insculptae, ut cernentibus uidetur, exterius ornant.* Addit deinde, uexilla ibi seruari ad expeditionem necessaria ipsaque numina galeis atque loricis terribiliter uestita esse. Id tamen me male in auctore habet, *Luarasitus quale idolum?* quando *Luarasitum primas tenere et prae ceteris a cunctis gentilibus coli* existimat. Aut enim pro *Luarasito*, *Suantevitus* restitui oportet, de quo supra: aut, quod mallem, *Luarasiti* nomine hic intelligendus *Radegastus* est. Cui *Adamus Bremensis p. 48.* ipseque *Helmold.* l. c. principatum inter Deos Slauorum, maxime Redariorum, concedunt. *RADEGASTI cultus.* In sacrificandi tandem modo rituque prolixus *Ditmarus* est l. c. qui utique hic consulendus. Nec aliter *Helmold lib. I. c. 52. p. 125. §. 2.* cultum eius describit, aliis tamen Slauorum numinibus eundem pariter tribuens: quibus de hostiis ac festis diebus addit: "solennitates diis dicandas sacerdos iuxta sortium "nutum denuntiat, conueniuntque uiri et mulieres "cum paruulis, mactantque diis suis hostias de bobus et ouibus, plerique etiam de hominibus Christianis, quorum sanguine Deos suos oblectari iactitant. Post caesam hostiam sacerdos de cruore libat, ut sit efficacior oraculis capiendis. Consummatis iuxta morem sacrificiis, populus ad epulas et plausus conuertitur. Vtrimumque bono pariter ac malo deastro in compotationibus libant.

Slaui perdomiti. [*d*] Cum omnes ferme Slauos perdomuisset Otto; Rethram quoque urbem cepit, atque impiis Slauorum euersis numinibus, totam idolorum ibi sustulit superstitionem, ut *Ditmarus lib. II. p. 24.* aliique docent. Sed uero circa annum 1130. *Radegasti* meminit adhucdum *Helmoldus l. I. c. 52. p. 125. §. 2.* cum aliis idolis ab *Obotritis* culti. Hos ergo maiorum suorum numina, cum iisque et *Radegastum* repetiisse oportet. Quae sententia *Bangerti* quoque est *cit. lib. p. 127.* et qui eum sequitur *Cl. Sagitt. d. l. p. 55.* *RADEGASTI interitus.* Seculo uero XII. et ipsi cum aliis ueram Christiani nominis religionem amplexi sunt.

[*e*] Sche-

§. XXI. Slauorum populi Sec. XII. Christo nomen dedere.

Slauorum mali ac boni dii. **IVTERBOCVS** *seu* **BELBOCVS** *bonus Deus.*

§. XXI. Malos aeque ac bonos Deos Slaui coluerunt [*e*], inter illos *Czernebog* erat; hos inter eminebat *Interbog*; quod Luciferi nomen apud Slauos fuisse existimo [*f*], de cuius tamen cultu ac imagine silent Historici [*g*].

§. XXII. **CERNEBOCVS** *malus Deus.*

§. XXII. Belboci dissimilis *Czernebog* erat, *malus* Deus, Slauisque a nigredine dictus [*h*]. Neque de hoc plura apud historicos extant [*i*].

§. XXIII. **TRIGLA** *Stetinensium ac Brandenburgensium idolum.*

§. XXIII. *Trigla* Slauis *triceps* est [*l*], Stetinensium olim ac Brandenburgensium aliorumque locorum idolum.

Slauorum ritus in colendis bonis et malis diis.

[*e*] *Schedius* ult. de *Dis Germ. cap. Vandali*, inquit, *in conuiuiis et compotationibus suis pateram aliis certis uerbis consecrabant*, autare Cranzio *lib. III. Vandal. c. XXXVII. sub nominibus Deorum* boni et mali: *omnem prosperam fortunam a* bono *Deo*, *aduersam a* malo *dirigi putantes*. Sed duplici malo Schedius haeret: qui primum *Vandalos* cum *Venedis* confundit, Cranzio suo domestico errore ac peculiari; deinde hoc ipso antiquiorem paulo nominara debuisset auctor, quando haec uerba non *Cranzii* sed *Helmoldi* sunt, *lib. I. c. 52. p.* 125. §. 2. de Slauorum potandi ritu id asserentis. Cum quo *Ditmarus* quoque ac *Saxo* faciunt, auctores passim a nobis citati. Quae colendi mala numina consuetudo apud alias quoque gentes inualuit. De quibus *Raymundus*, *Viues*, *Stenchus*, *Mornaeus*, *Vossius*, *Grotius*, *Seldenus*, *Cluuerus*, *Schedius*, *Rasseus*, aliique ueterum ex instituto uariarum gentium theologiam docentes, prolixius egerunt.

Vandalorum cum Venedis confusio.

IVTERBOCVS *an Slauis*

[*f*] *Interbocum* numinis loco Slauis uenisse, apud ueteres scriptores non inueni. Oppidi mentionem *Ditmarus lib. VI. p.* 141. facit, nihil tamen praeter nomen commemorans. *Albinum* uero in *chronico Misnensi* coniectura saltem de idolo augurari, ipsa uerba eius *tit. XI. p.* 150. indicant: "Zernebog ist "so uiel als ein schwartzer Gott; gleichwie Iuter-"bog ein Morgen-Gott. Da man * ohne Zweifel "auch ein solchen Abgott, welches * uielleicht aurora gewesen, geehret. Darauss dann zo mercken, "dass es ein lauter Fabel, was daselbst uon der Iutta "und ihrem Bock * gesaget wird." Nemo enim putet, *Albinum* posterioribus uerbis fabulosos huius rei scriptores taxare; qui ipse ad fabulam temere ab incolis eius loci creditam ac tenacissime in hunc usque diem custoditam respicit. Quod edocere facile poterat *Albinus* Vitembergae antea Professor, a qua oppidum non adeo procul distat. Dicam uero, quantum sermone per alios accepi: Iuttam insignem liberali hospitio feminam ibi uixisse; quae caprum manifesta superstitione aluerit: apud hanc cum peregrini diuerterent subinde, in prouerbium abiisse, ut illi, qui peterent locum quaerentibus de itinere inter uiam responderent: *nach der Iutte ihrem Bock*, indeque *Iutterbock* factum esse; quod etiamnum creditur a plerisque. Alii tamen, quae coniectura plurium hodie in primis est, quasi *guter Gott* dictum esse putant, errore, qui ex linguae Slauicae imperitia prouenit. Slauis enim *Iuterny mane* et *Bog Deum* atque sic *Iuternybog* matutinum Deum denotat Luciferum aut Phosphorum; apposite Germani *ein Morgenstern*. Eundem uero hunc Deum et oppido natales dedisse, atque alio nomine *Belbog* Slauis, seu album Deum dictum esse allegati auctores existimant.

Morgen Gott?

unde dictus?

Iuttaque?

BELBOG.

IVTERBOCI *cultus ignotus.*

[*g*] Cum nullum huius rei uestigium apud ueteres historicos extet, quid de cultu eius diuinare nunc debeam, ignorare me fateor. Memini equidem, me apud *Varronem* legisse, auroram Graecis aeque ac Romanis multum honoratam fuisse; qui *lib. V. de LL.* §. 2. *p.* 31. inquit: "Principium diei "*mane*, quod tum *manat* dies ab oriente. *Nisi* potius quod bonum antiqui dicebant *Manum*. Ad cuiusmodi religionem Graeci quoque, cum lumen "adfertur, solent dicere φῶς ἀγαθόν." At idem Slauis applicari posse, cum nullibi in ueterum monumentis reperiam, non affirmo: obtrudere enim quid praeter illa, temerarii esse censeo. Quantum autem coniectura assequor, *Interbocum* a *Belboco* paulo diuersum esse puto, sub illo *auroram*, sub hoc *bonos deos* in uniuersum omnes cultos. Istuc enim *Helmold. p.* 6. digitum intendit: quando plures deos bonos, id est, *Belbacas*, plures itidem malos, seu *Zernebocos* apud Slauos fuisse edocet: qui tamen singuli propriis denuo nominibus distinguebantur.

Manus.

IVTERBOCVS *a Belboco diuersus.*

CERNEBOCVS

[*h*] Huius dei *Helmoldus lib. I. c.* 52. *p.* 125. §. 2. meminit: "malum Deum Slaui sua lingua diabol "siue Zcernebuch, *lege Czernebuch*, id est nigrum de-"um appellant." Quod repetunt ex eo *Ernest. Brettuffius chronic. Merseb. lib. I. p.* 446. *Munster. Cosm. lib.* III. *Albinus tit. XI. p.* 150. *Vossius de Idol. gent. l. I. c. 5. Sched. p. ult. Arnoldi p.* 199. *Pastor. p.* 20. *ll. cc.* nullos uero eorum quidquam addit. *Czorny* tamen *niger* Slauis, *Bog Deus* est, a quo *Czernebog* ater, seu malus Deus dicitur. Cum terrorem hic color oculis animoque incutiat, quod mali Dei munus esse gentes crediderunt; lucis atque albi coloris, omniumque deliciarum simul *Belbocum* siue *Interbocum* ex aduerso arbitrari.

unde dictus?

Slaui malos deos magis fecerunt.

[*i*] Quanti hic populus malos deos fecerit *Helmold*. p. 6. §. 12. indicat; "Regem metuunt Slaui "propter familiaritatem deorum, uel potius daemo-"num, quos maiori prae ceteris cultura uenerantur. Hos enim rebus aduersis praeesse, quas auertant a cultoribus suis et hostibus inferant, existimarunt, ut supra indicatum ex Helmoldo est. Addit *Brottuffius lib. cit. p.* 446. "Zernebog halten sie nor einen Gott, welcher ihnen in ienem Leben boeses "zufügete &c." quod ex *Pirnensi* quoque *Albinus p.* 150. assumit, nollem tamen ueterum testimoniis uterentur, cum uitam post mortem non credidisse Slauos, censeant alii. Ceterum de cultu eius denuo nihil quicquam reperi, multo minus de imagine idoli edoctus. Quo fit, ut in supra dictis nunc penitus persistam.

CERNEBOCI *cultus ignotus.*

Trinitatis mysterium frustra in gentium superstitione quaeritur.

[*l*] Multi abditum SS. Trinitatis mysterium in superstitiosa uariarum gentium religione quaesiuerunt, subtilitatis magis, quam ueritatis laude conspicui. Contra quos, mea sententia, omnium eruditissime *Hieronym. Floravantius* egit *lib.* III. *de Beat. Trinit. contra Ethnicos*. *Cluuerus* enim sua hic coniectura quoque aberrauit, qua eius notitiam Germanorum maiores habuisse *lib. I. c. XXIX. p.* 202. asserit, bine merito suo in *Vossii* censuram *lib. I. c.* 87. *p.* 271. incurrit, qui tamen ipse *lib.* VIII. *c.* 12. *p.* 397. *de idolol. gent.* non penitus ab errore immunis. Meo nunc iudicio omnes quoque illi falluntur, qui in *Trigla* Slauorum idolo reconditae huius sapientiae uestigia quaedam latere existimant: cuius rei quam falsissimi coniectores sint, inferius puto constabit apertius. Quod antequam fiat, in diuersam nominis scripturam et ueram eius originem denuo inquirendum est. *Triglaff Chytraeus in prooem. Metrop.* exprimit; *Arnoldi ad Roff p.* 179. Triglas legit, *Albinus Chron Misnens. p.* 149. *Trigla*. Omnium diuersissime a reliquit *Brottuffius Chronic Merseb p.* 446. *Tripbat* scribit. Quid uero hae scripturarum differentiae ac dissimilitudines uelint, saepius iam indicatum est. Nominis ueras natales quod attinet, a Slauorum *drey*, id est, *trin*, et *Hlown caput* prouenisse id arbitror. Hinc *Triblowa* latinis *Trigla*, ad cuius indolem respiciendum esse aliquoties docuimus, huic uocabulo *triceps* aliquis apud Roma-

TRIGLA *an trinitatis uestigia suppeditet?*

eius diuersa scriptura,

origo.

Triceps Cerbe-

§. XXIV. lum [m]; cui coeli terraeque ac inferorum tribuebatur potestas [n]. Quod ipsum tandem diuerso tempore diuersis in locis euersum est [o].

FLINSIVS

§. XXIV. *Flinz* Lusatorum praecipuus deaster [p] a *Flinß* lapide, cui insistebat, dictus [q], facie pallidus erat [r], ac mortis propterea arbiter [s], a Lothario tandem II. deletus [t].

§. XXV. *Lusatorum praecipuus deaster.*

ZVTTIBERVS

§. XXV. Faunus Slauorum *Zuttiber* fuit

Lud. opusc. tom. II. Ll 2

---

rus apud Romanos. manos *Cerberus* respondet; de quo *Hesiodus*, *Hyginus*, *Apollonius*, *Palaephatus* aliique agunt: cuius descriptiones nihil diuini sapiunt, aeque ac

TRIGLAE *cultus incertus.* *Trigla* Slauorum nulla ueri cultus uestigia praebet, ut supra dictum est.

TRIGLA *idolum stetit Brandenburgi,*

[m] Non unius loci idolum *Trigla* Slauis fuit. *Brottuffius l. c. p.* 446. *Brandenburgi* stetisse dicit, uestigiis eius ad sua usque tempora relictis. *Albinus l. c. p.* 149. *Brotuffi* auctoritate nixus idem sentit; ex *Sabino* tamen addens Brandeburgi Marchiae metropolico loco Triglam stetisse, ubi nunc templum B. Virginis sit. Idem porro in *Misnia* ac *Grimmensi ponte* inprimis, triceps idolum fuisse memorat. Et simile quid *Zwikauiae* templi moenia inclusisse, ex eius oppidi Chronico *Cnausb Prodrom. Misn.* p. 383. nuper edito, docet. *Iulini* uero celeberrimo olim Pomeraniae oppido nunc *Wollini* angustis finibus terminato cultum esse *Zeillerus Part.* I. *Itin. Germ. c.* 17. scribit. At *Stetini* omnium splendidissime idolum extructum fuit. Nam teste *Cramer. lib.* I. *c.* 21. *sqq.* aureum aureo uelamine in capite tectum, in medirullio ciuitatis, supra montem stabat, templi quoque magnitudine ac splendore cum quouis alio Deastro certans. Eodem plane modo *Triglam* olim ad *Colbergam* celebratam esse, nomenque idoli pagum ad urbem situm, cum aliis in monte ibidem uestigiis retinere, amicus quidam certiores nos fecit.

in Misnia ac Grimmensi ponte, Zwikauiae, Wollini, Stetini, Colbergae.

TRIGLAE *potestas.*

[n] Quid muneris tributum *Triglae* fuerit, *Sabinus libro de Brandebargo March. metropoli, apud Albinum p.* 148 docet: *triceps idolum, Trigla dictum, olim Venedi summa ueneratione coluerant. Id Dianae fuit simulacbrum.* Hanc Sabini sententiam Albinus suo testimonio approbat: cum, quod ipsa Diane ab Eustathio ex ueterum mente Trigla appelletur: cui addi etiam illud *Horatii lib.* III. *Carm. Od.* XXII. in Dianam potest:

an Diana?

> *Ter uocata audis:* - - -
> *Diua triformis.*

Nam a *Virgilio* pariter ac *Ouidio* trie Dianae ora assignari passim inuenies. Causam ex *Porphyrione* in hunc Horatii locum *Anton. Marcellianus* subiungit: *quia eadem existimatur Lucina, Diana et Proserpina. Acron* item Horatii Scholiastes in h. l. dicit: *Trina Dianae potestas putatur.* Et utraque *Ascensius* coniungit in eiusdem loci commento; Quod omne suo quoque idolo Slaui tribuerunt. De cetero a numero ternario *Triglam* quoque Graeci piscem dixere. De quo *Iouius c.* XVIII. p. 135. *de Pisc. Rom.* consulatur. Tum uero, quod idem cum Diana *Trigla* idolum fuerit, Albini coniecturam auget: quando *Triglae* luna quoque tribuebatur: *Dianam* uero quasi *diem* cum nocte *uniat*, luna lucente existima, dictam esse *Cic. de nat. Deor. p.* 310. *lib.* II. ac alibi docet. Quibus etiam *Schedium Syngr.* III. c. X. p. 500. adderem, nisi, quod et alibi obseruaui, omnia ex *Albino* transcripsisset auctor, nullibi in toto libro eius facta mentione quod, tanto uiro utique indignum est, nisi satis impeditum, quo minus ultimam libro manum imponeret, excusandum esse putemus. *Arnoldus* uero pleraque *Schedio* debet, qui ex auctore Anonymo *uitae Othon. lib.* II. c. 20. et 22. refert; "Triglae equus generosus fa-"cerat, nigri coloris, qui magno studio a quodam "sacerdote curabatur, e quo in bellum ituri rei "euentum explicabant." Quod cum nullibi apud alios reperiam et ipse ritus ex alle *Suantouito* respondeat, aut hunc cum *Trigla* confundi, aut rem omnem fabulosam esse existimo, cum bella et praelia curare Deae non sit; in Dearum uero numero *Triglam* fuisse hactenus ostensum est, nec ipsi, qui contra sentiunt Schedius et Arnoldus, inficiantur auctores.

TRIGLA *Graecorum.*

TRIGLAE *cultus.*

TRIGLAE *interitus.*

[o] Stetini cultus hic saepe interdictus est. Tandem caput idoli *Otto* episcopus *Honorio* pontif. Romam misit, corpus uero confregit. uid. *uita Ott. Episc. p.* 36. *edit. Colberg.* Quod subinde repetiisse Slauos, nonnunquam et reparasse Cramerus d. l. auctor est. In pago tamen ad Colbergam sito, cui Trigla ab idolo hoc nomen est, rudera eius in montis fastigio, ad hunc usque diem ostenduntur. Et ante seculum in Misnia quoque imaginem eius hinc inde latuisse, supra docuimus.

Eius rudera.

FLINSIVS *Lusatorum idolum.*

[p] Sorabis, Slauorum in Lusatia genti inprimis ab auctoribus tribuitur deaster. Citat Chronicon Saxon. *Syngram.* III. c. VII. p. 468. *Schedius* in hanc rem; Vendelos equidem cum Venedis denuo confundens, errore superius a nobis animaduerso. *Brottuffius* itidem *Lusatorum idolum p.* 446. *lib. cit.* dicit. Quibuscum praeter recentiores scriptores ueterum quoque monumenta concordant. Cum locus, ubi steterit idolum, in pago ad Budissam cui *Oebne* nomen est, pluribus in Lusatia cognitus sit, cuius ingens lapidum in monte moles, certissima uestigia praebet. De quo uid. Plur. Reu. D. Frenzel parens tractat. de Bapt. in praefat.

Fius s. des in pago Oebne.

FLINSIVS *a Flinz dictus.*

[q] Nomen *Flinz* illustris *Spate* in *Lex. Germ.* a Germanico *Flincken* deducit; cum quo fecisse et *Schottelius* uidetur. Quanquam uero hoc literae admittunt, Slauos tamen suos sua lingua Deos dixisse erbitramur. *Flins* enim Slauis lapidem designat, splendidum forte ac durum, qualis *ein Flinten-Stein.* Huic quando impositus Flinsius fuit, ab eodem quoque dictum esse censeo. Aberrat coniectura *Schedius* l. c. *Suspicor Flinsium in honorem Visilai, vulgo* Vizlauw *erectum fuisse, regis Obotritorum, quae uox tandem corrupta annis sit, atque* Flinz *ab imperitis scriptoribus dictum.*

FLINSII *figura.*

[r] Figuram idoli *Albin. lib. cit. p.* 149. describit, *monachi Pirnensis* ac *Chron. Sax.* nixus assertis: *Flinz* silici impositum Saxones *a lapide dicunt.* Huius cadauerosum corpus longo pallio tegebatur, manu baculum tenens, cum rumente uesica. Sinistro humero leo Insidebat; quod ueteres ita interpretantur, ac si per eum se a mortuis excitandos credidissent Slaui. Addit *Verstegan* apud *Arnold.* p. 178. dextra manu facem gestasse. Aliter paulo *Manlius in Chron.* MSC. describit; *fuisse enim* perhibet *idolum nigra caesarie, rubei coloris pallio amictum. Dextra manu perticam gessisse, cui cen flanae merges siue manipulus spicarum et is quidem in summitate ardens esset praefixus.*

FLINSIVS *morientium patronus.*

[s] Cum tota figura ad breuitatem partim uitae humanae facere queat, quorsum uesicam, ac facem referas; partim aperta funesti casus signa, ut pallium, baculum, facem etiam ac leonem, prae se ferat; ipsumque idolum cadaueri simile sit: morientium patronus Slauis fuerit, scriptores collegerunt. Quod Iudicium *Albinus* quoque de citatis sibi auctoribus fert.

FLINSII *interitus.*

[t] *Lotharium* II. Saxonem clↃ CXXVI. nouennio antequam Imperator fieret, destruxisse idolum *Manl. in Chron.* MSC. refert, cui *Brottuffius* quoque et *Albinus ll. cc.* patrocinantur.

[u] Re-

§. XXVI. *Slauorum idolum.*

fuit [u] a. *Zowdzowy* nominatus [x]. Eius idolum in fylua Merfeburgo proxima daemonis inftar colebatur [y]: At feculo XI. iam lucus excifus eft, ipfaque fuperftitio penitus fublata [z].

HENILVS *Slauorum Deus domefticus.*

§. XXVI. Inter deos domefticos ac tutelares Slauorum *Henilo* fuit, ab *Honidlo*, auerrunco eis, fic appellatus [aa]. Qui oftiatim ad cultores deferebatur, certa ad cuftodiendum fuos a facrificulo formula admonitus [bb].

§. XXVII. CIZA *Sorabourm Dea.*

§. XXVII. Inter Deas Sorabourm *Ciza* erat, a *mammis* fic dicta [cc]; unde Cizae urbi nomen uenit, ubi fteterat ante idolum [dd], ad Caroli M. tempora usque cultum [ee].

§. XXVIII. MARZANA *mortis idolum.*

§. XXVIII. Mortem Slaui fub *Marzana* idolo coluerunt; ne ante tempus ea praeuenirentur [ff]. Communis haec fuper-

---

Rom. ac Graec fuperftitio in fyluis Celtis communis

[u] Romanorum aut Graecorum in fyluis fuperftitiones exponere prolixum nimis effet, quanquam non a fcopo penitus alienum. Quid Celtae ac Germani in lucis fecerint, *Schedius* ac *Cluuerus* exponunt. Hac uero fuperftitione Slaui *Zuttiberum* fuum coluerunt. Quem *Brottuffius* daemonem propterea dicit, *einen Heltzteuffel*.

ZVTTIBERVS Holzteuffel *Zuttiberi falfa origo,*

[x] Errant denuo, qui nomen e Germanorum *Zottigt* et *Beer* deriuant, urfique figuram fine fundamento idolo tribuunt. Faunos equidem pilofos plerumque defcribi ab auctoribus fcio; at uero Germanos cum Venedis confundendos non effe, id eft, quod faepius monui.

uera a Zoldzower Zowdzower.

Quaeri igitur uocabulum apud Slauos debet, cui quoque *Zoldzower* uel *Zowdzower* quod illis *glandifer* eft, Deus in *quercibus* cultus, refpondet, o w facile in u tranfit; ut Graecorum ου: *W* itidem cum υ et β faepisfime permutatur, fic Vandali, et Βάνδαλοι fcribitur. Quibus ita difpofitis *Zudzober* fit, et ad pronuntiationis difficultatem fubleuandam *Zuttiber*. Quercum uero honoratam erborem Slauis ac Deo huic facram fuiffe nunc porro docemus.

Zuttiberi lucus.

[y] Lucum idoli ac fuperftitionem omnium clarisfime *Brettuffius Chron. Merf. p.* 462. lib. II. c. VI. defcribit; cuius uerba, cum auctor non adeo obuius ubique fit, huc edfcribemus: "Zuttibero haben die Bürger der Stadt Merfeburg einen *lucum*, "das ift, ein Eichwald heiligen laffen, darin hat bey "Verlierung feines Lebens, niemand cinen Baum "oder Aft dürffen abhauen, denn fie alle dem Abgott geheiliget, dafelbft feind im Jahr zu gewiffer "beftimmter Zeit, viel Heyden und abgöttifche "Wenden uon fern zufammen kommen, haben "dem Teufel *Zuttibero* geopffert, und ihn angebetet, es hat auch der *Zuttiberus* feine eigene Pfaffen "gehabt, mit ihren ritibus facrificiorum" Ex quo ad uerbum *Albinus chron Mifnienf. p* 146. tranfcribit. Nec alia *Schneiderus coronic Lipf. lib.* I. *p.* 142. affert, cui quoque *Peifer. in Lipf lib. III p.* 279 aliique accedunt. Syluam uero ad *Salam* fluuium non procul a Merfeburgenfium ponte floruiffe, idem *Brottuffius lib.* II. *c.* 6. *p.* 582 arbitratur.

ZVTTIBERI *interitus*

[z] Wigbertum (quem alibi Wigvvertum uocat, v cum b mutato, uti ex *Zuttivver Luttiber* factum ab eodem eft.) Merfeburgenfium epifcopum, cuius uitam *lib.* II. *c.* 6. *p.* 585. *fq.* recenfet, fuperftitioni huic finem feciffe l. c. dicit; quando poft C. N 1007. lucum cum cultu, igne ac flammis penitus deleuerit. Cuius rei ueftigia e Salano ad Merfeburgum ponte, fuo fe adhuc tempore in innumeris quercibus terra fabuloque fepultis in fluuio obferuaffe, idem teftis eft.

HENILI *origo.*

[aa] *Honin* Slauis arcere eft, *Honidlo* auerruncum iisdem denotat, Germ. *ein Gefcheuche*. Ab *Honidle* uero *Henilo* factum effe, arbitramur; quandoquidem id omne, quod dicitur de idolo, cum hac uoce optime concordet.

HENILI *cultus.*

[bb] Omnium apertisfime idolum *Ditmarus lib VII. Chron Merf. p.* 226. *fq.* definit. Cum enim de fpectro differuiffet, mulieri cuidam, fuo tempore fatis infefto, inquit: "Non eft admirandum, quod "in his partibus tale oftendatur prodigium. Nam "habitatores illi raro in ecclefiam uenientes, de "fuorum uifitatione cuftodum nil curant: dome"fticos colunt deos, multumque prodeffe eosdem "fperantes, his immolant. Audiui de quodem baculo, in cuius fummitate manus erat, unum in "fe ferreum tenens circulum, qui e paftore illius "uillae, in qua is fuerat, per omnes domos has fin"gulariter ductus in primo introitu a portitore fuo "fic falutaretur: *Vegila Henil, uigila.* Sic enim ru"ftica uocabatur lingua, et epulantes ibi delicate "de eiusdem fe tueri cuftodia ftulti eutumabent. Et hactenus *Ditmarus*, in reliquis enim fcripturibus nihil eius inuenimus.

CIZA *mammillarum dea an Ifidis loco? eius munia.*

[cc] *Cic* (Germ. *Ziz*) Slauorum lingue *mammillas* notat: Deam itaque mammillatum *Cizam* interpretamur. Nam *Ifidis* loco, de qua *Plutarchus*, *Lucianus* aliique, Slauis *Cizam* fuiffe, munia eius comprobant; quae eo tendebant fingula, ut foecunditatem in omni animantium genere promoueret et parturientium maxime fubleuaret labores. Quorfum *Albini* teftimonium p. 154. pertinet; qui quidem *Cizam* a Cerere dictam effe putat; mox tamen addit; Ciza, id eft, mammofa quafi altrix. "Eine "Ernehrerin aller Ding. Von welchen Nahmen "etliche das Ziftkraut, darauff in der Marck und bey "dem Laufizern uiel gehalten wird, her deriuiren, "gleichwie uon *Ifide* das Kraut Ifenharr. haec Albinus."

CIZAE *fedes*

[dd] *Brottuffius lib. II. Chronic. Merf.* p. 565. Zizam a *Zittone* principe ac conditore fuo dictam effe exiftimat. De qua tamen origine *Ioh. Ganzau Bononienfis in Chron. p.* 348 ante cum admodum ambigit, qui *Zizam a quodam fortasfis Zittone* dictam effe, dubius omnino pronuntiat.

an urbi Cizae nomen dedit?

Nobis Ziza Dea oppido nomen dediffe, uidetur: cum, quod ibi eius idolum ftetiffe fciamus; tum uero Numburgenfis Epifcopi, pariter mammularum praefules, id eft, Zizae urbis dicantur Quae coniectura *Cnauthii* quoque eft p. 296. l. c.

CIZAE *interitus.*

[ee] Carolus M. imperator cum conditor epifcoporus Cizenfis fit, iuxta *Brottuffium lib.* I. *c.* 18. et *Albinum c. IX. p.* 142. Cizam idolum deftruxerit quoque ac deleuerit oportet. Coarguendi propterea illi funt, qui idem Henricum Aucupem praeftitiffe demum exiftimant. In quorum numero preoter meritum *a Cnauthio Ditmarus* habetur, cum nihil eius rei apud auctorem, quantum uidere potui, extet.

MARZANA *feminam homicidam notat.*

[ff] *Morze* Polonis *interficere* eft; pro quo Slaui *Meriti* dicunt, Germani *morden*. Marzana ergo (rectius *Marzawa*, uel Marzaua) *feminam homicidam* notet, *eine Mörderin*.

mors fubftantia credita.

Mortem enim fubftantiam effe mifera gens credidit, quam precibus ac facris arcere e fe facile poffet, ne immaturo obitu ab ea obrueretur. Qua in fuperftitione, qui praeterea ex ethnicis fuerint *Voff. de Idol. lib.* I. *c.* 19. *et lib. IX. c.* 39. tradit. Et plures fane extiterunt, qui mortem fiue aerem peftilentisfimum effe, fiue beftiam mordacem exiftimarunt. Hinc ipfam mortem e mordendo quidam dixere, quo de Critici. Illud uero commentum hodienum defendere, Chriftiano philofopho longe indignisfimum eft. Pudet turpisfimi erroris, quo anonymus quis mortem *uermiculum* effe in epiftole Francofurti 1650. edita afferuit: quem iure meritoque *Wagnerus* peculiari difpu-

§. XXIX. superstitio Polonis, Silesiis, Lusatis, Misnensibus aliisque fuit: a *Miesco* Polonorum rege seculo X. maxime sublata [gg].

SIWA *Raceburgensium dea.*

§. XXIX. Sivva Raceburgensium Dea fuit [bb], a *Siwa*, quod Slauis *uitalem* notat, dicta [ii]. Haec *Cereris* imagine pingebatur [ll], quam Henricus Leo demum deleuisse creditur; templo in istius locum, ad seculi XII. exitum magnifice exstructo [mm].

§. XXX. DEAE LVITICIORVM.

§. XXX. Ditmarus, Saxonum imperatorum seculi X. scriptor, Dearum quarundam mentionem facit, quas Lusatii in bellis ac praeliis secum habuerunt, uexillis cum artificio intextas. Cum uero de earum nominibus nihil porro commemoret auctor, nec suppleri historia ex aliis facile queat, in huius unico testimonio acquiescendum est [nn].

a

L l 3 §. XXXI.

---

disputatione perstrinxit, cui titulus *Mors Mortua* est, Vitembergae aliquoties recusa. Sed in uiam redeundum et quam tenaciter Slaui cultum *Marzanae* tenuerint, demonstrandum est. Errat uero *Cromerus*, qui *lib.* III. *de Reb. Gest. Polon. Marzanam* cum *Cerere*, aut *Ziza* Slauorum confundit. Nec melior eo *Vossius de idol. lib.* 1. *c.* 39. est, quando pro *Venere Marzanam* Slauis fuisse existimat. Vterque enim sibi ipse in ritibus ac ceremoniis, huic Deae tributis, quas lugubri pompa absoluit, aduersatur. Et quam aperte ipsa, quae in hunc usque diem in Lusatia *Marzanae* consuetudo uiget, Cereri ac Veneri Deabus repugnat. Dominica enim *Laetare* idolum stramineum, quod altera manu scopas tenet, altera falcem foenariam gestat, ac albi coloris ueste tegitur, in perticae fastigio circumferunt, luctuoso uestimenti genere amictae mulieres. Hoc postea inter cantus lugubres ac eiulationes, uariis inter uiam contumeliis agunt, lutoque conspergunt, ac extra fines tandem suae regionis positum discerpunt ac dilaniant. Domum uero reuersae mulieres conuiuia celebrant, totum diem istis consumentes. Quem ritum et suo tempore obseruarunt *Matth. de Mechouia lib. II. Chron. Polon. c.* 2. *Alex. Guagninus Chron Pol. de Miescone Schneid. Chron. Lips. L. IV. p.* 143. et qui hos citat *Arnold. ad Ross. c.* 8. *p.* 116. *seqq.*

MARZANAE *cultus.*

MARZANAE *destructio,*

[gg] Destructum idolum seculo X. a *Mieslao* seu *Miesco* Polonorum rege est. Cum enim maximam partem Poloni ad fidem tunc Christianam perducerentur, in desuetudinem haec superstitio abiit, ipsaque idola die VII. Martii, ad annum Ch. n. 965. Dominica *Laetare*, iubente ac imperante *Mieslao*, in cineres cremata partim et in flumen praecipitata; partim ex altissimis locis deiecta et nullis non contumeliis acta sunt. In cuius rei memoriam diem hunc *atrum dominicum* appellant, ipsasque ceremonias, siue superstitionis, siue contumeliae causa in pristinos deastros suos, ad hunc diem usque solenni ritu repetunt. uid. *Curaeus in Annal. Siles. p.* 31. *et Guagninus l. c.* Alios uero huius generis ritus *Arnoldus* addit *c.* 8. *p.* 118. auctor saepius a nobis citatus.

eius anniuersaria memoria.

SIWA *Polaborum Dea.*

[bb] Polaborum Deam, hoc est, Racenburgensium, inprimis *Siuuam* fuisse *Helmold. lib. I. c.* 52. §. 2. autor est. Quo ergo hic fundamento *Brotuffius lib. I. c.* 3. *p.* 46. *Chron. Merseburg* nitatur; qui eandem Nordalbingorum facit, quae *Oldenburgi* (o nunc Lubeca dicitur, teste *Woltera Chronic. Bremens. p.* 44. *Tom. II.* Scriptor. Germ. Meibomii) culta fuerit; equidem nescio. Quem tamen citra ulteriorem inuestigationem sequitur *Albinus Chronic. Misnens. tit. XI. p.* 150. Sub *Polabis* enim minime Nordalbingos intelligit Helmoldus, quo nomine solus *Sturmarios*, *Holsatos et Thetmarsos* complectitur *lib. I. Chron. c. XLVII. p.* 114. §. 2. licet aliis in scriptoribus *Polabos* nonnunquam *Nordalbingos*, uel Lubecenses esse largiamur.

Oldenburgum hodie Lubeca.

Polabi qui?

SIWAE *uox unde nata?*

[ii] Vnde nata *Siwae Deae* uox sit, auctoribus non adeo constat. Schedius a ueritate mihi nimis abire uidetur, quando ad eius originem repetendam *Syn.* III. c. IX. p. 457. ita differit: "Syebam "hanc puto corrupta uoce dictam esse, alias Sym"bollam. Argumento est, quod a Polabis seu He"rulis culta fuerit; et ipsa mater totius regiae pro"sapiae principum Vandaliae et Megalispoleos, cui "posteri tanquam magnae matri gratificaturi in "perpetuam memoriam stelam dedicarunt. Fuit "filia Sitaleis regis Gothorum, Anthyrio Magno "nupta." Sed ob multas causas haec nobis origo subiestae fidei uidetur. Primum enim Anthyrium, quem sub Alexandro Magno militasse dicunt, Obotritorum primum principem fuisse, plures dubitant, de quibus *Bangert in Helm. p.* 35. *columna* 1. *sub. fin.* agit, cum quo confer, quae supra attulimus. Deinceps a *Symbulla Syeba* quam longissime obest et longius, si cum Helmoldo et reliquis *Siwa* exprimimus; imo de re ipsa altum apud scriptores silentium est, hinc iure meritoque ab illo hic facimus discessum. Veriores illi nobis uidentur, qui Slauicam uocem etiamnum usitatam *Siwa*, hoc est, *uitalem* huc trahunt, quod idolo ac scripturae quam aptissime conuenit. Vitae enim et frugalitatis mater Raceburgensibus fuit, quod figura eius indicat apertius.

Anthyrius an primus Obotritorum? princeps?

SIWA *uitae mater.*

SIWAE *uera,*

[ll] Idolum enim sic describitur a *Bangerto p.* 127. *in Helmoldum:* stabat illa utraque manu intergum reiecta, altera uuam cum folio uiridi, pomum aureum altera tenens. Capilli per tergum ad poplites usque fluebant. Eodem modo *Schedius Syn.* III. c. IX. p. 487. describit; qui tamen de cultu eius adddit: "Hanc uenerabantur summo honore, ei"que uti et Radagasio uariis ritibus sacrificabant. "Congregabantur enim tam uiri, quam feminae, "una cum iuuenibus, et Diis hisce immolabant bo"ues et oues: Christianos etiam, quorum sanguine "delectari statuas illas Hierophantae praedicabant. "Mactatis hostiis sanguinem mystae libabant, quo "paratiores et habiliores essent ad uaticinandum. "Finito sacrificio populus ad comedendum et bi"bendum conuertebatur." Vellem hic Schedius auctorem ex ueteribus nominasset, mihi enim ex aliorum Deorum ritibus haec compilasse hactenus uidetur; cum omnia Helmoldus aliis quoque deastris tribuat.

cultus.

[mm] *Vicelinum* Lubecensem episcopum, qui circa annum 1150. coetum diuinum moderatus est, idolum *Siwae* deleuisse *Brotuffius l. c.* uult, cui equidem non refragamur, quippe in uariis locis uerbum domini disseminasse illum *Alberti Crummedyki chronicon Lubecense* a Meibomio Tom. II. Scriptor. Germ. p. 389. editum, ad an. M. C. LII. testatur. Neque dissentiunt ab illo, qui Henricum Leonem destruxisse idolum, atque aedem sacram isthuc, ubi steterit Dea, splendide extruxisse, existimant; qua in sententia *Bangertus et Arnoldus* sunt l. c. Henricus enim Leo sub idem tempus uixit et Vicelino episcopo in capite religionis subinde usus est. uid. *Helmold. lib. I.* capitibus diuersis. Quando uero templum extrui coepit, tunc satis iam concesserat Vicelinus. Sub finem enim uitae suae Henricum ad templa hinc inde erigenda multos demum sumptus fecisse *Arnoldus lib. IV. c. XX. p.* 419. §. 5. *in continuatione Helmoldi* tradit.

SIWAE *destructio utrum a Vicelino facta?*

an ab Henrico Leone?

[nn] Luiticios hic Lusatos esse *Manl. de Reb. Lusat. lib.* I. MSC. testatur; neque uerba Ditmari

Luiticii an Lusati?

quae

§. XXXI. PRONO PROVE *Wagriorum deaster. figura,*

§. XXXI. Magna in ueneratione apud Wagrios *Prono*, aliis *Proue*, deaster fuit (*oo*). Quem *agriculturae* patrocinium sustinuisse e nomine inprimis coniector [*pp*]. Virili ceterum forma in columna stabat, corona caput redimitus, oblongis atque erectis auribus. Dextra uomerem gestabat, hastam sinistra manu cum uexillo tenens, ac ocreas pedibus indutus [*qq*]. Ei singularis sacerdos erat, qui *Miche* dicebatur, atque luci curam, deastro dicati, gerebat [*rr*]. Sublata uero haec superstitio a Geroldo Altenburgensi episcopo sec. XII. dicitur, luco propriis ab eodem manibus exciso [*ss*].

§. XXXI. *sacerdos, destructio.*

OPVSC.

---

quae *lib.* VII. *Chron. p.* 223. extant, aliter uolunt: "Luiticii redeuntes irati dedecus Deae fuimet illa"tum, queruntur. Nam haec in uexillis forma"ta a quodam Hermanni Marchionis socio lapide n"no traiecta est: et dum hoc ministri eius impe"ratori dolenter retulissent; ad emendationem "XII. talenta perceperunt. Et cum iuxta Wor"zin ciuitatem, Mildam nimis effusam transire "uoluissent, deam egregio L. militum comita"tu alteram perdideruot. Tam malo omine "residoi domum uenientes, a seruitio Caesaris "se malorum instinctu abalienare nituntur. "Sed habito post communi fuimet placito a pri"oribus suis conuertuntur;" haec ille. Plura enim non inueni, neque apud alios auctores harum Dearum memoriam fieri memini. Rarum enim exemplum, quando sequior sexus fortitudinis ac roboris uim largiri militibus, a Luiticis iuxta Ditmarum credebatur. Sed nihil tamen noui apud Germanos est, qui non ante praeliis decertabant, quam matres familias in consilium adhibuerant, an committendae sint acies, de quibus erudite *Schedius* egit de *DIs Germ. Syn.* II. *c.* XLIII. *p.* 430. *sqq.* cum quibus *Cluuerus* quoque conferri meretur *lib. I. in German. antiqua* et alibi passim. Sacrarum item mulierum consilia, iussa, responsa et omina plurimum apud Celtas ualuisse *Marc Zuerius Boxbornius in originibus Gallic. c.* 2. &c. erudite demonstrat. Causam huius rei inuenies apud *Tacitum* inprimis de M. G. ubi confer, quae inter alios interpretes *Magnif. Kirchmaierus* in haec loca animaduertit.

Germani sacrarum mulierum consilia secuti.

PRONO *Altenburgensis terrae Deus, eius sedes Altenburgum.*

[*oo*] Helmoldus Deastri huius aliquoties mentionem facit. Quem *lib. I. c.* 52. *p.* 125. §. 2. *Altenburgensis terrae Deum* dicit. Quod idem *lib. I. c.* 69. *p* 160. §. 15. *et c.* 83. *p.* 185 §. 7. repetit. Cum ecto inter principes Wagriorum urbes *Altenburgum* fuerit, nullum est dubium, quin in tota eorum regione huius quoque deastri cultus fuerit, quamuis in sola Altenburgo urbe eius steterit idolum; id quod et in aliis Slauorum idolis animaduertimus. Et Wagriorum deaster a *Bangerto* dicitur *pag* 126. *in Helmoldum.* Celebratissimam enim eius superstitionem fuisse, indicata modo Helmoldi loco satis superque testantur.

PRONO PROVE, *diuersa eius scriptura,*

[*pp*] In scriptura hic admodum discrepant auctores, magisque in origine quaerenda dissentiunt. *Bangertus l. c.* de hac uoce ita differit: *Nomen idoli dupliciter effertur;* Prone et Prono. *Prior lectio est in MSC: altera in chronico antiquo Saxoniae. Priorem confirmat nomen uici in Wagria, ubi idolum eius in luco stetit, qui uicus ab illo Proueeaw in hunc usque diem dicitur.* Sed ipse haetet Bangertus, cum unde uox orta sit, nesciat Slauicae linguae ignarus, quanquam *Prone* scribendum esse, statuere uideatur. Ceterum de natalibus uocabuli multa afferuntur, alii a *probando* Germanorum *etwas probiren*, id est explorare rem, dictam *Prone* ab initio esse existimant. Cuius officium ac munus fuerit in ueritatem ac falsitatem rerum inquirere, quorsum etiam ferrum, quod manu tenebat idolum, referunt et *probationis* dicunt, *ein Proueisen* uid. *Bangertus d. l. Cranzius* uero apud Schedium a Graeco

origo falsa,

πρόνοια deducit, quod Dei prouidentia moodus regatur. Sed hunc ipse refutat *Syn. ult. c. XI. p.* 511. ubi ita ait: *potius, prout coniicimus, Brennus erit rex antiquae Germaniae, cui posteri statuam erexere et templum dicarunt in perpetuam memoriam; quam deinde ignara et stupida plebecula pro Brenno Prono dixit.* Sed fallitur *Schedius*, quid enim Germani cum Venedis? et quis Slauorum deastros Germanorum heroes, iuratos hostes fuisse nisi contra omnes historicos asserat? Illis igitur haec etyma digna saltem sunt, qui Slauicae linguae indocti inanibus coniecturis quid assequi uoluerunt, quam uero aberrauerint semper, hactenus indicatum est. Nobis *Prono* a Slauorum *Brone* nomen uenisse credibile uidetur; ea uero uoce quicquid ad agriculturam pertinet comprehendunt. Et hoc modo uomerem idoli, ocreas, coronam, ac aures assumimus, uti nunc porro constabit.

uera a Brone.

PRONO *figura.*

[*qq*] Ipsum idolum et figuram eius *Bangertus* p. 126. exhibet, a quo *Arnoldus p.* 158. repetit. Vultus eius ibi rugis contrahitur, totum corpus incultum plane et asperum est, ac ita ubiuis deforme, ut agrestem et rusticum hominem bene penitus sistere uideatur. Vomerem hinc, quem dextra tenet, non probationis esse, quo ferro candido in ueritatem inquisiuerint Slaui, uti cum aliis *Bangertus* p. 189. uult, sed signum fui, quod habebat muneris inter agricolas existimamus, uti modo indicatum est. Coronam deinceps messem decere, quae agrorum deliciae serta ac coronae dicitur, quam notissimum est. Aures uero siue bouis siue asini dicam, agricolarum labores optime referunt. Ipsa deinceps hasta homini agresti conuenit, qua bestias ab agris arcere, aut alia se ratione contra hostes tueri ualeat. De quibus *Helmoldus, Cranzius*, *Bangertus, Schedius, Arnaldus*, aliique conferantur.

PRONO *sacrificulus Miche dictus.*

[*rr*] Sacrificulum huius deastri peculiare a munere suo nomeo habebat, de quo ita *Helmoldus lib. I. c.* 69. *p.* 160. §. 15. *nomen flaminis qui praeerat superstitioni eorum, erat Mike.* Schedio *Miche* scribitur. Vnde uox ipsa prouenerit, non certo constat; in Lusatia hodienum *Miche* monachum dicunt, quod an huc pertineat non curo.

PRONO *destructio.*

[*ss*] De destructione idoli ita loquitur *Schedius* l. c. *Geroldus Episcopus Altenburgensis idolum subuertit, lucum et nemus illi dicatum proprio manu excidit et combussit.* Sed cum nulla ueterum scriptorum nitatur auctoritate Schedius, merito de re ipsa dubitamus. *Vicelinus* enim iam Altenburgi aras ac focos ueri Dei instituit, ipseque episcopatus ab Ottonis M. floruit temporibus, uti inter alios Chronicon Lubecense apud *Meibomium Tom. II. rerum Germanic. p.* 395. habet, *Geroldus* uero M. C. LVIII. ad episcopatum peruenit, *Vicelino* surrogatus. Si uero *Prono* idolum Lubecae quoque stetit, uti quosdam uelle Bangertus indicat, Geroldum, qui Henrici Leonis suffragio Altenburgensem episcopatum Lubecam transtulit, iam tum florentissimam urbem, cum primus ibi episcopus factus esset, templis ac sacris aedibus ornasse episcopatum et omnes superstitionis reliquias penitus deleuisse, aliquanto cum ueritate consentit

Altenburgensis episcopatus Lubecam translatus.

OPVSCVLVM XIII.

HALARVM

Nobilis ac Liberae

S. ROMANI IMPERII CIVITATIS

ENCOMIVM,

In Gymnaſio patrio ſcriptum et publice
in Doctorum Panegyri recitatum
anno CIƆIƆCLXXXIIX.

Inclytae ac Liberae

IMPERIALIS SVEVO-HALENSIS REIPVBLICAE
ANTISTITIBVS LAVDATISSIMIS,

VIRIS

Magnificis, Strenuis, Nobiliſſimis, Conſultiſſimis, Ampliſſimis, Prudentiſſimis,

DNO. IOANNI FRIDERICO WIBELIO, I. V. L.
DNO. IOANNI PETRO HEZELIO,
DNO. IOANNI CASPARO GLOCKIO,
DNO. LAVRENTIO DRECHSLERO,
DNO. IOANNI NICOLAO SCHRAGMVLLERO,
I. V. L.

CONSVLIBVS, QVINQVE-VIRIS,

Reliquisque SENATVS Interioris ASSESSORIBVS
Grauisſimis, Spectatisſimis.

VT ET

Maxime Reuerendo, Ampliſſimo et Excellentiſſimo

VIRO

DNO. M. GEORGIO BERNHARDO WIBELIO,
In Summo D. Michaëlis Templo Eccleſiaſtae, Reu. Capituli
Decano, Conſiſtoriali et Conſilii Scholarcharum Aſſeſſori
Venerabili, Meritisſimo,

DOMINIS, PATRONIS ET PROMOTORIBVS MEIS
humillime colendis,

Exercitium hoc iuuenile

in gratiſſimi animi monumentum, ſuique ulteriorem commendationem,

ſubmiſſe

AVCTOR.

MA-

MAGNIFICI, NOBILISSIMI, MAXIME REVERENDE, ET AMPLISSIMI VIRI,

Vulgaris est, nec inepta tamen similitudo, qua scholae bene constitutae cum hortorum amoenitatibus conferuntur. Vt enim plantae uarietate, raritate, bonitate, pulchritudine ac usu praestantes hortum maxime exornant; sic et schola disci-pulorum non copia magis, quam pietate, moribus et studio celebris redditur. Cum autem hortus laetissimam plantarum pulchritudinem seduli-tati inprimis, labori, curae hortulani debeat, qui omnes herbas, flores, arbores, apte et naturae cuiusque conuenienter tractare, suo quaeque tempore scite serere, purgare, effodere, transferre, nutrire, rigare nouit; haud minus iuuentus dexteritate informatur praeceptorum, qui tenella ingenia alias blandius ac uerbis, alias durius ac uerberibus tractant, praua corrigunt, mala eradicant, bona instillant, eaque idonea reddunt, opportuno uti tempore ad altiores classes transferantur, donec post longam ac fidelem operam uarios edere fructus, ecclesiae et reipublicae utiles ac salutares, incipiant. Magnis itaque laudibus ferendi sunt magistratuum illi, qui scholas liberaliter instituunt primum et institutas gratiose fouent. Quod et Vos facitis, PATRIAE PATRES laudatissimi, qui liberalibus sumptibus non tantum praeceptores et professores, in DEI gloriam, Musarumque emolumentum alitis; uerum etiam bonarum artium studiosos stipendiis benigne cumulatis, ut, quemadmodum in horto plantae laetificatae non steriles manent, sed uariis fructuum generibus hortulanum, uel horti dominum recreant, laboremque sibi tributum compensant; sic et ingenia probiora publicae beneficentiae imbre foecundata, uberrimos olim doctrinae ac uirtutis proferant fructus. Hanc curam et mihi praecipuam esse debere, merito agnosco, qui tot tantisque beneficiis a multo tempore publice sum affectus, ut illis recensendis imparem me esse ultro agnoscam: tantum abest, ut pro dignitate uel laudare, uel compensare me unquam posse confidam. Sane ut reliqua, chartae quoque angustiis prohibitus, nunc taceam, in schola Vestra me institui, in contubernio Vestro nutriri, et in hoc inspectoris gerere munus, beneuole dignitati estis et super haec studiis meis promouendis subsidium nummarium gratiose promisistis. Qua spe erectus, non potui, quin praesens hocce ἐγχείρημα et specimen profectus mei iuuenilis ad pedes Vestros humillime deponerem. HALAE quidem meae longe illustrius encomium, oratoremque disertiorem merebantur. Sed permittetis, id quod maxime oro, ut hoc ad Vestras laudes accedat, quod etiam mediocria hominum minimorum officia atque studia non aspernamini, nec amplitudine, sed affectu, dona metiri consueueritis. Ego quidem ut pius gratusque sim, temerarius esse cogor et, quia maius non habeo, ne officii mei negligens existimer, leuidenses has pagellas offerre. Accipite has, o PATRIAE Fulgentissima Sidera, accipite deuotissimum pectoris mei cultum, quo Vos prosequor ac solita me complecti beneuolentia non desinite. Voti summa mei est, ut et annum hunc diuino munere feliciter inchoatum, felicius transigatis, ac felicissime finiatis et per secuturos quam plurimos omni decore, omni laude cumulati, uiuatis, in decus seculi perenne, salutem atque gloriam patriae summam. DEVS OPTIMVS MAXIMVS VOS diutissime seruet, ornet, coronet! Sic studia mea, patris cura et sollicitudine orbata, VOBIS Parentibus, VOBIS Tutoribus florebunt, uigebunt, nec ego pro VESTRA VESTRORVMQVE salute precari unquam cessabo

V. V. V.

MAGNIF. NOBILISS. MAX. REVEREND.
AMPLISS. NOMINVM

humillimus cliens
I. P. LVDWIG.

Cum

Caussa opusculi iuuenilis patriae obligatio.

CVm decreuissem aliquod declamandi exercitium instituere, a dulci patria mea exordiendum mihi maxime credidi, quod et hoc aetati meae esset aptissimum et beneficiis multis ab ea et exhibitis adhuc et porro (ita me spes tenet) exhibendis conuenientissimum. Iure enim ingrati mihi hominis notam inuri posse arbitrabar, si almae matris, cui me ipsum debeo, quae aliquot per annos me sinu suo fouit, bonis litteris instituit, beneficiaque alia innumerabilia in me contulit, iustum encomium sicco quasi silentii pede praeterirem, illiusque beneficia e memoria mea sinerem elabi. Sed uereor, charissima mater Hala, uereor, dum laudare te aggredior, ne ingenii mei tenuitatem atque inopiam magis sim proditurus, quam dignis te laudibus euecturus. In debitae tamen pietatis et grati animi testimonium de laudibus tuis agere tentabo, quam strictissime, prouerbio illo uulgari innixus:

Vt desint uires, tamen est laudanda uoluntas,

Hac ego contentos auguror esse Deos.

Tabularii Halensis iactura an. 1346.

Sebastianus Münsterus in opere suo cosmographico quam saepissime de ueterum Germanorum in annotandis rebus gestis incuria ac socordia conquestus, hinc fieri ait, ut praeclarissima non Germanorum tantum facinora, sed et plerarumque urbium origines certae et indubitatae nobis lateant. Quamuis autem et nobis Halae nostrae strui primum coeptae tempus sit incertum, ignorantiae tamen huius caussam hodie non tam ueterum negligentiae, quam insigni calamitati, quae ante aliquot secula urbem hanc, anno nimirum 1346. misere afflixit, tribuere debemus, cum haud simus nescientes, illam saeua incendii rabie ferme uniuersam tunc esse absumptam. A quo tempore crebrioribus, cum inundationibus, tum incendiis plurimum detrimenti accepit.

Incendium funestum urbis 1680.

Et exstant adhucdum heu nimis lachrymosa incendii saeuissimi uestigia, quod anno 1680. ui fulminis coelo delapsi exortum, toti urbi exitium et uastitatem minari uidebatur. Eo sane domus plurimae satis alioqui firmae et nitidae, turres, horrea euersa ac pessundata, officina quoque typographica destructa est. Nec uires humanae aduersus uiolentiam quicquam ualuissent, nisi singulari DEI commiserantis beneficio, uentus subito conuersus, suppetias nobis tulisset. Etsi uero aedificia bonam partem conflato aere alieno sunt resuscitata, miserabilem tamen illam calamitatem multi ciues nostri maximo suo damno hodieque deplorant, tanto iustius, quanto minus rerum suarum uelocitati furentis flammae iis licuit praeripere. Heu quantum praestantissimi uini, quantum selectissimi farris, siliginis, auenae, quantum uariae supellectilis pestis illa absumpsit! In cineres redacta tunc etiam caupona, Solis insigni admodum celebris, quae multis illustribus personis hospitium saepe praebuit, nec paruum patriae ornamentum extitit.

Natales circa an. 1050.

Esse uero hanc unam ex uetustissimis totius Sueuiae oppidis, septem castellorum, uulgo *der sieben Bürgen Thürn* antiquitas arguit et ante sexcentos et longe amplius annos illam esse fundatam, haud absurde creditur. Halae uero appellationem a uocabulo Graeco ἅλς, quod latinis salem notat, nemini obscuram esse puto.

occasio salinae,

Fama est, fuisse his locis salsam et foetidam ab initio lacunam, in conualle lignosa, latronum et praedonum non paruo numero infesta, ad quam multae ferae de salsilagine hausturae se congregarint;

quae describuntur.

uenatores ergo frequentes ferarum ad lacunam accessus obseruantes, salsugine degustata, salis crudo quidem modo excoquendi periculum fecisse, donec tandem experientia meliorem illos rationem docuerit. Hodie quidem salis nostri excoctio hoc ferme modo perficitur: E salinis profundissimis hausta aqua salsa et per uarios ligneos canales in salarias officinas distributa, in uasa capacissima e laminis ferreis confecta infunditur, iisque uiginti quatuor horarum spatio, peculiari fermento, quod *das Gewöhr* appellant, et ouo gallinaceo adhibitis, beneficio ignis sic coquitur, ut in candidissimi coloris salem condensetur.

Primordia die Siebenburgen.

Sed ut ad urbis primordia reuertar, nuncio huius rei proximas in regiones perlato, multos aiunt se nobiles huc contulisse, ideoque breui post, alia inter aedificia, septem castella, *die Siebenbürgen* uulgo dicta, condita ac postea aucto aedificiorum numero pagum, qui et hodie nomen priscum *deß Weilers* retinet, effectum esse, donec tandem multis domorum accessionibus in iustae magnitudinis urbem surrexerit.

Clima.

Sita ergo haec urbs nostra est in ea Sueuiae parte, quae Franconiam attingit, in loco uti montoso et syluoso, ita ualde opportuno, ut nec solaribus nimium aestibus subiecta, nec frigoribus nimium borealibus propiuqua, sed temperatiore sub climare sit constituta ad Cocharum amnem, qui hanc urbem mediam interfecat, et situs eius ante inuentas bombardas, ob uicinos montes, ad defensionem tantopere commodus fuit, ut circa illam nec castra locari, nec poliorceticae machinae opportune ordinari ualerent.

Vrbis forma.

Forma oppidi bipenni similis est, portas habet primarias quinque, duas meridiem, totidem septentrionem et unam orientem uersus spectantes. In meditullio uero salina non aliter, quam cor in corpore humano continetur.

partitio.

Diuiditur urbs tres in partes siue oppida, quorum duo Cocharus

A distermiaat; tertium singulari fossa a reliquis est distinctum. Plures etiam circa urbem olim fuerunt arces, familiarum sedes nobilium prope quadraginta, uetustate maiorem partem exesae, uel manu ante hac destructae. Aedificia Halae quidem nostrae sunt utplurimum humilia, lignea, luto fere et calce obducta, tegulis siue lateribus coctis tecta; uetustate tamen ipsa structurae passim commendanda, septem inprimis castella siue arces, *die Sieben-bürgen-Thürn* uetustate memorabiles. Qua-B rum unam, templum nempe Archangelo Michaëli dicatum, Anno 1363. S. Brigitta Sueciae regina, hospitii loco elegisse perhibetur. Quod opus admirabile uti pulchritudine et splendore uix alii cuiquam concedit; ita peregrinos non fine stupore a sui conspectu dimittit; cumque in colle sit exstructum, gradibus 53. conscenditur, cuius artificiosissimam structuram, C claritatemque summam, si quis pro dignitate commendare uelit, aeque excellens orator sit oportet, atque architectus omnibus numeris perfectus ille fuit, cuius artifici manui tam egregiam molem debemus. Pars eius siue aedis anterior decem, posterior duodecim columnis teretibus, spectatuque dignissimis est ornata. Odeum, siue chorus, ut uulgo appellant, admiranda arte structus, caetera totius D Sueuiae, imo Germaniae templa in certamen prouocat. Hinc ad altissimum urbis cliuum ascendenti occurrit granarium, quod nouum aedificium, *den Neuen Bau*, communiter appellamus. Nobilissimi consulis MOSERI, cuius nunquam sine honoris praefatione meminisse conuenit, consilio conditum, magnitudine sua, quam et loci situsque natura plurimum adauget, in morem acropoleos cu-E iusdam insigniter totam urbem exornans et fastigio suo supra reliquas domos emineus. Nec fori praetereundum encomium, inter duo quippe templa, alterum S. Michaëlis, de quo modo nobis actum, alterum uero a discalceatorum monachorum ordine olim dictum, quorum utrumque turrim adiunctam habet, medii. Hae turres sibi inuicem aduersae, egregiis horologiis sunt exornatae, quo-F rum alterum quatuor uersus plagas mundi horas indicat et caput hominis ad singulos sonos os aperientis, claudentisque repraesentat; alterum uero crescentis, decrescentisque phases ostendit lunae. Forum forma quadrata structum, non inuenustis cingitur domibus, quas inter excellit ea, quam Magnificus Dominus Consul WIBELIVS inhabitat. Possem multis etiam uerbis laudare domos reliquas, G nisi compendio utendum mihi scirem. E foro descendenti per gradus lapideos occurrit curia, aedium siue conclauium et numero et commoditate inprimis commendabilis, quamuis externo splendore destituta. Aëre hic locorum libero fruimur ac puro ideoque salubri, cum pestiferae mephites putresque exhalationes salso fumo dispellantur, ita ut pestis et alii morbi acuti rarissime nos infestent, cui tamen malo multas urbes caetera nobilissimas obnoxias esse scimus. Et si quando repentina uis morbi incidat, fine grauiore tamen infectione hinc inde leuiter uagatur. Solum habet fertile, quod omnis generis fructuum quotannis copiam edit satis largam, ut non solum ciuium multitudo se suosque facile tueri posit, sed nonnunquam etiam in annonae caritate aliorum miserae sterilitati suppetias ferre. Cuius rei anno 1517. cum arctior annona passim incidisset, insigne documentum, minorum indigentiae suis opibus subuenientes nostri dederunt. Pascuorum, syluestrium et pratorum irriguorum numero non destituitur, ut nulla re minus, quam pecorum et copia et bonitate, quam et membrorum decentissima proportio et coloris pulchritudo praecipue commendat, laboremus. Agnoscit hanc DEI bonitatem grata mente ciuitas et plurima beneficia in pauperes confert. Cuius rei documenta sunt leprosoria, nosocomia, ptochodochia nostra, in quibus magna hominum senum, inualidorum, mutilorum, orphanorum multitudo sustentatur. In ipsa urbe xenodochium tanto pauperum numero impletum est, ut iis alendis uix sufficiat. In quibus et duodecim Musarum alumni, alias contubernales dicti et discipuli egeni admodum liberaliter habentur, ad id delecti, ut sacros hymnos in templis DEO decantent: quo ex seminario saepius uiri magni et patriae inprimis utiles prodiere. Sed et eleemosynae aliae inter pauperes statis diebus distribuuntur, quas particulatim recensere nimis longum foret. Fluminis uero Cochari beneficio non solum magna lignorum uis e uicinis, Limpurgicis maxime siluis, ad excoquendum salem nobis subuehitur; sed plurima etiam delicatissimorum piscium genera ingenti multitudine producuntur et mola occulta, cui admi aqua non potest, beneficio Cochari agitatur. Sed ut commoditas quaeuis sua fert incommoda secum, ita plurimum sane damni ac detrimenti cum toti urbi, tum maxime salis coctoribus infertur, crebris ac subitis Cochari eluuionibus, quibus ligna ad salem excoquendum parata, ui fluctuum abripiuntur, officinaeque salariae uastantur, quod et hoc anno bis factum non fine dolore recordamur. Balneis gaudet uariis; inprimis autem ferini, ut nostrates appellant, fontis minerales aquas terra ebullientis uirtus medica olim celebrabatur, ut cum multis nominis minime uulgaris thermis contendere posset. Fontes huius urbis uti frequentes admodum; sic dulces,

Templum S. Mich. stupendae operae. *Aedificium nouum der neue Bau.* *Fori amplitudo.* *Aer.* *Salubritas.* *Fertilitas.* *an. 1517. probata.* *Pascua.* *Ptochodochia.* *Contubernium musis dicatum.* *Cocharus lignifer.* *Inundatio.* *Balnea.*

dulces, tamque ad bibendum quam coquendos cibos sunt aptissimi et ingens cisterna in foro lapidea, centum culeos Halenses capere dicitur. Porro si loci amoenitatem aestimare uelis, siue hortorum respicias frequentiam, siue pratorum abundantiam contempleris, siue camporum et agrorum copiam metiaris, siue recessuum atque umbraculorum, nemorumque ac saltuum uirorem consideres, per maiorem anni partem singularis Dei in recreando refocillandoque homine elucescit bonitas.

Tilietum der Vnter-Wahrt.

Vt de reliquis nunc sileam et tilietum quoque nostrum, quam speculam inferiorem prisco nomine uocitamus, locum deambulationibus ciuium accommodatissimum tacitus praeteream, uel ex hoc uno regionis nostrae ueterem praestantiam liceat coniectare,

Pagus Roseti.

quod illius pars Roseti, *deß Rosen-Gartens* appellationem mereri antiquis uisa est, quam hodieque, licet per temporum bellorumque iniurias res non amplius respondeat nomini, retinet.

Cuius praefectus.

Huic praefectus nuper datus est Vir Nobilissimus, Amplissimusque DN. IOHANNES WILHELMVS ENGELHARDVS, reipublicae patriae Senator Prudentissimus, auunculus meus patris loco nunquam non colendus; cuius erga me merita cum longe sint plura maioraque, quam ut digno praedicare illa praeconio ualeam, hoc tamen loco praeterire non debui. Quem si mihi fata uirum seruabunt, (id quod calidissimis usque uotis expeto) non uideo, cur orbitatem meam aegrius ferre debeam.

Incolae.

Sed ut ad incolas perueniam, ciuium Halae nostrae, uti bonam partem salis coctores constituunt; sic reliqui manuariis fere opificiis sunt dediti, in quibus excellit pistura, adeo quidem, ut candidus panis noster apud exteros quoque magnopere laudetur. Poterant eximiae istae dotes, quibus diuina bonitas ciuitatem nostram beauit, quasdam eidem parare opes, nisi et crebriores inundationes et frequentiora incendia, ut dicere praecepi, easdem nobis eriperent et multorum incolarum abundantiam subita egestate permutarent. Id quod accidit etiam superiore bello Germanico tricennali, quod ut multis aliis splendidissimis ciuitatibus, oppidis, arcibus, uicis uel excidium uel paupertatem attulit; ita nostrae quoque patriae perniciosissimum fuit, eamque grauissimo aere alieno sic oppressit, ut ne largissima quidem pacis aureae foecunditas tanto nos onere adhucdum leuare potuerit.

Matriculae imperialis temperamentum 1680.

Qua de causa in querelas uti uerissimas, sic et iustissimas saepe numero erupit laudatissima patria nostra, malorum leuamentum aliquod expetens; neque tamen uoti sui ante facta particeps est, quam Illustre illius Ornamentum, Magnificus Dominus Consul WIBELIVS anno [illegible] in comitiis Ratisponensibus, adductis
A *argumentis grauissimis, tandem, ut nihil frustra moliri solet, obtinuit, ut Sacri Ordines imperii in exigendis collectis de summa Halensium ciuitati antehac imposita bonam partem detrahendam esse decreuerint, id quod et Augustissimus imperator noster LEOPOLDVS postea clementissime ratum esse uoluit, iussit. Quantum hoc nomine WIBELIO suo debeant* HALAE, *grata mente agnoscant, ore grato praedi-*
B *cant omnes, qui sincero patriae amore ducti sibi tributum existimant, quicquid in publicam utilitatem impensum est.*

mores ciuium

Quod ad mores attinet, quibus apud nos uiuitur, ciues sunt modesti, honesti, candidi et boni. De plerisque loquor: nam quis locus in terris, quae regio potest ostendi, ubi non mali semper sint mixti bonis?

salis coctorum.

Laude inprimis digni salis coctores nostri, qui perpetuo labore corporis robur
C acquirunt insigne et ad omnes fortunae truculentioris impressiones a pueris assuefiunt, illi praeprimis, qui incendiorum et eluuionum periculis uel auertendis, uel reprimendis adhibentur, quos a munere suo *Feurer* cognominamus. Caeterum ciues in quinque cohortes diuisi, quotannis a militiae praefecto in campum iaculatorium educti, in armis lustrantur et uariis exercitiorum bellico-
D rum generibus ad subeunda Martis casuum discrimina erudiuntur.

Politia et forma ciuitatis.

Politicae gubernationis forma eiusmodi Halae nostrae utuntur. Post Deum et Caesarem, ciues nostri pro summo magistratu uiginti quatuor senatores agnoscunt, cui consilio duo consules praesident, qui ob urbis in tres partes diuisionem *Stättmeister* appellantur, consulatusque munere per uices anniuersarias funguntur. *Gra-*
E *uissimam, si alias unquam, superiore certe anno iacturam fecit patria, primum quidem seniore consiliario SCHRAGMVLLERO, postea uero utroque consule, intra mensis fere spatium, amissis. Quorum Magnus SEVFFERHELDVS respublicae fasces tanta prudentia per annos complures est moderatus, ut ad tanti nominis memoriam et ciues et exteri ultro assurgerent et omnis aetas illum ceu com-*
F *munem Patriae Patrem suspiceret, eoque incolumi incolumitatem sibi polliceretur. Tantum scilicet heros urbi nostrae attulerat emolumentorum, tantum detrimentorum auerterat, ut meritorum illius magnitudinem dicendo assequi nemo ualeret. In quibus illustre est illud, quod eius auctoritate ac consilio gymnasium hoc est constitutum et ad hunc usque diem liberaliter conseruatum. Nec summis tantum principibus, sed ipsi quoque*
G *Augustissimo imperatori LEOPOLDO uirtus illius innotuit et ad osculum sacrae dextrae ferendum admissa est. LACORNIVS quoque consul tot et tam praeclara pietatis, iustitiae ac prudentiae documenta nobis dederat, ut eum immortalitate dignissimum u-*

niuersi iudicaremus. Quibus rebus factum, ut amborum obitus plurimis lacrymis adhucdum deploremus, nisi quod optimorū successorum praestantia dolorem nostrum haud mediocriter solatur. Loca morte uacua circa ferias Iacobi implentur, nouis electis. Viginti autem quatuor senatores, quorum singuli quotannis ea dignitate se abdicare et nouam expectare electionem tenentur, excipiunt et alia iudicia publica. Ex senatoribus quibusdam constat iudicium tutelare, *das Ober-Vormund-Gericht*, ubi res pupillorum tractantur. Ex senatoribus quibusdam et praetore urbano constituitur quoque iudicium, quod delectorum uocare licet, *das Einiger-Gericht*, quod uersatur circa res ciuiles. Hoc sequitur Noua domus, ut antiquo nomine appellatur, *das neue Hauss*, cui duo senatores praesunt, quibus assident octo salis coctores, qui magistri salis, *Haal-Meister* uocitantur, una cum scriba suo, occupati circa iura antiqua salis coctorum, de quibus multum dissterere prohibet chartulae angustia. Quibus iungimus xenodochianum iudicium, cui praesidet senator assessoribus ciuibus honestioribus. Huic a creditoribus ciuibus contumaces et tardi sistuntur ruricolae. Magnus hic pateret campus, de consulum, de Quinque-uirorum, de senatorum grauitate, prudentia, pietate, uirtutibusque reliquis dicendi, nisi et adulationis suspicio et oris infantia et temporis breuitas me cohiberent. Roscium haec scena poscit. VESTRAS *laudes, Magnifici Domini Consules, WIBELI, HEZELIque, Patroni summi summoque opere colendi, tacitus melius ego uenerabor, quam ut rem uiribus hisce maiorem aggressus turpiter sub onere deficiam. Tuam certe suadam, Tuam prudentiam, Magne WIBELI, Maximus Caesar LEOPOLDVS bis et audiuit et clementissime approbauit. Te dignum esse fatentur omnes, qui beatissimi soceri* SEUFFERHELDI *honores et titulos geras, cuius uirtutes tam acurata imitatione nobis exprimis.* TE *uero Grauissime HEZELI, praeter uirtutes caeteras consularibus fascibus conuenientissimas, pietas et humanitas sic commendant uniuersis, ut iuxta cum* WIBELIO *nostro, amor ac delicium populi Halensis dici omnino merearis. Itaque digni profecto estis, quibus Nestoris ad annos, in respublicae, ecclesiae, et gymnasii nostri salutem* DEVS *uitam extendat, quo salutari Vestro consilio controuersiae legibus aequissimis iuste dirimantur, boni defendantur, mali uero poenis afficiantur, atque sic tota ciuitas optime conseruetur.* Cumque religio praecipuum sit ciuitatis ornamentum, ecclesia in hac religionis ac doctrinae puritate floret et uiget, quam ab omnibus corruptelis in hanc usque diem illibatam conseruauit, idque beneficio fidelissimorum mystarum, uirorum pietate et doctrina clarissimorum; qui multis ab annis gregem suae fidei concreditum laudabiliter rexerunt: inter quos maxime elucet beatae memoriae BRENTIUS noster, Theologus non modo Germania, sed et exteris regionibus celeberrimus. Nostra uero aetate *Tu, maxime reuerende Domine Ecclesiastia et Decane WIBELI, certe parentis mihi loco submisse colende et dexterrime docendo et sanctissime uiuendo, tam praeclare de nobis mereris, ut nemo sit, qui non mecum ex animo optet, ut de nostris clemens Tibi numen adaugeat annos.* Quantum est, quaeso, DEI beneficium, quod singulis diebus, uel sacras audire conciones, in templo non uno, uel litanias ac deprecationes publicas peragere licet? Diebus dominicis in quinque templis homiliae sacrae e suggestu ad populum habentur, ut studiosus uerbi diuini auditor uno die quater in templo summo et bis alibi oracula coelestia audire possit, quum septem uel octo sermones in diuersis aedibus unaquaque dominica recitentur. Quibus accedunt examina catechetica, ad explorandos ac promouendos iuuentutis in articulis fidei ac capitibus religionis Christianae percipiendis, profectus instituta. Pretiosissimum ciuitatis κειμήλιον, dotibus aliis multis longe praeferendum creditur et merito, schola bene constituta, qua in re felicitatem nostram non possumus non agnoscere, qui singulari DEI benignitate gymnasium habemus, in quo magno labore ac fide summa Latinae, Graecae, Hebraicae atque Gallicae linguae fundamenta traduntur, purissima pietatis doctrina studiosissime inculcatur, principia philosophica dexterrime docentur, ut nihil in linguarum expositione, nihil in uerae doctrinae praedicatione, nihil in principiorum philosophicorum euolutione desiderari possit. Gaudet enim rectore gymnasium nostrum Dn. MELCHIORE WENGERO, VIRO, ut uno uerbo complectar, inter philologiae cultores praecipuos haud immerito recensendo. Cui annumerandus D. M. IOHANNES MICHAEL BONHÖFFER conrector, VIR, in quo et insignis eruditio et singularis pietas de palma contendunt. Sed prohibet modestia scholae omnem orationis luxum, cum de laudibus eius agendum est. Dentes uero Theoninos nec meretur nec metuit. Quo fit, ut e numerosissima discipulorum turba prodeant quotannis adolescentes uirtute et ingenio ornatissimi et egregia doctrinae copia instructi, quique in Academiam ablegentur, maxime idonei. Si iam ad res ab auis nostris et nostra memoria singulari et uirtute et prudentia gestas progredi liceret, heu quam diues ad dicendum

Marginalia: *Numeri senatorum.* — *Iudiciorum genera alia.* — *Sacra ciuitatis.* — *elogium antistitis Wibelii.* — *Gymnasium.*

dum seges nobis occurreret! Verum (A) praesens bruma me breuitatis admonet et uela iubet contrahere. Habetis, Auditores omnium ordinum Honoratissimi, quae de Hala nostra dicere constitui, quibus licet plurima alia ex tanta argumenti fertilitate apponi potuissent, malui tamen breuior haberi, quam Vestram audiendi patientiam frigiditate sermonis offendere, aut eruditionis inopi- (B) am meae patefacere. Agnoscant ergo ciues bonitatem hanc diuinam longe maximam, Deoque ardentes pro eadem gratias agant enixe petentes, ut ipse huius urbis Protector, ecclesiae TVTOR, Gymnasii DIRECTOR, et Senatus CONSVLTOR esse ad seros usque nepotes dignetur. Sic Hala nostra plurimum ornata magis atque magis indies uirebit, florebit et copiosissimos pietatis, uirtutis, doctrinae proferet fructus. Quod reliquum est, Auditores omnium ordinum Honoratissimi, humanitati Vestrae, quam mihi, leue artis dicendi tirocinium exhibenti, Vestra audiendi patientia declarastis adhuc, gratias ago quam possum, maximas; DEVM OPTIMVM MAXIMVM ardentissimis compellans suspiriis, ut anni huius reliquias ex animi Vestri sententia effluere, instantemque nouum uobis auspicatissimum iubeat illucescere.

DIXI.

OPVSCVLVM XIV.

COMMENTARIA POLITICA RERVM HALENSIVM S. R. I. LIBERAE VRBIS,

mense April cIↄ Iↄc xcI x.

CAPVT I.

DE NOMINE HALAE PARADOXA.

§. I.

CAP. I. Halae uox idem in Graeca lingua significat ac in Germanica.

FAlluntur iudicio, qui HALAM, praecipuum illud locis Germaniae qui salis feraces sunt et tantum non proprium nomen, in patria nostra existimant ἱλλημίζειν. Quamuis enim ἍΛΑΙ, in glossario CYRILLI, Graecis *salinae* audiant, imo ἅλα expresse legatur apud HESYCHIVM, qui θάλασσαν reddit, quae uox et ipsa pro *salina*, aut quando haec

excipitur uasta circumuallata sagena,

ut uerbis MANILII utar, non raro adhibetur: tantum tamen abest, ut Germanicum uocabulum Graecae originis sit; quantum abest, Graecos ipsos a nostratibus uocem mutuauisse. Stat firmiter animo meo; frustra de antiquitate linguarum certare homines literatos; cum unam omnes aetatem habere uideantur. Quod ne temere asseruisse uidear: breuiter dabo commonstratum. A familia Noachi, ut sacrae paginae fidem faciunt, homines uniuersos ut uitam, ita orationem accepisse, extra dubium est. Eadem igitur cum inter mortales quosque lingua fuerit: unde tanta earum in orbe diuer- (C) sitas facta, operae pretium est, inquisiuisse. Non enim, quod fere omnes faciunt, *Babylonicam confusionem*, in sacro codice notatam, in causa hic habeo; de qua, quid sentiam, quando e re fuerit, exponam in conflictu. Alia mihi mens est, idoneis post rationibus suffulcienda. Vno eodemque usos esse idiomate Noachitas, antequam alii atque alii eorum, patriis sedibus relictis, in peregrinas et (D) longe disitas regiones emigrarunt, facilius est ad credendum, quam ut mea res indigeat probatione. Ast uero quam obrem illi cum regione et linguam mutauerint; ibi demum monitore quodam opus esse uidetur. Et uero tantis locorum interuallis desiectas gentes, in diuersa paulum, uti morum, ita linguae idiomata declinasse, causae plures euincunt.

De origine et diuersitate linguarum, quae nostra opinio?

§. I.

Ratio I.

Primum enim cuiusque coloniae socii (E) sermonem ita formarunt; prout genius, guttur, fauces, dentes, labia, ceteraque organa, haec uero quam diuersa sunt inter homines! apta erant ad facile pronunciandum. Atque hanc pronunciandi ra-

 tio-

CAP. I.

tionem liberi a parentibus ita acceperunt; hodienum cum balba lactante lactentem quoque balbutire exemplis edocemur. Quantam uero pronuntiationis diuersitas ipsi etiam linguae adferat disparitatem, nemo est, qui nequeat intelligere.

Ratio II.

Deinde maior tum atque facilior fuit orationis contortio, quoniam literarum fulcris uocabula carebant, quae remedia dixeris contra idiomatis mutabilitatem.

Ratio III.

Porro antiquissimis istis temporibus ut paucarum rerum usus; ita nec plurium nomina fuerunt. Quod si ergo diuersae coloniae res aut nouiter inuentas, aut nullo eousque nomine insignitas post adpellare debuerunt: qui fieri potuit aliter, quam ut in rebus, in cuiuslibet arbitrio positis, in alias atque alias uoces aliae gentes inciderent?

Ratio IV.

Accedit demum, quod hi ipsi casus idioma linguae Belgicae, ut hoc tantum exemplum afferam, a nostra ita diuersum fecerint; ut rerum ignari pro diuersis linguis, quam unam esse scimus, nunc sint habituri. Praeterea in ipsa urbe, quam describendam nobis proposuimus, idiomatis in uernacula etiam, quod mireris, non parua est dissimilitudo. Moderantur orationem aliter *salinatores*; aliter, qui in parte urbis *transcocherana* habitant; aliter, qui in *cucocherana* habitant; atque inter hos ipsos, uiri alicuius *dignitatis* ab hominibus *plebeis* in sermone non minus diuersi sunt Vt adeo diuersas linguas, ut uox plurimum accipitur, et idiomata diuersa non specie, sed gradibus tantum differre omnino existimem.

Ratio V.

His coniecturis illud tandem magnum robur addit; quod uocabula rerum, quae necessarii et quotidiani usus sunt, in plerisque linguis non ita diuersa compareant, ut ab artis criticae perito nequeant conciliari. Sed neque opus est, extra oleas hic uagari. Quis enim non dixerit? ἅλς, *satz*, *sal* nomine ipso conuenire, in pronuntiatione aliquantum differre. Atque haec una est e uocibus rerum usus quotidiani. Instituerunt catalogos uocum uiri eruditi, illarum maxime, quae in graeca, latina, germanica aliisque linguis a se parum aut nihil distant. In quorum numero HERESBACHIVS, LAZIVS, ALBINVS, IVNIVS, CASAVBONVS, PEISKERVS, RVDBECKIVS ac alii habentur. Hi tamen omnes digitum eo intenderunt, ut unam gentem ex alia oriundam inde adprobarent. Quam opinionem in hactenus dictis satis uidemur redarguisse. Nunc enim in uiam redire nos iubet institutum.

Refelluntur, qui Halam Graecae orig. esse contendunt.

§. II. Atque haec eadem ratio est, quare ἅλς Graecorum, et HALA Germanorum uocabula, de quibus nunc sermo fit, in literis, syllabis, pronuntiatione, significatu etiam nihil inuicem differant. Vt adeo nullum exinde periculum metuendum; nostram a Graeca lingua propterea oriundam dicere. Quod πολυγράφους MVNSTERVM, DRESSERVM, BERTIVM, BRAVNIVM, RITTERVM, ZEILERVM ad unum omnes inconsiderantia quadam, cum series historiae, quid enim in illa Graecis cum Germanis? coniecturam eorum refellat, miror fecisse.

§. II. III.

Germanicae, L. uindicatur.

Cum autem, non foris accersitum HALAE nomen esse constet: quod domi natum sit, illud etiam fidem facit; quod urbibus Germaniae nostrae plurimis in *Suevia*, *Saxonia*, *Hannonia*, *Brabantia*, *Austria*, *Tirolensi* comitatu, regionibus aliis idem dederint maiores nostri. Abhorruisse enim alias a peregrina uoce Germanos, morum ac linguae suae olim tenacissimos, potius crediderim.

Obiection. a Sala fl. etc.

Equidem negari non potest, flumina, fontes, loca salsuginosa alia Germanos etiam appellasse, non mutata nominis, magis usitati, litera initiali. Inde enim SALAE uerbo in Thuringia, Franconia ac alia flumina notata esse WENDELINVS, *Salicus*, in *glossario* tradit: quod aut illa salsilagines praeterlabantur; aut salinae se eis admisceant; aut ipsamet salsa sint; fluuii enim, de quo neutrum dici possit, eius nominis se haud meminisse. Huc quoque facit, quod oppidum, salinis instructum, in regionibus hisce, a Sale etiam SALZAE nomen tulisse sciamus. Et Luneburgensium salinae *die Sultze* et *Sole* (inde in Saxonicis etiam *Dobresol* et *Soleier*) ab incolis istius ciuitatis dicuntur, rarius, ut alibi, das *Hal*. Verum enimuero literae H et S in omnibus fere linguis, (exempla apud *Claud.* DAVSQVIVM uide *Tom. I. Tract. II. Sect. I.*) facile permutantur; quidni et iam in Germanica? Videtur porro, Germanos inter salinas, aquam salsam et tabernas salinarias distinxisse. Illas certe *die Sol* et *Sal* dixisse, modo docuimus: has tamen alio nomine frequentius insigniri, nullo iam opere euincemus.

Halae nominis significatus.

§. III. Sueui loca salinis finitima et quicquid tandem ad rem salinariam pertinet, dicimus *das Hal*; inde in Saxonicis etiam coctores salis audiunt *die Halmeister*, et nostris *das gemeine Hal* in usu est, litera L simplici et syllaba eius producta. Atque ita HALAE *uocem ueterem Germanam esse*, recte arbitratus est CASP. BARTHIVS et ipse *Halensis* [*Lib. IV. c. 2.*]

Inde uox Hala deriuatur.

A quo tamen in aliis non sine ratione iam abimus. Est uox HALLE, duplici liquida, quae atrium amplum Germanis audit (exempla exhibent LINDENBROGIVS, DV FRESNE et SPEELMANNVS in *glossariis*). Ab hac ergo HALAE nomen, cum BARTHIO, uiro summo, dicemus oriundum? Contrarium uidetur; HALAM potius *Hallis* originem dedisse.

Rationes afferti.

Idque primo, quoniam HALA una liquida, primitiuum esse adparet, HALLE uero cum duplici deriuatiuum. Deinde *Hala* magis ui-

cina

CAP. I.

§. IV. V.

cina est coniugatis suis *der Sal Salz*, etc. Post etiam cum Graeco ἅλα, quae uox natiuam originem seruasse uidetur, magis conuenit. Demum latiotis atque eius quidem significatus est HALAE uox, ut occasionem ad HALLAM deriuatiuum formandum uideatur dedisse. Hoc antequam fiat, differentia nominum HALE et HALLE prius nobis constet.

Differunt significatibus Hala et Halla

Quantum coniecturis assequor; HALLE uox (*Halae* quippe significationes iam dedimus) nonnisi *tabernis salinariis* aut *locis*, ubi *sal* aut *coquitur* aut *uenditur*, tributa esse uidetur. Est sane eiusdem idem et hodie usus, quando dicunt nostrates, in der Halle. Atque inde demum HALLE nomen *fori salinarii*, pro foro quocunque; atque *aedes salinarias*, die Hallen (quas sane eo ampliores esse oportuit; quo frequentiora olim commercia salinaria fuerunt, tot nondum salinis inuentis) pro spatiosa domo quacunque, usurpari coepisse existimo. Imo cum salinae inter syluas et uirgulta delitescerent, HALLAE etiam pro locis opacis dici potuerunt. A qua coniectura uidetur multum lucis accedere diuersis significatibus HALLARVM, in citatis supra *glossariis* in unum collectis. Vbi glossariographi alias se mirum torquent.

Vrbs nostra an Hala an Halla aut Hallae scribenda?

§. IV. Vrbem uero unde demum dicemus denominatam? ab HALA, an HALLE. Posterius uult BARTHIVS aliique; nos prius tuebimur. Ita ille §. supr. c. HALLAE *uocantur a Germanis oppida, quae sale coquendo rem faciunt; unde nec benefacere ii cognoscuntur, qui numero singularitatis usurpant eorum oppidorum nomina.* Sane etsi ab HALLE, quod credit uir summus, dicta oppida fuissent; parum tamen inde roboris eius sententiam accipere existimem. HALLA enim in singulari numero apud laudatos GLOSSARIOGRAPHOS passim inuenitur. Iam uero ab *Hala*, una liquida, oppida nomen accepisse uel articulus euincit. Dicimus enim, quando de tali urbe loquimur das Hall: quando de atrio, die Halle. Non igitur solum HALA scribenda in numero singulari: sed etiam una tantum liquida, non duplici HALLA. Quo in errore cum *Barthio* plures uersantur, quos nominare nihil attinet. Ceterum quae *Fel. Faber*, [*lib. I. Hist. Sueuor. p. m. 207.*] *Goropius Becanus* [*lib. II. rer. Francic. c. 42.*] *Adr. Schriekius* (*Rer. Celtic. p. 320.*) aliique pro docenda *Hallarum* origine afferunt, a nostra sententia nos non dimouent; ea autem ut refellantur, parum referret, cum ueriora docuisse uideamur.

Quae urbes Halae, quae Hallae scribendae.

§. V. Constare ex hactenus dictis illud potest, quod, non aliunde, quam a salinis, HALARVM petendae in Germania origines sint. Id uero in nostra urbe peculiaris insuper ratio adprobat. Eam certe tripartitam esse, in tria quasi oppida distinctam, constat. Horum autem uni cum situs ratio nomen dederit *ubermkocher*; alterum uicinus pagus uerbo notauerit *der gelbinger gassen*: tertib demum salinas, quae eidem tantum adiacent, *Halae* nomen indubitatum erit, imposuisse. Quae sane appellatio huic propria et peculiaris est; quamuis ceteris quoque oppidis, quod eodem nunc iure et magistratu utantur, contribuatur. Olim certe neque superiorem oppidi tertii partem HALAM dictam asse, sed nomen a septem castellis *Siebenbürgen* habuisse; inferiori tantum, quod salinis proxima esset, HALAE titulo relicto, testes habemus. Alia uero ratio oppidorum est, quae ab atriis, templis, palatiis, foris simili appellatione insignita sunt. Nam eius generis oppidum non HALAM; sed HALLAM duplici liquida dicendum esse, ex illis, quae supra diximus, potest esse manifestum.

CAPVT II.

DE

ORIGINE VRBIS AC SALINARVM.

CAP. II.

§. I. II.

Quare parum de orig. urb. constet?

§. I.

Testatissima pluribus scriptoribus querela est, Αρχεῖον Halense saeua incendii rabie an. 1376. (CRVSIVS *Annal. Sueu. L. V. part. 3. p. 287.*) fuisse absumtum. Non igitur negligentiae tribuendum, quod monumenta nos deficiant, quae urbis natales edoceant. Dolendum potius, hoc ciuitatis instrumentum intercidisse. Vbi ergo scriptis non licuit, coniecturis usi sunt urbium descriptores.

An Hala Alisum sit Ptolemaei?

§. II. Est Ἄλεισον locus, quem in Germania magna long. XXVIII. latit. LI. gr. cum dimidio habere, docet PTOLEMAEVS [*lib. II. c. XI.*] Eundem hunc cum HALA nostra esse, urbe ab ipso Ptolemaeo notata; uult augurari HEROLDVS (*cap. VI. de Statu Leg. Germ.*) Qua etiam coniectura CRVSIVS, DRESSERVS, RITTERVS, aliique ducuntur.

Affirmant.

Neque ORTELIVS eam redarguit, quod in tanto uiro miror.

Negant. rationes.

Sane HALAM nostram non eo loco sitam esse, quo ἄλεισον a scriptoribus Romanis ponitur, plurima docent. Nostra enim urbs intra XXXIV. gradum long. et XLIX. latitudinis interiecta esse uidetur. Quo ipso in utraque dimensione ab *Alisone* distat. Quamuis nemo mihi persuaserit, *Ptolemaeo* ita cognita fuisse locorum Germaniae interualla, ut peregrini hominis ue-

CAP. II. ueſtigiis pedem inferre debeamus. Deinde *Aliſonem* TACITVS [*lib.II. Annal.c.8.*] caſtellum ad limites cuſtodiendos Romanis fuiſſe, memorat: quod HALAE noſtrae illi tantum ttibuent, qui eius regionis ac ſitus prorſus ignari ſunt. Tandem diuturnam obſidionem ALISONEM pertuliſſe VELLEIVS ſctibit (*lib.II. cap.120. §. 4.*) quod Halae ita conuenit, ut pugnus oculo. Eius enim urbis muri neque firmi adeo ſunt : neque tantam aetatem redolent. Neque minus coniecturae huic DIO [*in Sicambr.*] contradicit, qui ad *Luptae* et *Eliſonis* confluentes idem caſtellum uidetur retuliſſe. Vt taceam, quod nulla in noſtris locis ueſtigia Romanorum in lapidibus, ſepulchris, nummis, aut alibi ſe ptodant. Quae relicta fuiſſe crederem, ſi toties Romani ſalinas noſtras frequentaſſent. Mittimus igitut inconſiderantiam illorum, qui ἄλειτον cum *Hala* confundunt.

An ſalinae noſtrae Romanis innotuerint?

§. III. Grauiori uero cenſura illi digni ſunt, qui, neſcio qua ptoteruitate, noſtras ſalinas Ptolemaeo nominatim memoratas eſſe adſerunt. Sane *Ioh.* HEROLDVS [*de Stat. L. Vet. Germ. c.10.*] et qui eum ſaquitur *Steph.* RITTERVS [*lib. IV. Poligraph.p.463.*] eo audaciae delabuntur; ut alrer de HALA noſtra ad mentem primi ita ſctibat: *Halla creditur, quod ſit* HALLISO (declinat ſcriptio dupliciter a ueto, nam apud *Ptolem.* una liquida, neque aſpero ſed leui ſpiritu uox ſctipta teperitur) *urbs apud Ptolemaeum : ſiquidem ibi etiam fontium ſalſorum ad amnem Cocherum facit mentionem.* Sed cum nihil eius tei apud *Ptolemaeum* extet : fraudis argui poſſe uidentur.

Vbi demum ἄλειον?

§. IV. Ceterum ἀλείσονα VILLANOVANVS, cuius notas in *Ptolemaeum* MSC. poſſidemus, *Haneſtein* putat, quod *Harnſtein* legit *Orteius*, H. IVNIO idem oppidum *Veſalia* eſt. Aliis nonnullis *Heilbronna.* Plures ſententias congeſſit *Phil.* CLVVERIVS [*lib. III. c.9. p.33.*] Ex diſpoſitione ueto *Ptolemaei* incidete prope Rhenum uidetur, fere e regione *Bonnae.* Quam coniecturam et *Tacitus* et *Paterculus* ll. ſupra cc. ſuis deſcriptionibus firmant. Sed tamen ſale opus fuiſſe Romanis, qui tipas Rheni cisthenanas incoluerint, obiiciunt nominati ſcriptores. Quid inde? nonne Butgundia eis patuit, atque Lotharingia? regiones, quae ſale abundant. Et quae demum a genere ad ſpeciem certam conſecutio ?

An urbs a Caracalla condita A. CH. CCVI?

§. V. Sed neque uerior *Ioh.* HEROLDVS (*d.l. c.10.*) in eo eſt; quando CARACALLAM imperatotem et uixiſſe in urbe noſtra, et *circum Romanum in hoc loco effinxiſſe et ludos et munera Germanis, ut rem eis antea non uiſam, edidiſſe*, ex ingenio fingit, non ex literarum docet monumentis. Quo errore CRVSIVM etiam (*lib. III. part. I. p.92.*) duci, miror; cum idem in origi-

A ne urbis ac ſalinarum alio loco (*lib. VII. §. III-VII. part. II. p.225.*) a ſe ipſo poſtea diſſentiat. Sed quis ſibi imponi paſſus fuetit a ſubleſtae fidei ſcriptoribus? ubi hiſtoriae Romanae tacent; neque ulla rem produnt loci monumenta.

Quid de caſu inuentae ſalinae?

§. VI. *Salinas* uero urbi natales dediſſe, extra dubium eſt. Neque enim ad ſecuritatem neque ad commoda uitae alia, quae cauſae ciuitatum ſunt, locus alias B aptus eſſe uidetut, qui montibus, quibus undique cinctus et tantum non ptorſus ſepultus eſt, intetiacet. Latet nos tempus detecti fontis. Contigiſſe tamen, poſtquam religione Chriſtiana imbuta iam regio fuerat, dubio carere uidetur; cum gentiliſmi nulla ibi ueſtigia ſuperſint. Caſum, qui ſalinas inueſtigandi cauſam praebuerit, docere CRVSIVS uult [*Lib. VII. part. 2. cap.5.*] fide *Georgii Widemanni*, cuC ius *Chronicon MSC.* hominibus noſtris in uſu eſt; anilibus tamen fabulamentis paſſim inquinatum. Conuenit cum utroque *anonymus* urbis deſcriptor, quem exhibet LYMNAEVS (*Tom.IV. Iur.Publ. lib. VII.c.24.*) quos ceteri omnes BRAVNIVS, BERTIVS, ZEILERVS aliique ſequuntur. Quibus et ego aſſenſum darem; niſi *feras, lingendo ſalſuginem, uenatores ad ſalinarum notitiam adduxiſſe*, D fabula eſſet, quam in aliis Germaniae ſaliuis deſcribendis non minus nobis apponerent ſcriptores. Quicquid eius rei ſit, id clarum eſt, urbem noſtram a *ſalina, dem Hal*, et natales et nomen accepiſſe. Quo TACITI etiam locus facit, dum inquit de Germanis: *Colunt diſcreti ac diuerſi, ut* FONS, *ut campus et nemus placuit.* Quare pleraſque Germaniae urbes uel a *fluuiis* uel *fontibus* (ut haec noſtra) E uel *campis* uel *ſyluis* nomen accepiſſe, non male putauit PHIL. CLVVERIVS *lib.1. c.13. Germaniae antiquae.*

Quare urbes Germ. a fontibus nominarint?

Quid urbis noſtrae conditum fuerit ab initio?

§. VII. Ceterum illas ſeptem turres, quae nominibus der Siebenbürgen noſtris cognitae hodienum ſunt, pleraeque etiam adhucdum extant, ſi *ſalinarias* forte *caſas* excipias, in ptincipio urbis noſtrae conditas eſſe, exiſtimem. Quoniam earum ſitus, quo multum inuicem diſtant, F ac facies antiquitatem prodere uidentur. TACITVS enim ſtructuram Germanorum ita in memoriam teuocat. Germani, inquit, *uicos locant non in noſtrum morem, connexis et cohaerentibus aediſiciis: ſuo quisque domum ſpatio circumdat, ſiue aduerſus caſus ignis remedium, ſiue inſcitia aedificandi.* Neque hoc tantum coniecturam meam adiuuat : ſed etiam illud, quoniam *Wilera* pagus, qui partem urbis transcocheraG nam facit, poſt ſeptem turres *Siebenbürgen* conditus eſſe uel proptetea uidetur; quod iſta uilla ab *ſalinis* et Cochero amne diſtinguitur et aliquo interuallo ab iis diſtat. Cum e contrario *Siebenbürgen*, a ſalinis non procul abſint. Quae ſane argumen-

CAP. II. menta pluris habeo, quam ut CRUSIO subscribam [*Lib. VII. p. 2. c. 5. Annal. Sueu.*] contrarium prodenti. Quid? quod nomen urbi nostrae antiquissimum illud fuisse, quo *Siebenbürgen* audiuerit, ad mentem nostram scribat BRAUNIUS. Habent hic exemplum, quod ὡς ἐν παρόδῳ notati uelim, recti significatus uocis *bürgen Lexicographi.* Qui sane VEGETII interpretationi [*lib.* IV. *c.* 10.] ex asse respondet. Ceterum has turres *Burgundorum* reliquias crediderim: cum et nomen et sedes genti in Alemannia datae coniecturae fauere uideantur.

Coniectura de aetate urbis. §. IIX. Sed quam urbi tandem nostrae aetatem tribuam, operae pretium existimo, indicasse. Quod antequam facio: *Halae* urbis atque *Sibenburgi* non easdem origines esse, denuo moneo. Hoc enim illam antiquitate multum superare, alibi dedi probatum. Vrbes certe in Germania tempore Carolingorum paucas aut nullas extitisse, CONRINGII assertum est. Neque habeo, quod ei hic opponam. De castellis, uicis, locis, muro non cinctis, alia certe ratio est. Nam eius generis PTOLEMAEUS ultra nonaginta numerauit in Germania. His ergo praestructis, *Siebenburgum* siue *septem* Halae turres QUARTO fere SECULO conditas fuisse, crediderim; quibus alia atque alia post aedificia fuerint adiecta; quae urbis faciem fere poterant praeferre. Muri sero admodum facti uidentur. Cum quod *septem castella* securitati sufficere uiderentur: tum quod per tot montium anfractus et loca accliuia eos ducere sumptuosissimi atque difficillimi operis esset: imo etiam *Wileram*, transcocheranae urbis partem, anno demum cIɔ Iɔ XXVI. muro circumdatam esse, e CRUSIO [*Lib.* XI. *part.* III. *c.* 1.] aliunde constet: tandem uiuum illud sepimentum, die Landheg, quo regio Halensis circumsepta est, eius instar esse potuerit. Sed in uiam reuertor, argumenta tributae antiquitatis *ciuitati* nostrae, excussurus. Atque primo, cum discretae septem illae turres sint; non iis temporibus conditas esse quiuis largietur: u-

Rationes asserti.

bi ars architectonica, quod temporibus Caroli M. et antea factum, in Germaniis prodita est. Qua *domus domum in urbibus extructis debuit contingere.* Deinde cum *Burgundorum* moribus, OROSIO et ISIDORO descriptis, et colendi et incolendi haec ratio, descriptioni *Siebenburgi* nostri prorsus conuenit. Tum *burgi* uox antiquissimis tantum temporibus *turrim* notauit. Postea enim latinam uocem Germani ciuitate et ipsi donarunt, *burgi* uerbo pro arce tantum et castro adhibito. Praeterea salinae locum hominibus celebrem reddere poterant, ut adeo LEHMANNI atque CONRINGII causa urbium in Germania hic standum non sit. Post, ut etiam de republica quid conicêter, seculo IX. fere seruitutum in Germania pleraque genera cessasse, nullam sane coeptam post ea tempora esse, in historia satis clarum est. Cum ergo nostram ciuitatem seruos sibi subiectos habuisse, e reliquiis hodiernis der leibeigenen constet: quis quaeso dubitet? rempublicam ante haec tempora floruisse. Demum formam rerumpublicar. Germaniae TACITUS ita exprimit; ut quamque *nobiles, plebem, seruos* dicat constituisse: ita *Halam* ad pristinum illum morem Germaniae alteram partem *nobiles*, alteram *plebeios* olim rexisse (*uid.* CRUS. *Lib.* IX. *part.* III. *c.* 5.) seruorum instar fuisse *die leibeigenen* existimauero. Denique urbes Germaniae antiquissimas esse, quam equites S. R. I. ut Halam nostram, effecerunt, in historia satis expeditum est. Seculo X. enim mos demum inualuit homines plebeios iussu principis cogere, ut e singulis pagis aliqui rura cum urbibus permutarent. Quae sane omnia magnam urbis antiquitatem arguere, ille intelliget, qui in patria historiae tyrocinia posuit. Ceterum, quae ad describendam urbem, res gestas ciuium notandas aliaque pertinent, scientes omittimus, partim quod a CRUSIO, ZEILERO, LYMNAEO, MUNSTERO, aliisque recte tradita sint; partim quod in controuersiam non ueniant, ut adeo nostris commentariis non indigere uideantur.

CAPUT III.

DE

PRAEROGATIVIS, PRIVILEGIIS AC PRAESTANTIA CIVITATIS HALENSIS.

§. I.

CAP. III. *I. Hala ciuitas nobilium.*

INter praerogatiuas non ultimum locum illam mereri, existimo, qua ciuitatem nostram ab hominibus *nobilibus* et conditam et habitatam esse constat [CRUSIUS *Lib.* IV. *cap.* II. *c.* 5. *Lib.* II. *part.* III. *p.* 97. *et in paralipomen. p.* 62. LYMNAEUS *Lib.* VII. *c.* 24.] Ideo *ciuitas nobilium*, eine adelstadt, ipsa passim audit. Nos exinde etiam urbis antiquitatem superius aestimauimus. Huius coniecturae tantum abest, ut nos hic poeniteat; ut potius testimonio suo eam NITHARDUS magis firmet, qui antiquissimis temporibus urbes *edelingorum* tantum domicilia fuisse [*Lib.* III.]

CAP. III. [*Lib.* III.] scribit. Seculo tamen X. aut post cum alii quoque ex hominibus *plebeis* se in urbem contulissent: et ipsi ad ciuium non solum iura; sed societatem regiminis quoque admissi sunt. Inde *secretiorem senatum* den innern Rath *nobiles* constituerunt; inferioris uero des aeussern membra etiam eius ex *plebe* facta sunt [*MSC. Waltheri apud Limnaeum Lib.* VII. *c. 24. §. 4.*] Sed uero *inferiori* senatu, [cuius, si parua magnis conferre licet, eadem B ratio uidetur fuisse, quam in Anglia parlamenti inferioris des unterhauses] a potissimis negotiis excluso, contra *secretiorem*, qui res alicuius momenti sibi unice arrogare uoluerat, ciues arma ceperunt. Quae dissidia causam legimus dedisse LVDOVICO imperatori, ut per VLRICVM comitem Würtenbergicum sententiam declararet dissidentibus A. cIↄ CCCXL. C qua ad *secretiorem* senatum etiam plebei admissi sunt; una eius parte ex *nobilitate*, altera ex *plebe* sumpta [*Chronicon. MSC. Würtenb. p. 308.*.] Expirasse uero propterea *inferiorem senatum*, LIMNAEO l. c. imposuit *MSC.* cum hodienum uigere sciamus. Illud certum est, segre tulisse nobiles familias, *nobilitatis* iura atque *plebis* ita commixta esse. Quod ergo LIVIVS [*Lib.* II. *c. 44.*] et HALICARNASSEVS [*Lib.* IIX. *p.* 229.] de Romanis scripserunt; id Halen- D sibus accidit, *quod scilicet malum, partim nobilium consiliis; partim patientia plebis sustentatum, iam ad extrema uenerit. Vt duabus ciuitatibus ex una factis; se inuicem suspectus haberent. Contaminari enim sanguinem suum, confundi iura, nobilitas rebatur.* Tantum certe potuit illud dissidium inter Halenses; ut nobiles familiae ex eo tempore alio se conferendi animum sumerent, ubi sarta tectaque nobilitatis E iura essent. Quare, Hala relicta, *Norimbergam*, *Vlmam*, *Augustam* multos nouimus se contulisse [confer. etiam CRVSIVS *part.* III. IX. *c. 16. p. 534.*] Causam maiorum motuum eadem discrimina *nobilitatis* ac *plebis* A. cIↄ Iↄ XII. in urbe dederunt. In qua cum denuo nobiles succumberent, omni spe pristinorum iurium deiecta, iterum a patria nostra eorum non infimam partem legimus emigrasse, [uid. F HEROLDVS, quem exscribit *Crusius Lib. X. part.* III. *p. 546.*] Et sane clementiae OPTIMI NVMINIS unice dandum esse existimo; quod non aliquis finitimorum principum, republica turbis toties concussa, Augustum tum egerit, qui cuncta discordiis ciuilibus fessa nomine principis (*protectoris, aduocati*) sub potestatem receperit. Habet porro ciuitas, quod sibi in simili cum Romanis casu diuersum euen- G tum gratuletur. Ita enim, exacta nobilitate, earundem natalium ciuibus urbs relicta est. Quod cum ad concordiam ciuium ac magistratus, tum eo etiam facit: quod nulli in republica ad maximos iam

A honoris gradus interclusa uia sit. Vt adeo ARISTOTELIS illa ciuium definitio nostris Halensibus apprime conueniat. Dicit enim philosophus, *ciuis est, cui in illa ciuitate, cuius est ciuis, potestas est fungendi magistratu uel deliberatiuo, uel iudiciali.* Quo ipso sane nostra respublica sibi melius constat: ac illae omnes, quae sub duro patriciorum iugo hodieque ingemiscunt. Ceterum cum CONRINGIVS [*dissert. de Ciuib. imp. §. L. LV.*] addubitet, ciuitatibus S. R. I. locum in comitiis tempore Saxonic. imperat. fuisse; cum earum nusquam expresse sit facta mentio: Halae nostrae idem non uidetur obesse. *Multitudinis* sane in eius generis conuentibus rationem habitam, WITEKINDVS [*I. ac II. libris*] tradit. Illa equites S. R. I. intelligit modo laudatus auctor. Quidni ergo copiam hanc nostris fuisse credamus? quos *Halam* diximus olim tantum incoluisse. — §. I. II.

§. II. Crearunt Romani ad ius reddendum *praetores*: ob eandem causam urbibus Germaniae suos *grauiones*, *aduocatos*, *scultetos* [ac *scabinos* dederunt imperatores, ut nomine et auctoritate eorum iura dicerent. *Iacob uon* KOENIGSHOVEN, auctor *Chron. Als.* quem *Ioh.* SCHILTERVS, uir summus et rerum D Germanicarum solertissimus indagator, nuperrime primus in lucem protulit, de eius generis iudiciis (*cap. 1. p. 17.*) ita scribit: "*hieuor rihtetent die Kunige und andere Herren irer undertonen sachen selber us. das kein gerichte was one sü. Nu ist es darzu kumen. Das ein Keyser machet einen Landuoget, ein Bobest einen Bischof. die sachen in iren Landen us zu richtende. dieselben machent furbas Schultheissen. die Schultheisen setzent unterscultheissen, also müssent uil der richter sin. Knehtes Knehtes Kneht.*" Exinde ergo muneris ratio constare uidetur *sculteti*. Equidem nominis originem a *Schuld heischen* uenire, nullus dubito. Audit sane praetor nostris hodienum *Schultheis*, cuius uocis quanta cum illa uicinitas sit, quis non uidet? Sunt etiam compositi nominis simplicia nostris in F usu. *Heischen* enim *exigere* significat: uoce autem *schuld* non *debita* solum, sed *culpam* omnis generis notamus; inde sermo, *er hat an dieser Sache schuld.* Quod si ergo nunc *sculteti* explicare nomen debeo; a Ioh. SIMLERO (*lib. II. de Republ. Helu. p. 61.*) LEHMANNO (*lib. II. c. 22. Chron. Spir.*) BESOLDO et centum aliis, qui hos sequuntur, mihi censeo abeundum. Hi enim *scultetum* iudicem G putant, qui de *debitis* tantum pronunciarit, pignora ceperit, creditori satisfieri coegerit: summatim, cuius munus in iubendis debitis omne fuerit absolutum. *Daß man uorm Schuldheiß allein Schuldsachen klagte.* Verum enimuero aliter sen-

Praerog. II. S. R. I. SCVLTETVS Halensibus.

CAP. III. §. II.III.

sentire me faciunt non leues rationes. Primum uocabulum *Schuld* Germanis non *debita* solum; sed *culpam* omnis generis notare modo dixi. Deinde *glossaria* Anglo-Saxon. et Arabico-Latina *Sculdais, Sculdasium, Scultetum* uocabula synonyma, *poenatorem, tortorem, exactorem quemcunque* interpretantur, testimonia uide apud Henr. SPELMANNVM in Glossario. Post etiam *LL. Longobardor.* consulenti, facile patebit, *sculteti* munus de *seruo fugaci, sacrilegio, nuptiis*, aliisque casibus fuisse imploratum. Vnde *etiam* AVCTOR *rerum Lindauiens. p. 159.* corrigendus est; qui uel tempore Carolingorum sculteti munus limitibus, a SIMLERO *l. c.* aliisque positis, circumscriptum esse existimat: quamuis posterioribus seculis ad alia iurium genera fuerit extensum. Ceterum res notissima est; quod *scultetus* iudex fuerit comiti, aduocato, *einem Burggrauen, Reichsuogt*, praefectis aliis, quos imperatores urbibus dederunt, aut subiectus, aut qui uices eorum, gereret. Ita enim Saxoniae electores, dum *Burggrauii Magdeburgici* essent, uicarium suum *scultetum* Halae Saxonum habuerunt; de cuius institutione uetus MSC. ea refert, quae digna uisa sunt, hic inserere. *Der ratht zu Halle aussern innungen und gemeinheit bringen einen Bürger, der zu Halle gebohren, oder in den Gerichten gezehlet ist, nach ihrer Gewohnheit, an den Bischoff von Magdeburg und bitten den zum Schultheissen zu bestättigen. Das soll der Bischof thun und bestetiget ihn zum Schuldheissen, und bringen ihn an den Churfürsten von Sachsen, und bitten um Befehlung des Bannes, darunter er uollkommentlich dinget. Also kriegt der Schultheiß zu Halle zweyerley Einweisung, zweyerley Eyde, zweyerley bann und zweyerley gericht. Wenn der Schultheiß nach Gewohnheit der statt Halle gekohrn, durch den Bischoff von Magdeburg beståthiget und der bann an den Churfürsten zu Sachsen gesuchet ist; so weiset ihn der* Bischoff *fur den* Roland, *als ein Herr deß Landes und diß ist die erste Einweisung; hernach weiset ihn der* Churfürst uon Sachsen *auch uor den* Roland *und leitet ihn ein, das thut er, als ein* Burggraff zu Magdeburg, *und diß ist die andere einweisung. Wenn aber der Schultheiß von dem Bischoff uor den Rolandgewiesen, so schweret er den eyd, darinnen Sachsenrecht geschrieben stehet. Den andern thut er auch, wenn er uom Churfürsten zu Sachsen eingeweiset alsdenn schwehret er aber. Darnach leihet der Bischoff ihm das Schultheißthum und befiehlet ihm das Amt und Zwang, über bann über das Schultheiß-gericht, daß er wochentlich in seinem hoff halt uor dem Ruland zu uollführen. Deßgleichen geschicht die andere befehlung uom Churf. zu Sachsen, der befehlet ihm den zwang über bann, über leib und leben halß und bauch und alle hauptge-*

Ludov. opusc. tom. II.

Aricute, wie sub uie zutragen. Nolumus in his constitutionibus exscribendis prolixiores esse; id tamen, quod sequitur, non omittendum duximus. In eo enim porro distinguitur ratio muneris *sculteti* Halensis, ut, quando is electoris nomine in causis criminalibus agat, necessarium ei sit, iudicium ad statuam *Rulandi* et praesentibus scabinis exercere: non item in ciuilibus archiepiscopi auctoritate expediendis, ubi utroque eum carere posse asseritur. Exercetur tamen, quod strictim noto, SCVLTETI munus in urbe Halensi hodienum. Quamuis, ex quo Sax. elector ius Burggrauiatus uendidit archiepiscopis, eius ratio aliquantum immutata esse uideatur. Sed a diuerticulo in uiam, ab Hala Magdeburgica ad *Sueuicam* mihi redeundum. S. R. I. SCVLTETVM nostrae ciuitati ab imperatore praefectum esse, satis constat. Legatur interim CRVSIVS *part.* III. *lib.* IV. *cap. 6.* cum meliori scriptore res nostrae careant. Aduerti, dum in hoc argumento uersarer, non unius generis in Germania SCVLTETOS fuisse. Vnus eorum erat, qui a *Burggrauiis, den Reichsvogten, Grauen*, praefectis Caesareis in urbibus constituti fuerunt; quos uicarios eorum poteris nominare, uti Magdeburgicum fuisse diximus: alterum eorum, qui a magistratibus, ad res minoris momenti iudicandas, erant creati, tales in ciuitatibus ipsis, imo praefecturis extra ciuitatem *Dorff- und Amt-Schultheissen*, in Sueuia nostra passim reperiuntur: tertium demum eorum, quibus a Caesare, uel solis uel cum scabinis iuris in urbibus, imperatoria auctoritate, dicendi facultas data. Atque huius tandem generis nostrae ciuitatis *scultetum* fuisse, plura arguunt. Ipse MAXIMILIANVS imperator testis maior omni exceptione est, qui in priuilegio (quod exhibet *Adr.* GYLMANN. *Tim. VI. c. 7. §. 18. p. 185.*) A. 1495. urbi *Halensi* concesso, inquit: *Vor unsern und deß* Reichsschultheissen *daselbsten zu Halle.* Vt adeo religioni sit, plura pro eius dignitate addere.

§. III. Et enim tanti habuerunt SCVLTETI hoc munus imperatores; ut ciuitatem Halensem priuilegio contra quaeuis *iudicia extranea* magno indulgentiae argumento insignirent. Extat libellus MAXIMILIANI imper. quo ille beneficium hoc, non primus concessit, ut KNIPSCHILDIVS (*lib. III. de iur. ciuit. c. 22. p. 731.*) scribit: sed ab aliis imperatoribus, *uon weyland unsern Vorfahren am Reich Röm. Kaysern und Königen*, ut eius uerba sunt, ciuitati Halensi pridem datum instaurauit: uti etiam CAROLVM V. An. 1521. fecisse apud GYLMANNVM *loc. cit.* legimus. Sunt autem uerba prioris codicilli haec: *würden sie* (Halenses) *doch unbilliger weiß für das genannte Gericht zu*

III Priuilegia Halensium contra iudicia extranea quaeuis.

CAP. III.

§. IV. V.

Würtzburg und sonst andre äussere und fremde Gerichte fürgeheischen, geladen etc. Darum geben, setzen, und ordnen wir, daß dieselben Bürgermeister und Rath zu Halle und ihre Nachkommen, noch ihre Burger, hindansetzen oder andere der ihren etc. geistlich oder weltlich etc. für kein Hoffgericht, Landgericht, und andere fremde Gericht etc. und sonderlich für das Landgericht des Hertzogthums Francken nicht fürgeheischen etc. werden sollen in keine weise etc. sondern wer zu ihnen Forderung zu haben uermeinet, daß dieselben Klager etc. sich begnügen lassen. Nemlich wer gegen etc. gemeine statt Hall zu sprechen hat, uor unsern und des Reichs-Schultheissen daselbsten zu Hall, und 5. oder 7. Personen ausser nechsten dreyer unsrer deß H. Reich stätten, welche sie wollen fordern und zu den gemeldten Schultheissen niedersetzen mögen und sollen. Vnd was alsdenn etc. durch den mehrern theil aus ihnen recht gesprochen, dabey soll es bleiben. Imo etiam hoc in eo specialiter cautum, quod Halenses uicinos suos, qui cum illis in urbe negotiantur, ob debita arrestare queant, ita, ut hi nec auocari debeant aut possint. Causam priuilegii *in commerciis salinariis* posuero; ad quae sane facere uidetur, ut creditoribus facilis contra negligentes debitores iuris uia sit. Vt fides inter utrosque constet.

IV. Hällische Leibeigene.

§. IV. Ceterum SCVLTETI aliqua hodienum in ciuitate nostra est auctoritas; cuius munus in re non una uersatur. Causas quasdam ciuiles minoris momenti ipse solus expedit: maiores cum assessoribus quibusdam aliis ex ordine senatorio, cuius tamen ipse iudicii *deß einiger Gerichts* praeses est. Deinde in caussis criminalibus iudicandis sua non minus ei iura sunt. Vltimo enim supplicio afficiendis ipse indicat poenam mortis; et nuntius tristis uerbi est. Imo, dum *baculum*, quem manu tenet, frangit, *indem er den Stab bricht*, id indicii facit, expeditam causam, neque ullam gratiae spem superesse. Quid? quod praeterea munus actoris *fisci regii, deß Kayserl.* fiscals quondam uidetur obiisse. Probat sane LEHMANNVS (*lib. II. 24.*) *daß unter dem Königl.* Fiscal *die Leibeigene in Stätten und auf dem Land seinem Amt und schutz zugestanden.* Inde eius generis *serui, homines fisci, fiscales, fiscalini* audiunt CAPITVLARII. (*de uillis cap. 52.*) nonnunquam etiam *Königsleuthe*, ut habet WEHNERVS (*Obseru. pract. p. 236.*) *Ita pariter sculteto Halensi, multos seruos* [uiel leibeigene Leuthe] subiecti sunt, qui *eo tamen, quod* bene notandum, *priuilegio gaudent, ut in omnibus ciuitatibus recipiantur in album ciuium: quod aliis seruis non conceditur, ut e Georg.* WIDEMANNO docet *Crusius* [*part.* III. *lib.* IV. *c. 5. p. 217.*] Quod si conditionem *hominum propriorum*, qui *sculteto* nostro subiecti sunt, considero; non possum non cum non nemine dolere, *seruitutem inter homines Christianos*, temporum superstitione; sed malo rerum publicarum, sublatam fuisse. Causas, si opus fuerit, indicabimus in conflictu.

Priuilegium monomachiae.

§. V. Genera *duellorum*, quae Graeci *monomachias*, Germani *campiones*, a campis, ubi fieri assolent, aut etiam *das Faust-Recht* dicunt, in historiis plura occurrunt: quae tamen omnia in *priuata* ac *publica* commode dispertiri posse existimamus. Vtraque uero, si causas spectes, iterum uaria sunt. Quando enim alter cum altero certamine congreditur: id uel ad ulciscendam iniuriam; uel famam uindicandam; uel probandam innocentiam uidetur suscepisse. Quamuis uero nemo a moribus Christianis ita alienus sit; ut primi generis *duella* legibus diuinis repugnare dubitet: tamen dum alterum ac tertium indulserunt magistratus Christiani, frustra circa primum cautiones fuisse, mirum non est. Qui malo huic consulere uoluerunt, *priuatis* interdictis, *publica* duella certis legibus permiserunt. Ita scilicet, ut laesus causam magistratui, qui ius habeat instituendi duella, denuntiaret; hic citaret aduersarium; utrosque etiam, ut in gratiam redirent, serio admoneret. Quod si uero omnis reconciliationis spes euanesceret; tum demum copiam eis faceret ad unum ac alterum certamen ineundum. Ita enim sanguini humano parci existimabant, si unus succumberet, plurium auerso concursu. Tum etiam dextram autumabant non uirtute regi; sed Astraea et Themide, id est, diuina iustitia. Atque haec *monomachiae publicae* iura multis gentibus, ante et postquam Christianae fierent, in usu fuisse, historia prodit. De ANGLIS superiori adhuc aetate SPEELMANNVS testatur, dignus certe, ut hic consulatur. In GALLIIS idem obtinuisse et legibus et exemplis docet IOH. BODINVS. De LONGOBARDIS ex LL. eorum res adeo certa est, ut his quidam originem tribuant *publicae monomachiae*. Neque ab hoc more DANOS abhorruisse, auctor est SAXO GRAMMATICVS, ut operae pretium non sit, plura conquirere. In GERMANIA quis imperatorum monomachiam primus legibus publicis permiserit in ordinemque disposuerit, inter tot ac tantos scriptores de DVELLIS, qui id tradat, neminem potui reperire: quamuis omnino referre existimem, ut aliquis monomachiae publicae in Germania historiam rite pertexeret. In GLOSSA *Germanica speculi Saxonici (lib. I. artic. LXIII §. 4.)* origo publicae monomachiae in Germana Saxonibus tribuitur. Verba sunt: *Diß recht uom Kampff haben die Sachsen allein und uor ein besonder Recht.* Et obiectionem contra assertum idem auctor et facit sibi et sol-

CAP. III. §. VI.

et soluit. *Du möchst aber ferner sagen: ich setzte gleichwohl unrecht, daß dieses ein sonderliches recht der Sachsen sey; denn man gemeiniglich um solche sachen, auch nach dem Keyser recht kämpffet etc. diß löse auf, daß es ietziger Zeit gemein worden, ist nur seid Keysers Friedrichs Zeiten also; der aus der Sachsen sonderlichen Recht gezogen.* Sed auctor huius glossae tanti non est, ut eo, tacentibus aliis, aut contrarium probantibus, possimus inniti. Nostrae sane ciuitati iura *monomachiae publicae* ab imperatoribus collata esse, atq; *senatum*, urbis auctoritate polluisse certamina haec intra moenia in foro aut alibi aperiendi, dirigendi ac iudicandi omnibus fere scriptoribus testatissimum est. Leges *publicorum duellorum* exhibet GOLDASTUS (*in den Reichs-satzungen c. CLXX. Land-und Leben-Recht et p. 236. Ordnung des Kampffrechts*) Peculiares uero a senatu Halensi certaturis praescriptas, recitant MUNSTERUS (*lib.* III *c. 302. Cosmogr.*) et ex WIDEMANNO *Crusius* (*Paralipom. p. 62.*) Exempla initi Halae certaminis apud eundem uide (*Part.* III. *lib.* VI. *c. 8. p. 330.*) Quo autem tempore urbi nostrae id iuris datum; difficile est definire. Pueriles ineptiae sunt *Ioh* HEROLDI; qui *libello de Stat. Vet. Leg. in Germ. c. 10. leges duelli Halenses* ad tempora CARACALLAE imperat. refert; atque praeter errorem, quem supra discussimus, alium committit; dum *ludos circenses* Romanorum, quos ibi imperatorem somniat celebrasse, cum *monomachia*, iure singularis certaminis, turpiter confundit; quo placito sane stultius esse, nihil potest. Miror DRESSERUM absurdae coniecturae suum etiam assensum dedisse. Quod uirium eius I. LIMNAEUS (*Tom.* IV. I. P *lib.* VII *c. 24.*) frustra reiicit in typographum; quem pro, CAROLUM exscripsisse CARACALLAM existimat. KNIPSCHILDIUS (*lib.* III. *c. 22. §. 18.*) *quarti* nomen addit; quo sane et *Limnaeo*, cui affingit haec, iniuriam facit; et se ipsum egregie decipit; cum multis ante *Caroli* IV. tempora his legibus Halae fuerit certatum. Sane *Seb.* MUNSTERUS A CHR. cIↃ V. exemplum duelli Halae celebrati (*auf dem Viehmarckt*) loco supr. c. affert. Vnde aetatem priuilegii antiquissimam esse atque ad tempora accedere Carolingorum, patescit. Ceterum caussas iurium *singularis certaminis Halae* tributorum, eo me puto inuenisse; quod urbs tot *nobilium familiarum* domicilium fuerit, tot etiam S. R. I. equitibus (quot enim eorum extra urbem in arcibus habitarint in confinio, e WIDEMANNO *Crusius* numerat *part.* III. *lib.* II. *c. 13. p. 92.*) extiterit uicina. Hos certe ad famam seruandam, uindicandum honorem, ulciscendas iniurias his priuilegiis prae aliis gauisos esse, consuetudines gentium ac Germaniae etiam nostrae testantur. Legere hic licet *Andr.* ALCIATI opusculum (*cap. 30. seqq.*) de singulari certamine; quod *Tom. IV. operum* extat. In desuetudinem uero, quod Deo dandum, usus uenit *publicae* huius *monomachiae*. Dolet id *Ioh.* BODINUS, cui (*lib.* IV. *c. 7. p. 743.*) consultum uidetur, *publica* eiusmodi *duella* principes fouere; ut scilicet minori permisso, maius malum, insidiae, clandestina duella, concursus integrarum familiarum euitenrur. Rationes in utramque partem *Ernest.* COTHMANNUS (*Volum. V. Respons.* II §. 40. *sqq.*) congessit. Nos negatiuam tuebimur in conflictu. Ceterum eam gloriam principi nostro, Potentissimo Electori Brandeburgico, relictam esse in Germania constat; qui DUELLIS publice priuatimque commissis, ciuilibus, militaribus, mandato grauissimo A. CH. cIↃ IↃC LXXXIX. primus obicem posuit. De quo huic etiam FRIDERICIANAE fas est congratulari.

VI. INSIGNIVM HALENSIVM *ratio.*

§. VI. Insignia HALENSIBUS sunt *dextra manus* in *flauo* campo; et *aurea crux in rubro*. Proprium cuique *scutum* est, eiusdem *situs* ac *formae*. Sunt autem utraque *erecta*: quorum deinde latera *superiora* duos *rectos angulos* habent; *inferiora* utrinque in *rotunditatem* inflectuntur. *Aquila* tertio accedit, quae *desuper* scutum utrumque complectitur. Tria etiam haec in *sigillo* urbis rotundo conspiciuntur; quod in *cera rubra* imprimi assolet. Somnia Sigismundi *Weinbrenneri* de *insignibus Halensibus* CRUSIUS (*Part.* III. *lib.* IX. *c. 5. p. 499.*) refert: *Manus*, aiebat, *Deum patrem significat*, (cur non S. Spiritum, qui S. literis digitus Dei audit) *crux redemptorem Christum*; *aquila bonus afflatus Spiritus S.* (aptius forte aquilam Deo patri tribuisset, quam Iouis auem ad fidem nummorum Romani dixerunt.) *Ibi iam trinitas personarum; sed rotunditate monetae, unitas innuitur aeternae Deitatis.* Ast fabula hac superstitiosi theologi se delectent: nos ad aliam horum insignium explicationem progrediemur, ibidem non minus descriptam. Senatum *secretiorem* nobilitatem; *inferiorem den äussern Rath* homines plebeios constituisse *cap. hoc* III. §. 1. diximus: *Illius* ergo insignia *manum*, ut qui mandandi potestatem habeat, dic *Oberhand*: huius *crucem* fuisse, quod ei gloria tantum obsequii relicta, adserunt. Ex quo uero A. cIↃ CCC XL. uterque senatus in unum coaluisset: tum demum etiam insignia haec, inuicem coniuncta, unum urbis sigillum uolunt constituisse. Atque haec placita etiam alii ad unum omnes sequuntur. Cui illud quodammodo patrocinari uidetur, quod Halensis senatus hodieque in mandaris, libellis minoris momenti aliis *sigillo* utatur, quod *minus* dicere assolent, ubi manus

CAP. III. tantum expressa conspicitur. Vt adeo crux postliminio quodammodo accessisse uideatur. Sed tamen, quin facilis in assensu sim; cum aliae causae, tum illa me inprimis mouet: quod insignia urbis ab Augustissimo imperatore pendeant; ut ea senatum superiorem contra inferiorem sibi arrogasse, quod uolunt, probabile non uideatur. Deinde non senatus haec insignia; sed urbis: ergo ad hanc potius, quam illum causas eorum putem respexisse. Si coniecturis indulgere licet, imperatorem, qui urbi insignia intulit, fidei eam atque obsequii admonere uoluisse, *dextra* in iis expressa, crediderim: in seruatae autem fidei tesseram *crucem auream in rubro campo*, quae Halensi nostrae ut oculus oculo respondent, datam esse, exemplo insignium urbis *Messanensis* adprobet FAZELLVS (*Decade I. lib. II. rer. sicul. c. 2. p. m. 42. §. 35.*) Ceterum *Aquilam*, si alia non repugnent, urbis in imperio Germanico immediatae quodammodo signum esse, largior auctoribus ab HOFPINGIO (*Part.* III. *cap. 6. §. 2. p. 380. de iure insign.*) magno numero laudatis. Halae enim nostrae quis demum in dubium uocauerit iura immediatatis? FABER (*lib.* I. *histor. Sueu. c. 12. p. 101.*) scribit; *tempore Frider.* I. *imp. omnia nobilium fuisse in Sueuia; nullam imperii ciuitatem.* Ast tamen ipsorum incolarum nobilium intuitu Halensem ciuitatem S. R. I. liberam ac immediatam fuisse, ex iis, quae cap. II. §. 1. diximus, potest constare. In aliis uero urbibus hanc notam ita imponere existimo; ac fallacia aequiuocationis in philosophia rationali. Tandem neque illud praetereundum est; cera *rubra* uti in sigillo *Halenses*: cum aliis ciuitatibus nonnisi *uiridem* adhibere fas sit. Notum est, quid inter utrumque hodie credatur interesse.

VII. Hala iure monetandi gaudet; inde nomen Hallerorum der Heller.

§. VII. Varii generis monetam ex auro et argento excudendi facultatem habuisse ciuitatem nostram, nemo est, qui dubitet. Legantur interim CRVSIVS (*Part.* II. *lib.* VII. *c. 5. p. 226.*) *Marq.* FREHERVS (*de re monet. lib. I. c. 2.*) et alii, qui hos exscribunt. Inueniuntur hodienum *thaleri Halenses* A. 1545. excusi: qui una parte *insignia urbis* §. 6. exsculpta; altera *aquilam*, addito imperatoris *Caroli V.* nomine, referunt. Imo superstites hodieque *aedes* sunt in urbis parte *Gelbingeriana*, ubi moneta praeparata est, quae nunc etiam audiunt *die munze*. Sunt tamen alia, quae in hac causa operae pretium est indicasse. Antiquissimis temporibus hoc *monetandi iure* urbem nostram gauisam esse, plura fidem faciunt. Primum enim *Halenses, die Heller*, monetae genus perantiquum et tantum non primum in Germania, quod Halae excusi essent, inde nomen traxisse, vti floreni a Florentia urbe dicti fuerint, scriptoribus pluri-

§. VII.

A mis testatum est Vnius FREHERI, uiri rerum Germanicarum scientissimi auctoritas maior nobis esse debet, ac ceterorum omnium, qui haec in dubium audent uocare. Ita autem ille *l. c.* scribit. *Halenses minutissimae monetae usualis genus, apud* HALAM SVEVIAE *primum signatum.* Taceo alios, qui cum magno numero sequuntur. Sed quod aliter non de origine *Hallerorum* seu *Halensium, der Haller* B sentiendum sit, praeter testimonia etiam rationes fidem adstruunt. Primum enim non *Hallerorum* huic nummulorum generi tantum nomen fuit; ut quasi *Halber Pfenning* dictos fuisse existimes; sed *Halenses* alii auctores (quos in *catholico rei monetariae* GOLDASTI inuenies) seculo XIII. et post, eosdem appellarunt, ut adeo Halae nostrae originem eorum deberi, certo certius constet. Deinde et- C iam in *Halleris* antiquioribus *manus* expressa conspicitur; qua propter sermone uulgi hodieque dicuntur *die Hendlings-Haller*, (consul. *Cyr.* SPANGENBERGIVS *in Chronico Sax. c. 202.*) ut adeo quaerere hic liceat ab aduersariis cum seruatore *τίνος ἡ εἰκὼν αὕτη καὶ ἡ ἐπιγραφή; cuius haec imago est et inscriptio.* Post etiam necessarium ad *commercia salinaria* urbi nostrae uidetur fuisse, ut cum aurum et D argentum e peregrinis locis passim ad sal coemendum homines afferrent, ciuitati simul facultas esset, ut eadem etiam pretio signaret. Non ergo audiendi sunt, qui *Hallerorum* nomen aliunde repetunt; quasi, quod pretium *dimidii Pfennigi* ualeant, a uocula Germanor. *Halb, Halber* seu elisa litera *b*, *Haller* dicti sint. Ita frustra sentiunt GOLDASTVS (*Tom.* I. *part. 2 p. 294.*) *Dau. Thom. ab* HAGELSTEIN (*lib.* E IV. *c. 2. p. 56. Actor. monetar. uolumine*) aliique. Contrarium certe cum ex modo dictis; tum inde etiam potest constare; quod nummuli hi in pluralis non *Halbere* aut *Hallere*; sed *Haeller* scribantur: eadem ratione, qua ciues *Halenses* peregrinis hodieque *die Haller*, aut *Hällische* audiunt. Quod enim TILEMANNVS *Frisius* [*in speculo rei monet.*] scribit: in Saxonicis regio- F nibus quibusdam eosdem *Helbling*, quasi *dimidium* nummum dixeris, uocari; illud parum hic facere existimo; quippe qui non de *Helbingis*, sed *Haleris* in praesenti disseramus. Sed ad rem. Antiquitatem iuris monetandi apud Halenses praeterea illud etiam arguit; quod *librae Halenses die Pfundheller* ante unum et alterum ad- G huc seculum fuerint omnibus fere Germanis pretium, quo in contractibus quibusuis fuerant usi, *Paul.* HACHENBERGIO id prodente ad fidem ueterum auctorum (*Dissert. X. de re nummar. ueter. German. §. 23. p. 375.*) Et LVDOVICVS *IVtus imp.* in priuilegio urbis Francof. (*part. I. f. 16.*) *solidorum Halensium* mentionem facit.

Vt

CAP. III. §. VII. IIX.

Vt certe ex rationibus allegatis omnino coniecter, eam aetatem *iuris monetandi* apud Halenses esse, quae cum urbibus Germaniae uniuersae contendere possit. Non parum enim est; *omnem fere pecuniam apud Germanos ex hac urbe appellationem traxisse.* Ceterum ab imperatoribus urbi concessa haec iura esse, quam antiqua etiam sint, prorsus existimo. Fuisse enim semper in Germania uerum, quod imperator dicit *in Keyserl. Land und Lehenrecht* (*lib.* I. *tit.* XII.) *Wir sprechen, daß alle Müntzen, die im Röm. Reich seynd, die seynd eines Röm. Königs. Vnd wer sie haben will, er sey Pfaff oder Ley, der muß sie haben uon dem Röm. Reich und uon dem Römischen König, und wer diß nicht thut, der freuelt an dem Röm. Reich.* Bene ergo *Christianus* SCHLEGELIVS (*tractatu de nummis Altenburg. p.* 10. *sq.*) errores illorum discutit; qui *ius monetandi* ab episcopo Herbipolitano ciuitati nostrae tributum esse asserunt. Quid enim Franconiae cum Sueuia? Et quis a caussis ecclesiasticis, monasteriis, ciuitati nostrae uicinis; ad iura haec ciuilia, quae ab imperatore atque imperio pendent, aptam consecutionem esse dixerit? Nummi uero *Altenburgenses cruce manuque* signati, de quibus dictus auctor erudite disserit, iidemne cum nostris Halensibus sint, sub examen nunc mitterem, nisi temporis ac spatii ratio habenda, nobis praefiniti. Id minime praetereundum esse, existimo; quod *monetam* Halenses hodienum excudant: eo tantum, ne in desuetudinem abeant iura, si non exerceantur: Solos tamen *Pfanningos* aureos item atque thaleros faciunt, aut potius curant fieri uel Noribergae uel Ratisponae, insignibus ciuitatis, quae supra descripsimus, ornatos. Qui etiam neque quotidiani aut publici adeo usus sunt, sed primi coram altari a pastoribus tantum pueris ac puellis, catechetica exercentibus, in memoriam huius iuris distribuuntur, ceteri, qui moduli maioris, conseruantur inter cimelia. Quare uero alius generis monetam facere omiserint; dubium est. Habetur traditio arcem *Lymburgensem*, urbi nostrae admodum uicinam, olim et periculosam ualde, A. 1540. emisse Halenses (quo de legi potest CRVSIVS *part.* III. *lib.* XI. *cap.* 15. *p.* 543.) ut comitibus Lymburgensibus ius reluendi esset relictum, si quidem illam summam aliquot millium aureorum uel thalerorum monetae Halensis redderent. Hoc igitur ne fieret in urbis detrimentum, monetam cudere, ex eo tempore Halenses omisisse. Facilis ad credendum historiam et ego essem; modo non constitissent nobis supra thaleri Halenses post id tempus a. A 1545. et deinceps signati. Potius igitur *monetalia* defuisse dixerim Halensibus, ex quo tot imperii status, indulgentia imperatorum, nummos fecere: recudere enim alios operae pretium eis uisum non est.

IIX. VEXILLVM S.R.I. tenent Halenses.

§. IIX. Facit praeterea ad magnam urbis nostrae, inter ceteras Germaniae, dignitatem, quod S.R.I. VEXILLVM teneat praeferatque in expeditionibus imperii. Habes illustrem locum apud LAMBERTVM B Schafnaburgensem ad an. 1075. Quem illustrat LEHMANNVS in chron. Spir. lib. V. c. 30. p. 438. Ita etiam CRVSIVS (*Part.* II. *lib.* VII. *c.* 5. *p.* 226.) ait: *Signum siue uexillum Halensium in expeditionibus imperii inter antecursores et rorarios est* (*in dem Vorzug und uerlohrnen hauffen* ἐν τοῖς, ὡς ἄν τις εἴποι ῥιψοκινδύνοις καὶ ἀποκεκυβευμένοις) *suntque eius uexilli duo colores, ruber et flauus: symbolum uitae et mortis.* Quem C locum infiniti alii exscripserunt, quos nominare nunc nihil attinet. Quid uero sibi uelit hoc uexillum, e re erit quadantenus explicasse. Notum est, iura uexilli S. R. I si unquam alias, hoc tempore certe mirum agitata fuisse. Inter has ipsas controuersias AVCTOR *uon unterscheid deß hauptbanners und der Sturmfahne* [§. 21. *p.* 15.] qui caussam Hanoueranam agit, huius etiam uexilli nostri facit mentionem. D *Konnte also*, de uexillo Halensi loquitur, *auch eine besondere Reichs- oder Creyßfahne genennet werden.* Mihi, lectis illis, quae LAZIVS [*de Republ. Rom.* VII.] LIMNAEVS [*Add. Tom. I. I. P. lib. III*] HOEPINGIVS [*cap.* XVII. *de iure insign.*] OBRECHTVS [*de uexillo imperiali diatriba*] CVLPISIVS [*notis ad Monzamban. et scriptis aliis seorsim editis*] ANONYMVS (*uon untersch. Reichs- und Sturmfahne.*) ex instituto de S R. I. uexil- E lis tradiderunt (*), quae meo animo sententia subnata sit, coniecturis quibusdam liceat explicare. Illud ergo quodammodo hic praestruendum esse existimo, quod officia ac munera S. R. I. eo concesserint ab initio imperatores, ut illi, qui iis praediti erant, haec ipsa in aula Caesarea aut imperio obirent. Qua ratione comites, duces, pincernae, dapiferi, mareschalli, camerarii, alii generis eiusdem, quod *of-* F *ficii* cuiusque erat, peregerant, proptereaque S. R. I. ministrorum seu officialium titulo gauisi atque ab aliis aliorum principum eiusdem fere dignitatis administratoribus fuerant distincti. Postea uero, seculorum ambitione, factum est; ut splendidissimorum munerum nominibus imperatores tantum honoris caussa aliquos insignirent: qui similes titulos pretio, nummis, modis aliis a Caesaribus auide mercati sunt. Atque ita demum euenit, ut plures, quam dignitatis ratio admit-

(*) Insignis locus de iure maximi uexilli est apud Oliuarium de la MARCHE p. 479. qui habetur in tom. I. electorum Matthaei.

CAP. III.

mittere uidebatur, iisdem titulis in S. R. I. uterentur. Partim quod unus imperator pluribus bene merentibus eadem diuerso tempore contulisset: partim, quod illa officia a persona imperatoris, pendere uiderentur; quorum quisque nouos sibi ministros eligere posset, illis, quos antecessor constituisset, insuper habitis, quamuis neque hi dignitatem, semel tributam, deponerent: partim etiam, quod demum parum referre crederent, plures titulo eodem uti, cui nihil praeter nomen esset relictum. Cuius rei unum tantum exemplum afferam, praesenti negotio quodammodo uicinum. Ita enim S. R. I. VENATORES audiunt duces *Würtenbergici:* sed eundem titulum *Austriae* ducibus tributum fuisse in historia reperi: sic comites *Werningrodani* PISCATIONIBVS S. R. I. praefecti esse celebrantur; sed eandem praerogatiuam *ducibus Würtenbergicis* tributam, memini me legisse. Ast quid haec ad S. R. I. uexilla? non parum sane, cum, eandem et hic rationem obtinuisse, inueniamus. Certe *marchionem Montisferatensem* BONIFACIVM III. *perpetuo munere*, S. R. I. VEXILLIFERVM sec. XII. fuisse celebratum, scribit *Niceph.* Gregoras, Graecus auctor [*lib.* VII. *hist. Rom. p. m.* 166. 167.] Haec enim mihi ex eo loco didicisse uideor; quamuis cetera auctoris non aeque probem, quod *iura S. R. I. uexilliferorum* omnibus marchionibus communia fuisse scribat; quam causam eius tueri uidetur CVIACIVS [*de Feud. lib. I. tit. 1. p. 166.*] Sed tamen nihil hoc impediuit, quin *Rudolphus I.* imp. sec. XIII. opera Henr. *Hachberg. March.* in S. R. I. uexillo ferendo uteretur [*Gerard de* a00 *lib. I. p.* 301. 30.] aut non multo post *Com. Hanoicum* S. R. I. uexilliferum constitueret *Adolfus* Nass. imperator (HERZOG *Chron. Alsat. lib. V. p. 62.*) Sic iterum eandem *S. R. I.* VEXILLIFERI dignitatem sec. XIV. imp. a *Ludouico Bauaro* collatam accepit CASTRVCIVS princeps *Lucensis* (FREHERVS *Append. ad tom. I. script. Germ p. 31.*) de cuius uita ac rebus gestis BLONDVS (*Decad. II. lib. IX.*) MACHIAVELLVS (*de uita Castrucii*, ubi, quod eundem imperator uicarium S. R. I. Tusciae constituerit, legitur) aliique scripserunt. Idem imperator, quod mireris, *Conradum de Schlusselburg*, qua Dominum *Groninganum* S. R. I. uexilliferum creauit, scribente WALZIO (*lib. II. cap. 2. p. m. 99. Würtenberg. Stams urspr.*) quem eadem antea dignitate cohonestauerat eius Anticaesar *Fridericus* (ALBERTO *Argent. teste ad An. 1323. p. m. 121.*) Quamuis autem iuris huius reliquis tenaciores fuerint *Würtenbergici*, ad quos an. 1336. iure uenditionis castrum Groninganum peruenit: tamen sequentes imperatores non ita se adstringi passi sunt, ut non et aliis rursus Germaniae proceribus uexilliferi S. R. I. munus se conferre posse, existimarent. Sane *Saxoniae duci* a. 1475. *Fridericum III. imperatorem* magnum S. R. I. VEXILLVM ferendum dedisse, idonei nobis testes sunt. *Philippi a* MVLLENHEIM literae (nuper a Ioh. *Schiltero* ICtorum coryphaeo cum *Königshofio* editae *p. 1105*) ita habent: *und uf den Tag, als alle Fürsten undhuffen zu Roß und zu Fuß ins Feld zusammen kamen, hohe und nyder, ist dem Hertzog uon Sachsen das groß panir geben worden und ihm blieben, und sunst allen Churfürsten und fürsten* (ubi tum ius Wurtenbergici?) *keins;* atque in epistola, ab eodem uiro ad ciuitatem Argentoratensem perscripta, appellatur dux Saxoniae *Albertus deß heiligen Reichs Banner.* Vt adeo certum sit, priuilegio *Ludouici* Bauari *Groningano* concessum, nihil praepeditum fuisse *Fridericum III.* imperatorem; quin eiusdem quoque *Saxonem* participem redderet. Vtroque deinde a. 1495. in imperii comitiis eandem dignitatem a Maximiliano I. repetente (*Limn. Add. Tom.* I. *lib.* I. *c.* 14.) non aliud S. R. I. uexillum unius atque alterius fuisse credendum, ut COQVILLE existimat; (*en l'histoire de Niuernois p. 315.*) sed liberum fuisse et huic imperatori, S. R. I. uexillum uno praeterito, alteri conferre. Certe primi statuta secundus MAXIMILIANVS imperator sibi non obesse credidit; quo minus in Turcico bello A. 1566. *Ioh. Friderico Pomeraniae duci* S. R. I. uexillum *die Keys. Hof- und Bluthfahne* conferret. Neque querelae, a duce Würtenbergico motae, quicquam profecerunt, tenente id Pomeraniae duce, quod ei semel ab imperatore fuerat collatum. Vnde causam uides, quare nullum aulae Caesareae responsum *Wurtenbergicis* in ea re datum, CVLPISIVS (*ad Cap.* III. §. 8. *Monzamb.*) potuerit reperire. Quem etiam uirum, harum certe rerum scientissimum, frustra id uexilli genus pro alio habere, quam quod debeatur Wurtenbergico, clarum est. Idem enim in simili expeditione contra Turcam an. 1532. hoc uexilli genus Wurtenbergico tribuendum, eidem expresse asseruit: neque ZASIVS (*in lit. ad Ducem Wurtemb.*) quod ei consulto Culpisius affingit hoc Pomeraniae duci datum S. R. I. *uexillum* nomine tantum *einer Hof-Fahnen* insignit; sed idem hoc *eine Reichs-Hof-Fahne*, et mox *eine Keyserl. Reichs-Fahne*, aliis item interiectis *eine Reichs-Fahne* dicit; a quo, quod magis notandum, ipse sub finem *die K. Hof-Fahne* expresse distinguit; ut adeo non uideam, quo iure CVLPISIVS inter hoc Pomerani et S. R. I. uexillum distinguere possit. Haec omnia eo faciunt, ut intelligatur, quid iuris sibi sumpserint imperatores *in S. R. I. uexillifero* creando, quamuis alii antea ea dignitate fuerint defuncti. Rationes, quae huic rei patrocinari uidentur, superius indicauimus. Multum sane roboris

§. IIX.

in

CAP. III. in consuetudine hic posuero; per tot exempla et casus adductos mirum confirmata. Neque adeo male uertendum esse imperaroribus existimem; si officia haec honoris causa certis familiis tribura, maxime cum salus id reipublicae uelit, per alios extra ordinem expediant, ritulo tamen atque dignitare ordinariis minime sublata. Dutum certe, regi administros non fieri, sed nasci: neque fas esse, sua fidissimis ac oprimis committere. Memini me in aliis etiam regnis legisse, ubi, quamuis aulae munera hereditaria sint, regi ramen integrum manear, ad ea alios, si uisum fuerit, constituere, modo prioribus de honore constet. Ceterum ab illis, qui *uexillum Würtenbergicum des Röm. Reichs Sturmfahne* Sueuiae tantum ducatui includunr; aut contra perduelles et turbarores quosque [*im Sturm*] solum adhibitum fuisse, affirmare uolunt, fides monumentorum, cui nihil in hoc studii genere posthabendum est, me cogit abire. Haec de *militari uexillo* S. R. I. dicta sufficiant. Cuius usus cum extra miliriam nullus sit, ipso CVLPISIO adserenre [pag. 404. l. c.] desiderari aliud in imperio uiderur, quod in pompis, comitiis, solennitatibus aliis praeferatur. Tale senatui Romanorum fuisse, restis est, inter alios, APPIANVS [*lib. IV. de bell. ciuil. p. m. 506.*] Controuersiis igitur de S. R. I. uexillo inter *principes* imperii indicatis: quid *urbibus imperialibus* super eadem causa negorii sit, ur exponamus, restat. Vtrique de *S. R. I. uexillo* sermo est: quod in causa fuit, quare omnibus aequiuocatio nominis imposuerit, ut pro uno uexillo haberent; quae a se inuicem admodum diuersa sunt. In errantium numero illustrem uirum VLRIC. OBRECHTVM esse recte iudicauit CVLPISIVS. Sed uero is ipse, dum charybdim euitauit, in scyllam incidit. Vexillum S.R.I. quod apud *Argentoratenses* est, cum illo, de quo *principes* diximus controuertisse, unum *idemque* putar OBRECHTVS [*cap. IV. p. 22. l. c.*] CVLPISIVS contra (*p. 485. l. c.*) non solum hoc negat; sed ne quidem S. R. I. uexilli id nomen mereri, scribir, rantum pro particulari aliquo urbis signo habendum. Vterque, quod pace tantorum uirorum dixerim, falsus est: ueritatem ex ipsis domestiois scriptoribus eruemus. De re ipsa autem sic habe. *Vexillorum S. R. I.* tria genera unius eiusdemque nominis fuisse, existimo: quae adhibita sunr, ubi uniuersa Germania, praesenre ipso imperarore, arma cepit. Vnum *principum* fuit, alterum *nobilitatis*, tertium tandem *urbium imperialium* in Germania. De *isto*, quam disputatum inter *principes* sit, id enim ferre, nemini infra hunc ordinem fas est [*R. A. zu Regensburg 1471. §. 34.*] ex hactenus dictis constat. *Illud* uero ab hoc plane diuersum [*R. A. An. 1542. §. 39. so soll nichts destoweniger*] peculiari etiam nomine audit *die S. Georgen-Fahne*, quod ordini *equestri* in Germania ita proprium, ur ei etiam inscriptum reperiatur S. GEORGIVS PATRONVS NOBILITATIS IMMEDIATAE. (uid. *Gasp.* LERCHI *Reichs-Adels herkommen.*) Ab utroque adhuc *tertium* differt, *urbibus imperialibus* commissum. Scilicet, cum *exercitum imperii* nostri tres ordines constituerenr; alii enim milites *principum*, alii *nobilitatis equestris*, atque alii rursus *liberarum urbium* fuerunt; uisum fuir imperatori singulis ordinibus singula *S. R. I. uexilla* adsignare. De secundo genere *der S. Georgen-Fahnen* res notior est, quam ut aliqua luce indigear; de reliquis duobus non item. Habuisse uero *liberas urbes*, iuxta *principum* S. R. I. uexillum, et ipsas peculiare, epistola MVLLENHEIMII f. c. omnium clarissime edocet. Cum enim *principum S. R. I. uexillum, deß heil. Reichs-Fürsten-Fahne*, quod ipse *das Groß-Panir* dicit, Saxoniae duci ab imperatore Friderico III. a. 1475. datum esse, retulisset; de *S. R. I. uexillo urbium deß heil. Reichs Stätfahne* in sequentibus pergit: *die Kayserl. Maiest. will auff diesen heutigen tag thun den erbern stetten, das nie geschehen ist, und ihnen ein des heil. Reichs Panir geben, Nürnberg soll des uor aller stette wegen haben.* Sed hoc aegre tulisse *Argentoratenses*, Norinbergensibus propterea ab imperatore in hac dignitate praelatos, idem porro scribit: *Darum ich als Hauptmann* [Argentoratensium scilicet] *antwort, daß es unbillich wäre*, sequitur ratio, *daß die statt Straßburg uor allen stetten, sy sitze oben etc. deß mer so habe sy bürger, die do nit ziehen um Solt, sondern um ehren willen etc. darum und dann ere und zucht den stetten mit ime deß heil. Reichs Panir beschehen solle, uor allen andern Fürsten, sunder den Hertzog uon Sachsen, hoff ich daß der statt Straßburg, als billig, beschehe, als keiner statt.* Sequitur mox responsum imperatoris, quod rale erat: *daß die statt Straßburg, auch Cölne, Nurnberg, Franckfurth und Vlme, daß Panir ein tag um den andern haben sollen, daß ist uon den iüngstgemeldten stetten zugelassen worden etc. daß die statt Straßburg es den ersten tag haben solt.* Habes hic primo distinctissima esse *S. R. I. uexilla principum* et *liberarum urbium*; deinde *Argentoratense* hoc uexillum, non *particulare* ciuitatis sed *publicum* S. R. I. omnium urbium liberarum militibus praeferendum. *Illud* in ordinem rediget placita *illustr. Obrechti*; *hoc* tuebitur eundem contra *Culpisium*: cuius utriusque sententias superius retulimus. Quanrum uero lucis inde scriproribus supra laudatis omnibus ac singulis, qui enim haec bene distinxerit, scio neminem, accedar: ille demum agnoscet, qui animum huic controuersiae infixit. Sed nostrae urbis oblitos nos esse dixeris? fateor; non tamen operae poeniter, causae

§. IIX.

CAP. III. sae huic impensae. Et nisi haec ipsa bene intellecta sint, de nostra frustra institueretur disputatio. *Vexillum Halensium in expeditionibus imperii inter antecursores et rorarios esse,in dem vorlohrnen hauffen*, hoc et aliud nihil omnes dicunt *Crusius*, *Limnaeus*,*Reusnerus*,*Zeilerus*,*Oldenburgerus* alii. Mihi illud LAMBERTI *Schaffnaburgensis* [*ad An.* 1075.] adhibere hic liceat, dum inquit; *Sueuis ab antiquis iam diebus lege latum esse, ut in omni expeditione regis Teutonici ipsi exercitum praecedere et primi committere debeant.* Idem scribit ALBERTVS *Argentoratensis* testaturque de his moribus et praerogatiuis Sueuorum anno 1360. Horum ergo et uexilliferos esse et uexillum custodire *Halam* nostram, quis dubitabit? Non igitur nationis Germaniae, sed *Sueuicae gentis* hoc uexillum est. Dices, unde tanta HALAE nostrae prae aliis Sueuiae urbibus dignitas? Nihil mirum. Cum enim *nobiles* S. R. I. eam incoluisse §. 1. huius cap. ostenderimus: quis incolis illustrioribus hanc inuideat militarem praerogatiuam? Color uexilli Halensium idem ac insignium est, cuius rationes §. 6. huius cap. habuimus. Ceterum *Argentoratensi urbe Art.* XVI. *Pacis Risuscensis*, ab imperio Germanico prorsus auulsa, certabunt liberae ac immediatae ciuitates de iure *S. R. I. uexillum* custodiendi. Triste Romanis omen erat, uexilla amisisse: *malu* ergo uates sim, si, quod in uotis habeo, ciuitates S. R. I. *erepto signo*, iura libertatis, quae Deus sarta esse iubeat, bene tueantur.

IX. Priuileg. über Heeg und Schleg. §. IX. Restant praeter recensita hactenus, alia iura: quae strictim noto, cum spatio ac temporis angustiae ab ampliori opere nos excludant. Ambit territorium Halense fossa et uiuum sepimentum (CRVSIVS *lib.* VII. *Part.* II. *c.* 5.) Inde Ruperto imperatori priuilegium debet *über Heg und Schleg* (ZEILER. *Chronico Sueu. p.* 292.) Neque adeo tanta eis de *finibus* controuersia: quam, ut simili modo, alii Germaniae proceres euitent, notat CONRINGIVS (*Thesaur. rer. part. IV. p.* 1299.) Pristinas tamen id tantum regiones circumsepit, non terminos post ultra prolatos. Caussam sepimenti in dissidiis posuero, quae inter *Sueuos* ac *Francos* notum est intercessisse. Horum enim limitibus regio opposita est Halensium.

X. Sueuorum antemurale. §. X. Atque inde *Halam*, *propugnaculum Sueuorum* contra Francos hosce orientales factum esse, putamus. In qua caussa, praeter uicinitatem, etiam illa est; quod magnus nobilium numerus *ut* §. 1. *huius cap.* scripsimus, eum in urbe ipsa, eum in confiniis eius habitauerint. Hi enim dato signo conuenire atque hostes reprimere poterant. Deinde et ipsi *Franci* in finibus *Rotenburgensium* similem fossam Sueuis ac nostrae Halensi maxime obiecerunt. Vtraque uiget hodienum. Alii in *eodem hoc* numero etiam habent *Dunkelspulam*.

XI. Priuileg. de non appellando. §. XI. Summa appellationis *ducentos florenos* exceedere debuit, ex quo priuilegio a. 1567. gaudebant nostri (ALVM. *proc. cam. Tit.* XLVIII. *tab.* 6. *p.* 84.) Sed hodie aliter res definita et ad 400. thal. producta est (per Recess. Imp. A. 1654. §. 112. *Vierdtens solle die Summa.*)

XII. Tituli consulum. §. XII. Singulare etiam est, quod consules nostri in uernacula neque *Burgemeister*, neque *Rathsmeister*, sed *Stattmeister* audiant. Rationem in eo ponit Crusius (*Part.* II. *lib.* 8. *c.* 5.) quod tribus urbibus praesint; inde eius originem fere in an. MCCCXXIII, reiicere uidetur (*idem Part.* III. *lib.* IV. *c.* 6. *p.* 217.) Idem nomen Argentoratensibus in usu; sed hi in numero singulari *Stattmeister* appellantur. Aliter nostri ob dictam caussam. In *priuilegio Maxim. I. an.* 1521. §. 3. a nobis allegato, *Burgemeister*, consules nihilominus Halenses dicit imperator. Sed id imperito scribae tribuendum, cum sua nomini ratio et usus constare uideatur.

XIII. An urbs expugnatu difficilis sit. §. XIII. Vrbem Halensem naturam reddidisse ualde munitam, scribit CONRINGIVS (*Thesaur. rer. part.* IV. *p.* 1299.) montibus enim undique cinctam neque tormentis neque alius generis machinis peti posse, omnes fere auctores credunt. Fabula est, cum plagas urbis septemtrionales atque meridionales satis spatii ad id pandere sciamus. Melius sibi [A. 1688.] in nouissima inuasione Gallica ciuitas consuluit; quod non extrema expectaret, sed urbem sibi ac imperio ab hoste in tempore redimeret; cum uirium tum inuasori obiectarum tristissimum euentum nostrae uicina urbs hodienum lugere uideatur. Sed prospiciat futuris etiam malis Deus et hostes quosuis a moenibus *Halae nostrae* auerruncet. Atque in his pientissimis uotis, pro dulcissima patria ab utroque differente factis, pensum hoc absoluimus: quamuis *praerogatiuarum* urbis nostrae ampliores terminos esse nequicquam diffiteamur. Scripsimus, quantum edita nobis monumenta suggesserunt: quae ipsa tamen, cum non raro falsa tradiderint, nostris rationibus emendauimus. Saepius coniecturis usi sumus, ubi inedita nos defecerunt instrumenta. Sic HALAE SVEVICAE iura HALAE BRANDESVRGICAE defendimus. Det Deus, ut, qui *huius* urbis indulgentissimus dominus ac princeps est; *illius* demum, si fata uicinum fecerint, firmissimum praestet tutamentum.

OPVSCV-

OPVSCVLVM XV.

DE IVRE SVFFRAGII R. BOHEMIAE,

NOVISSIME INSTAVRATI IN COMITIIS S. R. I.

Ipsis idibus Maii cIↃ IↃccix.

CAPVT I.

ARGVMENTI HVIVS ENARRATIO.

Imperium IOSEPHI breue: sed magnum

§. I.

Vix dum reipublicae nostrae fasces acceperat inuictissimus imperator IOSEPHVS (*a*): cum res maximas gessit, explicatu difficiles, plenas discriminum, euentuque dubias, ut gloriae paternae, hac enim quae esse potest maior, non tam heres sit dignissimus, quam felicissimus amplificator. *Susceptum in temporibus durissimis.* Oceano pacato, integra naue, uentis secundis, idoneaque coeli tempestate, nauem regere, uti res omnium leuissima: sic diuini omnino operis est, in turbinibus ac fluctibus; dissipata nauigii compage, hostium piratarum ausus eludere; iter tenere rectum et explicatum, ex uariisque casibus felicem emergere, cum suisque a portu quam proxime abesse. Susceperat gubernacula imperii Augustus, Germania procerum ac principum institutis in partes distracta: hoste in eius fere agente meditullio: ringente et tantum non, prudentiorum iudicio, perdita Italia: Hungaris, uim parantibus, cruces ac tormenta: summatim consiliis distracta bellisque concussa Europa uere uniuersa.

§. II. Verum hanc difficultatum molem non solum eluctatus est Iosephus: *Vicit in eo maiorum instituta* sed etiam in his procellis, quae effici nequibant maiorum institutis, ipse praeter mortalium spem, bona omnium pace consecutus est (*b*). Vt de nullo IOSEPHI consilio constet, quod ducem non habuerit fortunam et comites prosperrimos rerum euentus.

§. III. Memoriam earum rerum annales celebrabunt, qui iusta uirtuti pretia solent statuere: nostri iam instituti est, ex hoc rerum gestarum cumulo, unicam *causis quam plurimis.*

Tempus suscepti a Iosepho imperii. (*a*) Nuu quiuquennium abiit, ex quu guberuacula reipublicas Romano-Germanicae suscepit IOSEPHVS. Auspicia enim imperii, pareute mortuo, sumsit *die III. Nonar. mense Maia*, *cIↃ IↃ cc V.* postquam, duodecim annos uatus, Caesar factus esset; a diuo Leopoldo eite in sociatatam regni pridem adseirus *an. cIↃ IↃcxc.* felicior Traianu. Is enim questus est, quod dii immortales fortunas festinarent, cum eidem magis esset in uotis optatisque, tanto Caesari tardissime succedere, qui consiliis exemplisque eum quotidie ad bene imperandum posset instruere.

Cumulus rer. gestar. spatio quinquennii. (*b*) *Principia* in principes, Caesari imperioque INFIDOS, cum admoniti ad frugam nun redirent, grauiter animaduertit. Bauaro proscripto, Coloniensi de archiapiscopatu deiacto. *Deinde* supremum imperii tribunal, CAMERAM IMPERII dicuut, sub trutinam uocauit instituitque, ut aut morbis, si qui essent, medala adferretur, aut, si minus illud laburaret, sustentaretur aius ualatudo. *Tum* ITALOS uexus cliautelaris, quem imperio debeut, admonuit in ordinamqua multa reduxit, quae aliquot seculorum naglectu tantum nuu da animis hominum dalata essa, uidebantur. *Post* Italia omni eapulit deiaeitqua hostas Gallos. Vt uaro nun solum suo aeuo eousuleret imparator: sed etiam futuris casibus, quos praeuidit praesensitque, obicem poneret, connubia commendauit utrique regi occidentalium regnorum. Vui adfinem: alteri sororem. Na hostis, quod faucibus eius uunc ereptum, id spe deuoraret, aliorum temporum axspectatione. *Praeterea* SEPTENTRIONALIA dissidia maturo prudentiqua cousilio in pacem uertit, ratione omnibus bouis exoptatissima. *Porro* Italici iucendii fomitem, Mantuanum, parfidiae damnauit, exclusitqua ditione elientelari. Quid Caesari debeatur, quid PONTIFICI: ulim hudieque disputatum est, dubia uero lance. Nostra aetate non tam armis, quam cousiliorum aequissimis rationibus uictus est papa: ut pacem daret, quae iuribus Augusti In Italiam congrueret. *Ad extremum* HANNOVERANO duci promissum inter archiprincipes locum re ipsa dedit, discriminibus, quae alii excitauerant aluerantque plurimum, compositis. Non silebo eiuis, quid IOSEPHO debeant populi Silasiarum. Nuuis hanc prouinciam rationibus instruait, beneficiisque auxit, ut hoc Caesare iam nunc nata essa uideatur. Vt odii semina extingueret inter ciues diuersorum sacrorum, IOSEPHINAM in Lignicensi prouincia aperuit, in qua utriusque tesserae alumni anutriantur. Ex utroque enim Caesar. Vt scilicet rempublicam et lagibus ac litteris tutam haberet: et armorum studio instructam ornatamque. Habes Caesaris, sina exemplo, quinquennium!

(*c*) Sci-

CAP. I.

§. IV. BOHEMICI SVFFRAGII IN COMITIIS S.R.I.

cam delibare, neque quibus consiliis (*c*); sed qua iuris et aequi ratione illa effecta sit, ex fontibus legum et consuetudinum imperii aperire.

Quarum non infima, INSTAVRATIO

§. IV. INSTAVRATIONEM uolo BOHEMICI IN IMPERII COMITIIS SVFFRAGII. Haec cum in pleno cordinum con- A sessu tractata et communi adprobata sit omnium concentu; integrum nobis erit, momenta eius ex illa temporum luce eruere, ut pateat omnibus, quam maturo exploratoque iudicio uoluntati Caesaris calculum addiderint nouissimorum comitiorum consultores. Formulae (*d*) inpri-

---

Historia instaurationis suffragii Bohemici in comitiis.

(*c*) Scilicet diu est, ex quo id in uotis habuere Austriacae gentis imperatores, ut Bohemiae regnum ordinibus Germaniae iterum adscriberetur iure quodam postliminii. Verum tempora forte non fuerant, quae ueritatem maioris facerent, quam studia aduersus domum Austriacam. Haec igitur gloria IOSEPHO relicta a Deoque seruata esse uidetur: qui desideria superioris seculi nullo fere negotio expleuit. Historia haec est. Fuere olim in imperii Germanici societate reges Bohemiae. Veruntamen rarius usi sunt Germaniae comitiis: quod tantum dignitati regalis diadematis decedere opinarentur, quantum conuentibus darent Germanorum. Sibi igitur satis fore existimarunt, si, aliis negotiis relictis, illud solum curarent, unde cetera Germanici regni momenta pendere uidebantur. Caesarem fieri, Bohemiae regis iudicio, gloriosum fuerat. At adeo praeter conuentum, qui de imperatore eligendo instituerctur, alium nullum in Germania sibi adrogarent; contenti imperii ARCHIPINCERNATV. Verum intellexerunt post Bohemiae reges: leue onus esse, imperii clientelam, quae uero commoda secum uehat inuidenda. Poenituit itaque ab hoc nexu fere laxatos; ut uellent, unde discesserant, redire, dummodo hoc fieri posset concordi consensu aliorum. Veruntamen iuribus, temporum uetustate attritis, dubitaruot quamplurimi, quin calculum adderent desideriis Bohemicorum. Alii, in causa etiam manifestissima attendendum esse, iudicarunt, non illud, quod iustum sit, nisi id quoque e re fuerit imperii. Esse enim, dixerunt, casus, ubi alia commoda Caesaris sint; alia archiprincipum: unde distractio metuenda collegarum, si quidem in nullo non conuentu Caesari agere liceret in nouemuiris. Vtrosque scopulos e medio sustulit IOSEPHVS; qui pristina non solum iura e tenebris in lucem reduxit: sed etiam a periculorum dissidiorumque metu cum nouemuiros liberauit, tum ceteros ordines imperii. Quo factum est, ut, communi omnium ordinum concentu, sedendi et suffragandi iura imperator felici auspicio instauraret.

Instrumenta suffragii instaurati.

(*d*) Verba legi merentur, quibus ordines uoluntati regis Bohemiae, instauraturi pristinum in comitiis suffragium, responderunt. Commentaria rerum comitialium rem ita erarrant:

Conclusum commune *beeder höherer Reichs*-Collegiorum
uom 30. Iunii 1708.

NAchdem Ihro iezt glorwürdigst-regierende Kayserl. Maiestät sich allergnädigst geeusfert, daß Sie den Ihro als König und Churfürsten in Böhmen gebuhrenden Sitz und Stimm im Churfürstl. Collegio *zu Desselben und des H. Röm. Reichs mehrern* Splendor *und Besten, bey allen* Ordinar-*und* Extraordinar-*Zusammenkunfften, es seye auf Reichs*-Deputations-Collegial-*oder andern Tägen hinführo wiederum einnehmen, bekleiden und uerführen zu lassen, allergnädigst gesinnet seyn; So ist beschlossen worden, daß Ihrer Kayserl. Maj. zu allergnädigsten Belieben und freyzustellen sey, ob und wann Sie, uermöge Dero habenden undisputirlichen Rechts und Befugniß, ihren Böhmischen Sitz und Stimm, durch eine eigene gnugsame beuollmaechtigte Gesandschafft, bekleiden, und in allen* Deliberationibus *im Churfürstl.* Collegio *bey* ordinari-*und* extraordinari-*Zusanmenkünfften, Reichs*-Deputations-Collegial-*oder andern Tägen uerfuhren, hingegen aber auch zu allen Reichs-und Crayß*-Praestationibus et Oneribus publicis *auch andern Anlagen für Nun, wenigst einen Churfürstlichen Anschlag und 300. Cammer-Gülden zum Cammer-Gerichte (ihren* Priuilegiis fori *iedoch unnachtheilig,) übernehmen, und in allen Anlagen bezahlen zu lassen, wie nicht weniger allergnädigst geruhen möchten, für Sich und dero Böhmische Gesandten auf Wahl-Reichs-Crayß*-Deputations-Collegial-*und andern Taegen, auch Friedens-und dergleichen* Conuenten *und* Tractaten, *wo ein König in Böhmen als Churfürst oder Dero Gesandten, als Churfürstliche in und ausser Reichs* concurriren, *weder im Rang noch* Ceremoniel *uor andern Churfürsten oder Churfürstl. Gesandten sich etwas uoraus zu nehmen, noch den geringsten Vorzug zu* praetendiren, *sondern in allem denen andern Churfürsten oder dero Gesandten gleiches* Tractament, *Rang und* Ceremoniel *zu halten, zu geben, und hinwieder zu empfangen, wie denn auch uon Ihrer Kayserl. Majestät, als König in Böhmen, uor Dero* Admission ad Collegium Electorale, *Ihrer Churfürstl. Gnad. zu Mayntz ein schrifftlicher* Reuers *unter Dero allerhöchster Hand und Insiegel dahin auszustellen und zu extradiren wäre, daß Se. Kays. Maj. als König in Boehmen, Sr. Churfürstl. Gnad. und Ihren* Successoren *an Ihrem Churfürstenthum und hohen Ertz-Stifft Mayntz, weder izt noch* in futurum *zu ewigen Zeiten das gerinste Nachtheil sowenig in Dero ihrem hohen Ertz*-Cancellariat competirenden *Reichs, als im Churfürstl.* Collegio *führenden* Directorio *thun, sich dessen nicht anmassen, darinnen einmischen, oder Deroselben uor-oder eingreiffen, noch daß es uon denen Ihrigen geschehe, gestatten, oder auch durch sich oder andere ueranlassen wollen, welchen* Reuers *das gesamte Reich zu mehrer Ihrer Churfürstl. Gnad. und Dero*

Suc-

CAP. I. inprimis rationes dabimus, qua fenten-Aucibus protulerunt: PRISTINVM IN COMITIIS IMPERII LOCVM BOHEMIAE REGI SEMPER §. IV.
tiam fuam imperii ordines his quidem

Successorn *am Churfürstenthum und hohen Ertz-Stifft Mayntz Versicherung durch eine absonderliche* Assecuration *oder* Declaration *in gewöhnlicher Reichsfertigung mit zu* agnosciren, *zu beobachten, und dabey mit zu* manuteniren *hätte, dagegen das gesammte Reich hierdurch beschlossen, auch verbündlichst zugesagt und versprochen, Ihrer Kayserl. Maiestæt Cron und Kœnigreich Bœheim samt allen demselben* incorporirten *Landen, in des Reichs Schutz, Schirm und* Protection *zu nehmen, und selbige, wie andere Reichs-Lande, bey sich ereignenden unverhofften Nothfällen, wider allen in- und auswärtigen unbilligen Gewalten, Inhalts der* Executions-*Ordnung und andern heilsamen Reichs-Satzungen, kräfftigst zu schützen.*

Conclusum Collegii Ciuitatensis
uom 28. Iunii 1708.

NAchdem uorgekommen, was massen allerhœchstbemeldte Ihr. Kayserl. Maiestæt allergnædigst *declariret*, Dero als Kœnig in Bœhmen habend uhraltes *Ius Voti et Sessionis* in hœchstbesagten Churfürstl. *Collegio*, bey allen uorfallenden *extra*- und *ordinair*- Reichs-Versammlungen, *Deputations*- und *Collegial*-Tægen, dem gesamten Heil. Rœm. Reich zu fernerm Wachsthum, wieder in hœchsten Besitz zu nehmen. Als will man Deroselben hierunter uor die allergütigste Erklærung den geziemenden allergehorsamsten Danck hiermit erstattet haben.

Conclusum Collegii Electoralis
uom 7. Sept. 1708.

ALs im Churfürstl. *Collegio* uorkommen, dass laut Inhalt des uon Kays. Maiest. *ratificirten* Reichs-Schlusses, *in puncto* der Bœhmischen *Readmission* und Chur-Braunschweigische *Introduction* in das Churfürstl. *Collegium* die Cron Bœheim den beliebten Reuers Ihrer Churfürstl. Gnad. und deren Herrn *Successoren* am Churfürstenthum und hohen Ertz-Stifft Mayntz *extradiren* solle, dieser auch bereits ausgehændiger worden, und nun auf die in gedachtem *ratificirten Concluso Imperii* zu uerrichten und auszustellen habende Reichs-*Assecurations-Acte* oder *Declaration* über gedachten Chur-Bœhmischen Reuers ankomme, dieses aber in fœrmliche *Proposition* und *Deliberation* gestellet; So ist nach der Sachen ferner reiffer Vberlegung beschlossen worden, dass folgende *Assecurations-Acte* oder *Declaration* Ihrer Churfl. Gand. u. dero Herren *Successoren* am Churfürstenthum u. hohen Ertz-Stifft Mayntz, zu ihrer allerseitig dermalig u. künfftig mehrern Versicherung, ihres hœchsten Ertz-*Cancellariats*, und dauon *dependirenden* Reichs *Directorial* Gerechtsamen, Eingangs gedachten Reichs-Schlusses zu *extradiren*, und unter dem Churfürstl. Maynzil. dermahlig gebræuchlichen *Directorial*-Innsiegel zu fertige, wie hernach folget:

Reichs-Assecurations-Acte
oder Declaration.

NAchdem uon Ihrer Kayserlichen Majestæt, das Reichs-Gutachten uom 30. Iunii, jüngsthin in der Bœhmischen *Readmissions*-und Chur-Braunschweigischen *Introductions*-Sache ins Churfürstl. *Collegium* unterm 6ten Sept. lauffenden Iahres allergnædigst, und dabey dieses *nominetenus in uim legis pragmaticae* mir *ratificiret* worden, dass, Krafft des uon Ihrer Kays. Majestæt als Kœnig und Churfürst zu Bœheim, Ihrer Churfürstl. Gnad. zu Mayntz, der in dem obgedachten Reichs-Schluss angemerckte Kœnigl. und Churfürstl. Bœheimische Reuers unter Sr. Kæyserl. Majestæt allerhœchsten Hand und Insiegel *extradiret* worden, die Cron Bœheim aber dadurch uerbunden seyn solle, Ihr. Churfürstl. Gnad. und ihren Herrn *Successoren* am Churfürstenthum und hohen Ertz-Stifft Mæyntz weder itzt noch *in futurum* zu ewigen Zeiten das geringste Nachtheil, so wenig in der Ihrem hohen Ertz-*Cancellariat* allein *competirenden* Reichs-als im Churfürstl. *Collegio* führenden *Directorio* zu thun, sich dessen nicht anzumassen, darein nicht zu mischen, und Deroselben, uor- oder einzugreiffen, noch dass es uon denen Ihrigen geschehe, zu gestatten, oder auch durch sich oder andere zu ueranlassen, und dann dieser Reuers nun auch unterm *dato* Wien den 14. Monats-Tag Augusti obgedachten Iahres würcklich Sr. Churfürstl. Gnad. zu Mayntz *in originali extradiret*; Als haben der Churfürsten, Fürsten und Stænde des Reichs anwesende Ræthe, Bottschafften und Gesandte, Namens Ihrer Herren *Principalen*, *Committenten* und Obern, hierauf nach Inhalt und in Krafft obangezogen-uon Kæyserl. Maiestæt allergnædigst-*ratificirten* Reichs-Schluss zugesagt-und auszustellen beschlossene *Assecurations-Acte* oder *Declaration*, zu mehrer Ihro Churfürstl. Gnad und Dero Herrn *Successorn* am Churfürstenthum und hohen Ertz-

CAP. I. PER PATVISSE; QVEM IPSE PRO ARBITRATV NVNC ITERVM OCCVPARE QVEAT NVLLO ORDINVM GERMANIAE INTERCESSV.

§. V. Id ergo nobis in hac arena agendum est, ut *primo* constet, suffragii quondam iure usos esse reges Bohemiae: *deinde*, facta ab eius exercitio intermissione, illo

§. IV. V. *Nexus et ordo dicendorum.*

Ertz-Stifft Mayntz Versicherung, obangezogenen Kœnig-und Churfürstl. Bœhmischen *extradirten* Reuers gleich uon Ihrer Kayserl. Majestæt bereits obbemeldter Massen *per Decretum Caesareum ratificatorium* geschehen, alsó nun auch uon Reichswegen uerstandener massen, in allerbestændigst-und kræfftigsten Form Rechtens *solennissime* hiermit mit *agnosciren* und beobachten sollen und wollen, auch ihrer Churfürstl. Gnad. Dero Herrn *Successoren* am Churfürstenthum und hohen Ertz-Stifft Mayntz, darbey zu ieder Zeit kræfftig mit zu *manuteniren* sich uerbunden, und solle sothane *in uim legis pragmaticae* uon Kayserl. Majestæt und dem Reich, durch oberwehnten Reichs-Schluss erricht-und in selbigen *fundirte Declaration* uon dem Churfürstl. Maynzischen Reichs-*Directorio* unter dem dermahlig gebræuchlichen Reichs-*Directorial*-Insiegel *in duplo* gefertiget, denen Stænden des Reichs per *dictaturam publicam communiciret*, das eine *Original* der Kayserl. hœchst-ansehnlichen *Commssion* auch zugestellt, das andere aber *ad Acta imperii ad perpetuam rei memoriam* zu *deponiren* uerlangt worden, und dieses um Ihrer Churfürstl. Gnad. und Dero Herren *Successoren* am Churfürstenthum und hohen Ertz-Stifft Mayntz zu allen Zeiten, in ihren hœchsten Erz-*Cancellariats* Gerechtsamen und dauon *dependirenden* Reichs-und Churfürstl. *Directorio* in allen Orten und Zusammenkünfften desto besser ausser allem *Praeiudiz* und uon Reichswegen sicher zu stellen: Worbey ferner beliebt und beschlossen worden, dass diese Reichs-*Assecurations-Acte* oder *Declaration* Ihrer Kayserl. Majestæt, uon Reichswegen mit dem allerunterthænigsten Ersuchen zu ubergeben wære, Sie allergnædigst geruhen mœchten, daruber Dero Kayserl. *Ratification* zu mehrerer der Sachen, Ihrer Churfürstl. Gnad. und deren Herren *Successoren* am Ertz-Stifft Versicherung allermildest zu ertheilen.

Conclusum per *Oesterreich*, den 7. Sept. 1708.

ALs der uon dem Chur-Mayntzischen *Directore* uerfassete Auffsatz der an Ihro Churfürstl. Gnad. zu Mayntz, vermœge uon Kayserl. Maiestæt allergnædigst *ratificirten* Reichs-Schlusses, uom 30. Iunii nechsthin auszuhændigen uersprochenen Reichs-*Assecurations-Acte* oder *Declaration* in dem Fürstl. *Collegio* uerlesen, und seines Inhalts ervvogen, ist darfür gehalten und geschlossen vvorden, dass man es Fürstl. Seits allerdings dabey bevvenden und geschehen lassen kœnne, dass demnechst die Bœhmische *Refrequentation* und Chur-Braunschvveigische *Introduction* in das Churfürstl. *Collegium*, ohne vveitern Anstand uor sich gehe, vvorbey iedoch auch die *Communication* des in erst-gemeldtem Auffatz angezogenen Kœnigl. und Chur-Bœhmischen Reuers uerlangt vvorden.

Conclusum *beeder hoeherer Reichs*-Collegiorum.

ALs in beeden hœheren Reichs-*Collegiis per totum mutatis mut.* wie das *Conclusum Collegii Electoralis.*

Reichs-Stædtisches Conclusum uom 7. Sept. 1708.

NAchdem beeder hœherer hochlœbl. Reichs-*Collegiorum* unterm heutigen *dato* beliebt, und die in Bœhmischer Chur-*Readmissions*-Sache an Se. Churfürstl. Gnad. zu Mayntz und dero hœchsten Herren *Successorn* am hohen Ertz-Stifft uon Reichswegen auszustellende *Assecurations-Acte* betreffendes Gemeinsames *Conclusum*, nebst dem zugleich mit *communicirten Proiect dicti documenti Assecurationis* in dem Reichs-Stædtischen *Collegio in Deliberation* gezogen, und dann selbige am 30. Iunii dieses Iahres errichtetem Reichs-Gutachten *conform* befunden worden; Als will man zu mehr hœchst-bemeldt Sr. Churfürstlichen Gnad. zu Maynz und deren Herren *Successoren* Sicherheit uon ermeldten Reichs-Stædtischen *Collegii* wegen obvermerckt, beeder hochlœblichen hœherem *Concluso* hiermit uollkommen *accediret* haben.

Conclusum trium Collegiorum S. R. I.

ALs in allen dreyen Reichs-*Collegiis* uorkommen, dass laut Inhalt des etc. *per totum mut. mut.* wie denn in dem *Concluso Collegii Electoralis, et add. post uerba* mit dem allerunterthænigstem Ersuchen, etc. *Stylus conclusi trium Collegiorum*, wie hiermit beschiehet; *Signatum* Regenspurg, den 7. Sept. 1708.

(L. S.) Churfl. Maynzisf. Cantzley.

Dictatum Ratisbonae, den 12. Sept. 1708. per Mogunt.

Kayserl.

CAP. I. illo nequicquam eos excidisse: tum Anocturá esse uidentur. DEI NVMEN confutentur illa, quae huic doctrinae ADSIT DICENDIS. §. V.

CAPVT II.

Kayserl. Commissions-Decret.

DEr Rœmisc. Kæyserl. Maiestæt, unsers allergnædigsten Herrns, Geheimter Rath und beuollmæchtigter *Principal-Commissarius*, bey noch wæhrendem Reichs-*Conuent*, der Hochwürdigst-Hochgebohrne Fürst und Herr, Herr Iohann Philipp, der Heil. Rœmisc. Kirchen, *Tit. S. ... lustri* Priester, Cardinal uon Lamberg, Bischoff, und des Heil. Rœmisc. Reichs Fürst zu Passau, hat aus heut *dato* errichtet-und Sr. Hochfürstl. *Eminenz extradirten*-Reichs-*Concluso*, die *Occasione* der Bœhmischen Befugniss zu *Frequentirung* des Churfürstl. *Collegii* uerlangte *Assecuration*, Ihrer Churfürstl. Gnad. zu Mæyntz, und Dero hohen Ertz-Stifft *competirenden* Reichs und Churfürstl. *Collegial-Directorii* betreffend, mit mehrern eingenommen, weissen der Churfürsten, Fürsten und Stænde des Reichs allhier uersammlete uortreffliche Ræthe, Botschaffter und Gesandte in Folge des den 30. Iunii nechsthin in der Braunschweig-Hannouerischen Chur-Sache errichteten, und uon Ihrer Kæyserl. Maiest. allergnædigst *approbirten Conclusi trium Collegiorum* sich darüber uereinbahret, erklæret und uerbündlich gemacht haben: Vnd in temal Ihro Hochfürstl. *Eminenz* selbiges der Kæyserl. allergnædigsten *Intention* gemæss gefunden; Als wollen Dieselbe uon Kæyserl. *Commissions* wegen, Krafft habender Allergnædigsten Vollmacht in Allerhœchsten Namen Sr. Kæyserl. Maiestæt solch Reichs-*Assecuratorium* hiermit in bester Form und Maass *approbiret*, *ratificirt* und bestætiget haben. Vnd bleiben Ihro Hochfürstl. *Eminenz* uorernannter der Chur-Fürsten, Fürsten und Stænde des Reichs Ræthen, Botschafften und Gesandten mit freundlichem geneigt-und gnædigem Willen, wohlbeygethan. *Signatum* Regenspurg, den 7. Sept. 1708.

(L. S) *Iohann Philipp*, Cardinal uon Lamberg, Bischoff und Fürst zu Passau.

Kœnigl. und Chur-Bœhmischer Reuers, *die Sicherstellung des Chur-Mæyntzischen Reichs*- Directorii *betreffend.*

WIr IOSEPH, uon GOttes Gnaden, Erwehlter Rœmischer Kæyser, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Bœheim, Dalmatien, Croatien und Sclauonien Kœnig, Ertz-Hertzog zu Oesterreich, Marggraff zu Mæhren, Hertzog zu Lützenburg und Schlesien, und Marggraff zu Lausnitz &c. bekennen œffentlich: Demnach Wir den Vns als Kœnig zu Bœhmen, und des Heil. Rœmisc. Reichs Churfürsten, gebührenden Sitz und Stimm im Churfürstl. *Collegio*, zu dessen und des Heil. Rœmisc. Reichs mehrern *Splendeur* und Besten bey allen *Ordinari*- und *Extraordinari* Zusammenkünfften, es sey auf Reichs-*Deputations-Collegial*- und andern Tægen, hinfüro wiederum einzunehmen, bekleiden und uerführen zu lassen, und zu solchem Ende einen eigenen Gesandten nach Regenspurg abzuschicken gnædigst gesinnet seyn: uon Vns aber Vnsers lieben Neuen des Chur-Fürstens zu Mæyntz Lbd. einige Versicherung uerlangen, dass solches Ihro und Ihren Nachfolgern am Ertz-Stifft Mæyntz, an Ihren *Directorial*-Rechten ohne *Præiudiz* und Nachtheil seyn solle; So haben Wir Deroselben hierunter um so uiel lieber willfahren wollen, als weil Sie bey sothanen Ihro unstrittig zukommenden Rechten ehender zu uerthaidigen als im geringsten zu beeinttæchtigen gemeynet seyn; Erklæren solchemnach und uersichern für Vns und Vnsere Nachkommen im Kœnigreich Bœheimb, Sr. Lbd. dem Chur-Fürsten uon Mæyntz hiermit und in Krafft dieses Brieffs, dass Wir Derofelben und Ihren *Successoren* am Churfürstenthum und Ertz-Stifft Mæyntz, weder ietzo noch ins künfftige zu ewigen Zeiten, das geringste Nachtheil so wenig in Dero Ihren Ertz-*Cancellariat* allein *competirenden* Reichs, als im Chur-Fürstl. *Collegio* führenden *Directorio* thun, Vns dessen nicht anmassen, darinnen einmischen, oder Derofelben uor-oder eingreiffen, noch dass es uon denen Vnsrigen geschehe, gestatten, oder auch durch Vns oder andere ueranlassen wollen; Zu Vrkund dieses Brieffs besiegelt mit Vnsern Kæyser-und Kœnigl. anhangenden grœssern Insiegel, der geben ist in Vnser Stadt Wien, den 14. Monats-Tag Augusti nach Christi Vnsers lieben HErrn und Seligmachers Gnadenreichen Geburt im 1708. Vnserer Reiche der Rœmischen im 19ten, des Vngarischen im 21. und des Bœhmischen im 4ten Iahre.

IOSEPH. (L.S.)

Wenceslaus Nobert Graf Kinski, Regis Bohemiae Supremus Cancellarius.
Iohann Wenzel Graf Vratislaus
ad Mandatum S. C. Regis Maiestatis proprium.
Maximilian Franz uon Deblin.

CAPVT II.

SVFFRAGII QVONDAM IVRA BOHEMIAE REGEM IN COMITIIS S. R. I. HABVISSE, IDONEA ARGVMENTA.

Argumenta. I.) Bohemia continetur finibus Germaniae.

§. I.

IVra haec a prima origine repetenda et aestimanda sunt. Principio quidem illud coniecturam facit, fuisse Bohemos in ordinibus Germanici imperii: quoniam Bohemia uetustissimis temporibus prouinciis Germaniae fuit adnumerata (*a*); quod testibus scimus geographis Graecis et Romanis (*b*). Eundem enim finem Germanis fuisse, qui ipsi fuerat Germaniae: id quidem firmiter credimus (*c*). Neque ab hac sententia utriusque nos dimouet discrimen, quod alii se putant cogitando inuenisse (*d*).

II) Bohemiae incolae Germani.

§. II. Deinde illud non minus est clarum, quamuis incolae Bohemiae diuersis temporibus fuerint diuersissimi, (*e*) omnes tamen iuris fuisse Germanici (*f*). De solis Venedis seu Slauis maximopere dubitant nostri ac superioris aeui ICti (*g*). Ve

---

Omnis Europa est Germanica.

(*a*) Nequicquam Germaniae uerbo illum hic tribuimus significatum, quo, ignorantia peregrinorum scriptorum, septentrionalia quoque regna id nomen acceperunt, quod legitur apud PLINIVM *lib. IV. hist. nat. c. 13. 14.* TACITVM *de M. G. c. 45.* et, qui horum loca illustrarunt, CLVVERIVM; PASTORIVM; GOLDASTVM; CELLARIVM aliosque recentiores. Neque etiam illa tempora intuemur adpellatione Germaniae, quibus Germanorum coloniae in partes Europae plerasque se effuderunt, ex quo Hispania Sueuis; Africa Vandalis; Gallia Francis; Saxonibus Britannia; superior Italiae pars Longobardis cessit, qua ratione omnis *Europa magna* uelut *Germania* audire uidetur *Marquardo* FREHERO *in praefat. ad ius Graeco-Romanum Leunclauii.* Cursim moneo, adiuuare nos posse eius adpellationis rationes, quoniam exeunte seculo decimo septimo in quibusque Europae regnis, imperium fuit penes Germanos. Hispaniae enim Austriaci; tribus Britanniae regnis Nassouii; Daniae et Noruegiae Oldenburgici; Sueciae Palatini; Poloniae Saxonici; et quas primum nominare debueram, Hungeriae Bohemiaeque Austriaci sanguinis principes imperarunt. Quo genere gloriae inde ab ortu huius uniuersi ad nostra usque tempora nullam unquam gentem floruisse, ast quidem manifestissimum.

Bohemia pars Germaniae.

(*b*) Non solum Germaniae partem dixere Bohemiam scriptores; sed *in meditullio* quoque Germaniae eandem reposuerunt. Loca ante nos congesserunt *Welserus*; *Pirkhaymerus*: *Lazius*; *Goldastus*; *Balbinus*, *Cellarius* aliique, ut mea opus esse industria non uideatur. Postulo enim haec a geographis, e quorum doctrinis, post colligo tueorque, quod meae nunc est arenae.

Differentia inter limites populi et territorii

(*c*) Lubet hic iudicium D. PRAESIDIS exscribere ex eiusdem INSTITVTIS FEVDORVM *sect. 2. cap. 2. litt. d. p. 76.* *Cursim moneo, frustra fere dissidia esse doctorum in descriptione finium nostrae Germaniae. Nunc enim Germaniae gentes se in alterius ditionem effunderunt iterumque inde deiectae ac depulsae sunt: ut fieri non potuerit, eosdem omni tempore fines, illis fuisse. His enim egomet meam calculum non do, qui tum inter limites populi et territorii distinguere malunt, quam in patriae finibus uariare. Arcifinia enim alia nescit ius publicum, quam ubi exit unius incipitque alterius ditio et imperium: ut mirum non sit, illa cum hoc dilatari iterumque adduci. Naturalia arcifinia somniis delirantium sunt accensenda. Quis enim Deus unquam orbem partitus est inter populos: aut ubi legem alicui genti dedit, ut se in finibus contineret, prout montes, ualles, fluuii illos distinxissent.* Quod si ergo alterutrum constat: Bohemiam Germaniae partem esse; illud etiam clarum est; Bohemos esse populos Germanicos.

Statuitur ab aliquo.

(*d*) Ita iuris publici quidam sentit doctor celeberrimus et de hoc studii genere meritissimus, cuius hic quidem castra relinquenda esse, existimamus.

Incolae Bohemiae diuersi.

(*e*) Scriptoribus Romanis aeque ac Germanicis testatissimum est: primos Bohemiae incolas HERMIONES celebrari; tum BOIOS, unde Boiohemia nomen acceperit; MARCOMANNOS post, qui illos subegerint; demum VENEDOS uel SLAVOS, hodieque in illis oris superstites. Quo ego fine laudarem ueteres, cum longa illos serie conduxerint GOLDASTVS et BALBINVS.

Num omnes fuerint iuris Germanici?

(*f*) Non sub imperio quondam unius stetit Germania. Igitur illo intuitu Bohemia Germanici iuris dici nequit, quod regi paruerit cum Germanis eidem. Verum enimuero id traditur scriptoribus coaeuis: non solum Bohemiam Germaniae partem fecisse, quod principio demonstrauimus: sed etiam Bohemiae gentes adscriptas fuisse Germanis. De Hermionibus consuli potest PLINIVS *lib. 4. c. 14.* de BOIIS ueteres tradunt, quod e Gallia in Hercynium tractum emigrauerint tribuerintque eidem nomen *der Boyen Heimath*; sed, nouo instituto, uir illustris, COCCEIVS *in prolegom. iur. publ. p. 11. §. 17.* natales eorum tribuit adseritque Germaniae, quod facilius est credere, quam demonstrare ex testimoniis coaeuorum scriptorum. Quicquid sit, id satis est, Boios tum etiam, cum Bohemiam colerent, ita cum populis Germanis coaluisse, ut una cum illis gens uideretur geographis atque ipsi ciuitatis se esse Germanicae agnoscerent profiterenturque. Quod nostrae satis est arenae. Minus dubii est de MARCOMANNIS, qui Rheno Danubioque uicinis, sedibus relictis, Bohemiam inuaserunt, eamque, Boiis exactis, suae ditionis reddiderunt, de qua historia scribit PATERCVLVS *lib. 2. cap. 108.* et plene prolixeque nostri aeui annales, qui ueterum loca conferunt et explanant.

Hermiones, Boii,

Marcomanni.

Quid de Venedis, incolis Bohemiae nouissimis?

(*g*) Scilicet ut Hermiones Boii; Boiios Marcomanni: ita Marcomannos Venedi seu Slaui Bohemiae regno eiecerunt. Multum disputatur de origine eorundem. Mihi sententia illorum probatur, qui repetunt eandem ex Asia, promacondo omnium populorum. Inde enim ingenti numero egressi, post Poloniam, Marchiam bisque uicinas regiones, etiam Bohemiam inuaserunt eamque suae reddiderunt potestatis. Disputant haec respondentque RHENANVS; AVENTINVS; PEVTINGERVS; PIRCKHEIMERVS; CLVVERIVS; LAZIVS; GVAGNINVS; PASTORIVS; SCHVRZFLEISCHIVS aliique cum ex instituto; tum in rebus Sarmaticis; Polonicis; Marchicis; Boicis et Germanicis uniuersim. Parum ad nos hae lites. Qui omnino agnoscimus, VENEDOS, aut, quod eis nomen recentius est, SLAVOS gentem fuisse peregrinam atque alienam prorsus a Germanica ciuita-

tis:

CAP. II. §. III.

Verum neque hosce ciuium nostrorum A albo expungendos esse, praelia docent, uictoriaeque Germanorum, a Venedis reportatae, quibus factum est, ut, qui Bohemiam, utpote Germaniae prouinciam colerent, etiam ciuitati Germanicae adscriberentur (*b*).

III.) Bohemi systemati Germanicae ciuitatis adscripti sunt;

§. III. Quamuis uero ad suffragia, Bohemico regno in comitiis adstruenda hoc quidem sufficere queat: et populum Bohemiae Germanicum fuisse prouinciamque, cum certissimus sim, ab his tantum rationibus ista iura unice pependisse (*i*); cum tamen clariora argumenta supersint, unde, quod quaerimus, re ipsa patet, in illis potissimum uersabitur sententiae nostrae robur.

1.) Sub Carolingis.

Carolingica quidem tempora nostrae, quam habemus, reipublicae minus respondent (*l*): cursim tamen moneo, etiam tum Bohemiae cultores, Slauos imperio Germanico addictos fuisse: arctiori quidem nexu, Carolo magno imperante (*m*); laxiori autem sub eius posteris successoribus, Franciae monar- B chia in partes distracta (*n*) et crescente uicini principis Morauiae potentia. Cuius tamen ausus Arnulfus repressit ad obsequiaque eum cum Boemis reduxit (*o*): fru-

a Lud. opusc. tom. II.

Pp

te: ex quo rerum potiti sunt in Bohemia. Quod siue *quarto* seculo post Christum natum contigerit: siue, quod plurimi uolunt, *quinto*, nostra parum refert. Arguunt enim e populi peregrinitate metamorphosin et in Venedicam siue Slauicam reipublicae, quae eousque Germanica fuerit, conuersionem.

Qui et cur minus facti ciuitatis Germanicae.

(*b*) Recte atque ad rei ipsius rationes GOLDASTVS *lib. I. c. 1. §. 4* scribit: *Conditio Slauorum in Bohemia et Morauia alia longe est, quam gentibus et loco ortuque peregrinis. Hi enim facta in Germaniae prouinciam, Bohemiae pagum, irruptione, quam eandem sibi per uim occupassent, a Germanis bello petiti; nus solo usurpato cedere aut se suaque omnia imperio Germanico dedere iubebantur. Impares tantae potentiae Germanorum, alteram elegerunt, supplicesque facti, non gratiam modo: sed et ius ciuitatis Germanicae impetrarunt. Vt et subditis eti frui liceret priuilegiis ciuium Germanorum et eorum principes regna atque ducatus in beneficium iure feudali et clientelari reciperent omnibusque ac singulis principum Germanorum iuribus ac priuilegiis, qua sacris, qua profanis, in uniuerso imperio Germanico, non secus ac si origine Germani essent, gauderent.* Summatim Slaui, Bohemiae incolae, cum territorio Germanico etiam ius acceperunt Germanicae ciuitatis; ut iam nunc non tantum solo; sed etiam populo Germanico adscripti esse, uiderentur. Atque hoc est, quod plurimorum argumentorum testimoniorumque fide contuebimur.

Omnes Germani in societate sunt imperii Germanici?

(*i*) Illud ego quidem pro certo habeo; omnes Germaniae populos suffragiorum iure gaudere in comitiis imperii. Fuit enim hoc praecipui iure relictum Germanis; ut in regni quadam essent societate. Peregrinis gentibus si in comitiis locus est adsignatus, priuilegio id factum est, praeter ordinem rationesque patriae reipublicae. Contra, qui e numero Germanicorum principum in iisdem sunt desiderati; illi uel sponte declinarunt conuentus Germanorum uel immunitate donati sunt, quo minus in illis comparere tenerentur.

Quid aeuo Carolingico?

(*l*) Doctrina Dn. Praesidis est, quam meo non minus calculo adprobo: formam reipublicae nostrae, in qua nunc agimus Germani, prorsus nihil commune habere cum aeuo Carolingorum. Patet hoc inprimis ex iure comitiorum. Illo enim tempore Franciae, id est, Rheno et Aquisgranensi ciuitati uicinae prouinciae comitia tantummodo constituerunt: reliquis Germaniae populis ab imperii negotiis uel prorsus exclusis uel ad illa ex singulari admissis causa beneficioque. Contra, stirpe Carolingica extincta, omnes Germaniae prouinciae eiusdem iuris factae sunt: ut, quotquot deinde in societatem communis imperii Cunrado primo rege coirent, tot etiam locum haberent in Germanicis comitiis, idque sine ulla unius populi prae altero eminentia aut praerogatiua. Franci enim primaria gens quondam fuerant sub Carolingis; non uero post, ubi illis nihil praecipui relictum est, quam honor archisolii Aquisgranensis. Quamuis etiam huic plurimum de pristina dignitate decesserit, cum imperatores Saxonici in finibus sui territorii agere mallent; quam in illo Franciae meditullio. Et, nisi prorsus fallor, parum abfuit, quin Saxonicae stirpis imperatores omnem Franciae gentis honorem in Saxones deferrent, sanguine non solum regali ibidem florente, sed etiam palatio Augusti fere adfixo Goslariae. Veruntamen idem decus eademque facultas omnibus Germaniae populis ex illo tempore facta est. Vnde hodieque circulis Germaniae paritas honoris, ut neutra alteram uincat loco, ordine, amplitudineque. Quae omnia, ubi Bohemicis congruant aduersenturque, suo loco commemorabimus.

Bohemi tempore Carolingorum Germanicae ciuitatis.

(*m*) Carolus M. primus fuit, qui Germaniae omnes populos redegit sub potestatem unius. Antea enim uix perpetuo quodam foedere illi coaluerant, tantum abest,ut uni imperio fuerint adscripti. Quoties uero bellum oriebatur, quod omnibus pericula minaretur? toties conglobatis uiribus hosti suo obuiam sunt facti, sub imperio ducis unius, qui omni exercitui praeesset. Atque in hac Germanorum societate offendimus in scriptoribus Romanis, *Herminones*, *Boios*, *Marcomannos*, incolas Boiohemiae, supra laudatos, ante Caroli magni monarchiam. *Venedis* principio alia uoluntas fuit, qui, licet Boiohemicam Germaniae prouinciam incolerent: Germanis tamen studia, arma, uiresque suas obiecerunt prouinciisque eorum inhiarunt, tantum abest, ut iisdem cum illis ullo tempore conueniret. Verum Carolus M. eo etiam fine adortus est Venedos, ut in ordinem illos redigeret adscriberetque iterum Germaniae, unde secesserant. Respondit consilio euentus. Ita enim Slaui seu Venedi iterum facti sunt ditionis Germanicae. Clarus atque idoneus eius rei testis est EGINHARDVS his quidem uerbis: *Omnes barbaras nationes, quae inter Rhenum et Vistulam fluuios Oceanumque et Danubium positae, lingua quidem pene similes, moribus uero atque habitu ualde dissimiles, Germaniam incolunt, perdomuit. Inter quos fere praecipui sunt* BOEMANNI. Alios laudat, diuersi tamen aeui scriptores *Melch.* GOLDASTVS *lib. 2. c. 2. §. 11. p. 112.*

Defectiones Bohemorum de Francico imperio.

(*n*) Id quidem certissimum est; non solum Caroli M. filium, Ludouicum: uerum, scisso in partes imperio posteros Germaniae reges stirpis Carolingicae perpetua fere bella gessisse cum Bohemis, ut eos in obsequio retinerent. Nostri instituti non est, clades numerare, certamina praeliaque: quae Bohemici annales prolixe describunt. Id uero nobis tenendum: nullo tempore factum esse, ut Germaniae reges manumitterent de imperio suo Bohemos, ut potius id perpetuo egerint nullisque bellorum cruentissimorum pepercerint impensis periculisque; ut nobilissimam hanc Germaniae partem retinerent atque aduersus rebellium hominum conatus mascule tuerentur.

Reductio ad pristina obsequia

(*o*) Vixerat Arnulfi tempore Morauiae dominus, Zwentepoldus, qui et ipse fuerat in clientela regum

CAP. II. fructu eius uictoriae aliquandiu perdurante in Germania (*p*).

a) Magis et re sunt

§. IV. Verum enimuero maius nostro argumento accedit momentum e statu Bohemiae post Carolingos. Quo tempore nostra non tantum respublica nouam formam accepit (*q*): sed etiam omnibus populis Germaniae comitiorum iura contributa sunt (*r*); ut nunc demum maxime e re sit, intellexisse, quo loco habiti fuerint Bohemi.

tempora post Carolingos.

§. V. Carolingica stirpe, quae Germaniae populos primo sub iugum miserat unius imperii, sub eodemque adhuc continuerat (*s*), anno 912. exarescente: iam nunc omnes sui iterum iuris facti sunt, ut, qui ante unum imperium effecerant uniuersi, nunc singuli singulas respublicas constituerent sigillatim: utpote FRANCICAM; SVEVICAM; BOICAM; THVRINGICAM; A SAXONICAM et VENEDAM, in qua et fuerant BOHEMI. Vitio itaque his dari nequit, quod reges eorum supremam sibi arrogauerint potestatem ualedixerintque tum ceteris Germanis (*t*); a quorum nexu mors Ludouici infantis soluerat eosdem non minus atque liberauerat.

§. IV. V. VI.

In quibus Bohemiae principes reducti fuerunt ad Germanicum imperium.

§. VI. Tantum animi accepere hac rerum conuersione Venedi et horum prima gens, Bohemi: ut iam ceteris quoque B Germanis inhiarent exitiaque minarentur, crederentque, fore, ut pleraque illis Germania cederet, quamprimum bello eandem essent impetituri (*u*). Praeuenire autem haec, quam expectare maluit Henricus, auceps cognomento. Neque enim alia causa est, quare, rex Germaniae factus, cum Germaniae iterum populi in communem eiusdem imperii societatem coiuissent (*x*), in Venedos expeditionem

---

regum Garmaniae. Verumtamen creuerat maximopere eius robur, ut ei Bohemiam subiugaret et obseqoia negaret Germanicis regibus. Mouit hoc Arnulpbum, ut ptincipem perduellem bello peteret graoissimu. Copiis eiusdem distractis, mox supplicem haboit, quem reguo exuit, filio in eius locum surrogato nexuque saluo, quo utraque prouineia obligata fuerat Germaniae.

et conseruatio.

(*p*) Post enim non legitur, Bohemos Germaniae perfidos fuisse, usque dum, Carolingica regnatrice stirpe extincta, et ipsi iutellexerunt, sui se iuris factos fuisse. Fabulam uero esse existimo; Bobemiae duces morem gessisse Frаucieo regi, primo eius nominis Cunrado. Quod uostrae uune non est arenae.

Forma reipubl. German. non petenda a Carolingis.

(*q*) Sunt haee prolixiora nostro instituto. Plenius doctrinam hane explieaoit firmauitque *Dn. Praes.* argumentis in libris de *iure adlegandi* vid. Tom. I. lib. I. opusc. VI. inque *libellis*, *Germanice* scripris editisque eodem auctore atque randem *in Germaniae principis praefatione* admodum singulari. Dici enim nequit, quam peruersae ac eorruptae sint aliter docentium rationes et qoantis illae patriam nostram exponant diserimi nibas. Diffieolter tamen componentur bae lites, ob partium studia, quae plures hodieque agunt In transuersum. Quae tamen ea aduerso alio contendunt, illa plene planeque e medio tolluntur *in iure publico diplomatico*, cuius potissima momenta in schedis suis congessit *dn. praeses*, quem partum omnino desiderare debent omnes uerioris iurisprudentiae stodiosi.

Comitiorum initia post Carolingos.

(*r*) Iamiam monui: Franeos fere solos quondam fuisse in societate imperii Carolingorum. Sed, his extinctis, omnibus Germaniae populis is honor et locus delatus est: ut Germaniei imperii comitia in tot curiis adparerent, in quot Germania populos fuerat diuisa. Bobemos etiam in illis egisse, id quidem occurret inferius.

Sub Carolingis Germania belli iure sub imperio fuerat unius.

(*s*) Admonitione hic opus est, neequiequam historiae eius aliqua probatione. Armis et belli iure redacta fuerat Germania sub imperium onius, quae antea dispersa fuerat in plures respublicas. Ita enim Clodouaeus SVEVOS; Theodorieus THVRINGOS; Carolus M. BOIOS; SAXONES; VENEDOS seu Slauos ui armorum subiugarunt. Victorum itaque posteri quamdiu uixerunt; ram diu etiam oiuculum perdurauerat, ad qood fides adstricta fuerat gentium deuictarum. Victrice autem stirpe extiocta, illud quoqoe disruptum fuerat ac dissolutum, ot in partes irent singulares ac pristinas, quae per idem eousque uixerunt coniunctae. Quod in patriae rebus eo clarius est, quo notum magis illud imperii instrumentum: quo filii Ludouiei pii auirum imperium ita diuiserunr, ut partes aeterno iure inoicem manerent scionctae. Ex quo rempore Francorum iora, si quae illis fuissent in prouincias Germaniae, nouiter a regibus illorum aeqoisiras, prorsus sublata aique perdita sunr, ur iuris ea petendi aut recuperaudi omni momento fuerint destituti.

Bohemiae rex post Carolingos se iure subtraxit imperio Germanorum.

(*t*) Errore labuntur, plurimis qoidem communi, quotqoot Bohemiae reges in ius oocant ineofaniqoe perfidiae; eo, quod, post tempora Ludouici infantis, uuntium miserint Germanis, a quorum imperio ipso tum iure fuerant liberati. Principio enim praeceptio est et rationi congrua et auctoritati ita sentientium: quod, stirpe imperantis extincta, rerum summa redeat ad rempublicam. Quem euenium, Carolingis in Germania emortuis, uidit babuitque eom aliis Germaniae prouinciis Bohemia. Deinde ius, quod sibi quis somit, id qooque ut alreri largiatur, neeessum est. Verum omnes Germaniae populi, Carolingis eatinctis, libertatem sibi adrogarunt, constitutis hoc fine dominis singularium rerritoriorum. Quidni igitur idem fas fuerit populo aut, qui huios olees gessit, duei Bohemiae. Nam aliae prouinciae regibus Germaniae absque prineipe intermedio paruerunt: Bohemia autem rege suo fuerar instructa, in qoem potestatem transtulerat, ne is eandem a Gaesare imperioque accepisse, uideretur.

Cur Germania in unum systema iterum coierit?

(*u*) Nisi omnia me fallunt, pro certo habeo, uix aliam eaosam fuisse, quare Germania, in particulares respublieas distincta scio nctaque, iterum coiret constitueretqoe regem, cui parerent uniuersi, qoam perieula, ab inuasione Venedorum et Hungarorum metuenda, quibus alias faeile fuisset, ad opprimendum singulos, nisi conionctis studils utrique hosti uires uniuersi opposuissent. Tantum ergo abest, ut Bobemi post Carolingos Germaniae morem gesserint: ut potios ipsi spe deuorauerint pleraque Germaniae.

Systema reipublicae Germanicae pactitium est.

(*x*) Systema quinqoe prouinciarum Germaniae pactitium est, nulla iuris neeessitate constirurum: sed liberrimo prineipom arbitratu idque rantum ea rationibus eonsilii. FRANCI enim Rbenenses haboerunt, quod a uicinis sibi Gallis meruerent; quo etiam rerrore percussi fuerant SVEVI, loribus longe illis inferiores. Hi ergo inprimis eo inelinarunt, ut respublicae, quae communem patriam haberent, in uno irerum systemare unireutur. SAXONIBVS et THVRINGIS maiores uires; sed tamen utrique maiora etiam perieola, quae facessebant uicinae gentes VENEDORVM. Hi enim omnem animum

CAP. II.

Formula Bohemiae.

nem fecerit Bohemiaeque gentem comox adduxerit: *ut Germanis fidem iuraret ferretque tributa; ab illis autem indigenatu donaretur iureque Germanicae ciuitatis* (*y*).

Bellis subinde lacessita.

§. VII. Haec FORMVLA est, ad quam exigenda sunt bella dissidiaque, quae inter Bohemos Germanosque inde ad nostram usque aetatem intercesserunt. B Tantum enim abest, ut Germani ullo unquam tempore dereliquerint Bohemos, ne quidem stirpe Saxonicorum Caesarum extincta, ut potius singuli id egerint imperatores, quo firmiter in obsequio illos retinerent (*z*); claro argumento, Bohemiam ex hoc tempore non regibus Germaniae, sed Germanico regno addictam innexamque fuisse uinculo aeternum duraturo.

§. VII. VIII.

IV.) Bohemi comitiorum suffragatores.

§. VIII. Non uero de iuribus tantum constat suffragii Bohemiae regis in conuentibus S. R. I. sed etiam de iuris illius exercitio actuque (*aa*). Plurima hanc in rem alii idque sine discrimine congesserunt (*bb*), quod tamen in hac caula esse nobis debeat potissimum. Principio enim

mum exuerant, redeundi ad Germanicum imperium. Franciae itaque electrici reliquae tres prouinciae facilius accesserunt; quoniam Saxonum et Thuringorum duci ante oblatum fuerat imperium, quam ex Francica gente denominaretur Cunradus. BOIIS principio altus animus aliudque consilium. Horum enim ditio ut latissime per Austriae atque huic innexas prouincias patuit, in Hungariam usque prolata: sic illis uisum est, optimum suae reipublicae fore, si ipsi regem haberent, qui in illis ageret nulloque nexu addictus uiueret reliquae Germaniae. Vt itaque is adducendus fuerat, quam tamen non expectauit. Cum eius Henricus auceps FORMAM ederet IVRIS PVBLICI Germanici, qua quisque princeps sui territorii dominus permaneret, quamuis fidem dedisset Germanico imperio; Boius etiam nouo systemati accessit, ut iam nunc post VENEDOS BOHEMOSque non alius superesse uideretur. Haec principia sunt nostrae reipublicae, ueritati congrua et rationibus pragmaticarum sanctionum.

Bohemiaquo iure reducta sit ad systema reipublicae Germanicae?

(*y*) Henricus auceps FRANCIA; SAXONIA; THVRINGIA; BAVARIAQVE sub imperium recepta, id sibi agendum esse, censuit: ut VENEDORVM quoque principatus Germaniae redderentur idque eo maiori studio contendit, quo truculentiora pericula essent, quae illi barbari populi Germanis minari uiderentur. Bellis responderunt prosperi rerum euentus. Nam Venedis Brandenburgicis ipse principem dedit Geronem: Boemorum uero ducem subegit subactumque in fidem recepit, Germaniae per omne imperium adprobandam, atque ad ferenda tributa ipsum obstrinxit. Vt uerissimum sit, duas Venedorum respublicas cessisse in potestatem Germanici imperii. Testes horum euentuum atque pactorum sunt *Wittekindus, Stadensis; Vrsperge isis*, laudati atque exscripti iunioribus. Addit GOLDASTVS *lib.* 2. c. 3 *§. 7. p.* 123. utinam ex luculento testimonio ueterum: *Huc redit summa: Bohemos sub imperium Germanum subiunctos fidelitate ob eis exacta et tributo annuo imposito: eorumque ducem Wenceslaum, inter principes imperi. Germanici allectum, eodem iure iisdemque priuilegiis, quibus Franci; Bauari; Sueui; Saxones; Brandenburgici utuntur fruunturque.* Sed id quidem altioris indaginis est, quod locum meretur singularem.

Omnibus Germ. regibus negotium facessiuit.

(*z*) Vix unius Caesaris res gestas legeris inde ab Henrico aucupe, augusto Bohemorum recuperatore usque ad Caroli IV. aetatem, qui cum Bohemiae regibus non aliqua, imperii ergo, habuerit dissidia. Sed haec qui enumerauero in epitome et quo fine? cum *HELMINSFELDIVS lib.* 2. *cap.* 2. 3. 4. 6 7. 8. hanc spartam pridem occupauerit. Dicis? quae materia bellorum, toties ac diuersimode repertorum idque spatio lapsuque quingentorum annorum. Sunt, qui naturam ferocissimam gentis incusant, quae omni tempore studia amauerit rerum nouarum. Sit uero ita; quod ipsos etiam reges id permouerit, ut illi Germanos in Bohemiam magno numero uocarent, quorum exemplo Venedi, incolae mansuetiores fierent mitigarenturque. Non uero occasiones negligendae sunt, quibus ad arma aduersus Germaniam sumenda, illi fuere excitati. *Scilicet* uti principum negotia magis ex consilii rationibus pendent, quam iuris aut aequi rigore: ita Bohemiae reges maiestatem Germanici imperii multoties spreuerunt, quod non uiderent, ubi illis opus esse posset eiusdem tutela. Id enim roboris ac diuitiarum fastigium tenet Bohemia, ut sua sorte acquiescere possit, uix indiga opis alienae. Inprimis haec causa isto aeuo se exeruit, quo Morauia Silesiaque eidem accessit, auctibus prorsus inuidendis. *Deinde* cum Germanici imperatores bella haberent cum Romanis pontificibus; hi quidem id inprimis egerunt, ut animum adderent Bohemis, quo minus illi morem gererent Germaniae. *Tum* intestina quoque dissidia famam prostituerunt imperatorum, ut illi apud Bohemos quoque essent in contemtu. *Post* clariores id non minus reddidit Bohemos, quod regale illis tributum esset diadema, quasi rex non esset, qui regem haberet. *Praeterea* disiunctio accessit et dissipatio sex Germaniae ducatuum: ut Bohemiae rex purpura regali tantum non indignum esse, existimaret, horum collegam audire, quorum dominia ad eiusmodi angustias redacta fuissent. *Ad extremum* ex quo Bohemiae rex Germanico imperio neque tributa tulit neque militaria praestitit officia, imo cuique onerum generi se subtraxit: ordines Germaniae uoluerunt, ut rebus illorum ille deinceps interesset. Atque his procellis fluctuauit nauis reipublicae Bohemicae, ut nunc accederet comitiis iterumque abesset ab illis: donec Carolus IV. nexum hunc magis laxaret remitteretque, ut Bohemia rerum ignaris tantum non prorsus a systemate Germaniae auulsa esse, uideretur.

Causae defectionis Bohemorum summatim.

(*aa*) Quamuis enim fieri non posit, quin ille comitiorum iure in Germania destituatur, qui non solum prouinciae Germanicae praeest; sed etiam priuilegio gaudet Germanicae ciuitatis, quod utrumque de Bohemiae principe uerum esse, demonstrauimus: sunt tamen aliquorum nomina in albo ordinum siue omissa siue expuncta siue temporum caligine obliterata, ut a iure ad iuris ipsius exercitium uinculum consecutionis paulo infirmius esse, uideatur. Exemplo esse possunt in Belgii oris Burgundici principatus, qui diu a comitiis abfuerunt, usque dum, quodam postliminii iure, Austriacae domus instituto, Burgundicum suffragium Germanico nostro imperio restitueretur. Lotharingi multis etiam seculis Germanica comitia neglexerunt, Ferdinando autem primo imperante, intuitu ducatus, ex albo imperii deleti sunt. Quamuis, CANONII, praesidis Lotharingiae ore loquor, poeniteat eos emancipationis, ut redire ad patrios ipsi lares mallent, honesta dummodo uia superesset, per quam ad illos possent redire.

Sunt aliis iura, aliis ipsa suffragia in comitiis.

Singularia de Belgis,

et Lotharingis.

(*bb*) Vt litterae, quibus polluit Augustinus, ex libris eiusdem intelliguntur, quos DE CIVITATE DEI reliquit: ita GOLDASTI rerum Germanicarum

Iudicium de Goldasti Bohemia.

CAP. II. §. VIII.

enim frustra sunt, qui Bohemiae ducem A comitiorum adsessorem laudant temporibus Carolingorum; quod imperii nostri rationibus est aduersum (cc). Deinde cum Germaniae comitia principes etiam peregrini accesserint siue ad festiuitatem eorum augendam (dd); siue ad obseruandum consilia negotiaque imperii (ee); siue etiam ad accusandum aut respondendum causas, Caesarum et ordinum iudicio delatas (ff): illud docendum et demonstrandum est, eo Bohemiae duces sine comitiis nostris interfuisse, ut officio defungerentur principis aut status Germaniae, quo de comitialibus argumentis tractarent, statuerent, deciderentque, utpote qui cum patriae proceribus essent in Germanici imperii societate. Atque hoc ut pateat, *principio* sciendum est, quod Bohemiae dux continenter comitiis legatur interfuisse (gg), B cum alii ad eadem accesserint nonnisi per interualla; quoties nempe uel causam comparendi habuerunt uel cupediam. *Deinde* aliorum in comitiis praesentia uoluntatis fuit et arbitrii: Bohemiae regem

a) quia comitiis interfuere continenter,

(b) in iisdem sunt desiderati,

rum peritia adparet ex eiusdem commentariis RERVM BOHEMICARVM. Vterque cetera aliis; haec autem sibi ac famae suae uidetur perscripsisse, quibus ipse ac aliis internosceretur. Nihil detraho famae Goldasti, quam saepe praeter meritum sugillat impetitque BALBINVS litteratissimus Iesuita, quod nimietatati dandum religionis. Id tamen desidero egomet in Heimensfeldio nostro: quod recentiorum testimonia cum ueteribus misceat; quod fidem illis protinus tribuat, modo prosint illius instituto; quod saepe libellos laudat nullius auctoritatis: quod iusto saepius utatur consequentiis, quam testibus ac ordine rerum; quod numeros testium maioris habeat, quam selectum. Sed hi animi mortalium sunt, ubi ad sensus uel suos uel aliorum magis scribunt, quam ad ueritatem.

Status comitiorum sub Carolingis.

(cc) Illius ergo rei supra iam feci mentionem § III. Est hic pestilentissimus omnium fere Ictorum error; ut consuetudines Carolingorum commisceant cum natalibus nostri formae imperii, ad quam hodieque publici iuris rationes exigere et examinare debemus. Inde fit, ut doctrinas habeamus male cohaerentes, hiulcas e dissentaneas, similesque scopis dissolutis, quas negligere praestat, quam illis addiscendis tempus perdere aetatemque.

Interfuint aliqui comitiis a) festiuitatum causa;

(dd) Saepius Galliae legatos, imo ipsum quandoque regem Galliae offendimus in comitiis Germanici imperii. Etiam Caesarum orientis oratores conuentibus interdum nostris fuere praesentes, quem honorem habuerunt imperio Romano. Vt nihil de nuntiis dicam maximi pontificis. Tantum ergo abest, ut ex praesentia principis consequatur ius aliquod suffragii: quantum abest, Daniae nunc regnum Venetae partem reipublicae fieri, quod personatus Oldenburgicus comes eidem per semestre spatium fere adesse uideatur.

(b) ad cognoscendum arcanas consiliorum rationes;

(ee) Adeo solennes fuerant peregrinorum principum frequentationes in patriae comitiis; ut publica opus esset lege, qua maioris momenti conuentibus institutis, peregrini omnes urbe illa, ubi agunt imperii ordines, exire, teneantur. Fieri enim non potest, ut in tanta suffragantium multitudine tamque diuersis eorundem studiis recondita sint imperii consilia: siquidem absque ullo discrimine praesentibus esse licet peregrinis. Sint nobis Poloniae conuentus in oculis, quibus nostra similis quondam fuerat respublica.

(c) ad agendum aut respondendum causas;

(ff) Ingens discrimen inter membra Germanici imperii et ordines siue status, qui audiunt, eiusdem. Vtrisque iudex sunt comitia. Inde est, quod Italiae multoties incolae et Daniae Poloniaeque regnorum siue ordines siue reges causas in comitiis egere controuersas. Nunc subditi principem tyrannidis accusarunt: nunc princeps perfidiae postulauit subditos rebelles. Ipsius pontificis causae saepius factae sunt comitiales. Aliud uero est, iudicem agnoscere comitia; aliud iterum iudicii illius socium esse et collegam. A primo certe necquicquam sequitur alterum.

Bohemum ab Henr. aucupe semper deinceps comitiis S. R. I. interfuisse.

(gg) Deest nobis HISTORIA COMITIORVM IMPERII: quod omnino mirum, cum minimorum habeamus CONCILIORVM HISTORIAS. Desunt nobis RECESSVS imperii usque ad tempora Friderici V. quamuis omnium CONCILIORVM uolumina promulgata sint, sumptibus quidem Galliae regis XXXVII. an. 1644. cura autem Labbei XVII. minori typo, sed rerum tamen adparatu maiori an. 1672. Pudeat Germanos neglectus in rebus, a republica gestis. Aliis regnis id exprobrandum non est; quibus talia legere nec libet nec licet. Vtrumque nobis datur, qui in quouis publicae causae argumento ad consuetudines et obseruantiam imperii prouocamus, ut antiquiora omne punctum ferant essentque comitiorum tabulae pulcherrimum utilissimumque IMPERII INSTRVMENTVM. Non uero hoc impedit, quin sciamus, Bohemum sub singulis fere imperatoribus Germaniae comitiis adfuisse; quae cursim recensebimus, cum HEIMENSFELDIVS *lib. 4. c. 3. 4. 5.* hac prouincia perfunctus sit ex instituto. Legitur autem dux Bohemiae sequentibus adfuisse suffragator. *Anno* 923. HENRICO I. *imperante Ratisbonae: An.* 960 *sub* OTTONE PRIMO *Wormatiae: an* 973. *sub* ALTERO *Ottone Quedlenburgi, post etiam Vinariae, Alstedii: an.* 985. *sub* TERTIO *Ottone itidem Quedlenburgi: an.* 1003. *sub* HENRICO II. *Merseburgi: an.* 1024 *sub.* CVNRADO II. *Moguntiae: an.* 1048. *sub* HENRICO III. *Ratisbonae, deinde Goslariae, Moguntiae, Quedlenburgi: an.* 1085. *sub* HENRICO IV. *Moguntiae, idque aliquoties Merseburgi, Ratisbonae, alibi: an.* 1108. *sub* HENRICO V. *Ratisbonae atque alibi: an.* 1134. *sub* LOTHARIO *Magdeburgi, Bambergae: an.* 1138. *sub* CVNRADO III *ibidem: an.* 1156 *sub* FRIDERICO I. *Ratisbonae, aliquoties Bambergae, Warzburgi, Augustae, Erfordiae, Laudae in Italia, Bisantii, Noribergae atque alibi: an.* 1193 *sub.* HENRICO VI. *an.* 1199. *sub* PHILIPPO *Moguntiae semel iterumque: an.* 1203. *sub* OTTONE IV. *Merseburgi, Moguntiae, Bambergae, Wurzburgi, Augustae: an.* 1212. *sub* FRIDERICO II. *Basileae, Merseburgi, Egrae, Argentorati, Bambergae, Augustae: an.* 1247. *sub* WILHELMO *Aquisgrani: an.* 1273. *et post ad comitia citatus a* RODOLFO *primo, non comparuit Bohemus eidem imperatori infensissimus hostis an.* 1299. *sub* ALBERTO *Noribergae, Merseburgi: an.* 1318. *sub* LVDOVICO *Bauaro Egrae, post Ratisbonae, Francofurti, atque alibi: de an.* 1350. *eo minus dubitandum, quoniam idem, qui Bohemiae rex fuerat, est etiam factus imperator* CAROLVS *ille quartus cognomento: an.* 1378. *uero* WENCESLAVS, *quamuis et ipse Caesar esset, comitiis Germaniae adsignauit Bohemiae legatos, qui suffragio Bohemico in illis uterentur: an* 1426. *idem etiam est factum sub Caesare* SIGISMVNDO, *Constantiae: an.* 1461. *Bohemiae iterum rex,* FRIDERICO V. *imperante ad comitia accessit Egrae atque iterum Augustae.* Post haec fere tempora interesse, neglexerunt Germaniae comitiis reges Bohemiae, partim, ne onera tributaque

Causae neglectorum comitiorum a Bo-

CAP. II. *§. VIII.*

gem officii hic rationes obligarunt (*bb*). Tum, si, quod uulgi sermone dicitur, *exceptio regulam firmat*, cum priuilegium imperatores irrogauerint Bohemiae regibus, ut illi comitiis, ubi haec in urbe Germaniae, a finibus Bohemiae nimium remota instituerentur, impunes abesse, queant (*ii*); pro certo haberi debet, incubuisse alias iisdem comparendi in imperii congressibus necessitatem. *Tandem*, ne quis uel ita ambigat, utrum Bohemiae reges salutauerint comitia ad consultandum, an uero ad decidendum causas controuersas: non solum exempla docent, quod statuerit decreueritque Bohemus; sed etiam ante sententia imperii lata esse non uideretur quam suum ipse calculum etiam dedisset (*kk*). Verum sunt haec momenta satis ad demonstrandum, Bohemiae regem frequentauisse Germaniae comitia, non qua testem, actorem, reum uel hospitem; sed qua suffragatorem et principem Germaniae potentissimum.

3) quandoque in irrogato priuilegio.

4) Vetu Bohemi fuere suffragatoris et decisiun.

§. IX.

---

bemis ab an. 1550.

que illi ferrent imperio praestarentque seruitia: partim, quod Hussitica illis bella intestina essent, ut, domestreis curis districti, parum attenderent alienis: partim etiam, quod et imperii Germanici fasces et gubernacula Bohemiae iidem principes Austriaci sanguinis haberent, ut parum e re esse uideretur, in ordinibus Germaniae numerari Bohemicae prouinciae regem: accessit tandem, quod is ultimorum seculorum error fuit, quo dubitarunt Icti, num rex uere esset, qui, regni causa, subesset alteri, uel ipsimet Romano imperetori: ad extremum, quando imperii legibus et comitiorum recessibus locum nullum darent Bohemi, taedoit Germanicos proceres societatis illorum, ne leges Germanis tantum dare, non accipere uiderentur. Atque satis nunc ex hactenus dictis esse puto manifestum, Bohemiae regem non hospitem fuisse comitiorum Germaniae, sed ciuem socium atque collegam, id quod fuerat demonstrandum.

Bohemus a comitiis absens desideratus est.

(*bb*) Disputatur a iuris publici consultis, num in uoluntate ordinum sit, ut, uocati ad comitia, illis impune queant abesse. In Bohemiae regibus luculentissima sunt exempla, eos propterea in crimen uocatos fuisse, quod ad comitia accedere, quandoque neglexerint, tantum abest, ut otiosam fuisse existimemus eorundem praesentiam. De Ottone magno memorat HAGECIVS *ad an.* 963. quod proscripserit Boleslaum, ad comitia uocatum, sed ad eadem uenire negligentem. Idem de Ottone II. imperatore admonet ad an. 975. *FABRICIVS rer. Saxonic. lib.* 2. *ad an.* 975. Taceo exempla alia, quae domestici Bohemiae annales adnotarunt. Interim manifestum est, perfidum imperio dici non potuisse Bohemum comitiorum causa, nisi fide ad ae frequentanda Caesari imperioque adstrictus fuisset.

Dispensatio Bohemiae regis in frequentandis quibusdam tantum comitiis.

(*ii*) Fidem necquicqaum fallere potest diploma FRIDERICI II. imperetoris, quo Bohemiae regem ab onere, *comitia frequentandi* fecit immunem, siquidem illa in loco instituerentur Germaniae, a finibus Bohemicis nimium remoto. Cum alia plura in libello habeantur, unde lumen accedere potest nostro argumento, integrum hic illum exscribemus. *Fridericus diuina fauente clementia Romanorum imperator electus et semper Augustus, rex Siciliae, ducatus Apuliae et principotus Capuae. Cum decor et potestas imperii nostrum praecesserit statum, ut non solum ceterorum principum dignitates; uerum etiam sceptra regalia a nostra conferantur maiestate, gloriosum reputamus, ac magnificum, quod in tanto nostro largitatis beneficio, et aliis crescit regiae dignitatis augmentum, nec ob hoc eminentia nostra aliquod patitur detrimentum. Inde est, quod nos attendentes praeclara deuotionis obsequia, quae uniuersa Bohemorum gens ab antiquo tempore romano exhibuit imperio tam fideliter, quam deuote, eo quod illustris rex eorum Ottogarus a primo inter alios principes specialiter prae caeteris, in imperatorem nos elegit, et nostrae electionis perseuerantiae diligenter, et utiliter astiterit, sicut dilectus patruus noster piae memoriae rex Philippus, omnium principum habito consilio per suum priuilegium instituit, ipsum regem instituimus et confirmamus, et tam sanctam et dignam institutionem approbamus, regnumque Bohemiae liberaliter, et absque omni pecuniae exactione, et consueta curiae nostrae iustitia sibi, suisque successoribus in perpetuum concedimus. Volentes, ut quicunque ab ipsis in regem electus fuerit, ad nos uel successores nostros accedat, regalia debito modo recepturus. Omnes etiam terminos, qui praedicto regno attinere uidentur, quocunque modo alienati sint, ei, et successoribus suis possidendos indulgemus; ius quoque, et autoritatem inuestiendi episcopos regni sui integraliter, sibi, et heredibus suis concedimus, ita tamen, quod ipsi ea gaudeant libertate, et securitate, quam a nostris praedecessoribus habere consueuerunt. De nostra autem liberalitatis munificentia statuimus, quod illustris rex praedictus, uel heredes sui ad nullam curiam nostram uenire teneantur, nisi quam nos apud Bamberg, et Norinberg celebrandam indixerimus, uel si apud Merseburg cui iam celebrare decreuerimus, ipsi sic uenire teneantur. Quod si dux Bohemiae uocatus accesserit, ipsi sibi ducatum praestare debeant, sicut antecessores sui quondam Bohemiae reges facere consueuerunt, sic tamen, ut spatium sex hebdomadarum ueniendi ad praedictas curias eis ante praefigatur, saluo tamen, quod si nos, uel successores nostros Romae coronari contigerit, ipsius praedicti regis Ottogari, uel successorum suorum relinquimus arbitrio, utrum ipsi nobis trecentos armatos transmittant, uel trecentas marcas persoluant. Ad huius autem constitutionis, et confirmationis nostrae memoriam, et robur perpetuo ualiturum, praesens priuilegium per manus Henrici de Parisiis notarii, et fidelis nostri, scribi, et bulla nostra aurea iussimus communiri, Anno, Mense et indictione subscriptis. Huius rei testes sunt isti: Archiepiscopus Barensis, Episcopus Tridentinus, Episcopus Basiliensis, Episcopus Constantiensis, Episcopus Curiensis, Abbas Augensis, Abbas S. Galli, Abbas de Viterbio, Bertoldus de Niephen regalis curiae protonotarius, comes Huldricus de Chiburgk, comes Rudolphus de Habsburg, et Landgrauius de Alsatia. Comites Ludouicus, et Hermannus de Triburg, Comes Vernerus de Hebenburg, Arnoldus nobilis de Wart, Rudolfus aduocatus noster, Rudolphus de Rauensburg, Albertus de Tanhausen camerarius, et alii quam plures magnates, et nobiles, et liberi, quorum testimonio hoc priuilegium constat esse confirmatum. Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis 1212. Mense 26. Septembris. Quindecima indictione, regni uero domini nostri Friderici illustrissimi Romanorum imper. electi, et semper Augusti regis Siciliae quindecimo.*

Subscriptio Bohemi in REC. IMP. est essentialis.

(*kk*) Id alias mores uolunt in collegiis, ut absentis collegae nulla ratio habeatur in sententiis conceptis. Certe in imperii comitiis hodieque illae seruuntur, absentium ordinum non desiderata expectatoque consensu. Qui autem factum esse dices, ut reliqui Germaniae ordines accessum ad comitia consensumque Bohemiae regis tantopere desiderauerint; ut aliquoties ante rem pro non confecta haberent, quam illum obtinuissent? Respondeo dubium. Olim suffragiorum non maior numerus rem confecit: sed pars *firmior*. Quod primus ex anti-

CAP. II. VI.) De aliis argumentis summatim cum iudicio a) quod fuerit elector — *§. IX. X.*

§. IX. Supersunt alia plura argumenta, unde comitiis interfuisse Bohemum, argui potest et concludi: quae cursim nos enumerabimus, pretii et firmitudinis, quam habent, addito iudicio sigillatim; ne bonam causam peruerse rueri uideamur (*ll*). Principio filum consecutionis est firmissimum, ut minus etiam possit, qui potest maius. Vnde consequenter adfirmo: si Bohemi arbitratu Caesar fit; eius quoque fore in leuioribus causis aliquod iudicium, uel quod idem est, iura comitiorum (*mm*).

b) archipincerna.

§. X. Deinde etiam spartam huc trahere licet archipincernatus. Quae prouincia deferri nequit principi peregrino, ut ideo ciuium Germaniae numero alboque adscriptum esse oporteat regem Bohemiae (*nn*). Dici non potest, quam hic ambigat, titubet, haereat erretque maximi nominis scriptor Goldastus.

§. XI.

antiquitata docuit *D. Praeses* in *programmate, von Streit über neue Stimmen auf dem Reichstag*, an. 1709 edito. Cum uero opes, amplitudo, roburque Bohemiae regni et huic inuexarum prouinciarum Silesiae Morauiaeque tantae essent, ut tantum non alteri parti uniuersae Germaniae responderent: mirum non est, suspensa fuisse conclusa comitiorum, ob desideratum suffragium regis Bohemiae. De Henrico, Caesare HAGECIVS *part.* 1. *Chron. Boh. ad an.* 923. *Mittlerweile hat sich der Käyser*, comitiorum imperii argumentum tractat, *auf seinen Stul gesetzet: desgleichen sassen auch alle Reichs-Fürsten umher, und wurde die Handlung allein von wegen des Hertzogs von Boehmen Abwesenheit verschoben.* Quam historiam alii quoque ita enarrant. Et si is scriptor causae propriae aetatisque inferioris uidetur, accipe WIPPONEM, *Conradi II.* Caesaris *capellanum*, qui in descriptione comitiorum hoc prodit iudicium ordinum imperii: *Oportet nos habere*, antequam sententiam feramus, *saltem tales inducias, intra quas possemus conuocare et precibus inuitare, ut sit nobiscum*, post alios, *ducem Bohemicum*. Ad an. 1212. scribit DVRBAVIVS *lib.* 15. *histor. Bohem. p.* 123. quod Caesar admodum desiderauerit praesentiam regis Bohemiae, qui quod senectute impeditus esset, tandem agnatum miserit rerum procuratorem. Exempla alia praeterea generis eiusdem. Dubito enim de alio Germanici imperii principe reperiri, absentiam eius suspendisse sententias comitiorum: ut ita satis constet, quantum a Bohemiae regis suffragio pependerit momentum.

Argumenta alia opinionem adferunt: alia ueritatem.

(*ll*) Vti diuina dogmata mendaciis nostris argutiisque opus non habent: ita neque ueritas pigmentis rationum. Peccare in eo maximopere solent doctores, ut argumenta, quae demonstrant, uel etiam certa ratione probant siue sigillatim siue in aliorum societate distinguere nesciant ab illis, quae opinabilia tantum sunt, adminicula ueritatis, non praesidium aut fons. Decipiunt se in eo maximopere publici iuris consulti, quando peregrinos aliorum regnorum mores adferunt ad nostri imperii consuetudines declarandas. Vnde praestantissima uolumina LIMNAEI, MYLERI aliorumque erudita magis, quam docta mihi quidem, quoties eos in rebus patriae consulo, esse uidentur. Idem in Bohemiae rege argumento.

An idem qui elector etiam status imperii?

(*mm*) Scio praeter illos Saxonici et Sueuici iuris tenebriones, speculatores bardos ac stupidos, neminem fuisse, qui Bohemiae regi in dubium uocauerit, quod iudicio etiam illius fiat eligaturque imperator. Et qua fronte aliquis haec ei negauerit iura, cum uix et ne uix quidem ullus Caesar ad id fastigium in Germania euectus sit, calculo non numerato ducis Bohemiae. Adeo, ut primas ei in hoc officio detulerit an. 1212. Fridericus II. in diplomate superiore lit. ll. recitato. Vnde autem illi hoc? Num ex priuilegio; hoc autem *facti* esse dicunt leges, neque *praesumendum*, sed *demonstrandum*. Aut, ut discordantibus forte *sexuiris* in electione ipse uni parti momentum adferret ad decidendum? Saxonicae gerrae, pridem explosae, cum

Vnde Bohemo ius eligendi? Falsae causae, prima, altera,

ue quidem olim res imperii confectae sint numero suffragantium maiori, quod monuimus infr. lit. uu. Aut quod aliquis coniectari posset, ea causa, quoniam an. 1315. Boioariae dux palatinatu Francico seu Rhenano familiae illato, GIOVANNI *Germaniae princeps lib.* 3. §. 10. 11. *p.* 13. 14. duobus electoratibus, ceu unus princeps, in comitiis, Caesaris eligendi causa institutis non poterat defungi, ut adeo uicinus princeps Bohemus in subsidium uocaretur. Verum et hoc falsum est, cum inde a temporibus Ottonum constet, Bohemiae regem electorem fuisse Germaniae imperatorum, quod ante nos demonstrauit HEIMENSFELDIVS *lib.* 3. *cap.* 4. 5. 6. 7. Illud itaque unicum superest, ut eundem PROVINCIAE aut regni sui iure Caesarem in societate aliorum elegisse existimemus; quo iure ad Germaniae quoque comitia accessit, quod probatum cuictumque est hactenus. Decepit se aliosque GOLDASTVS *lib.* 3. *c.* 7. qui PINCERNATVS causa Bohemiae electionis iura putat obuenisse. Verum hunc errorem dissipabimus inferius. *Primo* enim nullo tempore plura in imperio ARCHIOFFICIA, liceat barbare loqui ut clare loquar, fuere, quam quatuor aut quinque: sed imperii electorum tot olim fuere, quam prouinciae et peculiares populi Germaniae supra §. VI. lit. x. archi-officium itaque causa esse non potuit imperii electoratuum. *Deinde* Marchio Misnensis uere archiofficialis est, *Archiuenator* imperii, quo munere defunctus est in Metensibus comitiis an. 1357. memorabili, neque dum Saxonicis scriptoribus cognito loco apud CZECHORODIVM *in marte Morau. lib.* 4. *c.* 2. *p.* 430. 431. ille tamen necquicquam haberi solet in numero electorum. Quamuis in hac historia arcana lateant argumenta, quae ego quidem excutere nolo, excutiant illa Saxones, quorum interest. *Post* serius longe Bohemiae rex archipincerna est factus, quam elector. Illud igitur munus frustra spartae huius causa laudatur. *Ad extremum* archiofficio peregrini quandoque principes solennium ergo, in comitiis defuncti sunt, exemplo Daniae regis: necquicquam uero prouincia electionis; quam ciuis obeat oportet Germanus aut, quod idem est, Germanica donatus ciuitate. Summatim arguo: si prouinciae causa elector est rex Bohemiae; idem eodem etiam intuitu erit *status imperii* in alioque genere comitiorum suffragator. Electorum origo causaque multas dubitationes habent; mihi praeceptio est in iure publico: *qui electorato gaudet, ille iure gaudet status imperii.*

tertia,

Vera causa.

error Goldasti.

Errores Goldasti de Bohemiae archipincernatu, primus.

(*nn*) Versatur in hac arena GOLDASTVS *lib.* 3. *cap* 8. sed ambigit, titubat, erratque. Primo enim inde ab Ottonis III. aeuo archipincernatus munere gauisum esse Bohemiae regem existimat iure quidem perpetuario. Hoc autem est falsissimum. Vt enim taceam, ante *archiofficia* uni prouinciae aeterno iure adscripta non esse, quam singulari duce destituerentur *Suenia Franconiaque; Thuringiae* domino fortunae tenuioris, quam ut adspirare posset ad hoc genus fastigii; ut necessitas esset, uni, quod semel habuerat, constanter relinquere. Deinde ex speculi Saxonici uetustiori exemplo patet,

archi-

CAP. II.

c) Bohemi iure indigenatus gaudeant in Germania, ut
1) Feuda acquirant.
2) Fiant Caesares.

§. XI. Facit praeterea hoc etiam non leuem coniecturam, Bohemiae regem inter ordines esse Germanici imperii: quoniam ei datum est, ut feuda imperii acquirat possideatque (*oo*); utque et ipse, si ita euenerit, imperator fiat (*pp*). Caesares deinde atque electores Germaniae Slauicam ideo linguam docti esse debent, ne Bohemi illis esse queant gens peregrina (*qq*).

§. XI. XII.
3) Slauice docti Elect.

d) Episcopatus Boh. Germaniae subiecti.

§. XII. In sacrorum iure illud singulare est, quod omnes Bohemiae episcopi a Caesaribus nostris sint instituti (*rr*), usque dum Fridericus II. imperator,

---

archipincernatum usque ad duodecimum seculum penes duces fuisse *Baioariae*. Recitat uerba e Viennensi bibliotheca LAMBECIVS *lib. 2. cap. 8. pag. 826. Der Hertzog von Bayern hatt die vierdte Stimme an der Chur und ist des Reichs Schencke und solle dem Koenige den ersten Becher tragen.* Vt certissimum, Bohemiae regem post ea demum tempora archiofficium pincernatus a Buioariae ducibus accepisse, cum illi, archipalatinatu aucti, utroque simul munere *archipincernatus* et *archidapiferiae* non possent defungi; ut adeo altero conseruato, primum susciperet rex Bohemiae. Inde etiam est, quod

Colbii de Wartenberg.

COLBIANA gens, cognomenti de WARTENBERG, quae ex Ratisponae uicina est, cum *subofficio pincernatus*, quo gauisi fuerant, in Bohemiam quoque migrauerint atque archiofficialem subofficiales sint sequuti, quod *Dn. Praeses* eruit explicuitque *in dem Vorzug des Wartenbergischen Hauses* §. 9. p. 45. in opusculo *vom general Erb-Post-Ambt* cap. 3. p. 24. atque in formula Marchiae tom. I. lib. I. opusc. IV. cap. VII. §. 5. lit. h. taceo argumenta alia ad euitandum taedia nimiae prolixitatis. *Alter* est

alter,

error, quod existimet Heimensfeldius; Bohemiae regem *pincernatus* ergo Caesarem *eligere*: non uero *regni* intuitu. Primum nos negauimus, altero adserto firmatoque §. X. lit. hoc supra. *Tertius* est, quod

tertius,

indignum ei uideatur, archipincernam ultimo plerumque loco nominari post omnes ordinis ciuilis electores. Verum uti primae debentur Bohemo, qua electori; ita archipincernae alius adsignari locus non potest, quoniam muneris non ea est ratio, ut aliis id anteferri mereatur. *Quarto* errat, archipin-

quartus;

cernatum a pontifice Romano, populi causa senatusque Romani confirmatum esse. Sed hae gerrae GROTII etiam sunt *lib. 2. de I. B. et P. c. 17 n. 9.* quas pridem depulimus Germani de portu magistrae ueritatis. *Quinta* Bohemum existimat cum Boioariae

quintus.

duce lites habuisse de electoratu. Sed argumentum dissidii archipincernatus fuerat, quemuis uetustissimi quoque interpretes haec inuicem uideantur permiscuisse. Quam igitur magni etiam fuerint athletae GEWOLDVS et FREHERVS: Lis tamen haec exitum habere non potuit, quod statum huius causae, fidenter scribo, neuter eorum intellexerit. Ceterum licet archiofficii munere quandoque etiam, quod supra adfirmaui, defuncti sint principes et reges peregrini: id tamen fieri non potuit in archipincernatu, quia perpetuo continenterque hanc spartam habuit rex Bohemiae, quod hospitis non est, sed ciuis ac ueri principis seu status Germanici imperii.

Bohemiae rex acquirere potest feuda imperii.

(*oo*) Sunt haec instituta Germaniae, ut regiones, de illa desalcatae uel peregrinis cedant uel in eorundem ueniant clientelam. In peregrinorum itaque numero Bohemos non fuisse, oportet, qui, nullo imperatorum imperiique intercessu, Germaniae pagos uel acquisiuerunt uel acceperunt in clientelam. De innumeris locis, quae Bohemiae rex Buioariae subtraxerit innexueritque Bohemiae, exempla e Carlsteinensi tabulario eruit recitatque BALBINVS *decad. 1. lib. 3. c. 2. §. 2. p. 11.* Quid?

Quid ei in Boioariam?

quod Caroli IV. pater instituerit, commutare *Bohemiam* cum *Boioariae* ducatu, quem contractum memorat DVBRAVIVS *lib. 20. hist. Bohem. p. 167.* Et Rupertus, Boioariae dux, omnem eius ducatus partem, quam ipse possedit. an. 1353. uendidit concessitque Carolo IV. cuius contractus libellum exhibet GOLDASTVS *in adpendice documentor. Bohem. p. 63*; quem suo etiam calculo adprobauit Moguntinus, quod diploma etiam extat apud BALBINVM *decad. 1. lib. 8. epist. 43. 50. 51. p. 58.* ut forte nunc e re et tempore sit Austriacae domus, excuti hos loculos, Bauaria principe suo destituta. RVTHENI comites et

Et Vogtlandiae comitatus?

multa Vogtlandiae loca a Bohemiae regibus in clientelam suscipiuntur hodieque. quod scimus, domestico scriptore teste, *Petr. BEKLERO in historia rerum Ruthenorum* in paginis diuersis. Verum satis hoc exemplorum. Fieri enim non potuisset, ut legibus hoc concederetur Bohemo, nisi ius societatemque habuisset Germanicae ciuitatis comitiorumque imperii.

Bohemiae rex fieri potest imperator.

(*pp*) Non quidem is ego sum, ut existimem, Germanica lege cautum esse, ne alius fieret imperator, quam Germanus. Contrarium enim exempla comprobant cum Richardi et Alfonsi Caesarum: cum aliorum imperii candidatorum e gentibus peregrinis. Verum tamen Bohemiae regi tam facilis ad imperii fastigium uia patet, quam aliis ciuibus Germaniae. Adeo ut ipse sibi inter eligendum dare possit suffragium; exemplis id comprobantibus non solum Sigismundo rege; sed etiam aliis post eum *electoribus* Bohemicis. Ast uero quis inficias iuerit, ciues Germaniae quaedam praecipui iura ad spartam imperialis dignitatis habere, prae gentibus quibusdam peregrinis, ut hos ordo demum tangere uideatur, si nullus illorum, qui imperium capessat, superesse uideatur. Neque hoc dari debet Bohemis, intuitu tantum sanguinis Austriaci. Ex illo enim non fuit Ottocarus, ille Rudolfi I. aemulus: cui tamen Bohemica natio non obfuit, quo minus esset inter Germanici imperii candidatus. Alia habet HEIMENSFELDIVS *lib. 3. c. 4.*

Bohemicam linguam doceri debent electores Germanici.

(*qq*) Notissimum est tituli *ult. A. B.* argumentum, quo Slauicam linguam discere tenentur *electores* Germanici. Quidni Italicam quoque *Hungaricam, Polonicam, Danicam Gallicamque*, Burgundici intuitu imperii; quae omnes quondam respublicae Germanico imperio fuerunt addictae? Ita est, nullus in societate egit imperii Germanici, praeter Bohemum, ut opus esset, sermoni ac linguae adsuefieri principis collegae. Num Carolus IV. patriae hic amori quid dederit, praeceperitque haec, ne Germani a Bohemicae gentis Caesaribus abhorrerent, id quidem aliorum iudicio relinquimus. De Slauicae linguae e Teutonicae discrimine agit Goldastus *lib. 3. c. 1. n. 5. p. 9. c. 2. n. 14. p. 21. lib 4. c 16. n. 1. p. 547.* ubi illam etiam quaestionem respondet: *utrum linguae diuersitas arguat diuersitatem ciuitatis.* Nobis id praesumtionis uidetur esse argumentum, sed eiusmodi, quae contrariam admittit probationem, ex pactis, migrationibus bellisque repetitam.

Bohemiae episcopatus iuris Germanici.

(*rr*) Non solum id legitur in annalibus Bohemicis, quod omnes Bohemiae episcopatus in *dioecesi* fuerint antistitis *Moguntini*: sed etiam episcopi Bohemiae a Germanico initiati et inuestiti fuerint *imperatore*. *Primum* permansit usque ad tempora

Subsunt Moguntino.

Caroli IV, qui mouit pontificem, ut Pragensem archiepiscopum subduceret Moguntino, illique primatus honorem in Bohemis largiretur, cum, quod tamen non credo, spes esset, eidem, praeter Bohemicos, etiam addicendi *Misnensem, Bambergensem et Ratisponensem* Goldastus *lib. 1. c. 14. lib. 5. c. 4. n. 23. p. 578.* Errat autem Goldastus, quod Moguntino id tribuat,

CAP. II.

VI.) De aliis argumentis summatim eam inspice a) quod fuerit elector

§. IX. Supersunt alia plura argumenta, unde comitiis interfuisse Bohemum, argui potest et concludi: quae cursim nos enumerabimus, pretii et firmitudinis, quam habent, addito iudicio sigillatim; ne bonam causam peruerse tueri uideamur (*ll*). Principio filum consecutionis est firmissimum, ut minus etiam possit, qui potest maius. Vnde consequenter adfirmo: si Bohemi arbitratu Caesar sit; eius quoque fore in leuioribus causis aliquod iudicium, uel quod idem est, iura comitiorum (*mm*). §. *IX. X.*

§. X. Deinde etiam spartam huc trahere licet archipincernatus. Quae prouincia deferri nequit principi peregrino, ut ideo ciuium Germaniae numero alboque adscriptum esse oporteat regem Bohemiae (*nn*). Dici non potest, quam hic ambigat, titubet, haereat erretque maximi nominis scriptor Goldastus. *b) archipincerna.*

§. XI.

antiquitate docuit *D. Praeses* in *programmate, von Streit uber neue Stimmen auf dem Reichstag*, an. 1709 edito. Cum uero opes, amplitudo, roburque Bohemiae regni et huic innexarum prouinciarum Silesiae Moraniaeque tantae essent, ut tantum non alteri parti uniuersae Germaniae responderent: mirum non est, suspensa fuisse conclusa comitiorum, ob desideratum suffragium regis Bohemiae. De Henrico, Caesare HAGECIVS *part. 1. Chron. Boh ad an.* 923. *Mittlerweile hat sich der Kayser*, comitiorum imperii argumentum tractat, *auf seinen Stul gesetzet: desgleichen sassen auch alle Reichs-Fursten umher, und warde die Handlung allein von wegen des Hertzogs von Bœhmen Abwesenheit verschoben.* Quam historiam alii quoque ita enarrant. Et si is scriptor causae propriae aetatisque inferioris uidetur, accipe WIPPONEM, *Conradi II.* Caesaris *capellanum*, qui in descriptione comitiorum hoc prodit iudicium ordinum imperii: *Oportet nos habere*, antequam sententiam feramus, *saltem tales inducias, intra quas possemus conuocare et precibus inuitare, ut sit nobiscum*, post alios, *ducem Bohemicum.* Ad an. 1212. scribit DVRBAVIVS *lib. 15. histor. Bohem. p.* 123. quod Caesar admodum desiderauerit praesentiam regis Bohemiae, qui quod senectute impeditus esset, tandem agnatum miserit rerum procuratorem. Exempla alia praetereo generis eiusdem. Dubito enim de alio Germanici imperii principe reperiri, absentiam eius suspendisse sententias comitiorum: ut ita satis constet, quantum a Bohemiae regis suffragio pependerit momentum.

Argumenta alia opinionem adferunt: alia ueritatem.

(*ll*) Vti diuina dogmata mendaciis nostris argutiisque opus non habent: ita neque ueritas pigmentis rationum. Peccare in eo maximopere solent doctores, ut argumenta, quae demonstrant, uel etiam certa ratione probant siue sigillatim siue in aliorum societate distinguere nesciant ab illis, quae opinabilia tantum sunt, adminicula ueritatis, non praesidium aut fons. Decipiunt se in eo maximopere publici iuris consulti, quando peregrinos aliorum regnorum mores adferunt ad nostri imperii consuetudines declarandas. Vnde praestantissima uolumina LIMNAEI, MYLERI aliorumque erudita magis, quam docta mihi quidem, quoties eos in rebus patriae consulo, esse uidentur. Idem in Bohemiae rege argumento.

An idem qua elector etiam status imperii?

(*mm*) Scio praeter illos Saxonici et Sueuici iuris tenebriones, speculatores bardos ac stupidos, neminem fuisse, qui Bohemiae regi in dubium uocauerit, quod iudicio etiam illius fiat eligaturque imperator. Et qua fronte aliquis haec ei negauerit iura, cum uix et ne uix quidem ullus Caesar ad id fastigium in Germania euectus sit, calculo non numerato ducis Bohemiae. Adeo, ut primas ei in hoc officio detulerit an. 1212. Fridericus II. in diplomate superiore lit. ii. recitato. Vnde autem illi hoc? Num ex priuilegio; hoc autem *facti* esse dicunt leges, neque *praesumendum*, sed *demonstrandum*. Aut, ut discordantibus forte *sexuiris* in electione ipse uni parti momentum adferret ad decidendum? Saxonicae gerrae, pridem explosae, cum ne quidem olim sex imperii confectae sint numero suffragantium maiori, quod monuimus infr. lit. uu. Aut quod aliquis coniectari posset, ea causa, quoniam an. 1315. Boioariae dux palatinatu Francico seu Rhenano familiae illato, GIOVANNI *Germania princeps lib.* 3. §. 10. 11. *p.* 13. 14. duobus electoratibus, ceu unus princeps, in comitiis, Caesaris eligendi causa institutis non poterat defungi, ut adeo uicinus princeps Bohemus in subsidium uocaretur. Verum et hoc falsum est, cum inde a temporibus Ottonum constet, Bohemiae regem electorem fuisse Germaniae imperatorum, quod ante nos demonstrauit HEIMENSFELDIVS *lib.* 3. *cap* 4. 5. 6. 7. Illud itaque unicum superest, ut eundem PROVINCIAE aut regni sui iure Caesarem in societate aliorum elegisse existimemus; quo iure ad Germaniae quoque comitia accessit, quod probatum euictumque est hactenus. Decepit se aliosque GOLDASTVS *lib.* 3. *c.* 7. qui PINCERNATVS causa Bohemiae electionis iura putat obuenisse. Verum hunc errorem dissipabimus inferius. *Primo* enim nullo tempore plura in imperio ARCHIOFFICIA, liceat barbare loqui ut clare loquar, fuere, quam quatuor aut quinque: sed imperii electorum tot olim fuere, quam prouinciae et peculiares populi Germaniae supra §. VI. lit. x. archi-officium itaque causa esse non potuit imperii electoratuum. *Deinde* Marchio Misnensis uere archiofficialis est, *Archiaenator* imperii, quo munere defunctus est in Metensibus comitiis an. 1357. memorabili, neque dum Saxonicis scriptoribus cognito loco apud CZECHORODIVM *in marte Morau. lib.* 4. *c.* 2. *p.* 430. 431. ille tamen nequicquam haberi solet in numero electorum. Quamuis in hac historia arcana lateant argumenta, quae ego quidem excutere nolo, excutiant illa Saxones, quorum interest. *Post* serius longe Bohemiae rex archipincerna est factus, quam elector. Illud igitur munus frustra spartae huius causa laudatur. *Ad extremum* archiofficio peregrini quandoque principes solennitatum ergo, in comitiis defuncti sunt, exemplo Daniae regis: nequicquam uero prouincia electionis; quam ciuis obeat oportet Germanus aut, quod idem est, Germanica donatus ciuitate. Summatim arguo: si prouinciae causa elector est rex Bohemiae; idem eodem etiam intuitu erit *status imperii* in aliorum genere comitiorum suffragator. Electorum origo causaque multas dubitationes habent; mihi praeceptio est in iure publico: *qui electoratu gaudet, ille iure gaudet status imperii.*

Vnde Bohemo ius eligendi? Falsae causae, prima, altera, tertia, Vera causa. error Goldasti.

(*nn*) Versatur in hac arena GOLDASTVS *lib.* 3. *cap.* 8. sed ambigit, titubat, erratque. Primo enim inde ab Ottonis III. aeuo archipincernatus munere gauisum esse Bohemiae regem existimat iure quidem perpetuario. Hoc autem est falsissimum. Vt enim taceam, ante *archiofficia* uni prouinciae aeterno iure adscripta non esse, quam singulari duce destituerentur *Sueuia Franconiaque*; *Thuringiae* domino fortunae tenuioris, quam ut adspirare posset ad hoc genus fastigii; ut necessitas esset, uni, quod semel habuerat, constanter relinquere. Deinde ex speculi Saxonici uetustiori exemplo patet, archi-

Errores Goldasti de Bohemiae archipincernatu, primus.

CAP. II.

§. XI. XII.

c) Bohemi iure indigenatus gaudeant in Germania, ut
1) Feuda acquirant.
2) Fiant Caesares.

§. XI. Facit praeterea hoc etiam non leuem coniecturam, Bohemiae regem inter ordines esse Germanici imperii: quoniam ei datum est, ut feuda imperii acquirat possideatque (*oo*); utque et ipse, si ita euenerit, imperator fiat (*pp*). Caesares deinde atque electores Germaniae Slauicam ideo linguam docti esse debent, ne Bohemi illis esse queant gens peregrina (*qq*).

3) Slauice docti Elect.

d) Episcopatus Boh. Germaniae subiecti.

§. XII. In sacrorum iure illud singulare est, quod omnes Bohemiae episcopi a Caesaribus nostris sint instituti (*rr*), usque dum Fridericus II. imperator,

---

archipincernatum usque ad duodecimum seculum penes duces fuisse *Boiouriae*. Recitat uerba e Viennensi bibliotheca LAMBECIVS *lib. 2. cap. 8. pag.* 826. *Der Hertzog von Bayern hatt die vierdte Stimme an der Chur und ist des Reichs Schencke und solle dem Kœnige den ersten Becher tragen.* Vt certissimum, Bohemiae regem post ea demum tempora archiofficium pincernatus a Boioariae ducibus accepisse, cum illi, archipalatinatu aucti, utroque simul munere *archipincernatus* et *archidapiferiae* non possint defungi; ut adeo altero conseruato, primum susciperet rex Bohemiae. Inde etiam est, quod

Colbii de Wartenberg.

COLBIANA gens, cognomenti de WARTENBERG, quae arx Ratisponae uicina est, cum *subofficio pincernatus*, quo gauisi fuerant, in Bohemiam quoque migrauerint atque archiofficialem subofficiales sint sequuti, quod *Dn. Praeses* eruit explicuitque *in dem Vorzug des Wartenbergischen Hauses* §. 9. p. 45. in opusculo *vom general Erb-Post-Ambt* cap. 3. p. 24. atque in formula Marchiae tom. I. lib. I. opusc. IV. cap. VII. §. 5. lit. h. taceo argumenta alia ad euitandum taedia nimiae prolixitatis.

alter,

Alter est error, quod existimet Heimensfeldius; Bohemiae regem *pincernatus* ergo Caesarem *eligere;* non uero *regni* intuitu. Primum nos negauimus, altero adserto firmatoque §. X. lit. hoc supra.

tertius,

Tertius est, quod indignum ei uideatur, archipincernam ultimo plerumque loco nominari post omnes ordinis ciuilis electores. Verum uti primae debentur Bohemo, qua electori; ita archipincernae alius adsignari locus non potest, quoniam muneris non ea est ratio, ut aliis id anteferri mereatur.

quartus;

Quarto errat, archipincernatum a pontifice Romano, populi causa senatusque Romani confirmatum esse. Sed hae gerrae GROTII etiam sunt *lib. 2. de I. B. et P. c.* 17 *n.* 9. quas pridem depulimus Germani de portu magistrae ueritatis.

quintus.

Quinto Bohemum existimat cum Boioariae duce lites habuisse de electoratu. Sed argumentum dissidii archipincernatus fuerat, quamuis uetustissimi quoque interpretes haec inuicem uideantur permiscuisse. Quam igitur magni etiam fuerint athletae GEWOLDVS et FREHERVS: Lis tamen haec exitum habere non potuit, quod statum huius causae, fidenter scribo, neuter eorum intellexerit. Ceterum licet archiofficii munere quandoque etiam, quod supra adfirmaui, defuncti sint principes et reges peregrini: id tamen fieri non potuit in archipincernatu, quia perpetuo continenter que hanc spartam habuit rex Bohemiae, quod hospitis non est, sed ciuis ac ueri principis seu status Germanici imperii.

Bohemiae rex acquirere potest feuda imperii.

(*oo*) Sunt haec instituta Germaniae, ne regiones, de illa defalcatae uel peregrinis cedant uel in eorundem ueniant clientelam. In peregrinorum itaque numero Bohemos non fuisse, oportet, qui, nullo imperatorum imperiique intercessu, Germaniae pagos uel acquisiuerunt uel acceperunt in clientelam. De innumeris locis, quae Bohemiae rex Boioariae subtraxerit innexueritque Bohemiae, exempla e Carlsteinensi tabulario eruit recitatque BALBINVS *decad. 1. lib. 3. c. 2. §. 2. p. 11.*

Quid ei in Boioariam?

Quid? quod Caroli IV. pater instituerit, commutare *Bohemiam* cum *Boioariae* ducatu, quem contractum memorat DVBRAVIVS *lib. 20. hist. Bohem. p. 167.* Et Ropertus, Boioariae dux, omnem eius ducatus partem, quam ipse possedit. an. 1353. uendidit concessitque Carolo IV. cuius contractus libellum exhibet GOLDASTVS *in adpendice documentor. Bohem. p.* 63 quem suo etiam calculo adprobauit Moguntinus, quod diploma etiam extat apud BALBINVM *decad. 1. lib. 8. epist. 43. 50. 51. p. 58.* ut forte nunc e re et tempore sit Austriacae domus, excuti hos loculos, Bauaria principe suo destituta.

Et Vogtlandiae comitatus?

RVTHENI comites et multa Vogtlandiae loca a Bohemiae regibus in clientelam suscipiuntur hodieque quod scimus, domestico scriptore teste, *Petr.* BECKLERO *in historia rerum Ruthenarum* in paginis diuersis. Verum satis hoc exemplorum. Fieri enim non potuisset, ut legibus hoc concederetur Bohemo, nisi ius societatemque habuisset Germanicae ciuitatis comitiorumque imperii.

Bohemiae rex fieri potest imperator.

(*pp*) Non quidem is ego sum, ut existimem, Germanica lege cautum esse, ne alius fieret imperator, quam Germanus. Contrarium enim exempla comprobant eum Richardi et Alfonsi Caesarum: tum aliorum imperii candidatorum e gentibus peregrinis. Verum tamen Bohemiae regi tam facilis ad imperii fastigium uia patet, quam aliis ciuibus Germaniae. Adeo ut ipse sibi inter eligendum dare possit suffragium; exemplis id comprobantibus non solum Sigismundo rege; sed etiam aliis post eum e*lectoribus* Bohemicis. Ast uero quis inficias iuerit, ciues Germaniae quaedam praecipui iura ad spartam imperialis dignitatis habere, prae gentibus quibusdam peregrinis, ut hos ordo demum tangere uideatur, si nullus illorum, qui imperium capessat, superesse uideatur. Neque hoc dari debet Bohemis, intuitu tantum sanguinis Austriaci. Ex illo enim non fuit Ottocarus, ille Rudolfi I. aemulus: cui tamen Bohemica natio non obfuit, quo minus esset inter Germanici imperii candidatos. Alia habet HEIMENSFELDIVS *lib. 3. c. 4.*

Bohemicam linguam doceri debent electores Germanici.

(*qq*) Notissimum est tituli *ult. A. B.* argumentum, quo Slauicam linguam discere tenentur *electores* Germanici. Quidni Italicam quoque *Hungaricam, Polonicam, Danicam Gallicamque*, Burgundici intuitu imperii; quae omnes quondam respublicae Germanico imperio fuerunt addictae? Ita est, nullus in societate egit imperii Germanici, praeter Bohemum, ut opus esset, sermoni ac linguae adsuefieri principis collegae. Num Carolus IV. patriae hic amori quid dederit, praeceperitque haec, ne Germani a Bohemicae gentis Caesaribus abhorrerent, id quidem aliorum iudicio relinquimus. De Slauicae linguae a Teutonica discrimine agit Goldastus *lib 3. c. 1. n. 5. p. 9. c. 2. n. 14. p. 21. lib 4. c* 16. *n. 1. p.* 547. ubi illam etiam quaestionem respondet: *utrum linguae diuersitas arguat diuersitatem ciuitatis.* Nobis id praesumtionis uidetur esse argumentum, sed eiusmodi, quae contrariam admittit probationem, ex pactis, migrationibus bellisque repetitam.

Bohemiae episcopatus iuris Germanici.

(*rr*) Non solum id legitur in annalibus Bohemicis, quod omnes Bohemiae episcopatus in *dioecesi* fuerint antistitis *Moguntini:* sed etiam episcopi Bohemiae a Germanico initiati et inuestiti fuerint *imperatore.*

Subsunt Moguntino.

Primum permansit usque ad tempora Caroli IV, qui mouit pontificem, ut Pragensem archiepiscopum subduceret Moguntino, illique primatus honorem in Bohemis largiretur, cum, quod tamen non credo, spes esset, eidem, praeter Bohemicos, etiam addicendi *Misnensem, Bambergensem et Ratisponensem* Goldastus *lib. 1. c. 14. lib. 5. c. 4. n. 23. p.* 578. Errat autem Goldastus, quod Moguntino id tribuat,

CAP. II.

tor, ius sacros antistites inaugurandi, ipsis Bohemiae regibus deferret. Puto autem sacri muneris hunc tantum fuisse nexum: fundorum uero episcopalium iura nullo non tempore apud Bohemiae regem permansisse. Qamuis Bohemiae episcopi muneris ergo cum in comitiis egerint, tum in synodis et sacris conuentibus Germaniae. Certo argumento, comitialia iura haberi ac sustineri posse absque intuitu ullius territorii.

§. XIII.

§. XIII. Infirmiora ad finem nobis propositum argumenta sunt, quod a Moguntino (*ss*), antistite quondam rex Bohemiae unctus atque sacro ritu inauguratus sit; cum alii esse soleant territorii limites, quam dioeceseos. Parum etiam facit, quod Bohemus a Caesare (*tt*) adpellatus fuerit rex. Cum olim in mores cultioris orbis iuerit, regale diadema erogandum esse ab imperio Romano atque exempla supersint peregrinorum

e) Oleum regalen Moguntino.

f) diadema a Caesaribus

---

tribuat, qua Germaniae PRIMATI, quem illa honorem nullo tempore sibi adrogauit. Fuit in gratia Saxonicorum Caesarum, quibus etiam hunc honorem debuit, in prouincia Bohemiae nouiter acquisita: Magdeburgicus archiepiscoparus post demum conditus est, ut fieri non posset, quo eiusdem dioecesi principio ecclesiae Bohemicae obuenirent. Videatur *D. praeses in dissert. de primatu Germaniae*, scripta an. 1707. *Alterum* Caesares nostri conseruarunt ad tempora usque Friderici II, qui an. 1212. priuilegio muniuit Bohemiae regem, ut ipse in posterum antistites suos, a sacro collegio (*canonicis*) electos, constitueret inaugurare tque. Ab hoc etiam tempore ab imperii nostri comitiis abstinuere archiepiscopi Pragenses, quibus eousque leguntur interfuisse. Putat Goldastus, antiquo hoc iure effrenem fuisse Pragensem antistitem regique minus parentem. Neque soluit nodum, quem nectit. Num ideo Pragensis subditus fuerit Germaniae immediatus? Scilicet inter *territorii* et sacri *muneris* rationes curate distingui oportet cum hic, tum alias in imperio Germanico. *Primo* intuitu dominum habuerunt episcopi prouinciae principem atque ordinibus prouincialibus fuere adscripti: *altero* autem imperatori paruere, comitiorum imperii ideo adsessores. Haec prima quondam forma fuerat omnium episcopatuum Germaniae. Post alii habitum mutarunt priuilegio. Multi enim sua etiam territoria subduxerunt principibus prouinciarum factique sunt, et *regionis* et *muneris* causa, immediati imperio: plures autem sacri etiam muneris causa subiecti sunt principibus, suis nutritoribus, ut ideo comitiis imperii amitterent porro interesse. Hoc tamen qui ex iuribus medii aeui non adferunt ad litem Saxonici electoris cum Merseburgi atque Naumburgi episcopatibus definiendas; illi in tenebris uersabuntur feliciores que philosophos agent, quam patriae ICtos, id est, ingenii foetus excludent, necquicquam uero sententias, quae genuinis respondeant ipsarum rerum argumentis. Sed nouae non sunt andabatarum digladiationes in nostra republica: in quorum sane numero hic sunt Bohemiae iurium consulti. Ceterum an propterea Caesari in Bohemia ius supersit *primariarum precum?* quaerit noster. Repono, fieri non posse, ut duo idem exerceant in iisdem ecclesiis. Pro certo autem habemus, ab imperatore hanc facultatem regibus adsignatam esse, postquam illis priuilegio concesserat inuestituram episcoporum. Illud inprimis etiam nostrae prodest arenae, quod ad beneficia sacrorum munerum in Bohemia habiles quoque sint Germani; claro iterum argumento, eosdem huic regno non uideri peregrinos.

Cur non Magdeburgico antistiti?

Episcopi Bohemiae mediati territorio: munere autem immediati.

quadruplex status episcopatuum Germaniae, primus, alter, tertius, quartus.

(*ss*) Moguntiae archiepiscopum regem Bohemiae unguento inlinuisse, est quidem testatissimum. De caussis autem multi agunt arguuntque ordine peruerso. Sunt, qui singulare priuilegium tribuunt Moguntino, ut omnes principes, quos Caesar ad regalem dignitatem euehat, ipse sacro ritu inauguret ungatque, in quem errorem *D. Praeses* animaduertit in dissertatione an. 1701. habita *de iure* *reges adpellandi* s. de *auspiciis regum cap.* 2. §. 5. conf. tom. I. lib. I. opusc. I. Alii id iuris legibus concedi Moguntino antistiti putant, quod sit CANCELLARIVS imperatoris. Verum fuisse hoc Moguntini, quamdiu Bohemiae antistites subfuerint eius sacro regimini siue dioecesi, diploma Ottocati declarat a da. 1228. quod post Bohemiae scriptores etiam exhibet *Odericus* RAYNALDVS *tom.* 12. *annal. ecclesiast. ad an.* 1228. ubi illa inprimis uerba nostrae arenae sunt; *Confitemur, quod tam nos, quam omnes successores nostri consecrationem regalem et diadematis impositionem de sacrosanctae sedis Moguntinae archiepiscopo*, TERRAE NOSTRAE METROPOLITANO, *in perpetuum tenemur accipere.* Atque adeo eandem id cum priori uim habebit argumenti, Bohemiam Germanico etiam imperio addictam fuisse adscriptamque Germanico imperio. Quamuis discrimen nullatenus nobis ignotum sit, inter *territorii* limites et limites *dioeceseos.* Bremensem enim quondam antistitem septentrionalium Sueciae Daniaeque regnorum *metropolitanum* atque primatem egisse, *D. Praeses* docuit in *Dissert. de primatu Germaniae.* Ceterum quo tempore, quoque iure haec facultas in Pragensem antistitem translata fuerit a Carolo IV. consentiente Moguntino plene planeque ostendit GOLDASTVS *lib.* 3. *c.* 11. *p.* 338. et *lib.* 5. *cap.* 3. *p.* 564.

Moguntinus cur anoreato initiet regem Bohemiae causae?

t] fictitiae,

a] uerae.

(*tt*) Nemini ignotum est regalem dignitatem petiisse et accepisse Bohemiae regem ab imperatore Romano, quem locum prolixe tractauit *D. Praeses de iure reges adpellandi cap.* 2 § 5. conf. tom. I. lib. I. opusc. I. Errant uero GOLDASTVS aeque *lib.* 3. *cap.* 13. *p.* 370. quam nuuissime CONRINGIVS *de finib. imp. lib.* 2. *cap.* 29. *n* 3. *p.* 469. qui inde hoc nectunt filum consecutionis: *Bohemiae principes imperatori Germanicae imperioque obnexios fuisse, quod regium ab illis acceperint nomen.* Falso imprudenterque. Si enim diploma regale, a Caesare acceptum, eius reddit clientem uasallumque, quis auctor esse uoluerit principi, cum suprema potestate instructo, ad id petendum? Et quae Caesaris praerogatiua? si hoc tantum honore augere potest uasallos. Et sane uerbis hic opus non est, quoniam CYPRI et ARMENIAE principes nouissime ab Henrico sexto Caesare regale nomen honoremque capessiuerunt, quos tamen nemo uel somnians dixerit imperii uasallos. Testes huius rei coaeuos laudauit *D. Praeses de iure reges adpellandi*, Caesaribus tributo cap. 2. §. 5. Breuiter REGIS uox uel in sensu iuris *naturalis* accipitur, uel iuris *gentium*, uel denique iuris *ecclesiastici.* *Primo* significatu rex est, qui *suprema* potestate gaudet in republica: *altero*, qui *symbola* et *nomina* regalia suscepit uel suo arbitratu uel cum auctoritate imperatoris Romani: *tertio*, qui, *sacrae unctionis* remedio, Dei numen accepit ad populum regendum. Atque extremum hunc modum plures ICti superstitionis accusant, ex alienis oleis, republica Iudaica repetitae. Nobis satis est, tergemino sensu Bohemiae regem diadema ferre: quamuis inde non consequatur clientela, qua adscripti sunt Germaniae.

Quos Caesar reges adpellat, num subsint imperio?

Errores Goldasti et Conringii.

(*uu*) Ti-

CAP. II. *§. XIII.*

norum principum, qui diplomata regalia ab eodem adsciuerint. Illud uero in primis est absonum, quod arguunt, cum iure Magdeburgico usi fuerint Bohemi (*uu*), eosdem etiam Germanicae fuisse ciuitatis. Imo nescio, quod palatium regale somniando per quietem uident,

g) Leges a Magdeburgico tribunali.

A huius argumenti patroni: quos nugacissimus tenebrio fefellit, auctor speculi Saxonici. De imperii uicariatibus ICtorum disputationes ambiguae sunt. Bohemiae regem eo a Caesare instructum esse (*xx*), certum est. Quae inde uis nostro argumento accedat, in margine

h) imperii uicariatu gaudeat Bohemus.

Bohemiae R. quē steterit iure Saxonico Magdeburgic. *Somnia Goldasti et qui eum sequuntur.*

(*uu*) Titonibus medii aeui notum est, quod *Poloni, Porussi, Lithuani, Bohemi, Silesii, Moruuique* uixerint steterintque iuribus Saxonicis sententiisque *Halensis* et *Magdeburgici* iudiciorum. Suauiter itaque somniant ICti, Caesarum haec *palatia* fuisse, unde leges peterent populi orientales, Germanico imperio adscripti. Inde est, quod utramque olim ciuitatem Caesaream fuisse existiment, stultissimoque errore adfirment; Burggrauium Magdeburgicum Caesaris hic uices obiisse. GOLDASTVS non tam ignorantia ueri peccauit *lib. 4. c. 13.* quam hoc quidem partium studio, ut Bohemiae regem subiectum haberet curiae Germanicae. Verum eruditissimi scriptoris paradoxo decepti sunt huius aeui doctores, ut nauseet stomachus, ineptissimas eorundem opiniones refellendo et confutando recensere. Harom neniarum primus est pracco nugator ille Saxonici iuris, tenehricosus speculator. Cuius sententiam cum plures alii exscripserint, ego noua uerba ex codice dabo, qui in bibliotheca *Dn. Praesidis msctus* reperitur. Est autem eius initium hoc: *titulus I. conclusiones legum hic incipiunt.* "Diss Buch "ist eyn Buch des rechten yn Wicbilde yn Sechsisch "art alse ys Meydeburg gebruchet und dy uon Halle ire Voluort do nemen und dy uon Lypzk yn "Halle und darnach uiel stete in der Marggrauescha fft czu Mysen ire Voluort dis rechtin nemen "czu Lypzk. Also weme des rechten bruch wurde, "dass man den Volczug herte uon Lypczk Kegin "Halle; uon Halle Kegin Meydeburg. Nun habin dy uon Meydeburg und dy Sachsen mit der "Wysegisten rate yn den Landen Landrecht und "Wycbilde recht und Lehurecht mit der Keyser "Kœr und willen ersazt. Des wir hy ym Lande dy "uon Polen; dy uon Behemen; dy Marg uon Brandeburg; alle Sachsenlant alle Herczogen Lant, alle Vestualen, Türingin und dis Ryuesstrom uon deme Lande une hiz an dy wilde See. Dnch habin "yn dem Lande uil stete sonderliche gewonhete, dy "man yn gemynen Rechten nicht pfleget czu balltyn. Doch habyn sy es noch it selber kocr. Nun "wisse ein ieczlich weyse kluge man: das dira Buch "ist geczogen und gesichert us Keyserlichen Büchero [*haud dubie iure Romano, quod etiam exemplu produnt*] us dem Lantrechte spigels der Sachsen und Wicbilde Büchern und us geistlichen Büchern [*iure cunonico*] und Lehenrechtis Büchern, "das unstrafflich ist und ydermann uf gebuwen "mag. Weene was dy alden czu Vorbürgen yn ihren recht Büchern [*iurisprudentia Germanorum folia Sibyllina*] gesatzt habin und czu kurtz, das "richtet dis Buch uil kuntlicher czu uornemen "menschlicher Vernunfft. Nu wol alle den dy dy "Schrifft wol uornemen im rechten an yntrag und "uidersacz des rechtin: dy synt selig uor Gote. Doch "ist ir leider kleyn, dy dy Schrifft am rechtin ganez "uornemen und sy nicht uorkeren yn unrecht. Nu "uil ich gerne hy czu keren mit Hülfe unsers liben "Herren Ihesu Cristi. Wen ane syne Hülfe und ane "syne Gotliche Gnade mag ich des nicht getun, noch "uolhrengen. Vnd uil noch den Büchern dis rechten rechtlichen lutern; das eyn iclich eynueldig "man uornemen mag ane aller gedrang und gezwang, wy der heylige *sanctus Gregorius* [*caue urgulum doctor*] und andere hylige Lerere, dy Gotlich recht insatzt hahin, da alle weltliche Recht "sint usgeczogen." Bilem non moueant uerba nugacissimi hominis, doctoris iurium Saxonicorum, quae hoc fine recitantur, ut lector ipsemet coniecturam sumat aetatis, iodicii, litterarum. Sed a diuerticulo in uiam. *Principio* falsum est uel Halae uel Magdeburgi Caesarem palatium suum hahuisse; quoniam *Goslaria, Alstediamque* scriptoribus medii aeui hoc solum nomine laudantur. *Deinde* inde ab Ottonum temporibus ex indubiis innumerisque monumentis non tam per secula omnia, quam per singula fere lustra constat, utramque ciuitatem, maxime autem Halensem perpetuo archiepiscopis paruisse atque egisse in numero oppidorum huius prouinciae. Solem impudens animus negauerit, qui hoc in dubium uoluerit uocare. *Tum* ius iudicii et legum ferendarum principio conditi archiepiscopatus, largitus est Otto primus archiepiscopo; quae ipse iura constanter tuitus est exercuitque, ut locus hic esse Caesaris non potuerit auctoritati. *Praeterea* ipsorum iurium administratorem aluit Burggrauium archiepiscopus, in cuius ipse clientela fuit, ut manifestum errorem errent, qui eundem in numero babent principum imperii, quorsum legi potest Dn. *Praeses in re monetaria Germanorum medii aeui c. 17. p. 265.* *Ad extremum* cum omnes ad unius Saxonici speculatoris, hominis bardi, stupidi atque infimae sortis prouocent auctoritatem, uix operae pretium est, confutationi nugarum immorari. Appulit animum *Dn. Praeses* ad librum ex instituto scribendum *de neniis speculi Saxonici, codicis legum nugacissimi.* Qui autem factum esse, dices, Bohemos usos fuisse iure Magdeburgico. Repono. Bohemis, barbarae quondam genti, uel nullae leges uel paganismo infectae. Ex quo itaque Christo illi nomen dederunt, leges petiere a Germanis et mox sigillatim ab archiepiscopis Magdeburgicis cum ob uicinitatem; tum ob celebritatem urbis atque singularem denique iustitiae et aequitatis rationem. Voluntatis itaque et arhitrii idque penes Bohemiae regem fuit, quamdiu is uellet, legibus uti principis uicini. Quod etiam exitus historiae iuris Bohemiae nos docet: quoniam Carolus IV. aliique post eum proprias leges tulerunt, abolita demum omni iuris Magdeburgici auctoritate. Neque enim nostrates ullo tempore praetores id sibi adrogarunt, ut huic instituto obloquerentur. Et qui subfuerint curiae Magdeburgicae Bohemi, cum eos ab imperii iudiciis Fridericus II. Caesar fecerit immunes an. 1212. *conf. supra §. IIX. lit. i.* Qui aliter sentiunt, illi somniant delirantque, non differunt.

Verbu noui codicis msčti. *Verba ex nouo codice msčto antiqui iuris Saxonici.* *Quo iure Magdeburgicas LL. olim babuerat Bohemus?* *a) confutatio errorum.* *b) uerae sententiae expositio.*

(*xx*) In diplomate, quod *Petr.* BEKLERVS *in der Reußen Plauischen Historie* p. 264. exhibet, hoc titulo utitur rex Bohemiae ad an. 1312. *Nos Iohannes Dei gratia Boemiae rex, Sacri Imperii citra montes uicarius generalis.* Arguunt ex hoc imperii uicariatu ius STATVS Bohemiae regis inter ordines Germaniae. Verum non cohaeret filum argumenti, quod exempla docent aliorum uicariatuum extra Germaniam. Sic regni ARELATENSIS VICARIVS primum a Caesare constitutus est princeps Auriacus, uideatur *Dn. Praeses in Arausione uindicata contra Gallos* tom. I. lib. I. opusc. V. deinde Britanniae rex; post princeps Delphinatus. Qui uero ex his Germanicae est ciuitatis? De ITALIAE uicariatu certamina quondam fuere inter Sabaudum et Mantuanum principes peregrinos. Est *Dn. Praesidi* argumentum singulare de *uicariatibus imperii extra Germaniam.* Magis ad rem facit, si, quorsum alii tum

Quid de Caesareo uicariatu regis Bohemiae?

CAP. II

i) Iudicio camerae num subsit?

k) qui tergemina Germa-

explicaui. Camerae iudicium subire Bohemos credat (yy), qui potest. Mihi haec sententia indigna esse uidetur Bohemiae regis auctoritate, quam illi tribuere uidemus incorrupta rerum monumenta. Praeterea uicisse Bohemum tributorum cum magnitudine, tum uarietate reliquos A Germaniae ordines, est quidem testatissimum (zz). Absit tamen, ut omnes, qui haec onera ferunt, albo ciuium Germaniae inscribamus. Ad extremum uti nemo negat, Bohemiam nexu clientelari addictam esse Germanico imperio [a]; ita non minus est manifestum, nullum exinde

§. XIII.

niae tributa praestet?

l) Bohemia num sit feudum Germanici imperii?

hoc exemplum landant, tum alia, quae habet *Goldastus lib. 3. c. 9.* in ipsa Germania nices quandoque Caesaris sustinnerit rex Bohemiae. Qua in re faciles ad credendum sumus, cum supra ostensum sit, multoties Bohemos fuisse inter ipsos etiam imperii candidatos. Ceterum exinde etiam patet, frustra esse ICtos, qui in dubinm Caesari uocant, quin ipse uel absens uel impeditus arbitrato nominet nicarios, praeteritis ordinariis Palatino et Saxone, cum tot exempla ad consuetudinem satis sint nostri imperii. Praesens autem retumque gerens imperator, qoi CLIVENSEM nominauerit uicarium Westphaliae prouinciarumque Rheno uicinarum, exponit *Gioaanni in principe Germania.* Id etiam quaeri posset, num alteri Germaniae uicariatuum subsit Bohemia, mortuo imperatore? Verum de indole uicariatuum istorum peruersae sunt omnium fere ICtorum sententiae. Ante autem, quam illae confutentor, firmiter non licet respondere.

Bohemiae rex num iudicem habeat cameram imperii?

(yy) *Goldastus lib. 4. c. 13.* hunc locum pariter instruxit auxitque commenrario, dubito an ad palatum Bohemiae regum ueritatemque. Allegat album imperii an. 1526. ubi tributom, CAMERAE atque REGIMENTO imperii praestandum, aere numeratur $412\frac{1}{2}$ florenorum Rhenensium et an. 1553. *Boheim zu unterhaltung des Cammergerichts* 300. flor. Inde concludit regem Bohemiae subditosque accusari posse in camera imperii idque probare uult exemplis duobus, quae laudat. Egomet utrumque nego. Principio enim hac causa deterior Bohemiae regis sors esset, quam electorum ceterorum, qui priuilegiu maniti sunt de non appellando, quod ualde est absonum. Deinde in diplomate Friderici II. supra § IIX. litt. i. recitato imperator Bohemiae regem eximit ab iurisdictione aulici iudicii. Qua ergo fronte aliquis camerae eundem decretis subiiciet? Qui filiae obtemperabit, quae matris se subduxit imperio? Post Caroli IV. in A. B. lex clara est; firmissimumque Bohemiae hic regno praesidium. Ceterum, quamuis dubitem, Bohemos adhuc aliquid tributi camerae tulisse: ab eius tamen praestatione ad iurisdictionem illius agnoscendam, nullum filum est argumenti. Quod exempla et Lotharingiae ducum comprobant et Burgundici, qui audit, circuli.

Genera tributorum a Boh. R Germaniae ferendorum quae?

a) iure uictoriae,

(zz) Quatuor tributorum genera imperio quondam Germanico tulit rex Bohemiae. *Primum* qua populi deuicti singulis annis, quod aere tum destituerentur, 500. equos et 300. boues dare solebant; postquam uero auri et argenti usum cognouerunt 350. marcas argenti soluerunt et 120. boues, quae summa pro temporum rationibus et indulgentia Caesarum nunc aucta est et quidem Henrico V. imperante 1108. ad 3000. marcarum argenti, iterumque deminuta. Qua causa hos reditus nonnulli adpellarunt uerbo *Caesarei domanii.* Quo itaque iure Fridericus II. hoc onus an. 1212. remiserit, quod e superioribus §. IIX. lit. i. intelligitur, iudicium esto aliorum. Male autem hanc tributi speciem cum donationibus miscet GOLDASTVS *lib. 2. c. 11. p.* 205. ab ordinibus etiam Germaniae annuatim factis imperatori. Hi certe non belli iure, quod de Bohemis uidimus § VII. lit. y. z. capti imperioque adscripti sunt, sed pactis liberrimis §. VI. Deinde quoties expeditionem susceperat Germania, toties etiam illi interesse Bohemiae regem oportuit, cum cohorte copiarum. Huc referre licet bella Hierosolymitana; Italica; Hungarica; Flandrica ceteraque quibus patriam diuexatam esse reperimus. Hoc enim foederis iure praestitit, ut mutua Bohemiae rex auxilia et ferret Germaniae iterumque ab eadem expectaret. Post imperatore trans alpes in Italiam, solennium causa, mouente ad Romae accipiendam coronam, Bohemiae iterum rex, qua cliens imperii, obligatus est, ut Caesari, domino suo socius et comes adesset cum 300. equitibus armatis, quos potest cum totidem marcis argenti redimere, aut cum dimidia eius numeri pecunia militumque altera parte. Verum a tergemino nexu fere soluit Bohemiae regem Fridericus II. in diplomate, quod supra §. IIX. lit. i. exscripsimus, ut ex illo tempore fere omnia haec in arbitrio Bohemi essent et eius tantum pudori relictum esse uiderentur. De quarto genere, quid statuendum sit, illud quidem paulo superius explicauimus hoc §. *litt. y.*

b) qua confoederatus,

c) qua uasallus,

d) qua status imperii.

[a] Inde ab Henrici aucupis aetate Bohemiae duces in clientela fuerunt imperii Germanici, in quo nexu ad nostra usque tempora perdurauerunt. Patet hoc ex litteris inuestiturae, quarum magnum numerum edidit BALBINVS *Dec. 1. lib. 8.* qui est diplomaticus. Inaugurationes etiam feudales, siue imperator decesserit, siue Bohemiae rex, annalibus patriae nostrae passim describuntur, quas collegit HEIMENSFELDIVS *lib. 3. cap. 14.* Plures autem exinde dubitationes oriuntur, quas idem uel non attigit, uel ordine tractauit peruerso. Principio putat *lib. 2. c. 9.* Bohemiae ducem ab Arnulfo rege circa an. 890. *Morauiae regno* adscriptum fuisse, ut huius esset Bohemia aliquandiu subfeudum supra §. III. h. cap. litt. o. Verum contra factum est an. 1086. ut Morauia, consensu comitiorum imperii solennissimo, regno Bohemiae innecteretur *lib. 2. c. 9. n. 24. lib. 3. cap. 10. n. 8.* qui locus est potissimus et *c. 16. n. 8. 16.* conferatur cum his *Czechorod. lib. 3. c. 2 mart. Morau. p. 273.* Etiam Henrici aucupis id fuisse legitur institutum, ut Bohemiam Boioariae duci adsignaret, cuius hoc remedio quaesiuit amicitiam: uerum hoc etiam consilium, satis iniquum, non solum successu caruit *lib. 3. c. 14. n. 4.* sed etiam parum abfuit, quin Boioaria omnis in potestatem ueniret regum Bohemiae, quod supra attigimus §. XI. lit. o. ut taceam, illo tempore nondum cognitas fuisse leges feudales, ut decretis earum haec adstringi queat historia. Deinde hodie in mores iuit, ut ordines Germaniae imperii uasalli, Caesari absentiam excusent, quoties non ipsi inuestituram suscipiunt. Dubium, quid regibus uasallis tum incumbat. Nos omnino distinguendum esse, putamus, utrum regni causa feudum rogetur, an prouinciae ergo alterius. Si primum, excusatione absentiae omnino est opus, quod nos docet diploma Caesaris ADOLFI, ex BALBINI *dec. 1. lib. 8. p.* 25. hic exscribendum. "Adolfus Dei gratia Romanorum rex, semper augustus uniuersis S. R. I. fidelibus gratiam suam et omne bonum. Ob suorum meritorum insignia gloriosa, quibus erga nos "et sacrum Imperium illustris dominus Wenceslaus rex Bohemiae, inclytus princeps noster et "pincerna multipliciter relucet, suis cupientes parcere laboribus et expensis omnia feuda, quocunque sita seu quocunque nomine censentur, quae "nobis et sacro romano imperio dictus rex per nobilem uirum Rubinum de Tonersa affinem no-"strum

De nexu feudali regis Bohemiae desideriisque in doctrina Goldasti.

Bohemia num fuerit subfeudum?

Boh. R. an inuestituram suscipere queat per legatum?

Num excusare teneatur absentiam regis?

CAP. II. § XIII.

de filum duci posse, ad ius ordinum in comitiis imperii adserendum et propugnandum. Labuntur uero per hunc errorem maximi etiam nominis iureconsulti, qui de indole Bohemiae regni, de sueceessione in eodem, improba dogmata fouent, dum ineptissimo instituto publicas Bohemiae causas trutina examinant A Longobardica. Vtinam ab his argumentis manus cohiberent ciuilium legum magistri. Iuris enim publici prudentia alios fontes habet, quos dicteria Romana non aperiunt; sed cuique reipublicae propria imperii instrumenta.

"strum exhibitorem praesentium ex SPECIALI "GRATIA nostrae regiae maiestatis, quanquam "ABSENTI duximus porrigenda. Volumus ta"men et annectimus hanc formam, ut rex illustris "iam praedictus, cum commode praesentiam no"stram habere poterit PERSONALEM, PERSO"NALITER nos accedat, iura suorum feudorum, "prout mos expostulat, accepturus. dat. ap. Franc"fort 4 idus Maii an. 1492. indict. 5. regni nostri primo." Grauioris momenti illud est, num, Germanico imperio Bohemiae regnum, successoribus legitimis destitutum, obueniat, ut illi integrum sit, rege destituris alium nominare? *Goldastus* per omnia *libri 6. capita* id agit, ut probet, regnum Bohemiae *successiuum* esse; masculis aeque ac *foeminis* id heredibus deferri: quo in argumento nodos mibi scindere magis uidetur, quam soluere et extricare. Addemus ergo aliqua ex doctrinis *Dn. praesidis in iure feudali secundum mores medii aeui*, Scilicet uocabulum HEREDIS Germanico iure aliter accipi non potest, quam de illo, quem sanguine nos habemus coniunctum. Testamentorum enim ignara cum Germania omni, tum eius parte Bohemia, necquiequam fieri potuit, ut HEREDVM uerbo etiam significarentur testamentarii. De quo in Italia solum aliquis potuit ambigere. Vnde COWEL in *Anglici iuris institutionibus* monet, hodieque ibidem HEREDIS uoce non alios intelligi, quam *Bluts-Verwandte* Quod lumen si Goldasto fulsisset, non opus eidem fuisset tanto, quo hic comparet, adparatu. Quid uero iuris, legitima utriusque sexus extincta stirpe? Hoc casu Goldastus ad A. B. confugit, quae tum summam rerum defert regni ordinibus, ut ipsi nouum eligant sufficiantque regem. Nos eo faciliores hic sumus ad consentiendum A. B. quo magis pro certo habemus, quondam eadem iura fuisse aliis etiam ducatibus Germaniae. De Boioaria ingenua confessio habetur ipsius imperatoris, qui importunis rogationibus candidati istius ducatus his uerbis respondit: meum est, Boiis confirmare ducem, ab illis electum; non obtrudere. Idem nunc iudicium de regno Bohemiae. Praeterea delirant magis, quam dissetunt illi, qui non regnum Bohemiae feudum Germaniae esse dicunt, uerum eius uel regalia tantum uel electoratum uel pincernatus dignitatem. Contrarium enim cum ex litteris inuestiturae tum exinde etiam patet, quod rex Bohemiae regni caussa seruitia praestet, onera ferat et iudicem agnoscat Germanicum imperium, effectus obsequii nexusque clientelaris; ut taceam, feudi iure quondam non umbras imaginesque dignitatum concessas fuisse absque corpore et rerum momento. *Ad extremum* illud quoque priuilegio habet rex Bohemiae, ne petere eundem oporteat inuestituram, si imperator in loco agat, qui decem aut quindecim milliaribus germanicis distet a finibus Bohemiae. Diploma Friderici V. ad an. 1462. offendis apud *Balbinum Dec. 1. lib. 8. p. 93.* Ceterum uix operae etiam pretium illud hic est: quod in quamplurimis diplomatibus Bohemiae rex Caesari audiat: *princeps imperii potissimus, supra h. lit.* Haec enim elogia uasalli cuiusque generis etiam Italici habent, quorum tamen nomina in albo ordinum statuumque imperii necquicquam reperiuntur.

Num B. regnum imperio aperiatur?

Quid ibi uox HEREDIS?

Num regnum B. sit feudale uel tantum dignitas electoratus?

Qui princeps imperii audiat rex Bob.

CAPVT III.

DE

IVRE RECVPERANDI PRISTINVM IN S. R. I. COMITIIS SVFFRAGIVM, CVM DISSOLVTIONE CONTRARIORVM.

§ I.

CAP. III. § I.

Opposita iuri recuperatorio

Principio ad scopulum offendunt auctoris nugiuenduli, in patria nostra diu famosi et perquam molesti, nomine SPECVLATORIS [*b*]: qui Bohemum B solo archipincernatus dignitate gaudere opinatur; necquiequam suffragii iure ad eligendum imperatorem. Rideri atque rectius sentientium iudicio explodi de-bue-

I) ex auctoritate speculatorum patriae tenebrionum.

[*b*] Vt nugas quam plurimas alias SAXONICI et SVEVICI iurium, qui uideri uolunt, compilatores de consuetudinibus medii aeui protulerunt: ita sane deliria utriusque in hoc etiam argumento quam plurimos fefellerunt. Scilicet auctor *Speculi Saxon. lib. 3. artic. 57. §. 2.* ita somniat: *Bohemiae rex pincerna est, qui non eligit, quia nationis non est teutonicae.* Idem etiam in SVEVICO *speculo lib. 1. c. 29. §. 2. in dem Keyserl. Land-und Lehn-Recht part. 1. tit. 29. §. 2. part. 2. tit. 8. §. 5.* neque aliter *in dem Sachs. Lehnrecht artic. 3. dem Magdeb. Weichbild artic. 3.* Quae loca cum GOLDASTVS conscripserit *lib. 2. c. 15. n. 4. p. 232. et lib. 3. cap. 5. n. 3. p. 283.* ego quidem hic nolo repetere. CODEX autem, quem MSCtum seruat bibliotheca *Dn. praesidis* sup. c. 2. §. 13. lit. uu. laudatus, historiolam his quidem habet uerbis *lib. 6. cap. 9. p. 124.* In diss Koeniges kur sal der erste syn der Bischoff uon Tryre; der andere der Bischoff uon Mentze; der dritte der uon Kolne. Vnder den Leygen ist der erste der Phalentzgraue uon Ryne, diss Riches Trucsesse; der ander der Hertzoge uon Sachsen, diss Riches Marschalg; der dritte der Margraue uon Brandeburg, diss Riches Kammerer; der Schen-

Fabula speculatoris Saxonici adu. Bohemiae R. suffragium in comitiis.

Verba ex cod. msto Dn. Praesidis.

CAP. II. fructu eius uictoriae aliquandiu perdurante in Germania (*p*).

a) Magistere sunt

§. IV. Verum enimuero maius nostro argumento accedit momentum e statu Bohemiae post Carolingos. Quo tempore nostra non tantum respublica nouam formam accepit (*q*): sed etiam omnibus populis Germaniae comitiorum iura contributa sunt (*r*); ut nunc demum maxime e re sit, intellexisse, quo loco habiti fuerint Bohemi.

tempora post Carolingos.

§. V. Carolingica stirpe, quae Germaniae populos primo sub iugum miserat unius imperii, sub eodemque adhuc continuerat (*s*), anno 912. exarescente: iam nunc omnes sui iterum iuris facti sunt, ut, qui ante unum imperium effecerant uniuersi, nunc singuli singulas respublicas constituerent sigillatim: utpote FRANCICAM; SVEVICAM; BOICAM; THVRINGICAM; A SAXONICAM et VENEDAM, in qua et fuerant BOHEMI. Vitio itaque his dari nequit, quod reges eorum supremam sibi arrogauerint potestatem ualedixerintque tum ceteris Germanis (*t*); a quorum nexu mors Ludouici infantis soluerat eosdem non minus atque liberauerat.

§. IV. V. VI.

§. VI. Tantum animi accepere hac rerum conuersione Venedi et horum prima gens, Bohemi: ut iam ceteris quoque B Germanis inhiarent exitiaque minarentur, crederentque, fore, ut pleraque illis Germania cederet, quamprimum bello eandem essent impetituri (*u*). Praeuenire autem haec, quam expectare maluit Henricus, auceps cognomento. Neque enim alia causa est, quare, rex Germaniae factus, cum Germaniae iterum populi in communem eiusdem imperii societatem coiuissent (*x*), in Venedos expeditionem

In quibus Bohemiae principes reducti fuerunt ad Germanicum imperium.

---

regum Germaniae. Verumtamen creuerat maximopere eius robur, ut et Bohemiam subiugaret et obsequia negaret Germanicis regibus. Mouit hoc Arnulphum, ut principem perduellem bello peteret grauissimo. Copiis eiusdem distractis, mox supplicem habuit, quem regno exuit, filio in eius locum surrogato nexuque saluo, quo utraque prouincia obligata fuerat Germaniae.

et conseruatio.

(*p*) Post enim non legitur, Bohemos Germaniae perfidos fuisse, usque dum, Carolingica regnatrice stirpe extincta, et ipsi intellexerunt, sui se iuris factos fuisse. Fabulam uero esse existimo; Bohemiae duces morem gessisse Francico regi, primo eius nominis Cunrado. Quod nostrae nunc non est arenae.

Forma reipubl. German. non petenda a Carolingis.

(*q*) Sunt haec prolixiora nostro instituto. Plenius doctrinam hanc explicauit firmauitque *Dn. Praes.* argumentis in libris de *iure adlegandi* vid. Tom. I. lib. I. opusc. VI. inque *libellis, Germanice* scriptis editisque eodem auctore atque tandem *in Germaniae principis praefatione* admodum singulari. Dici enim nequit, quam peruersae ac corruptae sint aliter docentium rationes et quantis illae patriam nostram exponant discriminibus. Difficulter tamen componentur hae lites, ob partium studia, quae plures hodieque agunt in transuersum. Quae tamen ex aduerso alio contendunt, illa plene planeque e medio tolluntur *in iure publico diplomatico*, cuius potissima momenta in schedis suis congessit *dn. praeses*, quem partum omnino desiderare debent omnes uerioris iurisprudentiae studiosi.

Comitiorum initia post Carolingos.

(*r*) Iamiam monui: Francos fere solos quondam fuisse in societate imperii Carolingorum. Sed, his extinctis, omnibus Germaniae populis is honor et locus delatus est: ut Germanici imperii comitia in tot curiis adparerent, in quot Germania populos fuerat diuisa. Bohemos etiam in illis egisse, id quidem occurret inferius.

Sub Carolingis Germania belli iure sub imperia fuerat unius.

(*s*) Admonitione hic opus est, necquicquam historiae eius aliqua probatione. Armis et belli iure redacta fuerat Germania sub imperium unius, quae antea dispersa fuerat in plures respublicas. Ita enim Clodouaeus SVEVOS; Theodoricus THVRINGOS; Carolus M. BOIOS; SAXONES; VENEDOS seu Slauos ui armorum subiugarunt. Victorum itaque posteri quamdiu uixerunt; tam diu etiam uinculum perdurauerat, ad quod fides adstricta fuerat gentium deuictarum. Victrice autem stirpe extincta, illud quoque disruptum fuerat ac dissolutum, ut in partes irent singulares ac pristinas, quae per idem eousque uixerunt coniunctae. Quod in patriae rebus eo clarius est, quo notum magis illud imperii instrumentum: quo filii Ludouici pii auitum imperium ita diuiserunt, ut partes aeterno iure inuicem manerent seiunctae. Ex quo tempore Francorum iura, si quae illis fuissent in prouincias Germaniae, nouiter a regibus illorum acquisitas, prorsus sublata atque perdita sunt, ut iuris ea petendi aut recuperandi omni momento fuerint destituti.

Bohemiae rex post Carolingos se iure subtraxit imperio Germanorum.

(*t*) Errore labuntur, plurimis quidem communi, quotquot Bohemiae reges in ius uocant incusantque perfidiae; eo, quod, post tempora Ludouici infantis, nuntium miserint Germanis, a quorum imperio ipso tum iure fuerant liberati. Principio enim praeceptio est et rationi congrua et auctoritati ita sentientium: quod, stirpe imperantis extincta, rerum summa redeat ad rempublicam. Quem euentum, Carolingis in Germania emortuis, uidit habuitque cum aliis Germaniae prouinciis Bohemia. Deinde ius, quod sibi quis sumit, id quoque ut alteri largiatur, necessum est. Verum omnes Germaniae populi, Carolingis extinctis, libertatem sibi adrogarunt, constitutis hoc fine dominis singularium territoriorum. Quidni igitur idem fas fuerit populo aut, qui huius uices gessit, duci Bohemiae. Nam aliae prouinciae regibus Germaniae absque principe intermedio paruerunt: Bohemia autem rege suo fuerat instructa, in quem potestatem transtulerat, ne is eandem a Caesare imperioque accepisse, uideretur.

Cur Germania in unum systema iterum coierit?

(*u*) Nisi omnia me fallunt, pro certo habeo, uix aliam causam fuisse, quare Germania, in particulares respublicas distincta seiunctaque, iterum coiret constitueretque regem, cui parerent uniuersi, quam pericula, ab inuasione Venedorum et Hungarorum metuenda, quibus alias facile fuisset, ad opprimendum singulos, nisi coniunctis studiis utrique hosti uires uniuersi opposuissent. Tantum ergo abest, ut Bohemi post Carolingos Germaniae morem gesserint: ut potius ipsi spe deuorauerint pleraque Germaniae.

Systema reipublicae Germanicae pactitium est.

(*x*) Systema quinque prouinciarum Germaniae pactitium est, nulla iuris necessitate constitutum: sed liberrimo principum arbitratu Idque tantum ex rationibus consilii. FRANCI enim Rhenenses habuerunt, quod a uicinis sibi Gallis metuerent; quo etiam terrore percussi fuerant SVEVI, iuribus longe illis inferiores. Hi ergo inprimis eo inclinarunt, ut respublicae, quae communem patriam haberent, in uno iterum systemate unirentur. SAXONIBVS et THVRINGIS maiores uires; sed tamen utrique maiora etiam pericula, quae facessebant uicinae gentes VENEDORVM. Hi enim omnem animum

CAP. II. *Formula Bohemiae.*

nem fecerit Bohemiaeque gentem eo a... mox adduxerit: *ut Germanis fidem iuraret ferretque tributa; ab illis autem indigenatu donaretur iureque Germanicae ciuitatis (y).*

Bellis subinde lacessita.

§. VII. Haec FORMVLA est, ad quam exigenda sunt bella dissidiaque, quae inter Bohemos Germanosque inde ad nostram usque aetatem intercesserunt. B Tantum enim abest, ut Germani ullo unquam tempore dereliquerint Bohemos, ne quidem stirpe Saxonicorum Caesarum extincta, ut potius singuli id egerint imperatores, quo firmiter in obsequio illos retinerent (z); claro argumento, Bohemiam ex hoc tempore non regibus Germaniae, sed Germanico regno addictam innexamque fuisse uinculo aeternum duraturo.

§. VII. VIII.

IV.) Bohemi comitiorum suffragatores.

§. VIII. Non uero de iuribus tantum constat suffragii Bohemiae regis in conuentibus S. R. I. sed etiam de iuris illius exercitio actuque (aa). Plurima hanc in rem alii idque sine discrimine congesserunt (bb), quod tamen in hac causa esse nobis debeat potissimum. Principio

mum exuerant, redeundi ad Germanicum imperium. Franciae itaque electrici reliquae tres prouinciae facilius accesserunt; quoniam Saxonum et Thuringorum duci ante oblatum fuerat imperium, quam ex Francica gente denominaretur Conradus. BOIIS principio alius animus aliudque consilium. Horum enim ditio ut latissime per Austriae atqoe huic innexas prouincias patuit; in Hungariam usque prolata: sic illis uisum est, optimum suae reipublicae fore, si ipsi regem haberent, qui in illis ageret nulloque nexu addictus uiueret reliquae Germaniae. Vi itaque is adducendus fuerat, quam tamen non expectauit. Cum eius Henricus auceps FORMAM ederet IVRIS PVBLICI Germanici, qua quisque princeps sui territorii dominus permaneret, quamuis fidem dedisset Germanico imperio; Boius etiam nouo systemati accessit, ut iam nunc post VENEDOS BOHEMOSque non alius superesse uideretur. Haec principia sunt nostrae reipublicae, ueritati congrua et rationibus pragmaticarum factionum.

Bohemiaquo iure reducta sit ad systema reipublicae Germanicae?

(y) Henricus auceps FRANCIA; SAXONIA; THVRINGIA; BAVARIAQVE sub imperium recepta, id sibi agendum esse, censuit: ut VENEDORVM quoque principatus Germaniae redderentur idque eo maiori studio contendit, quo truculentiora pericula essent, quae illi barbari populi Germanis minari uiderentur. Bellis responderunt prosperi rerum euentus. Nam Venedis Brandenburgicis ipse principem dedit Geronem: Boemorum uero ducem subegit subactumque in fidem recepit, Germaniae per omne imperium adprobandam, atque ad ferenda tributa ipsum obstrinxit. Vt uerissimum sit, duas Venedorum respublicas cessisse in potestatem Germanici imperii. Testes horum euentuum atque pactorum sunt *Wittekindus, Stadensis; Vrspergensis,* laudati atque exscripti iunioribus. Addit GOLDASTVS *lib. 2. c. 3. §. 7. p. 123.* utinam ex luculento testimonio ueterum: *Huc redit summa; Bohemos sub imperium Germanum subiunctos fidelitate ab iis exacta et tributo annuo imposito: eorumque ducem Wenceslaum, inter principes imperii Germanici allectum, eodem iure iisdemque priuilegiis, quibus Franci; Bauari; Sueui; Saxones, Brandeburgici utuntur fruunturque.* Sed id quidem altioris indaginis est, quod locum meretur singularem.

Omnibus Germ. regibus negotium facessiuit.

(z) Vix unius Caesaris res gestas legeris Inde ab Henrico aucupe, augusto Bohemorum recuperatore usque ad Caroli IV. aetatem, qui cum Bohemiae regibus non aliqua, imperii ergo, habuerit dissidia. Sed haec qui enumerauero in epitome et quo fine? cum *HEIMINSFELDIVS lib. 2. cap. 2. 3. 4. 6. 7. 8.* hanc spartam pridem occupauerit. Dicis? quae materia bellorum, toties ac diuersimode repetitorum idque spatio lapsuque quingentorum annorum. Sunt, qui naturam ferocissimam gentis incusant, quae omni tempore studiosa manserit rerum nouarum. Sit uero ita; quod ipsos etiam reges id permouerit, ut illi Germanos in Bohemiam magno numero uocarent, quorum exemplo Venedi, incolae mansuetiores fierent mitigarenturque. Non uero occasiones negligendae sunt, quibus ad arma aduersus Germaniam sumenda, illi fuere excitati. *Scilicet* uti principum negotia magis ex consilii rationibus pendent, quam iuris aut aequi rigore: ita Bohemiae reges maiestatem Germanici imperii multoties spreuerunt, quod non uiderent, ubi illis opus esse posset eiusdem tutela. Id enim roboris ac diuitiarum fastigium tener Bohemia, ut sua sorte acquiescere possit, nix indiga opis alienae. Inprimis haec causa isto aeuo se exeruit, quo Morauia Silesiaque eidem accessit, auctibus prorsus inuideodis. *Deinde* cum Germanici imperatores bella haberent cum Romanis pontificibus; hi quidem id inprimis egerunt, ut animum adderent Bohemis, quo minus illi morem gererent Germaniae. *Tum* intestina quoque dissidia famam prostituerunt imperatorum, ut illa apud Bohemos quoque essent in contemtu. *Post* elatiores id non minus reddidit Bohemos, quod regale illis tributum esset diadema, quasi rex non esset, qui regem haberet. *Praeterea* disiunctio accessit et dissipatio sex Germaniae ducatuum: ut Bohemiae rex purpura regali tantum non indignum esse, existimaret, horum collegam audire, quorum dominia ad eiusmodi angustias redacta fuissent. *Ad extremum* ex quo Bohemiae rex Germanico imperio neque tributa tulit neque militaria praestitit officia, imo cuique onerum generi se subtraxit: ordines Germaniae uoluerunt, ut rebus illorum ille deinceps interesset. Atque his procellis fluctuanit nauis reipublicae Bohemicae, ut nunc accederet comitia iterumque abesset ab illis: donec Carolus IV. nexum hunc magis laxaret remitteretque, ut Bohemia rerum ignaris tantum non prorsus a systemate Germaniae auulsa esse, uideretur.

Sunt aliis iura, aliis ipsa suffragia in comitiis.

(aa) Quamuis enim fieri nun possit, quin ille comitiorum iure in Germania destituatur, qui non solum prouinciae Germanicae praeest; sed etiam priuilegio gaudet Germanicae ciuitatis, quod utrumque de Bohemiae principe uerum esse, demonstrauimus: sunt tamen aliquorum nomina in albo ordinum siue omissa siue expuncta siue temporum caligine obliterata, ut a iure ad iuris ipsius exercitium uinculum consecutionis paulo infirmius esse, uideatur. Exemplo esse possunt in Belgii oris Burgundici principatus, qui diu a comitiis abfuerunt, usque dum, quodam postliminii iure, Austriacae domus instituto, Burgundicum suffragium Germanico nostro imperio restitueretur. Lotharingi multis etiam seculis Germanica comitia neglexerunt, Ferdinando autem primo imperante, intuitu ducatus, ex albo imperii deleti sunt. Quamuis, CANONII, praesidis Lotharingiae ore loquor, poeniteat eos emancipationis, ut redire ad patrios ipsi lares mallent, honesta dummodo uia superesset, per quam ad illos possent redire.

Singularia de Belgis,

et Lotharingis.

Iudicium de Goldasti Bohemia.

(bb) Vt litterae, quibus polluit Augustinus, ex libris eiusdem intelliguntur, quos DE CIVITATE DEI reliquit: ita GOLDASTI rerum Germanicarum

CAP. II. §. VIII.

enim frustra sunt, qui Bohemiae ducem A comitiorum adsessorem laudant temporibus Carolingorum; quod imperii nostri rationibus est aduersum (cc). Deinde cum Germaniae comitia principes etiam peregrini accesserint siue ad festiuitatem eorum augendam (dd); siue ad obseruandum consilia negotiaque imperii (ee); siue etiam ad accusandum aut re- B spondendum causas, Caesarum et ordinum iudicio delatas (ff): illud docendum et demonstrandum est, eo Bohemiae duces sine comitiis nostris interfuisse, ut officio defungerentur principis aut status Germaniae, quo de comitialibus argumentis tractarent, statuerent, deciderentque, utpote qui cum patriae proceribus essent in Germanici imperii societate. Atque hoc ut pateat, *principio* sciendum est, quod Bohemiae dux continenter comitiis legatur interfuisse (gg), cum alii ad eadem accesserint nonnisi per interualla; quoties nempe uel causam comparendi habuerunt uel cupediam. *Deinde* aliorum in comitiis praesentia uoluntatis fuit et arbitrii: Bohemiae regem

a) quia comitiis interfuere continenter,

(b) in iisdem sunt desiderati,

---

rum peritia adparet ex eiusdem commentariis RERVM BOHEMICARVM. Vterque cetera aliis; haec autem sibi ac famae suae uidetur perscripsisse, quibus ipse ac aliis internosceretur. Nihil detraho famae Goldasti, quam saepe praeter meritum sugillat impetitque BALBINVS litteratissimus Iesuita, quod nimietatati dandum religionis. Id tamen desidero egomet in Heimensfeldio nostro: quod recentiorum testimonia cum ueteribus misceat; quod fidem illis protinus tribuat, modo prosint illius instituto; quod saepe libellos laudet nullius auctoritatis: quod iusto saepius utatur consequentiis, quam testibus ac ordine rerum; quod numeros testium maioris habeat, quam selectum. Sed hi animi mortalium sunt, ubi ad sensus uel suos uel aliorum magis scribunt, quam ad ueritatem.

Status comitiorum sub Carolingis.

(*cc*) Illius ergo rei supra iam feci mentionem § III. Est hic pestilentissimus omnium fere Ictorum error; ut consuetudines Carolingorum commisceant cum natalibus nostri formae imperii, ad quam hodieque publici iuris rationes exigere et examinare debemus. Inde fit, ut doctrinas habeamus male cohaerentes, hiulcas e dissentaneas, similesque scopis dissolutis, quas negligere praestat, quam illis addiscendis tempus perdere aetatemque.

Interfuit aliqui comitiis a) festiuitatum causa;

(*dd*) Saepius Galliae legatos, imo ipsum quandoque regem Galliae offendimus in comitiis Germanici imperii. Etiam Caesarum orientis oratores conuentibus interdum nostris fuere praesentes, quem honorem habuerunt Imperio Romano. Vt nihil de nuntiis dicam maximi pontificis. Tantum ergo abest, ut ex praesentia principis consequatur ius aliquod suffragii: quantum abest, Daniae nunc regnum Venetae partem reipublicae fieri, quod personatus Oldenburgicus comes eidem per semestre spatium fere adesse uideatur.

(b) ad cognoscendam arcanas consiliorum rationes;

(*ee*) Adeo solennes fuerant peregrinorum principum frequentationes in patriae comitiis; ut publica opus esset lege, qua maioris momenti conuentibus institutis, peregrini omnes urbe illa, ubi agunt imperii ordines, exire, teneantur. Fieri enim non potest, ut in tanta suffragantium multitudine tamque diuersis eorundem studiis recondita sint imperii consilia: siquidem absque ullo discrimine praesentibus esse licet peregrinis. Sint nobis Poloniae conuentus in oculis, quibus nostra similis quondam fuerat respublica.

(c) ad agendum aut respondendum causas;

(*ff*) Ingens discrimen inter membra Germanici imperii et ordines siue status, qui audiunt, eiusdem. Vtrisque iudex sunt comitia. Inde est, quod Italiae multoties incolae et Daniae Poloniaeque regnorum siue ordines siue reges causas in comitiis egere controuersas. Nunc subditi principem tyrannidis accusarunt: nunc princeps perfidiae postulauit subditos rebelles. Ipsius pontificis causae saepius factae sunt comitiales. Aliud uero est, iudicem agnoscere comitia; aliud iterum iudicii illius socium esse et collegam. A primo certe necquicquam sequitur alterum.

Bohemum ab Henr. aucupe semper deinceps comitiis S. R. I. interfuisse.

(*gg*) Deest nobis HISTORIA COMITIORVM IMPERII: quod omnino mirum, cum minimorum habeamus CONCILIORVM HISTORIAS. Desunt nobis RECESSVS imperii usque ad tempora Friderici V. quamuis omnium CONCILIORVM uolumina promulgata sint, sumptibus quidem Galliae regis XXXVII. an. 1644. cura autem Labbei XVII. minori typo, sed rerum tamen adparatu maiori an. 1672. Pudeat Germanos neglectus in rebus, a republica gestis. Aliis regnis id exprobrandum non est; quibus talia legere nec libet nec licet. Vtrumque nobis datur, qui in quouis publicae causae argumento ad consuetudines et obseruantiam imperii prouocamus, ut antiquiora omne punctum ferant essentque comitiorum tabulae pulcherrimum utilissimumque IMPERII INSTRVMENTVM. Non uero hoc impedit, quin sciamus, Bohemum sub singulis fere imperatoribus Germaniae comitiis adfuisse; quae curiam recensebimus, cum *HEIMENSFELDIVS lib.* 4. *c.* 3. 4 5. hac prouincia perfunctus sit ex instituto. Legitur autem dux Bohemiae sequentibus adfuisse suffragator. *Anno* 923. *HENRICO I. imperante Ratisbonae: An.* 960 *sub OTTONE PRIMO Wormatiae: an* 973. *sub* ALTERO *Ottone Quedlenburgi, post etiam Vinariae, Alstedii: an.* 985. *sub* TERTIO *Ottone itidem Quedlenburgi: an.* 1003. *sub* HENRICO II. *Mersebargi: an.* 1024 *sub.* CVNRADO II. *Moguntiae: an.* 1048. *sub* HENRICO III. *Ratisbonae, deinde Goslariae, Moguntiae, Quedlenburgi: an.* 1085. *sub* HENRICO IV. *Moguntiae, idque aliquoties Mersburgi, Ratisbonae, alibi: an.* 1108. *sub* HENRICO V. *Ratisbonae atque alibi: an.* 1134. *sub* LOTHARIO *Magdeburgi, Bambergae: an.* 1138. *sub* CVNRADO III. *ibidem: an.* 1156. *sub* FRIDERICO I. *Ratisbonae, aliquoties Bambergae, Wurzburgi, Augustae, Erfordiae, Laudae in Italia, Bisuntii, Norimbergae atque alibi: an.* 1193 *sub.* HENRICO VI. *an.* 1199. *sub* PHILIPPO *Moguntiae semel iterumque: an.* 1203. *sub* OTTONE IV. *Merseburgi, Moguntiae, Bambergae, Wurzburgi, Augustae: an.* 1212. *sub* FRIDERICO II. *Basileae, Mersebargi, Egrae, Argentorati, Bambergae, Augustae: an.* 1247. *sub* WILHELMO *Aquisgrani: an.* 1273. *et post ad comitia citatus a* RODOLFO *primo, non comparuit Bohemus eidem imperatori infensissimus hostis an.* 1299. *sub* ALBERTO *Norimbergae, Merseburgi: an.* 1318. *sub* LVDOVICO *Bauaro Egrae, post Ratisbonae, Francofurti, atque alibi: de an.* 1350. *cominus dubitandum, quoniam idem, qui Bohemiae rex fuerat, est etiam factus imperator* CAROLVS *ille quartus cognomento: an.* 1378 *uero* WENCESLAVS, *quamuis et ipse Caesar esset, comitiis Germaniae adsignauit Bohemiae legatos, qui suffragio Bohemico in illis uterentur: an.* 1416. *idem etiam est factum sub Caesare* SIGISMVNDO, *Constantiae: an.* 1461. *Bohemiae iterum rex,* FRIDERICO V. *imperante ad comitia accessit Egrae atque iterum Augustae.* Post haec fere tempora interesse, neglexerunt Germaniae comitiis reges Bohemiae, partim, ne onera tributaque

Caussae neglectorum comitiorum a Bo-

gem officii hic rationes obligarunt (*bb*). *Tum*, si, quod uulgi sermone dicitur, *exceptio regulam firmat*, cum priuilegium imperatores irrogauerint Bohemiae regibus, ut illi comitiis, ubi haec in urbe Germaniae, a finibus Bohemiae nimium remota instituerentur, impunes abesse, queant (*ii*); pro eerto haberi debet, incubuisse alias iisdem comparendi in imperii congressibus necessitatem. *Tandem*, ne quis uel ita ambigat, utrum Bohemiae reges salutauerint comitia ad consultandum, an uero ad decidendum causas controuersas: non solum exempla docent, quod statuerit decreueritque Bohemus; sed etiam ante sententia imperii lata esse non uideretur quam suum ipse calculum etiam dedisset (*kk*). Verum sunt haec momenta satis ad demonstrandum, Bohemiae regem frequentauisse Germaniae comitia, non qua testem, actorem, reum uel hospitem; sed qua suffragatorem et principem Germaniae potentissimum.

e) quandoque in irrogatu priuilegiu.

4) Vota Bohemi fuere suffragatoria et decisiua.*

§. VIII.

bemis ab an. 1550.

que illi ferrent imperio praestarentque seruitia: partim, quod Hussitica illis bella intestine essent, ut, domesticis curis distracti, parum ettenderent alienis: partim etiam, quod et imperii Germanici fasces et gubernacula Bohemiee iidem principes Austriaci sanguinis haberent, ut parum ere esse uidezetur, in ordinihus Germaniae numerari Bohemieae prouinciae regem: accessit tandem, quod is ultumorum seculorum error fuit, quo dubiterunt Icti, num rex uere esset, qui, regni causa, subesset alteri, uel ipsimet Romano imperatori: ed extremum, quando imperii legibus et comitiorum recessibus locum nullum darent Bohemi, taeduit Germanicos proceres societatis illorum, ne leges Germanis tantum dare, non accipere uiderentur. Atque setis nunc ex hactenus dictis esse puto menifestum, Bohemiae regem non hospitem fuisse comitiorum Germaniae, sed ciuem socium atqua collegam, id quod fuerat demonstrandum.

Bohemus a comitiis absens desideratus est.

(*bb*) Disputatur e iuris publiei consultis, num in uoluntate ordinum sit, ut, uocati ed comitia, illis impone queant abesse. In Bohemiae regibus luculentissime sunt exempla, eos propterea in crimen uocatos fuisse, quod ad comitia eccedere, quandoque neglexerint, tentum ebest, ut otiosam fuisse existimemus eorundem praesentiam. De Ottone magno memorat HAGECIVS *ad an.* 963. quod proscripserit Boleslauin, ad comitia uocatum, sed ad eadem uenire negligentem. Idem de Ottone II. imperatore admonet ad an. 975. *FABRICIVS rer. Saxonic. lib. 2. ad an.* 975. Tecco exempla alia, quee domestici Bohemiae annales adnotarunt. Interim manifestum est, perfidum imperio dici non potuisse Bohemum comitiorum causa, nisi fide ed ee frequentanda Caesari imperioque adstrictus fuisset.

Dispensatio Bohemiae regis in frequentanda quibusdam tantum comitiis.

(*ii*) Fidem necquicqeum fallere potest diplome FRIDERICI II. imperatoris, quo Bohemiee regem eb onere, *comitia frequentundi* fecit immunem, siquidem illa in loco instituerentur Germaniae, a finibus Bohemicis niminm remotc. Cum alie plura in libello habeantur, unde lumen accedere potest nostro argumento, integrum hic illum exscribemus. *Fridericus diuina fauente clementia Romanorum imperator electus et semper Augustus, rex Siciliae, ducatus Apuliae et principatus Capuae. Cum decor et potestas imperii nostrum praecesserit sintum, ut non solum ceterorum principum dignitates; uerum etiam sceptra regalia a nostra conferantur maiestate, gloriosum reputamus, ac magnificum, quod in tanto nostro largitatis beneficio, et aliis crescit regiae dignitatis augmentum, nec ob hoc eminentia nostra aliquod patitur detrimentum. Inde est, quod nos attendentes praeclara deuotionis obsequia, quae uniuersa Bohemorum gens ob antiquo tempore romano exhibuit imperio tam fideliter, quam deuote, eo quod illustris rex eorum Ottogarus a primo inter alios principes specialiter prae caeteris, in imperatorem nos elegit, et nostrae electionis perseuerantiae diligenter, et utiliter astiterit, sicut dilectus patruus noster piae memoriae rex Philippus, omnium principum habito consilio per suum priuilegium instituit, ipsum regem instituimus et confirmamus, et tam sanctam et dignam institutionem approbamus, regnumque Bohemiae liberaliter, et absque omni pecuniae exactione, et consueta curiae nostrae iustitia sibi, suisque successoribus in perpetuum concedimus. Volentes, ut quicunque ab ipsis in regem electus fuerit, ad nos uel successores nostros accedat, regalia debito modo recepturus. Omnes etiam terminos, qui praedicto regno attinere uidentur, quocunque modo alienati sint, ei, et successoribus suis possidendos indulgemus; ius quoque, et autoritatem inuestiendi episcopos regni sui integraliter, sibi, et heredibus suis concedimus, ita tamen, quod ipsi ea gaudeant libertate, et securitate, quam a nostris praedecessoribus habere consueuerunt. De nostra autem liberalitatis munificentia statuimus, quod illustris rex praedictus, uel heredes sui ad nullam curiam nostram uenire teneantur, nisi quam nos apud Bamberg, et Norinberg celebrandam indixerimus, uel si apud Merseburg eam iam celebrare decreuerimus, ipsi sic uenire teneantur. Quod si dux Bohemiae uocatus accesserit, ipsi sibi ducatum praestare debeant, sicut antecessores sui quondam Bohemiae reges facere consueuerunt, sic tamen, ut spatium sex hebdomadarum ueniendi ad praedictas curias eis ante praefigatur, saluo tamen, quod si nos, uel successores nostros Romae coronari contigerit, ipsius praedicti regis Ottogari, uel successorum suorum relinquimus arbitrio, utrum ipsi nobis trecentos armatos transmittant, uel trecentas marcas persoluant. Ad huius autem constitutionis, et confirmationis nostrae memoriam, et robur perpetuo ualiturum, praesens priuilegium per manus Henrici de Parisiis notarii, et fidelis nostri, scribi, et bulla nostra aurea iussimus communiri, Anno, Mense et indictione subscriptis. Huius rei testes sunt isti: Archiepiscopus Barensis, Episcopus Tridentinus, Episcopus Basiliensis, Episcopus Constantiensis, Episcopus Curiensis, Abbas Augensis, Abbas S. Galli, Abbas de Viterbio, Bartoldus de Niephen regalis curiae protonotarius, comes Huldricus de Kiburgk, comes Rudolphus de Habsburg, et Landgrauius de Alsatia. Comites Ludouicus, et Hermannus de Tribura, Comes Vernerus de Hobenburg, Arnoldus nobilis de Wart, Rudolfus aduocatus noster, Rudolphus de Rauensburg, Albertus de Tanhausen camerarius, et alii quam plures magnates, et nobiles, et liberi, quorum testimonio hoc priuilegium constat esse confirmatum. Acta sunt haec Anno Dominicae Incarnationis 1212. Mense 26. Septembris. Quindecima indictione, regni uero domini nostri Friderici illustrissimi Romanorum imper. electi, et semper Augusti regis Siciliae quindecimo.*

(*kk*) Id alias mores nolunt in collegiis, ut ebsentis collegae nulla ratio habeatur in sententiis conceptis. Certe in imperii comitiis hodieque illae feruntur, absentium ordinum non desiderato expectatoque consensu. Qui autem factum esse dices, ut reliqui Germaniae ordines accessum ad comitie consensumque Bohemiae regis tantopere desiderauerint; ut aliquoties ante rem pro non confecta haberent, quem illum obtinuissent? Respondeo dubium. Olim suffragiorum non maior numerus rem confecit: sed pars *firmior*. Quod primus ex anti-

Subscriptio Bohemi in REC. IMP. est essentialis.

CAP. II. VI.) *De aliis argumentis summatim cum iudicio* a) *quod fuerit elector*

§. IX. Supersunt alia plura argumenta, unde comitiis interfuisse Bohemum, argui potest et concludi: quae cursim nos enumerabimus, pretii et firmitudinis, quam habent, addito iudicio sigillatim; ne bonam causam peruerse tueri uideamur (*ll*). Principio filum consecutionis est firmissimum, ut minus etiam possit, qui potest maius. Vnde consequenter adfirmo: si Bohemi arbitratu Caesar sit; eius quoque fore in leuioribus causis aliquod iudicium, uel quod idem est, iura comitiorum (*mm*).

§. IX. X.

b) *archipincerna.*

§. X. Deinde etiam spartam huc trahere licet archipincernatus. Quae prouincia deferri nequit principi peregrino, ut ideo ciuium Germaniae numero alboque adscriptum esse oporteat regem Bohemiae (*nn*). Dici non potest, quam hic ambigat, titubet, haereat erretque maximi nominis scriptor Goldastus.

§. XI.

---

antiqoitate docuit *D. Praeses* in *programmate, von Streit uber ueue Stimmen auf dem Reichstag*, an. 1709 edito. Cum uero opes, amplitudo, roburque Bohemiae regni et huic innexarum prouinciarum Silesiae Morauiaeque tantae essent, ut tantum oon alteri parti uniuersae Germaniae responderent: mirum non est, suspensa fuisse conclusa comitiorum, ob desideratum suffragium regis Bohemiae. De Hentico, Caesare HAGECIVS *part. 1. Chron. Boh. ad an. 923. Mittlerweile hat sich der Kuyser*, comitiorum imperii argumentom tractat, *auf seinen Stul gesetzet: desgleichen sassen auch alle Reichs-Fursten umher, und wurde die Handlung allein uon wegen des Hertzogs uon Boehmen Abwesenheit uerschoben.* Quam historiam alii qooque ita enarrant. Et si is scriptor causae propriae aetatisque ioferioris uidetur, accipe WIPPONEM, *Cunradi II.* Caesaris *capellanum*, qui in descriptione comitiorum hoc prodit iudiciom ordinom imperii: *Oportet nos habere*, antequam seotentiam feramus, *saltem tales inducias, intra quas possemus conuocare et precibus inuitare, ut sit nobiscum*, post alios, *ducem Bohemicum.* Ad an. 1212. scribit DVRBAVIVS *lib. 15. histor. Bohem. p. 123.* quod Caesar admodum desiderauerit praesentiam regis Bohemiae, qui quod senectute impeditus esset, tandem agnatum miserit rerum procuratorem. Exempla alia praetereo generis eiusdem. Dubito anim de alio Germanici imperii principe reperiri, absentiam eius suspendisse sententias comitiorum: ut ita satis constet, quaotum a Bohemiae regis soffragio pependerit momentum.

Argumenta alia opinionem adferunt: alia ueritatem.

(*ll*) Vti diuina dogmata mendaciis nostris argutiisque opus non habent: ita neque ueritas pigmeotis rationom. Peccare in eo maximopere solent doctores, ut argumenta, quae demonstrant, uel etiam certa ratione probant siue sigillatim siue in aliorum societate distinguere nesciant ab illis, quae opinabilia tantum sunt, adminicula ueritatis, non praesidium aut fons. Decipiunt se in eo maximopere publici iuris consulti, quando peregrinos aliorum regnorum mores adferunt ad nostri imperii consuetudines declarandas. Vnde praestantissima uolumina LIMNAEI, MYLERI aliorumque erudita magis, qoam docta mihi qoidem, quoties eos in rebus patriae consulo, esse uidentur. Idem in Bohemiae rege argumento.

An idem qua elector etiam status imperii?

(*mm*) Scio praeter illos Saxonici et Sueuici iuris tenebriones, speculatores bardos ac stupidos, neminem fuisse, qui Bohemiae regi in dubiom uocauerit, quod iudicio etiam Illius fiat eligaturque imperator. Et qua fronte aliqois haec ei negauerit iura, com uix et ne uix qoidem ullus Caesar ad id fastigium in Germania euectus sit, calculo non numerato ducis Bohemiae. Adeo, ut primas ei in hoc officio detulerit an. 1212. Fridericus II. in diplomate soperiore lit. ll. recitato. Vnde autem illi hoc? Num ex priuilegio; hoc autem *facti* esse dicunt leges, neque *praesumendum*, sed *demonstrandum.* Aut, ut discordantibus forte *sexuiris* in electione ipse uni parti momentum adferret ad decidendum? Saxonicae gerrae, pridem explosae, cum

Vnde Bohemo ius eligendi? Falsae causae, prima, altera,

na qoidem olim res imperii coofectae sint numero soffragantium maiori, quod monuimus infr. lit. uu. Aut quod aliquis coniectari posset, ea causa, quoniam an. 1315. Boioariae dux palatinatu Francico seu Rhenano familiae illato, GIOVANNI *Germaniae princeps lib. 3. §. 10. 11. p. 13. 14.* duobus electoratibus, ceu unus prioceps, in comitiis, Caesaris eligendi causa institutis non poterat defuogi, ut adeo uicinus princeps Bohemus in subsidium uocaretur. Verum et hoc falsum est, cum inde a temporibus Ottonum constet, Bohemiae regem electorem fuisse Germaniae imperatorum, quod ante oos demonstrauit HEIMENSFELDIVS *lib. 3. cap. 4. 5. 6. 7.* Illud itaque unicum superest, ut eundem PROVINCIAE aut regni sui iure Caesarem in societate aliorum elegisse existimemus; quo iure ad Germaniae quoque comitia accessit, quod probatum euictumque est hactenus. Decepit se aliosqua GOLDASTVS *lib. 3. c. 7.* qui PINCERNATVS causa Bohemiae electionis iura potat obuenisse. Verum hunc errorem dissipabimus inferius. *Primo* enim nullo tempore plura in impario ARCHIOFFICIA, liceat barbare loqui ut clare loquar, fuere, quam quatuor aut quinque: sed imperii electorum tot olim fuere, quam prouinciae et peculiares populi Germaniae supra §. VI. lit. x. archi-officium itaque causa esse non potuit imperii electoratuum. *Deinde* Marchio Misnensis uere archiofficialis est, *Archiuenator* imperii, quo munere defunctus est in Metensibus comitiis an. 1357. memorabili, neqoadum Saxonicis scriptoribus cognito loco apud CZECHORODIVM *in marte Morau. lib. 4. c. 2. p. 430. 431.* ille tamen necqoicquam haberi solet in numero electorum. Quamuis in hac historia arcana lateant argumenta, quae ego quidem excutere nolo, excutiant illa Saxones, quorum interest. *Post* serius longe Bohemiae rex archipincerna est factus, quam elector. Illud igitur munus f[illegible]ra spartae huius causa laodatur. *Ad extremum* archiofficio peregrini quandoque priocipes solennium ergo, in comitiis defuncti suot, exemplo Daniae regis: necquicquam uero prouincia electionis; qoam ciuis obeat oportet Germanus aut, quod idem ast, Germanica donatus ciuitate. Summatim arguo: si prouinciae causa elector est rex Bohemiae; idem eodem etiam intuitu erit *status imperii* in alioqua genere comitiorum suffragator. Electorum origo causaque multas dubitationes habent; mihi praeceptio est in iure publico: *qui electorata gaudet, ille iure gaudet status imperii.*

tertia,

Vera causa.

error Goldasti.

Errores Goldasti de Bohemiae archipincernatu, primus.

(*oo*) Versatur in hac arena GOLDASTVS *lib. 3. cap. 8.* sed ambigit, titubat, errat que. Primo enim inde ab Ottonis III. aeuo archipincernatus munere gauisum esse Bohemiae regem existimat iure quidem perpetuario. Hoc autem est falsissimum. Vt enim taceam, ante *archiofficia* uni prouinciae aeterno iure adscripta non esse, quam singulari duce destituerentur *Sueuia Franconiaque*; *Thuringiae* domino fortunae tenuioris, quam ut adspirare posses ad hoc genus fastigii; ut necessitas esset, uni, quod semel habuerat, constanter relinquere. Deinde ex speculi Saxonici uetustiori exemplo patet,

archi-

CAP. II.

c) Bohemi iure indigenatus gaudeant in Germania, at 1) Feuda acquiraat. 2) Fiant Caesares.

§. XI. Facit praeterea hoc etiam non leuem coniecturam, Bohemiae regem inter ordines esse Germanici imperii: quoniam ei datum est, ut feuda imperii acquirat possideatque (*oo*); utque et ipse, si ita euenerit, imperator fiat (*pp*). Caesares deinde atque electores Germaniae Slauicam ideo linguam docti esse debent, ne Bohemi illis esse queant gens peregrina (*qq*).

§. XI. XII. 3) Slauice docti Elect.

d) Episcopatus Boh. Germaniae subiecti.

§. XII. In sacrorum iure illud singulare est, quod omnes Bohemiae episcopi a Caesaribus nostris sint instituti (*rr*), usque dum Fridericus II. imperator,

---

archipincernatam usque ad duodecimum seculum, penes duces fuisse *Boioariae*. Recitat uerba e Viennensi bibliotheca LAMBECIVS *lib. 2. cap. 8. pag.* 826. *Der Hertzog aon Bayern hatt die aierdte Stimme an der Chur und ist des Reichs Sebencke and solle dem Kœnige den ersten Beeber tragen.* Vt certissimum, Bohemiae regem post ea demum tempora archiofficium pincernatus a Boioariae ducibus accepisse, eum illi, archipalatinatu aucti, utroque simul munere *archipincernatus* et *archidapiferiae* non possent defungi; ut adeo altero conseruato, primum susciperet rex Bohemiae. Inde etiam est, quod

Colbii de Wartenberg.

COLBIANA gens, cognomenti de WARTENBERG, quae arx Ratisponae uicina est, cum *subofficio pincernatus*, quo gauisi fuerant, in Bohemiam quoque migrauerint atque archiofficialem subofficiales sint sequuti, quod *Dn. Praeses* eruit explicuitque *in dem Vorzug des Wartenbergischen Hauses* §. 9. p. 45. in opusculo *aom general Erb-Post-Ambt* cap. 3. p. 24. atque in formula Marchiae tom. I. lib. I. opusc. IV. cap. VII. §. 5. lit. h. taceo argumenta alia ad euitandum taedia nimiae prolixitatis.

alter,

Alter est error, quod existimet Heimensfeldius; Bohemiae regem *pincernatus* ergo Caesarem *eligere*; non uero *regni* intuitu. Primum nos negauimus, altero adserto firmatoque §. X. lit. hoc supra.

tertius,

Tertius est, quod indignum ei uideatur, archipincernam ultimo plerumque locu nominari post omnes ordinis ciuilis electores. Verum uti primae debentur Bohemo, qua electori; ita archipincernae alius adsignari locus non potest, quoniam muneris non ea est ratio, ut aliis id anteferri mereatur.

quartus;

Quarto errat, archipincernatum a pontifice Romano, populi causa senatusque Romani confirmatum esse. Sed hae gerrae GROTII etiam sunt *lib. 2. de I. B. et P. c. 17. n.* 9. quas pridem depulimus Germani de portu magistrae ueritatis.

quintus.

Quinto Bohemum existimat cum Boioariae duce lites habuisse de electoratu. Sed argumentum dissidii archipincernatus fuerat, quamuis uetustissimi quoque interpretes haec inuicem uideantur permiscuisse. Quam igitur magni etiam fuerint athletae GEWOLDVS et FREHERVS: Lis tamen haec exitum habere non potuit, quod statum huius causae, fidenter scribo, neuter eorum intellexerit. Ceterum licet archiofficii munere quandoque etiam, quod supra adfirmaui, defuncti sint principes et reges peregrini: id tamen fieri non potuit in archipincernatu, quia perpetuo continenterque hanc spartam habuit rex Bohemiae, quod hospitis non est, sed ciuis ac ueri principis seu status Germanici imperii.

Bohemiae rex acquirere potest feuda imperii.

(*oo*) Sunt haec instituta Germaniae, ne regiones, de illa defalcatae uel peregrinis cedant uel in eorundem ueniant clientelam. In peregrinorum itaque numero Bohemos non fuisse, oportet, qui, nullo imperatorum imperiique intercessu, Germaniae pagos uel acquisiuerunt uel acceperunt in clientelam. De innumeris locis, quae Bohemiae rex Boioariae subtraxerit innexueritque Bohemiae, exempla e Carlsteinensi tabulario eruit recitatque

Quid ei in Boioariam?

BALBINVS *decad. 1. lib. 3. c. 2. §. 2. p.* 11. Quid? quod Caroli IV. pater instituerit, commutare *Bohemiam* cum *Boioariae* ducatu, quem contractum memorat DVBRAVIVS *lib. 20. hist. Bohem. p.* 167. Et Rupertus, Boioariae dux, omnem eius ducatus partem, quam ipse possedit. an. 1353. uendidit concessitque Carolo IV. cuius contractus libellum exhibet GOLDASTVS *in adpendice documentor. Bohem. p.* 63 quem suo etiam calculo adprobauit Moguntinus, quod diploma etiam extat apud BALBINVM *decad. 1. lib. 8. epist.* 43. 50. 51. *p.* 58. ut forte nunc e re et tempore sit Austriacae domus, excuti hos loculos, Bauaria principe suo destituta.

Et Vogtlandiae comitatus?

RVTHENI comites et multa Vogtlandiae loca a Bohemiae regibus in clientelam suscipiuntur hodieque. quod scimus, domestico scriptore teste, *Petr.* BECKLERO *in historia rerum Ruthenorum* in paginis diuersis. Verum satis hoc exemplorum. Fieri enim non potuisset, ut legibus hoc concederetur Bohemo, nisi ius societatemque habuisset Germanicae ciuitatis comitiorumque imperii.

Bohemiae rex fieri potest imperator.

(*pp*) Non quidem is ego sum, ut existimem, Germanica lege cautum esse, ne alius fieret imperator, quam Germanus. Contrarium enim exempla comprobant cum Richardi et Alfonsi Caesarum: tum aliorum imperii candidatorum e gentibus peregrinis. Verum tamen Bohemiae regi tam facilis ad imperii fastigium uia patet, quam aliis ciuibus Germaniae. Adeo ut ipse sibi inter eligendum dare possit suffragium; exemplis id comprobantibus non solum Sigismundo rege; sed etiam aliis post eum *electoribus* Bohemicis. Ast uero quis inficias iuerit, ciues Germaniae quaedam praecipui iura ad spartam imperialis dignitatis habere, prae gentibus quibusdam peregrinis, ut hos ordo demum tangere uideatur, si nullus illorum, qui imperium capessat, superesse uideatur. Neque hoc dari debet Bohemis, intuitu tantum sanguinis Austriaci. Ex illo enim non fuit Ottocarus, ille Rudolfi I. aemulus: cui tamen Bohemica natio non obfuit, quo minus esset inter Germanici imperii candidatos. Alia habet HEIMENSFELDIVS *lib. 3. c. 4.*

Bohemicam linguam doceri debent electores Germanici.

(*qq*) Notissimum est tituli *ult. A. B.* argumentum, quo Slauicam linguam discere tenentur *electores* Germanici. Quidni Italicam quoque *Hungaricam, Polonicam, Danicam Gallicamque*, Burgundici intuitu imperii; quae omnes quondam respublicae Germanico imperio fuerunt addictae? Ita est, nullus in societate egit imperii Germanici, praeter Bohemum, ut opus esset, sermoni ac linguae adsuefieri principis collegae. Num Carolus IV. patriae hic amori quid dederit, praeceperitque haec, ne Germani a Bohemicae gentis Caesaribus abhorrerent, id quidem aliorum iudicio relinquimus. De Slauicae linguae a Teutonica discrimine agit Goldastus *lib* 3. *c.* 1. *n.* 5. *p.* 9. *c.* 2. *n.* 14. *p.* 21. *lib* 4. *c.* 16. *n.* 1. *p.* 547. ubi illam etiam quaestionem respondet: *utrum linguae diuersitas arguat diuersitatem ciuitatis.* Nobis id praesumtionis uidetur esse argumentum, sed eiusmodi, quae contrariam admittit probationem, ex pactis, migrationibus bellisque repetitam.

Bohemiae episcopatus iuris Germanici.

(*rr*) Non solum id legitur in annalibus Bohemicis, quod omnes Bohemiae episcopatus in *dioecesi* fuerint antistitis *Moguntini*: sed etiam episcopi Bohemiae a Germanico initiati et inuestiti fuerint *imperatore*.

Subsunt Moguntino.

Primum permansit usque ad tempora Caroli IV, qui mouit pontificem, ut Pragensem archiepiscopum subduceret Moguntino, illique primatus honorem in Bohemis largiretur, cum, quod tamen non credo, spes esset, eidem, praeter Bohemicos, etiam addicendi *Misnensem, Bambergensem et Ratisponensem* Goldastus *lib. 1. c. 14. lib. 5. c. 4. n. 23 p.* 578. Errat autem Goldastus, quod Moguntino id tribuat,

CAP. II. tor, ius sacros antistites inaugurandi, ipsis Bohemiae regibus deferret. Puto autem sacri muneris hunc tantum fuisse nexum: fundorum uero episcopalium iura nullo non tempore apud Bohemiae regem permansisse. Qamuis Bohemiae episcopi muneris ergo cum in comitiis egerint, tum in synodis et sacris conuentibus Germaniae. Certo argumento, comitialia iura haberi ac sustineri posse absque intuitu ullius territorii.

§. XIII. §. XIII. Infirmiora ad finem nobis propositum argumenta sunt, quod a Moguntino (*ss*), antistite quondam rex Bohemiae unctus atque sacro ritu inauguratus sit; cum alii esse soleant territorii limites, quam dioeceseos. *e) Oleum regale a Moguntino.* Parum etiam facit, quod Bohemus a Caesare (*tt*) adpellatus fuerit rex. *f) diadema a Caesaribus* Cum olim in mores cultioris orbis iuerit, regale diadema erogandum esse ab imperio Romano atque exempla supersint peregrinorum

---

tribuat, qua Germaniae PRIMATI, quem illa honorem nullo tempore sibi adrogauit. Fuit in gratia Saxonicorum Caesarum, quibus etiam hunc honorem debuit, in prouincia Bohemiae nouiter acquisita: *Cur non Magdeburgico antistiti?* Magdeburgicus archiepiscopatus post demum conditus est, ut fieri non posset, quo eiusdem dioecesi principio ecclesiae Bohemicae obuenirent. Videatur *D. praeses in dissert. de primatu Germaniae*, scripta an. 1707. *Alterum* Caesares nostri conseruarunt ad tempora usque Friderici II, qui an. 1212. priuilegio muniuit Bohemiae regem, ut ipse in posterum antistites suos, a sacro collegio (*canonicis*) electos, constitueret inauguraretque. *Episcopi Bohemiae mediati territorio: munere autem immediati.* Ab hoc etiam tempore ab imperii nostri comitiis abstinuere archiepiscopi Pragenses, quibus eousque leguntur interfuisse. Putat Goldastus, antiquo hoc iure effrenem fuisse Pragensem antistitem regique minus parentem. Neque soluit nodum, quem nectit. Num ideo Pragensis subditus fuerit Germaniae immediatus? Scilicet inter *territorii* et sacri *muneris* rationes curare distingui oportet cum hic, tum alias in imperio Germanico. *quadruplex status episcopatuum Germaniae, primus, alter,* *Primo* intuitu dominum habuerunt episcopi prouinciae principem atque ordinibus prouincialibus fuere adscripti: *altero* autem imperatori paruere, comitiorum imperii ideo adsessores. Haec prima quondam forma fuerat omnium episcopatuum Germaniae. Post alii habitum mutarunt priuilegio. Multi enim sua etiam territoria subduxerunt principibus prouinciarum factique sunt, et *regionis* et *muneris* causa, immediati imperio: *tertius,* plures autem sacri etiam muneris causa subiecti sunt principibus, suis nutritoribus, ut ideo comitiis imperii omitterent porro interesse. *quartus.* Hoc lumen qui ea iuribus medii aeui non adferunt ad lites Saxonici electoris cum Merseburgi atque Naumburgi episcopatibus definiendas; illi in tenebris uersabuntur feliciusque philosophos agent, quam patriae ICtos, id est, ingenii foetus excludent, nequicquam uero sententias, quae genuinis respondeant ipsarum rerum argumentis. Sed nouae non sunt andabatarum digladiationes in nostra republica: in quorum sane numero hic sunt Bohemiae iurium consulti. Ceterum an propterea Caesari in Bohemia ius supersit *primariarum precum?* quaerit noster. Repono, fieri non posse, ut duo idem exerceant in iisdem ecclesiis. Pro certo autem habemus, ab imperatore hanc facultatem regibus adsignatam esse, postquam illis priuilegio concesserat inuestituram episcoporum. Illud inprimis etiam nostrae prodest arenae, quod ad beneficia sacrorum munerum in Bohemia habiles quoque sint Germani; claro iterum argumento, eosdem huic regno non uideri peregrinos.

Moguntinus cur unguento initiet regem Bohemiae causae? (*ss*) Moguntiae archiepiscopum regem Bohemiae unguento initiauisse, est quidem testatissimum. De causis autem multi agunt arguuntque ordine peruerso. Sunt, qui singulare priuilegium tribuunt Moguntino, ut omnes principes, quos Caesar ad regalem dignitatem euehat, ipse sacro ritu inauguret ungatque, in quem errorem *D. Praeses* animaduertit in dissertatione an. 1701. habita *de iure* *1] fictitiae,* *reges adpellandi* s. de *auspicio regum cap.* 2. §. 5. conf. tom. I. lib. I. opusc. I. Alii id iuris legibus concedi Moguntino antistiti putant, quod sit CANCELLARIVS imperatoris. *2] uerae.* Verum fuisse hoc Moguntini, quamdiu Bohemiae antistites subfuerint eius sacro regimini sue dioecesi, diploma Ottocari declarat a. d. 1228. quod post Bohemiae scriptores etiam exhibet *Odericus* RAYNALDVS *tom.* 12. *annal. ecclesiast. ad an.* 1228. ubi illa inprimis uerba nostrae arenae sunt; *Confitemur, quod tam nos, quam omnes successores nostri consecrationem regalem et diadematis impositionem de sacrosanctae sedis Moguntinae archiepiscopo*, TERRAE NOSTRAE METROPOLITANO, *in perpetuum tenemur accipere.* Atque adeo eandem id cum priori uim habebit argumenti, Bohemiam Germanico etiam imperio addictam fuisse adscriptamque Germanico imperio. Quamuis discrimen nullatenus nobis ignotum sit, inter *territorii* limites et limites *dioeceseos*. Bremensem enim quondam antistitem septentrionalium Sueciae Daniaeque regnorum *metropolitanum* atque primatem egisse, *D. Praeses* docuit in *Dissert. de primatu Germaniae.* Ceterum quo tempore, quoque iure haec facultas in Pragensem antistitem translata fuerit a Carolo IV. consentiente Moguntino plene planeque ostendit GOLDASTVS *lib.* 3. *c.* 11. *p.* 338. et *lib.* 5. *cap.* 3. *p.* 564.

Quos Caesar reges adpellat, num subsint imperio? (*tt*) Nemini ignotum est regalem dignitatem petiisse et accepisse Bohemiae regem ab imperatore Romano, quem locum prolixe tractauit *D. Praeses de iure reges adpellandi cap.* 2 §. 5. conf. tom. I. lib. I. opusc. I. *Errores Goldasti et Conringii.* Errant uero GOLDASTVS aeque *lib.* 3. *cap.* 13. *p.* 370. quam nuuissime CONRINGIVS *de finib. imp. lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 3. *p.* 469. qui inde hoc nectunt filum consecutionis: *Bohemiae principes imperatori Germanico imperioque obnoxios fuisse, quod regium ab illis acceperint nomen.* Falso imprudenterque. Si enim diploma regale, a Caesare acceptum, eius reddit clientem uasallumque, quis auctor esse uoluerit principi, eum suprema potestate instructo, ad id petendum? Et quae Caesaris praerogatiua? si hoc tantum honore augere potest uasallos. Et sane uerbis hic opus non est, quoniam CYPRI et ARMENIAE principes nouissime ab Henrico sexto Caesare regala nomen honoremque capessiuerunt, quos tamen nemo uel somnians dixerit imperii uasallos. Testes huius rei coaeuos laudauit *D. Praeses de iure reges adpellandi*, Caesaribus tributo cap. 2. §. 5. Breuiter REGIS uox uel in sensu iuris *naturalis* accipitur, uel iuris *gentium*, uel denique iuris *ecclesiastici*. *Primo* significatu rex est, qui *suprema* potestate gaudet in republica: *altero*, qui *symbola* et *nomina* regalia suscepit uel suo arbitratu uel cum auctoritate imperatoris Romani: *tertio*, qui, *sacrae unctionis* remedio, Dei numen accepit ad populum regendum. Atque extremum hunc modum plures ICti superstitionis accusant, ex alienis oleis, republica Iudaica repetitae. Nobis satis est, tergemino sensu Bohemiae regem diadema ferre: quamuis inde non consequatur clientela, qua adscripti sunt Germaniae.

(*uu*) Ti-

CAP. II. norum principum, qui diplomata regalia ab eodem adsciuerint. Illud uero in primis est absonum, quod arguunt, cum

t) *Leges a Magdeburgico tribunali.*

iure Magdeburgico usi fuerint Bohemi (*uu*), eosdem etiam Germanicae fuisse ciuitatis. Imo nescio, quod palatium regale somniando per quietem uident,

Lud. opusc. tom. II. Q q

A huius argumenti patroni: quos nugacissimus tenebrio fefellit, auctor speculi Saxonici. De imperii uicariatibus ICtorum disputationes ambiguae sunt. Bohemiae regem eo a Caesare instructum esse (*xx*), certum est. Quae inde uis nostro argumento accedat, in margine ex- §. XIII.

b) *imperii uicariatu gaudeat Bohemus.*

Bohemiae R. qui steterit iure Saxonico Magdeburgic. Somnia Goldasti et qui eam sequuntur.

(*uu*) Tironibus medii aeui notum est, quod *Polaei, Porussi, Lithuani, Bohemi, Silesii, Morauique* uixerint steterintque iuribus Saxonicis sententiisque *Halensis* et *Magdeburgici* iudiciorum. Suauiter itaque somniant ICti, Caesarum haec *palatia* fuisse, unde leges peterent populi orientales, Germanico imperio adscripti. Inde est, quod utramque olim ciuitatem Caesaream fuisse existiment, stultissimoque errore adfirment; Burggraoiom Magdeburgicum Caesaris hic uices obiisse. GOLDASTVS non tam ignorantia ueri peccauit *lib. 4. c. 13.* quam hoc qoidem partium studio, ut Bohemiae regem subiectum haberet curiae Germanieae. Verum eruditissimi scriptoris paradoxo decepti sunt huius aeui doctores, ut nauseet stomaebus, ineptissimas eorundem opiuiones refellendo et confutando recensere. Harum neniarum primus est praeco nugator ille Saxonici iuris, tenebricosus speculator. Cuius sententiam cum plures alii exscripserint, ego noua uerba ex codice dabo, qui in bibliotheca *Dn. Praesidis msctus* reperitur. Est autem eius initiom hoc: *titulus 1. conclusiones legum hic incipiunt.* "Diss Buch "ist cyn Buch des rechten yn Wlchilde yn Sechsisch "art alse ys Meydeburg gebruchet und dy uon Hal"le ire Voluort do nemen und dy uon Lypzk yn "Halle und darnach uiel stete in der Marggraue"schafft czu Mysen ire Voluort dis rechtin nemen "czu Lypzk. Also weme des rechten bruch wurde, "dass man den Volczug hette uon Lypczk Kegin "Halle; uon Halle Kegin Meydeburg. Nun ha"bin dy uon Meydehurg und dy Sachsen mit der "Wysegisten rate yn den Landen Landrecht und "Wycbilde recht und Lehnrecht mit der Keyser "Kœr und willen ersazt. Des wir hy ym Lande dy "uon Polen; dy uon Behemen; dy Marg uon Bran"deburg; alle Sachsenlant alle Herczogen Lant, al"le Vestualen, Türingin und dis Rynesstrom uon de"me Lande ume bix an dy wilde See. Doch habin "yn dem Lande uil stete sonderliche gewonhete, dy "man yn gemynen Recbten nicht pfleget czu hal"tyn. Doch habyn sy es noch ir selber koer. Nun "wisse ein iczlieb weyse kluge man: das ditz Buch "ist geczogen und gesichert us Keyserlichen Bü"chern [*haud dubie iure Romano, quod etiam exempla prodant*] us dem Lantrechte spigels der Sach"sen und Wicbilde Büchern und us geistlichen Bü"chern [*iure canonico*] und Lehanrechtis Büchern, "das unstrafflieh ist und ydermanu uf gebuwen "mag. Weene was dy alden czo Vorbürgen yn ih"ren recht Büchern [*iurisprudentia Germanorum folia Sibyllina*] gesatzt habin und czu kurtz, das "richtet dis Buch uil kuntlicher czu uornemen "menschlicher Vernunfft. Nu wol alle den dy dy "Schrifft wol uornemen im rechten an yntrag und "widersacz des rechtin: dy synt selig uor Gote. Doch "ist ic leider kleyn, dy dy Schrifft am reehtin gancz "uornemen und sy niebt uorkeren yn unrecht. Nu "uil ich gerne hy czu keren mit Hülfe unsers lihen "Herren Ihesu Cristi. Wen ane syne Hülfe und ana "syne Gutliche Gnade mag ich des nicht getun, noch "uolbrengen. Vnd uil noch den Büchern dis rech"ten rechtlichen lutern; das eyn iclich eynueldig "man uornemen mag ane aller gedrang und ge"zwang, wy der heylige *sanctus Gregorius* [*caue urgulam doctor*] und andere hylige Lerere, dy Got"lich recht insatzt habin, da alle weltliche Recht "sint usgeczogen." Bilem non moueant uerba nugacissimi hominis, doctoris iurium Saxonicorum, quae hoc fine recitantur, ut lector ipsemet coniecturam sumat aetatis, indicii, litterarum. Sed a diuerticulo in uiam. *Principio* falsum est uel Halae uel Magdeburgi Caesarem palatium suum habuisse; quoniam *Gaslaria, Alstediamque* scriptoribus medii aeui hoc solum nomine laudantur. *Deinde* inde ab Ottonum temporibus ex indubiis innumerisque monumentis non tam per secula omnia, quam per singula fere lustra constat, utramque ciuitatem, maxime autem Halensem perpetuo archiepiscopis paruisse atque egisse in numero oppidorum huius prouinciae. Solem impudens animus negauerit, qui hoc in dubium uoluerit uoeare. *Tum* ius iudicii et legum ferendarum principio conditi archiepiscopatus, largitus est Otto primus archiepiscopo; quae ipse iura constanter tuitus est exercuitque, ut locus hic esse Caesaris non potuerit auctoritati. *Praeterea* ipsorum iurium administratorem aluit Borgrauium archiepiscopus, in cuius ipse clientela fuit, ut manifestum errorem errent, qoi eundem in numero babent principum imperii, quorsum legi potest Dn. *Praeses in re monetaria Germanorum medii aeui c. 17. p. 265.* *Ad extremum* cum omnes ad unius Saxonici speculatoris, hominis bardi, stupidi atque infimae sortis prouocent auctoritatem, uix operae pretium est, confutationi nugarum immorari. Appulit animum *Dn. Praeses* ad librum ex instituto scribendum *de neniis speculi Saxonici, codicis legum nugacissimi.* Qui autem factum esse, dices, Bohemos usos fuisse iure Magdeburgico. Repono. Bohemis, barbarae quondam genti, uel nullae leges uel paganismo infectae. Ex quo itaque Christo illi nomen dederunt, leges petiere a Germanis et mox sigillatim ab archiepiscopis Magdeburgicis cum ob uicinitatem; tum ob celebritatem urbis atque singularem denique iustitiae et aequitatis rationem. Voluntatis itaque et arbitrii idque penes Bohemiae regem fuit, quamdiu is uellet, legibus uti principis uicini. Quod etiam exitus historiae iuris Bohemiae nos docet: quoniam Carolus IV. aliique post eum proprias leges tulerunt, abolita demum omni iuris Magdeburgici auctoritate. Neque enim nostrates ullo tempore praetores id sibi adrogarunt, ut huic instituto obloquerentur. Et qui subfuerint curiae Magdeburgicae Bohemi, cum eos ab imperii iudiciis Fridericus II. Caesar fecerit immunes an. 1212. *conf. supra §. IIX. lit. i.* Qui aliter sentiunt, illi somniant delirantque, non differunt.

Verba noui codicis msti.

Verba ex nouo codice msto antiqui iuris Saxonici.

Quo iure Magdeburgicas LL. olim habuerat Bohemia?

a) *confutatio errorum.*

b) *uerae sententiae expositio.*

(*xx*) In diplomate, quod *Petr.* BEKLERVS *in der Reußen Plauischen Historie* p. 264. exhibet, hoc titulo utitur rex Bohemiae ad an. 1312. *Nos Iohannes Dei gratia Boemiae rex, Sacri Imperii citra montes uicarius generalis.* Arguunt ex hoc imperii uicariatu ius STATVS Bohemiae regis inter ordines Germaniae. Verum non cohaeret filum argumenti, quod exempla docent aliorum uicariatuum extra Germaniam. Sic regni ARELATENSIS VICARIVS primum a Caesare constitutus est princeps Auriacus, uideatur *Dn Praeses in Arausione uindicata contra Gallos* tom. I. lib. I opusc. V. deinde Britanniae rex; post princeps Delphinatus. Qui uero ex his Germanicae est ciuitatis? De ITALIAE uicariatu certamina quondam fuere inter Sabaudum et Mantuanum principes peregrinos. Est *Dn. Praesidi* argumentum singulare de *uicariatibus imperii extra Germaniam.* Magis ad rem facit, si, quorsum alii tum hoc

Quid de Caesareo uicariatu regis Bohemiae?

CAP. II

i) Iudicio camerae num subsit?

explicaui. Camerae iudicium subire Bohemos credat (yy), qui potest. Mihi haec sententia indigna esse uidetur Bohemiae regis auctoritate, quam illi tribuere uidemus incorrupta rerum monumenta.

k) qui tergemina Germa-

Praeterea uicisse Bohemum tributorum cum magnitudine, tum uarietate reliquos A Germaniae ordines, est quidem testatissimum (zz). Absit tamen, ut omnes, qui haec onera ferunt, albo ciuium Germaniae inscribamus. Ad extremum uti nemo negat, Bohemiam nexu clientelari addictam esse Germanico imperio [a]; ita non minus est manifestum, nullum exinde

§. XIII.

niae tributa praestet?

l) Bohemia num sit feudum Germanici imperii?

---

hoc exemplum laudant, tum alia, quae habet *Goldastus lib. 3. c. 9.* in ipsa Germania uices quandoque Caesaris sustinuerit rex Bohemiae. Qua in re faciles ad credendum sumus, cum supra ostensum sit, multuties Bohemos fuisse inter ipsos etiam imperii candidatos. Ceterum exinde etiam patet, frustra esse ICtos, qui in dubium Caesari uocant, quin ipse uel absens uel impeditus arbitratu nominet uicarios, praeteritis ordinariis Palatino et Saxone, cum tot exempla ad consuetudinem satis sint nostri imperii. Praesens autem rerumque gerens imperator, qui CLIVENSEM nominauerit uicarium Westphaliae prouinciarumque Rheno uicinarum, exponit *Giouanni in principe Germania.* Id etiam quaeri posset, num alteri Germaniae uicariatuum subsit Bohemia, mortuo imperatore? Verum de indole uicariatuum istorum peruersae sunt omnium fere ICtorum sententiae. Ante autem, quam illae confutentur, firmiter non licet respondere.

Bohemiae rex num iudicem habeat cameram imperii?

(yy) *Goldastus lib. 4. c. 13.* hunc locum pariter instruxit auxitque commentario, dubito an ad palatum Bohemiae regum ueritatemque. Allegat album imperii an. 1526. ubi tributum, CAMERAE atque REGIMENTO imperii praestandum, aere numeratur $412\frac{1}{2}$ florenorum Rhenensium et an. 1553. *Boheim zu unterhaltung des Cammergerichts* 300. flor. Inde concludit regem Bohemiae subditosque accusari posse in camera imperii idque probare uult exemplis duobus, quae laudat. Egomet utrumque nego. Principio enim hac causa deterior Bohemiae regis sors esset, quam electorum ceterorum, qui priuilegio muniti sunt de non appellando, quod ualde est absonum. Deinde in diplomate Friderici II. supra § IIX. litt. i. recitato imperator Bohemiae regem eximit ab iurisdictione aulici iudicii. Qua ergo fronte aliquis camerae eundem decretis subiiciet? Qui filiae obtemperabit, quae matris se subduxit imperio? Post Caroli IV. in A. B. lex clara est; firmissimumque Bohemiae hic regno praesidium. Ceterum, quamuis dubitem, Bohemos adhuc aliquid tributi camerae tulisse: ab eius tamen praestatione ad iurisdictionem illius agnoscendam, nullum filum est argumenti. Quod exempla et Lotharingiae ducum comprobant et Burgundici, qui audit, circuli.

Genera tributorum a Boh. R. Germaniae ferendorum quae?

a) iure uictoriae,

(zz) Quatuor tributorum genera imperio quondam Germanico tulit rex Bohemiae. *Primum* qua populi deuicti singulis annis, quod aere tum destituerentur, 500. equos et 300. boues dare solebant; postquam uero auri et argenti usum cognouerunt 150. marcas argenti soluerunt et 120. boues, quae summa pro temporum rationibus et indulgentia Caesarum nunc aucta est et quidem Henrico V. imperante 1108. ad 3000. marcarum argenti, iterumque deminuta. Qua causa hos reditus nonnulli adpellarunt uerbo *Caesarei domanii.* Quo itaque iure Fridericus II. hoc onus an. 1212. remiserit, quod e superioribus §. IIX. lit. i. intelligitur, iudicium esto aliorum. Male autem hanc tributi speciem cum donationibus miscet GOLDASTVS *lib. 2. c. 11. p.* 305. ab ordinibus etiam Germaniae annuatim factis imperatori. Hi certe non belli iure, quod de Bohemis uidimus §. VII. lit. y. z. capti imperioque adscripti sunt, sed pactis liberrimis §. VI. Deinde quoties expeditionem susceperat Germania, toties etiam illi interesse Bohemiae regem oportuit, cum cohor-

b) qua confoederatus,

te copiarum. Huc referre licet bella Hierosolymitana; Italica; Hungarica; Flandrica ceteraque quibus patriam diuexatam esse reperimus. Hoc enim foederis iure praestitit, ut mutua Bohemiae rex auxilia et ferret Germaniae iterumque ab eadem expectaret. Post imperatore trans alpes in Italiam, solennium causa, mouente ad Romae accipiendam coronam, Bohemiae iterum rex, qua cliens imperii, obligatus est, ut Caesari, domino suo socius et comes adesset cum 300. equitibus armatis, quos potest cum totidem marcis argenti redimere, aut cum dimidia eius numeri pecunia militumque altera parte. Verum a tergemino nexu fere soluit Bohemiae regem Fridericus II. in diplomate, quod supra §. IIX. lit. i. exscripsimus, ut ex illo tempore fere omnia haec in arbitrio Bohemi essent et eius tantum pudori relictum esse uiderentur. De quarto genere, quid statuendum sit, illud quidem paulo superius explicauimus hoc §. *litt. y.*

c) qua uasallus,

d) qua status imperii.

[a] Inde ab Henrici aucupis aetate Bohemiae duces in clientela fuerunt imperii Germanici, in quo nexu ad nostra usque tempora perdurauerunt. Patet hoc ex litteris inuestiturae, quarum magnum numerum edidit BALBINVS *Dec. 1. lib. 8.* qui est diplomaticus. Inaugurationes etiam feudales, siue imperator decesserit, siue Bohemiae rex, annalibus patriae nostrae passim describuntur, quas collegit HEIMENSFELDIVS *lib. 3. cap. 14.* Plures autem eximiae dubitationes oriuntur, quas idem uel non attigit, uel ordine tractauit peruerso. Principio putat *lib. 2. c. 9.* Bohemiae ducem ab Arnulfo rege circa an. 890. Morauiae regno adscriptum fuisse, ut huius esset Bohemia aliquandiu subfeudum supra §. III. h. cap. litt. o. Verum contra factum est an. 1086. ut Morauia, consensu comitiorum imperii solennissimo, regno Bohemiae innecteretur *lib. 2. c. 9. n. 24. lib. 3. cap. 10. n. 8.* qui locus est potissimus et *c. 16. n. 8. 16.* conferatur cum bis *Czechorod. lib. 3. c. 2. mart. Morau. p. 273.* Etiam Henrici aucupis id fuisse legitur institutum, ut Bohemiam Boioariae duci adsignaret, cuius hoc remedio quaesiuit amicitiam: uerum hoc etiam consilium, satis iniquum, non solum successu caruit *lib. 3. c. 14. n. 4.* sed etiam parum abfuit, quin Boioaria omnis in potestatem ueniret regum Bohemiae, quod supra attigimus §. XI lit. o. ut taceam, illo tempore nondum cognitas fuisse leges feudales, ut decretis earum haec adstringi queat historia. Deinde hodie in mores iuit, ut ordines Germaniae imperii uasalli, Caesari absentiam excusent, quoties non ipsi inuestituram suscipiunt. Dubium, quid regibus uasallis tum incumbat. Nos omnino distinguendum esse, putamus, utrum regni causa feudum rogetur, an prouinciae ergo alterius. Si primum, excusatione absentiae omnino est opus, quod nos docet diploma Caesaris ADOLFI, ex BALBINI *dec. 1. lib. 8. p.* 25. hic exscribendum. "Adolfus Dei gratia Romanorum rex, semper augustus uniuersis S. R. I. fidelibus gratiam suam et omne bonum. Ob suorum meritorum insignia gloriosa, quibus erga nos "et sacrum Imperium illustris dominus Wenceslaus rex Bohemiae, Inclytus princeps noster et "pincerna multipliciter relucet, suis cupientes parcere laboribus et expensis omnia feuda, quocunque sita seu quocunque nomine censentur, quae "nobis et sacro romano imperio dictus rex per nobilem uirum Rubinum de Tonerra affinem nostrum

De nexu feudali regis Bohemiae desideriisque in doctrina Goldasti.

Bohemia num fuerit subfeudum?

Boh. R. an inuestituram suscipere queat per legatum?

Num excusare teneatur absentiam regis?

CAP. II. de filium duci posse, ad ius ordinum in comitiis imperii adserendum et propugnandum. Labuntur uero per hunc errorem maximi etiam nominis iureconsulti, qui de indole Bohemiae regni, de successione in eodem, improba dogmata fouent, dum ineptissimo instituto publicas Bohemiae causas trutina examinant A Longobardica. Vtinam ab his argumentis manus cohiberent ciuilium legum magistri. Iuris enim publici prudentia alios fontes habet, quos dictetia Romana non aperiunt; sed cuique reipublicae propria imperii instrumenta. §. XIII.

"strum exhibiturem praesentium ex SPECIALI "GRATIA nostrae regiae maiestatis, quanquam "ABSENTI duximus porrigenda. Volumus ta- "men et annectimus hanc formam, ut rex illustris "iam praedictus, cum commode praesentiam no- "stram habere poterit PERSONALEM, PERSO- "NALITER nos accedat, iura suorum feudorum, "prout mus expustulat, accepturus. dat. ap. Franc- "fort 4 idus Maii an. 1292. indict. 5. regni nostri primo." Grauioris momenti illud est, num Germanico imperio Bohemiae regnum, successoribus legitimis destitutum, obueniat, ut illi integrum sit, rege destituris alinm nominare? *Goldastus* per omnia *libri 6. capita* id agit, ut probet, regnum Bohemiae *successiuum* esse; masculis aeque ac *foeminis* id heredibus deferri: quo in argumento nodos mihi scindere magis uidetur, quam soluere et extricare. Addemus ergo aliqua ex doctrinis *Dn. praesidis in iure feudali secundum mores medii aeui*, Scilicet uocabulum HEREDIS Germanico iure aliter accipi non potest, quam de illo, quem sanguine nos habemus coniunctum. Testamentorum enim ignara cum Germania omni, tum eius parte Bohemia, necquicquam fieri potuit, ut HEREDVM uerbo etiam significarentur testamentarii. De quo in Italia solum aliquis potuit ambigere. Vnde COWEL in *Anglici iuris institutionibus* monet, hodieque ibidem HEREDIS uoce non alios intelligi, quam *Bluts-Verwandte* Quod lumen si Goldasto fulsisset, non opus eidem fuisset tanto, quo hic comparet, adparatu. Quid uero iuris, legitima utriusque sexus extincta stirpe? Hoc casu Goldastus ad A. B. confugit, quae tum summam rerum defert regni ordinibus, ut ipsi nouum eligant sufficiantque regem. Nos eo faciliores hic sumus ad consentiendum A. B. quo magis pro certo habemus, quondam eadem iura fuisse aliis etiam ducatibus Germaniae. De Boiuaria ingenua confessio habetur ipsius imperatoris, qui importunis rogationibus candidati istius ducatus his uerbis respondit: meum est, Boiis confirmare ducem, ab illis electum; non obtrudere. Idem nunc iudicium de regno Bohemiae. Praeterea delirant magis, quam disserunt illi, qui non regnum Bohemiae feudum Germaniae esse dicunt, uerum eius uel regalia tantum uel electoratum uel pincernatus dignitatem. Contrarium enim cum ex litteris inuestiturae tum exinde etiam patet, quod rex Bohemiae regni caussa seruitia praestet, onera ferat et iudicem agnoscat Germanicum imperium, effectus obsequii nexusque clientelaris; ut taceam, feudi iure quondam non umbras imaginesque dignitatum concessas fuisse absque corpore et rerum momento. *Ad extremum* illud quoque priuilegio habet rex Bohemiae, ne petere eundem oporteat inuestituram, si imperator in loco agat, qui decem aut quindecim milliaribus germanicis distet a finibus Bohemiae. Diploma Friderici V. ad an. 1462. offendis apud *Balbinam Dec. 1. lib. 8. p. 93.* Ceterum nix operae etiam pretium illud hic est: quod in quamplurimis diplomatibus Bohemiae rex Caesari audiat: *princeps imperii potissimus, supra b. lit.* Haec enim elogia uasalli cuiusque generis etiam Italici habent, quorum tamen nomina in albo ordinum statuumque imperii necquicquam reperiuntur.

Num B. regnum imperio aperiatur?

Quid ibi uox HEREDIS?

Num regnum B. sit feudale uel tantum dignitas electoratus?

Qui princeps imperii audiat rex Bob.

CAPVT III.

DE

IVRE RECVPERANDI PRISTINVM IN S. R. I. COMITIIS SVFFRAGIVM, CVM DISSOLVTIONE CONTRARIORVM.

§. I.

CAP. III. Opposita iuri recuperatorio.

PRincipio ad scopulum offendunt auctoris nugiuenduli, in patria nostra diu famosi et perquam molesti, nomine SPECVLATORIS [b]: qui Bohemum B solo archipincernatus dignitate gaudere opinatur; necquicquam suffragii iure ad eligendum imperatorem. Rideri atque rectius sentientium iudicio explodi debue- §. I. I) ex autoritate speculatorum patriae tenebrionum.

[b] Vt nugas quam plurimas alias SAXONICI et SVEVICI iurium, qui uideri uolunt, compilatores de consuetudinibus medii aeui protulerunt: ita sane deliria utriusque in hoc etiam argumento quam plurimos fefellerunt. Scilicet auctor *Speculi Saxon. lib. 3. artic. 57. §. 2.* ita somniat: *Bohemiae rex pincerna est, qui non eligit, quia nationis non est teutonicae.* Idem etiam in SVEVICO *speculo lib. 1. c. 29. §. 2. in dem Keyserl. Land-und Lehn-Recht part. 1. tit. 29. §. 2. part. 2. tit. 8. §. 5.* neque aliter *in dem Saechs. Lehnrecht artic. 3. dem Magdeb. Weichbild artic. 3.* Quae loca cum GOLDASTVS conscripserit *lib. 2. c. 15. n. 4. p. 232. et lib. 3. cap. 5. n. 3. p. 283.* ego quidem hic nolo repetere. CODEX autem, quem MSCtum seruat bibliotheca *Dn. praesidis* sup. c. 2. §. 13. lit. uu. laudatus, historioliam his quidem habet uerbis *lib. 6. cap. 9. p. 124.* In diss Koeniges kur sal der erste syn der Bischoff uon Tryre; der andere der Bischoff uon Mentze; der dritte der uon Kolne. Vnder den Leygen ist der erste der Phalentzgraue uon Ryne, diss Riches Truesesse; der ander der Hertzoge uon Sachsen, diss Riches Marschalg; der dritte der Margraue uon Brandeburg, diss Riches Kammerer; der Schen-

Fabula speculatoris Saxonici adu. Bohemiae R. suffragium in comitiis.

Verba ex cod. msto Dn. Praesidis.

CAP. III. buerat homo ad deliria natus. Verum ita eum tueri audet Lambecius, ut tam SPECVLO macula abstergeatur, quam etiam ueritas Bohemici suffragii in comitiis persistat. Sed laterem lauat uir doctissimus multaque detrahit Bohemiae regni eminentiae. Me uero miserum, qui ita sentio! quoniam diris deuouet stulta causidicorum fex, quotquot spernunt folia eius generis sibyllarum [c]. Sed quo non aguntur homines furibundi?

§. I. II.

II) quod reges B. Slauicae gentis.

§. II. Deinde, missa auctoritate aliorum, illud tamen comitiorum iuribus Bohemiae regis esse putant aduersum, quod is Venedae gentis sit [d], nobis peregrinae. Verum non gentis; sed PROVINCIAE suae causa imperialibus ille inter-

---

Schencke diss Riches ist der Koenig uon Boehmen, der hat keyne kor, durch das her nicht deutzcht en ist. Ab sich abit dy Pfaffen und dy Leigen ezweyen; so ist der Koenig uon Bohemen eyn oberman, dy ezu scheidene, das sy mit eyn ander seyn richtig werden. Summatim; nullo tempora eligere Bohemum, nisi dissentiant inuicem sex electores, quo facto, suum demum arbitrium is queat interponere. Vnde fabulati alii sunt; in duas partes distractis *sexuiris* electoribus, cui Bohemus suum calculum addat, eam habituram esse maiora, id est, plures suffragiorum numeros, aut, quod uolunt, decidendi

Responsf. aliarum ad ea,

auctoritatem. Diu is locus exercuit ingenia ICtorum, quibus modica scientia rerum medii; reliquis enim, qui earum prorsus ignari fuere, eo imposuit facilius, cum ne quidem soliciti essent ad

inprimis Lambecii.

glaucoma hoc de oculis depellendum. Tandem uisus est *Petrus* LAMBECIVS sibi aliisque nodum soluisse *lib. 3. cap. 8. p. 826. biblioth. Vindobon.* cuius haec est opinio. Esse Bohemiae regi suffragium in Caesarum electione, si quidem is uel *patre* uel *matre* uel utroque parente gentis sit *Germanicae*. Quod si *neutrum* sit, eundem, ut *alienigenam* ab omni suffragiorum iure prorsus excludi. Rerum enim summam in Bohemia ab an. 1230. penes *Wenceslaum* monoculum fuisse, cuius non solum *pater* Przemislaus *Venedae* originis fuerit, sed etiam *mater* peregrina, *Hungarine* regis filia, Constantia. Genealogiam habes apud BALBINVM *decad. 1. lib. VII. sect. 1. sub. 5 p. 140. litt. b.* Atque in haec tempora cum incidant *iurium* patriae *famosi speculatores*, illos de hoc tantum casu intelligendos esse, quos alii pust, ultra quam par sit, in odium protulerint Bohemiae regum, ut eosdem ex albo electorum, si non prorsus excluderent; omni tamen de-

Quod sub examen uocatur confutaturque

stituerent auctoritate. Addit, eapropter tum Bohemi uices in comitiis obiisse ducem Boioariae. Verum enimuero decipit se aliosque iudicio suo erudito magis, quam docto, uir multis nominibus

a) ex literis inuestiturae,

laudandus. Primo enim ex LITTERIS INVESTITVRAE, quibus an. 1231. Fridericus II. imperator Wenceslao Bohemiae regnum contulit, satis patet, illum necquicquam, originis causa, deterioris conditionis fuisse parente Przemislau, edito matre Germana. Ita enim uerba earum se habent: *regnum Bohemiae cum omni honore ac dignitate omnique iure*, quo haud dubie ad ius Germanicae ciuitatis raspicitur, *quo rex pater eius idem dignoscitur possedisse, ei tenendum damus, sicut tenere debet a nobis et imperio. Praesentis priuilegii auctoritate mandantes, quatenus nullus princeps, dux, marchio* (quo fine haec quaeso scribuntur, nisi Germaniae causa, ubi fere tantummodo duces habentur, iuriumque in eiusdem imperii ciuitate) *contra confirmationis nostrae diualem paginam uenire praesumat.* Imo, quod magis est, maxime eidem fauit in eodem libello imperator, quoniam rex Bohemiae *reginam, Catharinam, dilectam consobrinam* eius *coniugii habeat consortem.* Tantum abest, ut Caesari Wenceslaus mereri uideretur, cui alterum brachium, status imperii dignitatem, uellet ereptam. Quid?

b) ex praesumtione iuris clientelaris,

quod praeceptio iuris sit firmissima: *nouissimam inuestituram primae respondere*, si de iuribus agatur uasalli, ut adeo quaeuis a parente iura filium accepisse, non tam doceri, quam *praesumi* debere uideatur. Deinde quis crederet, Przemeslaum, parentem, primam coniugem, filiam *Misniae* Marchionis, ex leuissima causa ob dissidium cum fratre eius dimisisse, *Hungara* ducta, si partui tantum inde damnum contrahi, existimauisset. Praeterea suffragio cessante, haud dubie etiam desistendum fuerat Bohemiae regibus ab imperii comitiis. Verum haec omnes omnium temporum reges imo ipsum quoque Wenceslaum monoculum, de quo fabula narratur, frequentauisse, nullo discrimine, siue Slauicis mammis nutrirentur siue Alemannicis, constat quidem e superioribus cap. 2. §. 8. lit. g. Post eiusdem etiam sanguinis reges Bohemos ante et post hoc figmentum anile in Caesarum electionibus primas egisse, exemplis docemur. Quae illi colligant ex annalibus, qui in meridie desiderant lucem. *Tandem* qua quis fronte audeat, supra c. 2. §. 8. lit. i. exscriptum diploma, quod imperator pro iure suffragii Bohemici, uerbis claris et absolutis concepit, tam ridicula distinctione discerpere ac dilacerare. Ad *extremum* itane soli Germani, neque enim ineptiarum ullibi gentium socios offendent, puerilia haec instituta habuerunt, ut principem auiti regni iuribus hoc facinore destituerent, quod infans hauserit lac Slauicum. Pueri id credant lactentes. Pudet sane pigetque nugarum.

c) mutata uxore Germana cum Hungara,

d) Slauicae gentis RR. intersunt comitiis.

e) Imo ipsi Caesares eligunt.

f) priuilegia imperii absoluta sunt.

g) discrimen a mammis petitum supra ineptias.

[c] Is enim uerborum finis extat in *codice mscr. D. Praesidis: Wer das Buch schende; der blybe ein Horensun un sein ende. Vnd wer dem schriber ubil spricht: der habe mit dem tufel phlicht.* Lernarum haec dicteria sunt, in quorum contubernio id patrii iuris portentum factum fuisse uel ex hoc scimus argumento. Tantum abest, ut foetus esse possit, dignus hominibus ingenuis et aliquatum litterarum. Et, nisi prudentiores ICtos Germanicum solum protulit, stultissima desideria sunt illorum, qui patrii iuris iudiciorumque fouent instaurationem.

Furiae iuris Saxonici.

Bohemus num e comitiorum albo expungendus sit, quod non Germanus?

[d] Hactenus de auctoritate, nunc de rationibus illorum, qui Bohemiae regis nomen expungunt e numero ordinum Germaniae. Sit earum interpres ALBERTVS *abbas Studensis*, qui *ad ann.* 1240. his uerbis scribit: *Papa Gregorius insolentiam imperatoris Friderici II. contra ecclesiam metuens, principes super electione alterius solicitauit; sed nihil profecit: quia quidam principum* (iuniorum) *ei rescripserunt: non esse sui iuris, imperatorem substituere; sed tantum electum a principibus* (originariis) *coronare. Electio enim ad istos dignoscitur pertinere. Ex praetaxatione principum* (originariorum) *et consensu* (auctoritate omnium ordinum Germaniae) *eligunt imperatorem, Treuirensis, Moguntinus, Coloniensis. Treuirensis enim, licet de Alemannia non sit,* (quod est quidem falsissimum) *tamen ratione antiquitatis eligit, quia a Nine condita ciuitas* (gerrae monachorum) *etiam a tempore Petri apostoli est solidata in fide catholica* (si haec ratio est idonea, qui papae R. negaueris iura eligendi imperatorem). *Palatinus eligit, quia* (iterum falsus est supra cap. II. §. IX. lit. m. §. X. lit. n.) *dapifer est: dux Saxoniae, quia Marescalcus et Marcgrauius de Brandeburg, quia Camerarius*, REX BOHEMIAE, QVI PINCERNA EST, NON ELIGIT, QVIA NON EST TEVTONICVS. Vidimus, ineptire abbatem in aliis leuio-

tereſt conuentibus [*e*]; ut taceam cum A Pomeraniae, tum Meklenburgicos duces, quibus idem non obſuit, quo minus illi agerent inter ordines Germanici imperii. Summatim in iure publico Germaniae praeceptio quaedam mihi quidem uidetur eſſe, ut *perſona* imperans, imo populi etiam *ius prouinciae ſuae*, quam occupant, conſequantur (*f*).

III.) Quod in nulla ſit Germaniae circulo, Bohemia.

§. III. Praeterea fieri non poſſe, exiſtimant, quod Bohemiae rex in claſſe ordinum Germaniae ſit, quoniam circulorum patriae limitibus Bohemia non contineatur (*g*). Sed Germaniae pagum Bohemiam omni tempore fuiſſe, ſupra conſtat (*h*). Quin autem in partitione Maximilianea in hoc ordine illa numeraretur: id quidem cauſas habet ſingulares. Scilicet cum ab oneribus Germaniae Bohemus abhorreret, etiam ab hoc uerbo alienus fuit, quo illa aliis imponebantur. Aliud uero eſt, Germaniam partiri uniuerſim: aliud, illam tantum diſponere, quae imperio fert uarii generis tributa. Non in primo, ſed altero genere uerſatur noſtrum argumentum.

IV) Praeſcriptio num obſit Bohemiae ſuffragio in comitiis?

B §. IV. Grauiſſimum porro dubium illud eſt, quod poſt tantum temporis interuallum, ordinum Germaniae iure uſi non ſint reges Bohemiae, ut adeo, quod habuere, non utendo uideantur amiſiſſe (*i*). Verum enim uero ut iuris eſt

---

leuioribus facilioribusque rebus, quidni in illis, quae grauiora ſunt atque extra eius ſphaeram. Sed iam nunc non auctoritatum, quod ſupra factum eſt: uerum rerum ipſarum expendimus momenta.

Dogma hac mittitur ſub examen et confutatur a) exemplis, b) fallacia cauſae, c) priuilegia, d) ſublato iure albinagii,

[*e*] Falſam eſſe abbatis Stadenſis rationem, plura nos docent. *Primum* is ſcribit de Friderico II. Caeſare: ſed hunc ipſum Bohemo in electione ſua primas detuliſſe, ſupra *c.* 2 §. 8. *lit. i.* cognouimus ex diplomate. *Deinde* prouinciae cauſa eligit Bohemus, non ſui ipſius ergo aut populi *c.* 2. §. 10. *lit. m.* *Poſt* ipſi Slaui ius nacti ſunt ciuitatis Germanicae *c.* 2. §. 3. *et* 8. *Praeterea* aliena eſt patria noſtra a iuribus albinagii. Ex quo enim princeps aut alius priuatus Germanicum fundum nanciſcitur, ex eo etiam conſequitur ius ciuitatis Germanicae, eodem modo, quem in priuato iure inſtituunt *l.* 17. *ff. de ſtatu hominum et Nou.* 78. *c.* 5. quae omnibus populis ex urbe uniuerſo priuilegia Romanae ciuitatis largiuntur.

e) ex loco ſimilium.

Quod *ad extremum* exempla quoque docent POMERANORVM et MEKLENBVRGENSIVM, qui quamuis et ipſi Venedae uel Slauicae originis eſſent cum Bohemis: eo tamen momento, quo in imperii Germanici ſe clientelam dederunt, etiam ius acceperunt Germanicae ciuitatis. Vt Brandeburgenſem taceam ducatum, de quo *illuſtriſſ. com. de ARCO* egit in formula Marchiae *conſ. tom. I. libr. I. opuſc. IV.* Atque tantum ualuit in Germanis, prouinciae Germanicae memoria, ut ob eandem ordinum Germaniae ſocietati incolas adſcriberent, non attento, unde eſſent oriundi.

Germaniae iure publico perſona ſequitur iura prouinciae.

[*f*] In aduerſus caſtris hic conſpicimus uirum illuſtrem, *Dn. de* COCCEII *cap.* 2. *iuris publ. n.* 14. *p.* 23. 24. qui libellus filum nobis ariadneum fuit, quo duce eluctari ſumus ex innumeris opinionum portentis, quibus tument uolumina aliorum. Verum relictis ſuismet ad noſtra tranſibit, ex quo eidem per idonea argumenta conſtabit, Bohemiae regnum *prouinciam* fuiſſe *Germaniae.* Quod *cap.* 1. §. 1. 2. clare uidemur docuiſſe.

Quod Bohemia non ſit circulus Germaniae.

[*g*] ICtorum Germaniae corruptiſſima dogmata ſunt de patriae CIRCVLORVM, quod noſtri iuris uerbum, inſtitutione. Expungunt Bohemiam ex albo ciuium noſtrorum, quod eadem in decem Germaniae pagis a Maximiliano adpellatis, non inueniatur. Deinde querelas ordinum Germaniae adlegant, de illis imperatoribus factas, qui iuſto diutius in Bohemia ſederint, aut iſthuc Germaniae ordines inuitauerint ad comitia. Credidiſſe enim putant ordines Germaniae, hanc regionem ſitam eſſe extra limites Teutonicos. Collegit conquerentium uerba *Goldaſtus lib* 1. *c.* 2. *n.* 10. 11. quibus nos, alia, quam ille fecit, ratione reſpondebimus.

Qui Bohemia circulus ſit Germaniae?

[*h*] Operoſus eſt *GOLDASTVS* in eo, ut *lib.* 4. *c.* 8. *p.* 472. probet, Bohemiam quaſi *undecimum circulum* habitam eſſe Germaniae. Ridet eum *BALBINVS* hancque ſententiam explodit *Dec.* 1. *lib.* 3. *c.* 22. Neuter recte. Si enim circulus Germaniae regio eſt, quae *ius ciuitatis* habet Germanicae, fruſtra ſunt, qui hac Bohemum claſſe uolunt eximere, quod *cap.* 1. §. 1. eruimus ex idoneis rerum monumentis. Quod ſi autem circulum Germaniae finias hac ratione, quae *onera* ferat imperio uarii generis: tum Bohemi, ob priuilegia *c.* 2. §. 8. *lit. i.* memorata ab hoc nomine non immerito hactenus abhorruerunt. Atque alterum hoc neque facit ius ſtatuum neque tollit. Nam Maximilianus non Germaniam circulis *uniuerſim* deſcripſit; ſed Germaniam *ſigillatim* enumerauit *tributariam.* Ceterum ut olim tot circuli Germaniae fuere, quot archiprincipatus Germanici: ſic fruſtra ſunt, qui dubitant, unum archiprincipem conſtituere et efficere circulum poſſe ſine aliorum *immediatorum* ordinum ſocietate. Nam praeter archiprincipem olim omnes ordines circulares fuere mediati, ciues landſaſſii. Sed hunc ordinem tempora perturbarunt illa, quibus plerique Germaniae ducatus uel duce ſingulari *deſtituti* ſunt, quod accipe de *Sueuia* et *Franconia:* uel in partes ſunt diſiecti, uti facta *Saxoniae* fuere et *Bauariae.* Habent ergo Bohemi, quod Deo tribuant, cum illis unius corporis firmus ſit contextus, ut umbram nobis oſtendat priſtinae imaginis, qua prouincias omnes Germaniae ſcimus corruſcauiſſe.

Qui comitia uoluit Imp. cogere interdum in Bohemia?

Ceterum, quod ordines Germaniae, ſi quidem curiam comitiaque eius in Bohemia cogere uoluit imperator, id crediderint fieri extra limites Germaniae, hoc ideo factum eſt; partim, quod in meditullio uellent ea inſtitui, ne itinera illis moleſta eſſent, ſi nimis eſſent remota: partim etiam, quod Germaniae uerbo *tributariam* adpellarent, quo per illa tempora Bohemos uenire noluiſſe, ſaepius commemoraui.

Quod comitiis diu intereſſe neglexerint Bohemi.

[*i*] *Ter fere centum annos* lapſos fuiſſe; dicunt, ex quo Bohemiae reges intereſſe neglexerint comitiis Germaniae. Ipſimet ſuperius *c.* 2. § 8. *lit g.* in anno 1461. ſubſtitimus; poſt quae tempora ſubobſcurum eſt, num quid ſuffragio Bohemiae regis datum ſit in patriae comitiis. Explodendum itaque eſſe, iudicant, qui iura reducere uelit, *trium ſeculorum* lapſu ſepulta neglectaque. Inprimis cum priuilegii iure hanc facultatem obtinuerit princeps peregrinus, rex Bohemiae: aſt haec extingui, nundinarum exemplo, ſi quis iisdem per decennium non ſit uſus *l.* 1. *ff. de nundinis.* Plura ſunt diuerſaque, quae hic reſponderi merentur. Vt igitur utrique generi dubitationis ſatisfiat: de ſingulis dicemus ſigillatum.

CAP. III.

manifestissimi, quod rebus, positis in arbitratu facientis, nulla temporis interualla obstent, quo minus illae fiant deinceps [*k*]: sic, quae in Romanis legibus de extinctione priuilegiorum habentur, si illis uti negligat, qui iisdem est munitus, nostro argumento pessime congruunt [*l*]. Quoniam comitiorum iura Bohemiae regi necquicquam priuilegio concessa sunt, uerum iure prouinciae ordinario, quod supra a nobis est commonstratum. Ceterum, superesse tamen exempla, dices, inde a quinto decimo seculo, quod Bohemiae regibus locus, quem illi in comitiis sibi adrogauerant, ab ordinibus Germaniae sit in dubium uocatus [*m*]. Absit uero, ut hoc uel iure uel ob aliam causam factum esse, existimemus, quam ne ille socius imperii sit, qui tantopere abhorreat ab onerum imperii societate [*n*].

§. IV. V.) Exempla negator. comitior. R. Bohemiae.

TOMI II.

Num Bohemicum suffragium sit praescriptum?

[*k*] πολυθρύλλητον Ictorum est, res merae facultatis non praescribi. Abunde doctores ad *l. 2. ff. de uia publico et itinere reficiendo*, ubi IAVOLENVS inquit: *uiam publicam populus non utendo amittere non potest.* Maguae hic andabatarum digladiationes sunt, quae demum haberi debeant in numero rerum *merae facultatis.* In eo conueniunt plerique, quod tum neque remporis praescriptio longissimi nires habeat, etiamsi mille annorum lapsus sint *Francisc.* BALBVS *de praescript. part. 5. c. 3. p. 433.* neque immemorialis, de quo doctorum cohortes reperis apud *Ioh. Vinc.* HONDEDAEVM uol. 1. *part. 5. consil. 82. n. 7. 8.* Ast uero in eo baerent, quid demum uenire debeat nomina rerum merae facultatis. Prodam egomet iudicium meum sine ulla interpretum, diuersimode iudicantium, interpellatione; ut constet rantum, legem nostri quoque esse argumenti. Scilicet praescriptio rem aut ius nult, ab alio uere uel quasi possidendum; possessio enim potissimum est praescriptionis fundamentum. Qui ergo praescriptum esse dicetur suffragium regis Bohemiae? atque a quo? Non enim legitur ullus ex ordinibus Germaniae nostrae, qui sibi uel somnians in patriae comitiis adrogauerit locum suffragiumque Bohemi. Vrges, imperio tamen ius negandi esse, ob iuris Bohemici neglectum. Verum reponn adeo instrui a nobis deberi locum sequentem. Ceterum illud etiam iura priuata suggerunr aduocato Bohemici suffragii aduersus praescriptionem: quod huic obnoxium non est, cuius redit identidem obligatio arg. *l. 7. §. 6. C. de praescript.* 30. *uel* 40. *ann.* conf. *Dn. Praeses de iure aunas. c. 3. §. 10. p. 93.* Sed uero quoties comitia noua coguntur, toties iura Bohemi etiam uidentur reuiuiscere.

Bob. suffragium num amissum sit non usu?

[*l*] Quod hunc nodum concernit, etiam eundem dissoluemus ex sententia priuati iuris consultorum. Non usu decennii spatio amitti nundinarum priuilegia, aiunt: quidni idem euenerit per tria fere secula omisso Bohemico suffragio. Verum Bohemiae rex, quod supra c. II. § X lit. n. dictum est doctumque, non priuilegio debet imperii Germanici societatem: uerum Germanicae prouinciae, qualem Bohemiam omni tempore fuisse, ostendimus iure ordinario. Nemo autem amittit ius commune siue publicum siue priuatum, si illo diu non est usus, ut bene philosophatur MEVIVS *part. 5. decis.* 260. Rem illustro nundinarum exemplo, quo etiam utitur *l. 1. ff. de nundinis* aduersus nos allegata. Est imperii princeps, qui nundinarum iura ui territorii habet: alius item, qui illa iure priuilegii. Alterius ius non utendo expirabit: non primi, in cuius facultate arbitrioque est positum, siue nundinas instituere uelit siue nolit, ipso eidem iure semper saluo. Ridebit me, qui praescriptionis momentum omne a iure priuato pendere, existimat, ad quod Bohemiae rex necquicquam adstringatur. Reponn, hanc arenam neque nobis ingratam, proliziorem tamen longe esse nostro instituto.

Exemplu negati suffragii Bob.

[*m*] Ne quid dissimulare aut silentio regere uideamur, quod nostro argumento queat obesse: illa etiam exempla in medium producimus, ubi Bohemiae regi locum suffragiumque, in comitiis postulatum, ordines imperii ambiguum fecisse, uidentur. SCHVRZFLEISCHIVS *disp. 27. litt. K.* postquam causam allegasset, quare comitiorum ius Poloni duci Brandeburgico iuerint negatum, ne scilicet praepotentem principem participem redderent regni consiliorum, explicare id uoluit exemplo aliunde repetito, dum pergit: *non secus atque Germani olim regem Bohemiae Vladislaum, quod idem esset rex Poloniae* (causam difficultatis nota, a consilii non iuris aliqua ratione repetitam) *anno* 1468. (scribendum fuerat 1486.) *senatu electorum Germanicorum prohibuerunt. Atque ea ex causa postero tempore reges Bohemiae amiserunt* (quod ingenii scriptoris est commentum) *ius comitiorum imperialium.* Quae omnia hausit ex GOLDASTO *lib. 4. c. 5. p. 451.* Qui etiam aliud alius regis exemplum anno 1486. suggerit *lib. 3. cap. 5. n. 3. p. 283.* dum scribit: "Qua de "causa factum non nemo opinatur, ut Sigismundus "rex Poloniae Ludouici Hungariae et Bohemiae re"gis impuberis patruus et tutor legitimus, qui an. "1519. legatos suos Francofurtiam misit ad conuen"tum electoralem, tanquam extraneus et inhabilis a "iure et potestate sedendi, suffragandi et eligendi fu"erit exclusus." Conferentur eius *politica imperialis part. 1. tract. 6.* Singulare etiam illud est, quod *lib. 4. c. 6 p. 455.* enumerat ἀνώνυμος bis quidem uerbis: "Vtrum rex Bohemiae sessuram habeat in con"uentibus collegialibus electorum acerrime dispu"tatum fuit Noribergae an. 1611. ubi cardinalis Cle"selius a Matthia Bohemiae et Hungariae rege cum "mandato et solenni instructione ablegatus locum "sibi dari in senatu electorum, regis sui nomine ue"hementer etiam atque etiam contendebat. Ego "tum a cardinali consultus pro iure regis Bohemiae "respondi, nec factum muto. Contenti autem Bo"hemi, quod capitulatio eis daretur in alio conclaui "perlegenda, quieuere, ueretes ne praeiudicium "irrogarent suae immunitati et exemtioni, si sese "rebus imperii rursus uellent immittere." Ob eandem etiam causam Ferdinandus II. sibi ab huius iuris exercitio temperauit: quamuis eius tum maximopere, ob machinationes rebellis Bohemiae interesse uideretur. Atque hanc rerum faciem nouissima quoque tempora habuerunt, ut probe uiderent Bohemiae reges, sibi aut abstinendum esse ab imperii comitiis, aut si ad haec recuperare uellent accessum, redeundum esse ad onerum ac tributorum cum reliquis Germaniae ordinibus societatem.

a] Vladislao 1468.

b] Sigismundo an. 1519.

c] Matthiae 1611.

d] Ferdin. II. 1619.

Respondentur exempla negati accessus ad comitia.

[*n*] Principio exempla, negati Bohemiae regi in comitiis accessus, firmant potius argumentum nostrum, quam conuellunt. Si enim ordines imperii ex his tantum causis eundem illi negauerunt, quod Poloniae tum regnum haberet cum Bohemia coniunctum; quod uirium magnitudo temporumque rationes Germaniae incuterent formidinem; quod nulla onera porro ferant imperio et quae sunt generis eiusdem, *ut praec. lit. m.* ostendimus: certissimum est, hanc quoque exceptionem regulam firmare atque agnoscere patriae ordines cetera patere Bohemiae regibus uiam ad procerum Germaniae senatum. Deinde sit, quod tamen factum non esse, constat

ſtat ex ſuperioribus, Germaniam Bohemicum ſuffragium in dubium uocauiſſe; quis eosdem ab errore propterea abſoluerit, quem in hac lucubratiuncula profligauimus. Obteſtationes Bohemiae regum taceo, ſubinde repetitas; ne ſuis iuribus ſilentio aut neglectu ullo tempore nocuiſſe uiderentur. Ad extremum poſtquam, quod *cap. I.* ex imperialibus diplomatibus patet, auguſtisſimi Caeſaris, inſtauratoris Bohemici ſuffragii, inſtituto factum eſt, ut Bohemia eadem cum aliis Germaniae ordinibus onera pendere uelit ferreque tributa, id quidem liberali manu Germaniam par fuerat, accepiſſe. Inde procerum Germaniae omnium in reddendo comitiorum acceſſu, una uoluntas, idem ſtudium idemque ſententiarum concentus ac conſpiratio.

TOMI II. LIBER II.
PHILOSOPHICORVM
OPVSCVLVM I.
DE
PHILOSOPHIS CAVTE LEGENDIS

menſe Nouembr. CIↃIↃCXCVIII.

PROOEMII LOCO.

QVOD INTER *NIMIVM* AC *PARVM* MORTALES RARO *MEDIVM* TENEANT.

PROOEM. Peſtilentiſſimus uti corporis, ita ingenii etiam humani morbus eſt; ut uel nimio cum aeſtu iactetur; uel languore atque deſidia tantum non obtorpeſcat. Iudicant medicorum filii ſanguinis temperatum et aequabilem motum non tam indicium ſanitatis eſſe, quam ſanitatem ipſam: liceret nobis etiam in iſta *mentis medicina* non minus felicioribus eſſe; ſi quidem animus inter *nimium* et *parum medium* ſemper modumque tenere poſſet. Equidem *uoluntatem*, alterum animi noſtri munus, his cancellis ita incluſerunt ſapientes, ut uirtutem ipſam *mediocritate* metirentur: aſt uero quotus quisque eſt? qui easdem quoque praeceptiones *intelligentiae* dederit: quamuis hanc iisdem uel *ſtimulis* egere uel *freno* haud difficulter edocere queamus. Ita enim ad duo ſaepius extrema, ſubita ac praecipiti uia, in ſcientiis etiam ac artibus delapſi ſunt mortales ruuntque adhuc dum, ut mirum omnino ſit, neminem huic fere aegritudini medelam attuliſſe. Cuius rei in omni ordine, aetate omni, ſeculis omnibus, ſingulis denique diſciplinis nos exempla commonefacient; quae facile approbabunt; nihil tam arduum, tam difficile atque periculi plenum eſſe optimo ceteroquin ac ſapientiſſimo uiro, quam ad horum ſcopulum unum non offendere et naufragium pati ueritatis. Olim Tertullianus, noſtra aetate Hobbeſius *ſpiritus* e rerum natura proſcripſerunt, quicquid ſit, *corpus* eſſe perſuaſi; contra, in rerum uniuerſitate, nihil non *ſpiritu* ſuo gaudere docuit Campanella: Sceptici omnem *ſenſibus fidem* ademerunt; aſt *ſenſus nunquam fallere* dogma fuit Epicuri: *Verum ſe inueniſſe* dogmatici tradunt; at *ne inueniri quidem poſſe*, docuerunt Academici: ſuperſtitio nulla non *anilia terricula menta* pro *ſpectris* habet; Beccerus *ſpectra* omnia e mundo ſibi uidetur nuper proſcripſiſſe: pro peccatis *ſatisfacere Deo* delinquentem debere, pontificii docent; ſed *ne orandum* quidem pro remiſſione peccatorum, quoniam Chriſtus ſatisfecerit, in Belgio nunc ſecta Ebraeorum delirat: Pontificiorum aliqui gladio, igne, patibulo, tormentis quibuscunque *ulciſcendos haereticos* cenſent; ſed cuiuis *opinionum* ſuarum *portenta* heterodoxiae, atheiſmi, blaſphemiae plena in publicum proponere, ſpargere, diſſeminare, *promouere modo quocunque* concedit libertiniſmus: ad libidinem,

 nem, luxum, mollitiem quamuis *ecclesiae bonis* pessime abusi sunt clerici; nostra aetas *datoribus diis dare dementiae* credit: ignauis seculis canonistae praeceperunt, ne quis laicus rideret, si clericus in publico *contra grammaticam* loqueretur; nunc tot *uerborum aucupes* habemus, qui uocabula fastidiunt, quae necessitas introduxit, probauit usus: scholastica secula Theologum ex eo potissimum aestimabant, si probe *exercitatus esset in Aristotelis categoriis*; hodie reperies, qui *arti ratiocinandi exequias* omnino parant: *reginae scientiarum* elogio primam alii philosophiam salutant; alii eam uel e numero philosophiae expungendam censent, ad intimum *Grammaticae locum* detrusa disciplina: sunt, qui Platonem et Aristotelem *puriori* aliquo *lumine afflatos*, scripsisse aiunt; sed reperiuntur contra, qui dicunt, se credere, istos philosophos *diabolos* fuisse, nisi carnem eos habuisse constatet: *Thomam tantum* et *Scotum crepabant* in Theologicis conflictibus olim pontificii; nunc multis piaculum uidetur, uel *unicam inde delibare distinctionem*: aliae Academiae *disciplinis philosophicis* audiendis, legendis, excipiendis, scribendis et describendis *integra lustra* dant; nonnullae *menstruum etiam spatium* perdi credunt, si huic doctrinae generi insumatur: et generis huius exempla mille occurrunt, quae singula perstringere nostri nunc non est instituti. O igitur deuios ac praecipites hominum animos; o subitos, leues, ac instabiles! Reperias sane inter tot animantium genera prorsus nullum, quod indolem suam ita exuat, mutet, uertat. Quod uni equo iucundum, id raro nauseam mouebit alteri, ac rursus quod molestum est alteri, id tertio uix arridebit. Eundem fere similia animalia ut gustum, ita indolem ac naturam circumferunt. Solus homo praecipiti uia, sic in contraria fertur. Qui *si libere* agit, sui se iuris esse, nulli necessitatis legi mancipatum, monstrat; si *licenter* ab uno extremo in alterum grassetur, id demum animi sui *aegritudinem* redolet, ethnicis etiam philosophis aduersam. Sapientes itaque, qui illud poetae apud ATHENAEVM Lib. XIV. p. m. 624. et applicant hic et imitantur:

Μὴ σύντονον δίωκε, μήτ' ἀνειμένην,
Ἰαςὶ ὄυσαν; ἀλλὰ τὰν μέσαν νέων.

Quid? quod *medium beatos tenere*, etiam in prouerbium abierit. Haec autem quem in finem a me scribantur, id quidem nemini, qui dissertationis titulum modo inspexerit, incognitum aut obscurum esse posse, existimo. Quod si enim ulla in re circa *nimium* et *parum* erratum unquam est; in praesenti materia, de qua omnis nostra futura est disputatio, a maximis etiam optimisque uiris prima, media, ac ultima aetate peccatum esse, fiet manifestum. Philosophiam *sapientiam diabolicam* HERMIAS ille (*a*) dixit; quare in scholis Christianis Ebraeorum illud (*b*) aliqui exigebant: *maledictus, qui Graecorum addiscit philosophiam:* contra alii, liceat phrasi Gelliana (*c*) hic uti, *philosophiam* ita *ingurgitabant*, ut pessima quaeque contra Christianorum dogmata euomerent. Hi illi sunt, qui *placitis Optimi Numinis* atque abditis eius sensibus *mysteriis diuinis rationem ita obiectant*; ut, sic semel collisi, aeternum fidei ac salutis suae naufragium patiantur. Quae furiae AVERROEM agitarunt, impia ab eo uoce effutita: *quoniam Christiani manducant Deum, quem adorant sit anima mea cum philosophis.* Nos uti ultimum genus hominum merito execramur: ita primi generis uocem non sapientis Theologi, sed sycophantae ignari esse, cum uiro pie docto (*d*) credimus. Atque hoc idem illud est, quod in uotis optatisque hoc futurae dissertationis principio posuimus; ne ad extrema sic delaberemur mortales; sed hanc quoque circa philosophos legendos caussam, cautionibus adhibitis, mediocritate moderaremur. Vtinam LACTANTII (*e*) doctoris in ecclesia maximi aurea uerba omnium iuuenum, his sacris initiandorum, animis insculpta essent; utinam auditoriis omnibus in Academiis quibuscunque praefixa legerentur; cum inquit: *naturam hominis hanc Deus esse uoluit; ut*

(*a*) *HERMIAS phil. Christ. in philosophor. Gentil. irris. p. m. 189. ed. Wolf.* (*b*) *HVG. GROTIO teste Comment. ad Coloss. II. u. 9.*

(*c*) *lib. V. cap. 16.* (*d*) *HIERONYM. WOLFIO Annot. ad HERMIAM, p. 208.* (*e*) *lib. III. cap. 11. de falsa sapientia.*

PROOEM. *ut duarum rerum cupidus et appetens esset* RELIGIONIS et SAPIENTIAE. *Sed homines ideo falluntur, quod aut* RELIGIONEM SVSCIPIVNT OMISSA SAPIENTIA; AVT SAPIENTIAE SOLI STVDENT, OMISSA RELIGIONE; *cum alterum sine altero esse non possit uerum.* Nam studiorum nostrorum ea nunc fata sunt; ut, nisi hoc optimi ac scientissimi patris consilio temperentur, necessarium sit; ut aut improbe docti nihil credendi arte omnem pessundent religionem; aut contemptus studiis interitum afferat, et immania barbariae monstra, ante duo secula a bonis ingeniis magno conatu studioque deleta, iactura literarum reducat. Nam bone Deus! quot in scholis Christianorum tractare hodienum artes uidemus, qui, eiecto aut nunquam admisso ueri numinis sensu, uanam tantum eruditionis laudem affectant, in libris conquirendis, euoluendis, lustrandis, lectitandis, expendendis, improbo sane labore, uere immersi; contra non paucos uideas, qui, ut animi quietem amare uideantur, otio indulgent; et dum odisse ambitionem literatorum debeant, ipsas literas detestantur. Illi inter infelices literatos numerandi, qui, φάσκοντες ἐιναι σοφοί, ἐμωράνθησαν (*f*): hi uero, dum in turpi ignauia manent, quid praesidii grauioribus etiam disciplinis e bonis literis ueniat, nunquam experiuntur. Officium itaque uti omnium, qui literas pie tractant; ita et meum existimo, ut, posito utrique casui ac prolapsioni obice, sororio isto uinculo pietatis ac artium studia contineantur. Deinde etiam pro muneris mei ratione obtrectationes maleuolorum obterendae et contundendae sunt, qui noxia tali, nostris per calumniam obiectata, huic Almae inuidiam apud alios acquirere studuerunt. Omnes tandem iuuenes ad bonas literas studiaque excitandi, ne pietatem desidiae culcitram ponere; neque scientias improbae uitae patrocinari existiment, sed potius *religioni sapientiam*, hoc est, disciplinas meliores quasque, adiungendam esse ex mente Lactantii condocerantur. Omnem uero materiam tribus capitibus absoluemus. Primum *cautiones* docebimus, circa philosophos tractandos ab homine Christiano *adhibendas*: post *scrupulos fictitiarum cautionum* animis infirmis *eximemus*: denique ad *bonas artes colendas* pios iuuenes, maximorum ecclesiae patrum et optimorum theologorum consiliis, *adhortabimur*. PROOEM.

(*f*) *Rom. cap. I. u. 22.*

CAPVT I.

DE

VERIS CAVTIONIBVS HOMINI CHRISTIANO CIRCA PHILOSOPHOS LEGENDOS ADHIBENDIS.

§. I.

CAP. I. *Potissima capitis membra ex Nazianzeno firmata.*

QVod GREGORIVS *Nazianzenus*, magnus seculo IVto inter Christianos doctor, qui et propter excellentiam *theologus* est dictus, de *cautionibus* theologiam tractaturo necessariis aliquo loco (*a*) praecipit, dum inquit: *non cuiusuis est* (latine loquentem audiamus) *o uiri! doctrinam de Deo pertractare, non est cuiusuis. Non adeo res uilis est, et quae in quemlibet humi repentem cadat. Imo ut hoc etiam addam, neque* SEMPER, *neque* OMNIBVS, *neque* OMNIA; *sed spectandum est*, QVANDO, et AD QVOS, et A QVANTVM: idem et mihi ad imitationem proponere liceat, de *cautionibus circa philosophos tractandos* dissertaturo. Potissimae enim in hac causa circumspectiones his fere tribus etiam articulis membrisque distingui posse, existimo; ut neque SEMPER, neque OMNIBVS, neque IN OMNIBVS philosophiam aeque eadem ratione commendandam; sed perspiciendum probe esse, doceamus, B QVANDO haec studia, a QVIBVS et QVANTVM tractari debeant. His enim legibus neglectis, quid mirum est? alios e docto- §. I.

(*a*) *Orat. ad Eunomianos p. m. 5:*

CAP I.

Quare philosophia et damno ecclesiae et commodo esse possit?

ribus Christianis philosophiam in coelum vsque extollere; contra uel eosdem uel alios, iudices tamen non minus idoneos, eandem e moenibus Hierosolymae ad infimum tartari locum proscriptam uelle: qui mirum porro? alios per philosophiam fortissimos ueritatis euangelicae athletas bellatores, contra quaeuis falsa dogmata maximos inuictosque euasisse; e contrario alios rursus e philosophorum dogmatibus omne uirus contra christianorum placita et hausisse et euomuisse, Christianismi et Christianorum desertores, perfugae, proditores, extinctores et ut infelicia uocabula unico complectar, turpes apostatae.

An idem recte laudet philosophiam et culpet?

Dum *Hieronem* philosophum Christianum amplissimis uerbis ornat NAZIANZENVS (*b*), multum tribuit philosophiae: sed idem pater philosophiam criminis loco obiicit apostatae *Iuliano* (*c*). Haec legentes, ecquod nos iudicium feremus? num sui ita oblitum esse putabimus integerrimum uirum, ut, quod nunc extulerat in uno, in altero iterum uituperaret.

Per similia respondetur.

Salua res est. nam et nos damus gladium militi; eripimus furioso: ferrum cuspidatum bene lanista gerat; non nisi obtuso utatur tyro gladiator: prudens medicus uenenum morbo in remedium adhibet; ueneficus idem uirus spargit, ut homines tollat: eundem cibum stomachus uiri concoquit, euomit infantis; adeo enim multum refert, *quo ordine, a quo* et *quomodo* aliquid fiat; ut sapientissimus ille gentium doctor Paulus (*d*) malit nescire sancta dogmata quaedam auditores, quam ea intempestiue discere.

Ad exemplum apostoli.

Idem sane de *philosophis* iudicium ferendum; eos aut tempore non alieno, aut nunquam legendos esse. Ecquid uero tempus huic studii generi dandum? atque hoc idem illud est, quod rite nunc exequemur.

Quare Plato ante 30. annum nemini dialecticam commendet?

§. II. Quaesiuit olim PLATO (*e*), quo anno dialecticae argumentationes discendae? *trigesimo* respondit. dicentis sapientiam ex causae, quam addit, grauitate aestima: *Neque enim latet*, inquit, *quod cum primum adolescentuli disputationis artificium gustant, eo protinus quasi ludo quodam ad refellendum utuntur. Atque ex his et ipsi et* * *omnis philosophia apud alios*, o quam uere hic Plato secuturae post eum aetati diuinauit, *calumniam reportarunt. At uir natu grandior ab hac insania diligentius declinabit, ac hominem inuestigandae ueritatis ergo disserentem imitabitur potius, quam eum; qui iocandi causa uersatur et captiunculis incumbit. Quin et ipse modestius se geret et disputandi studium ex infami reddet illustrius.*

§. II. III.

Legant haec nasutuli homines, et desinant ridere; Platonem uirum malle, quam iuuenem dialecticum.

Philosophia purgans Pythagorae.

Quid? quod Pythagorae (*f*) consilio, nemo ad philosohiae etiam mysteria admittendus esse uideatur; nisi qui et purgasset animum et expiasset. Causam quaeris *purgantis philosophiae*? in promptu est. Ne scilicet ex artibus improbae mentes malitiae suae aut robur caperent aut tegumentum; sicque turpem doctrinae, male eam locando, labem aspergerent, contemtum denique ac quoduis dedecoris genus apud rerum ignaros conciliarent. Quod si igitur ethnicorum philosophorum ea instituta fuerunt; ut, profanis mentibus reiectis, illi tantum sapientiae candidati fierent, qui integritate uitae reliquos praestarent; qui animi cupiditatibus atque affectibus non, ut ceteri, obnoxii essent; qui, fraude omni deposita, unicae ueritati litarent, qui nihil lucri causa facerent, nihil ambitionis ergo (*g*): ecquid tandem de scholis Christianorum dicemus?

Eadem, ecclesiae damno maximo, in scholis christianis neglecta.

quae quemuis peruersi ingenii iuuenem, modo ad discendum non prorsus inepti, ad literarum sacra non admittunt solum; sed progressus eius, cum malitia in literis factos, magistri aut praesides scholarum laudibus extollunt, alunt ambitione et, proposita honorum in republica aut ecclesia spe, tenellas mentes, quae facile sequuntur, quocunque ducas, antequam pietatis et sanctimoniae quid eas intrauerit, occupant, florentemque aetatem, ambitionis semper cupidam, his, ceu satanae praestigiis, rapiunt fascinantque; ut difficile deinde sit, semina malorum, quae a primis iam annis radices egerunt, atq; ab iis sparsa sunt, quorum magna apud nos omni aetate auctoritas est, aut euellere prorsus aut in contrarias partes uertere.

CAVTIO I PHILOSOPHIA POST CHRISTI DOGMATA DISCENDA

§. III. Atque haec causa est, quare inter cautiones, circa *philosophiam tractandam* adhibendas, primam esse uelim: ut ille tantum, siue is *iuuenis siue uir fuerit, ad dogmata philosophorum imbibenda admittatur, cuius animus ad Deum uersus, gratia eius sanctus redditus, atque uerbo diuino ita subactus est; ut non obscura fidei ac pietatis ediderit documenta*, rem uno verbo complectar, *philosophiae subiectum hominem conuersum, id est, uere Christianum uolo, rudimentis doctrinae christianae sufficienter instructum, alios omnes, qui elogia diui-*

(*b*) *Orat. XXXIII in laudem Hieronis, aut si mauis, Maximi philosophi.* (*c*) *Orat. XLVII. aduers. Iulianum imperatorem.* (*d*) *1. Corinth. III. n. 2. Ebraeor. V. v. 12.* (*e*) *lib. VIII. de Republ. p. m. 490.* (*f*) *LYSIDIS Pythagorei* fide apud *Marsil. FICINVM in Platon. Epist. 11. p. m. 846. Hieroclis et Iamblichi uerba GRAVIVS recitat lib II c. 8. de phil ueter.* (*g*) *Non opus est singula testimoniis Pythagoricorum firmare; congesserunt ea IOH SCHEFFERVS de natura Philosoph. Italic. cap. XII. p. 103 seqq. et IOH. LOMEIER de lustrat. ueter. c. XV. p. 139. quorsum lectores remittimus: addatur, quae ALCINOVS habet c. I. de Doctrina Platon. et NIC. GREGOR. lib VIII p. 145. hist Byz.*

CAP. I. §. IV.

diuina uel prorsus ignorant, uel improba mente circumferunt, siue uani gloriae inanis, quam sibi e studiis pollicentur, aucupes fuerint; siue spurci nummorum, quasi ad hos conquirendos scholae aperirentur, uenatores; siue helluones asotae ac uoluptuariae uitae lutulenti; siue denique dolosi, quibus literae uirus mentis, cum eius esse medicina debeat, ueteratores; siue alio huius generis crimine notati, eos omnes his sacris prorsus atque omnino interdicimus. Melius enim de illis agitur, si in perpetuis ignorantiae tenebris delitescant; quam ut sceleri suo ex artibus uel firmamentum quaerant, uel, dum uitia sectantur, uirtutis speciem induant, ad circumueniendum ignaros: melius etiam cum disciplinis fiet, si, ne abutendo iis labem dent, eas nunquam attingant. Sed ad causas pedem mouebimus, quae me cogunt ita sentire.

Ratio I. Quia regnum Dei ab initio quaerendum.

§. IV. Vnum illud necessarium ζητεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ nullis rebus, si Deo, si Christo credimus, postponi, praeferri omnibus debet, quidni et artibus ac scientiis, quantae etiam illae fuerint. Atque hoc monitum tantum nobis esse debet; quanta est auctoritas monentis. Haec una ista quasi de coelo delapsa ad cognitionem omnium regula sit, ad quam dirigamus ut nostros actus omnes; ita et ordinem studiorum, initium metamque; ad hanc normam sapientiae praecepta quaeuis metiamur; hanc denique legem ante sciscamus, quam ulli doctrinae mortalium aures demus. Et, quia hoc non consilium seruatoris; sed eius praeceptum est: non ratione indiget; sed obsequio. Ast tamen neque illae hic desunt, a nobis nunc eruendae.

Ratio II. quia omnes bonae artes a Deo.

Negat PLATO *ueritatem rerum, quae a Deo pendent, haberi posse: nisi ipsa de Deo ueritas habeatur* (*b*). Tristis fane fuae etiam philosophiae augur; cuius magister Deum uerum ignorauit.

An iis eapropter ethnici caruerint?

Nos quanquam ethnicos philosophos non obtusioris eapropter ingenii fuisse existimemus, quod non fuerint Christiani; neque etiam diuino quodam gratiae lumine opus esse credamus humanas artes tractaturo: nihil enim Euclideae mathesi; quae inter christianos etiamnum regnat, nocuit, eius auctorem hominem ethnicum fuisse; ratiocinandi porro artificium paruos aut nullos progressus fecit, ex quo logica facta Christiana; Epicuri praeterea in physicis placita Gassendus resumpsit, et ipse philosophus Christianus; imo quod Cartesius nostra aetate de figuris corporum docuit, id pridem cognitum erat Platonicis; Epicteti deinde ac Senecae moralia Christianis hodienum in delicíis sunt; nec minus naturae iura Tullio se debere Grotius fatetur; quid quod regulis, quas isti philosophorum duumuiri magistratibus et subditis tradidere, prudenter hodienum utantur respublicae Christianae; et, ut neque eloquentiae obliuiscar, quam illa potens etiam et mira in quibusdam ecclesiae doctoribus fuit; tamen Chrysostomo Libanium hostem eius in facundia multum concedere, uix dicent, qui literarum secreta intelligunt; ut nihil mirum, quare Tullii sapientiam sibi optet LACTANTIVS (*i*) Christianus: nihil tamen impediunt haec omnia, quin firmiter credam; longe felicius nauiculam rationis agi, si nautae pharus luceat euangelii. Vt Deus conditor mentis nostrae; sic et auctor rationis est, *naturale enim rationale credendum est, quod animae a primordio sit ingenitum a rationali uidelicet auctore, quid enim non rationale, quod Deus iussu quoque ediderit? nedum id, quod proprie afflatu suo emiserit?* ait TERTVLLIANVS (*k*). Quod si igitur rationem Deo debemus; quidni et ratiocinia; quidni etiam, quas bene ratiocinando, consequimur ueritates? Inde CLEMENS Alexandrinus (*l*) philosophiam non immediatae quidem a Deo nobis infusam; sed, mediante tamen ratione, animis nostris diuinitus concessam esse existimat. *Apparet itaque*, Herueto is interprete loquatur, *priores illas liberales Graecorum disciplinas una cum ipsa philosophia uenire diuinitus ad homines, non immediate: sed quemadmodum imbres erumpunt in terram bonam et in fimum et super domos. Inde, quae nascuntur in arido loco, eandem quidem pluuiam habent; sed non eandem habuere gratiam; quam ea, quae in solo pingui nata sunt.*

An pii aptiores ad literas ac impii?

Quo ipso id etiam porro uult uir pie doctus, Deum quidem omnibus largiri rationem eiusque usum; sed quod unus altero subtilior, acutus magis et perspicax sit, id demum diuinae saepius gratiae esse documentum. Quid? quod in morem induxerint; qui artes in scholis et Academiis Christianorum docent et publice profitentur, ut in principio Deum et Christum in auxilium uocent, ut omnis sapientiae fontem salutent, ut, tenebris animi excussis, inde illuminari mentem, perfici, poliri, firmari; precibus expetant. Vbi sane, non absque blasphemiae quodam crimine, talia recitantes operam ludere existimo; nisi Deum ut auctorem sapientiae et ueritatis cuiusque; ita et largitorem benignissimum uenerentur. Neque uero hoc argumentum Christianos tantum ferit; sed eadem quoque ratione stringit ethnicos omnes, Deum originem sapientiae ex insti-

(*b*) *Testimonio Marsf.* FICINI *Comment. in Epistol. II. Platon. p. m. 846.* (*i*) *lib. III. de falsa sapientia cap. I.* (*k*) *lib. de anima cap. XVI. p. 79.* (*l*) *lib. I. stromat. p. m. 60.*

CAP. I.

stitutis maiorum ipsos agnoscere potuisse. Sane non carmen siue in Graecia siue in Latio fudit poeta, nisi, a numine agitatus, igne quodam coelesti crederet se incaluisse: philosophis uero, historicis, oratoribus uelut in legem quandam abierat, exordia sua ab inuocatione Deorum sumere. Vt, si aeternas demum poenas sentirent gentiles, quod sapientiam non ad Deum, auctorem retulissent, *ἀναπολόγητοι* non minus essent. Quod si autem, ut comprobatum est hactenus, bonas artes Deus mortalibus ita largitur, nonne liberalius illis largiri, dummodo e re ipsorum duxerit, existimandus est, qui fideles ei sunt, qui spem omnem in eius clementia ponunt, qui fructum laboris sui ei unice tribuunt: quod si deinde sapientia ab eodem benignissimo numine et expetenda est; nonne citius obtinebit ille, cuius preces in Christo fiunt, cuius praeualent suspiria, atque Deo gratus odor sunt: imo, quod si tandem tenebrae animi dispellendae omnibus sunt, qui sapientiae lumen gestiunt attingere, ecquis eas facilius excutiet, quam cui sol iustitiae oritur Christus. Felicius itaque studiorum conficient cursum mortales, si Deus eum dirigat, si conatibus eorum quibusuis adsit, firmando memoriam, illustrando intellectum, ingenium poliendo, acuendo iudicium, tota denique mente mirum illuminando. Cuius rei documenta esse, pie eruditorum progressus possunt, in literis intra breue tempus, bona Dei gratia, omnino facti. Nunquam sine admiratione aut stupore quodam apud LAERTIVM (*m*) lego: Aristotelem, optimi alias felicissimique ingenii iuuenem uiginti totos annos, unico Platone audiendo insumpsisse; cum in omnibus Platonis operibus uix inueniam, quod cupidum iuuenis Christiani animum per unum tantum et alterum annum possit satiare. Neque sine indignatione commemoro, quod SENECA (*n*) de literatis paganis suis refert: *senes ludimus; mus syllaba est, mus caseum rodit, syllaba ergo caseum rodit; in hoc supercilia subduximus, in hoc barbam demisimus, hoc est, quod tristes docemus et pallidi:* O igitur plusquam beatas hoc etiam casu Christianorum scholas; ubi puerorum haec sapientia, ut ingenium acuant; non senum, ut contrahant frontem; ubi ephebiorum haec exercitationes, non academiarum. Et sane eius generis exempla, quorum alia plurima supersunt, et admonent me et conuincunt prorsus, philosophiam, ex quo Christiani eam docent et facilius doceri et felicius addisci, quod u-

Christianorum ratio docendi discendique an facilior quam ethnicorum?

§. IV. V.

A trumque benedictionis diuinae clarissimum argumentum esse, plane atque omnino existimo. Festiuis ergo TERTVLLIANI (*o*) uerbis bonis apud nos artibus applaudamus: *gaude pallium et exulta, melior iam te philosophia dignata est, ex quo Christianum uestire coepisti.*

§. V. Artes a piis felicius excoli, cum Dei omnes dona sint, comprobatum est hactenus: nunc aliud eidem argumento B robur addendum. *Nunquam corpus umbra aut ueritatem imago praecedit*, ait TERTVLLIANVS (*p*). Quod si igitur illud euicero; philosophiae aliqua dogmata e sacris literis hausta esse: id pariter mihi assequutus uidebor; has ante euoluendas, quam illis aurem praebeamus. Nemo fontem praeteribit, ut ex riuulis hauriat; quos tamen nec spernimus ideo, si tum suademus adeundos, ubi scaturigo uel C clausa est, uel sitim illa nobis non explet. Summatim dicam, historicorum hic tenenda uia, qui urbium descriptiones ab originibus exordiuntur. *Tardi enim ingenii est*, Tullii (*q*) sunt uerba, *riuulos consectari, fontes rerum non ante uidere.* Vt autem a sacro codici potissimarum artium principia, quod promisi me facturum, condigne uindicem; furti accusare debeo, quotquot floruerunt, philosophos. D Illam equidem fanaticorum hominum superstitionem fastidio prudentum dignam esse semper existimaui, *qui*, uerbis WITTICHII (*r*), Theologi doctissimi, utar, *physicas Mosaicas et Christianas nobis conscripserunt, atque ex scriptura conati sunt, interiorem rerum texturam et naturam explicare*, quo numero an *Fluddii*, *Gutmanni*, *Weigelii*, *Boehmii*, *Helmontii*, *Mori* aut qui alii habendi; illi uideant, qui men- E tem suam eius generis ideis possunt assuescere. Me enim, quin talibus animum intendam, cum alia plura, tum illud inprimis auocat; quod, alio spectasse Mosen diuinis doctrinis, certus sim, quam, ut aut chymicos formaret aut famosi lapidis aperiret secreta, quid? quod omnes, qui tanti mysterii se edoctos esse profitentur, commenta sua pro Sibyllinis foliis uenditent; qui uero arte hac uel luci se sistere F uoluerit, uel nubibus ignorantiae discussis, ueritates declarauerit mortalibus, uix unus quidem nominari possit. Vt firmiter credam, eos, qui hoc studiorum genere sic porro delectant, aut, sanguinis uitio, somniis agi, unde etiam non mirum, quod haec philosophia Angliae fere domestica sit; aut, occultā sapientia, sui apud alios admiratores quaerere; aut denique illis similes esse, qui cum a comicis exeunt, quam-

Ratio III. philosophi e sacris literis plurima ipsi furati sint.

Quid de philosophia Mosaica?

(*m*) *lib. V. de uit. phil. p. m. 304: eandem doctrinae tarditatem Druidas, Britannorum philosophos, habuisse ex Iul.* CAESARE *discimus, lib. VI. de Bell. Gall. cap. 8.* (*n*) SENECA *Epist. XLVIII. pag. 74.* A. GELLIVS *lib. IV. cap. 13.* (*o*) *Tractatu de pallio cap. V. p. m. 555.* (*p*) *Apolog. cap. XLVIII. p. m. 387.* (*q*) *Orat. lib. I. p. 119.* (*r*) *Theolog. Pacific. cap. II pag. 14. et in consensu ueritat. cap. II. III. IV sqq.*

(*s*) *Conf.*

CAP. I.

Artes pleraque Hebraeis originem debere.

quamuis nihil commoti, lusum tamen aliis uehementer commendant, ne pecuniam et tempus frustra perdidisse dicerentur. Ast uero alia doctrina eorum est; qui nonnulla tantum, ast potissima tamen philosophiae argumenta sanctis Dei uiris suam debere originem, ex antiquis monumentis eruunt. Vbi in principio notandum, non ex sacris tantum, quas superstites habemus, literis; sed aliis etiam libris diuinioribus in populo Dei; imo doctorum Ebraeorum placitis non minus, quorum ipsi partem a patriarchis per traditionem posterorum acceperant, ethnicos philosophos sua mutuare potuisse (*s*). Imo causas habeo firmissimas, ut credam, illas philosophiae partes omnes originem Iudaeis debere, quarum inuentionem, ethnicos sibi in scriptis publicis non aperte reperimus contribuisse. Huius enim gloriae, qui oblitos esse dicemus, quos eam ex literis unice quaesiuisse constat; ut taceam, apud suos non raro pro sapientiae inuentoribus habitos, qui eam aliunde fuerant suffurati. Ast ethnicorum hic causam agere, quosdam Christianos scio; qui sententiae nostrae illud obiectant; quod Iudaeos mysteria atque doctorum suorum placita exterorum nemini facile legamus prodidisse: adderem ego, quod lingua, mores, instituta a commercio cum aliis hominibus non Iudaeis fere abhorruerint; imo quod tantum scientiae in scriptis ac uiris supra laudatis non reperierint Christiani, ut non necessarium fuerit, noui foederis doctoribus, artium dogmata ab ethnicis mutuare; quod facturos fuisse, credibile non sit, si idem in magistris Iudaeorum offendissent. Mihi uero pietatis non esse uidetur, impiae caussae patrocinari: et melius opinor, operam collocare poterit Christianus; quam arma cudere pro ethnicis. Sed

Quo pietate id in dubium uocetur.

A B C D E

nasutuli isti homines sibi sapiant; nobis inuicta argumenta supersunt, quin a sententia abeamus. Mosen omnium, qui extant, scriptorum primum et antiquissimum esse, inter eruditos ita expeditum est (*t*), ut nulla mea probatione res amplius indigeat. Quod si igitur philosophorum ethnicorum quaedam dogmata, cum doctrina diuini scriptoris conueniunt; prona consecutio est, non hanc ab illis; sed illa ab hoc thesauro surrepta fuisse. Quem argumentandi modum TERTVLLIANI (*u*) auctoritas firmat, cum inquit: *adhuc mihi proficit antiquitas diuinae literaturae, quo facile credatur, eam thesaurum fuisse posteriori cuique sapientiae.* Equidem ratio instituti mei non patitur, ut argumenta repetam, quibus diuini scriptoris uetustas contra quasuis ethnicorum obtrectationes asseritur; laudasse enim sufficiat, qui feliciter hanc operam uidentur praestitisse (*x*): ast uero plurimis piorum hominum dogmatibus gentiles philosophos manus attulisse, eo nunc digitum magis intendemus. Per singulas fere disciplinas ibimus. *Grammaticam* in Cananaeis natam, atque ab istis literis sua Graecos, Latinos, populos demum uniuersos mutuasse comprobatum est pluribus (*y*). Poetis omnibus Mosen praeluxisse, GENEBRARDVS commonstrat (*z*) et facundos oratores sacrae paginae loquuntur, antequam in Graecia rhetoricam docuisset Empedocles (*aa*). *Logicam* Iudaeis *Vrim* et *Thummim* fuisse, sibi alii persuadeant (*bb*); felicius autem dialecticae uestigia in Iobi dialogis uiros eruditos aduertisse et nos existimamus (*cc*). Matheseos inuentionem nullus Graecorum sibi tribuit, cum, quod eam artem Aegyptiis debeant, nemo eorum dubitet confiteri (*dd*); ast uero Aegyptiacorum dogmatum natales in Chaldaea

§. V. Agitur causa pro Ebraeis.

Disciplinae pleraeque Hebraeis uindicantur. Grammatica.

Poesis. Rhetorica. Logica.

(*s*) Lud. opusc. tom. II.

 apud

(*t*) *Conf. Clar.* VOCKERODTI *elegantissimum schediasma de notit. S. Script. ap. Gent.* (*t*) TERTVL. *in apologet. cap.* XLVII. *p.* 385. *conf.* CLEMENS *lib. V. strom. pag.* 46. IVSTINVS MART. *Cohort. ad Graec.* (*u*) *Apolog. cap. citat.* (*x*) *conferatur Guil.* SALDENVS *in otiis theolog. lib.* I. *n.* 1. *de primo scriptore.* HVETIVS *demonstrat. euangel. tom.* 1. *Petr.* LAMBECIVS *prodromo hist. liter. lib.* 1. *c.* 3. *sqq et lib.* II. *cap.* 2. *p.* 143. *ubi iure meritoque in Philone, auctore uitae Mosis, reprehendit, quod e Graecia arceat, qui Mosen instituerint, cum nec pueris ignotum sit, Graeciam tum temporis ἀναλφάβητον fuisse, et quae* P. GEORGIVS *congessit obseruat. in Tertullian. Tom. II. cap.* 47. *p.* 387. *Theophil. tandem* GALEVS *philosoph. general. lib. I. c.* 1. *§.* 7. *pag.* 19. (*y*) *uid.* BVXTORFIVS *de ling. ac literaturae Ebraicae origine dissertation. philolog.* I. II. *et* IV. *Petr.* LAMBECIVS *prodromo histor. liter. lib.* 1. *c.* 2. *et lib.* II *c.* 3. VOSSIVS *lib.* I. *de arte grammat. c.* 3. 9. 10. GROTIVS *de uerit. relig. christian. lib. I. p. m.* 38. *et quos in nostra dissertat.* § 1. *citauimus de historia sine parente habita.* (*z*) *lib.* I. *chron. pag.* 78. VOSSIVS *de nat. et const. poes. c.* XIII. §. 5. (*aa*) *Pausaniam enim merito explosit G. I.* VOSSIVS *de nat. rhet. cap.* 9. *quod is ante tempora belli Troiani artis originem retulisset.* (*bb*) *In hac opinione sunt Petr.* RAM. *lib. I. schol. dial. c.* 1. *p.* 5. *et* KEKERMANNVS *tract. log. quibus fauere in opinione sua illud uidetur, quod uocabula ista hebraica per λογεῖον et rationale exposuerint auctores. uid.* ALTESERRA *in Gregor. Turonens. lib.* III. *pag.* 87. *lib. V. pag.* 205. SPENCERVS *part.* II. *p.* 319. (*cc*) HIERONYMVS *ad Paulinum de Iobo ita iudicat: omnes leges dialecticae, propositione, assumptione, conclusione determinat. Quin et rationem soluendi uitiosa argumenta ostendit, confer* STANLEIVM *histor. phil. oriental. p.* 119. *et* HORNIVM, *histor. phil. lib V. c.* 9. *p.* 284. *qui addit: amici eius et ipsi in philosophia doctissimi, procul dubio ex schola eius profecti, cum perpetuis paralogismis ludant, qui et publicas scholas cap.* IV. *legitur aperuisse. Et M. Aurel.* CASSIODORVS *lib. diuinar. lect. cap.* 6. *apertius loquitur, dum inquit: ubi sunt? qui dicant artem dialecticam a scripturis sanctissimis non coepisse. confer. Theophil.* GALEVS *lib.* III. *c.* 5. *quod dialectica a Iudaeis* (*dd*) ARISTOTELES *hic pro ceteris loquatur lib. I. metaph. c.* 1. περὶ Αἴγυπτον αἱ μαθηματικαὶ πρῶτον τέχναι συνέστησαν. *conf.* VOSSIVS *de scientiis mathemat. Ioh.* SCHEFFERI *phil. Ital. c.* IV. *p.* 14.

(*ee*) *conf.*

CAP. I. *Physica.*

apud patriarchas plurimi eruditorum se putant inuenisse (*ee*). PHYSICAS Mosaicas supra reiecimus; sed quod plurima in genesi occurrant, quae sanctos uiros *dogmatum naturalium* peritissimos fuisse arguant, id quidem ambabus manibus largimur (*ff*). Inde et *medicorum* secreta Hebraeis facilius uindicare potuit Hieronymus BARDVS (*gg*). *Ethicam* uero, *politicam*, *oeconomicam*, *naturae* item *gentium* et publica *ciuitatis* iura sacrae paginae ubiuis spirant. Quid? quod ipsas *Romanorum leges* riuulos fontis Mosaici esse, auctores doceant luculenter (*hh*). In *prima philosophia* res omni dubitatione caret; cum quaelibet gens eo minus in cultu diuino peccauerit, quo magis ad placita Hebraeorum demiserit animum; contra maiori errore fuerit ducta; quo rarius oculos in lumen diuini uerbi coniecerit clarissimum. Vnde tanta in gentilibus cum nostris dogmatibus conuenientia atque conspiratio (*ii*). Ad cuius rei fidem NICEPHORVS *Gregoras* (*kk*) scripsit: *ipsa uero sapientia migrauit saepius, cuius primo domicilium Aegyptus fuisse perhibetur: inde ad Persas transiit: post apud Athenienses diuertit: et nunc uelut auicula nido turbata, longo iam tempore incertis sedibus uagatur et oberrat. Fieri autem potest, ut aut apud nos, finitis erroribus, si ita ei usum fuerit, domicilium constituat, aut prorsus in coelos abeat.*

Philosoph. practica.

Rat. IV. Quod dogmata religionis nostrae certiora sint, ac placita philosophorum.

§. VI. Deinde quod si ex singulis philosophiae partibus quaedam reliquiae in sacro codice sitae sunt, nulli errationi, uanitati, fraudi, aporiae, aut dubitationis periculo obnoxiae: quidni illas homo Christianus imbibet ante? quam ad philosophos humanos legendos animum afferat; ubi optimus quisque prolapsioni expositus, multi etiam erroribus referti, aliqui uero improborum dogmatum ueneno infecti sunt. Est mathematicorum et communis omnium bene philosophantium regula: illa, quae certa sint, dubiis ac incertis praeponi in discendi methodo deberi: peccant in hanc, quotquot Aristotelem aut Platonem illis commendant, qui adhuc in sacri codicis ignoratione uersantur. Imo cum nihil addiscere debeamus, quod dediscendum postea sit; ecquo fine quis illa dogmata in discendo praeferenda duxerit? quae extinguenda sunt rursus in animo, si aliam fidem fecerint S. literae. Contra, qui animum prius diuino uerbo imbuit, is ea tantum ex humanis scriptoribus postea seliget, quae aut consensu quodam conspirant cum placitis diuinis, aut iis tamen necquicquam obsunt. Neque cetera ipsum corrumpent, uerae fidei certitudine sufficienter iam iam firmatum. Verum hoc latius nunc exequemur.

§. VI. VII.

Ratio V. Quin optimae artes pessimo homini perniciei et pestis sunt.

§. VII. Nec nouum nec insolens est, optimas etiam res utilissimasque malis hominibus peruersissimas euasisse. CYPRIANVS aliquo loco (*ll*) ait: *traditam nobis diuinitus disciplinam* PAX LONGA *corruperat.* Quid uero dulcius, quid melius, quid salutarius pace est; imo quid ad dogmata Christi et Christianorum conuenientius? Hanc igitur redarguisse dicemus antistitem? ad quam fideles in durissimis persecutionibus uotis, precibus ac lachrymis ex infimo pectore scimus anhelasse. Non ea, credite, mens optimi doctoris fuit, ut poneret ecclesiae tranquillitatem in culpa. Christianos in crimen uocauit, qui cum pacatis temporibus ad frequentiora pietatis exercitia uti debuissent; animos deliciis infecerant, ocio, languore, desidiaque. Non enim incusat manum, qui homicidia aut furta damnat: neque coecum laudat, qui oculos peruersi saepius amoris illecebras dicit: oderit aliquis ebrios, non idem statim et uinum auersabitur: poesin S. patres exercuerunt, quamuis obscoenissimis uersibus contaminauerint carmina sua Catulli: summatim dicam, usum non improbat, qui abusum redarguit. Cum itaque inter mortales non raro contingat; ut optima etiam re illi pessime abutantur; probe circumspiciendum animum illius esse existimo, ad quem aliquid debeat deferri. De SOCRATE memorant, quod eos tantum iuuenes in scholam eius admiserit; cuius salutares mores naturasque ex corpore, oculis, uultu, fronte antea pernouisset. Ego sane, ut ad rem ueniam, omnes a scholis philosophorum imo literarum quarumuis pari fere modo arcendos esse cum Socrate existimem; nisi pietatis et subacti uerbo diuino animi ediderint documenta. Christianos fieri mallem, quam se facere philosophos. Bene *Hieron.* SAVANAROLA (*mm*): *Scientia cum per se bona sit, per accidens facta est mala. Bona quippe est bonis et mala malis, quia, ut dicit Apostolus, omnia munda mundis; immundis etiam ipsa mundissima immunda sunt.* Et apertior hac LACTANTII sententia est, dum is inquit (*nn*): *philosophia non nocet, imo prodest plurimum, si religione imbutus est animus.* Nec dissimili ratione CLEMENS Ale-

(*ee*) *conf Theoph.* GALEVS *de Aegypt. philosophia ab Hebraica lib. I. cap. 2. sect. VII. inprimis pag. 114. seqq. et cap. IV. pag. 135.* (*ff*) *E multis hic* VALLESIVS *legatur de sacra philosophia.* (*gg*) *in medico catholico - politico, quem Genuae in lucem edidit.* (*hh*) *Qui Mosaicas leges cum Romanis contulerunt, plures inter ICtos reperiuntur Ioh.* ZEPPERVS; *Iust.* CALONIVS; P. PITHOEVS; MOLINEVS, *alii.* (*ii*) *In eruendis ethnicae religionis dogmatibus, quae cum sacris Hebraeorum ac nostris conspirant, omnium industriam superauit Augustinus* STEVCHVS *Eugubinus libris X. de perenni philosophia, quos dignos semper habui, ut denuo prelo subiicerentur. Addantur* GROTIVS. HVETIVS, VOSSIVS, GRAVIVS, PFANNERVS, GALEVS *alii plures.* (*kk*) *lib.* VIII. *p.* 226. *hist. Rom.* (*ll*) *Tractat. de lapsis p.* 194. (*mm*) *lib.* III. *de scientiis p. m.* 805. (*nn*) *lib* V. *c.* 1.

CAP I. §. VII.

Alexandr. (oo) ait: *quae est ex fide ueritas tanquam panis necessaria est ad uiuendum. Quae autem accedit disciplina, est obsonio similis et bellariis. Desinente coena suauis est placentula.* Quae omnia eo tendunt, *ut prior sit Christianus*, cum TERTVLLIANO loquor, *posterior philosophus.* Cuius rei non leues rationes sunt. Est enim homo *irregenitus* furioso similis; qui armis philosophiae non potest non ad sui et aliorum exitium pessime abuti. Inflabit eum scientia, ut CELSVM (*pp*), qui abiecti animi seruatorem nostrum incusat, quod *tolerantiam* et *humilitatem* inter uirtutes

Ab immoderatis studiis Christiani abhorreant.

retulisset. Eadem ambitio ad uigilias, labores quosuis talem ita incitabit; ut his illecebris iam illaqueato et irretito tantum uix otii futurum sit, quo uerbum Dei aut in eius sensum intrare, multo minus alio flectere mentem illius in melioremque uiam inducere queat. Grauissimam doctissimi CANI (*qq*) querelam audiamus, quam ipse eadem de causa habet. *In Italia*, inquit, *uidimus multos, qui scriptura S. neglecta, ad philosophorum doctrinas tanquam ad Syrenum scopulos adhaerebant; postque galeros etiam ac infulas non Prophetas non Apostolos non Euangelistas: sed Cicerones, Platones, Aristoteles personabant.* Praeterea etiam singulae fere

Disciplinae impedimenta christianismi.

Grammatica.

disciplinae *philosopho irregenito* scopulos iniicient; ut omnium difficillimum ei fuerit, illis aut euitatis aut superatis, ad portum diuinae ueritatis peruenire. *Aristarchus improbus* barbarismorum, soloecismorum, hellenismorum (*rr*) sacrum nostrum codicem insimulabit, taedia inde et sibi facturus et aliis. Praeterea iam olim LACTANTIVS querebatur (*ss*): *haec inprimis causa, cur apud sapientes et doctos et principes huius seculi, scriptura sancta fide cureat; quod Prophetae communi ac simplici sermone, ut ad populum sunt locuti. Contemnuntur itaque ab iis, qui nihil audire uel legere, nisi expolitum ac disertum uolunt; nec quicquam inhaerere animis eorum potest, nisi quod aures blandiori sono permulcet.* Et horrenda exempla illorum sunt, quos e Christianis, proh quanta salutaris nominis huius dedecora! eiusdem criminis historiae postulant (*tt*). O igitur iuuenes! cauete uobis a grammatica; antequam in corda uestra I HS. scripserit *digitus Dei.* Neque alium fru-

Eloquentia.

A ctum in homine *irregenito eloquentia* feret. Vt enim multum interest, inter eum, qui *bene* loquitur, et eum, qui *bona*: sic illud rhetoris artificium; hoc indicium est piae mentis. Eadem dicendi praecepta sunt, quibus uel hostis, ut noceat, armatur: uel ut causam nostram agat, socius et amicus instruitur. Ita quas oratoriae artis praeceptiones hauserat *ethnicos Cyprianus*; eas cum ex rhe**B**tore *Christianus* fieret, nequicquam dedidicit. Nam partes magni ac diuini oratoris omnes eum inde scimus expleuisse. Neque alia causa, nisi omnia me fallunt, ethnici etiam doctores, *uirum bonum esse oratorem* uoluerunt; ne in mala etiam causa, quod LACTANTIVS (*uu*) ait, *incautos animos suauitate sermonis disertus orator irretiret.* Nunquam *homini irregenito*, oratori, mella deerunt, quibus uenenum tegat: nunquam eum flosculi de**C**ficient, quibus scelera obtendat: et rarum maxime, eum poenitere, cui in promptu semper noua linguae diuerticula sunt. Nouimus praeterea rhetorum improborum artes: uitia uirtutum tegumentis ornare; in prodigo extollere liberalitatem; iracundi furorem ζήλῳ iudicis excusare; ambitionem ingenii obnubere excellentia et sublimitate; auaritiae speciem induere parsimoniae; lu**D**xuriam, improbitatem quamuis seculi metiri genio; inertiam desidiamque pietate occultare; blanditiis obducere mansuetudinem; uno uerbo dicam, pro Iunone nubem uendere, res fuco illinere, et, quod idem est, quantum poteris, fraudem facere ueritati. Atque huc fere GREGORIVS digitum intendit, dum aliquo loco (*xx*) scriberet: *huius mundi sapientiam cor machinationibus tegere, sensum uerbis celare, quae falsa sunt uera demon***E***strare. Haec nimirum prudentia usu a iuuenibus scitur, haec a pueris pretio discitur.* Taceo quod et olim querela fuerit (*yy*); *Rhetores spernere ecclesiae rusticitatem.* Spernite igitur uos potius rhetorum scholas, quiqui estis Christiani, usque *uiros bonos*, quod oratorem decet, ille uos fecerit, *qui linguas infantum facit disertas.*

Dialectica.

E DIALECTICA, deinde, ad illam enim nunc pedem moueo, *homo irregenitus artem faciet struendi et destruendi, coactam in coniecturis, duram in argumentis, operariam*

(oo) *lib. 1. stromat. p. m. 68.* Georg *NAZIANZ., orat. III. p. 61. philosophia probis uirtutis institutio, improbis uitii stimulus.* (*pp*) *Teste Origine lib. III. p. m. 165.* (*qq*) *lib. IX. cap. 9. p. m. 427.* (*rr*) *Quam perspicaces hic esse HEINSII et SALMASII uoluerint, e bellis Hellenisticis notum est. Impugnauerat hic nucem, quam ille triumphabat primus inuenisse. Vtrique tantum in eo conuenerat, ut codicem diuiniorem impuri sermonis notis compungeret. Deo mendaciis nostris opus esset, neque ego dixerim. Vtinam uero summi uiri apes, quam tineas imitari maluissent.* (*ss*) *lib. V. cap. 1. p. 458.* (*tt*) *Quis dubitet a mala Daemone ANGELVM istum Politianum esse actum, cum scelestissima uerba contra S. literas effutiret: nullum tempus sepeius in omni uita consumtum aestimare, nisi illud, quod bibliis legendis dedisset. Politiam enim dicendi elegantiam incomptum prophetarum sermonem querebatur infecisse.* (*Lud. VIVES lib. II. de uer. fid.*) *qua etiam insania STVRMIVM illum, arrogantem grammaticum laborasse, auctores habemus.* (*uu*) *lib. V. c. 1. p. 457.* (*xx*) *lib. X. magnor. moral. cap. 16.* (*yy*) *HIERONYMVS in Sophon.*

riam contentionum, molestam etiam sibi ipsi, omnia retractantem, ne quid omnino tractauerit (zz). Idem porro *omnem uim uenenorum suorum disputatione constituet, imo regnum Dei in contentione sermonis ponet* [*a*]; *qua sane dialectica Deus non constituit saluum facere populum.* Quapropter contra hos tales sermonem HIERONYMVS uibrat [*b*]: *iamiam tollo manum, cedo, uicisti, si tamen uincere est, ueritatem uelle subuertere. Quando enim loqueris, NB. coactus argumentorum strophis, tibi uideor assentire; cum autem tacueris, ex animo rursus elabitur; ut liquido constaret disputationem tuam ex philosophorum minutiis descendere.* Qui igitur dialecticam discitis adolescentes! sophisticam fugite; hanc ut fugiatis ab illo contendite, qui suis mansuetudinem pacem, candorem grauiter commendat. PHYSICAM homini irregenito pestem esse et omnium fere haeresium matrem TERTVLLIANVS [*c*] uelut in epitome quadam ostendit. *Ipsae*, inquit, *haereses a philosophia subornantur. Inde Aeones et formae nescio quae et trinitas hominis apud Valentinum; Platonicus fuerat. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate a Stoicis uenerat. Et ut animi interire dicautur, ab Epicureis obseruatur. Et ut carnis restitutio negetur, de una omnium philosophorum schola sumitur. Et ubi materia Deo aequatur, Zenonis disciplina est. Et ubi aliquid de Deo allegatur, Heraclitus interuenit*, et quae sunt generis eiusdem. Causam erroris indicare, non difficile est. Dum enim id genus philosophorum naturae arcana sensibus metitur; idem existimat sibi ius in religione quoque esse mysteriisque; ut haec quoque rationi, ceu dominae cuidam, subiicere possit. CARTESIO illud tantum *uerum est; quod clare et distincte percipias.* Dogmatis inconuenientiam in rebus etiam naturalibus ostenderem, si ratio pateretur instituti. Ast quam nouas et inauditas opiniones idem dogma theologiae attulerit, unico exemplo commonstratum faciam. Est *Herm. Alex.* ROELLIVS Theologus Franequeranus, uir ingenio acutus, iudicio acer, in dicendo promptus, suauis ac facilis, mihi etiam, Franequeram transeunti, plurimis officiis cognitus. Didicerat idem etiam huic Cartesii decreto assentiri, *nihil uerum esse, nisi, quod clare et distincte concipi possit.* Sacrum itaque *Trinitatis mysterium*, cum, prout hactenus in ecclesiis orthodoxis et doctum et creditum fuerat, nullo rationis nexu astrui aut defendi posse, facile aduerteret, idem dogma aut improbandum, aut aliam in explicatione eius rationem tenendam esse, secum semel statuit. De altera S. Trinitatis persona, quam *filii DEI* nomine a prima ac tertia sacrae literae distinguunt, potissima erat dubitatio. Apparebat enim, quae de filio praedicantur, ea contraria uidebantur; *gigni et esse ab aeterno; produci ab alio, et dependere a nemine*; duo esse *immensa* et quae sunt generis eiusdem. Ne itaque aut nuntium Cartesii decreto mitteret; aut cum *Socinianis*, quorum asseclae in Anglia et Belgio hodie nimium quantum se exerunt, *Deitatem secundae personae* improbe in dubium uocaret; talem opinionem quaesiuit inuenitque, qua utrumque uideretur euitasse. *Deum itaque neque filium generando, neque emittendo spiritum, trinunum factum; sed trinum in unitate, essentiali sua ac prima ratione, fuisse*, professus est, *antequam aut genuisse diceretur aut emisisse.* Ita ut tantum absit, *secundam diuinitatis personam a prima persona*, diuinitatis intuitu, *genitam esse*; quantum absit, quod *primam* personam *secunda* persona potuerit genuisse. Vno uerbo rem complectar: *personam secundam, intuitu tantum humanae naturae, genitum Dei filium dici; quam, respectu diuinae naturae, eadem ratione ac prima persona, ingenitam* nouae sententiae auctor opinatur. Adeoque *patris* et *filii uocabula in Trinitate nunquam futura fuisse*, idem perhibet nisi ad *lapsum Adami expiandum, ut Deus homo nasceretur, quo paterefieri humana, opus fuisset* [*d*]. Equidem nouae huius ac inauditae hactenus opinionis strenuum oppugnatorem doctissimus VITRINGA [*e*] egit, cuius indefessa opera alios etiam in societatem certaminis traxit [*f*]. Ast uero nisi omnia me fallunt, parum effici poterit; nisi physicum illud *in rebus naturalibus* principium e theologia, ex ipsius etiam Renati sententia, prorsus exulet; *distinctum rei conceptum unicum κριτήριον esse ueritatis* [*g*]. Gignit is error etiam alios plures; illum maxime, quod eius patroni *rationem hominis omni demum lapsu eximant*; sed hunc infra discutiemus contra *Rationalistas* [*h*]. Interim ego, ut ad scopum ueniam, rem ipsam Theologis relin-

Physica.

phon. cap. 2. (zz) *Conqueritur ita TERTVLLIANVS c. 7. praescript. adu. haeret. p. m. 398. Tom. III.* (a) *AMBROSIVS lib. I. de fide cap 4.* (b) *Lib. III. aduers. Pelag.* (c) *Praescript. aduers. haeret. c. VII. p. 397.* (d) *confer. eius theses Franequerae euulgatae et Responsio A. 1689 Vitringae facta. Inprimis uero liber cui titulus: Kort en Eenvoudig berigt van het verschil over de geboorte des Soons. etc.* (e) *Theologus Franequeranus Roellii collegae sui aduersarius Dissert. in contrariam edita.* [f] *Dauid HVGVENIVS in Christiano ratiocinante de generatione filii Dei ed. Duisb. 1690. 8r. Summus SPANHEMIVS elench. controuers. append. p. 970.* [g] *Henr. BRINK Toetsteen der Waarheid en de Dwalinge.* [h] *confer. Celeberr. Theologum Melch. LEYDEKERVM in Face ueris. Loc. X. controu. VIII. p. 462.* [i] *Rom.*

CAP. I.

relinquo diluendam, non uideo, quomodo haec Cartesianorum placita, cum illa summissione animi ac rationis, quam S. literis debemus, constare queat. Certus magis, pium et *regenitum hominem*, codicis diuini scrutatorem, in plurimis locis cum maximo gentium doctore [*i*] inclamaturum: ὦ βάθος, ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ. Nolite igitur mirari, o iuuenes! *homini* adhuc *naturali* dissuadendam esse *scientiam naturalem*, ζῶντι φυσικῷ fugiendam φυσικήν. Non enim praestantissimae disciplinae, sed hominum improborum culpa est, quare VANINI [*k*], SPINOSAE [*l*], HOBBESII [*m*], atheismi propugnatores alii ex schola physicorum uenerint et cur hodie fere male ubiuis audiat *medico-physicorum religio* [*n*].

Ethica.

Ad *practicas* disciplinas pedem moueo, inter illas ETHICAM utilissimis ad uitam moresq; formandos praeceptionibus instructam esse, nemo inficiabitur. Ast in illa ipsa *homo irregenitus* si progressus etiam fecerit, facundus tantum paraeneticus euadet; de quo hominum genere Seneca [*o*]: *plerique philosophorum tales sunt, ut sint diserti in conuicium suum: quos si audiat in auaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, professionis indicium putes. Sed hoc aliter intueri non decet, quam medicos, quorum tituli remedia habent, pyxides uenena.* Idem alio loco [*p*]: *aliter loqueris, aliter uiuis. Hoc Platoni obiectum est, obiectum Epicuro, obiectum Zenoni. Omnes enim dicebant, non quemadmodum ipsi uiuerent; sed quemadmodum uiuendum esset* et paulo post: *perseuero laudare uitam, non quam ago, sed quam agendam scio.* Eadem S. etiam Patrum querela fuit [*q*]: *philosophorum supercilia contemnimus, quos corruptores et adulteros nouimus et tyrannos, et semper aduersus sua uitia facundos. Nos non habitu sapientiam, sed* mente praeferimus. Discetis inde iuuenes! uirtutes in moribus tantum ostendere, non circumferre in animo, quotquot homines improbi ac irregeniti ethicam tractant.

§. VII.

Politica.

Ast uero quid nunc de *politicis*, ciuilium, publicorum, naturae ac gentium aliorumque *iurium peritis* dicam, si *homines* illi fuerint *irregeniti*? quam impiis artibus politicum instruit MACHIAVELLVS [*r*]! naturae ac gentium iura quam scelerate in *utilitate* HOBBESIVS [*s*], in *potentia* maledictus ille SPINOSA [*t*] ponunt? Et quam uarius, multiformis ac ipso Theseo mutabilior in religione H. GROTIVS fuit, summus iurium horum magister [*u*].

Iuris peritia.

Imo LIPSIVM, illum politicorum apicem, religionem ipso paganismo conspurcasse auctores, uere an falso non dixerim, ei obiectant [*x*]. Obtundite itaque aures uestras ab omnibus *politicorum* libellis, o iuuenes! donec illud animis uestris constanter inhaereat; πολίτευμα Christianorum esse ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Verum sentina quaedam iuris peritiae, ut tandem etiam de illius abusu quid dicam, impii non minus legulei sunt.

Iure ciuili priuato.

Horum certe sacrorum cultores, si *homines* fuerint *irregeniti*, pestis reipublicae euadent, qui esse salutis publicae custodes deberent et quos fas esset, iustitiae sacerdotes salutare; ueteratorum, scurrarum, fraudatorum, scelestis nominibus, se dignos reddent. Litium non compositores, sed seminatores; quasi ut protraherent eas facti essent, non ut procurarent; nec ut causae clientis seruirent, sed eius inhiarent marsupio. Strinxerunt contra improbitatem hanc illi calamum, qui *iudices, aduocatos, causidicos peccantes*, in publicum emisere. Quid? quod etiam sermo uulgi nunc sit; *bonus ICtus, malus Christianus.* Qua tamen in culpa iterum non *iurisprudentia* ponenda, diuini ac humani iuris piissima administratrix: sed illi reprehendendi hic sunt, qui, dum impiam mentem ad studium hoc iuris af-

[*i*] *Rom. c. XI. §. 33.* [*k*] *Dialogo de admirandis naturae arcanis.* [*l*] *Tractatu theologico-politico.* [*m*] *in Leuiathane.* [*n*] *Queritur de hac noxa ipse Thomas Browne auctor relig. medicae ab initio.* [*o*] *in exhortat.* [*p*] *Epistol. XVII. XVIII. seq.* [*q*] *MINVTIVS in Octau. qui uerba haec pleraque TERTVLLIANO debet. libr. de bono patientiae idem fere differenti. conf. LACTANTIVS lib. IV. c. 23.* [*r*] *in Principe. Cautionum in libro adhibendarum admonebit in animaduersionibus suis Conringius, melior Innocentio Gentiletto, qui in simili instituto, partim affectibus indulsit, partim auctorem ipsum non assequutus est.* [*s*] *in libro de Ciue, et alio quem Leuiathan inscripsit. Quae cauenda in auctore sint, commonstrant Guil. LAWSON, COQVIVS, FILMERVS, CVMBERLAND, TEMPLER, TENNISSON, WARDVS et si qui alii, qui librum sub censuram misere.* [*t*] *In tractatu theologico-politico, ac opere posthumo, quod scripsit Sed hi libri medelam non admittunt, digni potius, ut ex hominum memoria deleantur.* [*u*] *Arguit eiusdem summum uirum, cuius similem nulla fere aetas uiderat epistola Simplicis VERINI de libro posthumo H. Grotii; quem alius sub nomine Iusti PACII defendit. Vterque in eo sibi parum dissimilis, quod Grotius primum Caluini dogmatibus fuerit assuetus, mox Arminianos in deliciis habuerit, nonnunquam et ipsis fauerit Socinianis, demum Pontificiis tantum non prorsus fuerit addictus. Iudaizasse etiam in aliquibus, theologi quidam uolunt, mihi, ut aequius hic de eo sentiam, argumenta sunt.* [*x*] *Georg. THOMSONI uindicem ueritatis aduersus Iust. LIPSII Mei falso multa obiectare, non nego; quippe eius auctor saepius odio indulget, quandoque etiam sponte mendax est, non raro imperitiam in literis prodit, quarum censorem agere uult. Verum enim uero Lipsium saepius de religione scripsisse, quae illi, quam professus fuerat, minus conueniebant; deinde Deorum Dearumque nomina non raro appellasse, ubi unum ac uerum Deum Grammaticus inuocasset, certum est. Tales enim Linguae Lueneret acer codex noster ferre nequit. Ita Grotio utique exprobrandum uti neq; Erasmum ueniam* mere-

CAP. I.

ferunt, tales euadunt, quorum mores Ludov. MOLINAEVM [y] grauiter legimus expressisse: *lites et dissidia illi diuitias pepererunt, pro qua gratiam parem reponit: nam contentiones fouet et iurgia alit; dumque studet, ne clienti suum ius pereat, neue damnosis conditionibus cum aduersario depaciscatur, molesta sua curatione, causa quidem potiorem faciet, sed omni pecunia spoliabit; hoc pacto per uictoriam grauiori damno auctum, quam si causa cecidisset. In hoc pragmatico puluere, ueteribus negotiis dum noua semper accrescunt non uacat huic mulioni perpetuario conscientiam excutere, aut uitam recognoscere; nedum de morte cogitare: nam de die iudicii securus est, ut, qui suis captionum pedicis calleat artem iudicia uel morandi uel rescindendi.* Qui igitur iura tractare uultis, iuuenes! eo ante piis precibus contendite, ut *Sol iustitiae Christus in animis uestris exoriatur.*

Theologia. Ipsa denique castissima illa coeli progenies sacra *theologia* non nisi *bonae* mentis medicina est. Tenuerunt eum modum ueteris ecclesiae antistites, ut *poenitentia, fide* et quae his proxime cognata sunt, improbos animos ad Christianorum sacra inuitarent: fidei uero mysteria aperirent illis tantum, qui, paganis relictis, exuuiis omnis malitiae depositis, puram mentem ad Christianismum iam attulissent. Inde eam *philosophorum* methodum sequuti et ipsi christiani sunt, ut alios *exotericos* facerent; *interioris* disciplinae capaces iudicarent alios. Quod ipsum uel unus ORIGENES [z] nos abunde docebit, qui Celso, Christianis congressus clancularios obiectanti, ita respondit: *quod uero quaedam* Christianismo *insunt, quae non communicantur quibusuis: id non solius Christianae doctrinae proprium est, uerum etiam philosophicae: nam et illis erant alii ἐξωτερικοὶ λόγοι, alii ἐσωτερικοί. Sic alii Pythagoram audiebant, contenti ipsius autoritate: alii secrete discebant* rationes, *non euulgandas in profanos nondumque purgatos.* Ita enim est. Rationi per poenitentiam, fidem, humilitatem ceterasque uirtutes nondum purgatae sapientia diuinorum mysteriorum stultitia est; imo indignum, alienum, nec ineptum minus auditorem *acroamaticae theologiae* S. PAVLVS facit *hominem irregenitum. Piscatoriam* itaque fidem quaerite o iuuenes! antequam rationali uos theologia imbui, patiamini.

Ratio V. Exemplo ac testimonio theologorum. An primis seculis Christiani didicerint philosophiam?

§. VIII. Atque hunc demum discendi ordinem primitiuum quoque ecclesiam tenuisse, ut firmiter credam, certa mihi indicia sunt. *Christianos*, ex quo Apostoli, quos Spiritus S. nullis non artibus instruxerat, ut tot gentium idonei doctores essent, e uiuis excesserant, a philosophia, ab ethnicis etiam magistris discenda, nullo tempore abhorruisse, paulo inferius faciam commonstratum (*). Viderant enim sibi humanis quoque artibus opus esse; non ut crederent, sed uel explicarent credenda uel defenderent. *Alexandriam* itaque iuuenes suos amandabant Christiani, ut prima *fidei salutaris* fundamenta edocti, philosophia quoque animum excolerent, idoneumque redderent, ut sacras literas scite tractare, dogmata Christianorum facili ac distincta methodo alios docere, imo et propugnare sapienter, si ita res tulerit, contra aduersarios quosuis pollerent. Praeterea, qui ueteres ecclesiae scriptores legerit; intelliget simul, uerum esse, quod *Franc. de* FOGEROLLES (*aa*) alicubi scribit: *philosophorum nonnullos credentes, nonnullos etiam antiquis gentium ritibus insistentes, cum essent summe docti, sapientiae, oratoriae et artium liberalium, nullo Christiani nominis et ethnici discrimine, usque ad Gallieni Tempora, annum uidelicet a Christo nato CCLX. publicae professionis onus sustinuisse.* Et TERTVLLIANVS (*bb*) idem eo confirmat, quoniam genealogias Deorum gentilium audire quidem Christianis licitum esse, ne, ut addit, *secularia studia repudiet, sine quibus diuina esse non possunt;* non uero docere, ne docendo approbare tacite uiderentur, suo consilio suadet. Quod si igitur ex hisce manifestum satis est, Christianos et docuisse philosophiam et didicisse; illud facile ad euincendum nunc erit; tum demum sanctos ecclesiae patres iuuenes Christianos ad philosophiam audiendam admisisse, postquam Spiritum S. in animos eorum fidem in Deum ac Christum ingenerasse certissima indicia dedissent. Partim quoniam ad ethnicos philosophos audiendos mittebantur, ubi nondum bene firmatis animis ethnicismi uirus damnum afferre poterat; partim etiam quod optime nossent, quam male uertat *sapientia huius seculi* hominibus irregenitis. Sed neque hisce argumentis opus. Eiusdem enim huius cautionis christianos philosophiae ethnicae cultores aperte ac grauiter TERTVLLIANVS ipse (*cc*) admonet, inquiens: *cum fidelis haec*, de sapientia seculari et genealogiis Deorum ipsi sermo fuerat, *discit, si iam sapit, qui sit, neque recipit, neque admittit; multo magis, si dudum sapit. Nam ubi ceperit prius sapere, prius sapiat oportet, quod prius didicit, id est, de Deo et fide. Proinde illa despiciet, nec recipiet: et erit tam tutus,* quam

An post Christi dogmata didicerint?

---

mereri existimo, quod uterque parabolas in euangeliis *fabulas* dixit: *HVBERVS Obseru. iur. lib. I. c. 4.* [y] *In exemplari morum p.* 186. [z] *lib. I. contra Celsum p. m. 7.* [*] *uide interim, quae EVSEBIVS refert lib VI. hist. eccles. c. 15.* (*aa*) *Epistola ad libr. Porphyr. de abstinent. p. 8.* (*bb*) *Insigniis locus cap. X. de idololatr. p. 43.* (*cc*) *cap. X. de idololatr. p. m. 44.*

(*dd*) Apo-

CAP. I. *quam qui sciens uenenum ab ignaro accipit, nec bibit.* Qua methodo seruata, dici non potest, quantum adiumenti ex humanis artibus coeperit purior theologia. Vnde IVSTINVS, qui seculo post chr. nat. secundo floruit, alicubi (*dd*) inquit: *longe ampliores sunt res nostrae doctrinis humanis factae.* Sed haec inferius expediemus, de commoditatibus philosophiae ex instituto dissertaturi. Atque ita philosophiam non nisi *ab homine regenito*, qui Christi dogmata, quantum ad tesseram salutatis fidei satis est, pio animo imbibit, discendam esse; sufficienter prima hac cautione nobis uidemur commonstrasse. Hanc tamen sententiam meam nolim ita quis accipiat, ac *si acroamaticam istam theologiam*, qualis hodie in Academiis futuris ecclesiae doctoribus proponitur, ante discendam esse existimem; quam animum suum literarum ac scientiarum praesidiis muniuerint iuuenes idoneumque talia cum fructu audiendi reddiderint. *Catechesis* enim sufficit, ut ad pietatem proficiamus, quam in quouis philosophiae cultore propter allatas hucusque causas exigimus. *A theologis enim*, quales acroamatica siue curatiori ista theologia sacri studii cultores euadere debent, *longe plurima nec unius generis literas*, totius nempe philosophiae cursum, ut mox explicat, *requiri*, cum maximo huius aetatis theologo, Iacobo SPENERO prorsus existimo. Hoc enim casu BASILII illud approbo, dum inquit: *sicut tinctores, ut perfectum purpurae colorem panno obducant, inferiorem alium colorem subtexere solent: ita se habere humanas disciplinas ad diuinam scientiam* (*ee*). Quod idem etiam PHILO ita expressit (*ff*): *sicut in magnis argumentis magna etiam prooemia esse oportet: iure igitur* theologia *non leuibus aut breuibus utetur prooemiis, sed grammatica, rhetorica et omni logica contemplatione imbuetur.* Trahitque comparationem a Sara, quae parere non potuit, donec Hagar ancillam marito suo dederit: sic et nos, ait, *non sumus apti prolem suscipere ex uirtute, nisi prius misceamur eius ancillae. Est autem sapientiae ancilla, illa, quae in liberalibus artibus scientia ponitur. Capi debent ea,* CLEMENS *ait* (*gg*), *quae proponuntur,* a studii theologici cultoribus id exigit, *quamuis credantur, antequam possint intelligi,* quod de catechesis uerum est. Quibus credere sufficit ad uitam salutarem, dicente ORIGENE (*hh*). Et hactenus de prima cautione philosophia post dogmata Christi discenda, dixisse sufficiat.

An acroamatica theologia discenda, antequam intellectum instruxeris philosophia?

CAVTIO II. §. IX. Suus cuique homini uti genius est, ita et indoles. Facie et mente, uultu ac animo, corporis robore et uiribus ingenii multum inter nos distamus mortales. Reperias VVLGARIA passim ingenia, quae uel *parua* sunt, ut ab omni arduo ac praeclaro labore abhorreant; uel ita *dura*, *pinguia*, *obtusa*, ut ad disciplinam sint inepta prorsus; uel *tortuosa, perplexa, intricata*, quae paruo quidem negotio se inuoluunt, sed nullo labore expediunt; uel *mollia* et *delicata*, quae nullum laboris onus perferunt et sustinent; uel *somniculosa* demum, quae sopore quodam ad quosuis conatus obtorpescunt. Ast contra EGREGIAS etiam ANIMAS offendes, ab indole quidem uulgarium prorsus alienas, inter se tamen uarias non minus ac dissimiles. Huius quippe generis homines alii *memoria* pollent; alii uigent *iudicio*; nonnulli ingenii *acumine* praestant; quidam *subita* sunt, sed minus *firma*; in aliis *tarditatem* constantia compensat; quos uero aequus pariter ubique amauerit, ut *diuina* illa ingenia, quae celeria simul et stabilia sunt, atque eadem facilitate et inueniunt et iudicant, proh dolor! inter plurimos paucissimi reperiuntur. Quodsi nunc causam huius disparitatis recte assequor, boni ac sapientis conditoris argumentum esse omnino existimo. Cum enim non uno officiorum genere indigeamus mortales, optimum Numen diuersa ingenia ad munera diuersa, tacito quodam mysterio, ordinasse, omnia tamen, quotquot sunt, ut homini prodessent, constituisse, credendum est. Rem hanc per exempla declarabimus. Ita diuinam sapientiam spirat theologia, ast quis agros coleret? si omnes essemus theologi. Pari modo beata respublica, si eam philosophi regunt; ast quam miseram et pauperem, si ciues omnes otio literario indulgerent. Vitae custodia medicina est; sed medicus non alit uiuos, non tuetur. Imo quamuis pacatam reddere ciuitatem Ictus doceat: urbs tamen, ut commerciis floreat, ut aedificiis amplior fiat ac ornatior, ut opificibus, manuariis, artificibus, operariis quibuscumque instruatur; hae demum aliena ab illis artes sunt. Quodsi ergo diuersa in societate esse munia uideamus: uir sapiens ea inter homines ita distributa uolet, prout quemlibet a natura alicui operi factum esse idoneum aduertit. Sane, qui ingenium, quod ad agrum colendum est aptum, scholae obtrudit: aut quod natum ad obsequia; regendae reipublicae praeficit: aut pastores facit, qui oues futurae fuerint meliores; aut denique acutum philosophum fieri uult, quem ingenii esse obtusi uoluit na-

§. IIX. IX. A PHILOSOPHIA VVLGARIA INGENIA SIBI TEMPERENT.

Ingeniorum uarietas.

Causa uarietatis quae?

An utile sit reipublicae uniuersim doctos ciues habere?

Contra naturae iura peccat, qui retuso ingenio commendat philosophiam.

(*dd*) *Apolog. I.* (*ee*) *Locum ipsum Oliuer.* BOWLES *Anglus suggessit in Pastore Euangel. c. XI. p. 78.* (*ff*) *de coag. erud. caus.* (*gg*) *lib. I. stromat.* (*hh*) *lib. I. contra Celsum p. m. 7.* (*ii*) *Edo*

CAP. I. §. IX.

natura: illi omnes, quantum ego assequor, contra ipsa naturae iura et ordinem Dei, mentium conditoris, grauiter ac imprudenter peccant. Oues *ad sobolem generandam eliguntur, quae corpore sunt amplo, lana molli, uentre piloso.* Piscem *enturi eius naturam inquirimus, colorem spectamus, corporis uniuersi habitum consideramus.* Arborem *plantaturi generis nobilitatem sciscitamus, teretem trunci rectitudinem, libri integritatem, nodorum nitescente surculo crebritatem speculamur*; ait non

Delectus ingeniorum hodie negligitur.

nemo (*ii*): ast uero, nullo delectu facto, nulla habita ratione, omni uere discrimine sublato ad sublimiora artium studia homines admittuntur. Quasi eadem omnibus ingeniis ad scientiarum fastigia peruenienda esset aptitudo. Olim ueteribus trita sermone prouerbia erant: Mercurium non ex quouis ligno fieri; quocirco inuita nihil Minerua esse faciendum. Proh! quam migrarunt hunc morem secula hodierna. Parentes nunc uideas, qui filios nondum editos in matris iam utero certis artibus ac studiis consecrant; quasi a uotis paternis ingenia liberorum penderent, et consequeretur statim filium bonum, qui talem ueilet. Alios aduertas, qui uix natos studiis sacris deuouent, non aliter, ac si pietatis esset, ecclesiasticis muneribus homines obtrudere ineptos. Sunt etiam, qui ut parentum sequi uestigia uideantur, aduersus torrentem uolunt nauigare. Nonnulli ad magna se natos credunt, quod magnas opes possideant. Sapientiam forte uenalem esse rati; iuscii prorsus, parua ingenia diuitias quandoque maximas circumferre. O caecutientes hominum animos! o iniquos ingeniorum aestimatores! Accidit inde, *ut*, quod Seneca (*kk*) dixit, *coacta ingenia male respondeant, et reluctante natura irritus sit labor.* Quo ex errore quanta ecclesiae, respublicae, omnes denique societates damna patiantur, prolixius est, quam ut nunc tractare possimus. PYTHA-

A ueteribus in pretio habitus.

GORAS (*ll*) neminem ad scientias discendas admisit, nisi in quo corporis forma eximii ingenii coniecturam ipsi fecisset. Ego quamuis artem istam non extra casum omnem ita positam existimem, ut *praestantissimum quandoque ingenium sub quauis cute latere posse* (*mm*), inficier: ingeniorum tamen ante delectum habendum esse, quam studia, officia, muniaque iuuenibus commendemus, ex iis, quae dicta sunt hactenus, omnino statuo. Quisquis igitur hanc rem suo momento rite ponderauerit, is absque dubio eam inter CAVTIONES NOSTRAS alterum locum mereri, mecum arbitrabitur. Quod si enim ho-

diernam Academiarum, quae ingeniorum officinae sunt, faciem intentis oculis intueamur: bone Deus! quam in contrarias partes itur, quam inordinatis, confusis, ac perturbatis conatibus ad doctrinas quasque audiendas confluere solet imperita iuuentus. Quid in aliis disciplinis hac ratione peccetur, lubens omitto: quanta autem iactura in philosophia tractanda eadem negligatur cautio; id potissimum dicere in praesenti instituimus. Philosophiam, quae animorum cultura est, ingeniis officere, nemo conabitur asseuerare: non eosdem uero omnes e philosophia fructus capere, id tantum non quotidie experimur. Ingenia *parua* titubabunt ac humi repent; quantumuis eis, *nihil tam altum natura constituisse, quo uirtus non possit eniti*, inculcaueris ex philosophia: neque ex Asiaticis Attica ex *obtusis subtilia* ars *logica* faciet, mentis quamuis medicina: quae natura deinde *tortuosa et perplexa* fuut, ea nec *prompta* reddes, etsi adminibus distinctionum instruxeris et praeceptionibus sapientiae: quid? quod ex *intricatis* dilucida per mathesin neque Euclides fecerit: et parum ad eloquentiae flumen *Rhetorica* conferet linguae natura balbutienti: *mollia* tandem neque physicorum neque historicorum se deliciis obruent: *somniculosa* demum hominis etiam ac ciuis officiorum admonita uix excitabis; adeo illud quadantenus hic uerum est, quod, ingeniorum aestimator, *Tullius* dixit: *quid? asinum literas doceam? non opus est uerbis, sed fustibus.* Atque hanc in geniorum uarietatem imbecillitatemque ueteres ecclesiae doctores in causa habuisse censeo, quod non omnibus eodem modo commendarent *philosophiam.* Illustria, prompta, facilia, firma ingenia ad haec studia deligebant: cetera infirmiora ac debiliora theologiae tantum principiis ad populum docendum instituebant. Testem huius rei ORIGENEM (*nn*) nominabimus, qui *Celso*, Christianis ignorantiam et barbariem obiectanti, ita respondet: *si possibile esset omnes homines*, de Christianis loquitur, *relictis uitae curis uacare philosophiae, nemini Christiano aliam uiam insistendam praeter solam hanc. Quod uero est impossibile* διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθενείαν, propter infirma hominum ingenia, *quotusquisque enim est*, pergit, *qui ad hanc cognitionem aspirat?* Et clarius de eodem EVSEBIVS (*oo*) refert: *erat namque et mos iste, ut si quos nostrorum adulescentulorum* ex Christianis scilicet, *ingeniosos uideret, et lectioni satis deditos, traderet eis etiam ea, quibus philosophi uelut primis*

Philosophia in paruis prodesse nequit inepto ad philosophandum.

Veteris ecclesiae doctores ingeniosis tantum iuuenibus Christianorum commendasse philosophiam.

(*ii*) *Edo NEVHVSIVS lib. I. ingen. hum. c. 2. p. 57.* (*kk*) *de Tranquill. anim. c. 6. in fin.* (*ll*) *IAMBLICHO id docente de uita Pythag. cap. XVII. p. m. 77.* (*mm*) *SENECAE uerba sunt Epist. LXVI. pag. 87.* (*nn*) *lib. I. contra Celsum p. m. 9.* (*oo*) *lib. VI. hist. eccles. c. 15. p. m. 365.*

(*pp*) *lib*

mis elementis discentes imbuere solent. Quod idem etiam piissimi uiri *Hieronymi* SAVANOROLAE (*pp*) consilium est, dum inquit: *quamuis per se philosophiae studere non sit illicitum: non expedit tamen omnibus, in ea ingenium* infirmum *perdere. Felicissimam profecto iudicarem rempublicam Christianam, si, retenta pristina scripturarum simplicitate, quosdam duntaxat probos ac ingeniosos uiros eligeret, qui propter haereticorum uersutias cum theologia disciplinas hat perdiscerent: caeteri post grammaticae scientiam cum bonis moribus sacras literas docerentur.* Ad similem fere modum *Melch.* CANVS (*qq*) de suae etiam religionis sociis, quod MIREBIS, ait: *est lex apud nostros sanctissima, quae in huiusmodi disciplinis*, de philosophia ipsi sermo est, *solum adolescentes neque omnes, sed ingeniosos exercet: grandioribus natu ingenioque tardiore studia haec interdicit.* Quod institutum olim Bonifacii VIII. an. CIↃ CCC. proditur in cap. 2. *ne clerici uel monachi secularibus negotiis se immisceant* X. in 6. Verba pontificis sunt haec: *Vt periculosa religiosis euagandi materia subtrahatur*, inhibemus, *ne accedat ad quaeuis* studia litterarum, *nisi a suo praelato* licentia *illi concessa*. Excommunicationis *incurrat sententiam ipso facto transgressor.* Doctores, *qui religiosos* physicam *docent, simili sententia sint innodati.* Sed obiecerit quis; an *uulgaribus* etiam illis ingeniis intercludenda ad sublimiora haec studia uia sit? quae ad immanissimi cuiusuis laboris constantiam, perseuerantiam, stabilitatemque in studiis facerent spem. Verum enimuero annon imprudentem agricolam diceres? qui petrae sulcum imprimeret, aut aratro perstringeret arenarias; cui pinguis terra, in quam semen spargeret, nunquam defuisset. Aut quis adeo demens est? qui, ut *pedibus* literas pingat, graui ac molesta uult opera discere: si expeditae ei *manus* sunt ad scribendum. Profecto cui ad iter aliquod celerius conficiendum equus generosus praesto est, is mula uehi non cupiet, quae calcaribus indiget, aculeo, stimulis, aliis incitamentis. Sic inconueniens non minus in republica est, *uulgaribus* ingeniis lustra dare ad ea discenda; quae *eximia* illa per spatium aliquot tantum annorum, parua aut nulla fere opera, felicius longe excolere queunt. Quid? quod uerissimum etiam sit, quod nonnemo scribit (*rr*): *Crassa et inepta ingenia terris sterilibus similia sunt, quae, quo diutius coluntur, eo minus fructum afferunt, aut nautis imperitis, qui mare et uentos perpetuo accusant, neque ad por-*

An uulgaria etiam ingenia ad discend. phil. admittendi?

tum nisi casu pertingunt. Certe enim, nisi prorsus fallor, obtusi animi uir grauem reddere et Deo et reipublicae rationem tenetur, temporis illius, quod impendit plus iusto arti, ad quam se natura penitus sentit ineptum. Quid? quod sceleftae ambitionis lapsus sit, ultra progredi uelle, quam consultrix et prouida natura uires concessit. Quae omnia eum in finem affero; ut *uulgaria ingenia ab audienda philosophia*, altera hac cautione, *arcenda* esse, clarius commonstrem. CICERONI igitur (*ss*) aurem hic demus, cuius dignissima uerba, ut iis hunc articulum claudamus. *Sic enim est faciendum*, inquit, *ut contra naturam diuersum nihil contendamus: ea tamen conseruata, propriam naturam sequamur. Neque enim attinet repugnare naturae, nec quicquam sequi, quod assequi nequeas. Natura uelut dictator quidam domesticus est, cui parendum.*

CAVTIO III. A PHILOSOPHIA ABSTINEANT PRORSVS, QVI EAM LIBARE TANTVM, NON HAVRIRE CVPIVNT.

Ratio I. Quia non cortex philosophiae prodest; sed nucleus.

§. X. *Philosophiam, obiter libatam a Deo abducere; penitus haustam reducere ad eundem* VERVLAMIVS (*tt*) dixit et idem calculo suo, princeps suae aetatis theologus, SPENERVS (*uu*) adprobauit. Vt enim odorum suauitates e floribus tum demum afflantur; cum manibus eos contriueris, aut contuderis pistillo: ita philosophiam ille tantum ad suam referre utilitatem poterit, qui cognouit eam penitius. Ludere syllogismis, pontem asinorum calcare, ex *logica tyrones* discunt: sed per ratiocinia ad quamuis inde sapientiam erudiuntur *ueterani*. *Illis metaphysica* inanis ὀφολογία est; *his* uera mentis medicina. Qui physicae limen ingreditur, is ineptire aut more fanaticorum fingere putabit philosophos, dum tanta solicitudine ac contentione animi de principiis corporum naturalium decertant. Dum hic *formis substantialibus* fauet; ille Platonicas *ideas*, ceu idola quaedam, suspicit; iste *particulari* philosophiae, *atomorum* doctrinae, addicit animum, et uel *homogeneas* partes cum Democrito statuit, uel heterogeneas cum Epicuro: alius iterum *elementa* huc trahit, ut Empedocles: quidam in hoc numero aut *terram* ponit tantum, ut Hesiodus; aut *aquam* ut Thales; aut, ut Diogenes, *aerem*; aut *ignem*, ut Heraclitus: nonnulli etiam Helmontii fermento fidem adstruunt: neque iidem *elementa* approbant Cartesii: ceteri propriis figmentis suis eadem in re malunt indulgere. Haec sane non dogmata scientiae nobilissimae; sed hominum otiosorum deliramenta esse, rudes in hac arte reputabunt. Verum enim uero, quotusquisque in hac rerum naturalium scientia progressiones fecit et

(*pp*) *lib. III. de scient. pag.* 84. (*qq*) *lib. IX. institut. cap. IX. p. m.* 428. (*rr*) *Pastorius in ministro status pag.* 20. (*ss*) *lib. I. de Offic.* (*tt*) *de augm. scient. lib. I. pag.* 10. (*uu*) *in confessione naturae contra atheistas part. I p.* 125. (*xx*) *Si-*

CAP. I. §. X.

et ad intimiora atque recondita magis eius deuenit secreta; is demum utilitatem ad seclusa naturae arcana rimanda, ad quaeuis soluenda feliciter phaenomena, imo ad imitationem ipsius naturae plurimum ac tantum non omnia conferre aduertet. AVERROIS illo admonitus: *minimum etiam errorem in principiis ita multiplicari, ut in maximos desinat sub finem.* Ita per singulas possem disciplinas ire, nisi uel haec sufficere uiderentur, ad intelligendum, quam pestilentissima animalia eruditioni sint homines leuiter eruditi. Praeterea suo deinde iudicio, qui tyrones sapientiae manent, et sibi nocent et aliis.

Rat. II. Semidocti male de ipsa doctrina indicant.

Quando enim in literarum elementis nihil fere inueniunt, quod uel sua uenustate allicere, uel tenere dignitate, uel utilitate ac fructu animos eorum pascere queat: praepostere ac perperam e cortice nucleum iudicant, et cum radices disciplinarum amarae sint, ipsam philosophiae dulcedinem peruerse aspernantur. Perinde ac si gemmae negligi deberent, quas deformis in matrice lapis obnubit: aut non curari unio, quia aspera ac impolita concha tegitur. Sane artium ac literarum studia metalliferis montibus non absimilia sunt; qui aurum non in limine ostentant, sed medio fere terrae gremio recondunt. Insuper apud alios quoque, proh! quam iniqui doctrinae iudices homines semidocti. *De poeta iudicare nonnisi poetae idque excellentis esse*, dixerat olim TAVBMANNVS. Quidni ad alia scientiarum genera idem applicemus? Qui iudicandi arte non pollet, is male iudicabit de logica: neque rhetoricam laudabit; nisi qui eloquentiae sensit uim: et ab eo physices noli elogium expectare, qui in rebus naturalibus hospes est: sic in reliquis scientiis quo quisque rudior est, eo magis iniquior erit ad iudicandum. Quae adeo uera sunt, ut tanti hodie bonarum artium contemptus hanc potissimam esse causam existimem, quod nostra aetas tot alat semidoctos. Prudentiae enim nunc artes sunt (*xx*): ad speciem discere; sapientiam non in animo, sed lingua habere; plus loqui posse, quam scias; summatim dicam: non esse eruditum, sed uideri. Atque id hominum genus, prout coeca saepius fortuna eos ad grauia munera euehit, maximam partem, quod omnino dolendum, censores, arbitros ac iudices agere debet literarum et literatorum. Hi quid et quamdiu, quid prius, quid posterius discendum, non suadent in literaria republica, sed imperant. Quocirca artes, quas non intelligunt, communiter sugillant lacerantque, quod tantae quidem artis non est. Imo facilius nihil esse dixerim homini maledico; quam innocentes literas conuiciis rodere; apud ignaram maxime iuuentutem. Qui Barbara, darapti, felapton, inculta immaniaque auribus uocabula, ex logica capit tantum; is disciplinae huius ignaro facile persuadebit, eam ad ingenii culturam nihil quicquam conferre. Sic monstra parere metaphysicam ille credit, qui praeter haecceitates, homeitates, aut quodlibetarias quaestiones inde accepit nihil. Et qui rhetoricam explodere artem uult, troporum, figurarum, chriarum molesto numero auditores fatiget. Sic in ceteris etiam artibus nouus ille Lucianus, Cornelius Agrippa adeo ignotus non est, quin maledicum dentem ex isto libello acuere queant disciplinarum obtrectatores.

Ratio III. Leuiter eruditi macula eruditionis sunt.

Ceterum, qui in leuiter eruditis illud etiam aduertunt; quod philosophia, quam uolunt didicisse, paruum aut nullum in uita iis fructum afferat: id colligunt, nihil praesidii animo ex illis studiis esse. Annon abiecte de Musica iudicaret? qui fidibus imperite canentem audiret tantum: aut quis mathesin non floccifaceret? si in calculo fallere identidem uideret arithmeticum. Adeo enim difficile, homini ignaro maxime, illud est, artem ab artifice, discipulum a disciplina, philosophum a philosophia, aut, ut scholae aiunt, a concreto abstractum, ut par est, distinguere. Vtinam igitur a uestibulis disciplinarum sibi caueant, qui in palladium sapientiae animum nequeunt inserre. Qua ego *cautione* in Academiis, ubi ad quaeuis studia quiuis sine discrimine solent admitti, illos a subselliis philosophantium abesse uelim; quos uel fortunae angustiae, uel alius casus citius ex Academiis auocat, quam ut coeptas artes condigne prosequi atque excolere queant.

An pauper philosophari debeat?

Non paupertatem in culpa pono; cum Senecae (*yy*) illud non minus certum sit: *multis ad philosophandum diuitias obstitisse.* Verum enim uero *indiget corpus*, uerba *Augustini* NIPHI (*zz*) sunt, *ad sui sustentationem exterioribus rebus. Quoniam licet mens, quae incorporea est, ad contemplandum sufficiat, homini autem, si speculari debet, primo sanitate est opus. Morbis enim sensus redduntur imbecilles, quibus homo ad speculandum fungitur. Indiget praeterea homo, ut seruetur, eduliis et famulatu etiam, ut ei ministrentur alia cuncta, quae ad uitam humanam necessaria sunt.* Quamuis enim doctrinae pabulum in Academiis gratuitum esse debeat, *ubi enim sunt,* qui

(xx) Similibus praeceptis homines auctor politici scelerati instruit. cap. IV. *(yy) Epist. XVII.* *(zz) Ad mentem ARISTOTELIS lib. X. ethic. c. 13. loquitur NIPHVS lib. I. de uera uiuendi libertate c. 3. p. m. 10.*

[a] Ser-

CAP. I. *qui scire uolunt, ut scientiam suam uendant, turpis quaestus est*, inquit BERNHARDVS [*a*]: in uictu tamen atque uestitu artium cultor nonnisi pecunia sibi poterit consulere. Animi quippe officinas sine mercede aperimus, non lernas ad potum et pastum. Quamobrem quoniam annos in Academiis iuueni longius extrahere non licet, quam ad cultum uictumque ei opes suppetunt; studiosum literarum, qui in paupertate est, cuicunque demum doctrinae generi animum addixerit, a philosophia sibi omnino temperare debere, existimo. Idque non propterea solum, ne nubem pro Iunone, corticem pro nucleo, pro margarita concham amplexetur: sed etiam ne illis studiis, quibus in republica merces est ad usus uitae necessarios, tempus iustum detrahat.

Cultor legum. Vt igitur huius generis iuuenes, qui praecones actionum et cantores formularum esse tantum uelint, illico lictis porticu et lyceo, ad aram Iustinianeam properent, e re ipsorum duxero.

Medicinae. Et qui empiricam exercere uelint, illos, omissis etiam propaedeumatibus, quae ceteris commendanda, quibus et tempus et otium est, ad eam non minus artem existimauero esse admittendos.

In sacro theologiae studio potior quaestio est; an ad illam quoque accessiones sint, absque praesidio sanioris philosophiae. Equidem illud fateor: non tantam olim, primis

Theologiae. seculis Christianis, philosophiae in theologia necessitudinem fuisse, atque posterioribus temporibus creditum iudicatumque. Cuius etiam rei allegari causae possunt.

R. I. Primo enim, cum rarius homines docti ad sacra Christianorum transirent; neque durissimae ethnicorum persecutiones paterentur, ut parentes Christiani liberos suos in literis instrui habere curam possent; magna penuria eruditorum theologorum prisca ecclesiae aetas laborauit; quod LACTANTIVS [*b*] inter impedimenta Christianismi referre nullus dubitat. Atque adeo boni tum etiam theologi fuerunt, qui boni tantum Christiani; quin imo magnis ecclesiarum doctoribus saepe illa defuisse legimus; quae ignorare nostra aetate infimo mystae dedecus esset. Ita se Ebraice prorsus nescire, absque rubore confessus est AVGVSTINVS [*c*].

R. II. Deinde rarius etiam certamina tum iniuerunt Christiani uel cum paganis uel cum haereticis; quod absque philosophia id perfici feliciter non posse et ipsi agnoscerent. Nam S. IGNATII [*d*]

A praeceptum est: *μόνον προσεύχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, ἐάν πως μετανοήσωσιν, ὅπερ δύσκολον.*

§. X. R. III. Posteriori praeterea aetate, ubi tot dubitationibus, scopulis, inficiationibus, quaestionibus nouis, intricatis, acie mentis sublimioribus, quibus homines ambitiosi, turbulenti, litigiosi, nouaturientes puriorem ecclesiae doctrinam afflixerunt nonnunquam et uitiarunt; factum est: ut nouis formulis ueros S. literarum sen-B sus a peruersis ac falsis interpretamentis distinguere, pristina autem S. theologiae uocabula locutionesque curatius definire, necessarium fuerit. Summatim dicam, cautiores propter haereticos fieri eos oportuit in loquendo; ut S. AVGVSTINVS [*e*], qui inquit: *Pelagianis nondum litigantibus, de libero arbitrio securius loquebamur.* Neque alia de causa tanta hodieque solicitudine de causarum, C operum, meriti, substantiae, personae, aliorumque uocabulorum, quae ex Lyceo desumpta sunt, definitionibus agimus; quam, ut, erroribus inde obice posito, ueritatem diuini uerbi ab omnibus dubitationibus uindicemus. Ad id enim profuisse haereses in ecclesia existimo, quod rite credentibus stimulos addiderint ad diligentius inuestigandam ueritatem. Certe enim quemque doctorem D *ad sui fere seculi certamina* studiis operisque respexisse inuenimus [*f*]. Vnde magnum olim theologum memini dixisse: *nunquam diabolum per nouam haeresin ecclesiam afflixisse, quin noua ad tenebras dispellendas luce Spir. S. diuinam scripturam illustrauerit.* Vt adeo maxima augmenta a pristinis temporibus theologiam cepisse, nonnulli existiment. Quae omnia sane quotusquisque aequa E lance expenderit: is philosophiam primis ecclesiae initiis utilem, nostrae aetati tantum non necessariam esse indicabit. Verum enimuero faciant tamen haec ipsa, quae hactenus exposui, ut cum superius laudato summo Viro I. SPENERO firmiter credam; etiam absque praesidiis philosophiae theologiam doceri ac disci posse [*g*]: si quidem ad simplicem istam docendi rationem sacrum hoc studium F quis reuocare in gratiam discentium ἀφιλοσόφων uoluerit. Atque vtinam hac uia illi irent et manuducerentur omnes, quorum siue fortunae siue ingenio negatum, ut sublimiores artes, dogmata philosophorum, rite prosequantur. Nam iniquum temporis distributorem dixero, qui, dum biennii spatio studia sua in academiis circumscripsit, unum annum logicis, metaphysicis, phy-

[*a*] *Sermone XXXVI. in canticum.* [*b*] *lib. V. cap. I. et II. pag. 459. 460.* [*c*] *confer. Thysii dissertat. miscellan. Q. XXX. Tom. I. opusc. Creaii* [*d*] *Epistola ad Smyrnaeos p. m. 3. edit. Vossianae.* [*e*] *lib. I. contra Iulianum.* [*f*] *Martin. CHEMNITIO dicente prooem. loc. commun p. 15. adde, quae habet LAVNOIS de fortuna Aristot. p. 253.* [*g*] *differt. de studio theolog.*

[*h*] *Fide*

CAP. I.

physicis, ethicis, aut similibus disciplinis A addiscendis uoluerit emetiri. Primo enim, qui utilia necessariis, perdita sic opera praefert, is ei non absimilis est; qui aureo superbire cingulo uult, cum ne tunicam quidem habeat, quo tegat corpus. Et eadem sane dementia; ac si cupedia quis laboraret, cui panis non esset, ut famem extingueret. Deinde quanto damno libetur philosophia, si non et hauriatur; id superius exposui. Post in ecB clesia Dei non episcopis et magnis antistitibus solum: uerum et mystis, diaconis, pastoribus ad catechetas erudiendos est opus. Vti primo ac altero seculo non omnes CLEMENTES, DIONYSII, IGNATII, PHILONES, ATHENAGORAE fuerunt, qui eruditissimi uiri facundia sua atque scientiis, e schola philosophorum petitis dogmata Christianorum mirum quantum collustrarunt. Viuant magna, qui maC gna eloqui nequeunt: et qui dicendo non ualent; uiuendo prosint: balbutiet lingua, dummodo mores non claudicent: stet in pulpito, qui stare in cathedra nescit. Ipsum ecclesiae caput, Christus, ἔθετο ὁ τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδασκάλους· πρὸς τὸν καταρτισμὸν τῶν ἁγίων, εἰς ἔργον διακονίας &c. Non igitur propterea arcerem a studio theologiae, si cetera bonam mentem afferant, quibus D uia praeclusa est ad discendam philosophiam. *Per pauciores pie doctos copiosissimis apparatibus inuictissimae rationis fidem armauit, fidei clementissimus imperator: uerum in arcem fidei ceteros recipimus, ut pro eis iam in tuto positis fortissima ratione pugnetur*, inquit AVGVSTINVS [h] *Indoctum quippe armamus fide, doctum etiam ratione*, ORIGINES [i] non uno loco ait. Qui idem etiam eandem hanc cauE tionem clarius exprimit, dum inquit: ὅτι εἰ μὲν οἷόν τε πάντας καταλιπόντας τὰ τοῦ βίου πράγματα σχολάζειν τῷ φιλοσοφεῖν, ἄλλην ὁδὸν οὐ μεταδιωκτέον οὐδενὶ, ἢ ταύτην μόνην. εἰ δὲ ἀμήχανον, διὰ τὰς τοῦ βίου ἀνάγκας. Ceterum S. theologiae cultoribus, qui rerum angustia premuntur, illud beati BERNHARDI [k] consilium commendo, ubi inquit: *Est quidem per se omnis scientia bona, sed quia tempus breue est, tu ea scire prius et amplius curato, quae* F *senseris uiciniora saluti. Scias ordinem sciendi; ut id prius, quod maturius ad salutem.*

CAVTIO IV. NE IN PHILOSOPHIA NIMII SIMVS.

§. XI. Non libandam; sed hauriendam esse philosophiam, doctum est hactenus. Haec, ne eo sensu quis accipiat; ac si nulla hic peccari nimietate possit; no-

§. XI.

ua impraesentiarum cautione, ceu terminis quibusdam, quicquid idcirco diximus, circumscribendum esse, sumus arbitrati. Suus cuique rei modus est, in philosophia illud inprimis cauendum; *ut ne quid nimis. Philosophandum, sed paucis: nam omnino haud placet*, testatissimum apud prudentiores etiam ethnicos dictum erat [l]. Et philosophum Christianum maxime nimia quaeq; resecare oportet in philosophia. Parcat is tempori primum; idque cum officiis, quae Deo, quae proximo, quae sibi ac curae suae quisque salutis debet, rite partiatur. *Eos quoque sacerdotes patres nostri reprehendunt, qui plus nimio philosophorum libris indulgent*, doctissimus CANVS [m] admonet. Noluerunt enim illi, pergit idem, quos occupationibus grauissimis et maxime necessariis oportebat esse districtos, eos philosophiae studiis praepediri. BASILIVS certe et Gregorius XIII. annis, ut literis sacris totos se dederent, sapientiae secularis libris omnibus ualedixerunt [n]. Testatur de se ipso HIERONYMVS [o]; annis XV. nullum sapientium gentilium librum ne in manus quidem eius uenisse. Et CLEMENS Alex. [p] animi tantum relaxandi ergo philosophos legere doctoribus ecclesiae permittit. Fugax enim est uita nostra; et quo plus temporis studiis humanis impartimur, in diuinis adimamus necesse est, quibus nos Christi religio consecrauit. Exhorrescimus ad ea Christiani, quae CANVS [q] de suis narrat: *audiuimus*, inquit, *Italos quosdam, qui suis et Aristoteli et Auerroi tantum temporis dant, quantum s. literis ii, qui maxime s. doctrina delectantur. Ex quo nata sunt in Italia pestifera illa dogmata de mortalitate animae et diuina circa res humanas improuidentia.* Sed hac noxa Italos [r] dignos esse existimaueris, non Germanos, qui facilius circa parum, quam nimium in philosophia peccant. Ex instituto tamen nimia in quouis etiam scientiae genere studia MORHOFIVS [s] perstringit habita eius causa oratione. Deinde cum tot utilissimis praeceptionibus abundet philosophia, ab inutilibus et lubricis saepe quaestionibus nobis temperemus. Digna est SENECAE [t] epistola, ut propterea a quouis, idque non semel, sed saepius legatur. *Plus scire uelle, quam sit satis, intemperantiae genus est*, inquit idem. *Quid? quod ista liberalium artium consectatio molestos, uerbosos, intempestiuos sibi placentes facit, et ideo non discentes necessaria, quia super, uacua*

I. in tempore.

II. In re ipsa.

[h] *Fide doctissimi CANI lib IX c. 9.* [i] *Lib I. contra Celsum p. 9.* [k] *Sermon. XXXIII. in canticum.* [l] *TVLLIVS lib. II. Quaest. Tusculan. et lib. II de Orat. p. m. 389. APVLEIVS in Apolog. p. m. 281. GELLIVS lib. V. noct attic. cap. 15. et 16.* [m] *lib. IX. c. 9.* [n] *RVFFINVS lib. X. hist. c. 9.* [o] *in epistol. ad Galat.* [p] *lib. VI strom.* [q] *lib. X. cap. 5. p. 446.* [r] *Nimios semper in philosophia Italos fuisse, exemplis G. NAVDAEVS comprobat, praefat. in Aug. Niph. opuscula politica p. 11.* [s] *de intemperantia in studiis p. 110. Volum. Orat.* [t] *Epist LXXXIII. p. m. 119.*

[u] Vt

CAP. I.

uacua didicerunt. Quatuor millia librorum, rem enim nunc exemplis exprobrat, *Didymus Grammaticus scripsit: miser, si tam multa superuacua legisset. In his libris de partu Homeri quaeritur; in his de Aeneae matre uera; in his, libidinosior Anacreon, an ebriosior uixerit; in his an Sappho publica fuerit et alia quae erant dediscenda, si scires. I nunc, et longam esse uitam nega*. Verum enimuero utinam non eandem labem innocentibus literis fecissent Christiani quidam philosophi. Notata sunt hoc ignominiae genere superiora secula maxime [*u*], quae foecundissimam dixeris quaestionum leuissimarum, inutilium, monstrosarum, puerilium que ineptiarum parentem. Pleni sunt libri fere omnes, istis temporibus scripti, querelarum, quas meliori doctrina exculti de eius generis quisquiliis passim habuerunt. Mitto nunc iustas Erasmi, Lutheri, Melanchthonis aliorumque [*x*] reprehensiones, in quas doctores illi *singulares, subtiles, irrefragabiles, illuminati, solennes, fundatissimi, famosi*, perniciosissimis subtilitatibus incurrerunt; ne partium forte studiosus in subsidium uidear adhibuisse. *Melchiorem* CANVM [*y*] eo lubentius hic testem produco, quod is homo et doctus sit et prudens, inter suos etiam maximi nominis theologus. Ita uero ille: *praeclare autem cum eo agetur, cui praeceptor contigerit et eruditus et pius, qui uanis quaestionibus declinatis utiles et necessarias seligat, doceatque discipulos; esse aliquam doctam, ut ita dicam, ignorantiam, sapientiusque esse, quaedam nescire. Nostri autem theologi, importunis uel locis longa de his oratione disserunt, quae nec iuuenes portare possunt nec senes ferre. Quis enim ferre posset disputationes illas de* uniuersalibus, de *nominum* analogia, *de primo* cognito, de *principio* indiuiduationis, *sic enim inscribunt, de distinctione* quantitatis *a re quanta, de* maximo *et* minimo, *de* infinito, *de* intensione, *de*

§. XI.

A remissionibus, *de* proportionibus, *de* gradibus *deque aliis huiusmodi sexcentis, quae ego etiam cum nec essem ingenio nimis arcto, nec his intelligendis parum temporis et diligentiae adhibuissem animo uel informare non poteram.** Puderet me dicere non intelligere, si ipsi intelligerent, qui haec tractarunt. *Quid uero illas nunc quaestiones referamus?* Num Deus materiam facere possit sine forma? num plures angelos

B eiusdem speciei condere? num continuum in omnes suas partes diuidere? num relationem a subiecto separare *aliasque multo uaniores, quas scribere hic nec libet nec decet, ne, qui in hunc forte locum inciderint, ex quorundam ingenio omnes scholae auctores aestiment.* Aperte locutus esse auctor mihi uidetur, non *Ioanni* LAVNOIO [*z*], eius in religione quamuis socio, in ordine fratri; qui inquit; *recte et*

C *apposite Canus omnia. Sed aperte sentire timuit contra, quam sentit uulgus theologorum ordinis sui. Non enim semper licet, nec tutum est etiam in iis, quae explorata sunt, pronunciare.* Possem hoc loco singulis disciplinis ingentem numerum atque farraginem quandam inutilium dogmatum allegare, quae iuuenibus nauseam in literas afferunt, hominibus uero eruditis stomachum mouent in literatos,

D qui pretiosissimi temporis atque aetatis, quae et breuis est et fugax, ita prodigi sunt, ut eius nullam rationem habeant, sed eius generis leuibus, ineptis ac nugatoriis argumentis conterunt ac perdunt. Verum spatii ac temporis angustia filum iubet abrumpere. Cetera enim cautionum genera *de cancellis rationis nostrae contra rationalistas; de libertate ingenii contra philosophos sectarios; de*

E *eo, quod gentilismum sapit apud philosophos, oratores, poetas*, et si quae alia huc fecerint, ad extremum usque singulis disputationibus, Deo dante, exequemur.

* * *

[*u*] *Vt Carolstadius confessus est, quod leues e philosophia quaestiones eum theologiae doctorem fecerint, antequam sacras literas euoluisset.* [*x*] *lib. IX. c. 7.* [*y*] *Cateruas inutilium quaestiuncularum* BINDERVS *collegit. c. II. de theol. scholast. pag. 20. sqq. Quamuis, id etiam uerissimum sit, quod saepius nostrates pro rebus inutilibus habeant, quibus tamen pontificii in suam minimum theologia queunt carere.* [*z*] *de uaria Aristot. fortuna c. IX.*

OPVSCVLVM II.
HISTORIA QVADRIPARTITAE ERVDITIONIS
in epitome exhibita,
an. cIↄ Iↄcc XI.

QVoties de uerae eruditionis natura et indole mihi incidit cogitatio, toties quoque de uulgari eius in partes diuisione cogitare coepi. Viget hodie per uniuersam fere Europam *quadripartita diuisio*, quum lippis et tonsoribus notum sit, eruditionem dispesci solere in *theologicam, iuridicam, medicam et philosophicam, sub qua ultima artium quoque liberalium comprehendi solent disciplinae.* Sed originem et fundamentum diuidendi non aeque obuia esse, testantur diuersa uirorum doctorum de hac diuisione iudicia. Alii enim, ut ineptam eam deridentes, dicunt, eam ab homine quodam, cuius uniuersam bibliothecam quatuor libri, *codex scilicet sacer, corpus iuris Iustinianei, Hippocrates et Aristoteles* constituerint, ortam, adeoque plane fortuitam esse. Etenim ut fortuna nouem peperit Musas, quum antiquitus non nisi tres essent, ita eamdem quoque genuisse eruditionem quadripartitam: ueram namque eruditionem non esse nisi unam; aut si quis illam in partes secernere uelit, aliam existimant instituendam esse diuisionem. Alii contra, ut uulgarem diuisionem sartam tectamque conseruent, in perquirendo et inueniendo diuisionis fundamento sese admodum macerare solent. Haec igitur iudiciorum diuersitas mihi occasionem dedit curatius in diuisionis originem ex historia litteraria inquirendi; quum partim ipsemet animaduerterem, sine huius subsidio de illa commode iudicium ferri non posse, partim etiam ILLVSTREM (*) quendam Academiae nostrae VIRVM eodem uiderem inclinantem, eundemque suo hac in re exemplo mihi praeeuntem haberem. Quum manum primum huic rei admouerem, sperabam, me paucis plagulis rem totam complexurum; uerum creuit ita sub manibus labor, ut quae breuissima coeperat institui dissertatio, in mediocrem fere exiret tractatum. Hunc autem dissertationis loco exhibere, quum nec temporis ratio, nec aliae permitterent caussae, eius tantum epitomen praemittere coactus fui. Ne mireris ergo, B. L. neque mihi uitio uertas, quod hic fere nullum, siue antiquiorem, siue recentiorem scriptorem, pro adstruendis iis, quae a me adferuntur, adduxerim. Nolo enim existimes, gratis forsan ista fingi et eadem opera, qua ista a me adfirmantur, ab alio quouis posse negari. Totam enim huius delineationis elaboratam et fide dignis, antiquissimorum plerumque scriptorum ac monumentorum testimoniis corroboratam tractationem D. V. breui habebis. His interim lineis beneuole utere.

§. I. Ii,

(*) ILLVSTREM DOMINVM CHRIST. THOMASIVM, almae huius Fridericianae DIRECTOREM AC PROFESSOREM PRIMARIVM intelligo. Etenim, quum in uicina Salana degens, saepius de hoc argumento cogitassem, iamque operi manum admouissem, incidi forte fortuna in quoddam recentissimorum LAVDATI VIRI programmatum, in quo *de ortu et progressu quatuor facultatum* quaedam disseruerat, sed, ut uerbis EIVS uti mihi liceat, *proratione instituti paucissima.* Interim, quum hoc programmate haud parum adiutus fuerim; maxime uero, quum subsidiis in eo commendatis frui erim usus, [pace tamen ILLVSTRIS VIRI, ut spero] publice hoc, non sine grati animi signo, profiteri debui.

§. I.

§. I.

Ii, qui historiae mediocriter modo sunt gnari, facile mecum fatebuntur, eruditionem non ab omni aeuo ita, uti apud nos a quinque circiter factum est saeculis, fuisse diuisam. Immo, *apud nullam antiquarum gentium istam uiguisse consuetudinem , ut illi , qui studiis uacabant , unice aut theologiae, aut iurisprudentiae, aut medicinae, aut philosophiae, aut denique liberalium artium studiis se manciparent, ex breui perlustratione totius historiae litterariae patebit.* Eadem uero illa denique docebit, *qua ratione et occasione ista diuisio circa saeculi XII. et XIII. confinia in Academia Parisiensi fuerit nata.* Vt igitur ab Ebraeorum gente incipiam, dudum obseruarunt uiri docti, eos, qui Adamum, Sethum, Abrahamum, Iacobum, Salomonem, aliosque sapientes ex populo Ebraeo uiros sibi finxerunt, uel, ut artium liberalium et philosophiae magistros, uel, ut illos, quos trium facultatum doctores adpellare solemus, sibi de antiqua eruditione imaginem formasse ex statu hodiernae, seque saniorum risui exposuisse. Ad liberandos enim istos uiros a suspicione rusticae, quam illi metuunt, ruditatis, uel ad conciliandum eo maiorem hodiernae eruditioni honorem, ridicula eiusmodi non opus est metamorphosi. Celebrantur quidem tempore iudicum Israëliticorum scholae prophetarum in urbibus Siloh ac Ramatha Gileadis, et sub regibus scholae in Bethel, Hiericho, Gilgal et alibi, sed illas *non tam ad encyclopaediae studia , quam religionis instituta imbibenda formatas et compositas fuisse*, docti non male existimarunt. Post Esdrae tempora, quum Iudaeorum respublica nouis subinde, tam internis, quam externis laceraretur dissidiis, eamque ob caussam Iudaei in Graeciam, Italiamque legatos mitterent, foedera cum Graecis et Romanis contracturos, paulatim quoque inceperunt eruditionem Graecanicam cum ueteri sua coniungere. Et licet postea Hellenistarum illorum pruritus paululum fuerit coërcitus per anathema illud,

ארור ארם שלמד בנו חכמת יונית

maledictus sit, quisquis filium suum docuerit sapientiam Graecanicam, tempore Hasmonaeorum conditum, non defuere tamen Philones, qui, artes liberales cum Agare, Sarae ancilla, comparantes existimarunt, *nos prius ancillae misceri debere, quam ex uirtute prolem concipere possimus.* Post haec in Hillelis, eiusque ex discipulo postea aemuli Schammai scholis, intra contentiones de legis Mosaicae interpretatione Hebraeorum eruditio se continuit. Et quamuis multae circa et post illud aeuum, enumerari soleant illorum Academiae, hae tamen iisdem finibus fuere terminatae et praeter nomen cum hodiernis nostris uix unum aut alterum

A habuerunt commune. Saeculo post C. N. secundo, quum pedetentim traditiones a Iudaeis colligerentur et ex illis Talmud utrumque, Hierosolymitanum ac Babylonicum, progressu temporis prodiret, in eo, siue illustrando, siue obscurando, toti omnes fuerunt ad saeculum usque XI. quo euersis penitus ipsorum in Babylonia scholis, in Europam, praesertim uero in Hispaniam, se contulerunt.
B Erexerunt quidem passim scholas, pro legis studio propagando, quia tamen philosophia Aristotelea ab Arabibus dudum fuerat resuscitata, in eam magno ardore inuolarunt et non modo ipsum Aristotelem, sed et Arabes ac Christianos in omni studiorum genere, siue philosophia, siue medicina, siue mathesi, siue aliis quibuscunque scientiis fuerunt imitati, unico iuris Iustinianei studio excepto.
C Quumque hic eruditionis status apud Iudaeos ad nostra fere tempora durauerit, facile liquet, frustra apud illos *quadripartitae eruditionis* originem quaeri. Non male tamen ex hactenus dictis colligitur, quod Iudaei Graecos et ante illud tempus, durante captiuitate Babylonica, etiam Chaldaeos, ac post multa denique saecula Arabes ac Christianos, in studiis ab illis excultis sectari coeperint.

§. II.

D §. II. Frustra quoque esset, qui quadripartitae eruditionis ortum inter eos, quos barbaros Graeci adpellarunt, quaereret; siue illi sint Asiatici, siue Africani, siue Europaei. Nec enim illi siue eruditionis, siue eruditorum anxiam instituerunt diuisionem, sed quas partes eruditionis, pro ratione et diuersitate regionis, quam incoluere, sibi maxime obuias, uel utiles iudicarunt, illis uacauere; quamquam etiam
E una gens interdum ab altera quasdam scientias mutuari est solita. Ita inter Asiaticos Chaldaei, quia *in camporum aequoribus habitarunt, ubi ex terra nihil eminebat, quod contemplationi coelorum officere posset*, in astronomiae et astrologiae studio ad superstitionem usque elaborarunt, eamque quam de Deo et rebus naturalibus cognitionem habuere, illa foedarunt, incantationibus et artibus magicis
F dediti. Omnes uero istas disciplinas tradidere ii, qui speciatim Chaldaei uocati sunt, quorum distinctae quidem a nonnullis constitui solent classes, pro diuersitate disciplinarum ab ipsis traditarum, coniectura tamen non omni exceptione maiore. Vicini Persae in sua eruditione Chaldaeos ex parte sunt sequuti, quamuis illi, qui eruditionem inter illos propagarunt, magi dicti, ob moralem maxime
G ac ciuilem doctrinam commendari soleant, ut alia ipsis tribui solita omittam. Persis quoque uicini fuerunt Indi, quorum eruditi, Gymnosophistae dicti, in Sarmanas ac Brachmanas diuisi, partim a uirtutum studio et ciuili prudentia, partim

CAP. I. tim ab astronomia, physiologia, arte medica et aliis quibusdam laudantur. Phoenices, loci maritimi commoditate ad mercaturam adlecti, arithmeticam, artem nauticam, siderum scientiam, aliasque artes mercaturae inseruientes excoluere; ne quid dicam de uberiore litterarum cultura, rerum naturalium cognitione, aliisque quae ipsis adscribuntur. In Africa Aegyptiorum prophetae ac sacerdotes omnis generis doctrinas proposuisse dicuntur. Ad geometriae culturam, quae ab illis etiam hoc nomen accepit, annuae inundationes ipsos adegerunt. Ad astronomiae, musicae, naturalis et moralis doctrinae, legumque ciuilium notitiam adquirendam, satis quoque sacerdotibus superfuit otii; ut taceam chemiae, quae ipsis tribui solet, nec non artis medicae inuentionem, cuius origines alibi fusius exponentur. Tam frequens enim huius artis inter Aegyptios cultura fuit, ut Gryllus apud Plutarchum dicere non uereatur: Τους μεν Αιγυπτιους παντας ιατρους ακουομεν, Audimus, Aegyptios omnes esse medicos. Quae Libyorum, quae Aethiopum fuerit eruditio in astronomia, aliisque scientiis, hic recensere non uacat, quum generatim obseruasse sufficiat, quatuor eruditionis et eruditorum classes apud illos non deprehendi. Inter barbaros Europaeos ut eruditi laudati sunt Thraces, quos tamen alii Graecis adnumerant. Apud illos uero unus idemque Orpheus et qui eum in propaganda eruditione sequuti sunt, doctrinam de Deo, de rebus naturalibus ac moralibus, siderum scientiam et si quae alia sunt, tradiderunt. Idem quoque Celtarum et Gallorum Druides ac Bardi fecerunt. *Druidas* enim *de sideribus et eorum motu, de mundi et terrarum magnitudine, de Deorum ui ac potestate disputasse, sacrificia publica ac priuata curasse, religiones interpretatos fuisse, si de hereditate, si de finibus controuersia fuit, decreuisse, praemia poenasque constituisse*, nec medicae artis, nec aliarum quarundam ignaros fuisse, scriptores testantur. Antiquis nostris Germanis docti quidam ingeniosa uerborum Taciti interpretatione eamdem eruditionis laudem uindicarunt, quanquam nondum omnem hac in re scrupulum exemerunt. Ad barbaros denique et Pythagoras referri solet, qui in uariis et diuturnis peregrinationibus inter Aegyptios, Babylonios, Persas, aliasque gentes, nihil solidae eruditionis intactum reliquit, unde et postea eamdem illis auditoribus, quos ut idoneos explorauerat, propinauit, eosque per musicam, astronomiam, ac geometriam, ad naturalium, hinc ad diuinarum rerum et ciuilis prudentiae cognitionem duxit; ut artem medicam, aliasque secretiores scientias, quibus suos imbuit, praetermittam. Puto autem, ex

A hactenus dictis satis patere, barbaros eamdem eruditionis diuisionem nobiscum haud fecisse; eruditos autem inter illos raro in classes, nunquam autem easdem cum nostris, fuisse distinctos, sed illos uniuersam plerumq; quae inter ipsos uigebat, eruditionem tradere consueuisse. §. II. III.

§. III. A barbaris eruditionem accepere Graeci, qui id laudis merentur, quod accepta clarius distinctiusque, nec interdum B sine augmentis, proposuerint. Ne quid dicam de eruditione, quam heroicam apellare solent, quaeque consistebat in prudentia administrandae reipublicae, legumque ferendarum, inter antiquissima eruditionis genera apud Graecos refertur eruditio poëtica. Ligata enim scribendi consuetudo soluto sermone apud Graecos fertur antiquior; siue mos iste ex imitatione oraculi Delphici, quod C metrico plerumque sermone respondebat, siue ex imitatione antiquissimorum Thraciorum poëtarum, profluxerit. Hoc interim certum, antiquissimos scriptores Graecorum, ut Homerum et alios quosdam poëtas, diuinos uiros fuisse creditos. Quia enim suis carminibus partim fabulas de diis decantarunt, et quidem non stilo uulgari ac soluto, sed ligato eoque elegantissimo, tanta illorum D apud omnes fuit admiratio, ut theologos eos adpellarent et uiros, qui diuino adflatu sua perscripserint poëmata. Partim etiam, qui mores hominum formarunt, deque rerum naturalium ortu multa immiscuerunt, Graecis eo tempore loco philosophorum postea apud illos exortorum fuerunt. In tanta igitur poëtarum existimatione mirum non est, per aliquot fere saecula neminem, qui se E suaque scripta posteritati commendata uoluit, alio quam ligato sermone scribere uoluisse, atque hac occasione etiam primo tragoediam, hinc comoediam antiquam, mediam, et nouam fuisse ortas. Interea tamen dum poëtae, praesertim illi, qui circa comoediam nouam ac mediam occupati fuere, uitia hominum false riserunt ac uellicarunt, philosophia quoque lacertos mouere incepit. Initio taF men nemo ex philosophis antiquissimorum poëtarum et in primis Homeri auctoritatem, sine summae impietatis suspicione aperte impugnare est ausus, sed Pythagoras, Plato aliique magna sunt usi prudentia, ut Homerum, non quidem penitus e docentium ac discentium exciterent manibus, eius tamen nimiam auctoritatem sensim deprimerent. Hac igitur ratione Graeci paulatim, G quamuis aegre, ab istis poëtarum fabulis, ad uerius eruditionis genus sunt ducti. Notandum tamen, quod antequam Graeci animum ad philosophiam adiecerunt, quatuor disciplinis arithmetica, geometria, musica et astronomia imbui con-

§. III. confueuerint; quae hinc etiam specia-tim μαθηματα, h. e. disciplinae sunt uocatae. Ad ipsa tamen mathemata demum accesserunt, postquam aliis quatuor artibus, quae populares Latinis dici solent, fuerunt initiati. Modus enim institutionis apud illos hic fuit: Graeci linguis extraneis addiscendis tempus terere non sunt soliti, sed uernacula sua contenti fuerunt. Quumque in hac artes omnes et ipsa quoque philosophiae tradita fuerint, ab anno aetatis septimo, per grammaticen, quae postea grammatistice dicta est, ad lectionem poëtarum aliorumque scriptorum, hinc ad mathemata, et ab his denique ad philosophiam duci consueuerunt. Etenim partim lege, partim consuetudine et usu, inter Graecos receptum fuit, ut initium institutionis fieret a poëtarum lectione, ad discendam ex illis non modo stili elegantiam, sed etiam ad religionis instituta, historiam uniuersam et quae ad mores formandos pertinent, inde haurienda. Hunc igitur in finem institutionis exordium fieri debuit a legendi et scribendi arte, cum qua alii duas, alii tres artes, puerilibus animis accommodas, coniunxere. At adeo artium omnium, quibus imbuti fuerunt liberi honestiorum ex populo (unde et populares latinis dictas esse aliqui coniectant) quatuor essent: grammatistice scilicet, h. e. legendi, scribendi ac rudis computandi peritia, gymnastice s. exercitatio corporis, musice s. ars canendi et graphice s. ars pingendi. A puerilibus istis artibus transiuerunt ad quatuor istas disciplinas antea laudatas; quamquam alii etiam pauciores numerarunt, unam sub altera comprehendentes. Tanta uero mathematum fuit necessitas, ut Pythagoras, Plato aliique, neminem, nisi illis rite imbutum, ad suas admitterent ακροασεις, nec philosophi, utpote mathematicis saepe utentes exemplis, sine matheseos cognitione intelligi possent; licet negari non possit, Epicurum, Stoicos et alios quosdam, non magnum statuisse matheseos pretium. Ceterum quatuor hisce disciplinis paulatim duae aliae additae fuerunt; grammatice scilicet et rhetorice; qua ratione numerus προπαιδευματων, siue disciplinarum philosophiae studio praemitti solitarum, e quaternario in senarium est mutatus; quae disciplina εγκυκλοπαιδειας nomine sunt adpellatae, ut multa alia nomina mittam. Addunt quidem nonnulli huic senario disciplinarum cyclicarum numero septimam dialecticen; uerum haec a latinis maxime saeculo post C. N. quinto inter προπαιδευματα est relata. Vt enim taceam, quod Platoni nomine dialectices theologia naturalis maxime intelligatur, antiquitus istud doctrinae genus a philosophis, Zenone Eleate aliisque, primum est

A exultum, quum pars logices esset dialectice, immo a quibusdam philosophis uniuersa logice hoc nomine comprehenderetur. Negari tamen non potest, breui etiam consuetudinem inualuisse, ut rudibus adolescentibus haec ars, tanquam egregium extemporalis loquacitatis subsidium, inculcaretur. Quantum uero ad grammaticen, illa in cyclicarum disciplinarum numerum tunc est B euecta, quando eam diuidere coeperunt in grammatisticen ac grammaticen strictius dictam; illam priorem quidem restringendo ad solam legendi, scribendi et rudem computandi artem, posterioris huius autem fines ita dilatando, ut praeter uocabulorum euolutionem, historiam uniuersam, stili doctrinam, enarrationem, non poëtarum modo, sed et aliorum scriptorum, complecteretur. In C primis uero postquam Plato, Aristoteles aliique philosophi, de rebus ad grammaticen pertinentibus scribere non dubitarunt, ex puerilium artium numero illam eximi necesse fuit. Ad rhetoricen quod attinet, ea inuitis philophis in numerum προπαιδευματων est relata, et sicut antiquissimis temporibus ars dicendi non fuit exercitium adolescentum, ita nec ante philosophiam addisci est solita. Ete-D nim, qui tempore liberae reipublicae in urbe Atheniensi, utpote in qua ars ista est nata, suadere aliquid, aut dissuadere, accusare quempiam, aut defendere, uel denique adsentatorie aliquem laudare potuit, in eo mirabundae plebis defixi fuerunt oculi. Atq; hinc etiam orta sunt tria illa dicendi genera, deliberatiuum, quod συμβουλευτικον, item εκκλησιαστικον, siue δημηγορικον, iutidiciale, quod δικανικον, demonstratiuum, E quod πανηγυρικον siue εγκωμιαστικον Graeci uocarunt. Postquam enim aliqui obseruarunt, quid uehemens et copiosa posset oratio, paulatim, non oratores solum, quos πολιτικους seu δημηγορους adpellarunt, sunt orti, sed etiam rhetores et sophistae, h. e. tales, qui se et adolescentes in arte, siue dicendi, siue nugandi, exercuerunt. Peruersam autem hanc consuetudinem Socrates, Plato aliique cor-F dati philosophi reprehenderunt, subinde inculcantes, non ducendos esse adolescentes ad garriendi artem, priusquam sufficienti rerum philosophicarum notitia pectus impleuissent; quanquam hic surdis plerumque narrata fuit fabula. Ceterum eos, qui necessaria cyclicarum disciplinarum instructi erant notitia, philosophi intra sua admittere non dubitarunt limina; sicut illi contra, philo-G sophorum auditores facti, philosophiae studio se totos dediderunt, eamque, non, ut canis crocodili metu Nilum solet, primis labris degustarunt. Aliqui enim X. nonnulli XII. alii XIII. aliqui XVIII; immo pauci quidam uel XXX. annos §. III.

 phi-

philoſophiae ſtudio impendiſſe leguntur. Nec mirum; illae enim, quas nos facultates ſuperiores adpellamus, ipſis plane ignotae erant, unde nec philoſophia illarum credebatur eſſe inſtrumentum, ſed erat potius ipſe ſummus eruditionis apex. Partes quidem philoſophiae non conſtituerunt adeo multas: ex quo enim Thales cum ſchola Ionica naturalem doctrinam excoluerat, Socrates autem *philoſophiam deuocauerat e coelo, eamque in urbibus collocauerat, et in domos introduxerat, atque coegerat de uita et moribus, rebusque bonis ac malis quaerere*, et ſiue idem ille, ſiue eius diſcipulus Plato, ſiue quisquis alius, rationalem philoſophiam addiderat, non niſi tres prodierunt philoſophiae partes. Alii tamen duas tantum agnouerunt, rationalem uel pro inſtrumento, non autem pro parte philoſophiae reputantes, uel canonicam pro ea ſubſtituentes. In iſta autem partium paucitate tantus fuit philoſophiae ambitus, ut illa nihil eorum, quae hodienum a ueris eruditis ex rationis lumine tradi ſolent, praetermitteret. Senſim tamen multi philoſophorum dialecticis contentionibus et inanibus ſpeculationibus ita extra ſe ſunt rapti, ut debitae, tum animi, tum corporis, culturae obliuiſcerentur. Vnde etiam morum philoſophia non modo in philologiam degenerauit, ſed peculiaris quoque ſecta eſt orta, quae ſibi curam corporis humani eiusque ſanitatis uindicauit, de cuius inter Graecos ortu, progreſſu diuerſisque ſcholis in ipſa tractatione.

§. IV. Graecis eruditionem ſuam acceptam ferunt Romani, apud quos inter bella Punica comici primo innotuerunt, usque dum, ſubacta paulatim Graecia, pleraeque eruditionis Graecanicae partes in urbem Romanam migrarunt. Nec enim in omnibus Romani Graecos ſunt ſectati, id quod ſtatim circa initium inſtitutionis puerorum in artibus popularibus obſeruatur. A lectione tamen Homeri et Graecorum poëtarum itidem ſunt auſpicati; ſiquidem Romani contra morem apud alias gentes huc uſque receptum, Graecam tanquam peregrinam linguam, tanto ſtudio didicerunt, ut ab illa aeq; ordirentur, ac nos hodie a latina. Lectioni poëtarum aliquid ſcientiarum mathematicarum ſubiunxerunt, impari tamen cum Graecis diligentia. Ante Iulii enim Caeſaris tempora, rara illarum inter Romanos obſeruantur ueſtigia, id quod, quantum ad aſtronomiam, ineptum illud calendarium Romanum ſatis teſtatur. Immo, nec poſt Caeſaris tempora ſacerdotum hac in re ceſſauit ſtupiditas, quorum craſſos in intercalando admiſſos errores iam Auguſtus emendare fuit coactus. Poſt haec ſub imperatoribus una uel altera ſcientia mathematica, ut geometria, publice tradita uidetur, re-

A liquarum uero non adeo magnus fuit honos, ob inuiſum mathematicorum et aſtrologorum nomen; utpote in quod hominum genus, turbis et ſeditionibus ſaepius occaſionem praebens, aliquoties ſeuere fuit animaduerſum, uti legum reliquiae, quae hodienum in codice Iuſtinianeo ſuperſunt, teſtantur. Illae uero Graecanicae eruditionis partes, quas Romani maxime ſunt ſectati, ſunt gramma- B tice, rhetorice, philoſophia, ars medica et poëſis, quibus Romani, maximam partem de ſuo, addiderunt iurisprudentiam. Quod ad grammaticen, poſtquam Crates Mallotes primus eius ſtudium in urbem Romanam intulerat, ſenſim huius ſtudii exiſtimatio ualde creuit, dum illuſtres etiam in urbe uiri, ut Ter. Varro et Iulius Caeſar, ad artem grammaticam pertinentia ſcribere non dubitarunt. Secuti ue- C ro dudum grammatici inter Graecos limites ſuos dilatauerunt, inter Romanos in tantum fines ſuos migrarunt, ut etiam quaedam inſtitutionum genera ad eloquentiam pertinentia ſibi adrogarent. Amplificatis igitur artis ſuae terminis, nec antiquo grammaticorum nomine fuere contenti; aliqui enim ſe philologos, alii polyhiſtores, criticos aliqui, alii πολυμαθεῖς, ipſumque grammatices ſtudium D πολυμάθειαν, h. e. uariarum rerum cognitionem, adpellarunt. In tanto itaque grammaticorum honore, mirum non eſt, poſt rhetores, grammaticos Graecos et Latinos, uel ſolos, uel primos, in urbis et prouinciarum Romanarum ſcholis publica auctoritate docuiſſe et immunitatem ab oneribus obtinuiſſe. Durauitque iſta grammaticorum felicitas, ad Gothorum et maxime Longobardorum ali- E orumque irruptiones. Poſt illa enim tempora ſcholae grammaticae intra antiquos limites, legendi ſcilicet, ſcribendi et ad ſummum, latine balbutiendi notitiam, remearunt. Ad rhetoricen quod attinet, ea paulo difficilius a Romanis eſt admiſſa, quum tam MCto, quam edicto cenſorio fuerit eiecta. Paullatim tamen ars oratoria, in urbe Athenienſi nata, in urbem Romanam, uelut F proprium domicilium, immigrauit. Vſus autem illius apud Romanos idem, immo longe maior fuit, ac apud Graecos. *Quanto enim quisque plus dicendo poterat*, inquit Auctor dialogi de orator. *tanto facilius honores adſequebatur, tanto magis in ipſis honoribus collegas ſuos anteibat, tanto plus apud principes gratiae, plus auctoritatis apud patres, plus notitiae ac nominis apud plebem probabat. Hi clientelis* G *etiam exterarum nationum redundabant, hos ituri in prouincias magiſtratus reuerebantur, hos reuerſi colebant, hos praeturae et conſulatus ultro uocare uidebantur; hi ne priuati quidem ſine poteſtate erant, quum et ſenatum et populum conſilio et auctori-*

§. IV. *ctoritate regerent.* Haec enim et longe A plura emolumenta recenset laudatus auctor, qui alibi etiam exponit, quid accusando, aut defendendo, potuerint oratores. Antequam enim aduocati oratorum munus ad se pertraxerunt, in actione, aut defensione, caput rei ad oratorem rediit. Hinc etiam est, quod Tullius eloquentiae studium *artem primam*, iurisprudentiae autem *artem secundam* Romae habitam esse dicit. Mirum proinde B non est, Romanos mature filios suos in eloquentiae studio instituendos curasse et rhetores, tam Graecos, quam Latinos, inter professores, omnium fere primos im- ... itate et salariis publicis donatos fuisse, quae ipsorum felicitas itidem ad barbarorum usque irruptiones durauit. Poësis, eloquentiae studio cognata, inter prima quidem litterarum studia Romae fuit, nec tamen initio magnus fuit poëta- C rum honos; licet postea honoratiores esse coeperint. Quoad igitur Caesares inter lacrimas et suspiria sedere non dubitarunt, poëtae quoque suis recitationibus populi aures fatigare non desierunt; sed, deficientibus Maecenatibus, breui quoque defuere Marones. Paulo meliora fuere philosophiae inter Romanos fata. Licet enim initio philosophi, aeque ac rhetores, edicto censorio et SCto urbe D fuerint pulsi, libere tamen postea sunt admissi, omnesque Graecorum sectae illic uigere inceperunt, eminente tamen prae reliquis Stoica. Longe minoris autem pretii fuit philosophia apud Romanos, quam rhetorice et reliquae artes liberales. Vnde, quamuis aliqui imperatores honores et salaria philosophis constituissent, alii tamen postea illos professoribus adnumerare noluerunt. Conseruatum E est tamen qualecunque philosophiae studium ad barbarorum usque incursiones; post illas enim pauci philosophiam uel a limine salutarunt, sed plerique in triuio et quadriuio, quae tantum uia et aditus erant ad philosophiam, substiterunt. Ars quoque medica, non minus ac rhetorice atque philosophia, a Romanis aegre est recepta. Idem enim Cato censorius, qui rhetores et philosophos exsulare ius- F sit, medicos quoque Graecos urbe eiecit; uariaque fuit artis medicae ad tempora usque Augusti fortuna. Hunc enim quum Antonius (seu Artorius) Musa graui periculo sua medicina exemisset, non ipsi modo, sed toti medicorum ordini honores et emolumenta sunt decreta; steteruntque ista sub Galeno et aliis ad uastationes usque barbaricas. Legibus denique suis Romani tantum excitarunt stre- G pitum, ut nulla fere gens alia totius orbis. Initio quidem legum latarum cognitio pro eruditionis parte non fuit reputata, quamdiu scilicet *ICtus non erat, nisi leguleius quidam cautus et acutus, praeco acti-*

§. V. *onum, cantor formularum, auceps syllabarum*, ut Ciceronis uerbis utar. Sed *immenso aliarum super alias aceruato legum cumulo, quum ad multitudinem ac uarietatem infinitam esset peruentum, operosa facta est iuris intelligentia*, tumque in scholis, tam publicis, quam priuatis, leges explicari coeperunt. Ceterum, quia progressu temporis, ad nostrum usque aeuum, legum Romanarum scientia quartam fere eruditionis partem constituere coepit, ipsa tractatio illarum historiam succincte exponet. Enarrabit enim, quomodo ius Romanum toties fictum et a Iustiniano denique refictum, in foris uigere, inque tribus scholis, Romana, Berytiensi et Constantinopolitana publice doceri coeperit et quomodo ingruentibus barbaris fere utrobique eius usus in occidente ad saeculum usque XII. cessauerit; ubi interim in orientali imperio leges Iustinianeae aliam denuo induerunt faciem.

§. V. Quid Graeci, quid Romani, cum nostra eruditione conueniens, aut ab eadem abludens, tradiderint, ex hactenus dictis, ut spero, constat, ad ipsam igitur Christianorum nunc regrediendum erit eruditionem. Haec seculo post natum Seruatorem primo simplicissima omnisque artis expers fuit, unde miror, uiros quosdam doctos ad hoc tempus referre theologiae in formam artis redactae initia. Vacarunt autem Christiani fere unice lectioni et meditationi sacrarum litterarum, certo persuasi, omnem eruditionem paganorum, ne umbram quidem, illius sacrae referre. Saeculo uero II. sensim inceperunt praeter sacras litteras etiam eruditioni paganorum adquirendae operam nauare, quum partim acutissimi philosophorum ipsos impugnarent, partim etiam quidam ex illis, Christianorum sacra amplexi, τας των εξωθεν, seu των θυραθεν επιστημας, h. e. externas disciplinas secum adferrent. Hoc enim nomine quaeuis paganorum studia a Graecis sunt adpellata, sicut contra Latini ab eo tempore eruditionem distinguere inceperunt, in sacram et saecularem, siue externam. Tanta uero iam illo aeuo externae eruditionis credita est utilitas, ut, a tempore circiter Clementis Alexandrini, philosophiam theologiae ancillam adpellare inciperent, sicuti contra philosophiam artium liberalium dominam uocarunt. Nondum tamen adeo frequentem fuisse inter Christianos eruditionem externam, inde ex parte colligitur, quod illorum filii rarius in illa addiscenda christianis usi sunt magistris. Etenim, quae hoc saeculo in dies magis innotuere Christianorum scholae, fuerunt catecheticae, quas episcopi in ecclesiis suis, ad tradenda in illis christianae religionis capita, aperuerunt. Singulare namque est, quod schola catechetica, quae Alexandriae prae

§. V.

prae omnibus floruit, ab Eusebio et Hieronymo laudatur, quod celeberrimos habuerit *eruditionis tam in scripturis diuinis quam saeculari litteratura doctores*. Saeculo III. Christiani iam operosius artes liberales et philosophiam addiscere coeperunt, nam illorum filii, forsan ex defectu magistrorum christianorum, paganorum scholas diligenter frequentasse leguntur. Felicior uero hac in re iterum fuit ciuitas Alexandrina, cuius schola ecclesiastica magistris Christianorum sacris addictis instructa fuit, inter quos excelluit Origenes. Hic enim, ut scriptores antea adducti testantur, *discipulos suos non solum in diuinis, sed etiam externa philosophia instituit, et ad disciplinas philosophicas, quotquot se ei erudiendos commiserunt, induxit, illisque geometriam, arithmeticam et reliquas artes tradidit, ideo, quod nonnihil adiumenti ad sacrarum litterarum studia eas adferre posse, iudicaret*. Omnis igitur generis doctrinas, tam sacras, quam externas, primo tradidit unus idemque Origenes, et quidem solus, ubi contra inter paganos distinctae a se inuicem fuerunt grammatices, rhetorices, philosophiae et aliarum artium professiones. *Quum uero multitudini isti, quae in Origenis ludum uentitabat, formamdae, ipse solus non sufficeret, socium sibi adiunxit, cui eorum, qui recens imbui coeperant, institutionem commisit, ipse autem Origenes perfectioribus instituendis operam nauauit*. Laudantur quidem hoc saeculo et aliae Christianorum scholae, ut in urbe Antiochena et alibi, quemadmodum etiam in urbe Caesareensi Pamphilus presbyter scholam theologicam et philosophicam fertur erexisse; magnum tamen, non hoc solum, sed et sequenti IV. saeculo, nomen fuit scholae Alexandrinae. In hac enim illo aeuo *poëticam*, h. e. grammaticen, *rhetoricen, arithmethicen, geometriam, astronomiam, syllogismos Aristotelicos et philosophiam Platonis praelecta fuisse*, ex scriptoribus historiae ecclesiasticae constat. In aliis quoque ciuitatibus et locis, multi praecipuorum ecclesiae doctorum, in scholis grammaticorum, philosophorum et maxime rhetorum, siue sophistarum ethnicorum enutriti, eruditionem externam suis commendarunt, praescriptis tamen regulis, qua ratione antiqui poëtae, oratores et philosophi essent legendi. Nec leues fuisse Christianorum in eruditione saeculari profectus, ex interdicto Iuliani colligitur, qui grammatices et rhetorices nomine omnium liberalium artium studiis ipsis interdixisse uidetur. Saeculo V. paganorum scholis sensim decrescentibus, uiguerunt contra ad breue tempus scholae Christianorum. Sicuti uero hi consueuerant omnes artes liberales in una et eadem plerumque schola tradere, ita hanc consuetudinem aliquantisper quidem continuarunt, paullatim tamen duae scholae illarum tractationi sunt destinatae. Etenim, ex quo *Augustinus*, siue primus, siue inter primos, septem numerare coepit artes liberales, (quum plerique ante illum dialecticen ex illarum numero omitterent) easque in duas distinxit classes, tres scilicet logisticas et quatuor mathematicas; *Boethius* autem, qui saeculo V. et VI. floruit, primus *quadriuii* uoce de quatuor scientiis mathematicis usus est, sequentibus saeculis non solum usus uocum *triuii* et *quadriuii*, sed et inde denominatarum scholarum triuialium ubique fere innotuit. Ceterum, licet horum duumuirorum maxime opera Aristoteles in occidente innotuerit, illorum tamen scripta ipsis Aristoteleis sunt anteposita. Nam Augustini *dialectica*, quam in gratiam filii sui *Deodati* conscripserat, ad saeculum usque XIII. antequam Aristoteles publica auctoritate reciperetur, in multis scholis fuit praelecta; sicut nec in plerisque Boëthii *quadriuium* ignotum fuit. Rectius igitur *scholarum triuialium*, quam academicarum in hoc aeuo quaeruntur initia, et Bononienses, qui suae academiae antiquitatem ab hoc saeculo deducere non dubitarunt, merito a *Conringio* sunt explosi. Eiusdem autem, doctissimi ceteroquin uiri, iudicio, de eruditione et scholis monachorum occidentalium huius saeculi V. non in omnibus subscribere possum. Nec enim omnes monachi occidentales, licet Aegyptios monachos in multis fuerint sectati, tam rudes fuere, uti laudatus uir eos describit. Immo, nec monachos Aegyptios, siue huius, siue praecedentis saeculi IV. omnes indoctos fuisse, suo tempore patebit. Vnde nec uereor dicere, quod, quum barbari imperium occidentale, quod iam praecedenti inuaserant, in dies magis uastarent, bonae litterae in monasteria se abdiderint, in iisque, licet aegerrime, fuerint conseruatae. Ne enim quid dicam de *Cassiodoro*, qui monachos suos ita formare studuit, ut nec medicae, nec alius cuiusuis honestae artis ignaros eos relinqueret; ordo Benedicti hoc aeuo propullulans, in regula sibi praescripta, eruditionis saecularis propagationem quidem pro fine non habuit, pedetentim tamen saeculis sequentibus, praeter religionis et disciplinae monasticae instituta, etiam liberalium artium studia in monasteriis tradere incepit. Nec obstat illa, quam *Conringius* urget, manuum opera Benedictinis iniuncta, utpore quae non omnibus omne praeripuit tempus; ut taceam, quod illo aeuo, ex quorundam conciliorum decreto, *omnes clerici ad operandum ualidi artificiola ac litteras discere debuerint*. Quando igitur idem uir laudatus, quantum ad saeculum VII. et VIII. dicit, *altum esse illis tempori-*

bus

§. V.

bus de Benedictinorum eruditione silentium, uerba ista, praecipue quantum ad seculum VIII. emollienda uidentur; quamuis non diffitear, plerosque pro saeculi captu eruditos fuisse. Extra monasteria autem crassa regnauit ignorantia, non in occidente modo, ob barbarorum depopulationes, sed etiam in oriente per Muhammedismum, omnia obscurantem. Hac tamen laude defraudandi non sunt Arabes et Saraceni, quod saeculo VIII. maxime uero IX. et sequentibus, non solum Aristotelis philosophiam, uerum etiam scientias mathematicas, artem medicam et alias colere coeperint, easque ad saeculum usque XI. et XII. conseruauerint, quibus temporibus Christiani antiqua bonarum artium studia ab illis repetierunt. Denique ad saeculum VII. aliqui retulerunt Academiae Cantabrigiensis originem, quam uero *Antonius a Wood* expunxit. Verius ad hoc tempus referuntur theologiae in artis formam redactae primordia, a *Tayone* siue *Tagone* episcopo Caesaraugustano facta, sicuti saeculo VIII. in oriente idem fecit *Ioannes Damascenus*. In occidentis regno ad saeculi huius finem, aut non initium referri solent *Parisiensis Academiae fundamenta, a Carolo M.*, ut aiunt, *suadente Alcuino, iacta*. Verum licet haec historia, quorundam iudicio *adeo multis saeculis, tamque diuersis gentibus sit tradita, ut, illi consensui repugnare, sit pene frontem ferire, fabula tamen est, omnium, non antiquissimorum modo, sed et quotquot ad saeculum usque XII. uixerunt, fide dignorum scriptorum, partim silentio, partim contraria relatione, falsitatis conuicta*. Nec enim *monachus Sangallensis*, *Boeclero* ut huius rei testis laudatus, probat id, quod est in quaestione, quamuis forsan cum *monacho Egolismensi* aliquam occasionem dederit huic fabulae, ex *Vincentio Bellouacensi*, *Lupoldo de Babenberg*, aliisque recentioribus maxime haustae. Qui uero eidem Carolo Academiae *Ticinensis, Bononiensis, Patauinae*, immo et *Tolosanae* institutionem, cum *Lambecio* aliisque tribuunt, longe incertioribus nituntur traditionibus. Rectius huic imperatori, eiusque filio Ludouico Pio tribuuntur constitutiones (in comitiis et conciliis postea aliquoties repetitae) de scholis, in ecclesiis, quas cathedrales uocant et monasteriis, aperiendis, quae hinc *scholae episcopii et claustri* uocari solent, ut alias adpellationes et diuisiones hic mittam. Praeter illa uero duo scholarum genera aliquod tertium a Carolo institutum fingere uelle, academicum scilicet, antiquorum scriptorum testimoniis firmari haud poterit. Placet potius *Stephani Paschasii* generalis circa hanc rem obseruatio, qui in opere Gallico, quod sub inquisitionum seu originum Francicarum (*Recherches de France*) titulo emisit, recte monet, *nullam antiquissimarum academiarum simul et semel* (ut ita loqui liceat) *esse erectam, prout hodie plerumque fieri solet; sed antiquissimas, fere omnes, gradatim e scholis episcopii esse enatas*: id quod exemplis XIV. academiarum (tot enim ipsius aeuo in Gallia uigebant) probat, easque omnes, unica Cadomensi excepta, in ecclesiis cathedralibus dicit esse ortas. Recte quoque idem auctor obseruat, *quod illis scholis, quae litterarum studia semel coepta prae aliis strenue propagarunt, temporis progressu a principibus nomen uniuersitatis cum certis iuribus et priuilegiis fuerit concessum*. Quamuis ceteroquin aliqui non male coniectent, Carolum scholas istas episcopii ad imitationem celebris quondam Alexandrinae instituere uoluisse, ab huius tamen gloria omnes istae quam longissime absuere. Nam in plerisque, praeter rudem aliquam religionis capitum notitiam, nil didicerunt, *nisi psalmos, notas, computum, grammaticam* et rudimenta quaedam rhetorica, eaque maxime *in usum uitae clericalis*. Clericorum enim hoc tempore qualiacunque litterarum studia fere propria fuerunt, saecularibus contra plerumque ab illis abhorrentibus, Martique litantibus; unde etiam hoc circiter tempore clerici nomen significationem litterati induere coepit. Nec male forsan Galli quidam suspicantur, originem antiqui illius prouerbii gallici, *parler latin deuant les clercs*, hoc circiter aeuo quaerendam esse, quia scilicet soli clerici Latinam linguam utcunque callebant, uel potius balbutiebant. Postquam enim Francisci Assisii sectatores contra magistri morem litteras, pro saeculi captu, adamare coeperunt, prouerbium istud, in illorum honorem, paululum mutatum esse constat. Ceterum intra eosdem, cum illis episcopii, scholae quoque claustri se continuerunt terminos, nonnullis tamen exceptis, in quibus altiora mathematum et philosophiae studia discipulis suis instillarunt monachi. Maiorem in eo quoque scholae monasticae merentur laudem, quod maiori cum ardore fuerint propagatae. Licet enim certo cuidam e canonicorum collegio officium scholarum habendarum demandatum fuerit, qui hinc *scholasticus* est uocatus, is tamen officio suo negligenter saepe est functus, ubi contra monachorum longe maior hac in re fuit diligentia, longe maior quoque eruditio; qua de causa etiam multi ex illis ad episcopales dignitates sunt euocati. Nec tamen defuerunt plane scholae episcopii, sed aliae circa finem saeculi IX. sunt instauratae, id

§. V.

id quod de *Oxoniensi* fertur, quae tamen monachis quoque multum debet; aliae etiam nouae sunt erectae, *quod in schola Parisiensi obseruatur, primo ibi litteras tradente Remigio Antissiodorensi, circa annum* ɪↄ ᴄᴄᴄʟxxx. Continuata uero est schola Parisiensis saeculo X. ut reliquae episcopii scholae, sine magna tamen fama, et Oxoniensis maius uidetur quam Parisiensis fuisse nomen. Propagarunt quoque monachi suas scholas, illas maxime, quas *interiores* uocarunt, segnius tamen ac praecedenti saeculo, quamuis eruditorum ex Benedicti ordine monachorum numerus non adeo uideatur exiguus; qua de causa forsan etiam *Mabillonus* quaestionem mouit, *an saeculum X. adeo rude fuerit et indoctum, uti uulgo creditur?* Saeculo XI. *Constantinus*, Afer, monachus ordinis Benedicti, coenobii Cassinensis, Latine, Graece et Arabice doctissimus, artem medicam, quam inter Arabes didicerat, in occidente resuscitauit. Huic studio etiam alii post ipsum monachi in eodem coenobio operam dederunt, donec sub huius saeculi finem ars ista ex hoc monasterio in adiacentem urbem Salernitanam migraret, in qua saeculo XII. maxime floruit. Circa confinia quoque saeculi XI. et XII. philosophia Aristotelea in Gallia et inprimis Parisiis est restaurata. Quumque illic adhuc nil nisi rudis artium liberalium et theologiae cultura uiguisset, multi ex illis, qui liberalium artium studiis huc usque uacauerant, tanto ardore in Aristotelis philosophiam incubuerunt, ut non modo artes negligerent, sed et haereses, si non atheismum, ex Aristotele in ecclesiam inuehere dicerentur. Reliquae interim episcopii scholae pleraeque friguisse uidentur; hac de causa enim sub ipsa fere saeculi XII. initia in concilio Lateranensi decretum fuit, *ut per unamquamque ecclesiam magistro, qui clericos eiusdem et pauperes scholares gratis doceret, competens aliquod beneficium praebeatur*, quem magistrum adpellarunt *grammaticum*. Et quum surdae hic pulsarentur canonicorum aures, decretum istud aliquoties in sequentibus conciliis est iteratum. In Gallia tamen praeter Parisiensem, etiam *Laudunensis* et aliae quaedam ecclesiae cathedrales, hac in re diligentiores fuisse uidentur, utpote quae praeter *scholasticum* etiam peculiarem *theologum* habuerunt, qui, stilo illius aeui, *sacerdotes et alios in sacra pagina docuit*; quod ipsum postea per concilii generalis decretum omnibus ecclesiis metropolitanis est iniunctum. Quemadmodum uero saeculo XII. in urbe Salernitana ars medica reflorescere coepit, ita, postquam in uicina urbe Amalphi pandectarum Iustinianearum libri inuenti sunt, et circa illa quoque tempora, ut aliqui uolunt, codex Iustinianeus Rauennae, ius ciuile e tenebris in lucem rursus est protractum. Non multo enim post *Wernerius* siue *Irnerius*, qui artes liberales adhuc, siue ut alii uolunt, philosophiam Bononiae tradiderat, occasione controuersiae grammaticae, circa uocem *as* ortae, ius Iustinianeum euoluere illudque paulo post, *ad petitionem Mathildae comitissae*, ut nonnulli ferunt, in schola Bononiensi suis explicare incepit, unde mox in Galliae et Angliae scholas transuolauit. Sicut autem a multis iam saeculis codices canonum ecclesiae imitati fuerant codices iuris ciuilis, Gregorianum, Hermogenianum et Theodosianum; ita nunc instauratum ius ciuile breui insequutum est aliud quoddam ius aemulum, canonicum dictum, auctore *Gratiano*, Clusino, ordinis Benedicti monacho, de cuius et aliis ante ipsum factis canonum collectionibus alibi. Eodem fere tempore *Petrus Lombardus*, scholastici primum munere fungens, sed postea episcopus Parisiensis factus suos sententiarum libros in lucem edidit. Ars quoque medica circa illud tempus ex Italia in Galliam, urbemque Parisiensem est perlata: qua ratione ex omnibus artibus ac scientiis a saeculo circiter resuscitatis in isthac urbe circa medium saeculi XII. nihil defuit, licet quaedam illarum serius auctoritate publica in numerum licitarum facultatum fuc scientiarum fuerint receptae et quidem sequenti ratione. Constat ex supra dictis, ad saeculi usque XII. primordia in schola Parisiensi tradi consueuisse S. litteras et artes liberales; id quod factum est in domo episcopi ad B. Virginis, quae est ecclesia cathedralis. Sed, circa medium fere huius saeculi discentium numerus adeo excreuit, ut domus episcopi eos capere non posset; quare nonnullae quasi coloniae inde sunt egressae, quarum praecipua fuit illa artium schola, quae, consentiente rege Ludouico VII. migrauit in adiacentem ecclesiam, quam *Prioratum S. Iuliani* uocare solent. Quanquam uero haec schola tradux et quasi propago fuit illius episcopalis, separatam tamen ab isto tempore constituere incepit scholam, in qua nil nisi artes sunt traditae et ex Aristotelis philosophia quaedam; ubi contra in schola, quae in domo episcopi continuata est, sola ab eo tempore floruit theologia. Atque, ut eo magis constaret, separatas esse scholas, caput scholae artium sibi *rectoris* nomen sumsit, quod ab aliquot saeculis ecclesiasticam fere significationem nactum erat; sicut contra is, qui in domo episcopi caput scholae fuerat, initio *scholasticus*, sed post-

postea *cancellarius ecclesiae Parisiensis* fuerat appellatus. Has duas uero scholas stilo illius aeui uocarunt *facultates*, quasi diceres disciplinas aut studia. Illa quidem, *facultas* scilicet *artium*, nomen retinuit a primario et antiquissimo, in quo uersari solebat, studiorum genere; unde etiam *magistri artium* nomen remansit, licet praeter artes iam, quantum ex Aristotelis philosophia eo tempore exstabat, magno feruore ab iisdem magistris fuerit inculcatum. Altera uero, nimirum *theologiae facultas*, ante Lombardi tempora in expositione S. litterarum occupata, uti suo tempore ex *Abaelardi* uita ostendetur, in tantum est mutata, ut post conscriptos a Lombardo sententiarum libros, tantum non omnes, relicto sacro codice, in illis, suis commentationibus onerandis, toti essent. Ab illo igitur tempore *scholasticorum* et *theologiae scholasticae* nomen inualuit, ortum partim ex eo, quod Lombardus, ante adeptam dignitatem episcopalem, scholastici officio functus erat, partim etiam inde, quod, uti antea dictum, illi qui artes, maxime uero theologiam, in scholis episcopii tradebant, dudum appellati fuerant *scholastici*. Quae et alia ad theologiae scholasticae ortum pertinentia, in ipsa tractatione fusius exponentur. Quamuis autem scriptores testentur, circa saeculi XIII. initia, immo iam praecedenti saeculo, *non modo de triuio et quadriuio, uerum etiam de quaestionibus iuris canonici et ciuilis et de arte, quae de sanandis corporibus et sanitatibus conseruandis agit, perfectam fuisse Parisiis inuentam doctrinam*, facultates tamen theologiae et artium solae publica auctoritate uiguisse, totumque corpus siue collegium scholasticum constituisse uidentur. Quo sensu etiam illis stilo ICtorum *uniuersitatis* nomen est tributum, etsi de nominibus *studii uniuersalis, generalis* et si quae alia sunt, aliud dicendum uidetur. Pedetentim uero, circa annum cIↄ cc XXX. aliae duae facultates, *decreti* scilicet et *medicinae* sunt adiunctae. Decretum quidem non adeo fuit inuisum, tum ob noui huius iuris creditam aequitatem et pietatem, tum etiam ideo, quod omnia instituta scholae Parisiensis, quoad originem suam ecclesiasticae, ad clericos in disciplina et moribus ecclesiasticis instituendis tendebant. Vnde, quamprimum doctores decretorum se clericorum moribus, in coelibatu, uestitu aliisque conformarunt, ipsorum schola haud difficulter est admissa. Sed, iure canonico admisso, ius ciuile contra, partim, ut superuacaneum, partim, ut libertati regni Franciae periculosum, penitus e schola Parisiensi est eliminatum. *Licet enim*, inquit pontifex, *sancta ecclesia legum saecularium non respuat famula-*

A *tum, quae aequitatis et iustitiae uestigia imitantur: quam tamen in Francia et nonnullis prouinciis laici Romanorum imperatorum legibus non utantur et occurrant raro ecclesiasticae causae tales, quae non possint statutis canonicis expediri; uolumus ut plenius sacrae paginae insistatur. Firmiter* itaque *interdixit et districtius inhibuit, ne Parisiis, uel in ciuitatibus, seu aliis locis uicinis, quisquam docere uel audire ius ciuile* B *praesumeret. Et qui contra faceret, non solum a caussarum patrociniis interim excluderetur, uerum etiam per episcopum loci excommunicationis uinculo innodaretur.* Et quia non saeculares modo, sed et clericos, immo monachos, nescio quae legum cupiditas stimulauit, ut monasteriis egrederentur *ad audiendum leges*, hi etiam excommunicationis fulmine aliisque poenis, aliquatenus ab illis sunt reuocati. C Nam *contra religiosas personas de claustris exeuntes ad audiendum leges Alexander pontifex statuit in concilio Turonensi, ut nisi intra duorum mensium spatium ad claustrum redirent, sicut excommunicati ab omnibus euitarentur et in nulla causa, si patrocinium praestare uellent, audirentur, reuersi autem, in choro, mensa, capitulo et ceteris, ultimi fratrum existerent, et (nisi forte ex misericordia sedis Apostolicae) to-* D *tius spem promotionis amitterent.* Immo, *quia*, ut Honorius III. loquitur, *nonnulli ex talibus, propter quorundam opiniones diuersas, excusationis aliquid assumebant*, ipse uolebat, *ut ipso facto sententiam excommunicationis incurrerent, districte praecipiendo mandans, quatenus tam a dioecesanis et capitulis ipsorum, quam a ceteris episcopis, in quorum dioecesibus huiusmodi studerent, tales excommunicati, prae-* E *dictis poenis obnoxii publice nunciarentur.* Et *quia theologiae studium uolebat ampliari, ad archidiaconos, diaconos, plebanos, praepositos, cantores et alios clericos personatus habentes, nec non presbyteros (nisi ab his intra spatium praescriptum desisterent,) hoc extendi uoluit, mandaus, ut appellatione postposita firmiter obseruaretur.* Attamen, quia penitus opprimi non potuit ius ciuile, dum illorum, qui ex Irnerii F schola prodierant, alii mussitarunt, alii aperte profiteri non sunt ueriti, papam non habere ius aut potestatem Franciae regno legum Romanorum usu interdicendi, quum illarum reiectio aut receptio, non ad religionis, sed ad reipublicae rite ordinandae et administrandae negotia pertineat; ad deliniendos horum animos, in gratiam eorum, quos laicos uocare sueuerunt, ius Iustinianeum G postea in alias quasdam Galliae scholas, eius studio peculiariter destinatas, est relegatum. Exulauit igitur ius ciuile ab uniuersitate Parisiensi, in quam uix ante sesqui saeculum denuo est introductum. Quod denique ad artem medicam attinet,

§. V.

net, illa tandem quidem libere, sed ad- A modum difficulter, in schola Parisiensi est admissa. Initio clerici et monachi non minori flagrarunt *physicae*, h.e. medicinae, quam legum cupiditate; statutis iisdem in hunc pruritum poenis, feruor paululum remisit. Interim medicis quoque, per eiusmodi interdicta, admissio in reliquarum facultatum numerum difficilior est reddita. Sicut enim schola Parisiensis adpellata fuit *ecclesiae schola*, B ita quoque quanta quanta fuit, tota fuit ecclesiastica, nec in magistris eius alios mores, quam qui clericis conueniebant, obseruare licuit. Quemadmodum autem ecclesia, h. e. papa et clerici, dudum, ita etiamnum abhorrebant ab omni immunditie, maxime autem a sanguinis effusione, utpote crudelitatem quandam spirante. Quia igitur ars chirurgica et medicamentorum praeparatio istis care- C re non poterant, medicis diu propter haec impedimenta cum reliquis colluctandum fuit facultatibus, antequam in illarum societatem cooptarentur. Tandem uero, quum non tantum ad exemplum doctorum decreti, in coelibatu aliisque ritibus clericos imitarentur, sed etiam chirurgiam et medicamentorum praeparationem ab arte sua separarent, solam artem praescribendi medicinam, D morbosque interiores sanandi sibi reseruando, in reliquarum facultatum numerum sunt recepti. Ast nouum hinc postea ortum est malum, dum, ex repudiata a medicis chirurgiae arte, noua quaedam *facultas chirurgica* surrexit. Chirurgi enim, ut crudelitatis famam a se amolirentur, seque pios et misericordes publice ostenderent, peculiarem instituerunt societatem, siue, ut eam adpellare malue- E runt, *confraternitatem*, in honorem SS. Cosmae et Damiani. Certas quoque condiderunt leges, quae singulos socios obligarunt, ad gratis sanandos omnes uulneratos, qui se ipsis primo quouis die lunae cuiusuis mensis post celebratum sacrum piaculare, quod missam uocare solemus, oblaturi essent. Quumque in obseruatione huius aliarumque legum haud segnes se ostenderent chirurgi, tan- F tam paulatim sibi adquisiuerunt laudem et existimationem, ut non solum rex societatem illorum confirmare non dubitaret, sed uaria quoque ipsis indulgeret priuilegia; inter quae et hoc fuit, ut facultas chirurgica, licet pars academiae Parisiensis non esset, nihilo minus tamen honores scholasticos, ut baccalaureatus et id genus alios, bene merentibus conferre posset, aeque ac facultas medica. Haec G igitur aliisque de causis diuturnae multaeque medicam inter et chirurgicam facultatem fuere lites, quae circa annum cIↄ cccc xxxvi. paululum sunt sopitae, postquam chirurgi sub certis conditionibus in numerum ciuium academicorum fuere recepti, qua de re copiosius in ipsa tractatione, ubi tam Hippocratis, quam Iustiniani et Aristotelis uaria in academia Parisiensi fortuna agetur. Hac itaque ratione, ante fundationem Sorbonae, anno cIↄcclIII. absolutam, (in quam postea facultas theologica e domo episcopi est translata) corpus scholasticum, *quatuor facultatibus, theologiae, artium, decreti et medicinae*, constans prodiit. Idque a primo sui initio ad saeculi usque XV. primordia corpus ecclesiasticum, adeoque, inuito licet saepius rege, papae unice obnoxium est creditum; cuius rei luculentum testimonium esse potest oratio quaedam *Gersonis*, cancellarii quondam Parisiensis, anno cIↄ CCCCIII. coram papa Benedicto XIII. Massiliae habita. Si uero denique quaeras, quare omnem eruditionem ad *quatuor* classes referre et nec plures nec pauciores quatuor facultatibus constituere Parisiensibus placuerit, quum aeque facile chirurgis ciuitate academica donatis quintam facultatem concedere, uel etiam rebellem Aristotelem, post tot exilia et castigationes, in peculiarem classem cogere potuissent, ratio quaedam arithmetica, quam Parisienses sibi in plerisque obseruandam prolam potuisse uidentur, forsan obstitit. Quod enim in plerisque institutorum suorum numerum quaternarium amarint, ex multis elucet. Ita namque iam circa finem saeculi XII. totum studiosae iuuentutis coetum partibus licet inaequalibus, diuiserunt in *quatuor* nationes, *Francicam, Normannicam, Picardicam et Anglicanam*. His quatuor nationibus etiam *quatuor* peculiares artium scholae fuere destinatae. Iisdem quoque ius concessum fuit *quatuor* procuratores eligendi, ut hi partim rectorem eligerent, partim eiusdem essent adsessores. *Quatuor* denique etiam eligi sueuerunt ad explorandam eruditionem illorum, qui honores academicos petierunt; ne, quid addam de *quatuor* scholis facultatum, *theologiae* in domo episcopi, *artium, decretorum et medicinae*. An uero numerus *quaternarius* ipsis fuerit adamatus ad obseruandam in collegio academico suffragiorum paritatem, an alia de caussa, de eo alibi coniecturae adserentur. Hoc loco adiecisse sufficiat, numerum *quaternarium*, apud Parisienses natum, plerisque reliquarum academiarum post Parisiensem exortis, placuisse. Enim uero, sicut *Parisiensis* uocari solet *prima ecclesiae schola*, ita *Oxoniensis*, quae *secundae ecclesiae scholae* nomen meruit, eam in plerisque est imitata. Tertia est *Bononiensis*, ob rationem alibi dicendam. Serius quidem in hac coepit facultas theologica auctoritate publica, et quantum ad decreti et iuris ciuilis praelectionem etiam in illa obseruatur

§. V.

§. V.

uatur quaedam a Parisiensi differentia, in A ceteris uero ipsi multa cum hac fuere communia, quae, num huic, num uero isti, accepta sint ferenda, alibi disquiretur. Quarta est *Salmanticensis*, utpote quae *unum ex quatuor studiis generalibus orbis* uocatur et aeque ac Parisiensis e schola episcopii est enata. De reliquis Italiae, Galliae et Germaniae uniuersitatibus saec. XIII. XIV. et XV. institutis, hic nihil addere uacat, quum in pauca B rem contrahere non liceat et iam dum periculum sit, ne, dum breuis esse studui, quibusdam obscurus sim factus. Satis igitur erit, generatim dixisse, ex diplomatibus quibusdam aliisq; monumentis constare, illarum plerasque *matrem Parisiensem filiarum instar sequi uoluisse;* cum aliqua tamen interdum mutatione, quoad decreti et legum facultates, quas alii separarunt, alii combinarunt. A tem- C pore itaque inualescentium academiarum frequens occurrit mentio *theologorum, decretistarum, legistarum, medicorum* siue *physicorum et artistarum*, quorum a se inuicem distinctio ante saeculum XII. fuit inaudita, sicuti et quaedam horum nominum fuere ignota. Quamuis uero *quadripartita distributio non tam ex philosophiae rationalis principiis, quam Parisiensis academiae institutis profluxerit*, adeo tamen, tantum non omnibus, placuit, ut, non in academiis modo, sed et extra easdem, in hunc usque diem, si quis facultatis suae limites migrare uelit, ad iudicium finium regundorum, ut uerbis ICtorum utar, prouocari soleat. Sed, quum huius rei consideratio ad praesens institutum non pertineat, illa, quae hactenus enarrata sunt, ad historicum praegustum forsan sufficient. *Hisce interea*, *B. L. ut Morzambani* uerbis claudam, *uelut in promulsidis uicem uentriculum tuum praepara, iustae epulae mox sunt sequuturae.*

OPVSCVLVM III.

AN PRAESCIENTIA DEI REBVS INFERAT NECESSITATEM?

Mense Nouembr. anno cIↃ IↃCXCV.

§. I. *Materiae dignitas ac difficultas.*

§. I.

Scopulosa semper atque difficilis circa hanc materiam quaestio fuit, quae ueteribus non tantum philosophis crucem fixit; sed ita etiam exercuit recentiores, ut plures in transuorsum egerit; nonnullos in tantam adduxerit dubitationem, ut eam inter impenetrabilia humano ingenio referrent atque certi quid de ea statuere eiusdem uanitatis arguerent, quam disputando E assequi uelle; an numerus stellarum sit par aut impar? quot atomi in uniuersum? atque similia, quae captum hominum aut sua excedunt magnitudine, aut sublimitate superant, aut occultatione proposita longissimo post se spatio relinquunt. Certe qui uel uias, quibus ingressi sunt alii, ut ex hac difficultate eniterentur: uel latibula, in quae plures hic se recipere maluerunt; quam periculo F se exponere, aperte sententiam prodendo, numerare, aestimare, ac conferre inuicem uelit, eundem plerosque ancipites, flexiloquos multos, uarios omnes ac multiformes inuenire necesse est, neutra fere parte cum altera rite cohaerente.

D At uero in tanta uarietate opinionum et summa rei ipsius difficultate eam in praesens hoc ipso tamen lubentius pertractandam suscipimus; quo certiores sumus, non inutilem dissertationem fore, de cuius ueritate in diuinioribus etiam scientiis, in quas uero nunc falcem non immittimus, cum fori nostri non ignoremus cancellos, maxima rerum pendeant monumenta. Annuat Deus instituto nostro, ipse faciat nos scire, ut de scientia eius cum reuerentia loquamur, cum pietate sentiamus.

Deum futura contingentia praescire negant Cicero,

§. II. Antequam uero ad quaestionis propositae solutionem ueniamus, non dissimulandi aduersarii sunt, qui Deum futura contingentia praescire execranda impietate negarunt. CICERO et cuius ipse sententiam et refert et sequitur, DIODORVS in detestabili hac opinione coeteris facem praetulerunt. Cum enim iste Stoicorum fatali se opponeret necessitati, ut ingenium humanum in libertatem assereret, hoc argumento (*lib. II. de diuinat. cap. 18.*) contra sentientes impugnat: *mihi ne in Deum quidem cadere uidetur, ut sciat, quid casu fortuito euentu-rum*

§. II.

rum sit, si enim scit, certe illud eueniet: sin certe eueniet; nulla fortuna est, (sed omnia necessaria.) *Est autem fortuna. rerum igitur fortuitarum nulla praesensio.* quorsum etiam confer, quae idem *libro de fato* in hanc rem prolixe disputat. At merito ethnici hominis insaniam ex sana etiam ratione improbat ac discutit *AVGVSTINVS lib. V. de ciu. Dei cap. 9. et 10.* inquiens: *ut homines faceret liberos; fecit sacrilegos.* quantum enim homini attribuit Tullius; tantum detraxit numini. Eiusdem erroris quosdam ex Rabbinis *Sam.* MARESIVS arguit *controu. XIII. contra Iesuit. Tirinum* p. m. 46. *MENASSEII Ben Israel* certe *lib. III. de term. uitae sect. II.* aperte fatetur, R. Abrahamum, Maimonidis aemulum, duas ueritates, futura incerta esse et certo tamen a Deo sciri, componere nesciuisse, qui tamen ipse, ex quo haec refero, erroris se praestitit immunem. Ipsi ARISTOTELI hic quoque aqua haeret, qui, licet scientiam futurorum contingentium expresse Deo non deroget, cum tamen *lib. de interpretatione cap XI.* integro, hoc argumentum prosequatur; *N. futura contingentia libera possunt habere* (alias enim non essent libera) *praescitam aut determinatam ueritatem; at quaedam tamen sunt futura contingentia libera* (secus enim omnia stoica quadam necessitate fierent) E. *Quaedam nequeunt praescitam aut determinatam habere ueritatem;* ob hanc inquam incompossibilitatem, quam rei inesse credidit philosophus, eandem in Deo negasse, non minus censetur. BOETHIVS etiam his conflictatum se dubiis esse, *lib. V. de consolat. philosoph. prosa 2. sq.* prolixe exponit. Qui tamen, cum saniorem sententiam deinceps feliciter contueatur, a quouis in hanc rem legi meretur. Commentarius, qui in haec ipsa eius loca prostat (quod contra *Sizmannum* eius interpretem nota) non *Thomae Aquinatis* est, sed alius *Thomae de Valois* dicti, ut VALLA subindicat *in lib. VIII. Aug. de C. D. c. 2.* Scelestissimum id est, quod post diu agitatam explosamque contrariae partis opinionem, recentiorum nonnulli eam ex orco, patrum aetate, reuocare, cumque aliud sacra pagina luculenter innuat, in scholis Christianorum proponere nihilominus, nec sine summa irreuerentia Numinis propugnare, non dubitauerint. Ita enim infaustus ille SOCINVS *praelect. theol. c. VIII. p. 27.* ait: *nihil absurdi inde apparet, etiamsi Deus futura non noscat, antequam sint.* et ad locum *Gen. XVIII. Deus potuit dicere, se scire, quid Abraham facturus esset, etiamsi id certo non praenouerit.* uide alia, quae idem per 8. 9. 10. et reliqua capita prolixe prosequitur. Hoc parum meliores quidam ex *Remonstrantibus* (illorum enim alii nefandum hoc dogma et ipsi exhorrescunt,

ex Rabbinis nonnulli.

Aristoteles

Boethius.

Socinus et eius asseclae.

Dubitant Arminiani.

A ut CVRCELL. *de iure Dei c. 12.*) sunt, qui hanc quaestionem pro problematica habent, in utramque partem disputabili, adeoque creditu minus necessaria. Id quod *Simon* EPISCOPIVS facit *Disp. IV. thes. 10. Disquiri permittimus,* ait, *operosam illam quaestionem de scientia futurorum contingentium absoluta et conditionata. Etsi non negemus, Deo illorum scientiam posse attribui, inprimis quia Deo eam scriptura attri-* B *buere uidetur;* (non uidetur tribuere, sed indubitato tribuit) *tamen an necessarium scitu sit, ad hoc ut recte Deus colatur, eiusmodi scientiam Deo competere, examinari permittimus. Certe si necessarium non sit; merito facessere deberent a scholis et ecclesiis intricatae ac spinosae istae quaestiones, quae magno molimine de eius modo ac fundamento agitari solent,* et quae sequuntur. confer. VEDEL. *Arcan. Armin. P. I. c 9.* C Eiusdem fere pretii illi sunt, qui non nisi coniecturalem adeoque fallibilem scientiam futurorum contingentium Deum habere eadem peruersitate asserunt, quam sententiam Dominicanis Hispanis *Lunae,* Fr. Petr. de *Ledesma,* et *Nauarettae,* a Iesuitis tribui reperio. At uero recte CICERO *lib. II. de Diuinat. c. 15.* ait: *aliquid praesentire aut coniectura, aut arte, aut ratione, aut usu non diuinis tribuenda; sed peritis* D *hominibus.* Neque tandem ex scholasticis HERICE probatur, qui, licet praesensiones diuinas non inficietur; id tamen ipsum lumine naturali cognosci posse, *tract. I disp. 6. c. 1. n 3.* impudenter negat. Mitigauit hanc opinionem MAGALLANES, *art. I. de scient. Dei c. 14.* scribens; lumine equidem naturali Deum futura praescire ignotum esse, quod si uero ex reuelato uerbo haec nobis praescientia innotuerit, demonstrari utique eius cum coe- E teris attributis diuinis cohaerentiam lumine naturae posse. Quod tamen ipsum, cum non minus a ueritate alienum sit, inter supra memoratos errores merito a nobis refertur.

§. III.

§. III. Illud uero nunc nobis negotium incumbit, ut ueriorem sententiam demonstremus, atque iniectos ueritati scrupulos eximamus. Primum igitur unicu- F ique hominum talem a natura reuerentiam Numinis tributam censeo; ut Deum ens esse *perfectissimum, sapientissimum* agnoscat. Quod uero ipsum cum (ut aduersa etiam pars largitur) notum natura sit, non ignota esse illa ipsa posse, quae ex iis prona ac necessaria consecutione fluunt, omnes uident. Natura enim, quae contradictoria reformidat, refugitque, nec talia confectari potest, quae prius as- G sumta euertunt. At uero Deum futura contingentia, antequam fiant, nescire, tollit α) *perfectionem* diuinam. Mutaretur enim Deus, si uno tempore sciret, quod nesciuit altero, fieretque adeo ex non sciente, sciens. β) *Sapientiam Dei summam* oppu-

Coniecturalem statuunt quidam ex Dominicanis.

An ex lumine naturae haec pateant?

Deum futura contingentia praescire, ex lumine naturali probatur.

§. III. IV.

oppugnat. Proficere enim in sapientia, quod tali modo fieret, non est *summam* habere. γ) *Omnipotentiam* eidem Numini adimit, quae non ad omnia sic se possibilia extenderet. Possibile enim esse futura contingentia praescire inferius, dabimus commonstratum. Accedit δ) quod Deo et *prouidentiae* eius a ratione humana sic imponi posset, ut necessum haberet Maximum Numen dicere quandoque: *non putaram?* quod aut ἄθεον est, aut blasphemum. *Deum igitur confiteri, et praescium futurorum negare, apertissimam insaniam esse,* cum AVGVSTINO (*lib. 5. c. 9. de C. D.*) concludimus. Si communis porro gentium consensus in religione quid ualet, earum plerasque futurorum praesensiones oraculis suis, aut si aliud quid Deorum loco habuerunt, tribuisse notissimum est.

Ex sacris dictis exemplisque.

Tandem quod et diuinior codex Deo haec lucusentissime tribuat, multa loca docebunt *Esaiae XLI. u. 26. XLVIII. u. 5. Daniel. II. u. 22.* et plura idem exempla commonstrabunt; quae Deum eorum etiam praesentiam habere arguunt, quae nunquam euenerunt, euenisent tamen, si haec uel illa conditio praesto fuisset (futura *conditionata*, quemadmodum coetera, quae eueniunt, *absoluta* dicimus.) Sic Deus Dauidi praedicit *I. Sam. c. XXIII. u. 11.* Keilitas regi hosti Saulo eum traditurus, si Keilae maneret, et *Matth. XI. u. 21.* Seruator inquit: *Si Tyri et Sidone editae fuissent uirtutes, quae editae sunt in Chorazin et Betsaidae, olim cum sacco et cinere sedentes resipuissent.* Sed haec et alia theologis discutienda relinquimus: complectimur TERTVLLIANI effato reliqua, qui *lib. II. adu. Marcion. u 2.* ait: *praescientia Dei tot testes habet, quod fecit prophetas.*

Obiectionum contra praescientiam diuinam solutio.

§. IV. Cum igitur mea nunc confirmauerim, ut aduersaria euertam, ne officiant deinceps, contendendum est. Quamuis uero opposita argumenta sub alia atque alia specie a diuersis proponantur: omnia tamen ad quaedam capita poterunt reuocari. Primum itaque dicunt; quae nondum sunt, nondum scibilia sunt; futura libera nondum sunt, E. Hic et maiorem labefactare et minorem dicimus.

Obi. I. Futura nondum sunt. E. nondum scibilia.

Praesciuntur quippe eclipses, crastinus dies &c. quae nondum sunt. Recte deinceps GREGORIVS *Magnus moral. in Iob. LXX. c. 24.* ait: *quia Deus ea, quae nobis futura sunt, uidet (quae tamen ipsi semper praesto sunt) praescius dicitur: quamuis nequaquam futurum praeuideat, quod praesens uidet.* Atque ex hoc ipso intelligi patres quidam ecclesiae possunt, qui in Deo praescientiam futurorum dari negarunt. Obiectiue enim omnia Deo praesentia sunt, ut adeo frustra suae sententiae hic patrocinium quaerant aduersarii, confer. FONSECA *in lib. VI. c. 2. Arist. metaph. Q. 4. Sect. 3.*

Obi. II.

§. IV. non habent determinatum esse. E. non determinatam scientiam.

Secundo, quicquid non habet esse determinatum, illud nec scientiam determinatam; (scientia enim mensuratur a rei scitae essentia) futura libera non habent esse determinatum (sunt enim indifferentia ad esse et non esse, ad fore et non fore.) E. futura libera non habent scientiam determinatam. Negamus hic minorem. Vti enim praeterita habent esse praeteritum, ita futura futurum. Est enim futurum nihil aliud, quam ipsa existentia rei in instanti sequenti, connotando carentiam eius in instanti praesenti, ut bene SLEVOGTIVS notat *P. II. disput. 26. §. 16.* Sic e. l. si nunc uerum in praesenti est, *Petrus disputat;* ab aeterno etiam uerum fuit, *Petrus disputabit.* Idem etiam de conditionatis futuris dicendum, quoniam haec ipsa e duobus absolutis constant. Vti exemplum docet; *si Petrus disputabit, aut uincet aut uincetur.* Vtrumque enim fieri nequit, ergo una pars certa est. Posito itaque, quod *ly uincet* uerum in praesenti sit, uerum etiam in futuro ab aeterno fuerit, necessum.

Obi. III. Si determinate uera, n contingentibus fient necessaria.

Sed urgent porro, si futura libera sunt determinate uera uel falsa, erunt necessaria; et frustra de his instituetur disputatio, u. gr. si Petrus cras certo disputaturus esset, frustra deliberaret, utrum uellet disputare. Verum enim uero negamus hic consequentiam et dicimus, magnam differentiam esse inter ly *certo* euenire et *necessario* euenire. *Certitudo* enim est *cognoscentis* (Dei praescientis) *necessitas* rei *cognitae* (obiecti praesciti) u. g. si Petrus proposuit cras certo disputare, disputabit etiam certo: at haec ipsa disputatio non eapropter *necessaria* est, nisi necessitatem intelligere talem uelis; qualem ARISTOTELES subinnuit, quando *lib. de interpret. c. VII.* ait: Omne, quod est; quando est, necesse est esse: id quod uerum in sensu *composito* est; sed *falsum* in *diuiso.* Quare necessitas ex *suppositione* audit, quae optime stare potest cum contingentibus. uid. *Dni PRAESIDIS Disput. III metaphys. axiom. 2.* Itaque consecutio ex *determinata ueritate* ad *certitudinem* fieri poterit, non ad *necessitatem.*

Obi. IV. Quia modibus praescientiae implicant omnes.

Accedit, quod determinata sint ratione *operationis* seu *essentiae*, non uero *causae.* Haec itaque cum libera maneat, non frustra instituetur ab ea deliberatio. Vltimum dubium est, quod hoc trilemmate includunt contrasentientes: si futura libera praescit Deus, aut praescit in iis ipsis; aut in causis eorum; aut in propria determinatione. At uero non istud, non entis enim nulla scientia; illud non, quia causae eorum sunt indifferentes ad futurum et non futurum; neque hoc, alias enim homo non esset liber. Ergo Deus non praescit futura. Ita inter alios *Pet.* IVRIAEVS *Consult. de pace inter Protest. p. 27.* argumentatur, ut uel ad absurdum deduceret ipsi aduersantes, uel ad tertium modum cum ipso apprehendendum

§. IV.

dum cogeret. Tanta etiam harum obiectionum FONSECAE uisa est difficultas, ut *lib. VI. metaphys. Aristot. c. 2. q. 4. sect. I.* scribat: *Omnem rationem certitudinis diuinae cognitionis circa futura contingentia e medio tollere haec ipsa uidentur.* Hinc rem ipsam demonstrasse hic sufficere credit, quamuis circa modum eius aqua nobis haereat. Sed uero emergendum utique ex his difficultatibus est, ne aduersarii os nobis obturasse temere glorientur. Equidem magnus quidam ac celebris uir, in scripto nuper emisso, se satisfecisse huic dubitationi credidit, si *primo* ac *tertio* modo Deum praescire futura libera negaret; at uero, in *secundo* hoc fieri sine contradictione posse, assereret. Quod ita explicat. *Sicuti recte Dauid* (haec enim uerba eius sunt) *ratiocinatur, qui oculum plantauit, is non uideat? qui aurem plantauit, is non audiat? ita et recte colligitur; qui creaturae libertatem dedit suas actiones determinandi, quare is hasce non praeuideat? Nam Deus, qui est ab aeterno, semper immutabilia omnia intuetur tanquam praesentia, adeoque et ab aeterno intuetur actionem liberam creaturae suae, non quidem a se decretam, sed ab hac determinandam. Ac ut eo minor, pergit, metus sit contradictionis, non dicendum est, Deum praeuidere futura contingentia, ut determinata; sed ut a causa libera, quae suam libertatem ab ipso habet, eiusque directioni est obnoxia, determinanda.* Verum enim uero hac responsione *Juriaeum*, quem sibi ibidem refutandum sumpsit, acquiescere uix posse, existimo. Primum equidem psalmistae dicto, quod affert, uim rhetoricam non derogauero; quomodo tamen ἀκρίβειαν logicam sustinere hic queat, cum status controuersiae mutatus sit, non uideo, propheta enim a perfectionibus creatoris argumentatur, atque ut probet, quae creatura *formaliter* habet, Deum possidere *eminenter*, ait: qui oculum plantauit, is (quamuis hoc organum formaliter non habeat) non uideat? i.e. non aliud possideat, quod idem longe eminentiori ac perfectiori modo consequatur. Ad Dauidis igitur mentem si conclusisset in hoc negotio auctor, sic inferre debuisset: Deus homini libertatem dedit, ergo et ipse libertatem habebit? quod uero nunc in quaest. non est. Deinde quamuis etiam Dauid a creatione seu plantatione oculi, aurium etc. ad notitiam eorum conclusisset; idem tamen an statim in uoluntate humana fieri possit, cum ingens inter hanc et ista differentia sit, ualde nec sine causa dubitabit *Iuriaeus*. Oculus et auris enim sunt agentia *naturalia*, uoluntas agens liberum: illa *necessario* agunt, ut positis omnibus ad agendum requisitis non possint non agere; haec *libere*, cum omnibus positis, possit agere et non agere, hoc

§. IV.

A agere et illud agere: illa merae *machinae*, ut horologium, cuius utique artifex rotulas denticulares, automa, stilum coeteraque sciet; at uero hominis uoluntas *indifferens* semper ad quasuis actiones contradictionis et contrarietatis eliciendas (iuxta auctorem etiam ipsum) est. Magna igitur inter ipsam et oculum erit differentia. Quare si ualere quid argumentum ab oculo ad uoluntatem debeat, B necessum est, ut paritatem utriusque statuat atque sic uoluntas machina, ut oculus erit, quam tamen impiam sententiam tanto feruore ac merito quidem, in aliis eiusdem libelli locis impugnat auctor. Post amplecti uidetur noster, quod paulo ante reiecerat. Dicit enim, Deo omnia praesentia esse, futura etiam, qualis uoluntas hominis et eius determinatio, cum tamen paulo ante scripsisset; Deum C res in se cognoscete et extra suas causas, antequam existant, assertio contradictoria est. Denique dum dicit; futura contingentia indeterminata esse, antequam fiant; profecto *Iuriaeo* facile erit obiectionem II. supra a nobis solutam repetere: quicquid non esse determinatum habet, illud non habebit praescientiam determinatam, sicque praescientia Dei erit fallibilis, sed hoc impium est, uel co- D gitare de Deo. Taceo, quod ex illo, quod ultimo loco auctor addit, scilicet ideo Deum praescire uoluntatis effectus liberos, quia dirigat eandem, *Iuriaeus* non incommode argumentari posset, ergo Deus inclinat ita uoluntatem ac dirigit, ut iuxta praescientiam eius sese accommodet sicque habebit Iuriaeus, quod uoluit, tertiam nempe superioris trilemmatis partem, quam tamen sententiam acriter uti hic, E ita aliis etiam in locis eodem in libello impetit, reiicitque noster. Nos uero ex illis, quae in principio huius paragraphi expediuimus, ad obiectionem hanc haud difficulter respondemus: quod primo et altero modo Deus praesciat futura sine ulla contradictione. Sed uero, quod ad primum attinet, excipiunt: non entium nulla datur scientia, res, antequam sunt, sunt non entia. E. Hic dicimus, maio- F rem falsam esse, quod in obi. I. superius demonstrauimus. In minori monemus, Deo nihil esse futurum, ut eidem nihil est praeteritum. Sed instabunt, ergo res, antequam sunt, erunt, quod est σιδηρόξυλον. Distinguimus igitur inter esse *obiectiue tantum et reale*, sicque contradictio non secundum idem erit, quae utraque uera esse potest, ut: uideo Norimbergam (*idealiter*,) et, non uideo No- G rimbergam (*realiter*.) Altero etiam modo, quod Deus futura praescire possit sine contradictione in obi. II. supra a nobis soluta expeditum inuenies, aliud enim esse *determinatum* seu certum esse, aliud

§. V.

aliud *necessarium* respectu scilicet operantis ibi docuimus.

Distinctio inter scientias diuinas.

§. V. Commonstrato igitur, quod praescientia diuina sit; facilius nunc eam cum rerum contingentia ac libertate stare posse, expeditum dabimus. In quo illud in principio tenendum est; scientiam Dei esse notitiam, qua Deus ab aeterno nouit, quae euentura, aut non euentura sint. (Deum enim plura nosse, quam condidit, nunc extra controuersiam ponimus.) Pro obiectorum itaque uarietate, etiam scientia Dei, una quamuis ac simplicissima in se, sub aliqua distinctione rationis ratiocinatae a nobis concipitur. Alia enim scientia Dei illa est, qua omne possibile nouit, sine ullo respectu, quodnam ex illis futurū et non futurum sit, u. g. unum solem et plures simul creandi facultatem, haec scientia Dei *naturalis* dicitur, quoniam hanc in natura et essentia ipsius Dei admittere necessum est: eadem etiam *intelligentiae* uocatur; similitudine a nostro intellectu petita, quae etiam circa non entia, montes aureos, plures soles uersatur: *indefinita* item ac *indeterminata* eadem audit; quia Deus tunc nondum decreto liberae uoluntatis secum statuisse concipitur, hoc e pluribus possibilibus condere, aut admittere, illud relinquere aut impedire. Alia scientia Dei ista censetur, qua Deus ex possibilibus nunc illa intuetur, quae futura sunt, quia decreuit Deus aut condere, aut admittere, v. g. hac praeuidit Deus unum solem, Adamum certo creandum, Petrum peccaturum etc. dicitur aliis scientia Dei *libera*, quoniam haec non in natura Dei praecise esse, ut naturalis, sed e decreto liberae uoluntatis prouenire uidetur. Alio nomine *uisionis* appellatur; quia, ut intellectus noster circa non entia, ita uisus circa entia tantum uersatur, certo autem futura esse determinatum habent, adeoque entia sunt, non attentis statibus praesentis, praeteriti et futuri, unus enim in Deo status praesens est. Quare cum eandem scientiam *praescientiam* uocauerimus, uocabulum ab imperfectione ita liberandum est, ut fiat synonymum grammaticum scientiae uisionis. *Definita* ac *determinata* quare aliis eadem audiat, ex superioribus liquebit. At uero cum quidam ex recentioribus scholasticis dubitarent, ad quamnam speciem scientiae diuinae illa referrent obiecta, quae ex hominis liberrimo arbitrio proueniunt; (non enim ad *naturalem* ista reuocari posse, ipsis uidebatur; quoniam etiam de futuris hic sermo sit, u. g. lapsu Adami, eruditione Socratis: neque ad *liberam*, quum haec ipsa a decreto diuino pendeat, quod pugnare credebant cum libertate humana) hinc nouam speciem fecerunt atque illam scientiam *mediam* dixerunt,

Naturalis.

Libera.

Media.

qua Deus ab aeterno nouit, quid angelus aut homo facturi essent, si in hac uel alia occasione essent constituti, u. g. quid Tyrii et Sidonii, si Christum audiuissent; quid Keilitae Dauidi? si apud ipsos Saulum expectasset, quae etiam scientia inde *conditionata* et ex *hypothesi* audit. Nemini equidem potest ignotum esse; quam totum orbem scholasticum mouerit haec unica distinctio, cum primum, siue MOLINA siue FONSECA siue VASQVETIO auctoribus (omnes enim hi inuentionis sibi gloriam uendicare uolunt) in eo personaret; Iesuitis eorumque asseclis eam πὺξ καὶ λὰξ defendentibus; non minori uero apparatu acerbitateque impugnantibus eandem monachis Dominicanis, ut, quamuis res tandem coram pontificibus Romanis *Clemente VIII.* A. cIↄ Iↄc I. et, cum is fatis concessisset, *Paulo V.* cIↄ Iↄc VI. ab utraque parte ageretur, peragi tamen aut componi aliter non potuerit, quam ut dimitterentur litigantes, hac sola lege, ut neuter alterum ob contrariam sententiam pro haeretico haberet, unusquisque uero suam hypothesin libere defenderet, qua de re uide *Spondanum* et ex instituto scriptum librum *Gabr. HENAO in scientia media historiata.* Neque uero haec ipsa res inter protestantes eadem iudicia inuenit, multi enim ex nostratibus et reformatis scientiam mediam admisere, ut distinctionem, qua uti possemus in libertate nostra cum praescientia diuina componenda atque ex illis sunt *Meisnerus, Calouius, Horneius, Calixtus* et philosophorum plerique; ex his Fr. *Gomarus*, Lud. *Crocius*: contra uero eandem impugnarunt ex illis *Hulsemannus, Gerbardus, Lyserus, Dannhauerus, Quenstedius* et alii; ex his uero *Twisse* (integro libro contra scientiam mediam edito,) *Voetius, Triglandus, Maccouius, Maresius, Leydekerus* aliique. Nobis hanc controuersiam ex instituto nunc prosequi, spatium non est. Id tantum dicimus, ueteres praescientiam Dei cum uoluntatis libertate feliciter composuisse, licet noua hac *mediae scientiae* uoce usi non fuerint, ut *Augustinus, Boethius, Lombardus* et alii in locis istis, ubi hanc controuersiam tractant, possunt uideri. Quod enim supra memorati pontifices decidere controuersiam detrectauerint, ratio status fuit, ne scilicet uni parti adscribentes, alteram offenderent, quod Italiae tum facies dissuadere uidebatur. (*Lud.* MONTALTIVS *lit. prouinc. II. pag. 19.*) Modo res ipsa salua sit, ne cum distinctione, arbitrii nostri libertatem proscribamus. Qui igitur in eo nobiscum consentit: quod Deus sciat, scieritque ab aeterno; quid angelus, homo, acturi essent, si in hac uel illa occasione constituerentur, licet neutrum necessitare decreuerit, ita ut

§. V.

§. VI.

praescientia Dei cum liberrimo hominis A arbitrio stare sine ullo contradictionis metu queat, cum eo nobis lis non est, ad quamcunque deinde scientiae diuinae speciem siue primam siue alteram, siue etiam utramque (omnes enim hae sententiae suos patronos habent.) id ipsum mali referre. At uero hoc ipsum caput causae est, nobis nunc pertractandum.

Rei difficultas.

§. VI. Quam difficile uero philosopho sit, unam hic prae altera sententia condi- B gne tueri, eruditissimus VALLA profitetur *in lib. V. Augast. de ciu. Dei c. 10. p. m. 157.* ea de re sic scribens: *Ardua quaestio et uarie a multis tractata, an praescientia Dei necessitatem aliquam afferat rebus? multi de schola recentiore* (sub initium superioris seculi scripsit) *obligationum arte accedunt ad disputationem muniti; ut si aliquid tibi sumpseris, ipsis, quod sibi retinerent non desit, atque adeo ut magis irreti- C ta magisque inuiscata tota re discedatur, quam cum accederetur; ponis Deum scire me cursurum cras, aufer ergo me non cursurum, ponis hoc, aufer illud. Quid erat*, pergit, *tricis illis et uerborum laqueis opus, nisi simpliciter loqui, ut hic Augustinus; non ideo peccare hominem, quod Deus praescinit eum peccaturum, qui si nolit, potest omnino non peccare idque si facicat, hoc praesciuit Deus.* At uero non D scholarum hae lites sunt; sed dubia, quibus in conscientiis nostris, quicquid fere statuerimus, misere colluctamur. Stoicos sane rebus omnibus fatalem necessitatem imposuisse; non ex animi quadam libidine, sed conscientiae potius errore credidisse, existimo. Grauia enim sunt, quae *SENECA* hanc in rem scribit *cap. V. de prouid. p. m. 170. Omnia certa et in aeternum dicta lege decurrunt.* E *Fata nos ducunt, et quantum cuique restet, prima nascentium hora disposuit. Olim constitutum est, quid gaudeas, quid fleas. Quid indignamur, quid querimur? ad hoc parati sumus. Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem fata; sed sequitur, semper paret, semel iussit* et quae sequuntur. Equidem si auctoritatibus componi controuersia deberet, ex patribus ac philosophis facile esset, uel cen- F tum loca conquirere, quae nostram sententiam approbarent; at uero cum forum meum non legibus, sed rationibus locum det, maioris forte operis erit, omnes hic scopulos euitare, ut recto tramite ad portum ueritatis deferamur.

Praescientia Dei non necessitat.

§. VII. Ne uero andabatarum more pugnemus, ad hoc punctum quaestionis argumentorum uim dirigimus: *An scilicet praescientia seu praenotio Dei rebus in-* G *ferat necessitatem?* Atque ita quaestionem propositam negandam esse sequentibus demonstramus I. ex natura scientiae aut praescientiae diuinae, quam enim respectu nostri praescientiam dici-

Prob. I. ex natura scientiae:

mus, eam intuitu Dei scientiam esse, supra dedimus commonstratum. *Perillustr. L. B de PVFENDORF*, quam meis hic uerbis uti malo, ita autem ipse in *libro posthumo iur. fec. diuini §. 72. p. 271.* inquit: *Praescientia diuina fallere nescia rebus tamen nullam necessitatem adfert, nec his causam dat: cum ea nihil aliud notet, quam intuitionem rerum deinceps extiturarum aut possibilium; sicuti inspectio est rerum praesentium et memoria praeteritarum. Atque ista etiam in eos cadit, qui ad productionem rerum nihil conferre possunt. Productio enim rerum est opus potentiae et uoluntatis; praescientia autem solius intellectus. Illa definit et constituit, prout res utique existere debeat; haec a necessitate existendi praescindit et rem simpliciter intuetur: Quod autem attinet ordinem praescientiae et decretorum diuinorum circa futuram rerum existentiam, utra alteram praecedat? sane manifestum, non sine absurditate et contradictione statui; decreta Dei priora esse praescientia. Id enim perinde est, ac si dicerem; me statuisse aliquam certam rem producere, quam, quae et qualis sit, nesciam*, et quae sequuntur deinceps. Inde usitatissimum est priscis ecclesiae patribus; *res non ideo euenturae sunt, quia Deus praescit; sed ideo praescit Deus, quia euenturae sunt. ORIGINES tom. IV. in epist. ad Rom. c. 8.* quem locum etiam *P. LOMBARDVS* citat *I. sent. dist. 38. Q. 1.* Rotunde itaque et concinne *BEDA tom. VIII. libr. quaest, q. 13.* pronunciat; *Quid? ergo coegit nos Deus, ut mali sibi uideremur ab aeterno? Nam potius nos coegimus Deum, ut nos malos uideret, et AVGVSTINVS Homil. LVIII. in Ioh. c. 9.* ait: *Deus non praesciuisset mala Iudaeorum, nisi ipsi habuissent*; cum quo et *CHRYSOSTOMI* faciunt *in epist. Paul. ad Cor. Christus dixit, necesse est, ut ueniant scandala, non ideo arbitrii libertatem corrumpens et necessitatem imponens, sed praedicens, quod sane futurum est, non quia Deus praeuidit; sed quia hominum uoluntas immedicabilis fuerit.* Quod cum ita sit, praescientia rei scitae causa non erit, causam enim effectu posteriorem esse σιδηρόξυλον est. Deinde scientia a re scita mensuratur, ut oculus noster ab obiecto, quod uidet. Quare, si praescientia Dei uera esse debet, rem, uti in se est, praesciat necessum. Id est, necessaria ut necessaria, contingentia ut contingentia. Vnde neruose *BOETHIVS lib. V. de consol. phil. prosa 6. p. 127.* inquit; *Quid igitur postulas, ut necessaria fiant, quae diuino lumine lustrentur, cum ne homines quidem necessaria faciant esse, quae uideant. Num enim quae praesentia cernis, aliquam eis necessitatem tuus addit intuitus? minime. Atqui, si est diuini humanique praesentis digna collatio; uti uos uestro hoc temporario praesenti quaedam uidetis, ita ille omnia suo*

§. VII.

(α) *quae re scita ratione posterior est.*

(β) *mensuratur re scita.*

§. VIII. *suo cernit aeterno.* Quibus idem, digna A quidem et reliqua essent, ut hanc in rem legerentur, mox simile subiungit, dicens: *Sicut uos cum pariter ambulare in terra hominem et oriri solem uideitis; quanquam simul utrumque conspectum; tamen discernitis et hoc uoluntarium, illud esse necessarium iudicatis. Ita igitur cuncta despiciens diuinus intuitus, qualitatem rerum minime perturbat;* sed alia contingenter praescit, alia necessario euentura. Ex B quibus nunc facile concludimus, quod cum ex natura scientiarum, quaelibet supponat obiectum suum, non faciat; neque Dei scientiam aliud uelle. Quid? quod scientia ad intellectum pertineat tantum, necessitatem autem inferre opus potentiae sit et uoluntatis; ad illam theoria sufficit, hoc non nisi ad praxin potest reuocari. Inde enim quae diuersorum subiectorum sunt, eorum etiam di- C uersam operationem manere concludimus. Satis uero improprie scientia tum sumitur, quando etiam beneplacitum includit, quod uoluntatis est opus a scientia propriae sic dicta penitus distinctum. Repete ex superioribus illa, quae speciatim de scientiae diuinae distinctione monuimus.

γ) opus intellectus, non potentiae aut uoluntatis.

Prob. II. ex natura hominis,
Qua a) indicio pollet.

§. VIII. Et quid multis opus? opti- D mos testes in nobismet ipsis habemus, qui clare ostendunt, Deum non necessitate quadam nos ad actiones impellere. Primum enim hominem iudicio, hoc est, ui quadam praeditum esse, ne ipsi aduersarii inficiantur, qua in proposita sibi obiecta eorumque bonitatem inquirit, quod omne frustraneum esset, nisi ex cognitis obiectis deinceps eligere, quod optimum uideretur, idem posset? sed ad alteru- E trum iam ante esset determinatus. Id quod etiam BOETHIVS uidit, qui pari ratione ad liberum arbitrium nostrum contra necessitatem ex praescientia Dei *lib. V. prosa 2. p. m. 111.* argumentatur: *Quod ratione uti naturaliter potest, id habet iudicium, quo quodque discernat per se: igitur fugienda optandaue dignoscit. Quod uero quis optandum iudicat esse, petit: refugit uero, quod existimat esse fugiendum. Qua-* F *re quibus inest ratio, ipsis etiam inest uolendi nolendique libertas.* De re uero, qui adhucdum gestiat dubitare: is uel hominem simplicem ac rudem, rectae tamen rationis usu pollentem, consulat et inductione facile conuincetur. En! carnibus in duabus patinis tali appositis, utram necessarium sit prius apprehendere, disputa? Ipse sane neutrum necessarium esse prompte respondebit: pone enim, dicet, G primam et ego alteram apprehendam; aut hanc tu pone, et ego capiam de illa. Atque hoc est, quod scripsit non nemo; dum nimium ratiocinamur, rationem cum ueritate amittimus.

b) libertatem ex inductione probat.

§. IX.
Prob. III. ex rei ipsius inconuenientiis.
a) Frustra praemia et poenae.

§. IX. Quamuis uero haec ipsa ad adstruendam thesin nostram sufficere possint, ut tamen eo clarius innotescat, quam impossibile sit, contrariam opinionem amplecti, inconuenientia simul ostendere est uisum, quae ex ea opinione prona ac facili consecutione fluunt. Vti uero illi nobis, in philosophia etiam, semper displicuerunt, qui talibus consequentiis onerant aduersarios, quas ipsi uel non concedunt, uel ex earum hypothesi fluere negant, hoc enim certum mihi indicium est, oppugnantes aduersae partis mentem nondum, ut decet, percepisse: ita tamen contra sentientis esse, uitium in consecutione ostendere et thesin oppositam ab ea liberare non minus existimo. Tales autem non illi fuerunt, contra quos BOETHIVS disputat *lib. V. prosa 3. p. 115.* dum inquit: *Quo* (Stoicorum ex praescientia necessitatem impugnat) *semel recepto, quantus occasus humanarum rerum consequatur, liquet. Frustra enim bonis malisque praemia poenaeue proponuntur, si ad alterutrum non propria mittit uoluntas, sed futuri cogit certa necessitas,* et quae ibi sequuntur. Etiam preces frustra ad Deum sic funduntur, cum nulla spes mutationis superfit, semel inuecta in rebus humanis necessitate. Pergit enim eodem in loco: *Igitur nec sperandi aliquid nec deprecandi ulla ratio est. Quid enim uel speret quisquam, uel etiam deprecetur, quando optanda omnia series indeflexa connectit. Aufertur igitur unicum illud inter homines Deumque commercium, sperandi scilicet ac deprecandi.* A qua tamen sententia tantum abest, ut Stoci appellauerint, ut potius SENECA *lib. de prouid.* haec ipsa admittere non dubitet, cum inquit: *nihil aliud sunt preces, quam aegrae mentis solatia, fata ius suum peragentia, nulla commouentur prece, non misericordia flectuntur.* conf. *Ioh.* PALATII *Veneti, aquilam inter lilia lib. IX. c. 2. p. m. 330.* ubi pulchra hanc in rem de fato et fortuna extat dissertatio. Deinde quis iniuriam B. SPINOZAE fieri existimet, si ex ea, quam ipse hominibus necessitatem imponit, consequi dixero: Deum omnis mali auctorem esse. Ita enim ille *epistola XXIII. et XXV. p. m. 453. et 457.* impie philosofophatur: *Deum nullo modo fato subiicio* (is enim error Stoicorum fuit, ut supra in Senecae loco ostensum) *sed omnia ineuitabili necessitate ex Dei natura fieri concipio. Nos ideo inexcusabiles, quia in Dei potestate sumus, ut lutum in manu figuli, uidelicet nemo Deum redarguere potest, quod ipsi naturam infirmam, seu animum impotentem dederit. Sicut enim absurde circulus conqueretur, quod Deus ipsi globi proprietates, uel infans, qui calculo cruciatur, quod ei corpus sanum non dederit: sic etiam homo animo impotens queri posset, quod Deus ipsi fortitudinem ueramque ipsius cognitionem et amorem negaue-* rit,

b) frustra spes et preces.

c) Deus autor mali.

§. IX. X.

rit, quodque ipsi naturam adeo infirmam dederit, ut cupiditates suas nec coercere, nec moderari possit. Atque sic homines sunt excusabiles, neque Deus irascitur illis, sed omnia ex ipsius sententia fiunt. Interim tamen possunt beatitudine carere et multis modis cruciari. Qui enim ex morsu canis furit, excusandus quidem est, et tamen iure suffocatur; et qui denique cupiditates suas cogere et metu legum easdem coercere nequit, quamuis etiam ob infirmitatem excusandus sit, necessario tamen perit. Qua quidem sententia nihil scelestius esse potest, quae ex hominibus bruta facit, ex necessitate agentia. Si enim ipsi opposueris, quare Deus malos cruciet, bonos coelo dignetur? si non penes ipsos sit, istud cauere, hoc uero amplecti: eodem iure, impudenter respondet, Deum id facere, quo uni equo facilem dominum, pabulum lautum, quietemque largiatur, alium contra asininis laboribus subiiciat et istis faciat carere. Sed haec execrationem potius, quam refutationem merentur. Ipsi sane Stoici hoc uidentur meliores; cum, licet fatalis necessitas eorum paria fere absurda progenuerit; ipsi tamen effugia in causis, nobis homuncionibus occultis quaesiuerunt, nec unquam ausi fuerunt talia asserere. Deum enim ideo mali ipsos auctorem fato suo facere constanter negasse *Ant.* MVRETVS probat, locis *in not. ad Senecae de prouident. c. V. p. m. 529.* pluribus citatis. Illud tandem non possum non in aliis mirari, qui, cum omne ens uel necessarium esse uel contingens statuant nobiscum, Dei tamen praescientiam his ipsis necessitatem afferre, asserere non uereantur. Si enim sunt necessaria et contingentia, Deus etiam ita, ut sunt, hoc est, necessaria ut necessaria, contingentia ut contingentia debet praescire. Secus enim aut non dabitur contingentia, aut praescientia falsa erit, quod utrumque tamen aduersarii inficiantur. Inde neruose AVGVSTINVS *lib V. c. 10. pag. 156. de ciu. Dei: Non ergo propterea nihil est in nostra uoluntate; quia Deus praesciuit, quid futurum esset in nostra uoluntate. Non enim, qui hoc praesciuit, nihil praesciuit. Porro si ille praesciuit, quid futurum esset in nostra uoluntate: non utique nihil, sed aliquid praesciuit: profecto et illo praesciente est aliquid in nostra uoluntate.*

d) nullum contingens plane daretur.

Ad dubia ex praescientia contra rerum indifferentiam opposita responsio.

§. X. At facilius forte esse dixeris, aliquam hic sententiam tueri; quam satisfacere obiectionibus aliorum. Et sane ita res est. Difficile enim ex omnibus scrupulis, qui suboriri nobis circa hanc materiam solent, se expedire. Subibimus tamen et hanc arenam, ne stationem in maximo conflictu reliquisse uideamur.

Obiectio I. a certitudine praescientiae Dei, quae a) necessitare uidetur.

Argumenta autem, quibus impetunt nostra aduersarii, haec sunt. Primum a certitudine et infallibilitate scientiae diuinae ad rerum scitarum necessitatem con-

§. X.

A cludunt. Si enim Deus ab aeterno praeuidit, Iudam proditurum esse Seruatorem; necesse etiam, inquiunt, fuit, ut proderet in tempore, alias enim Deus in praescientia deceptus fuisset. At uero supra iam est responsum ad haec. Distinguendum enim hic inter *certitudinem* et *necessitatem* et, si uocabulo necessitatis hic uti uelis, inter necessitatem *consequentiae* seu *illationis* et *consequentis*, seu quod B eodem recidit, inter necessitatem *hypotheticam* et *absolutam*, non haec, sed illa, salua libertate nostra, queunt admitti, (talis enim necessitas e. g. illa est: si eris rector Academiae Hallensis, eris comes Palatinus.) Hinc intelligendus AVGVSTINVS est *lib. V. de ciu. D. c. 10. f. m. 155.* ubi inquit: *Si illa definitur necessitas, secundum quam dicimus, necesse esse, ut ita sit aliquid uel ita fiat; nescio cur eam timea*C*mus, ne nobis libertatem auferat uoluntatis. Sicut cum dicimus, necessum esse esse, ut cum uolumus, libero uelimus arbitrio et uerum procul dubio dicimus et non ideo ipsum liberum arbitrium necessitati subiicimus, quae adimit libertatem. Sunt igitur nostrae uoluntates, et ipsae faciunt, quicquid uolendo facimus, quod non fieret, si nollemus.* Id quod BOETHIVS *lib. V. prosa 3. p. 113. sq.* illustrat. *At nos,* inquit, *illud demonstrare* D *nitamur, quomodo se habeat ordo causarum; necessarium esse euentum praescitarum rerum, etiamsi praescientia futuris rebus eueniendi necessitatem non uideatur inferre. Sicuti, cum quid esse scio, id ipsum esse necesse est; ita cum quid futurum noui, id ipsum futurum esse necesse est. Sic fit igitur, ut euentus praescitae rei nequeat euitari.* Adeoque cum dico; impossibile est, Adamum non peccare, si Deus prae-E sciuit: recte P. LOMBARDVS I. *sentent. dist. 38. q. 1.* respondet; hanc enunciationem ueram in sensu *composito* esse, sed falsam in *diuiso*; non enim Deus Adami peccatum uidit, antequam admitteretur ab Adamo, id quod natura aeternitatis uult: dum autem erat admissum, non amplius poterat non admitti, cum tamen potuerit, antequam admitteretur. Quare non incommode scripsit nuperrime nonnemo: F in aeternitate ego iam mortuus sum, licet adhucdum uiuam in tempore. *Est enim aeternitas* BOETHIO definiente *lib. V. prof. 6. interminabilis uitae tota simul et perfecta possessio,* nostra uero a praeteritis praesentia in futura procedunt: nec totum nostrae uitae spatium pariter ac simul possumus amplecti. Exemplum ex sphaera sume, perage eam et circumage, non uno intuitu totam inspicies; quamuis si alia G ratione constituti oculi nostri essent, quin totam simul intueri possemus, nemo possit dubitare. Atque sic umbram aeternitatis habe, quam si tenueris, magnam in tenebris lucem usurpabis, quibus repleri haec assolet doctrina. Neque enim sic est,

§. X. est, quod circa illa uerba haereas: quomodo quod ab aeterno uerum, falsum fieri potest in tempore. Non posse enim, confidenter respondemus; sed distinctione modo data arbitrii nostri libertatem tuemur. Si uero cui hic obscuri uidemur, is non styli nostri infelicitatem accuset; sed neglectum metaphysicae doleat, disciplinae etiamnum diuinae. Nunc ad alia.

b) stare cum contingentia nequit. Dicunt enim porro: si Deus non constringit, dirigit et cogit quandoque uoluntatem nostram ad ueritatem praescientiae suae, quomodo haec ipsa certa esse unquam poterit. Pone enim, Deum scire; me cras disputaturum esse et non disputabo, ergo decipietur in sua scientia Deus. At bene obuiam it huic dubitationi AVGVSTINVS *L. V. de ciu. D. c. 10 f. m. 156.* inquiens: *Deus Adamum peccaturum esse praesciuit, qui si nolit omnino, non peccat, sed si peccare noluerit, etiam hoc ille praesciuit*, et BOETHIVS *L. V. pr. 6. sed si in mea, inquies, potestate situm est mutare propositum, euacuabo praescientiam, cum, quae illa praenoscit, si te mutauero. Respondebo; propositum te quidem tuum posse deflectere, sed quoniam et id te posse et an facias, quoue conuertas, praesens praescientiae ueritas intuetur, hanc te non posse uitare: sicuti praesentis oculi effugere non possis intuitum, quam te in uarias actiones libera uoluntate conuerteris.*

Obiect. II. ob absurdo, quia a) uoluntas sic esset independens. Sed neque hoc omne est, quod nobis obiiciunt, nam ut absurditatis nostram conuincant sententiam, ita pergunt argumentari. Primum, si penes solam uoluntatem est, se ipsam determinare, erit uoluntas ens independens, quod inauditum. Fateor, difficile esse huic obiectioni, ita ut nullus in animo scrupulus remaneat, ex asse satisfacere. Scholasticorum equidem, quos magno numero hic allegare possem, mihi non ignotae responsiones sunt. Quarum plures cum SLEVOGTIVS *disp. XXVII. philos.* in medium proferat, eas repetere nolo. Id dico, multa quidem subtiliter utiliterque ab illis disseri, an tamen rem omnem expediant distinctiones illae, aliorum iudicium esto, nunc contentionis serram cum ipsis reciprocare spatium non est. Confidenter equidem AVGVSTINVS *lib. V. de ciuitate D. c. 9. p. m. 154. Deus omnium potestatum dator, non uoluntatum*, quod si ita assumis, ut ibi principium *uolitionis*, hic uero *electionis* S. Patrem insinuasse dicas, absurditatem nullam uideo. Quae uerba quamuis in aliis editionibus (Romanum enim exemplar ita habet) correcta fuerint, in eo tamen uim Augustino factam esse, ego quidem propterea existimo; quia ea ipsa cum sequentibus bene cohaerent, ubi idem dicit; nullam creaturam agere nisi angelum et hominem: cetera uero libertate carentia tantum pati, hoc est, machinas esse, quarum actiones a principio externo pendeant. Audacius hac in re DVRANDVS argumentatur *lib. II. dist. 37. q. 1.* quae uti nec omnia probo, ita omnia improbare nolim. Sane si ad principium electionis (quod probe nota, nam quod ad uolitionis principium attinet, huic Deum sine labe in malis etiam rebus cooperari affirmare nullus dubito, hoc enim actum ipsum respicit, qui in se indifferens est, non rei moralitatem) si inquam ad id ipsum cooperetur, etiam de bonitate et malitia participaret, quod statuere impium est; dico itaque, quod Deus auctor uoluntatis eam ita creauerit, ut dependere ab ipso uoluerit in uolendo, non eligendo, dum uero et ipsa uis eligendi in creando, conseruando, aeque ipso, quatenus in malis etiam rebus indifferens est, a Deo dependeat, qui concurrere cum ea, prout uis illa sese determinauerit, aeterna lege statuit, entia independentia hic facile expirabunt. Restat ultimum dubium, quod apud BOETHIVM legere est *lib. V. pag. 150. Quid igitur inquies? ex meane dispositione scientia diuina mutabitur, ut cum ego nunc hoc nunc illud uelim, illa quoque noscendi uices alternare uideatur?* At ipse respondet: *minime. Omne namque futurum praecurrit intuitus et ad praesentiam propriae cognitionis retorquet ac reuocat; nec alternat, nunc hoc, nunc illud pernoscendi uice: sed uno ictu mutationes tuas manens praeuenit, atque complectitur.*

b) cum temporali mutare-tur scientia Dei aeterna.

§. XI.

An homo tantum a coactione liber?

§. XI. Ceterum quid de illis sentiendum existimem, qui hominem quidem liberum a *coactione* esse, sed non a *necessitate* putant, aperire hic etiam utile esse censui. BELLARMINVS certe et eius asseclae pro temperamentorum ratione hominem agere arbitrantur, quam cum Deus ab aeterno accuratissime nouerit, facile concludere eundem posse, quid homo in tempore facturus sit, si in tali occasione constitueretur. Verum nos breuiter ita respondemus, inclinare et instinguere corporis nostri dispositionem ad hoc uel illud agendum; sed nostri tamen arbitrii esse, impulsus tales supprimere, mutare, inuertere, quod nisi esset, uitia omnia Deo deberemus temperamentorum architecto, taceo alias ex hac doctrina prouenientes absurditates. Huc et illorum doctrinam refer, qui uoluntatem priorem esse intellectu credunt. Hi enim existimant in temperamento iam residere, quid uoluntas actura sit, si ab intellectu tale uel tale obiectum repraesentetur, u. g. uenereum temperamentum necessario consensurum, si intellectus amabile ipsi sistat obiectum. Quae sane et ipsa doctrina ex homine meram machinam facit et eius aufert libertatem. Vltimo dicunt nonnulli: homo quidem libertatem habet, quoad distinguenda obiecta, posita tamen appetitus cum obiecto harmonia non potest non agere. Sed hi homini *sponta-nei-*

§. XI.

neitatem dabunt, non *libertatem*, atque ita homo iterum brutum Cartesianum erit, hoc est, machina, cuius motus cum ex principiis extrinsecis pendeant, ipsa ne agere quidem dici potest, sed pati, ut supra ex Augustino. Quod, quomodo ostensas suo loco inconuenientias euitare queat, ego quidem, quam uellem etiam, uidere nequeo. Talis igitur uoluntati nostrae libertas debetur; qua homo positis omnibus ad agendum requisitis, agere potest et non agere, hoc agere et illud agere: atque hanc quod praescientia diuina nulla ratione impediat, hactenus dedimus commonstratum. Ceterum cum BOETHIO tractatum claudimus: *Auersamur igitur uitia, colite uirtutes, ad rectas spes animum subleuate, humiles preces in excelsas porrigite. Magna uobis est, si dissimulare non uultis, necessitas indicta probitatis, cum ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis.*

OPVSCVLVM IV.

DE

RATIONALI PHILOSOPHIA APVD ARABES ET TVRCAS,

mens. Decembr. an. CIϽIϽCXCIX.

§. I.

§. I. *Desideratur historia philosophica, de disciplina quacunque sigillatim scripta.*

INGENIORVM HISTORIAM, liceat hoc nomine cum MENAGIO (*a*) hic uti, maxima huius et superioris aeui ingenia tractasse et, repetito identidem studio, ad ueterum scriptorum fidem exegisse, CYRALDI (*b*), CRINITI (*c*), VERGILII (*d*), RENECCII (*e*), PEIRERII (*f*), PATRITII (*g*), CRISPI (*h*), LIPSII (*i*), LAVNOII (*l*), ADAMI (*m*), HEVRNII (*n*), VOSSII (*o*), LAMBECII (*p*), IONSTONI (*q*), HORNII (*r*), SCHEFFERI (*s*), GASSENDI (*t*), STANLEI (*u*), GALEI (*x*), THOMASIORVM (*y*), aliorumque exempla (*z*), qui ex instituto artium literarumque annales condiderunt, faciunt testatum. Quamuis uero, lectis tot tantisque nominibus, secum quaesiuerit aliquis; an in hoc argumenti genere quicquam hodienum restet, quod horum uirorum industria non occupatum sit: cum tamen alii historiam philosophicam uniuersim scripserint; nonnulli singularum inter philosophos sectarum exposuerint fata; nemo autem inter omnes fuerit repertus, qui singulis disciplinis singularem hic operam addixerit: hanc spartam etiamnum ducem expectare uirumque existimem. Id uolo, ut LOGICAE, similiter enim de aliis philosophiae partibus iudicandum, *historia*, hoc est, *initia, progressus, sectae, scriptores, fata* ac *uicissitudines* plene ac solide scriberentur; unde magna reipublicae literariae commoda liceret promittere. Noui equidem in *historia rationalis philosophiae* RAMVM (*aa*) et KECKERMANNVM (*bb*) aliquid tentasse; GASSENDVM (*cc*) etiam circa sectas quasdam dialecticorum delineandas non inutiliter uersatum fuisse: ast uero, qui utrumque coniunxerit, addiderit omissa, desideriaque expleuerit prorsus, nemo quidem hactenus occurrit. Animum idcirco pridem appuli, ut mea industria aliquid protraheret, quod in hunc numerum habile esset referre. POLYHISTOREM LOGICVM meditabar, ubi, quicquid historici argumenti ex

(*a*) Hoc nomine *historiam philosophicam* salutat, p. 3. *in not. ad Laertium.* (*b*) Opera eius nuper in Belgio iunctim edita sunt fol. (*c*) de honesta disciplina 12. (*d*) de inuentione rer. in 8vo et 12. (*e*) de lect. histor. f. (*f*) philosoph. natur. 4. Paris. (*g*) de philosoph. Platon. et Aristot. f. (*h*) de philosoph. caute legend. f. Romae. (*i*) manuductione ad philos. Stoicam. (*l*) de fortuna Aristot. 8vo et 4t. (*m*) in uit. philosoph. (*n*) de philos. barbara in 12. (*o*) uariis in scriptis de sectis philos. de quatuor artib. popular. de natura logicae et rhetoric. (*p*) in prodromo histor. literariae f. Hamburg. (*q*) de scriptor. philosoph. 4t. (*r*) historia philosoph. 4t. (*s*) de philosoph. Italica 8t. Vpsal. (*t*) tom. II. operum. (*u*) in historia philos. oriental. 8t. (*x*) de progressu philosophiae Londin. in 8t. (*y*) pater et filius in scriptis diuersis et edito 1698. uolum. 8. (*z*) in gratiam auditorum, quos nuper historiam philosophicam docuimus, struximus hunc catalogum, quod uitio non dabit, qui uberiori hic messe abundat. (*aa*) Dialect. lib. I. a c. 1. ad 8. (*bb*) Systemat. logic. lib. I. (*cc*) Tom II. opp. ubi de logica Epicuri, Aristotelica, Ramistica, Lullistica et paucis aliis agit.

(*dd*) Vnus

§. I. II. III.

ex hac disciplina sese offerret, conquirerem sedulo, iustoque ordine prosequerer. Relinquere enim gloriam aliis uolui, millesimum logicarum numerum, quae publicis iam typis extant, uel explere uel augescere: tempus longe melius collocatum iri ratus, si coeptam historiae in rationali philosophia telam bene pertexerem. Ast uero siue duritia aeui huius, ne quid dicam grauius, quae impedit disciplinam nostram et tantum non supprimit; siue euentu quodam, qui studia mea aliorsum traxit, factum est; ut desuescere paulo animus meus ab hoc instituto et primi conatus quasi in herba suffocarentur. Cum tamen apud diuersos melioris notae scriptores collecta a me plurima non ita perire uellem: constitui mecum hos locos singulis disputationibus, si fieri posset, excutere, atque sic pedetentim instituti huius rationem habere. Neque etiam alio numero hoc pensum, quod nunc sisto, censeri uelim: quam pro una locorum communium rubrica, suo tempore deinceps per reliqua quoque capita excutiendorum. Non ergo exasciati aliquid hic promitto; sed schema tantum *dialecticae Turcarum* do, quod limam neque patitur neque sustinet, usque dum, repetito demum studio, in melius prouehatur.

Operis partitio.

§. II. Ita uero partiemur laborem hunc nostrum, ut, historiam rationalis philosophiae apud Turcas descripturi, primum de ueteri Arabum dialectica quaedam coniectemur, deinde, quo loco Turcae nunc habeant hanc disciplinam, qua possumus fide et industria, exponamus.

De rationali philosoph. a- *pud ueter. Arabes.*

§. III. Sapientiam non in Graecia natam esse, apud ipsos Graecos (*dd*) in confesso est; eam ex oriente accitam, non minus certum (*ee*): an uero ARABES nostri ad systemata Graecorum philosophica et ipsi aliquid contulerint; plus quaestionis, a paucis tractatae (*ff*), habere uidetur. Pro barbaris nostros plurimi habent (*gg*): quibus tamen illud accidit, quod imperitis geographis. Quemadmodum enim hi in terris incognitis deserta pingunt: sic illi gentes, quarum mores ipsis ignoti sunt, stuporis et ignauiae insimulant, ne cognitu dignum populum ignorare uideantur. Verum et ipsi *Arabes* scriptores tempora Arabiae ante Mahumedem *secula ignorantiae* dicunt: ut adeo frustra eis literas homines exteri tribuerint, si domestici testes artium eos dixerint ignaros. *Georgium* ALBVLFARAIIVM (*hh*) Malatiensem hic adducunt, ita de ueteri Arabia differentem: *Quod ad Arabes, qui supersunt, duplex eis conuenit status*, IGNORANTIAE *alter*, *alter* ISLAMISMI. *Status autem Arabum ignorantiae temporibus robore et potentia inter gentes celebris est.* Haec uerba plures eo trahunt, quasi exulauerint prorsus apud Arabes studia literarum (*ii*). Ast uero cum non artibus, sed religioni ignorantia hic opponatur, lumen enim cultui diuino e dogmatibus Mahumedis accessisse scribit, cum antea idololatriae tenebris fuisset obuolutus: inde sibi auctorem, Arabibus uero literas constare existimo (*kk*). Qui enim ignaros dixerit *Albulfaraiius?* quos statim rhetoricae, logicae, astronomiae, poeseos praedicat intelligentes (*ll*). Excipit hoc dubium aliud; quod neque idonea bonis artibus ingenia Arabum habeat *Albulfaraiius* (*mm*). Verum idem aut non de gente uniuersa

An literarum gnari fuerint Arabes? Affirm. et respondetur primum dubiis.

(*dd*) Vnus LAERTIVS nobis testis sufficiat, qui opera sua ita auspicatur: τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἔνιοί φασιν ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι. Vt ex nostratibus CLEMENTEM, EVSEBIVM, aliosque ra- eeam, idem suo calculo confirmantes. (*ee*) Persis, Babyloniis, Assyriis, Indis, gentibus orientalibus, hanc gloriam tribuit SOTION apud *Laertium l. c.* conferantur, quae in *cap. I. §. V.* congessimus in differt. de philosophis caute legendis, superiori anno habita. Addatur SCHEFFERVS *de philosoph. Italica cap. IV. et V.* (*ff*) Ita enim, quotquot supra §. 1. nominaui, *historiae philosoph.* scriptores disciplinas Arabum aut praeterire aut strictim attingere uideas, quam industrii etiam in aliis gentibus fuerint. (*gg*) VRSINVS *in Zoroastro sect. VI. p.* 137. hue etiam trahit illud SHARESTANII Arabis: *duae sectae ante Mahumedis missionem oppositae erant: populus Libri et Idiotae, qui literas nesciebant.* Eadem fere placita HORNII sunt lib. V. hist. philos. c. 9. p. 284. (*hh*) Verba summatim recito; locus habetur in DYNASTIA IX. p. m. 101. Editus scriptor atque in Latium translatus ab *Eduardo* POCOCKIO *Oxon.* 1650. 4t. post opera eius uniuersa ab eodem ibidem promulgata 1663. Hoc ideo commemnro, quia mihi identidem postea adhibenda est huius uiri auctoritas. (*ii*) Eodem fere modo uerba accipit summus in hoc literarum genere uir cl. HOTTINGERVS *in analect. histor. theol. differt. VI.* (*kk*) Ita egregie locum illustrat EBNO' L ATHIR *Arabs.* Verba ita reddit *Pocockius: status, in quo fuerant Arabes ante Islamismum, ad ignorantiam Dei et apostoli eius et constitutionum religionis;* habes quare *ignorantiae tempora* dicat ALBVLFARAIIVS secula ante Mahumedem! *Islamismus uero obedientia et submissio Deo.* (*ll*) Id enim ex uerbis eius colligo, quae *dynastia IX. p. m.* 101. habet: *Eruditio autem Arabum,* de ueteribus Arabiae incolis loquitur, *cuius gloriae praecipue studiosi erant, haec erat: linguae suae peritia,* [GRAMMATICAM habes] *sermonis proprietas* [partem non infimam DIALECTICAE artis intellige] *carminum textura* [en POESIN!] *et orationum compositio* [an clarior describi potest ORATORIA?] *noti etiam illis erant stellarum ortus et occasus* [pars nobilior MATHESEOS]. Non putauerim illiteratum fore, his doctrinis enutritum Arabem. Quod si igitur *idem auctor* eosdem Arabes, ἀφιλοσόφους dicit; hoc non aliter, quam de philosophia Graecorum aut Aristotelica existimauerim intelligendum. (*mm*) Verba eius sunt: *nec eos,* Arabes, *ad haec stadia* [philosophica] *idoneos fecerat Deus. Dynast. IX. p.* 102. Sed quid per philosophiam intelligi uelit, alio loco *dynast. III. p.* 41. docet; doctrinam scilicet de causa uniuersi, theologiam, ut modo diximus. Hanc quippe Arabes scribit, fato quodam, ignorasse.

(*) quod

§. IV.

uniuersa loquitur; aut sibi ipsi est contrarius (*). Ecquis enim ad studia ineptos dixerit, quos artium iam habuit gnaros. Quid? quod contrarium ex aeris, regionisq; ratione ac indole potius constet. Ad cuius rei fidem *Edmundus* CASTELLVS (*nn*) ita ratiocinatur: *aurora semper habita est, quidni illius etiam regna, Musis amicissima? non hoc a me habebitur. En Aristotelem, Hippocratem, Galenum, Ctesiam propositis exemplis ubique confirmantes, omnia pulchriora, suauiora, meliora in Asia*, de Arabia sermonem habet, *quam in Europa reperiri. Intra terram minera et metalla; supra plantae atque arbores, dein aer purior ac salubrior, coelum multo magis clarum et serenum* Inde HOLDSWORTHVS, callentissimus philologias, Asiaticos scriptores praestitisse semper Europaeis, per exempla dedit comprobatum. Accedit, quod inter languescentes Thebanorum animos inueniantur Epaminondae. Verum aeterna tamen obliuione sepultum, dicunt; quamuis artium aliquid nouerint Arabes. Ita enim noster *Albulfaraiius* (*oo*); *gentes*, de ueteribus Arabiae incolis loquitur, *deletae sunt, certis earum memoriis destituimur, et defecerunt prorsus rationes*, deficientibus scilicet historicis, *quibus in eorum uestigia inquiramus.* Ast tamen hoc ipsum est, quod nunc erimus inuestigaturi.

Argumenta, quod literis non caruerint Arabes. Arg I.

§. IV. Scilicet Arabum scriptoribus non existentibus (*pp*), exteri in subsidium uocandi hic sunt; et ubi ipsi deficiunt, rationibus agendum, si uel huius rei aliquid consequi liceat coniecturis. PYTHAGORAM disciplinarum causa itinera in orientem suscepisse, pluribus testatum est: sed hunc ipsum in Arabia quoque magistros inuenisse, memorat PORPHYRIVS (*qq*) ex Diogene: ἀφίκετο δὲ καὶ πρὸς Αἰγυπτίους ὁ Πυθάγορας καὶ πρὸς ΑΡΑΒΑΣ. Diuinationes ex uolatu et garritu auium, scientiamque auguralem (in utroque enim excelluisse Arabes uel ex PHILOSTRATO (*rr*) constat) apud eos didicisse, contendit SCHEFFERVS (*ss*). Idem institutum MOSEN habuisse, credere liceat, quod fugiens ex Aegypto, in Arabia maluerit (*tt*) quam alibi commorari. *Arg. I.* Sane cum eruditus fuerit in omni sapientia uir diuinus, non probabile est, eum inter barbaros et bardos, si omnes Arabiae incolae stupidi fuissent, otio languescere uoluisse. *Arg. III.* Neque de literis Arabum dubitare nos gentis sinit origo. Abrahami posteros se dicunt, miro concentu, Arabes (*uu*). Quod si ergo de philosophia Abrahami clari testes sint (*xx*): qui posteros eius lumen semel accensum dicemus extinxisse? Tum maxime, ubi literas Abrahami sibi ex eadem causa Arabes hodieque tribuere fide SHARASTANII (*yy*) sciamus; imo ipsius *Abrahami* scripta in Arabia dicant superesse (*zz*). *Arg. IV.* Et quid est, quod auctor libri REGVM [*a*] de Salomone affirmat; sapientiam eius maiorem fuisse כָּל בְּנֵי קֶדֶם *quam omnium orientalium.* Ipsum sane hoc de Arabibus accipere cum uiris linguae S. peritioribus [*b*] nulli dubitamus; indubitato iterum Arabicae doctrinae argumento. *Arg. V.* Imo quod ex eadem Arabia מַלְכַּת שְׁבָא, *Regi-*

(*) quod CONRINGIVS uult *supplem. V. ant. Acad.* (*nn*) In oratione de *lingua Arabica* p. 8. edit. Londini 1667 4t (*oo*) *Dynastia* IX. p. 100. sub initium. Accedit, quod in historiis ueteris Arabiae ingentem inter ipsos etiam Arabes caliginem esse, ELMACINVS historicus eorum, ab *Erpenio* Lugd. B. editus, non minus conqueratur. (*pp*) HOTTINGERVS, diligens si quisquam alius, harum rerum scrutator, nullos Arabicos scriptores ante seculi VII. aetatem credit extitisse. Ita enim in *analect. hist. theol. diss. VI.* inquit: *Arabicorum scriptorum uix quemquam annis octingentis; Islamismo uero et Alcorano nullum neque theologum, neque philosophum, neque historicum antiquiorem esse.* (*qq*) *in uita Pythagorae*, locum tamen excerpsit e Diogene de incredibilibus. (*rr*) *lib. I. c.* 14. τῇ σοφίᾳ, inquit τὸν Ἀράβων πρῶτον ἐς ξύνεσιν τῆς τῶν ζώων φωνῆς ἦλθεν, ἔμαθε δὲ τοῦτο διὰ τοῦ τῶν Ἀράβων παρεσχημένος, ἄριστα γινωσκόντων τε αὐτό, καὶ πραττόντων. Ἔστι γὰρ τῶν Ἀράβων ἤδη κοινὸν καὶ τῶν ὀρνίθων ἀκούειν μαντευομένων ὁπόσα οἱ χρησμοί. Add. CICERO l. I. de diuin. c. 2. (*ss*) de philosophia Italica cap. V. p. 30. (*tt*) *Georgius* ALBVL-PHARAII *dynast. I. p.* 17. *Fugit Moses in terram Arabum et ibi uxorem duxit.* (*uu*) Testantur hoc ALBVL-PHARAII et ELMACINVS. PATRICIDIS etiam uerba HOTTINGERVS laudat *lib. I c.* 3. *hist. orient. p.* 57. *Dedit Abraham filio suo, Ismaeli, facultates, eumque uiatico instructum, cum matre sua expulit in katbreb et Arabiam felicem.* Eandem originem Arabes hodieque sibi asserere, auctor est *Ioh.* GOTOVICVS *lib II. itin. Syr. c.* 17. *p.* 394. (*xx*) Astronomiam, geometriam, metaphysicam, physicam disciplinas alias eidem ueteres IOSEPHVM *lib. I. antiq. c.* 4. EVSEBIVM *lib. IX. de praep. euang. c* 17. CLEMENTEM *Alex. strom. VI.* alios tribuere uideas apud VIVEM *in Aug. de ciu. Dei lib. XIIX. cap.* 2. VOSSIVM *lib. II. c.* 8. §. 7. HORNIVM *lib. II. c.* 10. GALEVM *lib I. c.* 1. §. 6. *p.* 13. *sq.* (*yy*) Verba POCOCKIVS ita reddit *p.* 54. *Postquam diuisa est lux, quae ab Abrahamo ad posteros deriuata est, in duas partes; quarum una apud filios* Israelis *mansit; altera apud filios* Ismaelis, *quae ad posteros eius* Arabes, *peruenit.* (*zz*) Legatur hanc in rem *Thom* STANLEIVS *lib. III. philos orient. c. II. et III.* [*a*] I. Reg. IV. 30. *maior sapientia* Salomonis *quam filiorum orientis et omnium Aegyptiorum.* [*b*] Sub oriente hic Arabiam notari plura fidem faciunt. Primo enim TACITVS *lib. V. hist. c.* 5 in descriptione Iudaeae, eam, *qua orientem uergit, Arabia terminari, ait:* deinde in uariis etiam S. scripturae locis *oriens* sumitur pro *Arabia*; quae loca STANLEIVS *lib. III. c.* 2. *p. m.* 351. suppeditat. post Arabs interpres *filios orientalium* hoc loco reddit *filios Saracenorum*, id est, Arabum; POCOCKIVS *p. m.* 34. denique non Chaldaeos, neque Tyrios hic intelligi posse, breuiter declarat CONRINGIVS *diss. acad. supplem. V. p* 216 nostrae

sen-

§. V. *Regina Shabae*, uenerit, regem fapientissimum auditura [*c*], conftans [*d*] neque rationibus deftituta [*e*], doctorum eft opinio. Quid? quod magos ἀπὸ ἀνατολῶν et ipfos Arabes fuiffe, uiri clariffimi argutentur [*f*]. Vt adeo iure merito que magorum fedem Arabiam quoque habeant PLINIVS [*g*] et PTOLEMAEVS [*h*]. Haec omnia quisquis legerit, ueteres etiam Arabes fapientiae cultores fuiffe, quamuis plerique et tantum non omnes eos pro gente ftupida et ignaua habeant, nobis haud difficulter largietur.

Arg. VI.

Rationali philos. ftudiofos fuiffe Arabes probatur.

§. V. Vifa nunc Arabum philofophia, an eius etiam partem fuerint edocti, quae circa ratiocinia dirigenda uerfatur; dicendum nunc eft probandumque. Id quaeritur, *dialecticam artem num in pretio habuerint ueteres Arabes?* Quemadmodum uero non *naturalem* aut *ufualem* hic intelligimus difserendi facultatem: ita tamen eandem artem non ad Graecorum nedum Stagiritae unius placita uolumus alligatam. Quod fi enim de *logica Graecorum*, aut *Ariftotelico organo* quaefiueris: nihil eius doctrinae ueteres Arabes certum eft accepiffe. Sed non una ad ueritatem uia eft: neque eadem omnia circa argutandi artem praecepta. Illud enim cuiusdam uiri dicterium hic approbo: *argutati funt homines; antequam Deus fyllogizantium nafceretur Ariftoteles.* Atque adco id tantum probaffe hic fufficit: *ueteres Arabes* inter ceteras quoque *artem excoluiffe differendi.* Et uero argumenta nobis funt, quae circa hoc ipfum neminem finunt dubitare. Ipfe ALBVLFARAIVS [*i*] nobis hac in re teftis fit. Ita enim ille de ueteribus fcribit Arabiae incolis: *eruditio autem Arabum, cuius gloriae praecipue ftudiofi erant, haec erat;* (1) *linguae fuae peritia;* (2) *fermonis proprietas;* (3) *carminum textura;* (4) *orationum compofitio;* (5) *ftellarum notitia.* Inde ergo Arabicae philofophiae fyftema quinque tum difciplinis abfolutum fuiffe, firmiter credo, (1) fcilicet GRAMMATICA, (2) DIALECTICA, (3) POESI, (4) RHETORICA, (5) ASTRONOMIA. Altera tantum ex his nobis curae hic eft *dialectica:* de ceteris inquirant alii. Et uero coniecturae, quod hac *proprietate fermonis*, ars *dialectica* intelligenda, nos eo minus poenitet; quo plures caufae funt, quae iudicium hoc noftrum, uidentur comprobare. Certe *fermonis* haec *proprietas*, de qua loquitur ALBVLFARAIVS, aut pertinet ad *grammaticam*; aut *oratoriae* pars erit; aut *dialecticae*. Sed nec *illud*; neque *iftud* dici poterit, ab utroque enim auctor hoc ipfum affertum diftinctum uult; ergo *hoc* ultimum neceffario nobis afferendum. Inde eft, quod *Ioh.* COTOVICVS [*k*] fcribit: hodienum Arabes, qui priftinum uiuendi docendique morem non migrauerint, reliquis ftudiis neglectis, *dialecticam et rhetoricam* attingere. Quod fane priftinis maiorum inftitutis mihi debere uidentur. Luculentum enim acutiffimi inter maiores fuos dialectici exemplum in IOBO habent Arabes, hac doctrina literato in orbe primum certe confpicuo. *Iobum* Arabem fuiffe, plura fidem faciunt argumenta [*l*]; quod ipfum etiam peritiffimorum in philologia orientali uirorum confirmat auctoritas [*m*]. Tantum uero abeffe, ut naturali facundia Iobum ita difputaffe, obieciffe, refpondiffe, regesfiffe, excepiffe, limitasfe,

Argum. I. — Arg. II. — Arg. III.

fententiae et ipfe fautor. [*c*] 1. *Reg. X. u.* 1. 2. *Chr.* IX. *u.* 1. *add. Matt. XII. v.* 42. *Luc. XI. u.* 30. [*d*] Hebraeos pariter et Graecos interpretes ita fentire exemplo auctoris *geographiae* NVBIENSIS, ABNEZRAE *in Dan. XI. u.* 6. PHILOSTORGII, THEODORETI aliorumque comprobauit *Sam.* BOCHARTVS *lib. II. c.* 26. *p. m.* 133. *fqq.* Quicquid in contrarium ftatuat unicus IOSEPHVS *lib. VIII. antiquit. iud. c.* 2. [*e*] Rationes non fpernendae funt. Quae enim ueteri codici *regina Shabae* dicitur: illa nouo audit βασίλισσα Νότου, *regina auftriae.* Auftralem uero Iudaeae partem Arabiam effe, nemo geographiae gnarus ibit inficias: deinde Sabaeam et gentem et urbem in Arabia felici fitam, extra dubitationis aleam non minus eft pofitum; accedit, quod thus, aurum, dona R. Salomoni oblata, Arabia prae aliis eius regionis locis procreare uideatur, quae tamen propriae terrae bona in oblationibus ueteres conftat refpexiffe: tandem et exempla fuperfunt regni iftius Arabiae a foemina adminiftrati. Vt adeo SCHMIDIVS *ad cap.* 12. *Matth. p.* 203. fruftra hoc in contrarium obieciffe, Shaba *in Miroe*, Nili infula quaefita, nobis uideatur. Sed ad eius argumenta, refpondebimus, fi opus fuerit, in conflictu. [*f*] Alia enim Arabiae pars Iudaeae auftralis; alia *orientalis* eft (PTOLEMAEVS *lib. V. cap.* 16.) Hac oriundos *magos* fuiffe, qui infantem Seruatorem coluerint (*Matth.* 2. *u.* 21.) ueterum Chriftianorum fententia fuit, Hug. GROTIVS hoc obferuat, qui et ipfe fententiae huic cum pluribus aliis fubfcribit. Rationes exponemus inter differendum. Contrarie etiam fentientibus tum refponfuri. [*g*] lib. XXX. cap. I. [*h*] In Arabia finum magorum collocat. Quod etiam monet STANLEIVS *lib. III. c.* 2. [*i*] Loco, etiam fupra citato, *dynaft. IX. p.* 101. [*k*] *lib. IV. itinerarii Syriaci cap.* 14. *p. m* 473. uerba eius funt: *neque philofophiam quicquam curant*, (quod fi enim de Turcis loqueretur, falfus effet, cum illos philofophiam hodie excolere fatis conftet) *pauci faltem dialecticam et rhetoricam attingunt.* [*l*] Primum enim patria Iobi, terra *Vz* in Arabibus reperta, 2) ipfum quoque nomen Iobi Arabicarum natalium, 3) hoftes eius Sabaei I. u. 15. Arabiae fuperius afferti, 4) ratio facultatum et camelorum maxime numerus I. u. 3. diuitiae Arabicae, 5) fedes Iobi inter filios orientis, quo nomine Arabes ueniffe Iudaeis fuperius eft dictum, 6) amicorum eius fedes etiam in Arabia, 7) Arabifmi in libri textu deprehenfi, 8) traditiones plurimae de Iobo inter Arabes, 9) in ipfo etiam eorum Alcorano; et quae funt generis eiusdem. Talia certa haec effe exiftimo; ut difficulter Iobum aliquis expunxerit ciuitate Arabica. [*m*] *Spanhemius*, princeps fui feculi theologus, hifto-

§. VI. te, dicamus, quod in sermonibus, cum amicis institutis, inprimis patet; ut potius iure meritoque eum inter principes referamus sui temporis dialecticos [n]. Qua in re ex ueteribus plures assentientes habemus, e quibus HIERONYMUM [o], AMBROSIVM [p] et CASSIODORVM [q] nunc sufficiat nominasse. Vt recentiores [r] taceamus, qui calculo etiam suo idem approbare reperiuntur. Quod si igitur Iobus, dialecticorum princeps, Arabs fuit: dubitemus, in ueteri Arabia studium floruisse dialectices [s]? Eadem laude philosophiae rationalis apud eosdem Arabes *Harethus* rex [t] celebratus AHMED EBN YVSESO [u]. Sed nos, relictis ueteris Arabiae incolis, ad recentiores pergimus, fata rationalis philosophiae apud Turcas exposituri.

Arabum philosoph. post

§. VI. Et uero aliam longe faciem induit philosophia post Mahumedem. Errant enim, ut hactenus ostensum, qui tum demum studia literarum inter Arabes existimant coepisse [x]: quamuis extra dubium fit; Graecorum philosophiam Asiaticis gentibus, Arabibus etiam, posthaec tempora primum innotuisse [y]. Meo abundare hac in re sensu et diuinare liceat causam factae in Arabia metamorphoseos literarum. Indixerat Mahumedes melioribus studiis bellum; quosque suae sectae asseclas a cultura literarum grauiter ac seuere dehortatus [z]. His, ne uel otium esset, animum philosophia imbuere: scripto doctrinae suae codice, quem Alcoranum dicunt, eo legendo, edifcendo, intelligendo, in succum et sanguinem uertendo [aa], meliora ingenia ita occupauit, ut nihil temporis ad alia studiorum genera eis uideretur superesse. Deinde etiam quicquid scitu utile esset, illud eodem in libro haberi suis persuaderi est passus, cetera aut super-

§. VI. *Mahumedem ab an. 650. Interitus ueteris philosoph.*

---

historiam Iobi ex instituto scripsit, edito libello Lugd. B. 1672 8. Tot ibidem cap. IV. huius sententiae testes laudat, ut ne spicilegium quidem reliquisse uideatur. [n] Alibi etiam id fecimus §. V. *diss. de philosophis caute legendis supra l.* II. *opusc.* I. [o] in *epistola*, quam ad PAVLINVM dirigit, ita sentit de Iobo HIERONYMVS: *omnes leges* DIALECTICAE, *propositione, assumptione, conclusione determinat. Quin et rationem soluendi uitiosa argumenta ostendit* [p] *lib. I. de officiis cap.* 12. *Quanto antiquior illis*, dialecticis Graecorum, *Iob, qui haec primus reperit.* [q] *Libro diuinar. lection cap VI. p. m.* 452. *ubi sunt, qui dicunt, artem dialecticam a scripturis sanctissimis non coepisse? singula in* Iobo *plena sunt aenigmatibus, propositionibus et quaestionibus sacris.* [r] *Raph.* VOLATERRANVS *lib. X. anthropol. pag. mihi* 370. ita sentit: "Quatuor disputationum genera Iob in ipso libro complectitur. Prima disputatio *dialectica* est, quae ex probabilibus procedit, quae consistit inter Iob et tres eius amicos: ubi ipse thesin hanc probat; quod Deus hominem iustum et insontem quandoque affligit. Amici uero eius contra; quod Deus neminem citra culpam plectit. Secunda disputatio est *sophistica*, ex apparentibus: et haec est inter Iob et Helim; quamuis Iob minime respondeat, qui quidem iuuenis, arrogans et uaniloquus conclusionem amicorum Iob approbans, *sophistice* syllogizat. Tertia est *tentatiua*, inter Dominum et Iob, qui eundem multis quaestionibus tentat et interrogat, ut ei declaret, quod nulla est apud Deum sapientia comparata. Quarta est *demonstratiua*, in qua pro ipso Iob Dominus contra tres amicos eius quaestionem definiendo demonstrat." HORNIVS lib. V. hist. philosoph. cap. IX. p. 284. *inquit*: Amici Iobi et ipsi in philosophia, *de dialectica loquutus fuerat*, procul dubio ex Iobi schola profecti, cum perpetuis paralogismis ludant, egregie a Iobo conuincuntur. Qui non tantum inter suos hanc sapientiam propagauit; sed et publicas scholas aperuit, uti cap. IV. 3. eius libri Eliphat Themanites testatur. Inquit enim inter alia elogia יסרת רבים quod Munsterus uertit, *castigasti multos*: melius autem IVNIVS, *erudiisti multos*. "Nec antiquiores disputationes habemus, quam quae in eius opere mirabili occurrunt. Amici eius sunt, uti nunc loquuntur, opponentes: ipse autem respondet. Theoph. GALAEVS lib. I. c. 1. §. 9. p. 23. Iobum *scribit*, profundum ac acutum "philosophum fuisse, satis liquet. Differit enim "acutissime. *Idem* lib. III. c. 5. §. 1. p. 687. Probe "notum est disputationes inter Iobum et eius amicos dialogis, *methodo disputandi Socratica*, peractas fuisse. Thom. STANLEIVS lib III. philosoph. oriental. c. 2. p. m. 391. Apud Arabes fuisse disciplinarum peritos liquet, praesertim ex Iobi amicorumque eius disceptationibus. *Recte ergo* Andr. "RIVETVS cap. XXVIII. isagog. ad Script. S. frustra in Iobo operam posititus, qui dialectices non "sit bene peritus." [s] *Frid.* SPANHEMIVS *c. 4. hist. Iobi*, §. 16. p. 124. conuertit etiam argumentum; Iobum philosophum propterea pro Arabe habendum ratus; quia Arabia floruerit laudibus philosophiae. [t] Regum *Hamyarensium*, ut eos POCOCKIVS p. 58. numerat, XV. est. Ab hoc septima successione distare creditur BALKIS, regina, quae adiisse dicitur Salomonem regem; ad audiendum eius sapientiam, *uid. supr.* [u] *Harethum* Regem *philosophum* dictum esse scribit: ob mirum in differendo acumen. Non, quod alios tantum prudentia superauerit, ut argutatur POCOCKIVS *p* 165. ne scilicet opus ei esset, Arabibus ante Mahumedem tribuere studia literarum. [x] Ita *Abulfaraii* interpres, POCOCKIVS *p. m.* 165. *Harethum regem philosophum uocatum*, inquit, *non quod philosophiae studio deditus fuerit. Ignota illa Arabibus usque ad Calipharum Abbasidarum tempora.* Vtinam de Graecorum philosophia loqueretur uir peritissimus linguae Arabicae; sic nos non haberet dissentientes. Conferantur, quae supra iam monuimus. [y] Tantum enim abest, ut a Graecis populos orientales aliquid literarum habuisse dicamus; ut potius hos eosdem ipsi Hellinistae magistros suos uenerentur. Addantur, quae scripsimus supra. Legi etiam in hac causa prolixius potest *Leon.* COZZANDVS *de magister. antiquor. lib.* 1. *cap* 1. et KORTHOLDVS *de philosoph. barbara* [z] Erat nullis literis eruditus Mahumed, ne igitur discipuli superarent magistrum, suos a cultura ingenii serio dehortatus est; lege hac lata *ne quisquam Mahumedanus, disceret ullam ex septem artibus liberalibus: secus qui faceret, mortis reus esset.* Ita refert HORNIVS *lib. V. cap.* 9. *p* 286. [aa] Qui ex itineribus Torcicis reduces facti aliquid scripserunt, memorant; optima ingenia Alcorano ad uerbum edifcendo operam dare. Quod si effecerint, maximos eis honores decerni; quod uerbum legemque Dei in pectore gestare uiderentur.

§ VI. VII. peruacua forent aut inutilia [*bb*]. Hoc siue is fecerit, ut religionis, ex fraude et superstitiosorum hominum quisquiliis compositae auctoritatem tueretur; fidem a suis non scientiam praestolans [*cc*]; siue aliam causam habuerit [*dd*]: inde tamen factum est, ut Arabes a literis desuefierent; et interirent apud eos illae Abrahami, Iobi, Sabeae foeminae, magorumque artes, a maioribus illorum usque eo tanto studio, ut demonstrauimus, excultae. Non ergo scientiae; quod omnes faciunt [*ee*]: sed ignorantiae tempora habeo proxima post Muhamedem.

Ortus nouae philosophiae apud Arabes. §. VII. Verum, per hanc Mahumedis doctrinam, ceu quoddam ignorantiae puluinar, bonis literis semel desuefacti: qua demum fati benignitate ad ingenii culturam solertiamque iterum excitati sint Arabes, iuuabit nunc edocuisse. Et fane neque simul id factum: sed plures causae fuerunt, quas ad melius sapiendum, ipsos compulisse scimus. Primum enim egerant saepius inter Arabes Muhamedistas Christiani [*ff*]: quos cum Graeca philosophia instructos cernerent, (*) facile intellexerunt, quantum in literis situm esset ornamentum [*gg*]. Et si quando cum his ipsis in certamen descenderunt, quod non raro contigit, tum demum quae in conflictibus praesidia facerent artes, potuerunt deprehendere [*hh*]. Deinde aduerterunt, si non ad intelligendum, fane ad explicandum et multo magis ad propugnandum Alcoranum, non parum conferre, animum aliis etiam scientiis instruxisse [*ii*]. Quod ipsum tum quoque magis cognouerunt,

§. VII. *Causa I.* *Causa II.* *Causa III.* *Causa IV.*

Yy 2 cum

tur. [*bb*] Memorabile exemplum POCOCKIVS affert p. 165. "Iohannem *Philoponum*, qui sub Ma-"humedismi primordiis floruit, cum apud AM-"RVM exercitus Arabum ducem, qui Alexandri-"am coeperat, ab eo petiisse, ut libros philosophi-"cos, qui in bibliothecis regiis inuenirentur, con-"cederet. Amrus hac in re gratum ei facere cu-"piens, hoc tulit responsum: utique libros istos "uel cum Alcorano conuenire, atque ita opus iis "non esse, sufficere siquidem Alcoranum; uel illi "contrarium aliquid continere, atque eo nomine "penitus tollendos." [*cc*] *Ita* EVTHYMIVS *in Sylburgii Saracenicis p.* 43. inquit. Ἀποκλείων πάντη τὴν ἔρευναν τῶν παρ' αὐτῷ δογματιζομένων, εἰ ἀληθῆ ταῦτα ἢ μή, κελεύει, νῦν μέν, ὡς θρύλλεται, δέχεσθαι τὰ παρ' αὐτῷ πάντα· παραπέμψας δὲ τὴν τούτων (ἑρμηνευτικὴν) δοκιμασίαν, εἰς τὴν τελευταίαν ἡμέραν τῆς παγκοσμίου κρίσεως, τότε γὰρ φανεῖσθαι τὸ πάντων δόκιμον. Eadem fere sententia ipso ALCORANO *lib. I. c.* 1. reperitur. *Si quis*, reddit interpres, *disputare noluerit, iube, ut pareat uerbis, usque ad extremi iudicii diem, in quo Deus omnes lites componet.* Inde POSTELLVS *lib* 11. *c.* 13 *de orb. concord. terret, ne perquirant de doctrina, ne se fucus prodat. Ratus*, GHISTELE addit *lib.* 1 *itin cap* 4 *nihil facilius esse, quam tantas nugas, si quidem artes uigerent, ex hominum animis breui extirpare.* [*dd*] Ne scilicet studiis assuefacti, armis, quibus Mahumedismus innixus est, desuefierent. Quam causam hodienum esse, quare non omnes sine discrimine inter Turcas ad studia literarum admittantur, scribit RICAVT *part.* 1. *imp. Ottom. c V. p m.* 149. [*ee*] Errorem saepius attigimus, superius a nobis discussum. [*ff*] Inter primos Mahumedis asseclas homines Christianos fuisse, testis est EMALCINVS *lib* 1. *hist. Sacrac. p m.* 3. *Accesserunt autem*, loquit, *Christiani ad eum*, *de* Mahumede loquitur, *tum Arabes, tum alii eosque in fidem suam recepit, scripto illis securitatis symbolo.* Et uero tantum abest, ut commercia cum Mahumedanis post etiam uitauerint Christiani: ut potius plures hoc uiro infectos, purioribus sacris proh dolur! relictis, ad castra eorum apud Arabes historicos, nostri enim scriptores hoc rarius narrant, legamus transiisse. Causam facilitati huius secessus, pessimi christianorum mores dissidiaque dederunt, qui, quales tum fuerint grauiter descripsit HOTTINGERVS *lib.* 11. *histor. orient. cap.* 11. *de statu Christianorum tempore orti Mahumedismi.* (*) ABVLFARAIIVS *dynast. IX. p. m.* 148. *Fuit autem Theophilus*, quem egregium inter Arabes seculo VIII. philosophum celebrauerat, *sectae Maronitarum, qui in monte Libano Christianorum secta sunt. Duos idem Homeri poetae libros e Graeco in Syriacam quam elegantissime uertit.* Idem in eadem dynastia p. 171. scribit: "imperante Al-Motawaccelo claruit *Honain Ebn* "*Isac* medicus Christianus Ebadiensis. Genus du-"xit ab *Ebadiis*. Hi Christiani quidam Arabes e-"rant e tribubus diuersis, qui in unum congregari, "se ab hominibus seduxerunt in castella quaedam "iuxta *Hiram*, ab ipsis extructa, appellatique sunt "Al-Ebad, id est, serui creatoris. *Honain* uero cum "adoleuisset scientiae amore captus, Bagdadum in-"gressus est ad Iohannis Ebn Mesua* scholam acce-"dens, ipsius seruitio se addixit et apud ipsum studi-"is operam dedit. Cumque percontationibus de-"ditus esset, Iohanni molestus fuit: die igitur quo-"dam cum quaestionem erudiri cupientis proposu-"isset, iratus Iohannes, quid? inquit Hirensibus "cum medicina. Tuum est in compitis minora "uendere (*erat enim pharmacopolae filius*) iussitque "ipsum schola sua pelli. Discessit ergo Honain "flens et in Graecorum ditiones se recepit, ubi bi-"ennio substitit, donec linguam Graecam perfecte "calleret, librisque philosophicis conquirendis, "qua potuit sedulitate, se applicuit." Haec prolixius narro, ut constet, medios inter barbaros Muhammedanos scholas habuisse et philosophiam in Arabia docuisse homines Christianos. [*gg*] Id quidem Iohanni Philopono contigisse, auctor est ABVLFARAIIVS *dynast. IX. p.* 114. "Vixit Io-"hannes, donec caperet Amrus Alexandriam, et ad "Amrum accessit, qui cognito, quem in scientiis lo-"cum haberet, honore ipsum affecit, audiitque de "sermonibus eius philosophicis, quibus assueti non "fuerant Arabes. Quod eum NB. ad stuporem re-"digeret, quoque percelleretur." Aliud exemplum, ex *historia sacra*, *Coelii* CVRIONIS, quod *lib* 11. habet, hic liceat recensere. Mamumus, Arabum princeps, audiuerat Christianum iuuenem, matheseos edoctum, erudite disserere. Incesserat inde uiri principis animum tantus in literas amor, ut iuuenem non tantum in summo honore haberet; sed sibi etiam subiectis suaderet ingenia literis excolere. De Christianis astrologis et medicis in magno pretio apud *Caliphas* habitis, si uel morbos dispulissent; uel diuinassent futura, plenus est exemplorum Albulfaraiius. Vt crediderim medicos et astrologos primos fuisse, qui ad aulas Calipharum ceteris philosophis uiam aperuerint. [*hh*] Fidem rei facit ALGAZALIVS Arabs, qui hanc causam tribuit receptae inter suos philosophiae. Verba eius *Pocockio* interprete p. 196. haec sunt: *Ignotae nostris artes. Postea eum in dubium uocari religionis articuli coepissent, inuectae.* [*ii*] Non infimae artis est, codicem male cohaerentem, fabulis et contrariis

§. VIII. IX. Caussa V. cum inter suos de capitibus Mahumedanae religionis sententiarum quoque diuortia suborirentur [*kk*]. Et cum accederet, ut, subactis tot gentibus, bibliothecas aliaque literarum instrumenta saepius reperirent, incesit, ut euenire solet, animum cupido, de usu earum rerum erudiri [*ll*]. Atque sic demum factum esse existimo, ut Graecorum [*mm*] philosophiam, quae pridem regnauerat in orbe, Arabes quoque nanciscerentur.

Sigillatim dialecticae. §. VIII. Inter primas autem, quas illi admiserant, *dialecticam* mox *artem* fuisse, constabit [*nn*]. Siue quod absque hac ceteris parum firmamenti crederent inesse [*oo*]; siue quod modo positae caussae hanc singulae illis commendare uiderentur [*pp*]. Sed quo demum successu hanc disserendi artem acceperint coluerintque Arabes: id est, quod nobis sumpsimus inuestigandum.

Historia ortus et progressus §. IX. Qui de Turcarum philosophia nostra aetate aliquid commemorare instituere; tres mihi in manus uenerunt. *Baptista* DONATVS [*qq*] Senator Venetus; Samuel SCHELWIGIVS [*rr*]; et Abraham. HINCKELMANNVS [*ss*]; ille Gedanensium, hic Hamburgensium antistites. Sed aliud forte ipsis fuit institutum. Hoc scio, me nihil quicquam ab illis in opusculo hoc meo adiutum fuisse. Nihil ipsi de literatura ueterum Arabum; nihil de ratione, caussa, tempore, historia translatae Graecorum in Arabiam philosophiae. De logicae uero inter Arabes historia tantum abest, ut aliquid commemorent, ut potius alter eorum neget in Turcia florere studium dialecticae. Quod si igitur hanc materiam a me primo tentatam, cogitent, aequius mihi a lectore iudicium de hoc meo conatu promitto.

§. X. philosoph. rat. apud Muhammedanos, a nemine hactenus tractata. §. X. Centum fere annis et quod excedit, a morte Muhammedis, in ignorantia fuisse Arabes, a ueteri disciplina, quam eis in principio uindicauimus, desuefactos, apud scriptores reperio [*tt*]. Sed

---

riis assertis spissum, intelligere, conciliare, explicare. Neque enim meliori laude dignos libros Corani esse, dudum uiris Arabici idiomatis peritissimis comprobatum est. Quod si igitur praesidium Ἐρμηνείας ullibi necessarium fuit; Arabibus theologis gratam operam praestare potuisse, existimem. Ita enim MAIMON. de Arabibus philosophis apud *Hottingerum lib. II. histor. orient. c. 7. p. m.* 559. loquitur: *inceperunt confirmare principia, quae usum magnum habebant in confirmandis articulis fidei suae.* [*kk*] Vt in concordia suos contineret Mahumedes, disputationibus iubebat eos abstinere [ut supra uidimus]: has uero ut caueret, non rationibus, sed fide agendum in sacris dogmatibus esse, suae doctrinae asseclis est persuasus. Imo Christianis id maxime ab his obiectatum; quod inuicem dissentirent; rati, μὴ δεῖν πιστεύειν διὰ τὴν διαφωνίαν τῶν αἱρέσεων, ut sententia utar CLEMENTIS *Alex. lib. VII. strom. p* 305. Sed suo exemplo *militantis ecclesiae* rationem didicerunt ipsi Arabes. Cum enim eundem CORANI sui loca diuersi diuersimode explicarent: secessionem ab uno faciendam, si sequi alterum uelis, natura duce, intellexerunt. Inde *sectarum* inter *Mahumedanos* ingentem multitudinem ortam uideas; ex instituto ab HOTTINGERO H. O. *lib. II. cap. 7. de uariis Muhammedanorum haeresibus*, *Paulo* RICAVT *lib. II. cap.* 2. *et* 9. aliisque descriptarum. Vt ergo falso sentientium errores contunderentur, Arabum illud consilium fuit, animum instruere philosophia. Vt e GAZALIO et MAIMONIDE luculenter ostendit POCOCKIVS *p.* 196. *Adu. in Alhulf.* [*ll*] Alexandria capta ingentem numerum rarissimorum codicum Arabes nactos esse; quos tamen in balneis combusserint; frustra quosdam petente *Philopono* grammatico, scribit ABVLFARAIIVS *dynast. IX. p.* 180. Sed quos non ex Graecia, ab illis non semel expilata, chartaceos thesauros abstulerunt? Certe in stuporem egerant Arabes, tot repertorum librorum cateruae. Inde coniectu facile eis fuit, non frustra homines tantis uoluminibus scribendis occupatos fuisse, nisi scitu memoriaque dignum aliquid continerent. [*mm*] Hanc matrem, librorum literarumque caussa, non semel Arabes salutasse reperimus. De *Al-Mamune* principe ita scribit ABVLFARAIIVS *dynast. IX. p.* 160. "Perfecit ille in philosophia, quod orsus fuit auus ipsius Al-Mansur et "scientiam locis suis quaerere aggressus, cum Graecorum regibus intercedens, petiit ab illis, ut qui "apud ipsos essent, libros philosophicos ad ipsum "mitterent. Qui cum ad ipsum, quos haberent, misissent, conquisitis ille interpretibus peritis, eos ipsis accurate uertendos imposuit. Cumque qua "fieri potuit diligentia uersi essent, homines ad eos "legendos incitauit, eorumque perdiscendorum desiderium ingessit ipseque doctis uacare et eorum "disputationibus interesse solitus et eorum colloquio delectari." Solenne fuit postea Arabibus, in Graecia aliquandiu studiorum caussa uersari et, ingenio non nisi literis exculto, ad patrios lares remeare. [*nn*] Seculo VIII. centum et quod excedit, annis post Muhammedis mortem dialecticam inter Arabes cultam fuisse, exemplo Iohannis cuiusdam docet nos ABVLFARAIIVS *dynast. IX. p.* 154. De quo sic scribit: *Magni habitus fuit Bagdadi* Iohannes. *Libros composuit elegantes. Scholam instituit* (*) *disceptandi gratia, in qua de omni scientiarum antiquarum genere disseruit.* En! scholas dialecticas. *Praelegabat etiam et ad ipsum congregati sunt discipuli quamplurimi.* [*oo*] Ita apud *Pocockium p. m.* 198. de arte dialectica iudicat MAIMONIDES: *hac tantum*, ait, *disciplina scientia acquiritur per demonstrationes certas, qua idoneus redditur quis, ad confirmandas confessiones fidei* Muhammedanae, *allatis probationibus et dubia soluendo.* [*pp*] siue enim intelligere uellent Muhammedis dogmata; siue intellecta alios docere; siue defendere contra alios docta: ad hanc uidebant artem confugiendum. MAIMONID. apud HOTTINGER. *lib II. hist. orient. c.* 7. [*qq*] Libellus Italice est scriptus, titulum praefert: *della Letteratura de Turchi, osseruationi fatte da Gio: Battista* DONADO *Senator Veneto Fu Bailo in Constantinopoli.* Venetiis 1688. 12. Quo loco num Turcis literae sint, docet; ceterorum nihil fere attingit. [*rr*] In oratione inaugurali *de philosophia Turcarum*, quae Gedan. 1686. impressa extat. [*ss*] In praefatione ad Alcoranum 1694. a se editum. In ea uir, Arabice doctus, omnes philosophiae partes, quod sigillatim docet, in Arabia florere ostendit: praeterita tantum logica, quod miror. Ceterum uniuersum negotium maiori copia perfici potuisset, *Albulfario* tantum et *Elmacino* diligenter consultis. Quin uero id fecerit ὁ μακαρίτης, ei forte non licuit per alias occupationes. [*tt*] Est *Hegira*, a qua Arabes annos suos numerant, tempus illud, *quo Muhammed*

§. X. Sed statim post [uu] eluctari ex his ignauiae sordibus coepisse existimo. Quod quomodo factum sit, dabo nunc commonstratum. Christianos Arabes pridem Graecae literaturae studuisse, docuimus supra [xx]: quin autem eius etiam participes fierent Arabes Muhammedami, plura obstabant. Pseudoprophetae primo mandatum, partim ut literis abstinerent [yy]; partim ne Christianis nimium essent familiares [zz]: deinde linguae Graecae, in qua literae docebantur, peregrinitas (a). De utroque submouendo laborandum erat primum. Quomodo necessitas prius sustulerit, toto paragrapho VII. ostendimus. Posteriori nullum praesentius remedium fuerat, quam e Graeca in Arabicam linguam auctores transferre. Inde est, quod apud

A. Chr. N. DCCX.

ALBVLFARAIIVM lego (b); *Walidum* Chalipham circa An. Chr. DCCX. Arabibus Christianis praecepisse; ut in scribendo pro Graeca, Arabica lingua uterentur.

A. Chr. N. DCCLXX.

Dimidio etiam seculo post et quod exce-

A dit, *Al-Mansurem* Chalipham id in animo habuisse, ut codices philosophorum Graecorum in Arabicam linguam transferrentur, non obscura indicia sunt (c). Et sub eius successore Al-Mohdio, Homeri opera e Graeco sermone syriace reddita fuisse, scimus (d). *Al-Rashido* autem *Haruno* regnante, qui hunc Chalipham excipit, non solum scholae in Graeca philosophia inter Muhammedanos insti- B tutae sunt (e): sed idem etiam princeps omnis eruditionis uiros secum in comitatu domi ac foris habuit (f). Ast quae hucusque inter Muhammedanos aliquando recepta, mox iterum dimissa est Graecorum philosophia (g): sub *Al-Mamone* demum Chalipha (h) ita se insinuauit in regia Arabum, ut e Graecia per mare in Arabiam uideatur transuolasse. Hic enim princeps laudatissimus et ipse fuit C eruditus (i) et homines Graecae philosophiae doctos opimis stipendiis ad se traxit (k): et libros magnis sumptibus undique, ex Graecia maxime, conquisi-

A. Chr. N. DCCCX.

A. Chr. N. DCCCXX. *Graeca philosophia a Muhammed. penitus recepta.*

uit

hammed a Mecca urbe ad Medinam migrauit, ut scribit VLVG BEIGIVS Arabs *libr. de epochis Arab cap. VIII. p. 8.* Migrationem uero hanc anno XIV. prophetiae Muhammedis contigisse, tradit ELMACINVS *lib. I. p. m. 5.* Quod ipsum in An. Christ. Nat. DCXXII. incidere, numerat eius interpres ERPENIVS. Hegirae huius anno CXXX. hoc est, ut facile ad computandum A. N. Christ. DCCLII. *Ommiadarum* imperium ad *Habbasidarum* genus deuenit. Vsque dum hoc factum, de studiis Arabum ita sentit ALBVLFARAIIVS *dynast. IX. p. 160.* uerba eius latine reddita haec sunt: *Ait Al-Kaddi Arabes initio Islamismi*, hoc est, primo post mortem Muhammedis seculo, *haud aliis curam impendisse disciplinis, quam linguae suae peritiae, legis suae constitutionum scientiae, excepta arte medica, quae aliquibus eorum nota nec pluribus improbata fuit, quod ea hominibus uniuersim opus sit. Atque hic*, quod nota, *Arabum status fuit sub Ommiadarum imperio; at ubi Deus Hashemidas ad imperium euexit*, quod A. Chr. DCCLII. factum, *reuersi sunt animi ab incuria sua et experrecti intellectus a deliquio suo.* Hoc est philosophiae, ut statim narrat, sunt operati. [uu] Non ergo AVICENNA, non AVERROES, qui aliquot seculis post floruerunt, Graecorum demum philosophiam fecere arabizantem. Quod tamen plerique existimant, historiae philosophicae scriptores: [xx] scil. §. 7. In signo* Praeterea hoc ipsum etiam LEO *Afric.* confirmat apud *Hotting.* lib. II. c. 3. hist. o. p. m. 248. *Tum*, inquit, *Christicolae in Arabia studebant Graecis literis.* An cum incunabulis religionis Christianae ex ecclesia Graeca hi mores coeperint Arabum; an uero cum *Galatae* in Asiam atque Arabiam migrauerint; aut pro M. Alexandri habendae sint reliquiis, alii inquirant; nostri id non est instituti. [yy] Ex instituto de hoc praecepto superius est actum §. 6. [zz] Ita fautorem literarum *Mamonem* allocutus esse legitur parens; postquam filium intellexisset, Christianum studiorum causa secum magistrum habere: "quomodo Christianum hunc in curia tenes tua? *Respondit Mamon:* pater mi reuerende, mecum eum "non in pastorem duxi; sed in artificem. Et excel"lentia uestra uidet, quod maior pars artificum in "statu nostru Christiani sunt et Iudaei, textores ui"delicet, tunsores, sutores et huiusmodi. Tum pa"ter tacuit." Ita scribit LEO *Afric.* l. c. p. 247.

(a) De ignorantia Graecae linguae Arabum suorum testatur sec. IX. *Mansur* Chalipha apud ALBVLFARAIIVM dynast. IX. p. 160. sed uero etiam in uernacula lingua Christianos Arabes docuisse ex *eodem* colligo *p.* 172. exemplo auditoris Arabis *supra §. 7. signo** (b) *Dynast.* IX. *p.* 129. uerba sunt: *Christianorum scribis, ne amplius Graece, sed Arabice libros exararent*, Walid chalipha *interdixit.* (c) Hic enim imperator duobus medicis Christianis, philosophiam egregie edoctis, familiariter fuerat usus: ad cuius amicitiam intimam quoque astrologus accesserat, ut constet exinde, quo apud ipsum in pretio fuerint bonae literae. Inde magiae notitiam habuisse Al-mansurem, communis inter Arabes fama fuit, teste ELMACINO *lib.* II. *hist. Saracen. c.* III. *p. m.* 121. (d) Testimonio ALBVLFARAII *dyn. IX. p.* 148. "Theophilus duos Homeri poetae "libros de excidio urbis Ilii, quod olim contigit, e "lingua Graeca in Syriacam, quam elegantissi"me uertit." (e) Historia haec superius §. 7. a nobis exscripta est. (f) Auctor nobis hic ELMACINVS est, qui *lib.* II. *cap.* VI. ita de eo: "cum peregrinaretur, peregrinari solebant cum eo "centum docti. Neque in aula ullius Chalifae tot "conuenerunt docti, eruditi et poetae atque in au"la Rashidi. (g) Non solum ex hactenus dictis id patet: sed etiam ALBVLFARAII testimonio clarum fit *dynast.* IX. p. 160. dicit enim, Al-Mamonem, quod auus aliique in Graeca philosophia adsumenda coeperint, felici successu confecisse. (h) Pleni sunt facti huius, immortali laude dignissimi, omnes scriptores. Qui concentu quodam illud praedicare uidentur de Al-Mamone, quod Arabiam Muhammedanam literatura Graeca primus illustrauerit. Praeterimus minorum gentium scriptores, conditores itinerariorum et uulgares alios: cum optimi hic suppetant. Legantur itaque ALBVLFARAIIVS *dynast.* IX *p.* 160. *sq.* Georg ELMACINVS *lib.* II. *histor. Saracen. cap.* VIII. *p.* 168. LEO AFRICANVS, quem bibliothecae suae Hottingerus inseruit *p.* 246. (i) ELMACINVS *lib.* II. *cap.* VIII. *p.* 168. *Didicerat*, inquit, *egregie astronomiam* Almamon, *et uentorum stationes. Vade et inter peritos huius scientiae etiam nunc notus est uentus Almamonis.* (k) Ad fidem Arabum scriptorum summus in hoc studii genere uir *Ioh.* GRAVIVS, Anglus in *praefatione* ad tabulas geograph. *Abulfedae Ismaelis* principis Ha-

§. XI.

uit (*l*): et praestantiſſimos quosque in Arabicam linguam ex Graeca uerti iusſit (*m*): tantis denique elogiis philoſophos ſubditis ſuis commendauit (*n*): ut ſcholis paſſim apertis, quicquid bonarum literarum eſſet, in Arabia coleretur (*o*). Quod immortali gloriae dandum principis maximi.

Progreſſus philoſoph. apud Muhammed. et ſtudii maxime dialecticae.

§. XI. Atque haec demum uera illa epocha eſt, philoſophiae Graecae in Arabiam Muhammedanam, felici fauſtoque principio traductae. Poſt quae tempora ita altas radices egit; ut unius et alterius tyrannide nequiuerit euelli. Viti enim ignotae rei nulla cupido eſt: ita ſapientia ſui ſemel ſtudioſos facile

A continet, cum animos perpetuo quodam alat oblectamento. Continuabimus nos principes inter Muhammedanos atque Arabes philoſophos recenſere, ad dialecticae tamen artis culturam reſpectum inprimis habituri. Dum ergo Califa eſſet, Al-Motawacelus, floruit ſchola Graecae philoſophiae inter Muhammedanos, quam aperuerat Iohannes EBN MESVA (*p*). Egregius etiam *A. Chr. N.* ꟾↄCCCL.

B philoſophus inter eosdem HONAINVS tunc legitur fuiſſe (*q*). Nec multo poſt princeps DIALECTICORVM inter Muhammedanos Iacobus ALCENDIVS (*r*) uixit et eo parum inferior KOSTA (*s*). Sub *A. Chr. N.* ꟾↄCCCXC. ſeculi X. ingreſſum multi philoſophiae lau-

Hamah p. 6. hanc noſtri laudem grauiter exprimit, ſcribendo: "Almamon ſeptimus in Abbaſidarum "familia Califa [ſine imperator] inter maximos "principes, ob doctrinam et inſignem in uiros eru-"ditos munificentiam, iure celebrandus. Is fuit, "qui accerſitis undique hominibus eruditione illu-"ſtribus et emtis e Graecorum bibliothecis libris "praeſtantisſimis, eisque in Arabicam linguam tra-"ductis, breui bonas artes apud Arabes, prius armis "magis, quam literis addictos ad ſummum faſtigi-"um perduxit. Cuius auſpiciis, *quod dignum nota-"tu*, debemus, quod adhuc multi e priſcis Graeciae "ſapientibus, de quibus iam diu inter ipſos Graecos "conclamatum eſt, inter Arabes ſuperſint." (*l*) Hiſtoriam prolixe §. 7. ſuperius ex Arabe ſcriptore recitauimus. Nunc POCOCKIVM etiam audire liceat. Ita autem ille *l. c. p.* 166. inquit: "Almamon ſtudio flagrans, debitumque iis hono-"rem deferens, ut literas loco ſuo quaereret et prae-"cipuos Graeciae ſcriptores e principum bibliothe-"cis, legatorum interceſſu, erutos undique conge-"reret, praemiis propoſitis interpretes peritos ad e-"os in linguam Arabicam transferendos allicere, a-"lios ad eosdem legendos hortari, ipſe doctorum diſ-"ſertationibus intereſſe, iisque animos addere nul-"lum denique non mouere lapidem coepit, quo "quicquid erat bonarum artium, promoueret. Di-"gni principe conatus! Ita breui factum eſt, ut per "totum orientem et occidentem, quacunque ſe dif-"fuderat Arabum lingua et gladio propagata reli-"gio, innoteſcerent." (*m*) Mille tum codices e Graeca in Arabicam linguam translatos eſſe, illi ad credendum facile erit, qui locum ALBVLFARAGII legit §. 7. ſupra nobis exſcriptum. Omnia certe opera Ariſtotelis, ergo et dialectica, inter libros infinitos alios Arabicum ſermonem induiſſe, placet nunc ex LEONE *Africano audire*. Ita autem ille *l. c. p.* 248. ſcribit: "Mamon deſiderio "immortali deſiderabat intelligere antiquorum ſci-"entias, quoniam tum nulla erat ſcientia Arabice "deſcripta. Adeoque dictus Mamon congregauit "ingentem numerum doctorum diuerſarum lingua-"rum et interrogauit auctorum nomina atque li-"brorum, quae ſcripta fuerunt in artibus lingua 1. "Graeca, 2. Perſica, 3. Chaldaea atque 4. Aegyptia, "adeoque multa eorum nominata ſunt uolumina. "Et poſuit ſupra traductionem linguae Graecae Io-"hannem filium Meſuah et ſupra linguam Perſicam "Maban, qui traduxerunt librum Galeni de medi-"cina; poſt quae omnia opera Ariſtotelis Arabice "traduxerunt, multis etiam aliis magiſtris auxilian-"tibus." Locus etiam eſt apud ABVLFEDAM *in prolegom. tabular.* ubi inquit: "Deſcripſi haec ex "libro, qui inſcribitur, QVARTA PARS ORBIS "terrarum inhabitata. Hic liber ex lingua Grae-"ca in Hebraeam traductus eſt et inde in Arabicam, "iuſſu AL-MAMONIS." (*n*) Cum pleraſque gentes, neglecta philoſophia theoretica, ad mechanicas tantum artes excolendas ferri, intellexiſſet Al-Mamon ita artis intelligendi ſtudium apud ALBVLFARAIVM *dynaſt.* IX. *p.* 160. ſuis legitur commendaſſe: "Docti ſunt, quos ſibi Deus e creaturis ſuis ſelegit et "e ſeruis proprios uindicauit; utpote qui ſtudium "ſuum adhibuerint ad uirtutes animae rationalis "acquirendas; abſtinentes ab eo, cui inhiant Sinen-"ſes et Turcae, quique eorum ueſtigiis inſiſtunt: ut "peritia artium mechanicarum excellant, gloriam-"que captent ex iis, quae animae iraſcibilis propria "ſunt et potentiis concupiſcibilibus emineant; "ſcientes haec bruta cum illis communia habere, i-"mo ipſis in eorum multis praecellere ſiue artificii "curioſitate, ut apes ſex angulares cellas, in quibus "eſcam ſuam reponant, conficiunt: uel audacia et "fortitudine, ut leonem aliasque feras, ad quas non "auſit homo accedere, nec ſibi audaciam ipſis parem "uendicare uelit; ſiue in rerum uenerearum appe-"titu, ut porcum aliaque animalia, quae non opus "eſt explicare. Atque hanc ob cauſam DOCTI "TENEBRARVM LVMINARIA ſunt, et generis "humani DOMINI, quibus deſtitutus ferus eua-"dit mundus." (*o*) SAVILIVS ita iudicat; cuius uerba ſunt: "Fouentibus apud Arabes Al-Mamo-"ne et qui ipſi in imperio ſuccederent bonas literas, "eousque tandem ſtudio et ingenio profecerunt, ut "uix ipſis Graecis cedere uideantur. Homines ſci-"licet acumine et diligentia praeſtantes nihil in illo "literarum genere intactum reliquerunt. Nihil "habuit Graecia eximium, quod non ſuum fecerint "Arabes; de ſuo, quae non acceperant, multa non "minus eximia protulerunt." (*p*) Scholam inſtituerat Bagdadi Iohannes, in qua Graecam philoſophiam frequenti auditorio docebat in uernacula. Vid. ALBVLFAR. *dyn.* IX. *p.* 171. 172. (*q*) Huic cum non concederet Iohannes doctor eius ſcholae intereſſe: ipſe in Graeciam abiit et poſt linguam etiam artes Graecorum auide addidicit. Mox, in Arabiam redux factus, philoſophiam et medicinam ad placita Graecorum, ingenti inter ſuos applauſu, eſt profeſſus. Eſt etiam de ipſo ſuperius actum. Habuit duos filios Honain Dauidem alterum, alterum Iſacum. Ille parentis ueſtigia in medicina preſſit: hic in philoſophia: uterque multos codices ex Graeco et Syriaco reddidit Arabice. *Albulf. dyn.* IX. *pag.* 173. (*r*) "Iacobus uero medicinae, phi-"loſophiae, arithmeticae, DIALECTICAE, "muſicae, geometriae et aſtronomiae peritus fu-"it, ac in pleriſque harum ſcientiarum libros ce-"lebres et tractatus longos compoſuit: nec fuit, "*quod notandum*, inter Muhammedanos, qui phi-"loſophiae ſtudio adeo claruit, *ut* PHILOSO-"PHVS nominaretur, praeter iſtum *Iacobum* ALBVLF. *dyn.* IX. *p.* 179. (*s*) "Koſta philoſophus "Chri-

§. XI.

A. Chr. N. IↃCCCCXL.

A. Chr. N. IↃCCCCLV.

laude celebres fuerunt (*t*), adeo ut ipsius Academiae Muhammedanae in historia fiat mentio (*u*). Vixit etiam hoc tempore THABET, scriptor DIALECTICAE (*x*). Et aliquot lustris post celebris fuit MATTHAEVS *Ebn Yunes*, propter excellentiam in ratiocinandi arte appellatus DIALECTICVS (*y*). Sed tamen analyticae artis secreta postea aperuit Muhammedanis AL-PHARABI (*z*). Ei fere coaeuus AFRIHI in eadem laude fuit [*aa*]. Nec multo post illi e doctoribus Islamiticis uixerunt, qui professi sunt; mixtam esse theologiam erroribus, non nisi per logicam artem corrigendis [*bb*]. Celebratur eodem tempore Mohammed AL-BAZIANI egregius dialecticus [*cc*]. FARABII [*dd*] etiam, RASII [*ee*], BACHILLANI [*ff*] neque infima in hac arte laus fuit. ABV ABDALLA [*gg*] ignotus esset, nisi praeceptorem in logicis egisset magni AVICENNAE. Quanta huius uiri inter medicos fama sit, nemini incognitum [*hh*]. Dialecticam artem, cum ineptum eius doctorem habuisset, ipsum Deum somniis claram ei fecisse, de se ipse scribit [*ii*]. Videant ergo, qui eum coecum dixerint in philosophia [*kk*]? Huius fere coaeuus fuit *Abulfarai Erakensis* et ipse egregius dialecticus [*ll*]. Seculo autem sequenti claruerunt *Abul-Chais* [*mm*], *Al-Gazalius* [*nn*], *Thograius* [*oo*], *Esferiphus* [*pp*], *Saighus* [*qq*], *Ebn Malca* [*rr*], *Ebno'l Hosanius* [*ss*], *Abu'l Helmus* [*tt*], *Mo-*

§. XI.

A. Chr. N. ML.

A. Chr. N. MC.

A. Chr. N. MCL.

"Christianus fuit sub imperio Moslemitico. Grae-"corum regiones ingressus est, cum e libris eorum "multos congessisset, in Syriam reuersus est, atque "inde in Erakum euocatus ad libros interpretandos. Apud eundem l. c. (*t*) Ipse enim Chalifa *Al-Mo'thadedus* doctis admodum fauit et ad intimam sui amicitiam eos admisit. Inter philosophos celebriores fuerunt 1] *Abu-Iafar* 2] *Ahmed* 3] *Al-Hasan*, qui Muhammedanorum EVCLIDES audiit, ob insignem in mathematico studio excellentiam. (*u*) *Musa Ebn Shacer* tres legitur filios habuisse; qui omnes ad *Vahgam Ebn Abi Mansurem* in Academiam collocati sint; ibidem bonis literis enutriendi. ALBVLF. *dyn. IX. p.* 183. (*x*) Huius Thabeti logica inter Muhammedanos adhucdum in usu pretioque esse dicitur. (*y*) *Matth fil Yunesi dialecticus, artis logicae peritus, quam explicans*, en iterum scholas dialecticas! *saepius eundem sermonem repetebat, cum ipsi propositum esset docere et ut intelligeretur efficere.* Memorat etiam ALBVLF. *dyn.* IX. p. 200. Academias Asiaticas, in quibus studiorum causa fuerit uersatus. (*z*) Ita noster de eo *p* 208 scribit; Mohamed Al-Pharabi in urbe Bag-"dad studiorum causa fuit, magnosque sub Iohanne "doctore in philosophia progressus faciens, supra "socios suos eminuit; eosque in ueritatis indagati-"one uicit. Artis LOGICAE profunda eruit, eius-"que arcana detexit, ac captu facilia reddidit et "quicquid ex ea ipsi opus fuit, digessit in libros, "sensibus perspicuis et conceptibus subtilibus refe-"ctos, quibus de iis admonuit, quae ab ALKINDI "aliisque omissa fuerant de arte analytica et discen-"di methodis: attigeruntque libri eius logici, phy-"sici, metaphysici, politici finem sufficientem et scopum egregium." [*aa*] Inter logicos temporis sui princeps, de eo idem scribit p. 209. Circa hoc tempus etiam floruit Escian philosophus, in Arabia felici mortuus. LEO *Afric.* p. 251. [*bb*] Locus ualde notabilis est apud ALBVLFARAIIVM *dynast. IX. p.* 218. *Coetus doctorum, Basorae subsistentium dixit*: "religionem pollutam esse et mixtam erro-"ribus nec ablui ac mundari posse, nisi philosophiae "ope; asserentes, ubi coniuncta fuerit philosophia "Graecanica et religio Arabica tum demum con-"secuturam perfectionem." [*cc*] Dialecticis etiam scriptis clarus ALBVLFARAI. dyn. IX. p. 223. [*dd*] Vitam huius LEO Afric. descripsit p. 253. [*ee*] Bagdadi et Cairi studiorum causa uersatus est: exhibet eius uitam LEO Afric. p. 254. [*ff*] Ut melior theologus euaderet, bonus philosophus esse noluit. Disputator acerrimus contra Christianos. LEO Afric. p. 236. [*gg*] Abu Abdalla Bocharae philosophiam profitebatur, quem domi nostrae hospitio excepit pater meus, sperans, fore, ut ab eo discerem. Logicae ergo terminos apud eum legi: at de subtilitatibus eius nihil ei notum fuit. Ergo ipse libros perlegere solus coepi, commentaria consulens. ALBVLFARAIIVS *dyn. IX. p.* 230. [*hh*] Vitam eius prolixe describit HOTTINGERVS *secul. XI. hist eccles.* p. 461. et in *annal. p. I.* p. 295. Idem LEONIS *Afric.* narrationem exhibet *lib. II. c. 2. bibl. orient. p. 256. sqq.* De furto eius in arte medica G. SIONITA scribit *cap. III. Arab ae.* [*ii*] Memorabilis historia extat apud ALBVLFARAIIVM *dyn.* IX. *p.* 230. *Deinde*, ita de seipso Auicenna, *per sesquiannum libris legendis sedulo incubui.* "Et quo-"ties aliqua in quaestione perplexus essem, aut me-"dium syllogismi terminum non inuenirem; ad "templum me recepi et ad omnium creatorem pre-"ces supplex effudi, donec aperiretur mihi in eo, "quod abstrusum et conditum erat. Noctu do-"mum meam reuersus, lucerna coram me posita, "legendo et scribendo operam dedi; et quando-"cunque inuasit me somnus, aut debilitatem ali-"quam sensi, acceptum uini poculum bibi, donec "ad me redirent uires; deinde ad legendum reuer-"sus sum. Quod si me occuparet uel leuissimus "somnus, de ipsis illis quaestionibus somniabam, "adeo, ut multarum ex ipsis rationes mihi per in-"somnia notae factae fuerint. Nec ita facere de-"stiti, donec solidam dialectices, *en logicam diuini-"tus reuelatam*! et physices cognitionem acquisiuis-sem." [*kk*] Referente id LEONE *Africano* p. 261. *Multi docti Arabes aiunt; Auicennam in medicina fuisse luscum, in philosophia autem caecum.* [*ll*] ALBVLFARAIIO hac laude celebris *dyn.* IX. *p.* 233. Qui plurimos habuit discipulos, uiginti annos cultor fuit metaphysices. De Ebn Redwano minorum gentium dialectico, aut sophista legatur idem p. 236. [*mm*] Hunc in logicis, physicis et metaphysicis scholas instituisse, memorat ALBVLF. *dyn. IX. p.* 247. [*nn*] Hunc in Academia Bagdadiana, ubi sex mille iuuenes studiorum causa uersati sunt, ingenti cum applausu logicam iuxta, ceteras etiam philosophiae partes docuisse, testis est LEO *Afric. l. c. p.* 263. [*oo*] Philosophus, medicus, rhetor, alchimista, poeta, historiographus. *Idem* p. 265. [*pp*] Parem in philosophia, medicina, astrologia, cosmographia non legitur habuisse. *Idem* p. 267. [*qq*] Inter maximos hic medicos erat et philosophos. *Idem* p. 269. [*rr*] Medicus fuit egregius scientiarum ueterum peritus, optime res explicans conceptibus subtilibus: libro a se composito titulum Al-Mo'tabar indidit, in quo ad dialecticam spectantia tradidit. *Albulf. dyn. IX. p.* 259. Ex Iudaeo factus est Muhammedanus. [*ss*] Seculi sui ornamentum audit *eidem* p. 260. [*tt*] *Inclaruit fama, concurrentibus ad eum studiosis, magno in pretio habitus est.* ALBVLF. *dyn. IX. p.* 261.

[*uu*] Mo-

§. XI. §. XI.

A. Chr. N. MCC. *A. Chr. N.* MCCL. *A. Chr. N.* CIↃCCC.

Mogrebinus [uu], *Thofailus* [xx], *Baitarus* [yy], et alii quidam partim in medicina, partim in astrologia, partim etiam in mathesi, omnes autem ac uniuersi in dialectica arte inter suos celeberrimi. Sed neque sterilius fuit sapientibus seculum decimum tertium. AVERROES [zz] enim philosophus, theologus, ICtus, medicus, astrologus, quarum omnium scientiarum callentissimus fuisse, legitur, scriptis et doctrinis non inter suos tantum, sed eruditasquasque gentes, magnam famae celebritatem est consecutus. Adeo ut, cum ceteri, quos recensuimus, inter Muhammedanos tantum uersati sint; plurimi, sed manifesto errore *(a)* huic uiro gloriam tribuant translatae in Arabicam linguam Graecae philosophiae. Eidem fere aequales aut aliquantum posteriores fuerunt ABDOSSALAMVS (*b*), YAHYA (*c*), SAED (*d*), MOHAMED (*e*), MAIMON (*f*), ALRAZIS (*g*), MASIIH (*h*), YVSEPH (*i*), HASNVM (*k*), IACKVB (*l*), AL-EMANVS (*m*), NOIMODDIN (*n*), qui non logicae tantum, ut ceteri, peritus fuit; sed magnam nouis dogmatibus, quae adinuenit, disciplinae huic fecit accessionem. Seculum decimum quartum, ut ad hoc tandem deueniamus, uiros eiusdem disciplinae laude conspicuos non minus protulit. Inter illos, ut, qui minorum gentium fuerunt, nunc praeteream, ETTOSIVS (*o*) maxime et NOIMVS (*p*) referendi: sed utrique et certe omnibus, si non

[*uu*] Medicus et philosophus peregregius *idem* p. 268. [*xx*] Auerrois praeceptor, quem etiam in suis operibus saepius laudat. [*yy*] Philosophus et medicus praestantissimus LEO *l. c. p.* 271. [*zz*] Cordubae in Hispania natus est, patre et auo uiris eruditissimis, Arabicae Hispaniae praefectis. Hunc non bausisse, sed ingurgitasse philosophiam scribunt. In omnes Aristotelis libros commentatus est, quae commenta hodienum extant *Venetiis* 1562. *in 8.* duodecim uoluminibus, ut mea editio, ac saepius alibi typis exscripta. Theologiae Arabicae studiosissimus fuit. Sed cum Iudaeis quibusdam familiariter uteretur; in Iudaismi suspicionem a maleuolis adductus est, ut parum abesset, quin eum Africae regulus combureret. Iurisprudentiam non docuit, sed exercuit, aliquot prouinciis ad ius dicundum praefectus. Medicinam tenuit, sed neque professus est, neque exercuit, cum parum honestum esset Arabibus, panem medendo quaerere. Mortuus est Marochi anno Hegirae 603. id est an. Chr. 1225. Quid ergo in mente HORNIO fuerit, quod eum Auicennae, qui uno et dimidio seculo antea claruit, coaetaneum fecerit, ego quidem non intelligo. Quamuis illud certum sit, neutrius dogmata cum alterius constare. Inde Auicennistae et Auerroistae inter Arabes sectas faciunt, Thomistae et Scotistae apud scholasticos. (*a*) Certe in Graeca lingua ne intellexit quidem Aristotelem Auerroes. Vnde uenit, ut, cum Arabicis interpretibus tantum uteretur, saepius in manifesto sensu haeserit et a mente Aristotelis, contra quam uellet, aberrauerit. Non opus est, ut scriptores de uita eius hic laudem, cum Hispanorum et Arabum historiae eum omnes celebrent. (*b*) Floruit medicus *Abdo'ssalam Ebn Ingidusi Alsabuli* Bagdadensis, qui scientiis ueterum operam dedit, easque optime calluit et hoc nomine summe claruit. Cum inuidia maleuolorum in suspicionem adduceretur, apud suos; libri ipsius combusti sunt, quorum plurimi philosophici, omnis generis fuerunt. ALBVLF. *dyn.* IX. *p.* 296. mort. an. Chr. 1211. (*c*) Vahga Ebn Said auctor sexaginta sermonum, quos composuit. Fuit insigniter doctus in ueterum scientiis, linguae Arabicae peritia et poetica. Artem uero medicam exercendo sibi uictum parauit. *idem p.* 296. [*d*] *Saed Ebn Hebutolla* magna apud Chalifam gratia floruit. Perfecte autem artem medicam et dialecticam calluit m. an. Chr. 1213. *idem p.* 297. (*e*) Summus philosophus fuit, in carmina commentatus est Auicennae. (*f*) *Moses Ebn Maimon Iudaeus Hispanus. Veterum scientiis studium in Hispania impenderat, ibidemque solidum disciplinarum mathematicarum scientiam parauerat ac medicinae operam dederat, adeo ut eius scientiam optime calleret, at praxin exercendi audaciam sibi non sumeret.* Aliter quam multi, qui hoc sibi sumunt, quamuis illud non calleant. *Ad religionis Islamiticae professionem compulsus, eam prae se tulit, clam Iudaismum retinens. Cumque particulares Islamismi ritus exercendi necessario essent, illud fecit, donec tandem postquam res suas composuisset, ex Hispania, Iudaismi exercendi causa, in Aegyptum discederet cum familia sua. Sed ibi deprehensus Iudaismum abiurauit, et mortuus est ibidem Muhammedista.* Ita de eo scribunt Arabes ALBVLFAR. *dynast.* IX. *p.* 298. Elogia, quae Christiani et Iudaei de ipso fecerunt, cum passim extent, omitto. (*g*) Iurisprudentiae, theologiae et philosophiae apud Arabes recepta dogmata castigauit, reprehendit, mutauitque. (*h*) Melior medicus quam philosophus, utramque tamen scientiam; ut uidetur edoctus. m. an. Chr. 1230. (*i*) Philosophiae studio diligenter incubuit, cuius etiam peritus fuit, m an. Chr. 1245. (*k*) Medicus iuxta et philosophus, m. an. Chr. 1248. ALBVLF. Dyn. IX. p. 316. (*l*) *Hierosolymis natus est, ubi et aliquam philosophiae operam dedit apud Theodorum philosophum Antiochenum.* ibidem. (*m*) *Al-Emami Phacroddini Razis dialecticam* ceterasque philosophiae partes magno applausu docuit. Logica ab ipso adornata non minus lucem uidit. *idem p.* 317. (*n*) Claudat agmen philosophorum seculi decimi tertii *Noimo'ddin Nachiawanensis.* Hic in rebus laude dignis summe excelluit, magnaeque peritiae fuit in ueterum disciplinis. In patria sua philosophiae operam dedit, inde in exteras regiones profectus, easque obiens in Rumaeorum ditiones peruenit, ubi ad summas euectus est dignitates. Deinde praefecturae turbas et molestias pertaesus, in Syriam profectus Halebi substitit, ab hominibus subductus in domo quadam, quam ad habitandum comparauit, neminem adiens; hominibus autem eum adeuntibus, donec ibi moreretur. Valde propendit ad metempsychosin astruentium sectam. Sunt illi structurae in *logicalia* libri Esharato indiciorum Auicennae, quem etiam explicauit. Quin et *Al-Aphdal Alchowunium* defectus arguit, et falsa esse ostendit ab eo dicta in libro *Al-Casfiph*, de iis, quae conuersionem propositionis contradictoriae spectant et subiectum extraneum et uerum: et quod neget conclusionem minoris possibilis in figura prima et conuersionem negatiuae uniuersalis necessariae in sui similem aliaque eiusmodi. Hactenus ALBVLF. *dynast.* IX. *p.* 340. 341. (*o*) Vir principibus charus ob miram, qua polluit, facundiam. Itaque in ore habuit: aliquas pennas sufficere magis, quam centum millia equorum armatorum. Scripsit commentarium *logicae Rasis et metaphysicae Auicennae.* LEO *African. p.* 280. (*p*) *Nuimoddin Kazuinensis* LOGICVS insignis, auctor libri Ab Ain dicti. *Auctor. dynast.*

§. XI. si non doctrina, fama tamen ac meritis anteponendus est NASIRODDINUS (*q*). Erat enim uir stupendae eruditionis in nullo scientiarum genere non uersatissimus. Quo ipso illud effecit, ut omnium scholarum et Academiarum, quotquot in Mogulensium imperio erant, erant autem plurimae, summus praefectus ac uniuersalis paedagogiarcha constitueretur. Atque hic etiam inter philosophos Arabes agmen nunc claudat. Facile enim deinceps fuit, studiis literarum ita bene ac sapienter ordinatis, ad posteritatem ea transmittere et perennitate quadam sequentibus seculis (*r*) commendare, ut hodienum, his sapientiae prytaneis non carere, sciamus Mahumme-danos.

A

B

Lud. opusc. tom. II.

§. XII. Academiae Muhammedanorum.

§. XII. Principes artis dialecticae uiros recensuimus doctoresque: quae scholarum inter Muhammedanos Academiarumque ratio sit, paucis quoque attingendum est. Liberum fuerat ab initio scientiarum gnaris, quocunque locorum uellent, sapientiae officinas aperire (*s*). Inde non uni alicui uico literarum doctrinam affixam fuisse deprehendimus (*t*). Praeterea tamen aliquae urbes fuerunt, quae doctores aluerunt iuuentuti per ipsos erudiendae. Quod exemplis adductis damus comprobatum (*u*). Inter illas uero BAGDADI (*x*) urbem literarum gymnasium habuisse, priuilegiis Academicis instructum, in historia reperimus. Celebrantur in eo omnis ordinis (*y*) professores; quibus suus magistratus

Zz tus

dynast. p. 358. (*q*) Integrum locum ex ALBVLF. *dynast.* IX. *p.* 358. describere liceat. Ita autem ille: *hoc tempore diem obiit Choiab* Nasiroddin Tusensis *philosophus, qui obseruationes astronomicas in urbe* Maraga *fecit. Sapiens insignis in omnibus philosophiae generibus:* "quem ad obseruationes faciendas magna geometrarum praestantissimorum "multitudo conuenit. Sub eius arbitrio fuerunt "omnes scholarum reditus in omnibus, quae sub "imperio Mogulensium erant, regionibus. Multos composuit libros logicos, physicos, metaphysicos necnon Euclidem et Magestum, *id est,* "*systemata geometricum et astronomicum.* Est et "illi liber de moribus persice scriptus, summa, qua "fieri poterit elegantia, in quo omnia Platonis et "Aristotelis dicta de sapientia practica collegit. "*Sententias* ueterum confirmabat, recentiorum "dubia et obiectiones, quas in scriptis suis attulerunt, soluebat. (*r*) Quamuis illud non minus uerum sit, quod, Turcarum imperio inter Muhammedanos orto, parum remiserint hae gentes, a pristino studio, quod impenderant philosophiae. Assentientes ergo uel hac in causa nos POCOCKIVS habet, quum *p.* 167. *animaduersion.* saepius laudatarum, inquit: *Languescere sub barbaris Turcarum armis coepere demum apud Arabes haec studia et cum honore pristino pristinum etiam uigorem amiserunt.* (*s*) Prout scilicet cuique commodum uidebatur. Ita exemplorum memini, quod doctores philosophiae suo arbitrio cum discipulis suis ab uno loco in alium migrauerint, mox hic, iterum alibi, quae sciebant, professi. (*t*) Inprimis uero cum Christianis sic actum est. Hi enim, quando facultas erat, in aliqua urbe habitandi, suos etiam in literarum studio exercebant erudiebantque. Arabes uero Muhammedanos tantum abest, ut illi a doctrina excluserint; ut potius exempla plurima sint, quod iuuenes Muhammedani sub magistris profecerint Christianis. Videantur quae scripsimus ad §. VII. supra. Sed his, illiberali forte Chalifa imperante, pulsis; literae quoque cum illis inde rursus emigrarunt. (*u*) E pluribus Asiaticis scholis aliquarum tantum mentionem faciemus; ut de aliis inde fieri eo facilius possit iudicium. BASORAE quae *Eraci* Persidis prouinciae urbs est (de cuius instauratione legendus ALBVLF. *dyn* IX. p. 113.) professorum collegium floruisse plura fidem faciunt. Eo enim, perfectis iam itineribus, HONANIVS (de quo supra) studiorum causa se contulit (ALBVLF. *dyn.* IX. p. 172.) Et de quodam, qui haereseos suspectus fuerat, idem (*dyn.* IX. p. 217.) scribit: "diu Basorae substitit, ubi quosdam reperit in uariis scientiis doctos, quibus se adiunxit, atque operam collocauit. Coetus isti, *quod adaequandum*, societatem inter se constantes ac sincera "coniuncti amicitia, in sanctitatis, puritatis ac sinceritatis studio coaluerunt; atque inter se sectam "constituerunt, qua uiam ad consequendam Dei "beneuolentiam propinquam se reddidisse, autumant. Dicentes religionem Islamiticam pollutam esse et mixtam erroribus, nec ablui et mundari posse nisi philosophiae, *quam profitebantur, ope.* Cetera superius leguntur. Idem sentire de BOCHARA liceat Tartariae urbe in Persiae confiniis regionis *Mawaralnahrae* cuius illa metropolis est, ex *descriptione* ABVLFEDAE *climat.* XXVI. p. 28. et 38. Non haec, ut uulgo creditur, *Auicennae* patria, quippe qui in uilla *Harmatain* se natum ipse scribit. Fuit tamen locus, ubi is literis enutritus est, tam Alcoranum, quam humaniores literas edoctus [ALBVLF. *dyn.* XI. p. 230.] De DIRKANA etiam idem ait p. 200. *Fuit,* de Yunesio dialectico loquitur, *ex incolis Dirkanae, ubi educatus est in schola Mar Mari.* Inprimis uero MARONITAE [de quibus COTOVICVS *lib.* II. *itin. Syr. cap.* 6 *p* 195.] incolae LIBANI montis, in Syriae et Palaestinae confinio scholam illustrem habuere, omnium fere artium professoribus instructam; unde plures Arabes philosophos uidimus prodiisse. Quas scholas itineraria alias nominant, uix ea merentur referri; conferantur interim *Philipp.* LONICERVS *tom* I. *histor. Turc. c.* X. *et* XIX. cui miror, nullam se obtulisse, quam describeret, cum tamen res Turcicas tractauerit ex instituto. Frustra uero scholas Turcis esse, dubitat *Nic. Hoenigrr a* KOENIGSHOFFEN *lib.* I. *hist. Turc. et* a. *Georg. Christoph. de* NEIZSHIZ *lib.* IV. *itin. cap.* 3 *p.* 42, RICALTIVS *Anglus P.* I. *hist. Ottom. cap.* 4. *p.* 13. 14. HAPPELIVS *descript. Turc. p.* 222. *seqq.* Sed quid opus est, plures laudare, cum id agere omnes uideantur, ut alter alterum exscribat. (*x*) Inter maximas totius orientis urbes Bagdadum est, incolarum multitudine et commercio, quod cum Europaeis habet, hodienum celeberrima. Eam an. Chr. N. IↃCCLXVII. Al-Mansurem imperatorem condidisse, scribit ALBVLFAR. *dyn.* IX. p. 141. Faciem quoque urbis O. DAPPERVS delineat p. 99. sqq. *geogr. Asiat.* Et uero facile patet, in quanto errore uersentur, qui eam cum *Babylonia* ueteri confundunt. Egregie hac de controuersia *Ioh.* COTOVICVS *lib.* II. *itin. Syriac. c.* VI. *p.* 204. 205. (*y*) Pridem Christiani in hac urbe philosophiam fuerant professi. Illustre exemplum in *Iohanne Ebn Mesua* bonarum artium ibidem professore ALBVLFARAIIVS habet *Dyn.* IX. *p.* 173. et nos superius §. 7. Ipsi etiam Muhammedani literarum in ea officinas aperuerant. Docuerat enim in ea an. Chr. IↃCCCCLXV. *Ioh. Ebn*

Iabal

§. XIII. tus (z); sua stipendia [aa]; et sex mille iuuenes bonarum literarum studiosi (bb). Vt adeo ad perfectam ac celebrem in orbe literato Academiam ei nihil uideatur defuisse.

Hostes philosophiae inter Muhammed. §. XIII. Quamuis uero prudentiores facile intellexerint; Dei quodam munere factum esse, quod bonae literae ad ipsos fausto initio e Graecia transmigrassent (cc): egit tamen dementia ac furor quosdam in transuorsum; qui, speciosa pacis nomine (dd), patrocinabantur pristinae inertiae, ut ignaua ac superstitionis plena somniantium aut somnolentorum iuuenum ingenia plus facerent, religionis obtentu; quam excitatam mentem animosque solertes et perspicaces. Qui non ad tristitiam composita magistrorum auctoritate duci, non religione nimia inuolui, non fascinari et irretiri Muphtiorum incantamentis se patiebantur; illud potius infimo pectore anhelantes, ut Deum, quod uere Christianum est, LOGICE COLERENT, id est, cum ratione. Summa itaque uotorum est, ut, detecta demum et agnita Muhammedismi impostura ad λογικὴν λατρείαν per rationis culturam ceu angiportum quendam, Dei ope auxilioque, firmo bearoque gressu deducantur. §. XIII.

* * *

Iabullad Al-Mostaufi, qui logicam, physicam, metaphysicam, politicam iuuenibus explicabat, et *Afribi Ebn Adda* uersatissimus dialecticus. [ALBVLF. *dyn.* IX. p. 208. 209.]. Etiam de *Farabio* Leo AFRIC. p. 253. *iste deuius a fuie, perrexit ad Bagdad ibique philosophiae operam dedit.* Ast uero seculi XII. initium huic demum loco Academiae celebritatem attulit. Tum enim condiderat *Vezirine*, prouinciae praeses ingentibus sumptibus Academiam: in *collegium* tantum, quod Musis inhabitandum extruxerat, ducentis millibus ducatorum impensis. Conuocatis deinde uiris ex orbe literato eruditissimis effecit, *ut in omni facultate et scientia*, uerba LEONIS sunt, unus legeret. (z) De *Nasiroddino* certe, de quo §. X. supra scripsimus, illud traditum legimus: *quod sub arbitrio eius omnes scholae fuerint.* Quidni de celeberrima omnium scholarum, quotquot oriens uidit, idem credere liceat? [aa] Ita Academiam hanc dotatam esse, LEO scribit; ut reditus eius ad quindecim millia ducatorum se quotannis extenderint. [bb] Postquam dictum studium perfecit, uerba AFRICANI sunt *l. c. ibi*, de BAGDADIENSI VNIVERSITATE loquitur, *quasi sex millia hominum doctissimorum congregati sunt.* Sic nemo non uidet, siue quis doctores, siue discipulos, siue reditus, siue priuilegia spectet; eam Academiam Bagdadiensem fuisse, quae cum quauis in patria nostra de principatu contendere queat. [cc] Ipsum regem Muhammedanum *Al-Mamanem* in tanto pretio habuisse doctos homines, ut *selectas Dei creaturas; tenebrarum luminaria; generis humani dominos* appellaret, aliisque ornaret titulis, quos supra congessimus §. X. Eiusdem sententiae etiam AL - GAZALIVS fuit; non exterminandam Muhammedismo, philosophiam ratus, quo furore quidam agebantur, sed in pretio habendam esse, ad uera dogmata asserenda, et confundenda falsa. Inde societatem doctissimorum theologorum, de polluta theologia per philosophiam purganda, consilia instituisse superius, loco certe memorabili, ostensum dedimus. [dd] Hac insania correptus est quidam inter Arabes TAKIDDINVS, cuius uerba POCOCKIVS p. 166. ita reddit: *dixit Takiddinus, fieri non posse, quin Deus certas de Al-mamone*, [cuius optimi principis laudes superius §. X. sumus prosecuti] *poenas sumeret, quod scientiis philosophicis introductis Mohammedanorum pietatem interpellauerit.* Alius scurra, AL-SHAFIENSIS nomine, sic pronuntiauit. *Si quis inter Muhammedanos philosophiae operam daret, dignum esse, qui palo affixus per omnes Arabum urbes et coetus circumferretur, proclamante coram eo praecone: haec remuneratio est eius, qui relictis Alcorano et traditione incubuit philosophiae.* Id ignauiae magistris sudes in oculis fuit, si non caeco quodam impetu quis ferretur ad dogmata sua, sed, prudenti examine instituto, de propositis ratiocinaretur. Ita commisceri rationem cum fide; coelestia cum terrenis; humanas artes cum placitis diuinis crepitabant. Ceterum *theologiam hanc rationalem*, hoc est, solide explicatum et bene cohaerentem *Alcalam* dixerunt siue *Almantek*. Non *loquentem*, ut quidam uolunt, sermo enim hic ἐνδιάθετος intelligitur, non προφορικός. Scribunt de *Alcalam* POCOCKIVS *in laud. animaduers.* p. 195. HOTTINGERVS *in hist. orient. lib.* II. *c.* VII. *p.* 560. *sqq.* O. DAPPERVM *in geogr. Arab. p.* 499. eum alterum tantum exscripserit, laudare, parum interest. Placuit tamen id in homine Muhammedano, AL - GAZALIO l. c. ubi inquit: *ab eo, qui philosophiam discere uelit utiliter, tria requiri; diligentiam, ut ei sedulo uacet; ingenii acumen, ut feliciter attingat:* MORVM PROBITATEM, *ut non male uertat.* Quibus positis, contra quosuis philosophiae hostes, uerbis POCOCKII nostri [*p. 167. in not. ad Albulfaraiium*] ita peroramus: *hanc imposturam Muhammedistarum non mirabitur, qui apud nos*, de Anglia ipsi sermo est, *homuncionés audiuerit audacter pronunciantes; quicquid est humanarum literarum atque scientiarum inimicum esse religioni e rebus publicis Christianis penitus tollendum. Sufficere unicuique linguam uernaculam et quicquid temporis aliis impenditur, futiliter perdi. Mirum certe*, momentosa uerba, *eam, quae compendiosa Iuliano uisa est, ad religionem Christianorum e medio tollendam uiam, amicam nunc esse eius promouendae rationem.*

ΣΧΗΜΑ

POLYHISTORIS LOGICI.

CVm schedae huic spatium supersit: uisum fuit, schema addere futuri POLYHISTORIS LOGICI. Quamuis enim aliis laboribus ita occupatus sim; ut otium haud appareat, opusculum una publico exhibendi: nomen tamen hisce rubricis do, temporis successu a me exsoluendum. Quam ad rem eo fiden-

fidentius spem facio: quoniam pleraque suis in locis a me iam congesta sunt, ut ultimam tantum manum desiderare uideantur.

)o(

OPVSCVLVM V.

DE

DIVERSITATE METAPHYSICORVM,

HALAE 1695. DIE 9. MENS. IAN.

§. I.

§. I.

PRoteum in centum se formas uertere solitum, finxit antiquitas. Huius, qua de agimus, disciplinae, si fata, si uices, si mutationes, si conuersiones ac uarietates spectamus, ipsa non similis isti solum, sed ipso etiam Proteo erit mutabilior. Nasonem igitur, me putante, requirit, qui eius metamorphoses non effingat, ut iste, sed a tot otiosis ac sensu suo abundantibus ingeniis effictas, recenseat B ordine ac describat. Lipsiae quondam lumen, *Thomasium*, animum huc appulisse et succinctam metaphysicae historiam suis annexisse opusculis, constat. Sed praeter hunc de philosophis ac philologis omnique solidiori doctrina meritissimum uirum, neminem, qui haec tractauerit, uideo, quanquam omnium Musarum applausum uel breuissimus etiam V. Cl. meruerit labor, totque de nouo quotidie cu- C dantur et recudantur libelli, uolumina ac ingentia metaphysicorum opera, queis legendis ne lychnus Epicteti sufficeret, famosissimi istius lucubratoris. Operae igitur pretium esset, ex instituto historiam metaphysicae altius quodammodo repetere, aut diuersissima tantum, quae metaphysicae uoce notantur, subiecta, bono nunc ordine recensere. Sed hic forte labor non tyronum est, quibus haec scri- D bo, nec meus, qui omnem in praesens prolixitatem uito. Age tamen; primas lineas ducemus, ne aequiuocatione in definiendo decipiamur. Est igitur metaphysicae uox, reliquarum artium instar, quae a Graecis in Latium migrarunt, sua origine Graeca et ex Aristotelicorum librorum, in quibus quid differat philosophus, mox dicam, inscriptione nata. Cum enim interpretes libros quatuordecim E philosophi sine rubrica reperirent, quod, unde sit, pariter monebo, diuersissimarum uero rerum in illis farraginem offenderent, dubii, quo ornarent titulo centonem, tandem τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ inscripserunt, quasi dicerent, talia haec esse, quae post physica uel conscripsisset Aristoteles, uel scripta ipsi reperissent. Et hanc interpretationem indoles Graecae linguae admittit, ipsaque ratio suadet. Frustra igitur in distinctionibus suis titu-

A bant autores, an haec posterioritas uel *dignitatis*, uel *naturae*, uel *ordinis*, uel *inuentionis* sit, res enim ipsa clara est. Illi uero operam penitus ludunt, qui uocem per superphysica, aut transphysica, siue dignitatis, siue latitudinis ergo, huic disciplinae debitae, exponunt. Haec de etymologia. §. II. III.

§. II. Habes igitur uocem, latitudine sua obscuram ac ambiguam, quippe sub qua theologia, iurisprudentia, medicina, mathesis, ethica, politica et omnes denique artes uulgares ac sellulariae, eodem plane iure, latere queunt, ac ontologia aut quodcunque tandem aliud obiectum des metaphysicae. En in nomine caussam erroris. Nunquam sane incorruptae mentis homo, physicam cum politica aut ethica, uel unam ex his cum altera confundet, cum suum cuique titulus obiectum designet. Sed in metaphysica alii de Deo, alii de Ente et Deo solum, alii de Ente solum, de neutro alii, ut inferius patebit, agi uoluerunt. Quoniam omnia haec uox metaphysicae admittit.

§. III. Sed neque nomen tantum, quod Aristotelis non esse, omnes fatentur, uerum etiam ipse philosophus in culpa huius uarietatis est. Quaeris, quare hi quatuordecim libri sine titulo manserint, cum tamen iisdem non alii Aristotelis careant? Quid? si dicerem, ipsum philosophum haesisse, quorsum tantam, tamque diuersam conceptuum rerumque molem nullo uinculo, nulla methodo bene cohaerentem, referret, aut quo tandem disciplinae genere ornaret. Sed instas; philosophiam primam, absolute philosophiam, theologiam naturalem, sapientiam, reginam artium et quae sunt generis eiusdem, appellasse, quae nomina in scriptis eius occurrunt. Largior; sed primo Aristotelem his singulis titulis suos istos *quatuordecim* libros intelligere, ostendatur, hoc si factum, quomodo cohaerent haec nomina cum opere ipso. Grammaticum agere, uocabulorum origines, etiam in uulgus notas, euoluere ac examinare, quod per totum fere quintum librum agit philosophus, hocne sapientiae istius, hocne theologiae, hocne tandem reginae artium munus est.

§. IV. Fa-

§. IV-X. §. IV. Fateor, me aliter de nondum euoluta Aristotelis metaphysica sensisse, aliter de ea nunc statuere. Nam promittit ibi aliud philosophus, aliud praestat, ut adeo sibi ipsi non constare uideatur. Sane ordinem in istis *Fonseca*, eius non infimae notae interpres, operose quaerit, dubito, an sibi ipse satisfecerit. De primis rerum causis agere uoluisse philosophum, certum est, quare autem tot quaestiones, inutiles non dicam, alienas tamen et scopo non inseruientes immisceat, uideant alii.

§. V. Scholasticorum exinde natam metaphysicam esse, ut dicerem, nobis sufficit. Equidem hi suum in eo magistrum superarunt, quod propius ad scopum irent et clarius agerent de DEO; at uero, ne ab Aristotele recederent, infinitis et quodlibetariis, ut aiunt, quaestionibus, quae neque ad entis, neque ad DEI notitiam facere quid possunt, disciplinam ipsam auxerunt denuo ac onerarunt.

§. VI. Cautiores ceteri, qui resecarunt aliena, remque omnem ad entis conceptum siue uniuocum siue analogum retulere ac in modum iusti systematis ordinarunt disciplinam.

§. VII. Sed noua et in his se difficultas offerebat, quam late scilicet entis uox extendi deberet, quaesitum est. Hinc alii intelligibilia, non entia, id est, entia rationis, sub metaphysicam per se cadere existimarunt, quorum in numero *Timplerus* est.

§. VIII. Qui uero exploserunt e metaphysica entia rationis, demum non unius generis sunt. Quidam enim ens non ut ens solum, sed etiam ut immateriale ens in metaphysicae considerationem uenire existimant, atque de Deo ac angelis etiam praeceptiones in metaphysica dant. Cum eius uiderent diuinitatem, se uix tueri, nisi in horum obiectorum nobilitate, posse. In quorum numero sunt *Scheiblerus* et plerique aliorum.

§. IX. Neque contenti his terminis fuerunt alii, sed cum metaphysicam uniuersalissimam disciplinam esse dicerent, etiam de omnibus rebus, physicis ac ceteris inferioribus hac in disciplina praeceperunt, ut *Mirandulanus*.

§. X. Paucos haec opinio sectatores habuit, quin potius fuerunt, qui DEVM et spiritus ad pneumaticam relegarunt. In entis quatenus entis tractatione occupati solum.

§. XI-XIII. §. XI. At neque hoc omnibus placuit, ita enim Aristotelis ne scopum quidem attingi crediderunt, quippe qui propter DEVM et intelligentias omnem in metaphysicis instituerit tractationem. Igitur reiecerunt alia, aut saltem accidentaliter tractarunt, Deique considerationem metaphysicae esse affirmarunt, quae Cartesii mens est. Qua in re licet Platonem sequantur, quem in Dei notitia occupatum serio fuisse, facile largimur, tamen quod hoc in metaphysica, hoc est, doctrina de ente fecerit, aut facere potuerit Plato, dubitamus.

§. XII. Contra uero alii existimarunt, quod metaphysica lexicon philosophicum sit, ideoque nulla peculiari disciplina hic opus esse, sed omnem ad logicam remitti posse, quod fecerunt Ramus et Ramistae.

§. XIII. Hae sunt metaphysicae systematicae, quae diem ac lucem uiderunt, de quibus equidem mihi constat. Quamplurimae autem sint, aliam tamen adhuc alii desiderant. *Verulamius* lib. III. cap. I. de augm. scient. putat, philosophiam primam a metaphysica seiungendam esse. *Istuc* enim *axiomatum* u. gr. si aequalibus addideris aequ. etc. considerationem pertinere, *huc* referendas res immateriales, ut ad physicam res naturales, esse. *Leibnitius*, cuius nomen nuper in codice iuris gentium illustrius factum fuit, in epistola, quam act. Lips. collector. mens. Mart. anno 1694. suppeditant, nouam metaphysicam promittit: quam *dynamicen* inscribit, ibi in uirtutes rerum, cuius specimen in nomine substantiae dat, inquirere satagit. Aliud tandem systema delicata iuuentus desiderat, quae nihil in metaphysicis praeter doctrinam de causis aestimat, sed his principalis disciplina, est instrumentum. En igitur Proteum multiformem, nunc quae forma ex his nobis arrideat, expectabis, sed chartae angustiis praeter spem excludor. Ne tamen Protei naturam respondentes induere uelle existimes, dico; mihi METAPHYSICAM ESSE SAPIENTIAM ENTIS, QVATENVS ENS EST. Excludo igitur subiectum metaphysicae Cartesianum, Mirandulanum, quorundam scholasticorum, Ramistarum, Timplerianorum, ipsiusque ex parte Aristotelis, recentiorum etiam et quorumcunque, qui ab hac definitione, aut quae ex ea prona consecutione fluunt, hactenus recessere.

)o(

OPVSCVLVM VI.

DE DEFINITIONE AC DIVISIONE METAPHYSICAE,

die XIX. Ian. CIↃIↃCXCV.

DEFINITIO.

Metaphyſica ſiue ſapientia eſt ſcientia entis, quatenus ens et ſeparabile eſt.

EXPLICATIO.

§. I. II. III. Satius eſſet eam differre.

Potius equidem eſſet, maximas de *definitione* ac *diuiſione* metaphyſicae inter philoſophos controuerſias, delicatae iuuentutis ergo, promiſſimae in hunc errorem, metaphyſicam nihil niſi tricas inutiles ac inexplicabiles uendere, ſeponere aliquantum, aut in calcem finemque diſciplinae reiicere; ut ſuccum prius ac ſanguinem huius foetus ſentiant legentes, quam formae nouitate deterreantur: accedit, quod ipſius diſciplinae gnarus facilius percipere haec talia et percepta felicius aeſtimare poſſit: ipſeque tandem philoſophus, ſiue his, ſiue aliis rationibus adductus, definitionibus non onerauerit frontem diſciplinarum, id quod eum in metaphyſicis feciſſe, experimur, ſed breui tantum diſcurſu praeparauit ad dicenda legentes: ne tamen communem philoſophorum morem migraſſe, quamuis acutiſſimus SCHERZERVS *quaeſt. V. log. p. 5. nuclei ſui* id faciendum cuiuis ſerio commendet, aut etiam promiſſi mei in priori diſſertatione immemor factus eſſe, aut hoc onus etiam ſubterfugiſſe uidear, nihil hic immutare uolui.

Ex Ariſtotele deſumta.

§. II. Data uero definitio ex ipſo deſumta ARISTOTELE eſt, qui *lib. XI. metaph. c. 6.* ut, quid metaphyſica a reliquis ſcientiis phyſica et matheſi differat, oſtendat, inquit: *Eſt ſcientia entis prout ens et ſeparabile eſt.*

Quom. met. ſapientia ſit?

§. III. Conſilio uero metaphyſicae eius ſynonymum iunximus *ſapientiam.* Hoc enim nomine ab Ariſtotele, cui metaphyſicae uocem ignotam fuiſſe, nuper dixi, haec appellatur, qua de agimus, diſciplina. Neque ullus, me ſciente, inficias it, quin metaphyſicae ſynonymum grammaticum ſit *ſapientia.* Neque etiam nos ARISTOTELIS duo loca dubitare ſinunt. In uno enim *lib. I. metaph. c. 2.* *has ſapientiae* conditiones ponit, 1) ſcire omnia, hoc eſt habere ſcientiam uniuerſalem, 2) abſtruſa a ſenſibus cognoſcere, 3) accuratiorem eſſe et ex paucioribus praecipue rem conficere, 4) in cauſarum conſideratione uerſari, 5) propter ſe expeti, 6) praeeſſe aliis; quas conditiones metaphyſicae acutiſsimus MVSAEVS *c. 1. metaph. p. 3.* quam ſcitiſſime ex mente philoſophi applicat: in altero clariſſime ARISTOTELES omnes habitus principales quinque eſſe *lib. VI. ethic. c. 3.* monſtrat. *Sunt autem*, inquit, *ea, quibus animus affirmando aut negando uerum dicit, numero quinque*, ARS, SCIENTIA, PRVDENTIA, SAPIENTIA, INTELLIGENTIA. *§. III. IV.* Vnumquemque horum habituum ſequentibus quatuor capitibus prolixe, ſed ſic fere explicat; ut ARTI *effectus externos*, PRVDENTIAE *actiones ciuiles*, SCIENTIAE *quaſcunque demonſtrationes et per cauſas inprimis*, SAPIENTIAE *concluſiones ex primis principiis*, INTELLIGENTIAE uero *primorum principiorum notitiam*, tribuat. Hinc talis nata habituum diuiſio eſt. Habitus uel ſunt PRINCIPALES, qui uel *theoretici* uel *practici*; illi uel intelligentia uel ſapientia, ut metaphyſica; uel ſcientia, ut phyſica et matheſis; *practici* uel prudentia uel ars: uel INSTRVMENTALES logica, rhetorica, grammatica.

Genus metaphyſicae.

§. IV. His igitur ex uocibus cum genus ſuum petere diſciplinae debeant; utra harum ſuum metaphyſicae genus dare poſſit, quaeſitum eſt, *ſapientiane* an *ſcientia:* non *illa*; quoniam ſi ſynonymum metaphyſicae, ut probauimus, aeque latum aeque etiam anguſtum cum ſynonymato eſſe debet, adeoque genus eſſe non poterit, quod de pluribus dicitur ſpecie diuerſis: ergo *haec, ſcientia* ſcilicet; at uero Ariſtoteli hic habitus metaphyſicae, aut quam dicit ſapientiae, oppoſitus uidetur;

oppo-

§. V. VI. opposita autem se non definiunt. Quid igitur faciendum? nouumne uocabulum cudendum? quod et *sapientiam* includat et *scientiam*; utriusque uero *genus* sit? Annuerem, nisi ipse id iam fecisset philosophus. En enim eodem in loco *libri VI. eth. c. 7. sapientiam scientiam*, sed absolutissimam, dicit, quam modo *sapientiae* opposuerat. Quid autem? num sibi contrarius est Aristoteles? minime. Ibi enim strictiori modo *scientiam sapientiae* opponit, hic laxiori significatu, sub *eadem* sapientiam ac scientiam stricte sic dictam comprehendit. Vnum uero terminum aliter stricte, late aliter accipi, in philosophia quotidianum est. Sed instant, qui *sapientiam* pro genere metaphysicae defendunt; cur non et *sapientiae* sic illi uocem extendere possint, in *primamque* ac *secundam* atque a prima secundaque *abstractam* diuidere, *istamque metaphysicae* synonymum, *illam scientiae*, *hanc* uero *genus metaphysicae* statuere. His respondemus, quod uerba equidem ualeant ut nummi, nummis uero ualorem consensus hominum conciliet, consensum uoluntates principum faciant, quod si igitur illis, qui principes inter philosophos audiunt, sapientiam ita extendere placuisset, neque nos illis refragaremur. Ad Aristotelis uero unum aut alterum locum prouocare hic uelle, ubi physicam quoque sapientiam secundam dicit, idem esse, atque ab impropria ad propriam enuntiationem colligere, quod in logicis exploditur, existimo.

Obiectum materiale. §. V. De genere metaphysices actum est, eius igitur ut differentiam specificam, ab obiecto desumtam, euoluamus, restat. Vti uero aliae scientiae; ita et duplex metaphysica obiectum habet: *materiale* ac *formale*. Illud est ens, latissime, prout Deum et creaturas includit, consideratum. Qua in parte metaphysica cum logica et rhetorica quadantenus coincidit, quae disciplinae pariter circa omne ens uersantur. Quamuis et sic quaedam inter utramque differentia sit; cum metaphysica circa ens *reale*, *positiuum*, *incomplexum*, *per se* uersetur, logica uero et rhetorica circa illa etiam occupentur, quae his ipsis opposita sunt, ut adeo nulla *Ramistis* caussa relinquatur, quare utrasque confuderint disciplinas.

Formale. §. VI. *Formale obiectum* his cum Aristotele uerbis expressimus: *quatenus ens et separabile est*. Vulgo nihil de posteriori, *separabili* scilicet, monent, prioribus uerbis ex ARISTOTELIS *lib. V. metaphys. c.* 1. desumtis, contenti solum. Quam restrictiuam enunriationem *specificatiue* explicant, parum soliciti, quid incommodi huic rei subsit. *Cornelius MARTINI* summus ille sui temporis in

Ens quatenus ens

§. VII. IIX. Germania philosophus et primus, si recte memini, qui doctrinam de Deo et spiritibus, reclamanre licet Aristotele, origine, quantum scimus, ac fonte huius, qua de agimus, disciplinae, seiunxit a metaphysica, ad doctrinamque peculiarem, pneumaticam aiunt, reiecit, caussam sane ad id faciendum hac sibi definitione traditam esse, credidit. Si enim metaphysica de *ente quatenus ens est*, agit solum, quare de ente quatenus substantia, de ente agit quatenus est accidens? et si hoc, modo *subsistentiae* ac *inhaerentiae*, quae enti qua enti competere uideri possent, salutur, quo tandem iure eadem haec metaphysica de ente, quatenus est Deus, aut spiritus agit. Quod, si dicas, ut acutissimus *Petr. MVSAEVS p. 7. c. 1.* addit, haec sub ente, quatenus ens est, tanquam inferiora comprehendi: eccur non aeque eodem modo in substantia materiali ad corporis inferiora, ut in immateriali ad inferiora spiritus descenditur. Sane conceptus *entis, quatenus ens est*, istis communis aeque ac his est. Aut igitur *inadaequata* aut *dubia* ac certa haec est definitio, utrumque uitiosum.

et separabile est. §. VII. Non frustra igitur ly *separabile* addidisse uidemur. Cum enim in ea nunc sententia sim, quod non doctrina de *ente, quatenus ens est* solum, sed etiam ens, quatenus *seprarabile*, hoc est, a materia secundum *rem* aut *essentiam* abstrahibile est, sub metaphysicae considerationem cadat, his ipsis hoc indicare debui, ut suum huic definitioni adaequatum certumque obiectum constet.

ABSTRACTIONIS uarietas. §. VIII. His nunc expeditis, diuinare facile est, quanam tandem abstractione utatur metaphysica. Celebris est triplex scholasticorum a materia abstractio, quam *Hurtadus de MENDOZA disp. I. metaph. sect. VI. p. 296.* ita suppeditat: prima *abstractio est a materia* indiuidua, *sed non a sensibili*. Hac physica utitur, quae quidem tantum sensibilia, corpus nempe, qua corpus tractat, a materia tamen *signata* et *singulari* abstrahit, non enim praecise de Petri corpore aut gemmis Sinarum imperatoris agit. II. *abstractio est a materia* sensibili (tam singulari quam uniuersali) *sed non ab intelligibili*. Ita mathesis abstrahit quantitates. Sic equidem intellectus facile nouit; nullum circulum in rerum natura inueniri, quin uel aureus uel plumbeus uel alius materiae sit, interim tamen neque aurum neque argentum, neque ulla alia sensibilis materia essentiam circuli ingreditur, qui definitur: superficies a cuius centro ad circumferentiam omnes ductae lineae sunt aequales. Et haec abstractio dicitur *ratione tantum* seu *mathematica*. *III. abstractio est a materia* sensibili et intelligibili, sic enim abstracta, praeter hoc, quod sine

physica. *mathematica.* *metaphysica.*

§. IIX. sine materia concipiuntur, quod cum abstractione secundum *rationem* commune habent, etiam sine materia existunt. atque adeo abstracta secundum *rem essentiamque* dicuntur. Hanc igitur abstractionem *THOMAS in Prooem. I. metaph.* metaphysicae propterea tribuit, quod ens ab una parte abstractis essentiis insit. Sed idem hac in re *ARNISAEO p. 15. metaph.* male audit, qui eadem ratione metaphysicam a materia *signata* abstrahere probari posse, existimat, quod de talibus illa in parte speciali agat, quae materiae nonnisi sensibili immersa sint, ut pleraque praedicamentorum in accidentibus, u. g. *habitus* et *situs* &c. Hic scrupulus CONIMBRICENSES eo adduxit, ut I. *phys. I. quaest. prooemiali artic. 5.* scriberent; metaphysicam de istis nonnisi perfunctorie praedicamentis agere. Quod uero infringit denuo l. c. ARNISAEVS. Multus uero in isto etiam dubio eximendo, SCHEIBLERVS est; quia cetera praedicamenta in rebus etiam immaterialibus se inuenisse putat *lib. I. c. I. art. I.* in ultimis tamen duobus aqua eidem haeret. Alii deinde nouum terminum adhibent, dicendo metaphysicam secundum *indifferentiam* abstrahere, h. e. talia tractare, quae et materiatis et immateriatis conueniant, ut *ens* esse, *unum* esse &c. Sed quid de Deo et angelis fiet, quae immateriatis tantum competunt, quo de tamen agit metaphysica. Indifferentia enim, rectissime PERERIVS opponit *lib. I. de philosoph. c. 6.* non magis referuntur ad hoc, quam ad illud. Mea igitur, praeter has, sententia haec est; quod metaphysica triplici abstractione utatur. in parte *generali*, ubi *ens unum*, *uerum*, *bonum* etc. et in parte *speciali*, ubi *substantia* et *accidens* occurrunt, secundum *indifferentiam*, quia materiatis ac immateriatis indifferenter ista omnia competunt; quando uero in parte speciali ad Dei considerationem spirituumque descendit, secundum *essentiam*, quae et aliis abstractio pneumatica audit, illis nempe, qui doctrinam de spiritibus in peculiarem disciplinam reiiciunt; tandem etiam, si metaphysica praedicamenta accidentium, ut *habitum* etc. tractet, a materia *signata* abstrahere existimo. Sed dices, quam igitur abstractionem ex his metaphysicae inprimis tribues? secundum *indifferentiam* respondeo. Si uero, quid de Deo tum et accidentibus uelim? instas; quod a potiori denominatio in his talibus fiat, ita explico. Nullus sane negat, quod mathesis secundum *rationem* adstrahat, licet quiuis fateatur, mathesin de hoc numero coelo agere, quod sane ne abstractio quidem a materia signata patitur. Vrges; inter mathesin *puram* ac *impuram* distinguendum. At uero mathesis impura est uera mathesis. Hoc ad metaphysicam nunc applica et abstractionem habebis per *indifferentiam*. Abstractionem uero secundum *rem* et *rationem* ex mente THOMISTARVM metaphysicae abstractioni applicare uelle, idem esse uidetur, ac suppositionem *simplicem* cum *personali* confundere. Sed satis de his. §. IIX.

secundum indifferentiam.

Diuisio.

DIVISIO METAPHYSICAE.

Diuiditur metaphysica in partem GENERALEM, *quae ens in generalissimo conceptu tam substantiis commune, quam accidentibus considerat et* SPECIALEM, *quae ens per subsistentiam et inhaerentiam contrahit, atque ad eius substantiae inferiora descendit, quae a materia secundum* essentiam *abstracta est.*

An in metaphys. agendum de Deo etc.

EXPLICATIO.

De parte *generali* non adeo multa lis est, *in speciali* uero utrum ad spirituum naturam descendi possit ac debeat, acerrime disputant. PERERIVS *l. I. phil. c. 7.* FLANDRIA *lib. I. metaph. quaest. I.* *ARNISAEVS p. 15. Corn. MARTINI p. 866. B. CALOVIVS* post, ac DONATVS pro negatiua stant, hisque fere rationibus utuntur. I. Metaphysica est disciplina generalissima, ergo neque obiecto gaudebit speciali imo specialissimo, Deo. II. de ente qua ente, non de ente qua Deo aut angelo agit. III. Quo iure ad substantiam immateriale descendit, eodem cur non tendit iure ad materialem. IV. Diuersus modus abstrahendi, etiam diuersas scientias parit, atqui in Deo et ente diuersus abstrahendi modus est, ille enim per *essentiam*, hic per *indifferentiam* fit, E. Ad singula respondebimus. I. distinguimus inter obiectum adaequatum et inadaequatum, illud generalissimum esse sufficit. II. Ens quatenus ens nobis ad metaphysicae obiectum constituendum non sufficit, sed ens quatenus ens et *separabile* est. III. Negamus, quia id contra definitionem esset metaphysicae, nec etiam necessarium, cum sua corpori naturali iam tributa sit disciplina. Ad IV. per instantiam respondeo, quod mathesis secundum rationem abstrahat et tamen agat de hoc numero coelo. Idem physica, in consideratione coeli terraeque, facit, quamuis a materia *signata* eius dicatur abstractio.

PO-

POSTVLATA.

I. *Datur igitur metaphysica.*

DVplicis generis hic aduersarii sunt. Vnum eorum, qui metaphysicam cum omnibus, quae alias tractat, e numero disciplinarum proscribendam esse, aiunt: eorum alterum, qui, quid utile in metaphysica sit, id in logica, physica, theologia, etc. explicari posse ac deberi A existimant. Sed utrosque ab obiecto, illos quidem a *materiali*, hos uero, qui metaphysicae peculiarem esse disciplinam negant, a *formali* peritis argumentis conuinci facile posse, existimo, ipseque in diuersis iam locis conuicit philosophus.

II. *Metaphysica non est lexicon philosophicum.*

QVod terminos philosophicos explicet metaphysica, non inficiamur, sed si hoc ex scientiis lexica facit et physica erit lexicon, eritque idem mathesis ac ceterae, quaelibet enim B suae artis uocabula exponit. Ceterum contrarium denuo ex unitate obiecti patet, si non uniuoca, saltem *analoga*, quod ad ueram unitatem sufficit.

III. *Metaphysicam a Deo et creaturis abstrahere nullius inconuenientiae est.*

SVnt, qui dicunt, Deo nihil esse prius, ergo nec ens. Distinguimus nos inter prioritatem *rei* et *rationis*. Est enim aliquid in intellectu nostro ita commune, inquit SCALIGER *exerc. 5. sect. 3.* ut Deum simul cum aliis aliquo modo comprehendat. Si igitur illa abstractio aliquid imperfectionis importat, non in Deo, sed C mente nostra quaerenda est, SCHERZERVS addit, *nucl. phil. p.* 401. Hinc scholasticorum illud, quod duo praepotentiae diuinae reclamenr, unum, ut Deus sui aliquid simile, alterum, ut aliquid a se plane dissimile conderet, hoc est, conderet et non conderet, sanae rationi congruum est, nihilque blasphemi continet.

IV. *Metaphysica est disciplina utilissima.*

ARtis nullum osorem, nisi ignorantem esse, in prouerbio est. Hos uero refutare hic uelle, idem esset, ac ignaro matheseos persuadere; solis magnitudinem multoties terram superare, cum oculi ne pileo quidem maiorem eius mensuram iudicent. Frustra igitur nunc dicerem: in concilio *Nicaeno* haesisse patres, an una in Christo, an duae essent *personae* statuendae, cum, quidnam persona esset, nesciuerint; *Flacium* deinde peccatum in homine substantiale quid esse existimasse, cum accidentis ignorauerit naturam; recentiores etiam in Belgio controuersias maximas contra Cartesii asseclas agitari: an personae in Trinitate differant *realiter*, an *modaliter*, an ratione *ratiocinata*; an Dei spirituumque *essentiam* constituat cogitatio siue intellectio, an Dei praescientia rebus *necessitatem* inferat. Et cuius tandem non intersit, siue philosophum quis agat, siue iuri studeat, siue sacris incumbat, ut nobilissimam de *causis* doctrinam habeat in promptu sciatque, quid *uirtualis* causa, quid *formalis*; *remota*, *proxima*; *uera*, *sine qua non*; *moralis*, *physica*; D *per se*, *per accidens*; *principalis*, *instrumentalis*; *uniuoca*, *aequiuoca*; *naturalis*, *libera*; *uniuersalis*, *particularis* et quae sunt generis eiusdem, de quibus omnibus agit metaphysica, quae singula definit, distinguit, limitat, exponit omniaque facit, quo, ne decipiaris, his ipsis tibi cauere queas. At quem in finem haec scribo? gnarone huius disciplinae, an ignaro. Non illi? frustra enim ei cibos E commendem, qui eius pridem arriserunt palato: huic non, is enim credere haec ralia deberet, at omnis in philosophia, ubi demonstratione est opus, fides suspecta est. Nerui enim ac artus sapientiae, *Tullio* monente, sunt, non facile credere. Vtroque igitur fine, si fuero elapsus, non miror. Hac tamen me lege in posterum obstringo; *nihil me traditurum in his dissertatiunculis meis, nisi cuius praesentissi-* F *mam pariter ostendero utilitatem.* Ceterum cum summo philosopho *Cornel. MARTINO p. 13.* ita peroro: *pereant illi, quotquot iuuentutem huque tam salutaribus armis exuunt et nudos uiolentissimis hostibus obiiciunt.*

V. *Metaphysicae genus neque* sapientia *esse potest, neque* ars, *neque* disciplina *s.* doctrina.

VI. *Metaphysicae* obiectum *inadaequatum est* Deus.

VII. *Metaphysicae* abstractio *fit secundum* indifferentiam.

VIII. *Metaphysicam disciplinam* diuinam, *ceterarum* imperatricem, theologiam, philosophiam *primam etc. ueteres non incommode dixerunt.*

OPVSCVLVM VII.

DE

ENTE.

die XI. menſe Martii cIↄ Iↄcxcv.

DESCRIPTIO.

Ens eſt, quod in ſe et per ſe habet eſſentiam realem et poſitiuam.

EXPLICATIO.

Etymologia.

INauditum hoc olim in Latio uerbum erat, ad Graeci tamen uocabuli ſenſum effictum poſt, ac ita nunc uſu mollitum, ut cum primis ac antiquiſſimis Romulidarum uocibus, ſi crebritatem eius in ſermone ſpectes, certare poſſe uideatur. Durior tamen QVINTILIANI aetate, qui altero P. CH. N. ſeculo floruit, a quibusdam habebatur, quod uero ei occaſio fuit, in rigidos eiusmodi ac ſuperſtitioſos uocabulorum cenſores, *lib. VIII. inſtitut. orat. c. 3. p. m. 358.* ſic inuehendi: *Multa ex Graeco formata noua, ac plurima a Sergio Flacio, quorum dura quaedam admodum uidentur, ut* ENS *et* ESSENTIA: *Quae cur tantopere aſpernemur, nihil uideo, niſi quod iniqui iudices aduerſus nos ſumus, ideoque paupertate ſermonis laboramus.* Et ſane fictori eius, quisquis etiam ille credatur, grauisſima cauſa fuit, talem nobis uocem fabricare, qua nemo, philoſophorum minimum, alios enim taceo, facile carere queat. Vt uero ENS a uerbo *ſum* deriuatur; ſic aliter *participialiter*, quod *enti actuali* maxime competit, aliter *nominaliter*, uti ens etiam potentiale includit, accipitur.

Homonymia.

§. II Sed ut ingens eius uocabuli uarietas ac ratio diſparilis eſt, ſic omnis in principio ambiguitas tollenda, ut conſtet poſtea, quo de in praeſens futura ſit diſputatio.

Ens ſumitur pro Deo ſolum.

PLATONICOS equidem *entis* uocabulo *ſummum* inprimis *numen* expresſiſſe, quod ſolum Deum proprie *eſſe* crediderint, apud GRAVIVM *lib. III. de philoſoph. ueter. c. 14.* explicatum inuenies. Quod uti non improbamus, cum ipſe Deus EXODI *c. III. u. 14.* hoc ſibi nomen impoſuiſſe uideatur, Moſi in mandatis dando, ut Iſraelitis, unde ueniret, quaerentibus, ita reſponderet: *Ens* (aut ille qui eſt,) *miſit me ad uos*; atque agonizantem philoſophum exclamaſſe: *Ens entium miſerere mei*, uetus traditio ſit: ita tamen hic loci attendere hoc ipſum nobis opus non eſt, qui latius uocabuli A ampliauimus ſignificatum. Id magis curandum, ne illi, qui ENS *latius* adhibent, nobis imponant. Multiplicem igitur huius uerbi poteſtatem tradituri, dicimus.

Ens reale rationis

1. ENS eſt uel *reale*, quod datur, etſi non cogitetur, ut: Deus, homo, equus, lapis: uel *rationis*, quod non datur, ſi non cogitetur, ut reformatis purgatorium, mendico diuitiae, mons aureus.

rationis ratiocinantis, *ratiocinatae.*

2. ENS RATIONIS uel eſt *rationis ra-* B *tiocinantis*, quod, quare cogitemus, nulla ſufficienti cauſa mouemur, ut: mons aureus, purgatorium, chimaera: uel *rationis ratiocinatae*, quod quare cogitemus, ſufficienti cauſa mouemur, ut: aequator, meridianus, tropicus in globis, quo omnes ſecundae notiones pertinent, in grammatica declinatio, coniugatio, etc. in logica, genus, ſpecies etc. in rhetorica tropus, figura etc.

rationis intranſitiue *ſubiectiue* *obiectiue et uel realiter uel abſolute.*

3. Vbi tamen no- C tandum, ENS RATIONIS uel ſumi *intranſitiue*, quomodo ipſa ratio, intellectus, uoluntas ſunt entia rationis, uel *ſubiectiue*, quod in mente ceu ſubiecto reſidet, ut: habitus omnis, phyſica etc. uel OBIECTIVE et hoc uel *obiectiue realiter*, quatenus etiam lapis, coelum, homo etc. in animo ſunt, quae tamen ſunt entia realia: uel *obiectiue abſolute*, quod ſolum eſt ens rationis, proprie ſic dictum, reliqua enim ad D entia realia pertinere iam dixi.

Ens poſitiuum, *negatiuum,* *priuatiuum.*

4. ENS uel *poſitiuum*, quod ponit eſſentiam aliquam, ut Deus, angelus, homo, lapis etc. uel *negatiuum*, quod negat eſſentiam non ineſſe debitam, ut coecitas aut non uiſio in lapide, indocilitas in aſino, uel *priuatiuum*, quod eſſentiam negat ineſſe debitam, u. g. coecitas, ſurditas, claudicatio in homine. Idque uel PRIVATIVVM *ſimplex*, quod negat ſimpliciter, nihil ponit, E ut: coecitas, indocilitas in homine, uel *mixtum*, quod negat et ponit: ut peccatum, quod praeter negationem iuſtitiae etiam uitioſam infert qualitatem, item morbus etc.

Ens actuale potentiale.

5. ENS porro uel eſt *actuale*, quod actu exiſtit, ut: Deus, homo, uel *potentiale*, quod poten-

potentialiter existit, h. e. in caussis latet, ut mundus ante sex mille annos, rosa in hieme, Antichristus tempore Iohannis. *Ens possibile impossibile.* 6. Ens est uel *possibilile*, quod, licet non sit, esse tamen potest, aut debet, ut, dies extremus, rosa in hieme, uel *impossibile* idque uel ratione *sui esse*, quod absolute impossibile est, ut opposita, atramentum album, Deus creatus, spiritus corporis, uel ratione *sui fieri*, siue quod secundum quid impossibile est, u. g. uirginem parere, ferrum innatare. 7. Ens aliud est *per se*, quod est unius essentiae, ut: Deus, homo, lapis, uel per *accidens*, quod est plurium essentiarum accidentaliter unitarum, ut: aqua dulcis, amara. Fit uero ista unio uel per *concretionem*, quod concrescit ex substantia et accidente, uel per *aggregationem*, quod ex pluribus substantiis aggregatur, ut respublica, ecclesia, coetus, uel per *consociationem*, ut: uinum adulterinum, duo asseres. *Ens complexum, incomplexum.* 8. Ens est uel *complexum*, quod plures conceptus infert, ut eruditus homo, uel *incomplexum*, quod unicum infert, ut homo, utrumque est uel *complexum termini tantum*, ut: gentium doctor, pro Paulo. Romanae eloquentiae flumen, pro Tullio: uel *rei tantum*, ut, iustus sc. homo: uel rei et termini simul; iustus homo. Pari modo *incomplexum* est uel *termini tantum*, ut iustus, uel *rei tantum*, ut Troiani belli scriptor pro Homero: *uel rei et termini simul*, ut homo. *Ens modale intentionale.* 9. Ens uel est *modale*, ut manus compressio, dependentia, uel *intentionale*, ut imago hominis in speculo, lumen. Quae entia nec penitus *realia* sunt, qualia homo, Deus: non tamen propterea *rationalia*, quia praeter mentis operationem existunt, quo de infra, haec de homonymia.

Synonyma. §. III. Sequitur, ut etiam synonyma *entis* euoluamus grammaticea. Vocatur *Res* uero ens et latinius forte aliis 1. Res, quae uox cum toties ac ipsum ens atque eodem plane modo uariet, non est, quod crambem recoquamus. Specialia quaedam *Realiter.* sunt, quae eius cognata *realiter*, *realitas* etc. habent. Sumitur enim *realiter* uel in oppositione a) ad *uirtuale*, sic dicimus: Christus est omnipraesens non uirtualiter, sed realiter, b) ad *intentionale*, sic imago in speculo non est realiter, sed intentionaliter, c) ad *ideale*. Sic mundus ab aeterno fuit idealiter, in mente sc. Dei, non realiter; sic dies extremus a fideli creditur, d) ad *uerbale* sic magistratus sunt Dii, non realiter, sed uerbaliter, e) ad *essentiale*, ita sal unitur cum aqua realiter, non essentialiter. *Aliquid.* II. Aliquid eiusdem cum *ente* ualoris est, quoties enim hoc significatum mutat, toties etiam illud eundem uariat. Eius igitur expositio ex prioribus petenda.

Generis loco quid? §. IV. Nomine igitur misso, descriptionem ipsam aggredimur. Cum autem omnis definitio, descriptio etiam, si non *genus* accuratum, saltem *communius* quoddam definitio requirere uideatur: tale quid hic nec expectari, nec asseri potest, cum ente latius nihil, ipsum uero in conceptu *reali* communissimum ac uniuersalissimum sit. In *conceptu reali* addo, in *rationali* enim *intelligibile* latius esse uero ente TIMPLERO *lib. I. cap. 3. §. 3. metaph.* facile largimur, quod tamen an generis loco stare possit, ut ipse existimat, hoc est, quod constanter negamus. Ratio, quia requireretur sic in ente aliquid, quod non est intelligibile, quemadmodum in homine datur, quod non in animali, eius *genere* reperitur. Id quod alia inter contra eundem etiam SCHEIBLERVS urget, *lib. I. metaph. c. 2. tit. 2.*

differentiae loco quid? §. V. Dum pergimus in descriptione ENTIS; *quod habet essentiam*; *habere* nobis non tantum innuit, ac si realis inter *ens habens* et *habitam essentiam* differentia interueniret. Ita enim et Deum, qui his compositus esset, in metaphysica fingeremus, (quod sibi dubium, at frustra facere *Iacob.* MARTINI *lib. I. c. 2. q. 5.* uidetur) Sed uocabulum *habere*, quod hic necessitas expressit, nihil aliud significat, quam mente sic concipi, quapropter *concretum logicum* haec phrasis audit, quod a *physico concreto*, ubi realis compositio est, multum differt. *Essentia.* Est uero hic loci ESSENTIA *id, per quod quodlibet et est et id est, quod est.* Duo igitur in essentia, sic sumta, requiruntur, 1) ut *sit*, h. e. existat, quod alii *existentiam* dicunt, eamque ab essentia distinguunt, 2) *ut id sit, quod est*, hoc est, ut faciat, quo tale quid et non aliud sit. Reliqua, quae in descriptione addidimus ad tollendam supra datam entis aequiuocationem pertinent. *In se* enim diximus; ut excluderemus ens, quod est in *esse cognito*, *lyper se*, entia *per accidens*, *complexa etc.* hic non attendi, docet, *realem essentiam* uoluimus, ut reiicerentur entia *rationis: positiua, ut priuatiua* entia remouerentur. Nec obstat, quod *subtiliss.* D. DONATI, *c. II. §. 67. metaph. usualis* opponit; hoc discrimen in ipsa metaphysicae tractatione uix attendi, quando enim talia entia, quae hic exclusimus in metaphysica, tractantur, id fit uel 1) *per accidens*, uti logica agit de sophismate, uel 2) *reductiue*, hoc est, sub ratione ueri entis, quemadmodum aequiuoca etc. ad praedicamenta reducuntur. Id quod inter alios etiam EBELIVS monet disp. XX. *de ente rationis.* §. 1.

Cognata entis. §. VI. His praemissis quaedam cognata entis euoluere utile et ad axiomata inferius ponenda, explicanda ac diiudicanda necessarium est. Cum autem de *re* atque *essentia* superius dixerim, nunc quid *entitas*, *esse*, *existentia*, *forma*, *natura*, *quidditas* sit, exponendum est. Quae cum non ubique *enti* ipsi respondeant, neque

§. VI. VII. ad eius *synonyma grammatica* penitus potuere referri. Sic *entitas* est, quae diminutam essendi rationem notat et minus quid ipso *ente*; ita enim unitas, ueritas, bonitas, dependentia, iustitia in Deo, sanctitas, reliquaque entis attributa *entitates* sunt, sed non *entia*, alias in infinitum daretur progressus, si scilicet, u. g. *unitas* esset *ens*, hoc esset *unum*, ex quo denuo nouum *ens* et ex ente *unitas* et sic infinitum unum ex alio gigneretur.

Entitas.

Esse.

I. ESSE uel sumitur cum *addito* et nihil aliud est, quam *componi* et *unum fieri*, u. g. homo est sapiens, ignis est calidus, quemadmodum *non esse* est *non componi*, sed *plura esse*, u. g. homo non est lapis. Vbi uero probe cum accuratissimo P. MVSAEO (*c. 2. §. 3. institut. metaph.*) notandum, *Aristotelem lib. IV. metaphysic. c. 2* sui penitus oblitum; quando ex *esse* et *ens esse* talia synonyma fecit, ut ubicunque *esse* reperiatur, ibi et *ens*. Sane dicimus: *Non ens esse* oppositum entis, quod si igitur ab *esse* ad *ens esse* consecutio ualet, ex *non ente* fieret *ens*, quod absurdum. Ergo corrigendus PHILOSOPHVS ex *lib. de interpret. c. 11.* est, ubi ipse ait; *ab esse cum addito, ad esse simpliciter nihil sequi*, u. g. non procedit; *nihil est nihil, ergo est*. Atque sic ESSE II) sumitur *simpliciter*, u. g. Deus est, homo est, ab hoc igitur solum ad ens esse V. C.

Existere.

Existere nihil aliud est, quam *actu*, seu *extra causas* esse, ut: Deus, lapis &c. In causis enim sunt, quae in potentia sunt, ut: dies extremus, hinc dicitur; *existentia sequitur essentiam*. Sic nemo eruditi potest, quod sit metaphysica, nisi prius, quid sit, cognouerit.

Natura.

Natura et *quidditas* latius iterum uero *ente* patent, sic dicimus, nos agere uelle de *natura non entis, priuationis &c.* Item entis in *potentia; quidditatem* in non repugnantia consistere.

Horum coniugata.

§. VII Tandem horum uocabulorum coniugata euolui merentur. Ita ESSENTIALE dicitur, quod alicui per essentiam tribuitur. Idque uel *constitutiue*; si est uel ipsa essentia, uel de essentia, ut ratio in homine: uel *consecutiue*, si essentiam necessario sequitur, ut risibile esse in homine: uel *definitiue*, sine quo res definiri nequeunt, ut sine obiecto definiri nequit metaphysica, nec aliae queunt disciplinae: uel, quod idem est, *secundum quid* ac *respectiue*, quod in conceptu rei quomodocunque consideratione includitur, ut eruditio in homine docto, in homine in statu integritatis iustitia originalis. Ex quo etiam intelligi potest, quid sit esse *de essentia* alterius, hoc enim tot modis, quot illud accipitur.

Naturale.

Naturale sumitur I. ABSOLVTE, estque uel naturale *constitutiue*, u. g. immaterialitas in spiritu, uel *consecutiue*, u. g. latrabilitas in cane, uel *subiectiue* et *perfectiue*, ut eruditio in homine, uel *transitiue*, ut rudera imaginis diuinae, uel *originatiue*, ut auersatio uini, casei etc. in quibusd. II. COMPARATE in oppositione uel ad *uiolentum*, ut motus in trunco, uel ad *uoluntarium*, sic homo crescit naturaliter, discit uoluntarie; uel ad *fortuitum*, ita homo naturaliter duobus, tribus pedibus nascitur fortuito, uel *artificiali*, ita rosa in uere naturaliter, artificialiter in hieme seruatur. Praeter hoc etiam notandum est, aliud esse, *a natura*: ut cupiditas sciendi in homine, item in eodem notitia Dei naturalis, peccatum post lapsum, aliud *secundum naturam*, ut lapis grauis, *praeter naturam* aliud, ut corpus graue in altum trudatur, aliud *supra naturam* et a solo fit agente superiori, u. g. ut sol olim staret, tandem etiam aliud *contra naturam*, ut homo irrationalis.

Formale.

FORMALE et formalis ratio notat rei *essentiam* idque uel *totam*, ut hominis formalis ratio hoc respectu est animal rationale, uel *differentiam specificam* praecise, ita hominis formalis ratio eius est rationalitas, unitatis indiuisibilitas. Deinde *formale* opponitur 1) ly *eminenter*, ita sapientia et aliae perfectiones in homine sunt formaliter, tanquam accidentia, quae non cadunt in Deum, nisi eminenter, 2) ly *accidentaliter*, ubi idem ac essentialiter, ut homo formaliter est rationalis, accidentaliter doctus, 3) ly *uirtualiter*, sic sol formaliter in coelo, uirtualiter est in terra, 4) ly *materialiter*, sic metaphysica cum logica idem habet obiectum materiale, diuersum uero formale, ita attributa etiam entis formaliter differunt, conueniunt materialiter, 5) *formae* ipsi; sic *forma* hominis metaphysica est humanitas, *formalitates* sunt corporalitas, animalitas, substantialitas. Huc axioma pertinet: *in una re una tantum est forma, sed plures formalitates.*

Conceptus entis

§. VIII. Restat, ut ultimo loco etiam de nario entis *conceptu* dicamus. In multas equidem ac diuersas hic partes eunt philosophi. In quarum uarietates SVARETIVS prae aliis inquisiuit, qui *disp. II. metaphys. sect. I.* et ceteris omnium haec prolixissime prosequitur. Sed haec repetere, nostri instituti non est. Breuiter: CONCEPTVS ENTIS uel est *obiectiuus*, qui nihil aliud, quam illa res, quae intellectui concipienda obiicitur; uel *formalis*, qui est actus, quo intellectus rem aliquam concipit. *Formalis* audit, quia est forma mentis et rem formaliter menti sistit; exemplo res fiet illustrior, u. g. cum hominem concipimus, ille *actus*, quem in mente efficimus, concipiendo hominem, uocatur conceptus formalis; homo autem cognitus et *repraesentatus* illo actu dicitur conceptus obiectiuus.

obiectiuus,

formalis.

Status entis fundamentalis

Quod ut nunc ad ens clarius applicetur, notandum: *Ens* quatenus ad nostrum intellectum refertur, in quadruplici statu esse, *fundamentali; ideali; formali; uniuersali.* Singula eius breuiter explicabimus, 1) *status* FVNDAMEN-

§. VIII. IX. MENTALIS est, *quando ens in inferioribus suis, seu indiuiduis*, hoc est, *entibus particularibus, quae ceteris conceptibus entis, quasi fundamenti loco sunt, radicatur*, h. m. hic homo, iste canis, illa Alexandri fortitudo est ens. *idealis,* 2) *Status* IDEALIS est, *quando idem ens ab omnibus indiuiduis siue entibus particularibus abstrahitur atque intellectui nostro in certa idea* (unde et idealis audit) *ceu imagine sistitur*. Et in hoc statu ens proprium metaphysicae obiectum est. Vt enim omnes res, quaecunque *esse* habent, siue Deus, siue angeli sint, siue homines, siue ex conditis quaecunque aliae, aliquid habent, in quo omnes conueniunt, *ens esse* scilicet, caussam sumit intellectus, cum indiuidua omnia ob infinitam multitudinem capere non possit, id in quo omnes conueniunt abstrahere ab omnibus, atque sic *ens esse*, quod nonnisi in hoc uel isto reperitur, e statu hoc *singularitatis* in statum uniuersalitatis, mentis opera, transferre. Hoc modo nascitur conceptus entis *obiectiuus*, quem supra dixi, qui ab hac *ideali*, quod ad ens concernit, parum differt et quando hoc ipsum in mente, quamdiu intellectus cogitat, sistitur, prouenit exinde *idealis formalis,* conceptus entis *formalis*, qui cum statu *entis formali* conuenit. 3) *Status enim entis idealis* FORMALIS est, *quando mens statum entis idealem sub noua et propria idea* [nam idea in statu ideali menti obiecta communis est omnibus uerum ens concipientibus) *speciem intelligibilem* dicunt, *sibi repraesentat*, qui nihil aliud est, quam conceptus entis, *formalis*, quo de supra dixi. *uniuersalis.* 4) *Status entis* VNIVERSALIS tandem est; *quando ens a particularibus entibus, in quibus fundatur, ita praecisum et intellectui idealiter repraesentatum consideratur sub aptitudine inessendi in multis, quibus per modos contrahentes communicari potest*, ut et in parte speciali reuera *substantiae* et accidenti communicatur. Haec tyronibus sufficere posse existimo.

De Nonente. §. IX. Cum entis quidditas ex opposito eius NONENTE clarior quodammodo A fiat, appendicis loco, quaedam etiam de hoc ipso addimus. Ita uero ui oppositorum definimus: *Quod non habeat in se et per se essentiam realem positiuam*, quibus uerbis, quid sibi uelint philosophi, in explicatione *definitionis entis realis* supra dictum. Est uero NONENS aliud *absolute*, aliud *secundum quid* tale. Hoc est, quod uel a) *nullam prorsus realitatem et actualitatem* habet, ut: entia in potentia, nega- B tiua; entia rationis simpliciter talia, de quibus subtiliter P. SLEVOGTIVS differit *tom. I. disp. VI. disputationum academicarum*, uel b) *aliquam realitatem aut actualitatem admittit, diminutam tamen et ente reali sic indignam*. Huc entia *per accidens* et *modi* pertinent. De *illis* quoniam supra dictum, nunc agemus de *his*. Notat autem MODVS *h. l. omne id, quod diminutam essendi rationem ac realitatem* C *habet, ensque determinat reale*, seu, *quod non est ipsa entitas proprie loquendo, sed aliquid in ente*, ut unitas, ueritas, dependentia. Estque MODVS 1) uel *afficiens, qui subiectum, si non a parte rei, a parte saltem nostri conceptus afficit*, nihilque aliud est, quam attributum aliquod, seu entis in communi seu entis particularis; tales modi sunt, entis affectiones, attributa Dei, sanctitas, iustitia; 2) uel *contrahens, qui* D *conceptum communem determinat ad specialem essendi gradum*, sic *substantia* determinat ens ad conceptum substantiae, *inhaerentia* ad accidens, sic etiam 9. posteriora praedicamenta accidentis modi contrahentes audiunt; 3) uel *simpliciter determinans, qui subiectum nec afficit, nec contrahit, sed alia quadam ratione determinat*. Idque a) uel ad *ultimatum subsistendi actum*, qui modi *hypostatici* aliis au- E diunt, talis modus est suppositalitas, personalitas, unio substantialis hypostatica Christi; b) uel ad *compositionem entis*, ut unio animae et corporis; c) uel ad *certum* statum denique ac *conditionem*, aut *circumstantias*, ut compressio manus aut dilatatio, *sessio in Petro*, *finitas in creatura*. §. IX.

AXIOMATA.

Impossibile est, idem simul esse et non esse.

CVm metaphysica *scientia* sit, ut *demonstret* etiam, quod in omni scientia requiritur, necessarium est. Duplex uero datur *demonstratio*, una: *ostensiua*, ubi affectiones de subiecto demonstrantur ac ostenduntur per caussam, altera: *per impossibile*, quando affectionis ueritas conuincitur, quia alias sequeretur absurdum. Vtraque utitur metaphysica. *Ostensiua* quidem, quia, licet *ens ut sic*, hoc est metaphysicum, neque *principia* admittit, neque *caussas*, proprie dictas, alias enim 1) aliquid *prius* esset, aut uniuersalius F ente, 2) *compositio* in ens, qua ens; adeoque et in Deum caderet, quod utrumque absurdum; nihilominus tamen *rationes* hic dantur, quae *analogiam* cum *ueris* obtinent caussis, sic u. g. ex Dei independentia concludimus ad eius incorruptibilitatem, ex eius infinitate ad eius omnipraesentiam etc. haec idonea satis sunt, ex quibus ad alia colligere possumus demonstratiue; tali etiam ratione a ly creatum esse ad dependens esse, ab essentiae realitate ad eius ueritatem concludimus. Quo de prolixe satis SVAREZIVM uide *disp. I. sect. V. n. 38.*

n.38. Altera *demonstratio*, qua utitur metaphysica *per impossibile* est. Et huc principium hoc *cognoscendi complexum* (*ostensiue* enim ex principiis *incomplexis* colligitur) pertinet: *impossibile est idem simul esse et non esse*. Sunt uero principia uel *particularia*; uti medicinae principium est: contraria contrariis curantur, uel *communia ac uniuersalia* idque uel *minus uniuersalia*, ut: causa est prior suo effectu uel *magis uniuersalia* ac *uniuersalissima*, B quale nostrum est, *impossibile* est idem esse etc. Hoc enim pro primo principio habemus et ita exponimus. *Impossibile est*, seu per nullam potentiam fieri potest, ut *idem*, hoc est, quod aliqua enunciatione effertur, *simul*, hoc est, eodem temporis momento, *sit ac non sit*, id est, uerum sit et non uerum sit, u. g. quod Deus sit et non sit, Messias uenerit et non uenerit, homo doctus sit et non sit doctus. *Nota* uero, A quod si applicate id ipsum sine periculo uelis, necessum sit, ut enuntiatio fiat 1] *de eodem subiecto*, de diuersis enim uerum est, simul hunc hominem pium, istum impium esse, 2] *secundum idem*, h. e. eandem subiecti partem, sic idem homo qua animam immortalis, mortalis qua corpus est; 3] *ad idem*, h. e. eodem respectu. Sic idem potest esse iustus coram hominibus, non iustus coram Deo; 4] *eodem modo*, sic uirgo non parit [naturali] et parit [supernaturali modo] huc pertinet, quando dicimus propria communicari posse et non posse. Christum secundum humanam naturam omnipotentem esse, [ex gratia communicationis] et non esse [ex se] 5] *eodem tempore*, sic eadem aqua diuersis temporibus calida esse et non calida potest. Id quod etiam in logicis ad contradictoria monemus.

Omne quod est, quando est, necessum est esse.

Axioma ualet in sensu *composito* non *diuiso*. Non enim hic eius sensus est, omne quod est, necessario est, ubi enim alias contingentia? sed hic, omne quod est, posito, quod sit, necesse est esse. Ita peccatum, posito quod sit; necesse est esse. Quae necessitas *immutabilitatis ex suppositione* audit, quae stat cum C contingentia. Eodem modo dicimus: *Omne quod non est, quando non est, necesse est non esse*. Alias enim alia qua res esset, [quod supponit axioma] et non esset, [iuxta eum scilicet, qui hoc negaret] quod est contra primum ac supra datum principium.

Non entis nulla sunt praedicata.

Valet canon de *non ente* siue *possibili*, ut dies extremus; siue *impossibili*, ut: chimaera. *Praedicata* autem intellige 1. *interna*, sic purgatorium neque calidum neque frigidum, posito non esse, de *externis* enim aut *fictis* cum uoluntas impossibilium sit, iuxta ARISTOTEL. *lib. III. eth. c. 2.* certum est, quod dicere possim; dies extremus creditur a fidelibus, eclipsis praescitur a mathematicis, amo parentes meos iam ptidem defunctos. E 2] *Affirmatiua*, ita non possum dicere chimaera sentit; *non negatiua*, sic enim recte dico: chymaera non sentit. Nam de quolibet uel affirmatio uel negatio uera est, 3] praedicata in *tempore praesenti* seu in *statu* posita. Sic frustra dico: Stephanus patitur; non item in *praeterito* aut *futuro* seu *ampliatione*, uere enim dico: Stephanus passus est, dies extremus D futurus est, erit terribilis etc. quae tamen distinctio de entibus tantum *possibilibus* ualet, quae uel fuerunt, uel futura sunt: non de *impossibilibus*, frustra enim dicerem purgatorium tibi erit terribile, chimaera sentiet. Ceterum quod *essentialia* praedicata hic etiam excipi debeant, cum de *leone*, licet nunquam futuro, dicere queam, substantia est, mihi quidem cum acutissimo STAHLIO *tit. I. reg. 4. §. 2.* persuadere non potui, iute enim plane eodem de isto leone dicerem; quod sit fortis, quadrupes etc. Hinc ex prioribus et membro 3. potius respondendum esse duxerim. Quod si tamen definiri posse; diem extremum, chimaeram aliaque non entia, quis obiecerit: id non de *nonentibus*, quatenus nonentia sunt, sed quatenus sub *specie entium realium* concipiuntur, fieri, credidero.

Non entis nulla est scientia.

Canon hic ex antecedenti patet; si enim nonentis ne *praedicata* quidem sunt, quomodo eius dabitur *scientia*. Quo uero modo supra praedicata restrinximus, eodem et *scientia* hic erit restringenda. Excludimus enim *scientiam*; 1) si quae est, *negatiuam*, sic scimus Deum non esse causam peccati; 2) *fal-* F *sam*, sic scimus, quid sibi pontificii sub purgatorio uelint; 3) *indirectam*, ita quid coecitas et claudicatio sit, ex eorum oppositis cognoscimus. Quod ad *entia in potentia* siue praeteriti, siue futuri temporis attinet; dico, quod illa sub specie entium realium adeoque praesentium cognoscamus, u. g. de die extremo, alte-

ro

ro mundo etc. tali ratione scientia datur. Vt fuerit non adeo, quod D. DONATI *regul. metaph. X.* §. 14. ob hunc nodum, A quem sibi fecisse est uisus, canonem hunc penitus uoluerit exterminatum.

Essentiae rerum sunt indiuisibiles, sicut numeri.

VAlet canon de *indiuisibilitate* non *absoluta*, quae nullo modo diuidi potest, ut punctum. Sic enim essentia u. g. hominis reuera post mortem in animam B et corpus diuiditur et numerus quaternarius in duos binarios; sed *secundum quid:* ut maneat scilicet id, quod est, homo enim sic diuisus non manet homo, neque quaternarius h. m. diuisus quaternarius manet. Vt diuisionem *mentalem* excipiamus, quod plerique faciunt, non est opus, quippe dum *mentaliter* etiam essentias diuidis, mentaliter eas *amittis.*

Essentia rerum sunt aeternae.

DIstinguunt hic alii inter *esse reale* et *esse cognitum;* qua Deus ab aeterno cognouit ac intellexit essentiam creandorum; non isto, sed hoc respectu canonem uerum esse credentes. A quibus C parum illi abeunt, qui dicunt, quod aliud sit *esse existentiae;* aliud *esse essentiae,* seu aliud *esse physicum* siue *metaphysicum*, aliud *logicum*, hoc, non illud, huc trahunt. Nobis utilitas axiomatis in eo maxime uersari uidetur, ut rerum essentias in *connexione* aeternas h. e. aeternae ueritatis esse, atque necessario cohaerere agnoscamus. Quam inseparabilitatem et theologi seruare cupiunt, cum enim fidei essentiale, notitia sit, nec infantes careant, Deum eandem operari in illis asserunt, STAHLIO monente *regg. phil. VI.* §. 7.

Vnius rei una tantum est essentia.

LOquitur canon de REBVS *per se unitis*, de illis enim, quae *per accidens* unitae sunt, non ualet. Sic ferrum ignitum D duplici essentia completa gaudet. 2) ESSENTIAE hic intelliguntur, *completae*, duas enim incompletas, corpoream alteram, alteram incorpoream in homine esse, quiuis aduertit.

Quorum sunt eaedem operationes, eorum eadem est essentia.

LOquitur canon de *operationibus* tam *specificis* quam *genericis.* HAE enim essentiarum *genericarum* identitatem inferunt, u. g. sentire essentiae animalis est, ergo et canis et piscis, si sentiunt, erunt E animalia, h. e. eandem essentiam habebunt genericam. ISTAE *specificarum*, sic rationale esse cum essentiae specificae, i. e. humanae sit, et uir et mulier eiusdem erunt essentiae specificae, quia uterque ratiocinantur. Obiicis cum TIMPLERO *lib. I. metaph. c. 3. quaest. 4.* Ergo unius rei plures sunt essentiae, quod est contra canonem praecedentem. At facilis est responsio: ibi de essentia reali non rationali sermonem esse. Id quod et Iac. MARTINI explosit *lib. I. metaph. sect. Q. L. 15.*

Quicquid est, per suam formam est.

FOrmam intellige non *physicam* Peripateticorum, quam plura entia u. g. F spiritus, non habent; sed *metaphysicam*, quae essentiae synonymum grammaticum est, quo de supra.

OPVSCVLVM IIX.

THESES QVAEDAM EX VNIVERSA PHILOSOPHIA SELECTAE.

dic 15. Sept. CIↃ IↃCC.

THES. I.

PHilosophia cum sit scientia rerum humanarum diuinarumque, prout ductu rectae rationis hae cognosci possunt, ad ueram hominum felicitatem acquirendam ac conseruandum comparata: eam medico non solum, uerum etiam iuris-consulto atque theologo summe esse necessariam firmiter statuo. Et inter hos quo-

TH. II-IX.

quoque maximam philosophiae culturam medicis deberi, tuebor inter differendum.

TH. II. Philosophiae finis est imaginem diuinam lapsu parentum amissam, quantum uires animae permittunt, instaurare. Inde lucem Tullio affulsisse, ut a morbis animae ad peccatum originarium sapienter colligeret, existimauero.

TH. III. Mechanicam philosophiam in deliciis habeo, Aristotelicorum et scholasticorum tricis utique praeferendam. Neque hoc in physicis tantum; quoniam alia quoque scientiarum genera exinde lucem mutuare, facile erit ad probandum.

TH. IV. Cum consensu saniorum philosophor. ueterum aeq; ac recentiorum, finis sit logices ueritatis inuestigatio, ueritas autem indaganda aptitudinem et attentionem mentis, animum idolis liberum, ingeniumque bonis ideis assuetum uelit; mathesin, quae mentem hac scientia imbuit, in uestibulo lycei excolendam esse arbitror. Ad rationem scilicet ueterum, ubi ad pedes mathematicorum federunt alphabetarii.

TH. V. Perperam a uulgo philosophorum uoluntas hominum cordi includitur et intellectus cerebro. Neque me a sententia hac dimouent sacri codicis loca et quidam theologi, pietatem in pectore, scientias in capite quaerentes. Quae singula, si occasio sit, in conflictu resoluentur.

TH. VI. Anima in se et sua natura et essentia una tantum res est, neque ex duabus intellectu et uoluntate, seiunctim existentibus, constat. Metaphysica uero non physica ratione distinctae sunt hae facultates.

TH. VII. Errare uidentur illi, qui ipsas res secundum ideas in mente sua formatas ordinare ac disponere uolunt, cum ideae potius secundum ipsas res externas sint ordinandae. Ab hoc idolo illi sibi caueant, qui sacrum nostrum aliosque codices legunt, non ut ueritatem quaerant, sed suae tantum opinionis fingant simulachra.

TH. VIII. Sapientis ac moderati philosophi regula est; nihil pro uero admittere, cuius rei mihi non sit distinctus et accuratus conceptus. Ast uero, quid? si alicui, qui maiori forte mentis acumine pollet, datur rei conceptus, qui mihi negatur: huius sane opinionem illico pro errore habere, superbi est sophistae. Ingens differentia inter ueritatem respectiuam et absolutam. Illam, non hanc absoluit claritudo idearum.

TH. IX. Medium haec doctrina inter scepticos tenet et periculosos rationa-A listas. Absit enim, ut cum illis statuamus, nos nihil scire, quam hoc, quod nihil sciamus: sed nec minus à nobis hoc absit, ut mentem nostram idolum faciamus, quod supra notitiam omnium etiam difficillimarum rerum poni mereatur, ut neque fallere unquam aut falli possit.

THES. X-XVI.

TH. X. Voluntatem intellectu priorem esse, non capio; siue naturae siue ordinis siue doctrinae prioritas ea sit. E-B quidem suam temperamenti et sanguinis uim esse, antequam intelligam, largior, quemadmodum sitiens potum appetit; antequam ei is porrigatur: sed hac ratione uoluntatem non terminauero.

TH. XI. Ethica morum medicina est. Mores hominum ex affectibus; affectus ex sanguine fluunt. Hunc igitur, qui minuere, augere, calidum, fluidumque C facere potest, meliorem saepius morum fore magistrum crediderim, ac illum, qui centum recitare regulas moralistarum. Bonum ergo medicum, aut si mauis physicum, optimum fieri ethicum posse, ex artium analogia, crediderim.

TH. XII. Pro affectuum ratione etiam gradus uirtutum se habent. In ipsis uiris θεοπνεύςοις hoc reperimus. Cholericum temperamentum in Paulo se prodit, sanguineum in Petro; phlegmaticum in D Iohanne. Quae uasa ita selegerat Spiritus S. ut istum ad puniendum gentes, illum ad persuadendum, hunc ad tolerandum, pro aptitudine cuiusque, uideatur adhibuisse. Et hoc est, quod Paulus dicit: ***Wir tragen die Geheimnisse in irrdischen Gefässen.***

TH. XIII. Atque hanc demum affectuum differentiam, qui in piis etiam non distinxerit, ineptus illorum censor ac iu-E dex erit, qui somnolenta ingenia pro hominibus habebit mundo mortuis; alacres uero mentes illis accensebit, qui mundo uiuant. Inde ad uiuendum et docendum; rarius uero ad iudicandum sacrae literae suos admonent; quid? quod peruersum ac friuolum de pietate huius uel illius hominis iudicem grauius longe peccare pronuncient, quam adulteros et homicidas.

F TH. XIV. Philautiae idolum ethicis magna; logicis autem maiora longe damna intulit. Eam uero, si ibi sustuleris prorsus, omnino erras; hic si funditus euulseris, tum demum animum habebis ab errore immunem.

TH. XV. Scholastici plus sciuissent, si quaedam uoluissent ignorare. Haec illa docta ignorantia est; qua, quae ultra captum sunt relinquimus; ut in illis, G quae captus humani tempus lucremur.

TH. XVI. Christianorum cultus, quem Deo tribuunt, rationalis est: ineptis ethnicorum et Muhammedistarum figmentis uel hanc tantum ob causam praeferen-

ferendus. Hinc nigro calculo notandus praefractae mentis homo et tantum non ciuis noster, qui superioribus mensibus nostram religionem cum Turcarum insania commutauit.

TH. XVII. Aliae religiones omnes, consiliis humanis; solam Christianam auxilio diuino creuisse, non difficile ad probandum est. Illae suos sectatores diuitiis inuitarunt, ut Muhammedus; nostra a mundi thesauris ad extremam auocauit pauperiem: illae molles animos luxu alliciebant; nostra crucem, patientiam, calamitatis genera alia suis praedixit imposuitque: illae solertes mentes artibus humanis illigarunt; nostra per ignaros homines huius seculi confudit sapientes: illae armis, igne, quibus ue demum tormentis grassatae sunt, ut pessumdarent aliter docentes: nostra fugit semper, nunquam fugauit, non intulit bella, sed tulit, inter tormenta creuit, ut symbolum esset: Sanguis martyrum semen ecclesiae.

TH. XVIII. Ratio corrupta est; et ratio non est corrupta: de cautionibus inter disserendum.

TH. XIX. Id scio, non esse corruptam, quando in pneumaticis hoc genere utitur consecutionis. Si Deus substantialiter est omnipraesens; cuique creaturae ita adest, ut neutri possit propius adesse. Quid est enim propius adesse? quam per id spatium alteri accedere, per quod adhuc ab eo absui. Aut ergo substantia Dei abfuit aliquo spatio, aut non. Si illud; certe per quod abfuit, per id praesens non fuit, non ergo omnipraesens sed multipraesens fuisset. Si hoc, quod nempe per nullum spatium ulli creaturae abfuerit, certe etiam per nullum accedere potuit. Adeoque substantia DEI non fidelibus, quam infidelibus praesentior est; cum utrique sit praesentissima. Inde neque differentia unionis Dei cum fidelibus et praesentiae eius cum infidelibus in substantia Dei, sed gratia quaeri debet. Quae philosophia est Calixti, cui hoc casu contra alios theologos quosque subscribimus philosophi.

TH. XX. Quicquid Deus dixit, illud credimus fide: sed an Deus dixerit, id fide non credimus, sed scimus ratione. In isto foro theologi uersentur; hanc spartam occupabunt et philosophi. Quo sensu uerum dicterium est, tum demum fine erroribus ecclesias fore; si aut theologi philosophentur; aut theologiam tractent philosophi.

TH. XXI. Philosophia ergo non opus est ad credendum: est uero hac opus ad perspiciendum credita. Illud facit bonum Christianum: hoc prudentem theologum. Sit aliquis bonus Christianus: qui tamen esse potest indoctus theologus. Hac doctrina usus est Origines

A contra Celsum philosophum et medicum: eam ergo disputare liceat philosopho, qui cultor est medicinae; ad callum remouendum, quod hac aetate animos obduxit imperitae iuuentutis.

TH. XXII. Potest tamen et philosophus nimietate peccare, sed nec minus theologus. Iste pro acumine spinas excitat; hic pro pietate superstitionem. Felicem! qui inter utrosque scopulos
B nauigat illaesus, ut ad portum deferatur ueritatis.

TH. XXIII. Idem numero corpus resurgere post corruptionem posse, tantum non docetur in Peripato. Minimum id statuimus, hunc non fidei tantum; sed scientiae articulum esse. Cui assentiri nemo securius possit, quam philosophus, nemo facilius, quam medicus et chymicus. Adeo illud Verulamii hic
C uerum est: philosophia obiter libata a Deo abducit; penitius hausta reducit ad eundem.

TH. XXIV. Quid autem bonis literis purior theologia debeat; non paruum indicium est; quod semper cum literarum lapsu suam quoque ruinam uiderit religio, contra cum augmentis studiorum floruerit uicissim orthodoxia. Quidni ergo, barbarie ingruente, falsos metuamus
D prophetas?

TH. XXV. Ex arte nostra rem illustro. Vbi definit physicus; ibi incipit medicus: sic fines, ubi claudit philosophia; ibi repagula aperit theologia.

TH. XXVI. Directorium inter protestantes nullo alio titulo electori Saxoniae competere, quam quod primarius is sit inter euangelicos principes, magnus quondam Zieglerus docuit: nostro igi-
E tur principi hanc praerogatiuam asserere uidentur manes ICti Saxonici.

TH. XXVII. Sumpserat sibi ex hac ratione idem elector hoc seculo ius indicendi inter protestantes iubilei. Ex hypothesi igitur argumentamur; quando idem nunc, mutato rerum statu, principi nostro competere, exercitii causa tuebimur. Idem modus concludendi fuerit, similia eidem principi tribuere ex iu-
F re primatus in Germania. Plura de hoc inter disserendum.

TH. XXVIII. In historia Germaniae non exemplum inuenimus, quod in societatem pacificatorii actus imperiales legatos Caesarei unquam admiserint. Certe haec solennitas, cum exteris principibus agendi, capiti tantum relicta; quamuis concentum membrorum in eadem re domi quaerere, iuri suo non ad-
G uersum crediderint imperatores. Nunc uero causae et politicae et iuridicae uolunt, ut, quoties proceribus nostris uideatur, his semper liceat eiusmodi negotiis interesse. Quamuis autem iure hoc inde a Westphalica pace gauisi fuerint;

ad exercitium tamen iuris in Risuicensi pactione certum eos demum uenisse.

Th. XXIX. In ceremoniis leges, pacta, usus, consuetudo ius faciunt. Singula haec electoribus potestatem asserunt numerum primi ordinis legatorum pro arbitrio multiplicandi.

Th. XXX. Qui regiam dignitatem imperatoria maiestate parem iudicant, et gentium iuribus aduersantur et ipsorum regum decretis. Huius enim differentiae praerogatiuam cum, magna animi temeritate, negare uellet imperatori nostro Gallicus legatus; hoc ipso quoddam ei firmamentum addidit; Ottomannica porta hominis Galli uanos ausus ad gloriam maiestatemque imperatoris explodente. Et cur Hispaniarum Galliarumque reges, historia teste, titulum imperatorium affectarunt atque a summo pontifice toties petierunt, nisi eam dignitatem, sua maiorem habuissent. Quid? quod, cum a uasto imperii Romani corpore se auulserint regna, quae in contentionem hic ueniunt, ut reuerenter habeant imperatorem; tantae gloriae iustum heredem aequitatem uelle existimauerim. Vt denique illum tot in omni orbe gentium concentum taceam; qui imperatori primas semper concesserunt. Est et insigne maximi honoris argumentum, imperatori nostro in eo habiti, quod in bellis sacris, tot regum confluente exercitu summam eidem detulerint omnes foederati. Argumenta a clausa corona, pomo cum cruce, capitis Christianitatis, domini orbis aliisque titulis infirmiora habemus; quam ut iisdem, in re hac maxime momentosa, fidenter inniti queamus.

Th. XXXI. Gentium approbatione consensuque factum est, ut ius reges appellandi non semel nostri exercerent imperatores. Neque legimus in historia, principem, titulo regio per imperatorem ritu solenni cohonestatum, pro tali inter omnes gentes non habitum fuisse. Poloniae, Bohemiae Hungariaeque reges haec nobis insignia debent, quibus ad quodque decus dignitatemque et usi sunt et excepti in orbe uniuerso. Quod et ipsum sane imperatorem magno a regibus gradu distinguit.

Th. XXXII. Czar Moschorum non Caesaris synonymum, sed regis est. Hinc in bibliis eorum Czar Dauid et Kesar Augustus reperitur. Esse tamen rationes, quare imperii orientalis dignitas ad ipsos credenda sit deuenisse, sermone a Russis accepi. Patet inde et hanc gentem Caesaris titulum in pretio habere; neque proprio ausu in hunc inuolare sibi integrum putasse; ut potius postulatum hunc honorem iuri cuidam haereditario innitantur.

Th. XXXIII. Contradictoriam oppositionum omnium fortissimam esse, docent philosophi: mihi si non leuissima uidetur, leuior certe haec, quam oppositio contraria. Exemplum rei sit, facile ad illustrandum. Contradictorie sibi opponuntur ens et nihil; contrarie uero ens et aliud ens. Sint nunc duo discipuli artis forte equestris; unus peruerse informatus; alter prorsus non. Esto iudicium artificis, quem facilius euasurum credat equitem ad artium leges? Certe discet prior eo tempore, quo alter dediscit; assuefiet ille, dum hic desuefit; summatim induet ille uirtutem, dum hic deponit uitia. Et tamen habet se ille ut eques et non eques; hic ut eques et malus eques; id est illius oppositio contradictoria et leuior; huius contraria et facilior est, id quod erat demonstrandum.

Th. XXXIV. Methodus thema uult homogeneum: mihi itaque, qui in heterogeneo argumento uersor, nullae ordinis leges praescriptae; ad quas neque me adstrinxi, neque adstringere hic debui.

Th. XXXV. Methodum uel syntheticam esse uel analyticam forte omnes sentiunt philosophi. Sed qui in appellatione conueniunt; in significatione prorsus differunt. Scholastici analyticum ordinem dicunt, quem Platonici et Ramistae putant syntheticum: et hi contra posteriori tribuunt, quod illi asserunt priori. Tuebimur nos sententiam, breuiter nunc delineandam.

Th. XXXVI. Analysis resolutio est; synthesis compositio. Soluimus autem complexa; simplicia coniungimus. Est itaque analyticae methodi, soluere, quod est compositum: syntheticae, componere, quod est solutum. Vtrumque nonnisi artificis est; uti demum et destruere et construere architecti. Iuxta illud; aedificium destruit facilius, qui construxit.

Th. XXXVII. Haec summatim dicta rem quadantenus explicant; quam obiecti demum accurate distincta diuersitas prorsus illustrabit. Differt ergo Synthetica methodus ab analytica primo statu, hoc est, tempore: deinde qualitate: post quantitate ac amplitudine materiarum.

Th. XXXVIII. Haec triplex differentia triplicem etiam facit utriusque methodi considerationem. Ratione status siue temporis materia est uel scribenda, ut componatur: uel ut resoluatur scripta. Hac ratione, qui scribit, ille in methodo synthetica; qui scripta legit, in analytica uersati uidebitur. Inde analysin logicam dicimus, siue synthetice scripta; siue tradita analytice resoluamus.

Th. XXXIX.

Thes. XXXIX. XL. Th. XXXIX. Aliae uero prorsus causae sunt, quando analyticam methodum a synthetica distinguimus intuitu qualitatis materiarum, siue scribendae hae sint, siue scriptae prorsus abstrahendo. Cum enim ratio induxerit probaueritque usus, ut alio ordine theoreticae cohaererent disciplinae; alio item practicae: illum syntheticam methodum dicere; hunc analyticam salutare, causas habuerunt sapientes. Quae neque difficiles ad reperiendum sunt; si exempla petamus ex utroque genere disciplinarum. Tractat in principio ethica de hominis summa felicitate; quod sane compositi aliquid est, ex omnium uirtutum, ceu rerum simplicium, quas tamen in fine demum tractat, concursu constans. Quod cum ita sit, quis negauerit? ethicam a compositis ad simplicia progredi: quae uia est analytica. Physica e contrario, ut etiam theoreticarum aliquod exemplum sistamus, primum corporis naturalis principia docet, a quibus ceu simplicissimis rebus semper ad magis composita progressus facit, donec in maxime compositis corporibus fines demum terminet. Atque hoc itidem est methodi, quam descripsimus, syntheticae. Sed haec ratio est integrarum disciplinarum.

Th. XL. Aliter paulo consideratio analyticae et syntheticae methodi se habet, si quae particularia themata, ex integris disciplinis decerpta, tradi debeant. Quod siue in theoretico siue in practico argumento fiat, utrumque utraque etiam methodo, pro arbitrio scribentis, potest expediri. Quemadmodum enim, si quis urbem aliquam nosse uoluerit, is uia id duplici facere posset; uel urbem statim uniuersam intuendo e uicini forsitan montis fastigio; atque post demum ingrediendo eam per singulas plateas, fora, locaque alia: uel his locis prius sigillatim consideratis, tandem uniuersam urbis molem oculis subiiciendo; ex quibus modis ille analyticus esset; hic syntheticus: ita pari etiam ratione thema aliquod demonstraturo duplex id faciendi ratio est; uel ut a causis ad effectus; a natura prioribus ad posteriora; a generalibus ad specialia; summatim dicam a partibus ad totum progrediatur, quod methodi est syntheticae; uel contra ab effectu tendat ad causam; a posterioribus ad priora; a specialibus ad generalia, uno uerbo, a toto ad partes, quam rationem methodus tenet analytica.

Thes. XLI. XLII. Th. XLI. Atque uterque hic ordo bene sibi constat, ad quodcunque etiam argumenti genus adhibeatur. Quoniam tamen ussit prius ignis; quam aliquis diceret, quod urat, aut scrutaretur alter, quare urat; analytica methodus inuentionis dicitur: contra cum breuior certiorque uia sit, axiomata causasque praemittere atque has demum per effectus rite demonstrare; uti exempli gratia qui uehementem cuspidarum particularum in igne motum, causam ignis, est edoctus, ille maturum de centum huius elementi effectibus inde iudicium feret: hinc doctrinae methodus salutata est synthetica. Quamuis certum sit, quod utraque ad docendum bene adhiberi queat.

Th. XLII. Patet igitur ex dictis, quod practicae quidem disciplinae nonnisi methodo analytica bene tradantur: sed themata practica sigillatim commode doceantur synthetice. Sic totius physices systema nemo aliter exhibuerit, quam ordine synthetico; ast uero, qui experimento autores in admirationem sub initium rapuerit, ut eorum causas differturum attente audiant, is physica themata bene docet analytice. Quid? quod artem nostram medicam in scholis synthetice docemus, ut in nosocomiis curemus analytice. Haec ad methodi rationes intelligendas dicta sufficiant; argumenta Platonicorum et Ramistarum, inuerso ordine docentium, soluam, si opus fuerit, in conflictu.

OPVSCVLVM IX.

THESES MISCELLAE,

dic 23. Decembr. CIↃIↃCXCIX.

Thesis I.

Thes. I. Nimia, ut iudicamus, audacia H. Grotius *parabolas* Christi, *fabularum* nomine appellat: ut puri sermonis haberetur studiosus. Non e contrario minus, nostro iudicio, aniliter superstitiosi sunt, qui dubia conscientia se scribere conqueruntur, *dies Martis*, *Iouis* et sic deinceps. Quod ethnica haec nomina esse uideantur. Verba enim ut nummi ualent; quo argumento utrosque conuellimus. Vti enim poenis coercenda esset istius temeritas, qui obtrudere creditori hodie uellet nummos Augusti, Neronis, aliosque, quorum nos usu desuefacti sumus: ita risu dignus foret, qui nummos quotidiani usus, lapi-

lapide lydio probare, ponderare et utrum pretium ualori respondeat, uellet experiri. Quisquiliae laborum sunt et cui ingenium est, is in magis necessariis et rebus utilioribus id exerceat.

II. Omnium uocabulorum dari ratio non potest. Potest tamen in titulo, quo imperator electores ecclesiasticos salutat *NEFFEN*. Id enim eo fieri, quia defensor ac tutor ecclesiae, caput Christianitatis haberur, nunc defendemus.

III. Grotius *circulos* imperii nostri *pagos* dicit. Sed errat. Appellatio latina est: significatio barbara.

IV. Frustra disputatur, quo tempore institutus sit imperii nostri septemuiratus. Nunquam enim eum institutum esse, perspectum est historicis.

V. Nullus historicus omni exceptione maior est. A mendacio sibi cauere potest, non a falsiloquio. Archiua utrisque naeuis inprimis scatent et fidentius imponunt posteritati.

VI. Nulla historia difficilius scribitur, quam ex archiuis. Ille hoc intelliget, cui perspectum est, qua fide scribantur commentaria [relationes] legatorum.

VII. Non e re est, edere historiam suae aetatis. Sapienter Bodinus, historiam non nisi post centum annos in lucem proferendam.

IIX. Plura arcana literis magnorum saepe uirorum insunt, quam maximorum principum archiuis. Scribit aliquo loco LANGVETVS meus; *ex relatione medicorum ei constare, Henricum Angliae regem, nato filio Eduardo, pharmacis uitiasse membra filiarum, apta conceptioni.* En caussam coelibatus R. Elisabethae! Frustra hoc quaesiueris in archiuo Anglicano.

IX. Hispaniae regnum successiuum est, non hereditarium. Quid ergo regum testamenta? Nihil: quando non a uoluntate ultimi possidentis pendet successio. Hoc certe uel e turpissimo Henr. IV. facto clare constat. Praetereunt hunc casum *Rodericus* SANCTIVS *et Alfonsus a* CARTHAGENA, quod mirum non est in scriptoribus coaeuis. Vnus BAPTISTA FVLGOSVS eum notat [*lib. III. c. 3.*] Qui auctor, cetera nullius fere pretii, inaestimabilis uel ob duodecim has lineas est, ubi factum recitat. A quo tantum non omne nunc pendet successionis momentum.

X. Regnum Neapolitanum successiuum foemininum est. Non ergo idoneas rationes inuenio, ducibus Tremolliis respondere, successionem prae agnatis Hispanis postulantibus. Quare uero caussam hanc Gallici legati Westphalica, Neomagensi, Risuicensi pacibus commendauerint, non intelligo. Certe labitur praetensio Galliae R. in idem regnum, si haec steterit Tremollii. Hi uero Gallis ius suum frustra concesserint; cum agnati Hispani sint superstites.

XI. Nullum principium theologiae maiora damna, quam illud dedit: nihil esse uerum, quam quod clare et distincte concipi possit. Axioma ego pro falsissimo habeo. Partim quod plures ad eandem rem perueniendi uiae sint: partim quod in pluribus noster coecutiat intellectus.

XII. Non logica, non metaphysica caussa haeresium fuere; paucissimi enim haeretici inter scholasticos, qui utrique huic studio nimium quantum dediti fuerunt. Sed physici maxime et ethici heterodoxos foetus excluserunt. Vnde ab his sibi cauendum scripserunt patres, quoties fere philosophorum fecere mentionem.

XIII. Qui logicam et metaphysicam imperitae iuuentuti dissuadent, idem agunt, ac qui claudo grallas subtrahunt, aut ei, qui in latrones incidit, surripiunt arma. Cauete uobis ab his magistris, o iuuenes. Quos aut ignauia agit, aut ambitio, aut inuidia. Philosophia enim istam detegit, illam deiicit, hanc despicit et denudat.

XIV. Nullum Galliae Regi in principatum Arausionensem ius est. Patet hoc ex institutione, titulis, dignitate, iuribus istorum principum: ipso etiam situ principatus et institutione academiae, cuius priuilegia Caesarea sunt. Conuincemus erroris CASSANVM et *du* PVYVM, scriptores Gallos, testibus ipsis Gallis; in opusculo quod nobis sub manibus est.

XV. An id, quod Deus dixit, uerum sit, non quaerit sana philosophia; sed credit: utrum uero Deus dixerit, hoc ea non credit, sed scit. Scientia autem est philosophi. Ad hanc mentem acute Origines; theologia sine philosophia sapientia unius dici est, uno uerbo absoluitur, crede.

XVI. Disputationes in protestantium academiis in libros excrescunt. Excidunt hoc ipso fine suo multifariam. Melius olim nostri, hodie Iesuitae; qui theses, non uolumina exhibent ad duarum horarum certamen.

XVII. Quo anno seculum finitum, an nonagesimo nono, an centesimo: communis nunc, sed frustranea quaestio est. Annus enim natiuitatis Christi et magis terminus anni scriptoribus adhuc dubius est; qui contra Dionysium exiguum omnes disputant. Ast uero, si, quod antea omnino faciendum, de utroque constaret, facile ad respondendum foret. Non enim scribimus post annum nati Christi; sed anno post natum Christum, aut, quod idem est, anno nati Christi; ut adeo in fine seculi XVII. nos uersari anno proxime futuro millesimo septingesimo inde constet, non in XVIII. initio.

XVIII.

Thes. xviii-xx.

XVIII. Impudenter Galli in pace Risuicensi dixerunt: ordinis praerogatiuam non dignitatis imperatori debere regem Christianissimum. Praeter *gressum* [le pas] ergo nihil ei ab hoc concedendum. Nos plures rationes habemus, quae reges, quotquot florent, utriusque praerogatiuae obnoxios reddunt imperatori.

XIX. Olim plenipotentiarii munus non species legationis fuit: sed genus. Plenipotentiarius enim erat uel cum charactere repraesentatitio, ut ambassiador: uel sine eo, ut enuoyé. In nouissima uero pacificatione species est facta, qua principes imperii, ius ambassiadores mittendi praestolantes, sibi consuluerunt, euitatis quae in Nouiomagensi pace habuerunt, controuersiis. Bene an male? utrinque respondebimus.

XX. Ius reges adpellandi bene imperatori; male pontifici tribuunt. Neque tamen illi priuatiue competit. Agnoscit Angliae monarcham, qua regem Hiberniae et ipse imperator. Sed Henricus VIII. sua, non aliorum auctoritate, titulum regis adsumpsit, cum antea domini Hiberniae appellatione ille et eius praedecessores tantum uterentur. Ego crediderim, duo ad regis nomen requiri; amplitudinem regionis et potentiae. Illud ad sumptus; hoc, ad honores regios. Deest alterum principi Arausionensi: alterum Veneto duci. Ergo uterque ab hoc titulo abstinet. Cui neutrum deest, ab eius uoluntate pendet, ut regia dignitate omni momento utatur. Modo publico diplomate rem declaret. Quod fecere Portugalli; duce, qui ipsis imperauit, in regem creato in campis.

Th. xx. xxi.

XXI. De praecedentia regum frustra disputatur. Non ualent antiquitatis, potentiae, titulorum, meritorum, potestatis argumenta. Defendemus igitur Sueciae reginae sententiam, omnibus regibus eundem honorem et locum deberi: quia eadem omnibus dignitas.

OPVSCVLVM X.

PARADOXON

PAVCIS PHILOSOPHANDVM,

Kal. Septembr. CIↃIↃCXCV.

ILlustre clarissimique scriptoribus testatum Neoptolemi, apud ENNIVM poetam, dictum est: PHILOSOPHANDVM, SED PAVCIS: NAM OMNINO HAVD PLACET. Tantum enim haec sententia in posteris ingeniis, dispari licet consilio eam adsumentibus, adplausum habuit; ut et CICERO, eloquentissimus philosophus, duobus in locis, (*a*) totiesque GELLIVS (*b*) et APVLEIVS, Platonicus semel (*c*) repeterent eam, quandoque et comprobarent. Idem nostra cumprimis aetate, ubi bonae artes pluribus sordent, πολυθρύλλητον est factum, quod in ore animoque uulgus circumfert, ad culcitram desidiae suae substernendam. Equidem dictum nec mihi improbatur, modo ea adhibeatur circumspectione; ut et de uulgi errore constet, pateatque, id nec inertiae patrocinari, neque remoras iniicere uelle sapientiae. Hanc quippe intemperantiae philosophorum sic iuste intentam reprehensionem eo aequius fero; quo manifestior est, eorum, qui sapientiae tum professores audiebant, inutilis et damnosa, istius aetatis maxime, difficultas ac plusquam anilis superstitio. Cuius rei ne nos exempla relinquant, e pluribus aliqua dabo, clarissimis scriptorum monumentis consignata. Perpendite ac iudicate mecum post, qui a uestris studio dati literarum estis, quid haec tempora inter ac illa intersit? quidque expresserit Neoptolemo in fronte commemoratam querelam? Ergastulis ac carceribus similiores, quam locis, studiis liberalibus sacris, principes etiam scholae ueterum erant, ad quas nemo admittebatur, nisi qui legibus se subiecisset, non tam ad grauitatem disciplinamque, quam durissimam acerbitatem et immanitatem quandam naturae compositis. Has iuxta, leuiora praemittam, caput intonsum relinquere; barbam alere ad pubem usque; indutum humeros pallio incedere;

(*a*) *Lib. II quaest. Tuscul.* ab initio, et *lib. II. de orat. f. m. 389.* (*b*) *lib. V. noct. Attic. cap. XV. et XVI.* (*c*) *in apologia f. m. 281.* (*d*) Lo-

dere; inque humi posito cubili dormire, renebantur omnes. Paucis; tantum in liberalibus studiis quilibet profecisse credebatur; quantum a cultu omni libertateque recessisset (*d*). Imo, ne, quod potissimum est, omittam, quamdiu philosophiam discebant, tam diu renunciare humanitati debebant; ridere enim, in quo hominis plerique proprietatem quaerebant, in academia nefas habebatur (*e*). At neque in eo legum hic rigor consistebat; quin potius, ut praeiudiciis ac auctoritatibus facilius audientium occuparentur animi, silentium Pythagorae probabant, qui discipulos integro quinquennio, ex quo ipsum audire coeperant, uoluit esse elingues (*f*). Inde factum est, ut non quid, aut quam bene, sed unde dictum, spectarent miselli; perniciosissima illa, *αὐτὸς ἔφα*, uoce, pecude, quam homine digniori, tanquam Polycleti regula ueritatem metientes (*g*). Addebat non parum dolo, quod fabularum inuolucris absconderent ueritatem, si quam sectabantur, tegerentque (*h*). Et ne uel sic discipuli saperent maturius, fraudeque in tempore cognita, magistros relinquerent, praestigiis utebantur, ut aliud doctrinae genus illis profiterentur, de quorum fide obsequioque nondum securos esse licebat; alia uero, eaque secretiora, his aperiebant, quorum animus praeiudiciis ac auctoritatibus iam ab ipsis erat subactus. Ita enim digni demum, qui ad sacra haec Sibyllinarum folia admitterentur, sunt iudicati. Inde exoterica alia, alia acroamatica omnibus pene philosophis in usu fuisse, ab auctoribus consignatum ubique reperies (*i*). Quam docendi rationem licet defendendam in se suscipi-

A at nonnemo, mihi tamen fraudes inter philosophorum haec talia referre, causae sufficientes sunt (*l*). Tanta enim studiis mora iniiciebatur, si dediscenda erant in acroamaticis, quae in exotericis acceperant, ut candido capite ineederent, antequam candidati fierent sapientiae. Indignissima sane res, cum Stagirita, summae indolis adolescente, per quatuor nihilosecius lustra et am-
B plius unius ad pedes defixum philosophi esse (*m*): quadragenario item maiorem sui etiamnunc ab ore magistri pendere, (*n*) aut defloccatum senem, an monosyllabum caseum rodat? uah puerilium ineptiarum! ceu nodo Gordio soluendo intentum infixumque esse; (*o*) quod tamen adeo nihil noui ac insolitum tunc erat, ut excellentissima etiam ingenia, non meliori ad sapientiam tum
C uia patente, in idem pistrinum detrusa, iisdem etiam perniciosissimis laboribus frangerent se et frangerentur. Cum igitur bonam melioremque aetatem ita perderent, despicatui fiebant hominibus, qui ipsam humanitatem in scholis exuerant (*p*). Ad pristinos itaque angulos se recipientes in *μισανθρωπίᾳ* ambitioneque sic tandem proficiebant, ut et ipsi ceteros in republica, quibus an-
D te exosi erant, floccifacerent, sibique sapere unice uiderentur. Ita a republica rebusque in ea gerendis hoc otio conrra officium abducti, eam prorsus deseruerunr (*q*). Mirum quantum hic sibi ingenioque suo indulserint! talibus quaestionum monstris inuoluti, quae, si Hercules uidisset, occidisset. Alius enim de omni re in utramque partem disputari posse ex aequo; et de hac ipsa, an omnis res in utramque partem disputabilis sit, cum

---

(*d*) Locupletissimus horum testis SENECA est *epist. V.* et GELLIVS *lib. IX. c.* 2. de illis uero, qui leges has migrare uolebant, ATHENAEVM consule *lib. XI.* (*e*) AELIANO memorante *uar. histor. lib. III. c.* 35. (*f*) Innuente id *Diog.* LAERTIO *lib. VIII. f. m.* 373. (*g*) IVSTINI *philosophi et martyr.* querelam hac super re *Halloix in eius uita* repetit *c. VI. f. m.* 37. (*h*) *Max.* TYRIVS *dissert. XXIX. f. m.* 204. quod ipse tamen ita excusat, quoniam ea humanae mentis imprudentia sit, ut, quae exposita sint, minoris faciat; quae abstrusa uehementer admiretur. confer PORPHYRIVM *in uita Pythagorae.* (*i*) GALENVS *l. de substant. facult. nat. in princip.* de Platone ait: quod lapides, ligna, etc. in animata esse protulerit in *publicum*; sed *domi* docuerit in uniuersum mundum esse extensam eius animam. Sic et Aristotelem ac Theophrastum alia *uulgo* scripsisse, alia *discipulis familiaribus* tradidisse. Idem de Pythagora testatur IAMBLICHVS in ipsius *uita* c. XXXII. De Aristotele res notior est, qui ipse libros suos in *acroamaticos* et *exotericos* distinguit. (*l*) *Melch.* ZEIDLERVS eruditissimus philosophus §. 12. non inuidiam sed sapientiam summam dicit, *introd. in lect. Aristot. p.* 20. Cum uero duplex ueritas non sit; aliud nnn sequitur, quam quod exotericis figmentis luserint audientes atque deceperint, quod hominis officio repugnat. Aliud enim est omnia statim propalare, aliud falsis dogmatibus alteri imponere; non eius, sed huius philosophi incusantur. (*m*) Ita *Diog.* LAERTIVS lib. V. f. 304. Aristoteles septimo decimo aetatis anno Platonem audire coepit, annos uiginti apud eum commoratus. (*n*) Id de ipso Tullio, iam praetore, SVETONIVS testatur *illustr. grammat. sub Gniphone.* (*o*) Ita SENECA grauissimus auctor *epistol. XLVIII.* f. m. 74. *Pudet me: in re tam seria senes ludimus, mus syllaba est, mus caseum rodit, syllaba ergo caseum rodit. Puta nunc me ista non posse soluere? quod mihi ex ista scientia periculum imminet? quod incommodum? sine dubio uerendum est, ne quando in muscipula syllabas capiam, aut ne quando, si negligentior fuero, caseum liber comedat. O pueriles ineptias! In hoc supercilia subduximus? in hoc barbam demisimus? hoc est, quod tristes docemus et pallidi.* Similia apud GELLIVM lege lib *IV. c.* 13. *et lib.* XVIII. *c.* 13. (*p*) Quapropter SENECA epistol. V. ait: *satis ipsum nomen philosophiae, etiamsi modeste tractetur, inuidiosum est.* (*q*) Studiis enim dediti officiis orbabant rempublicam. Otiosi enim, quam negotiosi esse malebant. conf. CICERO *offic. lib. I.* f. m. 7. contra Platonem, errori huic patrocinantem, quem tueri, sed frustra conatur CALCAGNINVS in h. l.

(*r*) Di-

cum Protagora gloriabatur, nihilque in A rerum natura relinquebat, nisi dubium: alter hoc unum certum esse; quod nihil sit certi, ex Nausiphane garriebat: tertius Parmenidi assentiebatur, nihil esse in uniuersum; aut Zenoni Eleati, penitus nihil esse dicentibus: nonnulli nouam cum Academicis scientiam inducebant; nihil scire (*r*). Digni enim erant, ut ueritatem amitterent, qui libenter de ea dubitabant; aut, ut nunquam sapientes es- B sent, qui ingeniosi uideri malebant. Sed enim nec hoc fine stetit ambitio: etiam in partes itum a posteris. Sapientiam enim pro arbitrio suo auxerunt singuli; non ut maiorem facerent, sed ut aliam; nec ut aliquid accepisse uiderentur, sed ut dedisse omnia. Hinc tanquam pro aris et focis certamen perpetuum et tot inepta deliria, quae sine stomacho aut dolore nemo legat. Aliquis a- C tomos fabricat, aliquis destruit, aliquis uacuum statuit, aliquis tollit, aliquis unum mundum aliquis innumerabiles ponit, aliquis Deum esse probat, aliquis negat; nec in nugis tantum, sed ad impietatem usque profecerant sapientes (*s*). Plura adderem, nisi ad summum peruenisset oratio. Hoc enim tandem erat tempus perdere ac animum, ingenio abuti, rempublicam ciuibus ac magistratibus orba- D re (*t*), pestilentissimo eam morbo inficere, atque indelebilem tandem maculam inferre philosophiae. Indeque luce nunc meridiana clarius, quid rei fuerit Neoptolemo acclamanti studiose iuuentuti; ut paucis philosophentur. Eadem enim de causa complures etiam alii eidem succlamant, ut creberrima haec apud auctores monita extent; modus ex sapientia tenendus (*u*); philoso- E phandum citra molliciem (*x*); philosophiam moderatam ac remissam eligendam (*y*); hauriendam philosophiam, non ingurgitandam esse (*z*); tempori in philosophia parcendum (*aa*); non sapere credi, qui nimis sapiant (*bb*); non ultra aetatem philosophandum (*cc*) et quae sunt generis eiusdem. Quae omnia de pestiferis ac fraudulentissimis philosophis, quorum spurcissimos in scholis mores, doctrinamque otiosam ac inutilem breuiter hactenus, sed uere delineanimus, uerissima sunt. Digni quoque artium ac iuuentutis hi corruptores, quos Domitianus in exilium ageret atque e republica ceu foedam ac perniciosam eiiceret sentinam (*dd*). Sed enim o mei! alios mores, aliam uerae sapientiae uobis formam pollicemur. Incusauimus philosophorum hactenus perniciem detestatique sumus: at philosophiam, mentis illam purissimam nutricem, ac aurae portionem coelestis, ab ipsoque benignissimo numine mortalibus relictum donum, quae nihil eius culpae meruit, in oculis ferimus ac animo, omnique studio prosequimur. Speculo ipsa est similis, quod deficit, si deformis utatur: ita enim ab improbis tractata, faciem mutauit ac habitum. Integras mentes, quales inuiolatam insuper religionem nostram decent, doctoremque ea uirtute ac integritate postulat, qui frugi sit, nihil in speciem agat ostentationemque, discentium potius omnia utilitate metiatur. Quod igitur Deus O. Maximus felix, faustumque esse iubeat, in munere, per eius gratiam, SERENISSIMIQVE AC POTENTISSIMI PRINCIPIS AC ELECTORIS nostri clementiam nunc auspicato ac rite capessendo, talem me praestiturum, non tam spem facio, quam fidem do; ur, quod tribus nunc uerbis contraho, id semper officii mei credam, nihil proloqui ex cathedra, quod alibi dediscendum existimem. Quid enim ad otiosa ac inutilia excurrere opus, ubi tanta se rerum fructuosissimarum seges pandit: quae usu suo omnes disciplinas, quibus principem hac aetate locum debemus, non tam contingunt, quam perficiunt ac ornant. Cuius enim, quaeso siue is animum ad res sacras et reuelatas adpellat, siue

(*r*) Digna, quae legatur SENECAE epistola LXXXIIX. f. m. 220. ex qua haec transcripsimus. (*s*) HEINSII, quam meis uerbis hic uti malui, ex elegantissima eius in *Max. Tyrium praefatione.* (*t*) Quam eius negligentes fuerint, litera q superius est monitum. Addatur nunc exemplum Archimedis, qui, dum formis describendis esset intentus, ab hostibus, patriam capientibus, nihil petiit, praeter id, ne in circulo, quem delineabat, eum turbarent. vid. CICERO *de fin. lib. V. f.* 153. PLVTARCH. *in Marcell. f.* 309. *Val.* MAXIMVS lib. VIII. c. 7. (*u*) TACITI uerba sunt c. IV. in vita Agricolae, quem acrius, ultra quam concessum Romano ac senatori, philosophiam dicit hausisse. conf. eundem lib. IV. histor c. 5. (*x*) *φιλοσοφοῦν ἄνευ μαλακίας* dixit THVCYDIDES lib. II. hist. f. m. 191. (*y*) Tale consilium principi maxime PHILOSTRATVS commendat *lib. II. c. 4. in uita Apollon.* (*z*) AGELLII ore *lib. V. c.* 16. (*aa*) SENECA *epist.* LXXXVIII. *p. m.* 119. ubi et lectu dignissima alia occurunt, abusum philosophiae redarguentia. (*bb*) EVRIPIDES sic pronunciat *in Bacchis*: *τὸ σοφὸν δ' οὐ σοφία, τό, τε μὴ θνητὰ φρονεῖν.* (*cc*) PLATO sub *Georgiae* persona apud GELLIVM lib. X. c. 22. ueritatem hanc, cui nec ipse assentitur, prolixe ac eleganter exponit: *Neque turpe habetur, adolescentem philosophari: at cum grandis natu philosophatur, ridicula res o Socrates geritur.* (*dd*) Domitianum philosophos omnes urbe Italiaque summouisse, scribunt DIO *in eius uita* et SVETONIVS lib. XII. c. 10. Repetit TACITVS *in Agricol. cap. II.* §. 2. Formulas de exigendis Roma philosophis A. GELLIVS allegat *lib. XV. noct. Attic. c.* 11. causam facti PLINIVS aperit *cap.* XLVII. *paneg. Traiani* et SENECA *consolat. ad Helu.* c. X. p. m. 249. eiectorum nomina PHILOSTRATVS recenset; tempus subindic. EVSEBIVS *in chronicis.*

(*ee*) *lib.*

siue iurium studio operam det, siue etiam medicorum rimetur arcana, non maxime interſit? noſſe, rem uniuerſam *diſtribuere* in partes, latentem explicare *definitione*, obſcuram explanare *interpretando*, *ambigua* primum uidere, tum *diſtinguere*, noua deinde *locorum* beneficio inuenire, atque ſapienter *ordinare* inuenta, haecque ipſa *diſputando* rite proſequi; poſtremo habere regulam, qua uera et falſa *iudicarentur*. Id quod logica ſic abunde ac copioſe praeſtat; ut uerisſimum ſit, quod de ea quondam SAVANOROLA aſſeruit: ſicut malleo eodem quis operari poteſt in omnibus metallis; ita etiam rationali philoſophia uti poſſumus in omnibus omnino diſciplinis (*ee*). Sane CLEMENS ALEXANDRINVS, celebris tertii ſeculi pater ad tempora ſua reſpiciens, logicam *uineae*, puriorem ſic Chriſtianorum coetum uocat, *ſepimentum*, dixit (*ff*). Themidis etiam cultores WESENBECII illud moueat, logicam et moralem *duas iurisprudentiae alas* uocantis (*gg*). De medicis equidem, quod CELSVS dixit, in uulgus notum: *morbos non uerbis*, ſed *remediis ſanari* (*hh*): neque tamen GALENVM, cuius ipſi ſe filios dicunt, logicam in gratiam ſuorum conſcripſiſſe, unquam poenituit. Atque ex his ipſis, ut ad alteram nunc profeſſionis meae partem ueniam, quis eſt tandem? qui carere poſſit, ſcire, quid actus ſit; primus, ſecundus; ſignatus, exercitus: quid potentia, libera, naturalis; remota, proxima: quid cauſa uera, ſine qua non; formalis, uirtualis; remota, proxima: quid efficiens principalis, inſtrumentalis; prima, ſecunda; naturalis, libera; per ſe, per accidens; totalis, partialis; phyſica, moralis: quid finis ultimus, intermedius; principalis, minus principalis; efficiendus, obtinendus: quid neceſſitas conſequentis, conſequentiae; exigentiae, expedientiae: quid totum integrale, partiale; ſimilare, diſſimilare: quid idem numero, ſpecie, genere, analogia et cetera. Veniam rerum gnarus dabit plura huc tranſcribenti. Haec enim ſunt, multaque eius generis alia, quae METAPHYSICA, cui alii contra ius ueritatemque tot opinionum portenta affingunt, tradit, praecipit, limat, diſtinguit. Quid uero de ſpirituum doctrina dicam, quae PNEVMATICAE aut theologiae naturalis nomine uenit? nonne, hoc maxime tempore, ubi in impietate tot flagitioſi homines ingenium exercere et famam ex ſcelere mercari cum Heroſtrato, aut, Pauſania geſtiunt, DEVM ESSE, ex principiis natura cognitis, cauſalitatis, eminentiae, negationis uiis, aut ſi quae alia datur huius rei probatio, contra ignea hoſtium tela, in numerato habere, utile non minus quam neceſſarium eſt? Eiusdem porro maximi numinis attributa noſſe, ex potentia infinitatem, ex infinitate omnipraeſentiam, atque ex hac prouidentiam, ceteraque colligere ac commonſtrare, ad animi tranquillitatem, atque rationis cum reuelatione multam harmoniam, gentium illo doctore praeeunte, apprime conducere non minus exiſtimo. Dependentium denique ſpirituum animaeque humanae naturam, operationes, effectus ſcientia comprehendere, quae omnia in eadem uobis diſciplina panduntur, quam, quaeſo, conſultum ac fructuoſum eſt? Atque in his ego nunc animum meum uobiſcum, quibus, ſingula haec, Deus uos flectat, inſtitutoque benedicat! defero, exercere ſpondeo atque uel ipſum ſpiritum hunc ueſtris conſecrare uſibus non detrectabo. Vos igitur, o mei! reuocate ad haec ſtudia mentes ueſtras; his pectora ueſtra munite; ſpemque ac expectationem, quam uobis de me propoſui, non praeſtolamini, ſed ipſo uſu cognoſcite ac experimini. Ceterum muneris mei auſpicium iuxta, quod ſumſiſſe hactenus uolo, pietatem SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI AC ELECTORI etc. etc. Domino noſtro clementiſſimo humillima mente teſtaturus, DE NVPERRIMA NAMVRCI, munitiſſimae Belgii urbis, FAVSTA RECVPERATIONE, cuius non infima gloriae pars a fortiſſimo Brennorum exercitu pendet, dicere conſtitui. Ad quam orationem propenſe ac patienter audiendam RECTOREM MAGNIFICVM, EXCELLENTISSIMVM REGIMINIS MAGDEBVRGICI CANCELLARIVM, ILLVSTRISSIMOS COMITES, AC BARONES, ceteroſque literarum Patronos, ac Profeſſores, huius denique Almae ex Generoſa Nobilique Iuuentute Ciues, qua decet obſeruantia, inuito. *P. P. Dom.* XX. *poſt F. Trinitat.* CIↃ IↃ XCC.

(*ee*) *lib. IV. de ſcient. diuiſione.* (*ff*) *lib. I. ſtromat.* θριγκὸς τοῦ ἀμπελῶνος. (*gg*) *Orat. de ſtudio iur.* (*hh*) *in praefat. oper. pag.* 10.

TOMI II. LIBER III.
IVRIS ECCLESIASTICI
OPVSCVLVM I.
DE
PRIMATV GERMANIAE
MAGDEBVRGICI ARCHIEPISCOPATVS.

mense Nouembr. CIↃ IↃCCVII.

ILLVSTRISSIMO ATQVE *EXCELLENTISSIMO*

DOMINO,

IOANNI CASIMIRO

S. R. I. COMITI

A WARTENBERG,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI

PORVSSORVM REGIS

ADMINISTRO STATVS PRIMARIO, SVPREMO CVBICVLARIORVM DECVRIONI, STABVLI SVMMO MODERATORI, SACRI REGALIS PATRIMONII PRAESIDI, CELERVM TRIBVNO HEREDITARIO, MARESCALLO PORVSSICI REGNI, CANCELLARIO ET EQVITI ORDINIS AB INSIGNI AQVILAE NIGRAE ADPELLATI, PATRONO ACADEMIARVM PER OMNE IMPERIVM

SPECIMEN HOC ACADEMICVM SVBMISSE CONSECRAT

IOAN. ERNEST. HVBENERVS.

PRodeo in conspectum Tuum, COMES ILLVSTRISSIME, non ingenii quadam fiducia; sed sola humanitatis ac beneuolentiae Tuae fama excitatus. Pro salute huius imperii excubat uita Tua, Teque grauissimis negotiis, quae solus fere adhuc sustinuisti, a uiginti retro annis, auspicato superfuisse, optimus quisque laetatur. Facilem nihilominus et benignum Te singulis praestas nullaque rerum gerendarum mole aut

aut caligine oris uultusque Tui constantiam et serenitatem dimoueri, permittis. Dabis igitur, COMES ILLVSTRISSIME, eamdem quoque ueniam audaciae meae, ut qualemcunque hanc tractationem, excelso nomini Tuo consecratam, in publicam modo lucem mihi liceat emittere. In antiquitatibus ac iuribus Magdeburgicae prouinciae opera potissimum nostra in praesenti collocatur. Patronum igitur ducemque huius instituti Temet exorare, non admodum haesito, qui alacri ubiuis studio Porussici status incrementa promoues magis et confirmas. Nimirum salute REGIS SAPIENTISSIMI et incolumitate singulorum ciuium nihil in rebus mortalium prius, nihil antiquius ducis, qua quidem in causa nec salutis aut fortunarum pericula magni a Te fieri, res ipsa declarat. Quid? quod grandaeui capitis Tui canities, meritorum, quibus inclaruisti, infinitam seriem loquitur, nec aetatis tantum, sed curarum quoque et negotiorum decursu faciem Tuam uidetur collustrasse. Praestantissimi adeoque purpurati adpellationem non immerito Tuis rebus olim uindicabit posteritas, Maecenatis sane exemplo Te tuaque omnia conformas, cuius in Augustum tanta exstitit pietas animique deuotio, ut, quem consensio iusti ac aequi per omnem uitam domino conciliauerat, eumdem nec fati necessitas a priori conditione umquam potuerit segregare. Superest hodieque Augusti memoria, a clarissimis eius saeculi scriptoribus celebrata; Maecenas, auctor istius praeconii, annalium monumentis simul consecratus, perennat. Te uero ipsum quodammodo posteritati Tuae uidemus interesse, quum fidem et industriam Tuam, quam regi regnoque declaras, uno omnes ore per imperium Porussicum extollere uideantur. Temerarius essem, si in hunc campum excurrerem, cui neque aetas mea respondet, neque angustia aliquot pagellarum. Dudum hanc spartam in uernaculo sermone occupauit illustris quidam auctor, cuius interpretem latinum, si uenia Tua idem mihi concedatur, publice aliquando agere constitui. De cetero breuiarium maioris commentarii de primatu Germaniae accipe, qua soles, serena et benigna fronte. Tuo praesidio uel maxime mihi opus esse arbitror in hoc argumento, ut ex tenebris et caligine priorum temporum amplissima huius prouinciae documenta protrahantur et, si qua olim imminere posset, obliuio et ruina caueatur. Vale, COMES ILLVSTRISSIME, et sub auspiciis sapientissimi FRIDERICI Tui, regis optimi, maximi ad seram usque senectam omni felicitatis genere abunda. Dab. e museo, Halae Venedorum VII. Id. Nov. CIↃIↃCCVII.

IVVENI LITTERATISSIMO,
IOANNI ERNESTO Hübener/
DISSERTATIONIS AVCTORI
PRAESES eius salutem.

Per triennium et quod excurrit, studia litterarum et prudentiae publici priuatique iuris in hac Fridericiana coluisti. Cum non immaturus ad nos accesseris, sed animum huc attuleris, linguarum et philosophiae profectibus, non leuiter imbutum: non est, ut alii laudes tibi inuideant, quibus e togata huius cohortis militia honestam tibi missionem impertimur. Debes hoc, post alios, doctori Gallo praecipue, qui te adolescentem artibus instituit, de quo uiro Germaniae nostrae gratulatur, quotusquisque est, qui amat doctrinam et humanitatem. Scis deinde, uoluisse eum, qui tuis optime cupit, rerumque ac studiorum tuorum suum tibi pollicitus est patrocinium, ut ageres hic in meis domesticis. Neque difficilis ego fui, cum felicitas ingenii tui industriaque me breui tibi ita deuincirent, ut me uterere familiariter. Qui ergo te penitus noui, tibi etiam auctor esse potero, hac causa grauior, ut uitam tuam olim academiae destines atque erudiendae iuuentuti. Quo consilio, utinam optima quaeque tibi liceat diuinare. Antequam uero a nostro lyceo non tam abires, quam in aliud aliquamdiu secederes, de PRIMATV GERMANIAE plurima congessisti, tanto adparatu, qui satis esse poterat ad librum conficiendum. Ego autem suasor tibi fui, ut hoc argumentum summatim nunc responderes, quo sine thesibus id absolutum fuit subcinctis. Ceterum gratulor tibi de parente tuo: parenti autem de te. Illud facio, quod uir integerrimus, a primis adolescentiae tuae annis, sumtibus non pepercerit, ad profectus tibi necessariis: hoc autem, quod tu optime semper eos collocaueris. Vale.

CAPVT I.

CAP. I. §. I-VIII.

CAPVT I.

DE

IVRE PRIMATVS VNIVERSIM.

§. I.

PRimatis, *papae*, *patriarchae*, nominum eius generis aliorum eadem olim, quae hodie *adpellatio*: *significatus* autem omnibus fere seculis diuersus. Fallunr ergo doctores pontificii, qui uocum et rerum ortus inuicem commiscent et utrisque eandem tribuunt aetatem. Ita enim principio purioris ecclesiae uerba quidem audita sunt primatum ceteraque: res ipsa, B quam fraudes et superstitio iuniori tempore protulere, isti aeuo penitus ignota.

§. II. Papa, primas, patriarcha *honoris* et reuerentiae tituli quondam fuere, qua ratione discipuli coluerunt *magistros*, in quorum scholis ad sacra dogmata fuere educti. Multum etiam auctoritatis ecclesiae datum, quae *apostolos*, aut qui hos audiuerant, conditores habuit doctoresque, quod hi propius a fonte ac lima ueri- C tatis uiderentur abesse. Neutrum insolentiae alicuius incusari debet, quoniam idem honoris factum esse legimus Pythagorae, Socrati, Platoni, Stagyritae, Epicuro, Zenoni aliis. Fuit autem hoc *consilii*, non praecepti: uirtutis, non legis.

§. III. Fieri hac causa potuit, ut loco *uili* et obscuro is cultus praestaretur ab ciuitatibus, dominatu ac amplitudine *florentissimis*. Id uolo, ut regnaret Hiero- D solymis Bethlehem: Athenis uilla Academi. Vetustis temporibus causa sacri primatus urbis amplitudo, dignitas reipublicae nequiequam fuit, quo tamen errore multi labuntur. Profecto qui in primatu adserendo a maiestate urbis aut reipublicae arguit: ille prodit luculenrer, eius fundamenta ortumque nouiorem esse neque diuinum, sed prorsus humanum. Quapropter turpiter se mihi dare uiden- E tur aut potius ueritatem ingenue fateri, qui Romanum papam extollunt euehuntque propter maiestatem urbis ac orbis Romani: non S. Petri cathedram, postquam illa fere corruit euanuitque luce historiae et monumentorum.

§. IV. In primaeui itaque primatus institutione non opus fuit priuilegio principum, regum, imperatorum; partim quod aliud ab hoc regimen sit ingeni- F orum et animorum, partim etiam quod reipublicae nihil damni inferatur, ab aliena peti dogmata pietatis ueritatisque. Nihil enim hodieque officit regnis Europaeis, quod pleraque in pretio habeant uim rationis legum Romanarum.

§. V. Haec de causa *primatus purioris ecclesiae*, quae fundamenti loco habet uir- A tutem, consilia probitatemque: alia prorsus ratio illius uidetur, quem *posterior aetas* protulit, qui nititur uoluntate ac *legibus imperantium* et est humani prorsus instituti. Quo censu haud dubie Byzantinus primatus aestimari debet, quae ecclesia neque mater aliarum fuit, neque, doctoribus apostolis, culta.

§. VI. Quid autem de primatu siue papatu Romano? Hoc scilicet exemplum in oculis habebimus, ut, quod sentimus in doctrina primatus, luculentius exponamus. Is duobus remis usus est, ut fortius ac felicius nauigaret. Vno diuino, altero humano. Duo erant primati Romano praecipue agenda, unum, ut ipse in uniuerso occidente primatum stabiliret: alterum, ut, quam late patet orbis Christianus, sub iurisdictionem suam redigeretur. In neutro machinationibus et artibus pepercit et in altero tantum uictor euasit.

§. VII. Arrogauit sibi suprematum in uniuersi orbis patriarchas sub diuersis causarum tegumentis. Ex iure diuino petiit auctoritatem Petri, Christo largitore; commenta deinde primatus ab apostolis Petro pactitio iure collati; antiquitatem porro et religionem cathedrae Petrinae; doctrinam denique de unius Christi ac seruatoris unico uicario; ad extremum imaginem supremi pontificis in republica Israelitarum: ex humano, maiestatem ursit Romae, quae caput orbis et domina, ueterum elogiis, fit celebrata. Etenim non alia causa se prodit, quapropter decretalium interpreres tantopere soliciti fuerint de *Caesaris dominio*, quod dixerunt, *mundi*; quam haec, ut idem argumentum tam late pateret in pontificis primatu. Imo Caesarei quoque iuris doctores ut in adsensum illi traherent in adsertione papatus, id imperatori largiti sunt, ut ille Christi uicarius per omnem orbem in profanis audiret, sicut papa is esset in ecclesiasticis. Quamuis postea uideatur, eos huius beneficii, in Caesarem collati, poenituisse; quod nihil dubitarunt, affirmare, papam utroque officio defungi posse: sed Caesaris illum quandoque opera uti, non tamen nisi in subsidium. Id est, quod prodere non erubescunt iura pontificis, Caesarem hac causa aduocatum esse curiae Romanae.

§. VIII. Imo id etiam aduerto, principes Europae plerosque papam coluisse et comiter obseruasse: ne Caesar imperium in eos adfectaret. Hoc enim dogma totum fere orbem quondam tenuit;

 Chri-

Christianorum respublicas unum caput uenerari,ut sidera unum solem. Quo genere superstitionis oecumenica fere concilia coacta fuisse, existimo, Caesare supremo moderatore. Nisi enim hoc, quid impediisset, quo minus quaelibet respublica ut suas tantum leges curat seorsim; sic etiam sua curauisset sacra tantum, insuper habito, quos sensus numinis spirauerint fouerintque aliarum societatum gentes. Vix enim operae pretium fuerat, ex B omnibus orbis angulis sacros antistites conuocari, quod tanto adparatu opus non est ad indagationem ueritatis, quam numerus suffragantium impedit magis et irretit, quam prouehit ac promouet.

§. IX. Quamuis autem omni aeuo floruerint uiri prudentes, qui dogmatum eius generis peruersitatem non solum agnouere: sed etiam tantum habuere animi pro ueritate, ut illis se obiicerent uer- C boque ac literis strenue contradicerent; imo orientales ecclesiae exploserint conatum occidentis atque alto supercilio spreuerint: nihil tamen de hoc studio pontifex remisit, quin potius haereseos incusarit, quotquot essent, qui primatum eius subterfugerent aut in dubium uocarent, illi a Christo delatum uicariatum.

§. X. Isthuc etiam proteruia eius iuit, ut sibi orbis dominium arrogaret uni- D uersi. Filum consecutionis, quo orbis quatuor plagas constringere uoluit, hoc fuit. Deus rerum proprietatem, quam habuit, unigenae contulit Christo; Christus Petro; Petrus Papae. Ex quo enim seruator, huius uniuersi dominus, societatem mortalium reliquerit, uoluisse eum, ut uices alius gereret, ad similitudinem domini directi, qui absens uasallis praefectum det, praepositum feudorum einen E Lehens-Probst, qualis ipse sit papa. Ex hoc fonte doctrinae scatent. Infideles iniustos ac uiolentos esse regionum possessores, qui eiici queant a populis Christo fidem habentibus, papa consultore. Qua causa is nouum orbem Hispano, ut olim Hiberniam Anglo, donauit. Deinde apostatas reges excidere regno; ut feudo ob feloniam uasallos. Post haereticos ad regna suscipienda inhabiles esse: uti F neque feuda sustineat uasallus surdaster aut furiosus. Praeterea penes papam esse regna largiri et regalem dignitatem. Ad extremum, quoties reges discordent a papa: subditos illorum huic fidem debere, quippe qui ligios habeat uasallos. Sed pudet huius generis quisquiliarum, quas hodieque saniores in pontificiis explodunt: quamuis nouissimi parasiti sint, qui pro his sordibus, ceu pro aris ac focis, sole- G ant decertare. Atque satis de primatu orbis, siue monarchia uniuersali, quam uocant, a pontifice Romano sibi, irrito licet conatu, arrogata.

§. XI. Verum enimuero eidem tamen felicius suprematus cessit, quem stabilire instituit in occidente, aut potius in cultissima orbis parte, Europa uniuersa. Principio quidem Romano episcopo ab his populis nulla lis mota *honoris* ac *προεδρίας*, partim, quod cultus et maiestas imperii Romani omnium animos occupauisset, partim etiam, quod senioratum ei nemo, in dubium uocare posset; optimum autem remedium id esse uideretur ad euitandum lites et aemulationes ambitiosorum antistitum. Deinde ab huius etiam *curia* illi *consilia* exquisiuere in rebus dubiis, quod plerique eorum e schola Romana prodiissent, ut discipuli consulerent magistros; imo Roma doctissimis uiris ac doctoribus abundaret, quorum decreta aliis rectiora atque magis elaborata et absoluta credita fuerunt.

§. XII. Atque si in his limitibus Romani episcopi primatus substitisset: non habuissent uel populi Europaei, de quo conquererentur; uel Papa Romanus, unde sibi ruinam metueret. Verum ex quo tempore curiae Romanae responsa apud peregrinas etiam gentes in leges iuere et papa iurisdictionem in omnes ecclesias sibi adsectauit; tum demum artibus ac tegumentis opus erat, huius generis auctoritatem et acquirere et tueri acquisitam.

§. XIII. Argumenta, ut fieri solet in re, specie inanium ualida, pro rerum, temporum et aduersae partis discrimine non solum uaria, sed etiam inuicem sibi contraria fuerunt, quae si coniunxeris inuicem, fieri oportet, ut unum tollat refellatque alterum. Nunc enim nixus est papa in arrogatione suprematus legibus diuinis, quarum capita enarrata superius: nunc humanis, iure scilicet pactitio, praescriptione et usucapione: nunc in Caesarum constitutionibus; iterum in patrum et conciliorum decretis et canonibus omne robur causae huius posuit. Quae, tantum abest, ut inuicem conspirent: quantum abest, ut inter ciues Christianos, quae diuini instituti sunt, humana auctoritate opus sit stabilire ac confirmare: aut, quod in Caesaris arbitrio, praeceptionibus priuilegiisque quaeritur, illius Deum aut Christum habere arbitratorem. Vtrinque etiam peccaretur, si diuinis aut humanis legibus e temporis demum lapsu auctoritas expectaretur ac firmitudo. Vt adeo cumulatio harum causarum et actionum nulli non inepta esse et peruersi dogmatis indicium secum ferre uideatur.

§. XIV. Noui foederis sacra hanc indolem habent, ut religio in republica sit; non respublica in ecclesia. Id uolo, diuersas respublicas Christianas, diuersos etiam pontifices mereri, id est, supremos rerum sacrarum antistites. Abit in hoc nouum testamentum a ueteri: nec fieri enim potuisset, ut religio iudaica, remanen-

CAP. I. §. XIV-XXII.

nente sacrorum indole, prolata esset in A plures respublicas; templi enim frequentatio ceteraque huic quodammodo incremento uidebantur obesse: contra nihil impedit, quo minus orbis uniuersus, quam late patet, reddatur christianus. Vbi supplicationes, ibi templa nostra: ubi integrae mentes, ibi sedes gratiae: Christus, supremus pontifex et pastor coetuum gregumque fidelium, quam ampli, quam diuersi, quam disiectis illi spatiis B constituti sint, eos solus continet sub suo moderamine. Qui uero antistites, etiam inter euangelicos, sectas adfectant et suis auditoribus obtrudunt doctrinae ac uitae formulas: illi pontificatui seruatoris tantum derogant, quantum sibi sumunt pariterque reipublicae laedunt maiestatem.

§. XV. Quorsum uero in iure nulla uia patuit, illam sibi pontifex Romanus C fraude, machinis, circumscriptionibus insidiisque, non sine stupore rectius sentientium, demum parauit. Temporum ruditatem hic plerique incusant, oeconomiae noui foederis et ciuilis doctrinae ignaram. Verum omni aeuo floruerunt uiri utriusque non ignari; qui tamen uel ipsi obmutuere, uel aliis aurem uellicantes auditi non sunt. Alia ergo hac sub herba latere uidentur, summatim hic in- D dicanda.

§. XVI. Ea, quae in pontificio iure primatis sunt, notissimum est penes imperatorem et principes stetisse peculiarium rerum publicarum. Illi omnis generis antistites inaugurarunt: illi inauguratos munere suo exuerunt: illi poenas iisdem irrogarunt: illi ecclesias uisitarunt: leges illi ecclesiasticas tulere: erroris incusatos illi uel condemnarunt uel absol- E uerunt, synodis conuocatis aut conciliis; ceteraque illi fecerunt, quibus absolui solet omnis facultas primatum. Principibus itaque si pontifex haec statim eripere sibique uindicare, tantauisset, haud dubio nauigasset aduersus torrentem. Obiecissent enim se huic studio et curiae et ecclesiae.

§. XVII. Cautius itaque fuerat incedendum. Scilicet id primum egit papa, F ut sacros antistites resque sacras aut sacris aliquantum uicinas, de potestate eximeret principum ac reipublicae. Quod eo facilius effecit, quoniam rei secularis administri alii ignari erant, alii improuidi, nonnulli si non auari, meticulosi tamen, ne in clericorum incurrerent offensam et horum insidiis, in quibus illi excelluerant, ad principem delati, loco dignitateque dimouerentur. Os itaque curialibus satis G obduratum. Ecclesiae antistites tantum abest, ut rei obicem posuerint, ut omni potius studio, fidei et religionis Christianae tegumentis quaesitis, eam promouerint: quod certissima spes esset, fore, ut, iugo hominum secularium excusso, omnes sui iuris redderentur.

§. XVIII. Verum, uix pretium operae respondere credidit pontifex, nisi ex hac rerum ac personarum metamorphosi ipse proficeret, qui eius auctor, fax et tuba fuerat reciperetque omnes sub suam potestatem. Creuit itaque mirum eius ex hoc tempore audacia, qua omnium ecclesiarum episcopis mandare, rescribere, leges ferre sibi arrogauit, ut hi in munere suo toti a curiae Romanae auctoritate pendere uiderentur.

§. XIX. Taeduit exinde episcopos, se a scylla in charybdin esse prolapsos et, qui principum in sacris iuribus administros egissent, nunc seruos effectos fuisse papae Romani: is ergo ut potentiorum animos iterum pacaret, maximum cuiusque regni nominauit *primatem*, quo ille non solum prae aliis omnibus praecelleret; sed etiam in eosdem polleret auctoritate et ecclesiastica iurisdictione. Hoc glaucomate obcaecauit animos cum principum, ne illi sacra spolia papae tantopere sentirent, si quaelibet respublica esset instructa supremo sacrorum rectore; tum etiam episcoporum, quorum alii uiris sui ordinis obtemperare, maluerunt, quam hominibus, quod dixere, secularibus; alios etiam et illos maxime, qui a primate proxima loca tenuere, spes aluit, fore, ut in eius generis sparta aliquando et ipsi sufficerentur.

§. XX. Illud etiam primatum, aut, quod idem in Graeca lingua est, patriarcharum institutione uoluit papa: ut Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino, Hierosolymitano, quatuor aemulis suis supercilia deprimeret, quae tituli patriarcharum sustinere uidebantur, ut nulla ex parte illo esse uellent inferiores. Quorum etiam auctoritatem uti ualde minuit hoc consilio; sic inde mirum auxit suam, quando id penes se esse, docuit, uno dic uiginti et plures adpellare patriarchas. Ferdinando Caesari non dissimilis, qui ut principis in Germania dignitas euilesceret, integros eorum inaugurauit cohortes. Vt facilius tum esset, obtinere, quam deprecari principatum.

§. XXI. Non caruit tamen dissidiis, quando aequalium meritorum plures essent in uno regno episcopi, quam papa aliis praeferret. Quos enim temere praeterierat, illi non solum indignationem concepere; sed etiam nouo primati denegarunt obsequia. Non legeris facile, papam in his compellendis usum esse fortiori remedio; quin potius nouum consilium arripuit idemque nomen etiam largitus est candidato aemulo, ut nihil noui nunc fit, in uno regno plures inueniri primates, quamuis haec causa fuerit acerrimarum contentionum.

§. XXII. Quo de plerisque summatim

CAP. I. tim constet, poriores eorum nominarim recirabimus. Audiunt scilicet *Portugalliae* primas *Bragensis* seu Bracarensis, qui hanc quoque spartam postulat in uniuersa *Hispania*; sed uero *Toletanus* eamdem sibi adrogat, in discrimen eapropter uocatus ab *Hispalensi*. In *Anglia* hoc titulo *Cantuariensis* utitur, cui quondam litem mouit *Eboracensis*. In *Hibernia Armacanus* celebratur. In *Scotia* archiepiscopus *S. Andreae* seu *Andreapolitanus*. In regnis *septemtrionalibus* parem locum adfectauir *Bremensis*: sed hunc ei dubium fecere in *Suecia Vpsaliensis*; in *Dania Lundinensis*, licer neutrum reperiam sui participem factum esse desiderii. Habetur tamen diploma Innocenrii III. papae, quo *Lundinensem* antistitem, cum *Sueciae* instituit; tum uniuersi feprentrionis *primatem*. In *Gallia Rhemensis* claret; ut tamen huic se opponat Biruricensis in prouincia Burdegallensi. In Narbonensi regno *Arelatensis* eminet: sed Lugdunensis et Viennensis tam huic, quam Galliae antistitibus laurum faciunt dubiam, forte intuitu solum prouinciarum suarum. *Hungariae* hoc nomine praeest *Strigoniensis*. *Poloniae Gnesnensis*. *Venetae* reipublicae *Aquileiensis*, nunc Venetus. *Sardiniae* quondam *Pisanus* constitutus est; nunc inter pomoeria sua Sardi primatem colunr *Calaritanum*. *Croatiae Dalmatiaeque* regna hanc prouinciam referunt *Spalatensi*. *Graecia*, quantum eius pontifici Romano paret cum Illyrico, *Thessalonicensi*. In *Siciliae* regno, quod nulli mortalium contigit, primatis iura papa largitus est Rogerio. Cuius hodieque successores Hispaniae reges, uti ea exercent: sic facile omnino est papae, hoc priuilegium irritum ipsoque iure nullum dicere, quod insolens sit et ecclesiae damnosum pessimique exempli, si principes saeculares alii quoque hanc a ponrifice solicirent urgeantque facultatem. Quas rationes pro curia Romana Baronius et pro Hispanis Ascanius Columna Cardinales arque Iohannes Lucas Barberius adferanr, in opere ipso indicabimus. Nos existimamus esse quidem, de quo Siculis gratulemur, quod, quem regem in curiis uenerantur, eundem er pontificem in templis habeanr, dignissimum, qui solus inter reges orbis papalis, eapropter audiat monarcha: uerum quod iure regni habent, quid opus est, idem priuilegio debere peregrini antistitis? Curiales Romanos ea nunc spes rener, fore, ut inrer utrumque Hispanicae monarchiae candidatum, qui uictor euadat, nuntium mittar iuri primatus, tam diu in Siculis controuerso. Quod si quis fecerit, dexreram sibi eripier ac mille pericula conrrahet in tanta aemuli ponrificis uicinitate. Extra Europam primaris Indiarum et Africae uniuersae, qui Carthagini sedem habet, menrio fit. Neque bullae ponrifici hodieque deerunt, modo in plura regna et spatia proferri queat papatus: cum certus sim, primatis honorem haud ita nuper Russorum patriarchae oblatum, sed ab hoc non sine irrisione declinatum fuisse.

§. XXII- XXIV.

§. XXIII. Quid uero promittant, quid prosint primatuum munera, ordo uult, ut summatim exponamus. Ius canonicum de hoc argumento parum habet; doctores uero in iure primatis recensendo, nunc largi, nunc parci sunt, ut firmum nihil sit, quo niri queamus. Qui magis ingenui ex illis sunt, adfirmare nihil dubitant, primatus iura magis ex priuilegio cuiusque, quam legibus ordinariis reperenda esse, quod temporum, personarum et rerum discrimina hic omne punctum absoluant. Idem certe hoc est, ac si quis dixerit, pontificem largirione primatus iurium ignaris titulum et fumum uendere, ut, qui Iunonem nunc in sinu gerere putent, re ipsa nubem amplectantur. Sic enim hoc ius instabile er dubium esse oportuit, quod nunc contrahere, irerum amplificare posser ponrifex: ne primates, munere hoc semel obrenro, beneficii et gratiarum, largitori habendarum, obliuiscerentur.

§. XXIV. Verum, quae indoles primatus plerumque uideatur, summatim exponemus. Per capita ibimus. Sunt aurem isthaec. Quemadmodum episcopi munus; ira eriam primatis quaruor classes aut quinque occupat. Harum prima ad dignirarem: altera ad ordinem: tertia ad iurisdictionem: quarra ad dioecesin pertinet; quibus addi quinto possunt ea, quae sunt territorii. DIGNITATIS praerogatiua; qua primas ante episcopos eminet, in hoc fere absoluitur. *Primo*, ut in sua dioecesi papa audiat et parriarcha: *deinde* olim eundem, nunc proximum ab hoc sustineat gradum honoris: *post* in itu ac reditu crux ei praeferatur et uexillum, quocunque in loco commorctur, excepta tantum Romae urbis uicinirate: *praeter*, *ea* pallio humeros tegat, quoties lubet, eriam extra dioecesin: tum eodem adpatu domi ac foris uti queat, quam papa: *denique* loco ei non solum postponantur cardinales, sed etiam ipse adminstros suos adpellare possit cardinales: *tandem* in suo genere iura maiestatis habeat sitque similis regi ac principi reipublicae istius, ubi summa penes eum sacrorum ac religionis: ad *extremum* a papa confrater salutetur. Haec de dignitate. Sequuntur ea, quae ORDINIS uocantur. Huc facit, quod *primo* archiepiscopos et metropolitanos inauguret instituatque deinde inauguratis pallium conserat, quod illi a papa quondam non petiere: *tum* archiepiscopi

CAP. I. pi nullum consecrent episcopum, nisi eius praescitu consensuque: *post* episcopus quoque ipse ordinet, si uelit: *demum* chrisma paret, consecret, sacramenta impertiatur, ubi et quoties lubeat in uniuersa dioecesi: *tandum* ungat consecretque regem, aut qui eius loco, reipublicae praeest: *ultimo*, si capitula uel electores alii cunctentur, iure utatur deuolutionis. Quae IVRISDICTIONIS sunt, qua gaudet primas, in amplissima spatia queunt proferri. *Primo* archiepiscopi iuramentum obedientiae illi praestant et fidelitatis: *deinde* in rebus quibusque momentosis eum tenentur consulere; maxime autem consensu eius opus habent in alienationibus bonorum ecclesiae: tum in archiepiscopos, si opus est, ipse animaduertit, mulcta uel alio poenae genere irrogato: *post* clerici et episcopi in caussis ecclesiasticis, maxime autem in matrimonialibus, non solum adpellant; sed etiam, neglectis instantiis intermediis, prouocant ad eum: *tandem* ipse poenas, ab archiepiscopis statutas, temperat, mutat, tollit: *ultimo*, priuilegia impertit et dispensat in casibus, Romano papae reseruatis: exempla etiam se offerunt, ubi primates collationis et prouisionis iura exercuerunt; ubi illis annatae, decimae, eius generis tributa alia soluta sunt, quod nolim tamen uniuersim, legis instar, uerum esse, quamuis quin olim fuerit, nullus dubitem. Superest, ut iura enumeremus DIOECESEOS, quae fuerint primati. Ille primo concilia, quae uocant nationalia, conuocauit habuitque: *deinde* leges et ipse tulit ecclesiasticas: *praeterea* uacuae antistite suo ecclesiae rectorem oeconomum dedit: *post* negligentiam episcoporum suppleuit ubique et correxit: *tum* uisitauit hoc fine metropoles et cathedras: synodatica, cathedratica aliaque ei praestita ac soluta sunt et quae generis eiusdem. De potestate TERRITORIALI aliquid uniuersim dicere uelle, praeter rem esset, quod extra Germaniam haec nulli contigerit antistiti aut primati: in Germania autem parum sit, quod sibi primas iure praecipui queat tribuere. Sunt tamen Magdeburgico quaedam peculiaria prorsus, quae, in sequenti capite, hanc etiam classem instruent sigillatim. §. XXIV.

§. XXV. Ceterum id aducto apud canonum doctores, illos, quantum fieri potest, primatum iura ualde deprimere et attenuare: idque cum pontificis caussa; tum reliquorum antistitum. Pontifex enim sibi ac suis timet, ne primates regibus aut reipublicae auctores sint, ut nuntium mittant Romano et, singulari ecclesia constituta, summam illis conferant sacrorum. Memini sane Portugalliae regnum semel, Galliamque saepius, cum a pontifice iniquius haberentur, has minas sparsisse: integrum regibus esse, papam intra moenia adpellare, si Roma se in eo honore nimium efferret. Venetorum consilia in hoc genere notissima sunt, quibus compescere solent effrenatam insolentiam curiae Romanae. Vt mirum non sit, gratissimam doctores operam praestare hierarchae occidentis: qui uela contrahant in explicandis iuribus primatum. Archiepiscoporum uero ea cum primatibus aemulatio est, atque ordinibus Germaniae nostrae exemtis, qui nullo non tempore id agunt, ut imperio rursus pareant absque intermedio duce. Illi ergo his limitibus adstringunt iura primatum, ut eis nihil relisquum maneat praeter titulum et nomen: neque enim aliqui scribere uerentur, primatem et archiepiscopum uerbo tantum differre, re ipsa parem utrique suppetere auctoritatem. Verum cum nos ad sensus aliorum nec quicquam disputamus, sed ad ueritatem: ita, quae supra posuimus, si non ubique ex apicibus legum, ex rationibus tamen, temporum deinde et locorum consuetudinibus, quantum fieri poterit, contuebimur. Sequitur ergo, ut secundo capite iura primatus Germaniae Magdeburgico septingentis abhine annis concessa, ulterius expediamus: quo quidem in negotio summa rerum capita perlustrabimus, usque dum plenior huius caussae explanatio, in commentario, quem meditamur, singulari publice aliquando prodire possit. XXV.

CAPVT II.

DE

IVRE PRIMATVS GERMANIAE SIGILLATIM.

§. I.

CAP. II. Nesciuit ante Germania *primatem*, quam saeculo decimo antistes constitueretur Magdeburgicus. Quae enim alii de *Lugdunensi* in Gallia, alii de *Moguntino* narrant, quod nomen istud adfectauerint in patria nostra: id uero et ratione caret et idoneo literarum monumento. §. I.

§. II.

CAP. II. §. II - VII.

§. II. Si Lugdunensis, Carolo magno uel Ludouico, uel etiam rege quodam ex Merouingis largitore, accepisset iura primatus Germaniae, alium enim praetextum fingere, nescio: eius sane auctoritas, extincta Carolingica stirpe, iterum euanuisset. Ex eo enim tempore Germania uniuersa, tum sigillatim eius prouinciae sui iterum iuris factae et uinculo, quo uictrix domus augusta eas continuerat, solutae ac liberatae fuerunt. Quapropter istud iuris πολυθρύλλητον utriusque postulato obiicimus: *resoluto iure dantis, resoluitur ius accipientis.*

§. III. Antequam de manibus Caesarum eriperentur iura omnia sacrorum, ad primatus adpellationem non suffecit auctoritas pontificis Romani, qui fere praeter ea, quae *ordinis* sunt, praecipui nihil uel habuit in Germania uel dare potuit aliis: *iurisdictio, ius dioecesanum, dignitas* sacrorum antistitum, singula penes imperatorum fuere, a quo tantum primati poterant obuenire. Vt nihil mirum sit, utriusque priuilegio opus fuisse in constitutione Germaniae primatus.

§. IV. Magdeburgico etiam archiepiscopo ea contigit fortuna, ut in eodem promouendo et extollendo imperium et sacerdotium conspirarint. Caesare enim et papa tantum non certarunt inuicem largitione priuilegiorum ac beneficiorum, ut nouum antistitem super alios omnes efferrent.

§. V. Si igitur quid iudico, ex eo manifestum satis est, Germaniae *primatem duplici* munere in rebus ecclesiasticis defunctum esse in Germaniis, uno *Caesaris*; altero *papae* atque hoc ipso quoque sua iura pleniora reddidisse et magis stabilia. Quamuis enim in primordio illius potestas papae angustioribus paulo limitibus fuerit circumscripta, quos exire non potuit pontificium diploma, cum plus iuris nemo largiri queat, quam habet; dubium etiam, si non prorsus iniquum sit, dicere uelle, ipsum non minus priuilegium temporis successu, increscente largitoris potestate, augmenta sumpsisse, quoniam beneficia non ex facultate, sed intentione dantis metimur; deinde primatis et patriarchae uerbum, quo Romana curia nostrum iuniori non minus aetate salutauit, nouum quid rei ipsi non addat, cui prima concessio legem det, neque mutatio eius aut uersio in meliorem statum, quae facta sit, locum det coniecturae; ut taceam, ipsum primatis titulum lubrici ac diuersi sensus omni aeuo fuisse, quo in nulla fere iuris parte tuto niti, queamus: omnes tamen eius generis dubitationes unicum illud remouet, ipsum quoque Caesarem prouinciae Magdeburgici primatus, calculum suum addidisse. Sane quae facultas in causa ecclesiastica prin- A cipibus quondam fuit, illam tamen neque ipsi, neque opera ciuilium ministrorum exercuere, sed sacris antistitibus usi sunt in negotio huius generis peragendo. Atque in his principem locum tenuisse Magdeburgicos antistites, iure, quod habuere *primatus*, omni carere uidetur dubitatione.

§. VI. Primum uero de Romani pontificis institutione agemus, qua Magde- B burgicum antistitem adpellauit *Germaniae primatem.* Fateor, nequicquam a doctore meo, dn. praeside me impetrare potuisse, ut copiam faceret documenti e publico tabulario, unde hac de re plenius queat constare. Fidi enim archiotae esse, reposuit, custodire, non prodere; elinguem uideri malle, quam facundum; ueniam hic leges dare etiam falsiloquo, si suspiciosa sit taciturnitas. At ea fata quon- C dam fuere Magdeburgicae supellectilis, ut non minima documentorum pars in publicum sit producta, *Meibomiis* et *Sagittario* editoribus. Centum alia *Lambecius* pollicitus est, obitu ante praereptus, quam spem factam expleret. Caussas quaeris, nudati tabularii? Sunt hae uel bella, uel culpa inertis ac perfidi custodis, uel etiam casus, quem cauere principis est solius. Id uolo, ut uni pateat D ἀρχεῖον, ne, aditu plurium, id simile euadat prostibulo reddatque incertum criminis, si quod deinde adparet, auctorem. Qui dubitat Magdeburgicum manus sensisse iniquissimorum spoliatorum, ille triumuiros consulat, qui ex illis sibi exuuiis erexere trophaea. Miror, unum eorum antistitis mentionem facere, cui plagia haec debeat. Certe Romani sacerdotem, sibyllinorum proditorem in E crimen uocassent atrocissimum: maioris autem pretii iudicio digna esse existimo amplissimae prouinciae instrumenta, quam uaticinia quondam anilis superstitionis. Vienna, Holmia, Moguntia, castrum quoddam Franconiae utinam tandem, quae nostra sunt, e custodia dimitterent: exemplo Ascaniorum, qui rei aequitate moti, nostrorum rogationi nuperrime locum dederunt. Narrant F historiolam Austriaci, Ferdinandum eius nominis primum Caesarem, quod urbis obsidionem a Turcis imminere uidisset, instrumenta imperii maritimo itinere in Hispaniam misisse; sed nauem fluctibus oppressam cum illis periisse. Quod aenigma eo certe prodest, ut actiones euitent ad exhibendum. Sed a diuerticulo in uiam, cum diplomata instituti primatus Germaniae in libris aucto- G rum, quos supra nominauimus, extent, illis, quantum fieri potest, utemur.

§. VII. Ita autem largitor primatus, papa: IOANNES *XIII. episcopus seruus seruorum Dei, dilecto nobis in Christo confratri* Adal-

Adalberto St. Magd. ecclesiae archiepiscopo, in domino aeternam salutem. Si ea loca, quae ad salutem maxime populi et gentis ad Deum conuersionis fundata sunt, priuilegio nostrae auctoritatis munimus et decoramus, hoc ad profectum et diuinae religionis cultum pertinere nullo modo dubitamus. Igitur, quia sedem Magd. cui Deo auctore praesides, nostra tuorumque comprouincialium auctoritate archiepiscopalem esse decreuimus: quem inter ceteras ecclesias ordinem, uigorem, PRIMATVM *et dignitatem habere in posterum debeat, apostolicae sedis priuilegio muniri sanximus. Dei igitur omnipotentis auctoritate et B. Petri apostolorum principis et nostra,* te tuosq; successore in perpetuum, et ecclesiam tuam omnium ecclesiarum, archiepiscoporum et episcoporum, qui in Germania sunt ordinati, in sedendo, in iudicando, in confirmando, in subscribendo, in sententiis dandis omnique ecclesiastico ordine PRIMATVM habere uolumus. Eorum uero, qui sunt in Gallia, item Moguntiensi, Treuirensi et Coloniensi ecclesiae, in omnibus parem honorem et similem uigorem, praesenti priuilegio confirmamus. Ceterum more Romanae ecclesiae, ecclesiam tuam 12. presbyteros, et 7. diaconos, et 24. subdiaconos cardinales, qui sandaliis et lisinis utantur, habere uolumus. *Super hoc uero eisdem presbyteris et abbatibus ecclesiae St. Ioan. Baptistae in suburbio eiusdem ciuitatis constructae, tunicis uti concedimus. Quibus exceptis et episcopis, super altare in honorem B. Mauritii dedicatum missam celebrare aliquis nullo modo praesumat, quod non ad superbiam, sed ad loci sanctitatem, speciali reuerentia, praesenti priuilegio munimus et decoramus. Quapropter* frater fraterrime, *dominicorum salubriter reminiscens mandatorum, ita in commissae plebis regimine lucrandisque animabus inuigila, ut redemtori nostro fructum bonae operationis, in quo laetari possis, exhibeat. Scriptum per manum Stephani Scriniarii sanctae sedis apostolicae in mens. octobri indict. XII.* Hactenus diploma institutionis, plura recudere uelle, quae triumuiri pridem ediderunt, e re esse non uidetur.

§. VIII. Sunt autem plura, quae hic attendi merentur. Prostant narratores coaeui, qui historiam ita tradunt. Anno CMLXX. papa Ioannes, eius nominis XIII. conuentum Rauennae instituit, cuius adsessores, primarii utriusque ordines antistites, ex Italia Germaniaque isthuc conuenerunt. In hoc consilia exponit papa, quae habeat imperator, de munere primatus, Magdeburgico impertiendi. Causas quaesiti honoris adfert: quod tantis ditionibus, diuitiisque Otto auxisset Magdeburgicum; quod hoc instituti haberet, ut pagana Porussiae, Poloniae, Bohemiaeque regna, qua posset, ad sacra cogeret hominum christianorum; quod nullus esset uel in potissimis Germaniae episcopis, qui huic Caesaris uoluntati obuersaretur, quin potius ei omnes adsurgerent promtissimi. Perculit animos omnium, qui praesentes fuerant, sermo, ut adplauderent instituto et honor primatus Magdeburgico quasi per inspirationem, id est, repentinum omnium concentum, delatus esse uideretur. Atque ex his calculis libellum confecit pontifex Romanus de Magdeburgico patriarchatu.

§. IX. Si quid coniectura adsequi licet, id existimo: Ottonem primum in animo habuisse, ut primariae prouinciae honorem, quem sibi Francia Rhenensis tempore Carolingico tribuerat, neque immerito, mutato nunc rerum statu, auferret in Saxoniam. Cum enim Rhenenses archiepiscopi prae aliis sibi primatum uel ideo adrogarent, quod sacrorum moderamen penes se esset in principe parte Germaniae: hoc argumentum subuertit, quod nominatum a se in Saxonia Vandaliaque antistitem honore parem illis esse uellet, iurisdictione autem superiorem.

§. X. Tempori aliquid dandum esse, existimarunt Rhenenses et tantum abest, ut moeruerint nouo Magdeburgici honori, ut potius adplaudere ei maluerint, quam in Caesaris offensam incurrere.

§. XI. Hac enim causa ex illo tempore, quo extincta fuit stirps Ottonina, id demum egerunt, ut titulotenus quidem Magdeburgicum salutarent Germaniae patriarcham, re ipsa autem omnia eius iura non solum in dubium uocarent, sed etiam tantopere negarent atque exploderent, ut Magdeburgici animum, ea recuperandi, ipsi perderent exuerentque.

§. XII. Nisi fallor, Ottones Henricus sanctus ea in re imitari uoluit, qui Bambergensem hoc fine instituit extulitque super alios, ut absque intermedio antistite is pontifici subesset. Quamuis enim conatui conditoris successus haudquaquam responderet; tamen Magdeburgici auctoritati non parum obsuit, episcopum in meditullio Germaniae constitui, qui auctoritati Germanici primatus subduceretur.

§. XIII. Cur autem studio Henrici IV. cc. an. CIƆLXX. tantopere se opposuerit Magdeburgicus, ne ille regiam sedem constitueret in Saxonia, operae pretium est, indagasse. Fieri enim potuisset, si haec princeps eua sisset prouincia Germaniae, ut Saxonici primatis honos uel stabiliretur firmius uel reduceretur iure postliminii. Verum quod Magdeburgico primatui conducere poterat: illud principatui et territoriali potestati Magdeburgicae uidebatur aduersum. Maluit

luit ergo primum insuper habere antistes A Magdeburgicus: quam alterum adducere in discrimen.

§. XIV. Quamuis ecclesiastica iura a ciuilibus prorsus differant: fieri tamen non potuit, ut uni primati plures respublicae ullo unquam tempore aequo animo parerent. Vetustissima aetate, in qua et papae et primatibus suadendi magis auctoritas fuit, quam potestas imperandi, id genus instituti ut minora peri- B cula habuit, ita facilius fuit permissum. Hoc exemplo Daniae et Sueciae regna Bremensem uenerati sunt patriarcham: Bragarensem in hoc cultu cum Lusitania habuit, tum Hispania omnis: quo etiam tempore uerum esse potuit, quod supra attulimus de amplitudine Lugdunensis. Verum enimuero cum papa sibi iurisdictionem sumeret in res et personas, quod dicunt, ecclesiae eiusdemque iuris non C minus aemuli existerent primates; tum demum in partes itum est. Quaelibet ideo respublica primatem sigillatim habere uoluit: neutra peregrino parere antistiti. Inde enim fiebat, ut septentrionalia regna nuntium mitterent Bremensi, Germano; Bragarensem nullus extra Lusitaniam audiret antistes: Lugdunensis quoque auctoritas Galliae meridionalis finibus circumscriberetur. Neque D in numero primatum augendo difficilem se praebuit pontifex Romanus, cuius intererat, omnem impeditionem remouere, illi doctrinae factam; uniuersum orbem christianum in moderamine sacrorum imperio subesse unius. Quamuis uero papa singulas respublicas singulis primatibus instruxerit: id tamen saluo antiquiorum iure factum esse, crediderunt plurium rerumpublicarum primates, ut E nihil mirum sit, utrique generi primatum hodieque non conuenire.

§. XV. Quemadmodum uero primatus honor sustineri nequit, nisi plurium archiepiscoporum numero, qui ei debent subesse: ita facile ad intelligendum, plurima regna huic legi respondere nequiuisse. Ne itaque, quod tamen aliquando factum, papa Romanus a regula abiret et solenni primatis definitione: aliud re- F medium inuentum fuit, *legati* scilicet *nati* character, quo titulo omnia iura collata sunt antistiti, quae sibi adrogare poterant primates.

§. XVI. Idem prorsus Germaniae uidemus euenisse. Vt enim illa respublicas peculiares habuit, ita nullo non tempore abhorruit a communi primate. Voluntati tamen adsurrexerunt Ottonis, ut Magdeburgicum hoc omnes loco habe- G rent. Ottonibus extinctis, rediit singulis prouinciis desiderium libertatis: ipse Magdeburgicus spem abiecit, fore, ut, patrono distitutus, omnes sub obsequio suo complecteretur.

§. XVII. RHENO uicini ARCHIEPISCOPI auctoritatem suam, diuitias, potentiam ualde auxerunt, partim quod praesidium suae dignitatis in loco primariae prouinciae reponerent et sacrorum munerum prae ceteris Germaniae antistitibus longissima uetustate; partim quod prece et pretio ad immodicas largitiones Caesares nostros inuitarent, qui faciles fuerunt, de communi largiri, ut domanium imperii, id est, Franciam Rhenensem piis donationibus, quas dixerant, principio minuerent, mox tollerent perderentque. Notum est, huius rei memoriam Carolum quintum adflixisse, ut in itinere Rhenensi, per MOGVNTIAE et COLONIAE latifundia pergens, identidem ingemisceret: uah! nisi obstaret religio. Praeterea etiam Coloniensi Westphalia; Moguntino Thuringia accesserunt, ecclesiastici primum iuris intuitu, deinde non infima quoque pars utriusque territorii: quod ille, diuulso Saxoniae ducatu, sibi tribuit; hic Caesaris priuilegio ac donatione nexus est in eadem causa, ut plurimis terrorem incuteret. Accessit, quod ille in Caesare eligendo primas teneret; hic inauguraret electum: utrumque ingens praestantiae utriusque adderet momentum. Quid in hos statueret primas Germaniae? Facile is agnouit, neminem fore, qui causam ipsius contra aemulos adiuuaret.

§. XVIII. TREVIRENSIS restat, qui utroque inferior quidem est; sed Lotharingici tamen iuris dioecesin habet, ut dubium esset, Germanici primatus fines eousque proferri posse.

§. XIX. SALISBVRGENSIS sequitur, qui diu morem gessit Germaniae primati. Verum quin hic quoque in pristino obsequio persisteret, plures causae fuere. Principio Boioariae nullo non tempore iura fuerunt peculiaris prouinciae; regni etiam character, quo eam et uetustas insigniuerat et forma imperii agnouerat postcarolingica, nulla temporum rubigine ita obduci poterat, ut in animis principum eius scintillae non micarent. Parum ergo gloriosum uidebatur Boiis, alienae prouinciae antistitem consulere patriarcham. Deinde fiduciam Iuuauiensi addidere Rhenensium, quae habuimus, exempla, ut pari conatu se auelleret a Megeburgico primatu. Tum Italiae uicina promouit institutum ac facilitauit; quod absonum esse, uideretur, peregrini mystae responsa e longinquo adducere, cum tamen propior uia esset, ad ipsum oraculum Romae consulendum. Tandem etiam non parum momenti attulit Iuuauiensi, quod imperii fasces Boico duci post Ottones obuenerunt et post, Schirensibus Agilolfingis remotis, summa rerum filiis aut fratribus Caesarum deferretur, qui nullum non lapidem mouerunt,

CAP. II. §. XIX-XXV.

uerunt, pro augendo illius honore. Ad extremum Boicae etiam ecclesiae uetustas tanta fuit, quae non solum Rhenensibus aequari potuit: sed multis etiam seculis Germaniae coetibus quibusque anteferri. Hinc inconsiderate factum esse, existimarunt, antiquissimam scholam a iuniori, quae nondum ex ephebis excessisset, leges, iura, responsa expetere.

§. XX. Quamuis autem ad singula haec promtissime reponi posset; ipseque Iuuauiensis mitissimis principio remediis uteretur, quibus se suaque Magdeburgico subtraheret; pontifex quoque postulati cerneret iniquitatem, quod priuilegia statui non possunt in praeiudicium manifestum alterius: tamen, *quod ui non potuit, confectum est arte magistra.* Scilicet id uoluit pontifex, integrum esse apostolicae maiestati, in illa etiam regna, quibus sui essent primates, *nuntios* aut *legatos* amandare, qui in omnibus aut plerisque caussis cum illis *concurrentem haberent iurisdictionem.* Hoc igitur munere papa Iuuauiensem instruxit, ut idem in Boioria posset, quod datum fuisset in Germania uniuersa Magdeburgico. Imo, ne instabile hoc ius esset, id neque temporarium esse uoluit neque unius tantum archiepiscopi: quin potius ipsi cathedrae atque metropoli Salisburgensi id adscripsit, aut, quod idem est, *legatum* adpellauit constituitque, quod dicunt, *natum.*

§. XXI. Errant itaque iureconsulti, si non omnes, plerique certe, qui *Salisburgensem Germaniae primatem* habent, quem honorem nullo tempore ipse uel adfectauit, uel accepit, uel etiam in dubium uocauit Magdeburgico. Quod scire plurimum interest inter *legatum natum* per unius prouinciae tractum et *primatem* regni uniuersi.

§. XXII. In eo autem discrimen fuit, si antistes Salisburgensis uel ipse accusandus fuerat, uel ius factum praeuentionis, an neque his casibus se exereret Magdeburgicus primatus. Verum prius dignitate *legationis* subuertit, quae ab archiepiscopi persona non posset diuelli: alterum uitauit cauitque, ut raro aut nunquam eueniret memoriaque primatis Germaniae in Boicis ecclesiis obliuione deleretur.

§. XXIII. BREMENSIS in Germania superest, ut, quem ipse honorem Germaniae primati fecerit, nobis constet. Hunc certe uetustatis elogia, quibus Magdeburgicum longo post se spatio reliquit, non tantopere effrenem fecerunt, quin ei laurum dubiam redderet. Inde plura exempla sunt, unde constat, illum Germaniae primati morem gessisse. At uinculum, quod principio magis adstrictum fuit, demum laxius esse coepit et magis remissum. Primo enim stimulos ambitionis addidit Bremensi, quod non solum Daniae et Suециae apostolus audiret: sed etiam acciperet post diploma pontificis, qui illum utriusque regni adpellauit primatem. Deinde cristas tum demum altius erigere coepit, cum ingentes ditionum accessiones eius fierent archiepiscopatui, ex spoliis Henrici leonis, ut ducis ac principis titulos ambiret, nonnunquam adhiberet quoque: sacri antistitis honore uilius, quam olim, aestimato.

§. XXIV. Ea scilicet tempora tunc erant in Germania, quod meditate scribo, ut episcopi, quo momento iura territorialia nacti fuissent, eo etiam frena illi archiepiscoporum; hi primatis excuterent atque imperii sacerdotiique supremam sibi adsererent potestatem. Inde est, quod, pacato rerum statu, in Germaniis et archiepiscoporum et primatis et ipsius quandoque papae facultas apud episcopos magis euiluerit, quam alibi regnorum inuenimus, ut illi titulotenus, uix re ipsa superiorem habere uiderentur. Nisi prorsus fallor, episcopi, principes territoriorum facti, longe prudentiores semet gesserunt, quam laici. Cum enim hi nescirent regnum et sacerdotium sub imperio unius complecti ac continere, quin alterum sibi subripi paterentur: contra episcopi, ne respublica biceps esset, sacerdotio donati, etiam regnum adfectarunt et sub nomine territorii obtinuerunt: ut non tam reipublicae ecclesia accederet, sed ecclesia sub potestatem suam redigeret reciperetque rempublicam. Quod uinculum ne postea uel papa, uel primate, uel archiepiscopo auctoribus iterum disrumperetur, mirum non est, episcopos, uiros prudentes, hoc diligenter cauisse: licet ea in re neque Caesarem neque proceres imperii adiutores habuerint, uti Galliae antistites regali clypeo se facile tuentur. Sua certe, non aliena auctoritate usi sunt in temperanda potentia papae et primatis, quoties eam in episcopi territorio illi adpeterent exercere. Si Germaniae fata cogito, ita sentio, futurum fuisse, ut papa Romanus eam exemplo aliorum, sui iuris et tributariam fecisset, nisi praepotentes episcopi se huic conatui obuertissent. Imo ipsa concordata nationis Germanicae ceteraque pacta eius generis, quae curiae Romanae limites contrahunt, in patria nostra auctoribus debemus episcopis. Quapropter mirum non est, primatis patrii auctoritatem, territorii iure episcopis delato, parui habitam fuisse.

§. XXV. Vt uero hac temporum periodo multum, imo plurimum decessit Germanico primati: ita prosperi rerum euentus in oriente illi largiter omnia uidentur reposuisse. Saeris enim christianorum per omnem *Bohemiam Silesiamque, Poloniam* etiam *Porussiam, Liuoniam* et *Lithuaniam* prolatis, papae et impera-

CAP. II. §. XXV-XXXIII.

toris consilio ac intercessione factum est, ut omnia haec regna subiicerentur *Magdeburgico* primati. Interesse enim Caesaris uidebatur, ut ditiones, Germanico imperio addictae, non alium primatem agnoscerent, quam Germanum. Et si proposita successum habuissent, *Russia* omnis facta fuisset ditionis Magdeburgicae. Extat enim diploma, ubi haec etiam a Caesare primati nostro tributa esse reperitur. Non quod imperii maiestas ullo tempore his populis agnita fuerit: sed quod Caesar et papa unum finem haberent orbem subiugandi, quamuis diuersis illi principiis uterentur; ille Romani imperii auctoritate et Romae limitibus, quae caput mundi audiret: hic dominio Christi seruatoris, cui Deus hoc uniuersum *sub scabella pedum subiecisset*. Qua de re cap. I. actum a §. VII. ad X. superius.

§. XXVI. Nihil itaque, attenuata licet Magdeburgici auctoritate in Germania, ei poterat ad amplitudinem deesse. Metropolitas enim diuersorum regnorum is gubernabat extra Germaniam. Quales sunt *Pragensis*, *Gnesnensis*, *Rigensis*, qui omnes ab eo cum suffraganeis suis leges acceperunt: ut episcopos taceam, *Warmiensem*, *Vratislauiensem*, *Caminensem*, qui, ut nulli archiepiscopo paruere, ita nostro, absque intermedio praesule, qua primati, morem gesserunt.

§. XXVII. Sacra Magdeburgici iurisdictione, in remotissimis regnis prolata et constituta, fieri deinde non potuit, quin leges ac iura eius paria acciperent incrementa. Quamuis enim ante suas consuetudines forte et leges habuerint hi populi, quam ad Christo fidem dandam adducerentur: quod tamen illae paganismum sapere uiderentur, a pristino iure incolae desuefacti, nouum, Christianis conditoribus, magno feruore acceperunt.

§. XXVIII. Haec caussa est iuris Saxonici in istis ditionibus culti, ut opus non sit, fingere in Magdeburgicis imperiale palatium, quod legibus Saxonicis tantam conciliauerit auctoritatem in plaga uersus orientem. Vt enim alia taceam, uixere his moribus Poloni eo etiam tempore, quo eierauerant imperii Romani maiestatem. Vnde intelligitur, Saxonica non propter potestatem legislatoris; sed ex propagatione religionis et sacrorum Christianorum recepta fuisse.

§. XXIX. Dum ius Saxonicum scribo, nemo existimet, me de speculo iuris Saxonici sermonem instituere. Nam uti priuati scriptoris illud est: sic, qui hoc uel in Saxonibus uel extra Germaniam allegauit, probare debuit, illud in hoc uel alio casu receptum fuisse. Hoc, nisi quis praestiterit in foro, auditus non est. Summatim plus ille auctoritatis nullo tempore habuit, quam doctor, qui testatur de consuetudine suae prouinciae. Quamuis neque hoc ipsi ubiuis largirer, quod domestico aliena iura admixta ab eo fuisse, passim reperiamus.

§. XXX. Verum enimuero Magdeburgicus, temporum iniuria, etiam auctoritate excidit primatus in plaga orientali. Nam Poloni, ut omnia in se iura disputare coeperunt imperio Germanico: ita sudes in oculis eorum fuit, Germano obedire primati. Saepius ergo ac iterum rogarunt pontificem Romanum, ut hoc eos nexu liberaret. Quod ex illo tempore factum est, quo papa *Gnesnensem* archiepiscopum extulit ad fastigium Poloniae primatis. Profuit hoc quoque exemplum *Pragensi*, qui parem honorem a papa emendicauit. Constat itaque ex his rerum euentis, quantopere Magdeburgicus cum in imperio; tum extra illud, iure sui primatus fuerit spoliatus: ut ueniam ICtis facile demus, qui, cum ad ultima tempora respicere nescirent, in dubium uocarunt primatum Germaniae: quod tamen fieri non potuisset, si, quae olim Magdeburgico data sunt, ex aeui uetustioris memoria repetiissent.

§. XXXI. Nisi prorsus fallor, Carolus IV. imperator, cum primatum Germaniae tantopere expilatum uideret, doleretque, quod nullo iure, praeter temporis longissimi interualla, spoliatores se tuerentur, momentoso diplomate priuilegium impertiit Magdeburgico his uerbis: ut illorum, quae ei cum iniuria ablata fuerint, auctoritas aeterna esset, neque praeterito neque futuro tempore, ullum praescriptionis uel usucapionis genus ei posset opponi, quin omnia ei, quantum fieri posset, restituerentur. Disputant ICti, num in facultate legislatoris sit, ita statuere. Nos omnino adfirmamus. Facit uero ad firmamentum priuilegii Magdeburgici, quod a posteris id imperatoribus identidem confirmatum esse, reperiamus.

§. XXXII. Iuribus Germanici primatus uniuersim, aut, quod dici posset, a priori et in actu primo, ut scholae loquuntur, euolutis: ad exercitium eorum nunc uenimus, quae explicanda sigillatim. Per classes ibimus in primo capite §. 24. dispositas, quantum quidem fieri nunc poterit, cum nulli dubitemus, plura longe et magis momentosa superesse, quorum spem et nos facimus, si opusculum, quod pollicemur, emiserimus retractatius.

§. XXXIII. Principio ea, quae DIGNITATIS sunt, eruemus: sunt autem haec. *Primum* titulo PRIMATIS Magdeburgicum a Caesare ac principibus in imperio et extra illud, papa quoque et ordinis sacri antistitibus adpellatum esse, diplomata, quae passim supersunt,

CAP. II. §. XXXIII–XXXIX.

sunt, neminem sinunt dubitare. Quid? quod praeter solenne uerbum primatis, etiam PATRIARCHA GERMANIAE; ARCHIPRAESVL; PRINCEPS ac SVPREMVS SACERDOS; imo PAPA ARCHIPONTIFEX Germanus in iisdem audit Magdeburgicus antistes.

§. XXXIV. *Deinde* proximum a pontifice Romano LOCVM HONORIS omni iure habuit noster. Nam ut Germanicum regnum imperat Romano: ita aliis merito antefertur. In quae iura gentes cum semel consenserint, integrum eis non est, ut ab hoc officio nunc impune discedant. Neque enim nos aliud argumentum in hoc dissidio adhibendum esse existimamus, quam populorum uoluntates, quas tot casibus prodiderunt. Aliter philosophantium rationes auram sibrant neque rei cardinem attingunt. Filum itaque consecutionis manifestum est, causam non habuisse Germaniae patriarcham, cur ulli primatum aliorum regnorum loco cederet, quin potius reliqui omnes huic fuerint postponendi.

§. XXXV. Neque est, ut obiiciat quisquam: *archiepiscopis* tamen *electoribus* Magdeburgicum primatem προεδρίαν concessisse. Principio enim, tempore scilicet Ottonum, plura diplomata docent; quod loco honoris statim exceperit Moguntinum Magdeburgicus; eum uero sequuti demum fuerint et Coloniensis et Treuirensis. Vnde facile patet, Moguntinum, non qua archiepiscopum, sed qua supremum imperii officialem, archicancellarium, principem locum sustinuisse. Ottonibus uero extinctis, exempla non rara sunt, ubi et Coloniensis et Treuirensis, Magdeburgico se praetulerunt. Verum nihil inde dignitati primatus decessit: quod neque hoc aliunde acciderit, quam archiofficiorum ergo, quae hi non minus in Italia et Gallia Belgica antiquissimo tempore sustinuerunt. Et, nisi fallor, haec munera illi propterea tantopere aestimarunt, ut causas haberent, quibus sine ulla dubitatione primati Germaniae anteponerentur.

§. XXXVI. Ex eo autem tempore, quo electores facti fuere antistites Rheno uicini: tantum abest, ut Magdeburgicus rem in discrimen uocaret, ut potius hodieque manifestum sit, ipsos reges sua maiestate non indignum putasse, sacri ordinis electores subsequi in imperio.

§. XXXVII. Vnde autem acciderit, Rhenenses antistites cum primatem Germaniae, tum reliquos archiepiscopos, a suffragio, quod his pariter fuerat, quoties Caesar electus est, exclusisse et praerogatiuam dignioris collegii, quod electorale dixere, sibi adrogasse, interest

A forte, ut doceamus, cum tantopere hac in re titubent doctores. Fabulae sunt, quae narrantur de institutione Ottonis tertii, cuius honoris, si is auctor fuisset, haud dubie in numero et classe electorum esset Germaniae primas, de cuius auctoritate augenda post parentem et auum toties cogitauit. Nihil etiam uestigii huius rei in potestate sex ducum Germaniae, quos originarios dicimus, B reperimus, quamuis certissimum sit, eorum iudicio a primordio Germanici imperii Caesarem esse constitutum, cum illi ius praetractandi, uel, ut uulgo dicimus, nominandi habuerint, quos populi adplausus, qui subsequi debuit, raro uel destituere potuit uel frustrare. Alio itaque remedio est opus ad hanc ueritatem indagandam. Scilicet, Rheno uicini archiepiscopi, Caesare mortuo, C statim praesto esse et nullo negotio uel impensis Aquisgranum conuenire potuere, aliis, quibus remotiora itinera, uel serius iusto uel rarius conuenientibus uel etiam sumptuum parcendorum ergo, non praesentibus. Vnde facile fuit ad excludendum illos, qui, non usu priuilegii, eidem nuntium misisse atque illud dereliquisse, sunt existimati. Faciliorem effecit conatum animosque D addidit triumuiris Rhenensibus, quod populus conuentui interesse negligeret: quod principes nouiores in societatem iuris eligendi non admitterentur: quod praerogatiua haec non nisi archiofficialium, atque in iis archicancellariorum esset: quod is honor praecipui iure deberetur Franciae Rhenensi: quod territorii magis aut muneris saecularis, quam aut ecclesiastici aut dioeceseos esset, E eligere imperatorem et quae sunt generis eiusdem, quibus Germaniae primatem societate atque ordine electorum excluserunt.

§. XXXVIII. Atque haec causa est, quare non in supremo, sed in altero collegio, quod principum dicimus, Germaniae primatem in comitiis offendamus. In hoc uero tantum abest, ut principem ei locum aliquis F disputauerit: ut potius certum sit, Magdeburgicum supremo moderamine in hoc collegio defunctum fuisse. *Directorium* puto, quae sparta Salisburgensi ex eo demum tempore obuenit, ex quo Germaniae primas puriorum sacrorum ritibus se addixit, ut hanc ei prouinciam disputarent, quod fidei primatis haeretici, ut tum audiebamus, pontificii principes et antistites summam rerum nolebant relin- G qui.

§. XXXIX. Salisburgensis itaque ex hac ruina Magdeburgici eo facilius profecit, quoniam alius nullus ex archiepiscopis Germaniae in castris perstitit pontificis Romani. Inde factum est, ut ipse, ad-

CAP. II. §. XXXIX-XLVII.

adiutoribus Caesare ac pontifice Romano, pontificiis quoque principibus suffragatoribus, in locum atque uices primatis Germaniae sufficeretur. Quamuis primatis diploma eum accepisse nesciam, quo neque opus esse uidetur, hoc rerum statu. Nam extra Bauariam, ubi legati nati auctoritas ipsi sufficit, alii eum episcopi uix iudicem agnoscent: non solum ob licentiam uel, si mauis, libertatem episcoporum Germaniae, quod B §. XXII. scripsimus; sed etiam ob nuntii apostolici, qui Coloniae agit, praesentiam, quem plerique adire adsolent in casibus, qui maiores sunt, quam ut expediat archiepiscopus.

§. XL. Succedit CRVCIS PRAELATIO, qua admodum superbire solent primates, nostro tanti non fuit, ut hoc ritu incedere uellet. Caussam prodit chronographus Saxo. Nam sceptrum et C ensem in deliciis habuisse neque raro in itu ac reditu gessisse primatem, perhibet, quae solennia male congruere ipsi uidentur humilitati crucis. Legitur tamen, seculo quarto et decimo, hunc etiam ritum Theodoricus, primas, instaurauisse: cui solennissimum fuit, comitem habere, qui crucem auro obductam et baculo infixam, eunti praeferret. Idem iudicium de pallio.

§. XLI. CARDINALES adpellasse D Germaniae primatem, non reperio: hoc tamen ipsi indulget diploma, supra enarratum. Vnde Magdeburgicus locum tuetur ante cardinales, quod hoc ille nomen aliis largiri solus possit; centum uero cardinales id non habeant, ut constituant primatem.

§. XLII. Illud etiam non parum confert ad nostri primatis amplitudi- E nem, quod uetusti Germaniae duces, sua uoluntate, non a principe iussi, quomodo haec fortuna Bambergensi contigit, eius se aulicos officiales esse, suo principatu non habuerint indignum. Nam dux Thuringiae et *Saxoniae* Magdeburgici *pincernam* egit: *Anhaltinus* princeps eius *dapiferum*. Vterque hoc munere suo, non per substitutos, quod Bambergensi fit; sed ipse reuera an. 1363. F in solenni conuiuio est defunctus. Memini etiam me legisse, Brunsuicensem ducem Magdeburgici *camerarium* audiuisse, quamuis auctoris nomen non succurrat.

§. XLIII. Neque illud omittendum est in describenda dignitate Germanici primatis, quod regnum *Bohemiae* tertia redituum parte ei tributarium fuerit; quod *Lusatiae* marchio clientelari obse- G quio eidem addictus; quod dux *Brandeburgicus* non minus sibi gloriosum putauerit, uasallus audire S. Mauritii. Inde legitur, Magdeburgicum, extincto Wolodomaro, ea caussa in ius uocasse A ipsum electoratum; quem tamen illi subripuerint Boii, Ludouico quarto imperante. Taceo Anhaltinos principes; comites *Wernigrodanos*; *Mansfeldenses*; *Schwarzenburgicos*; *Querfurtenses*; *Merseburgicos*, qui omnes beneficiario et clientelari nexu Magdeburgico paruere.

§. XLIV. De honorificis adpellationibus papae, quibus Germaniae primatem salutauit, testimonia satis luculenta supersunt. Nunc *fratrem* uel *confratrem*; nunc amicum *fraterrimum* dixit; nunc *columen*, *apicem*, *α* et *ω* ecclesiarum Germaniae. Saepe his etiam formulis usus est: *fraterrime frater*, *qui in eadem nobiscum specula uigilas*; *qui proximo nobis loco es*, *parem nobiscum solicitudinem habe*. Principibus pontifex et papa Germaniae audiit et quae his similia.

§. XLV. Ad ea, quae ORDINIS sunt, pergimus. *Principio* statim Magdeburgicum primatem sacri collegii adsessores elegerunt, quae illi iura Ottoni tertio referunt accepta, quod his temporibus admodum singulare fuerat. Ante enim, quam papa in Wormatiensi conuentu dexteram Caesari eriperet, ne sacros ipse antistites institueret, haec prouincia nullis capitulis data fuit. Electum uero suffragiis capituli archiepiscopum insula primatis inaugurare, hoc certe erat, quod sibi reseruatum uoluit pontifex Romanus. Huic enim uidebatur infra dignitatem primatis Germaniae fore, si is alios antistites, episcopos aut archiepiscopos haberet consecratores. Qua de re superest peculiare diploma. Verum ex eo tempore, quo rariora fuere et minus consulta itinera Romana, honorem hunc rarius appetiere nostrates, scilicet ut papae manibus ipsi ordinarentur.

§. XLVI. Haec de *ordinatione*, quam dicunt *passiua*, primatis Germaniae: *actiua* sequitur. Maximi enim fecerunt archiepiscopi, inaugurationem suscipere a Magdeburgico. Imo Norbertus ipsum quoque papam ordinauit Innocentium II. phrasi iuris canonici liceat uti in hoc genere argumenti. Bruno, *Russorum* apostolus, infulam sacram a Tagmone pariter accepit, Germanico patriarcha. De aliis antistitum exemplis, qui eius primatui paruere, non est, ut aliquid memoremus.

§. XLVII. Neque capitula dioeceseos Magdeburgicae episcopum ante instituebant, quam id exposcerant Germaniae primati. Quales litterae et Bohemia Poloniaque scriptae, *notificantes* dicunt, quamplurimae supersunt. Imo aliqua exempla leguntur, ubi contradixit noster factae electioni atque electores cohibuit, nonnunquam etiam ipse can-

candidatum nominauit, quem illi nequibant praeterire.

§. XLVIII. In bullis pontificis Romani aliqua extat, quae Magdeburgico facultatem largitur, sacrum chrisma, quocunque is locorum esset, sacro ritu parare et conficere. Quo iure nouissime Albertum usum fuisse cardinalem reperio.

§. XLIX. De Germaniae regis unctione, quae in aliis fere regnis fieri solet a primate, multa scribere, opus non est. Dictum superius de primariae prouinciae iure, in qua sacrorum moderamen penes Moguntinum est et Coloniensem. Quid autem eo casu Magdeburgicus? si extra imperium Germanicum Caesar nouum regem adpellat, ritu inungendum christiano? Fateor, officium hoc primatis fuisse: sed Moguntinus hanc spartam sibi adrogauit, specie archicancellariatus eandemque diuersis occasionibus, indulgentia Caesarum, obtinuit. Quamuis etiam aliorum quandoque opera illi usi fiut; ut in tanta diuersitate eorum, qui imperatori ac nouis regibus unguenta praebuere, firmiter credam, non id uel cathedrae uel dioeceseos fuisse, sed in principis stetisse arbitrio, qui illum destinauerit huic muneri, quo archiepiscopus alterum uieit aetate, aut meritis, aut etiam opinione sanctitatis. Quandoque etiam promouit ad hanc prouinciam, in amicitia fuisse consecrandi.

§. L. In iure *deuolutionis*, quod aliqui adscribunt primatibus, exempli nullius memini, quod Magdeburgicus in ullo archiepiscopatu fuisset usus. Non miror, quoniam maior plerorumque capitulorum Germaniae auctoritas est, quam ut hoc uel primati uel ipsi papae dedisse, uideantur.

§. LI. Succedunt illa, quae IVRISDICTIONIS dicuntur. Larga hic se messis offert, unde Germanici primatus probare licet amplitudinem. Non iurisdictio illa huc pertinet, quam Magdeburgicus antistes in episcopos habuit suffraganeos. Quae tanta fuit, ut simile quid neque in Germania reperiamus: neque alibi regnorum in orbe christiano. Principio enim non ob multitudinem episcoporum conditus est archiepiscopatus: uerum ad archiepiscopi dignitatem et amplitudinem constituendam augendamque, conditi sunt episcopatus Misnensis, Merseburgensis, Cizensis. Quemadmodum ergo suprema et absoluta regis potestas ex eo oritur colligiturque, si propter regem populus, non hic propter illum fit: sic eodem consecutionis filo uti hic licet, cum manifestum euadat, quod archiepiscopus non propter episcopos sit factus, sed hi propter illum instituti esse, uideantur.

§. LII. Hinc enim facile ad intelligendum est, quae causa sit uinculi arctioris, quo tres episcopi Magdeburgico subiecti fuisse, leguntur. Non illi uel eligi poterant nec prodi electio, nisi consensu et ratihabitione archiepiscopi. Hic non ante inaugurauit electos, quam ei obsequium et *fidelitatem*, quod uerbum in formula extat, iureiurando essent polliciti. Neque in ecclesiasticis tantum negotiis Magdeburgicum antistitem iudicem habuere: sed etiam ciuiles subditorum ac uasallorum causae ante in altera instantia coram Magdeburgico uentilata sunt, quam ad iudicium aulicum aut cameram imperii deuoluerentur. Haec et alia si rite expendo, parum abest, quin dicam; hos episcopatus clientelari iure a Magdeburgico, ut feuda, pependisse. Quod manifestius in Naumburgensi et Merseburgensi docere possem, nisi litem hanc, seculo decimo sexto agitatam, nollem meam facere.

§. LIII. Laxior paulo nexus fuit cum episcopatibus Vendiae Brandeburgicae, maior tamen, quam in aliis multis Germaniae locis. Nam capitulo in eligendo episcopo uel cunctante, uel dissentiente, nostrum iure deuolutionis usum fuisse, exemplis docemur.

§. LIV. In ipso archiepiscopatus tractu plurimum est, quod noster imperium merum et mixtum, iurisdictionem ciuilem et criminalem, Ottone largitore, acceperit, fine exemplo fere istius aeui antistitum. Quapropter Burggrauius non imperatoris beneficio aut iussu; sed arbitrio archiepiscopi institutus fuit: feudum, si ortum spectes, non immediatum imperii; sed subfeudum antistitis Magdeburgici. Miror, tantopere delabi a uero, qui Burggrauii iura, nescio quo impetu acti, in odia principis ac reipublicae extollunt. Sed obiter de his, quae magis ad primatis, quam iura primatus, facere, queunt.

§. LV. Non autem leuia momenta supersunt, quae hanc classem extra dioecesin archiepiscopalem queunt instruere, ut pateat, Magdeburgicum illa etiam, quae primatus sunt, in Germania uniuersa exercuisse. Notum est, in principum matrimoniis et, si gradus iuri diuino uicini sunt, in aliis quibusue, dispensandi iura pontificem sibi non tam reseruauisse, quam ciuilis ordinis principibus eripuisse. Germaniae autem primati facultas fuit, ut in tertio etiam gradu, siue is consanguinitatis siue affinitatis esset, nuptias, a crimine incestus absolutas, confirmaret. Errant, qui hoc ius Caesari tribuunt. Hi enim diuortia ex aliis causis cum illis miscent, quae ortum debent incestui. Illa tantum iudicia sibi quondam adrogauit imperator: non haec, quae sicut papam, scilicet in amplitudine graduum, parentem habent, ita eundem omni tempore iudicem habuere, aut, qui eius

eius nomine fuit, regni primatem. Quapropter desideria Ictorum post tempora *reformationis* fuerunt, ut euangelici principes singulare iudicium formarent, ein ehegericht, ne eius generis causae ad Caesarem aut cameram deuoluerentur. Verum ea in re non est principibus, quod uel ab utroq; timeant: cum neutri haec facultas iure tribui posse, uideatur.

§. LVI. Idem primas *ueniam aetatis* clericis dedit, ut minores aetate, legibus ecclesiasticis definita, ad beneficia, munera, ordines etiam regulares promouerentur. A quocunque sacerdote id fieret, in quacunque etiam ecclesia per Germaniam uniuersam. Ipse non minus *saltus* clericorum ratos habuit poenasque sustulit, illis per canones statutas. Defectus *natalium, studiorum, triennii academici, irregularitatis* sua idem auctoritate suppleuit remisitque.

§. LVII. Absoluit porro ab excommunicatione maiori, etiam in casibus, pontifici reseruatis: a uotis cuiuscunque generis, etiam regulares a uita monastica liberauit: iuramenta, uel quoad effectum agendi, uel prorsus relaxauit et irrita fecit infamiamque a periuris abstersit: interdicta apostolica suspendit, nonnunquam, praeuia satisfactione, sustulit: cuiuscunque generis peccata remisit, etiam illa, quae pontificis patrocinio opus habere uidebantur; simoniacos; apostatas fidei, obsequii, regulae; percussores clericorum et reliqua.

§. LVIII. Praeterea ipse comites palatinos creauit; notarios etiam protonotarios; doctores; licentiatos; magistros; bacalaureos; poëtas; tabelliones, alios generis eiusdem.

§. LIX. In alienationibus bonorum ecclesiae eius consensu opus fuit sufficitque is Germanis. Verum, si quid ipse de primatu decerpere et alienare uoluit, tantum abest, ut, in propria causa eius auctoritas suffecerit, quod aliqui corrupto iudicio scribunt: ut potius Romani pontificis adsensum desideratum fuisse, in plenae fidei monumentis reperiatur.

§. LX. Ceterum legi quoque, potuisse eundem ter in anno, Caesare praesente, indulgentias concedere: beneficiorum, quae apostolicae sedi reseruata sunt, uiginti minimum conferre: e collatis defalcare annatas: largiri dignitates pontifice minores: beneficia, quae iure incompatibilia sunt, coniungere et uni possidenda relinquere. Vtinam tempus et otium superesset, exempla in singulis prodere sigillatim, qualia in Bohemicis maxime plurima occurrunt: uerum haec in iterata cura opusculi plenius enarrabo.

§. LXI. DIOECESANA, quae fuerint primatis Germaniae, paucissimis explicabo. Fieri non potuisse per archiepiscopos Rhenenses, pristinae auctoritatis tenacissimos, ut noster synodos cogeret, aut concilium quoddam institueret per uniuersam Germaniam, ex illis intelligitur, quae dicta superius. Licuisse autem illi hoc facere, nullus dubitabit, qui sanctionem legerit supra recensiti diplomatis. Haec itaque res cum meri arbitrii fuerit neque, contradixisse ei quempiam, ullum exemplum supersit, libera satis est a suspicione periculoque praescriptionis: quin ius nullo non tempore saluum fuerit, licet consilii; rationes non permiserint, illo uti uelle. Ipse pontifex magnopere abhorruit a conciliis peculiaris reipublicae, nationalia dicunt, ut Magdeburgico nulla ad hoc auxilia esse, uiderentur.

§. LXII. Prouincialia autem saepius instituit Magdeburgicus. Ad haec, cum praeter suffraganeos episcopos, non raro alii etiam suos amanderent ex Bohemia, Porussia, Poloniaque, nonnunquam illis ipsemet Bremensis adesset: limites illae synodorum prouincialium omnino superasse, uidentur, ut constet, neque hac parte prorsus destitutum fuisse Germaniae primatem.

§. LXIII. Iura uisitandi ecclesias episcoporum et archiepiscoporum in Germaniis Magdeburgico tribui, inuenio quidem: exercuisse illum ea, non item. Obfuit forte ipsimet non tam dignitas maioris ordinis episcoporum, quam potentia eorum ac robur, quod retinuit ab hoc officio Germaniae primatem. Vt adeo, causa remota, effectus cesserit, synodatica et praestationes generis eiusdem.

§. LXIV. Leges ecclesiasticas Germaniae uniuersae imponere, non minus difficile fuerat apud licentiosos antistites. Vixisse autem Magdeburgicis Porussiam, Poloniam, Silesiam, Bohemiamque clarissimum est: quod satis omnino ad dignitatem primatis Germanici in oris istis contuendam.

§. LXV. Vacua antistite sede, maior etiam fuisset auctoritas primatis in episcopatibus Germaniae, nisi sacra collegia, capitula dicunt, omnia sibi iura adrogauissent, quae sunt ipsorum antistitum: neque id in rebus territorio tantum, uerum etiam in ecclesiasticis; illis, quae ordinis sunt, solum exceptis.

§. LXVI. Haec de iure Magdeburgici, qua archiepiscopi et primatis, unde facile constare possunt utriusque momenta, ueritas, amplitudo, impeditiones: quae omnia, cum ordine ac sigillatim euoluta sint; nullus dubito, fore, ut in posterum illi, qui publica imperii iura docent, disciplinam hanc nouo titulo augeant de primatu Germanici imperii. Meliori certe iure hoc argumentum etiam epitomatores tractabunt, quam minutias offi-

cio-

ciorum, quibus electores teneri uidentur Bambergensi.

§. LXVII. Addemus aliqua, quae ad iura pertinent territorii Magdeburgici antistitis, non quod ea, quae primatus sunt, attingant; sed quod certissimum sit, nunquam futurum fuisse, ut Magdeburgicus ad primatis fastigium efferretur, nisi in tanta iuris territorialis dignitate; amplitudine; praerogatiuarum numero; diuitiisque, principio statim constitutus fuisset.

§. LXVIII. Episcopatus omnes, e tenuissimis quondam initiis orti, sensim deinde creuerunt, donec ad statum, quo nunc florent, deuenirent. Aliter Magdeburgicus. Hunc enim conditor augustissimus tanto statim adparatu instituit, amplissimaque ei contulit latifundia ditionum: ut primae eius natales grandaeuae aliorum aetati responderent. Memini alicuius, qui primordia huius archiepiscopatus cum Fridericiana contulit, quae frequentia iuuenum principio statim uicit academias uetustissimas Germaniae. *Nouendecim tonnis auri* scriptores aestimant, quod Otto conditor largitus sit contuleritque nouo archiepiscopatui: maioris certe regnum Bohemiae isto aeuo non constitisse, existimo, si id uenale fuisset. In tanta enim caritate argenti, quae illo tempore fuerat in Germania, pretium unius tum imperialis hodie decem et plures uix superabunt. Qui calculus rationes habebit, ut pro tonnis auri numerare nunc liceat myriades. Quam summam ualor maximi Germaniae principatus uix poterit exhaurire. Haec qui secum expendit ac cum praesenti rerum statu confert, is facile agnoscit, antistites successores sacrum patrimonium diminuisse magis, quam noua ei dedisse incrementa, ut mirum non sit, toties actum esse de domanio redintegrando.

§. LXIX. In tanta igitur ditionum amplitudine fieri non potuit, quin uicini principes et antistites plurimum tribuerent consiliis, quae fouebat Magdeburgicus, cum quo in mutua foedera auxiliaque non raro coiuere. Potentiores eorum, quoties fere inter illos discrimen erat, istius plerumque arbitrio steterunt: ut iura ordinum imperii circa foedera et austregas omnium clarissime pateant ex rebus gestis Magdeburgici antistitis. Quae exempla cum saepe ac feliciter euenirent, factum est, ut, pro pacando rerum

A statu, inferioris Saxoniae ciues eundem patronum ac tutorem implorarent subinde auxiliaque eiusdem expeterent. Iuit suadendi auctoritas in potestatem imperandi, ex quo pluribus ordinum uicinorum placuit, ut in pace ac bello inuicem societatem instituerent colerentque, cuius supremum esset moderamen penes Magdeburgicum et ducem Brunsuicensem, quem socium illius esse uolu-
B erunt ex ordine ciuili. Primordia sane huius consociationis ab illo tempore non multum remota sunt, quo Henrico leone proscripto, qui omnem Saxoniam sub imperio unius continuerat, plures territoriolorum domicelli sui iuris fierent irentque in partes, ut grex sine pastore periculo hostis expositus esse uideretur. Mox interregnum imperii hanc coniunctionem arctiori uinculo colligauit.
C Demum illa legibus socios ordines adstrinxit, quas nemo impune uiolaret. Haec uera causa est circuli inferioris Saxoniae. Neque enim haec uel in Maximiliani I. institutione reponenda, cuius aetatem aliquot seculis superat: uel in singularibus Germaniae ducatibus, qui isto tempore dudum perditi fuerant atque inter plures disiecti. Accedit, quod socii huius circuli non Saxones tantum
D fuere: ut adeo non gentis causa, sed uiciniae ergo suoque arbitratu unum pagum constituisse, uideantur.

§. LXX. Habet quoque id praecipui Magdeburgicus ante alios omnes, supremi ordinis antistites: quod reliqui territorialem iurisdictionem, quam dicimus, id est, regalia maiora, priuilegio demum Caesarum uel principum acquisiuerunt
E in sua dioecesi; ipsi autem plenissima territorii iura in primordio statim obuenerunt ex manibus largissimi conditoris. Quare uetustissimis quoque temporibus antistes noster Caesari imperioque *dux* uel etiam *princeps* audiit: ut Magdeburgica ditio ante ducatus posset dici, quam in ciuilem ea statum uerteretur.

§. LXXI. Atque ex his demum satis
F intelligitur, Magdeburgicum antistitem, siue ordinis dignitatem spectes, siue sacrorum iurium priuilegia et potestatem, siue etiam diuitias et amplitudinem territorii, alios omnes in uniuersa Germania plurimis post interuallis reliquisse, ne praeter causas meritaque, Germaniae uniuersae primatus ipsi delatus esse, uideatur.

CAPVT III.

DE

IVRE CONVERSI PRIMATVS AB ECCLESIASTICO IN STATVM CIVILEM.

§. I.

Nemini ignotum esse potest, Germaniae primatum a. CIↃIↃCXLVIII. in solennissimis comitiis, omnium ordinum consensu, ab ecclesiastico in ciuilem statum, uulgo secularem dicunt, conuersum fuisse, ut penitus deletus atque extinctus esse, uideatur. Non frustra itaque quaeritur primum, quid tabulis Westphalicis sublatum sit et quod factum sit iure? numquid hodieque illius possit superesse?

§. II. Principio bona, quae sancti quondam Mauritii, Petri et beatae uirginis, id est, diuae matris ecclesiae audiunt, inde ablata et ciuilis ordinis principi adsignata sunt, non aliqua profusae largitionis temeritate, uerum ut suum nomen exsolueret imperium, quo duci Brandeburgico se obstrinxerat, quod altera is Pomeraniae suae parte Suecis concessa, patriam a milite septentrionali liberauisset. Breuiter e bonis ecclesiasticis facta sunt ciuilia, uel, quod aiunt, secularia, id est, principis imperii patrimonium.

§. III. Durum hoc, imo prorsus iniquum, dixerunt flaminum et mystagogorum patroni. Argumenta eorum accipe, deinde etiam illum, quem produnt, characterem. Hoc uero ducunt filum consecutionis. Bona ecclesiastica rerum sacrarum nomina habere, quae exemptae sint commercio mortalium. Qui illa inuadat, eum sanctos offendere: spoliare Petrum, Paulum, alios, quibus ista sint dicata: templis et aris iniurias adferre: pauperibus eripere eleemosynas. Hos forte simpliciores dixeris, adsertores, si non ueros, tamen ueraces. Alii autem, simulatae philosophiae doctores, omne robur in hoc posuere, improbum esse, ut protomystis auferatur, quod honori eorum et cultui olim datum fuisset.

§. IV. Quae ultimo hominum generi indoles, quae forma sit, ante accipe, quam ad singula sigillatim reponamus. Rectius enim sentientes, ieiunis et frigidis calumniis, qua arte infimos scurras superant, non erubescunt proscindere, ut constet, quas manus adferant illotas ad respondendum ecclesiastica argumenta. Equidem omni iure tela retorquere liceret, quibus ipsi tanta inconsiderantia et temeritate alios impetiere; uerum a spurco, putido et inculto sermone eorum, omnis humanitatis ignaro, calamus noster abhorret. Habes styli notam, quo A sua exarant. Ore praeterea impudentes sunt et nugiuenduli, qui naenias suas, quas amadisii fabulis condite solent, rerum ignaris pro sapientia obtrudunt et ueritate, cuius postea melius informatos pudet pigetque. Animos circumferunt effrenatos, agrestes, turgidos, maledicos et suspiciosos, quod ex pessima indole sua alios aestiment. Vt in iuuentute quondam mordaces, ad rixas et odia B nati: ita turpia facinora neque deponunt senectae uicini. Moribus uiuunt asotis mensarum asseclae, qui luxu diffluunt, qui salaria in otio deglubunt; potiores autem operas in templis et cathedris sublocant uicariis. Stultitiam in illos dicunt, qui delirationi eorum nolunt adplaudere. Toto uitae tempore uarii sunt, fraudulenti, uersipelles: non modo ad uoluntatem, uerum etiam ad C uultum et nutum, non magnatum, in quorum odio sunt, sed ipsius multitudinis, si inde aura flat, dispariles et multiplices. Nunc amicitiam simulant inter execrationes, quibus, ut pueri talis, ludunt: mox improuidos per latus impetunt struuntque illis insidias. Nunc sub larua probitatis latent: mox apostatae coetus, quem ludificarunt, probitati bella indicunt. Nunc curtam supellecti- D lem ieiuniis obtegunt: opulentiores facti protinus in nullum desidiae et luxuriae genus non prorumpunt, qui fastos suos symposiis distingunt ceu statis festisque diebus. Diuinarum precum formulas in templis, adde et conuiuiis, praecinunt: mox ante etiam, quam uino incaluere, histriones agunt, neque tato ad tibias et pocula τήνελλα canunt inter contubernales. Nunc flagella cleri E audire uolunt: mox illis', qui ulcera sacerdotii sunt, ad blasphemiam usque, ut solent leuissima ingenia', adulantur. Nunc soli sapere sibi uidentur: mox ineptias suas ipsi deprehendunt, retrahunt reuocantque non sine ignominia, grauiori tamen damno illorum, quorum animos erroribus suis conspurcarunt. Re uerbisque araneis non dissimiles sunt, qui se ipsos saepius ac iterum retexunt, F quamuis uenena sua necquicquam uertant in statum meliorem. Quid multa? Veniunt, dum haec scribo, illa in mentem, quibus eius generis auctores adposite descripsit uir quidam eruditissimus ac integerrimus Porussiaeque regi a consiliis *dans ses dissertations historiques et critiques tomo* I. *p.* 74. Verba eius haec sunt:

 sunt: *Vn tel auteur paroit s' être fait un habitude de nier et d' affirmer sans raison, tout çe qui lui uient dans l' esprit.* Et breui post: *Vne telle maniere de decider, soutenue d' un peu d' erudition, seroit moins odieuse; mais un tel est encore plus foible du côté du sçauoir, que du côté du raisonnement. Et comme si ce n' étoit pas assez d' être ignorant et temeraire, il entreprend encore d' être impie et se mocque ouuertement de l' autorité de l' écriture sainte. Mais ie l' abandonne à son mauuais sort et à la correction de ceux, qui peuuent prendre quelque interêt à sa conduite.* Hactenus ille.

§. V. Sed a diuerticulo in uiam. Id superest, ut ostendamus, cum alia bona ecclesiae, tum Magdeburgici antistitis, nullo in sacrum ministerium uel odio uel iniquitate, sed iure diuino humanoque, ciuilis ordinis principibus atque in his duci Brandenburgico delata fuisse. Principio res sacrae eo sensu, quo hominum commercio magis exemtae sunt, quam eae, quae Romano iure sanctae aut uniuersitatis dicuntur, superstitionem sapiunt, a purioribus ecclesiis multum ac saepius explosam.

§. VI. Deinde neque angeli neque animae coelestes nostris sordibus indigent. Paganismum enim istae formulae loquuntur: hoc praedium consecro sanctis, Mauritio et Vlrico. Fastuosi cleri hae artes fuere apud Romanos, qui Martios campos, qui praedia Ioui sacra dixerunt, ut ipsi impunes ex hisce reditibus uentrem pascerent in otio et segnitie. Posttempla et arae, quantum etiam illa ornatum prae se ferant, qui animorum religioni saepius officit magis, quam prodest, aut nullis opus habent diuitiis, aut certe non tantis, quae doctrinae nostrae queant obesse. Pauperum indigentiae ut succurramus, homines obligamur, multo autem magis tenemur christiani. Verum opulentos reddere eosdem aut illorum sortem nostra meliorem facere, nullae leges nos iubent. Quid uerbis opus? Num pauciores in episcopatu inuenis, qui stipem ostiatim colligunt, quam in ciuilis ordinis principatu? De adparatu sacrorum antistitum, quem inique diminutum et improbe magis sublatum fuisse, dicunt, superest, ut etiam constet, quid sentiamus. Accipe doctrinam nostram summatim. Sacerdotibus erogari tantum iussit seruator, quantum satis esset ad cultum et uictum eorum: fiscum eius generis impensarum modumque non indicauit. Iniquissimum est, decimas huc trahere reipublicae Iudaicae. Nam duodecimam illius partem tribus absoluit Leuitarum: in christianis ne centesimam quidem nu-

A meri incolarum efficiunt clerici, uiduae et uxores eorum, filii filiaeque. Absonum itaque foret, exempli gratia, in bellica cohorte pati, ut nouem portiones dux sociique officiales cum nonaginta militibus gregariis diuiderent, mysta autem castrensis solus unam degluberet. Arbitrio itaque principis datum, quid dare et quantum uelit antistitibus ecclesiarum. Teruariasse reperio respublicas in
B sustentatione ministrorum. Principio sacris ipsi largitionibus, ecclesiae factis non solum uixerunt; sed etiam uxores eorum et uiduae, imo liberi quoque, usque dum maiorennes fierent, uel habiles essent, publico munere defungi aut aliis negotiis praeesse. O! si hac forte hodieque uti liceret pastoribus, qui uiduam ac orphanos in extrema saepius egestate relinquunt. Deinde salaria singulis adsi-
C gnata sunt, quae uel in numerata pecunia acceperunt, uel etiam ex reditibus praediorum, denen *Kirch- oder Pfarr-Leben*. Ante biennium rex Moscouiae monachis quoque primi generis salaria constituit: cum uidisset, rectores sacrorum collegiorum reliquos fratres defraudare. Tandem territoria a sacerdotibus in potestatem redacta sunt, ut ciuili ipsi adparatu imperarent. In primo et altero ge-
D nere non est, quod reprobem; ille pristinis, hic uero nostris seculis, magis consultus est: tertius uero tantum abest, ut purioribus sacris sit commendandus, quin potius per conscientiae rationes Westphalicos pacificatores obstrictos ipse existimem, ut, post tantos maxime abusus, tollerent eum atque episcopatus omnes in ciuilis ordinis principatus conuerterent commutarentque. Qua de causa hic
E loquimur neque ad aliam fecit doctrina de annatis.

§. VII. Ad extremum disputare binis etiam uerbis liceat, num doctrina de primatu Germaniae Magdeburgico duci queat hodieque prodesse? ut, mutato licet rerum statu, eius aliquid superesse uideatur. Memini hoc argumentum celeberrimi nominis iureconsultum in Fride-
F riciana quondam respondisse: qua autem fide illud impetere non erubescat ciuis, subditus, stipendiarius atque cliens Magdeburgicae ditionis, ego quidem non uideo. Peregrino id uitio uertere uelle, absonum esset, sed officia in lares ac principem, alios mihi uidentur mores postulare. Ceterum ego nihil a uero alienum etiam nunc esse puto, hanc me sententiam tueri: *iura primatus Germaniae in West-*
G *phalica pace nec quicquam sublata fuisse.* Dum haec adfirmo, nullum in me onus probandi deuoluo: una enim regula iuris me tutum praestat, quod non ablatum est, cur stare prohibeatur? Id tantum mi-

 hi

hi agendum, ut remoueam ea, quae modo adsertis contraria esse uidentur.

§. IIX. Potissimum dubitationis robur in eo ponunt: *Primatus nomen ecclesiastici tantum antistitis prouinciam esse, quae ciuilis ordinis principi non conueniat.* Ego autem utrumque nego. In contrarium faciunt exempla, cum apud pontificios, tum apud nostrates. Rex Hispaniae in Sicilia legati nati auctoritatem habet *cap. 1. §. 22.* at eadem ratio huius est, quam primatis *cap. 2. §. 10.* Osnabrugensis episcopatus eundem Augustum episcopum habuit, quem Hannouera electorem. Et enim si clerici non uerentur, principes audire, cur principes fugerunt nomina episcopi et primatis? Quo iure Moguntinus antistes archicancellarius esse potest in curia imperii: eo, aut certe faciliori longe, primatu Germaniae defungetur dux Magdeburgicus. Excipio illa, quae *ordinis* sunt, quae tamen Hobbesius, nescio quo furore, regibus non minus adseruit. Cetera iurisdictionis et dioeceseos uocabula, spolia sunt de principis palatio, cui iure quodam postliminii nullaque difficultate iterum conferuntur. Accedit, quod iura primatus nullo non tempore sustinuerit capitulum Magdeburgicum, sede uacante. Verum neque hoc sibi illa arrogat, quae sunt ordinis. Ad extremum primates Germaniae dicti sunt Magdeburgici administratores, sacris euangelicorum addicti: quamuis et illi ciuilis ordinis principes essent et iure ordinis destituerentur.

§. IX. *Alterum* est, *archiepiscopi munere extincto et cum honore ducis commutato, sublatum fuisse primatum.* Ad quod repono. Primum ea, quae in fauorem unius facta sunt, non posse in odium eius trahi. In arbitrio enim, quod me acta Westphalica docent, Brandenburgici tum fuit, num Magdeburgicam ditionem titulo archiepiscopatus in suam ditionem accipere uellet: an uero mallet, illo nomine omisso, eandem euehi ad dignitatem imperii ducatus. Illud pontificii omnes in uoto habuere, ut fieret, ad similitudinem episcopatus Osnabrugensis, qui, nomine nihil mutato, obuenit Brunsuicensi: uerum Brandenburgico electori alterum placuit, haud dubie, ne tituli memoria pontificiis bilem ac stomachum perpetuo posset mouere, sed auribus ac linguis ciuili uerbo adsuetis, animos quoque illi exuerent cogitandi bona, quae fuerant, ecclesiastica. Vnde firmissimum est filum consecutionis, nihil tum amisisse electorem, nisi quod sponte abiecit. Primatus uero dignitatem quod spreuerit abieceritque, coniectari non licet, cum suum nemo praesumatur iactare. Facta etiam remissio tituli archiepiscopalis interpretationem restrictiuam habet, quam ad similia nemo iure protulerit. Primatui autem nuntium, uel unico uerbulo, misisse electorem, cui quaeso! unquam uel in mentem uenit? Praeterea elector ducis adpellationem territorii causa adsumpsit, repudiato nomine archiepiscopi; uerum ius territoriale primatus honorem haud quaquam attingit: quare is non potuit a nomine territoriali, quale ducis uerbum est, absumi uel extingui. Ad extremum archiepiscopi munus tantum abest, ut sublatum sit, nomine eius cum ducis uerbo commutato: ut potius idem dux possit, quod olim potuit archiepiscopus. Summatim, uoce mutata, res tamen ipsa nullo non tempore permansit.

§. X. *Tertio* aiunt *titulum primatis posuisse electorem: ergo rem non minus ipsam.* Verum neque hoc cohaeret. Honor primatis uerbo uniuersim accepto, illa etiam secum habet, quae sunt ordinis: noluit ergo uel ea propter hac formula uti elector. Deinde, cur a titulis ecclesiasticis tantopere idem abhorruerit, causas eruimus §. 9. superius. Post neque rex Hispaniae adhibet titulum legati nati: quamuis huic iuri constanter ac rigide inhaereat. Demum ipsi episcopi Germaniae, qui principum iure utuntur, titulum tamen principis dissimulant; quidni ergo Magdeburgico duci fas sit, iure primatus gaudere, licet hoc uerbum ipse nolit recitari. Ceterum clausula, quam principes titulis imponere solent, bigam uerborum *et reliqua* uolo, salutatoria est, ut non adiecta pro adiectis habeantur.

§. XI. Vltimo forte dicet pars aduersa, *fieri non posse, ut, hoc Germaniae statu, primatus iure utatur dux Magdeburgicus.* Ordinum enim alios pontificios esse; alios euangelicos; neutrorum sacra pati, ut stent sententia primatis. Non illi, quoniam haereticum iurisdictione canones priuent quacunque, maxime autem ecclesiastica: neque hi, quibus forensia iudicia in ecclesiasticis remissa sint, ut omnia nunc cohaereant cum territorio. Verum non de actu, quod dicitur, secundo hic quaestio est; sed de actu primo. Potest enim ius meum saluum et integrum esse, quamuis impeditiones sint, quo minus illud nunc exerceam. Alia ergo est quaestio, quomodo fieri possit, ut dux Magdeburgicus iure suo, quod habet, non minus uti queat. Liceat hic etiam meam prodere philosophiam. Pontificii certe non habent, quod primatus iudicium hodieque reformident; aliud enim est de legibus iudicare, aliud iuxta easdem;

ali-

CAP. III. aliud quoque in uno et altero casu de A illis dispensare. Vltimum genus sibi arrogabit Germaniae primas, ut necessarium non sit, in matrimonialibus causis, quod excmplum nunc occurrit, Romam ire et tanti mercare dispensationes. Habuere quondam hanc facultatem Caesares, quorum tamen plurimi haereseos suspecti fuere. Accedit, quod Westphalicae tabulae sacrilegii incusent, qui euangelicos dicit haereticos. Nunc B ad ordines illos, qui nostrorum sacrorum sunt. Quamuis enim certum sit, dioecesana iura in territoriis eorum ui Westphalici instrumenti suspensa, cum regalibus aliis coaluisse: plures tamen ex euangelicis etiam doctoribus sunt, qui negant, in hac classe causas matrimoniales pluresque alias reperiri. Illi itaque uel cameram imperii tum iudicem dabunt, 'quod faciunt quampluri- C mi: uel id iudicii concedent etiam nunc Germaniae primati. A primo nostrates abhorrent; ergo alterum consentiant. Vidit hanc difficultatem ipse Lutherus. Quapropter auctor is fuit euangelicis, ut commune consistorium instituerent praesidiumque eius Germanico deferrent primati: ubi in disceptationem uenirent causae, cum matrimoniales, tum aliae, quarum sententias pon- D tificii a curia repeterent Romana. Addit consilium, quis impensas facere queat et hac causa primati Magdeburgico annatas commendauit per uniuersum imperium. Fauet etiam illud quodammodo iuri primatus, quod causas matrimoniales pro re ciuili habeant innumeri doctores, qua ratione dux Magdeburgicus non tam pontificis, quam ipsius Caesaris imperiique uicarium aget, cu- E ius olim fuerat, eius generis causas dirimere ac diiudicare cap. 1. §. 16. Quapropter in constituendo primatu Germaniae et imperii et sacerdotii auctoritatem diximus concurrisse c. 2. §. 4. 5. Quod ante nos Pomeraniae iureconsultus respondit his uerbis: *Otto Germaniae patriarcham constituit Magdeburgicum*, habes conditorem primatus Augustum. *Et quidem imperator in eo conatibus et arrogantiae pontificis restitit*, *cum scilicet nollet Germanos Romam adpellare.* Ad- §. XI. XII. dit breui post: *ne Germaniam aula pontificis inquietaret; eamque auaritiae sordibus emungeret; sed ad huius potius primatus tribunal omnes causae ecclesiasticae deuoluerentur et is solus de his cum arresto dicendo, sententiam haberet. Quod sudes in oculis fuit papae Romani.* Quapropter etiam illa eneruatur dubitatio, *quod papa Germaniae primati haeretico obuersetur*, quoniam is non tam papae, quam Caesaris auctoritatem sustinere uidetur.

§. XII. Scripsi principio, neminem in adserendo Magdeburgico primatu illud mihi onus iniicere posse, ut probem, uerum satis esse, aliorum me oppositiones dispulisse. Superflui loco addo, neque conseruati primatus Magdeburgici indicia nobis deesse. Primum est, quod primatus loco inhaereat archiepiscopatus, non personae archiepiscopi. Qui ergo in locum successit, is quoque successit in iura loci. Deinde Magdeburgica ditio delata quondam electori cum omnibus priuilegiis, iuribus et praerogatiuis. Quis autem dubitabit in hoc quoque numero reperiri primatum? Praeterea post Westphalicam pacem, stylo imperii, Magdeburgicus ducatus audit, das *Primat-Stifft:* ne cum nomine res ipsa deleta esse, uideatur. Post e re imperii omnino est, primatus iure Germaniam non destitui. Vbi ergo de tanto praeiudicio agitur, ibi damnum coniectari non licet neque id ex silentio inferre. Ad extremum, cum iura primatus capitulum quoque tangat: illius pariter in extinguendo primatu opus fuerat suffragio et consensu, cuius tamen nullum uerbum reperitur in Westphalicis instrumentis. Ceterum si Magdeburgici ducis principem locum cogitas, quem is sustinet in comitiis, luculentissimum etiam uestigium habebis dignitatis Germanici primatus. Nam ex hac causa fit, quare uetustissimi principes Germaniae primas honoris ipsimet detulisse uideantur. Plura adseram, si thema emisero retractatius.

)o(

OPVSCVLVM II.
DE
NOMINATORE HAERETICO AD PAROCHIAM,
Vom
Vorschlagungs-Recht,
menſe Iulio CIↃIↃCCXVI.

CAP. I.
RATIO INSTITVTI.
§. 1.

Formulariis *aeterna* cum haereticis *disſidia*.

FOrmularios (a) *chriſtianos in partes iuiſſe; nunc hos, iterum alios, pro multitudinis aut principis fauore, regnaſſe aut ſuccubuiſſe; iras, ſtudia, animos inuicem fuiſſe acerbiſſimos: illud quidem eſt, quod ſacra hiſtoria probat omnis aeui, populi ac orbis chriſtiani.*

De nore formularius.

(a) Neminem in ueſtibulo offendat A uerbi huius duritas aut infolentia. Nam Romani *formulam* dixere, quod medii aeui latinitas adpellat *ſymbolum*. Inde *ſymbolo* addicti chriſtiani mihi quidem audiunt *formularii*. Eodem plane cenſu ac iure, quo fori ac curiae leges complectimur nomine *iurisprudentiae formularis*. Liceat igitur uocabulum e *ciuili* curia in *eccleſiaſticam* transferre idque in thematte, quod eſt iuris eccleſiaſtici. Quemadmodum uero iuris *formularii* uſus eſt atque turpis abuſus: ſic etiam inter nimium et parum in eccleſia ſymbolis peccatur. Vt adeo nomina *formularius, formularius, formula* in ſenſu nunc *bono* nunc *malo* iterumque *neutro* accipi queat nilque in ſe habeat uitii aut offenſae.

Infolentia *pacis* in Germania *cum haereticis* ann. 1552. 1555. 1648.

§. 2. *Quod uero in una eademque republica orthodoxi et haeretici permanſerint iuerintque in concordiam atque illam templorum, larium ac penatium, bonorum porro, redituum, collegiorum, honorum iuriumque aliorum firmiſſimam communionem: hoc quidem eſt, quod Germaniam, licet formulariam, demum* PACES SACRORVM *docuerunt annorum* CIↃDLII. CIↃDLV. CIↃ IↃC XLVIII (b).

Num inita olim pax cum haereticis?

(b) Ita quidem egomet firmiter mihi B perſuadeo. Licet enim non ſim neſcius eorum, quae DORSCHAEVS; CALOVIVS; CONRINGIVS; SCHILTERVS; Ludouicus de MONTESPERATO, is eſt B. CARPZOVIVS, pro auctoritate *pacis ſacrorum* in Germania diſputarunt aduerſus DILLINGENSES, de EVSEBIIS, LOBKOVIZIVM atque alios: illorum tamen argumenta noſtrum thema non feriunt. Nam exempla, quae ipſi proferunt in medium, id tantummodo declarant: *quod quidam imperatores edicta promulgauerint de tolerandis quorumcunque ſacrorum ſociis.* Verum, qui hoc fecerunt, illi necquicquam dici poſſunt *formularii*: imo *tolerantia* gradibus fuit longe inferior, quam *pax* Germaniae definit *triplicibus* ſacris. Vt adeo ex omni hiſtoria nullius pacis meminerim inter formularios theologos, qui cum Germanica poſſit conferri.

Inde turbae *in formulariis ſyſtematibus.*

§. 3. *Res igitur haec omni aeuo inaudita ac inuſitata non potuit non circulos turbare theologiae et iurisprudentiae formularis. Vt alii inſolentiam eius execrarentur (c), alii conſulerent eidem effictis dogmatum et iuris ſchematibus (d); alii autem, uiri quippe aperti et ſinceri, agnoſcerent, noua pacta noua etiam iura uelle, poſthabita antiquatarum tabularum auctoritate.*

(c) In

CAP. I. *Proscriptio pacis sacrorum.* §. 4. 5. 6. *Confusio.*

(*c*) In quo numero sunt *Iesuitae*, *Dilligenses* praesertim et ille anonymus, qui se adpellat ab *Eusebiis*. Imo ipse papa INNOCENTIVS X. qui an. CIↃIↃCLI. bullam edidit, qua pacem sacrorum in Germania eiusque auctoritatem ex orbe christiano proscribere instituit ac dissipare.

(*d*) Qui id agunt, ut pontificii iuris decreta cum principiis institutisque ordinum euangelicorum cogere queant in harmoniam.

Imo in *sententiis forensibus.*

§. 4. *Tanta iudiciorum de pace religionis discrimina porro non potuerunt non excitare ac parere diuersissimarum sententiarum in scholis, curiis, foris, ipsisque sacris coetibus immanem perturbationem. Vt nulla doctrina grauior et pluribus difficultatibus, tricis atque ambiguitatibus sit impedita, quam iurisprudentia ecclesiastica post quidem pacem religionis.*

Exempli loco sit ius *patronatus catholici* in *euangelica* parochia.

§. 5. *Ex densissima hac sylua plenaque tenebrarum decerpemus nos surculum unicum: qui nostri tamen aeui foris crucem figit, ut opus esse uideatur idoneo iuris remedio. Scilicet Germaniae nostrae parochiae multoties in magnum ac graue discrimen adducuntur. Si quidem illas pendere oportet a* NOMINATORE; PATRONO; EPISCOPO; DOMINO territorii, qui diuersorum inuicem sacrorum.

Casus nouissimus anni CIↃ IↃCCXVI. Vnde occasio adscribendum.

§. 6. *Sit exemplum nouissime propositum* dn. praesidis *decisioni. Est parochia, cuius* COETVS, EPISCOPVS *et* DOMINVS euangelica *sacra habet: contra* PATRONVS catholica *et pontificia. Vltimi certe est, parochiae, patrocinii causa,* PASTOREM *suum* PRAESENTARE, *quem ordinario iure admittere ac instituere obligantur cum* COETVS (die Gemeine)/ *tum* EPISCOPVS et DOMINVS (der Landes-Herr). *Sed uero* PATRONVS catholicus *sibi quidem religioni ducit, praesentare* HAERETICVM *ad parochiam, id est, lupum praeficere ouili, aut oues subiicere lupo. Contra timet sibi* EVANGELICVS COETVS (die Gemeine)/ *ne, iudicio* PATRONI HAERETICI *corrupto, accipiat pastorem indignum. Hinc in mores eunt, ut* patrono catholico *uel* coetus *uel, eius loco,* dominus *territorii* commendet, *id est*, nominet *parochum: quem ipse postea* euangelicis *praesentet ad instituendum. Ita enim retinet* catholicus *iura patronatus: et euangelici metu liberantur indigni parochiae candidati. Verum enimuero catholicus patronus nuper hos mores noluit migrare. Nam ad* euangelicam parochiam praesentauit *suo tantum arbitratu* pastorem haereticum, *omissa neque expectata euangelici principis aut coetus* nominatione. *Querelas itaque mouent* euangelici *prouocantque ad obseruantiam. Contra* patronus *catholicus excipit* commendationis *indolem imperfecti iuris partes sustinere, quod obligationem nullam habeat uel ciuilem uel naturalem. Nos igitur* causam *hanc respondebimus. Idque in gratiam euangelicorum, pro quibus hic* pax sacrorum *et* pontificialia *decreta. Quod nunc a nobis docendum ac commonstrandum in hoc conflictu inaugurali. Deus adsit scribendis.*

CAP. II.

VERBORVM EXPOSITIO

NOMINATORIS, HAERETICI, PAROCHIAE.

§. 1.

CAP. II. NOMINATIONIS uerbum pro 1) *eligere*, 2) *commendare*, 3) *praesentare.* §. 1.

NOMINATIONIS *in iure diuerso tempore diuersi significatus. Romanis* nominare *idem fuerat, quam* eligere *(e). Inde* nominatores *munerum dixerunt, quos nostra aetas adpellat* electores *(f). Contra fit in pontificum decretis.* Vbi nominare *idem est, quam* commendare *(g) ad eligendum uel instituendum.* Quamuis autem commendatitii *alias iuris nulla obligatio: est tamen nefas, eligi tum alium, quam ex* commendatis *(h). Aliquando etiam* nominatio *est* praesentationis *synonymum (i). Sed ultimum uerbum in hoc a primo differt, quod sigillatim de* patroni nominatione *(k) adhibeatur compre-*

CAP. II. *prehendatque alia iura, quae non inesse solent simplici* nominationi. *Est igitur* nominatio ius obligandi patronum, ut eligat nonnisi ex nominatis *(l)*. §. 1.

NOMINARE *i. e. eligere.*

(*e*) Ipse TVLLIVS *de natura Deor.* ita accipit: *digniorem* NOMINARE *non potest, quam Bibulum.* Et PLINIVS *lib. 2. epist. 17.* ait: *sic illa die, qua sacerdotes solent* NOMINARE. Neque aliter in ipsis legibus Romanis. Ita *l. un. C. de potioribus ad munera ciuilia, potiorem alium* nominandum *putaueris, age causam tuam.* Eundem sensum habet titulus sequens in *l. un. C. ne propter inimicitias creatio* (i. e. nominatio) *facta sit*, ubi haec uerba sequuntur:

nominatio i. e. electio.

Si propter inimicitias ad munera ciuilia creatus es, hanc nominationem *tibi non nocere.* In qua imperator: *muneribus non fungeris, si quinque filios incolumes habes.*

nominator i. e. elector.

A nominatoribus *sumtus, quos in litem feceris, recuperabis.* Est etiam titulus *Codicis* prorsus singularis *de periculo nominatorum*, hoc est, eorum, qui ad munera elegerunt alios. *Nominatores* enim dicunt Romani, quos pontificum decreta salutant *electores. Nominatores* ergo *imperii* dixisset Romanus, quos Germani *electores* adpellamus.

DESIGNATIONIS *uox.*

(*f*) Erat quidem etiam Romanis quandoque inter *designationem* atque *nominationem* discrimen. Idque hoc, quod *designatio* ad munus a senatu fieret primum: quam, nisi causas proferret candidatus, declinandi illud, secuta est *nominatio.* Eo de discrimine sigillatim egit *Iacobus* GOTHOFREDVS tam in *paratitlo*, quam ad leges *tituli C. Theod. de praetoribus et quaestoribus*, utinam magis definite. Notum enim est alias, quod in proximum annum kalendis Ianuariis *designati* sint consules, praetores, magistratus alii: quae munera anno post demum subierunt. Dicti ergo sunt intra hoc tempus *consules designati.* Quae descriptio est *Roberti* STEPHANI.

Designatores i. e. magistri ceremoniarum.

Differunt autem a *designati* uerbo *designatores.* Quorum sparta uersabatur in adsignandis cuique locis, ordine, itu, reditu in publicis ac solennibus conuentibus. Quos ideo conferre solent cum magistris ceremoniarum *Guil.* BVDAEVS atque CORASIVS *lib. 4. miscell. cap. 4.*

NOMINATIO *ab electione distinguitur.*

(*g*) Igitur *nominandi* uerbum in pontificiali iure accepit *significatum uiliorem.* Exprobrat INNOCENTIVS III. legato suo, qui ex Hiberniae regno eidem rescripsit: *tres* ELECTOS *fuisse ad idem munus ecclesiasticum, cum tantummodo essent totidem* NOMINATI. Censuram ostendis in *cap. 28. X. de elect. et elect. pot.* Vnde facile est ad intelligendum, *nominationis* tunc ab *electione* diuersissimum fuisse significatum:

Eo sensu uix reperitur in decretis aut decretalibus.

(*h*) Ita accipitur *nominationis* uocabulum apud iuris ecclesiastici doctores. Qui tamen fallunt falluntturque, quod loca tam in *decretis*, quam in *decretalibus* commendant, ubi *nominationis* uox hoc quidem sensu offendatur. Miror certe ea in re audaciam et incuriam *Petri* GREGORII *part. 2. syntagm. lib. 17. c. 12. n. 24. et Arnold.* CORVINI *de benef. eccles. lib. 6. tit. 6.* aliorumq; iureconsultorum nouissimorum, qui illos exscribunt. Hunc tamen *nominationis* sensum clare habes in *Nouell. 123. cap. 18.* ubi patrono datur ius designandi personam, quam episcopus sine causa nequit repudiare.

Praesentationis uerbum.

(*i*) Si patronus episcopo commendat ad parochiam candidatos, tum dici id solet *praesentare* idque sigillatim. Nam uniuersim etiam uerbo tum utuntur *nominationis*, si princeps, collegium aut patronus candidatum episcopo sistit, quem oportet eundem instituere. De moribus praesertim Galliae christianae testantur *Petr.* REBVFF. *in praxi beneficior. tit. de collationibus §. praeterea p. 965. 966. seqq. Renat.* CHOPPINVS *de sacra politia lib. 1. tit. 2.* CORVINVS *de benef. eccles. lib. 5. tit. 7. de praesentatione.* Sed euangelicarum ecclesiarum instituta haec fere sunt. *Primo* ut patronus candidato uiam pandat ad sacra rostra *nominando*: deinde eius iudicio probatum legitime *uocet*: tum episcopo eundem sistat *praesentando*: episcopus examinatum inauguret *ordinando*: demum introducat eundem in sacrum coetum *instituendo inuestiendoque.* Sequimur enim nos consuetudines, Lutheri iudicio, in Saxonibus probatas. Sed ideo censuram CARPZOVII *in lib. 1. iurispr. consist. tit. 3. def. 22. 24.* alii non merentur, qui has uerborum leges ac limites egrediuntur.

NOMINATIONES 1) Galliae regis,

(*k*) Neque enim *rex* Galliae, cuius iussu omnia beneficia conferuntur uiris ab eo delectis, alio uerbo utitur, quam *nominationis.* Diciturque rex *nominator*; candidatus uero *nominatarius* adpellatur. Qua de re consulendi REBVFF. in *praxi beneficior.* tit. de *collationibus* §. *praeterea*; *Petr.* PYTHOEVS *de libertate ecclesiae Gallicanae p. 528. 529. seqq. Pierre de l'* HOMMEAV *en maximes generales du droict François liu. I. §. 10. p. 22. 23. sqq.*

2) *regis* Hispaniae,

Idem ius *nominandi*, quod tamen *praesentandi* uerbo solet exprimere, rex *Hispaniarum* habet exercetque, quod docent *Alfonsus de* ESCOBAR *de pontificia et regia iurisdictione c. 8. Alfonsus* GVERRERO *in speculo principum cap. 63.* aliique doctores. Qui tamen in eo differunt inuicem: quod alii hoc ius pontifici Romano adscribant ceu largitori *Palacios* RVBIOS *in libr. de beneficiis in curia uacantibus §. 9.* alii eius confirmationem tantummodo

Aegid.

CAP. II. Aegid. Gonzalez DAVILA *in historia Salmant. lib. 3. c. 18.* Rectiores omne fundamentum quaerunt in eo, quod Hispaniarum beneficia ecclesiastica debeantur regi ceu patrono aut principi. Quorsum etiam digitum intendit *Andr.* MENDO *in iuris quaestion. academicis lib. 1. §. 5. n. 161. 162. sqq.* et in *disquisit. militari 1. quaest. 12.* Idque propterea, quoniam eodem iure rex Hispaniae nominat milites sacrorum ordinum tam in Hispania *Cinesius* MOROTE *in patrocinio ordinis de Alcantara p. 24. Camillus* BORRELLVS *de praestantia regis catholici c. 50.* quam in regionibus Indiarum *Ioan. de* SOLORZANO *in politica Indica lib. 4. c. 2. Iohan.* ZAPARA *de iustitia distributiua part. 2. c. 14.* Id uero in Galliae regno habere debet pro iure praecipui, quod etiam primariis regis *administris* id detur, ut *candidatum* nominare queant eodem quidem *effectu*, ut episcopus illum sine causa idonea nequeat repudiare. Isq; *commendatus* seu *nominatus* beneficii candidatus nomen habere solet *indultarii. Ren.* CHOPPINVS *de sacra politia lib. 2. tit. 6.* CABBASVTIVS *in iuris canonici theoria et praxi lib. 2. cap. 4. Nat.* ALEXANDER *tom. VIII. hist. eccles. c. 7. art. 2. §. 7. p. 235.* Eodem scilicet iure, quo pontifices *nominandi* facultatem dedere *cardinalibus* aut suis *legatis*, sub uerbo *indulti*, qua de re *Nicol.* GARSIAS *de beneficiis tom. 1. part. 5. c. 3.* uan ESPEN *part. 2. tit. 25. cap. 9.* Ceterum est etiam hoc singulare, quod in *Gallia* insigni hoc priuilegio gaudeant ACADEMIAE, ut bonarum artium studiosos ad beneficia ecclesiastica *nominare* non solum queant: sed etiam nefas collatoribus ordinariis, alios tum ad haec spartarum genera admittere. Quae academiarum Galliae iura describunt DARTIS *de beneficiis sect. 7. c. 4.* DVARENVS *de sacr. minister. lib. 5. c. 13. Nat.* ALEXANDER *in historia ecclesiastica tom. VIII. cap. 7. art. 2. §. 6. 7. p. 233. 234.* Et licet laudabilem hanc consuetudinem plerumque tribuant pontifici Romano, qui *gratiis* suis et *expectatiuis* ea lege nuncium miserit, ut *academiis* ius daretur *nominandi*: conducit tamen hoc reipublicae multifariam. Ita enim academiae fiunt *frequentiores*, si ciuibus spes proponitur ad subeunda munera: deinde animi iuuentutis in patriis academiis formari et instirui possunt, prout *e re* est patriae *curiarum ecclesiarumque*, ut nihil contrahant labis peregrinae, cetera. Hunc etiam finem *regale edictum* habet, *die XXII. mens. Ian. an.* CIↃ IↃCC XVI. promulgatum: quo collatores parochiarum iubentur, alios ad ecclesiastica munera neq; nominare neq; praesentare aut uocare, nisi *testimonio doctrinae uitaeq;* instructi sint ab ordine *theologorum* academiae, in qua uixerunt. Verum alii aduersus haec academiarum Galliae priuilegia uirus euomunt incusantque pontificis Romani dominatum. Quod academiarum professores a curia Romana pendeant ab iisque iuuentus, ut non ueritas regnet, sed praeiudicia papatui conducibilia.

Galliae regis administri.

Imo nominant ad beneficia academiae.

§. 2.

(*l*) Quo ipso *nominatio* a nuda *commendatione* differt. Quoniam ultimam regunt officia *humanitatis*, *precarii*, *familiaritatis*: *primam* sustinet ciuilis plenissimaque obligatio. Eo quidem usque, quousque episcopus, patronus aut dominus territorii causas non habent idoneas, ob quas commendatum minus habilem et indignum repudient.

Nominatus nequit reiici, nisi sit indignus.

HAERETICI uerbum in sensu 1) ciuili,

§. 2. HAERETICI *uocabulo non utimur hic in* sensu ciuili, *quo triplicium sacrorum in Germania socii ita nequeunt adpellari* (*m*): *sed in theologico, quo haereticus audit, qui dogmata fouet aduersa theologiae formulari* (*n*).

2) theologico.

Qui pontifici haeretici non sint?

(*m*) Scilicet non *Deus*; sed *pontifex* et ab hoc seducti *imperatores*, igni et aqua interdixere *haereticos*. Id est homines christianos, qui *formulae* noluerunt subscribere ecclesiae *regnatricis* aut *dominantis*. Horreat oportet, quisquis dicas legit, quae in *haereticos* singularibus *titulis* tam in CODICE, quam in DECRETALIBVS sparguntur. Non solum coelo illos proscribunt, quod ferendum fuerat homini in fide sacrorum errabundo: sed etiam terra marique. Vt, quamprimum in haeresin incidat, amittat statim omnia rerum dominia, reipublicae honores, status. Imo non iuribus modo hominum excidat, sed etiam indulgentia, quam bestiis damus et brutis, ut auram trahant gaudeantque necessariis rebus ad uictum et cultum. Neque indocti tantum aeui haec dogmata sunt. Anno enim CIↃ IↃ CCIII. *Romae Anselmi Dandini Caesenatis* liber in maiori forma prodiit *de suspectis de haeresi*, ubi eadem poenarum diritate animaduertendum esse in illos docet, qui in haereseos tantum essent aliqua suspicione. Sunt autem genera suspicionis haec: *si pater fuisset haereticus; si tales fuissent praeceptores; si amici; si liberi; si coniuae; si familiares; si quis laudaret haereticum librum aut legeret eum; si disputando aduersus orthodoxos incalesceret; si in ecclesiae traditionibus esset languidus et frigidus; si princeps haereticos legeret in militiam; si illis dignitatem conferret equestrem* et quae surfuris sunt generis eiusdem. Haec autem poenarum et suspicionum genera cum exulent in Germania triplicium sacrorum, idque auctoritate PACIS *Passauiensis* 1552. *Augustanae* 1555. *Osnabrugensis* 1648. quilibet intelli-

CAP. II. telligit hoc sensu neq; catholicos ab euangelicis; neq; ultimos a primis habendos et aestimandos esse crimine haereseos.

Qui illi sint haeretici? (n) Tanta quidem acerbitate inde a pace *Passauiensi* ad nostra usque tempora disputatum est: *num rerum iuriumque communio in dictis pacificationibus dari potuerit haereticis orthodoxorum uoluntate?* Breuiter respondendum. Vocabuli *haeretici* sensum uel *ciuilem* et *canonicum* esse: uel uirgulae diuinioris in *sacro* codice. *Primi* auctores cum *homines* fuerint, quidni homines iidem potuerint eundem mutare, lenire, corrigere, tollere? *Vltimus* autem quoniam ciuiles effectus ac poenas non habet neque nexum tangit conuellitque reipublicae, ideo haberi potest pro immutabili. Hoc lumine scripta legi ac conciliari possunt, supra c. 1. litt. b laudata. §. 3.

PAROCHIAE uox generatim. §. 3. PAROCHIAE *nomine ad extremum complectimur hic cuiuscunque generis* spartam sacram *idque satis generatim* (o).

Quot sensus uox parochia? (o) Parochia *coetum significat eidem basilicae in sacris adligatum*. Quae uel *urbana* est, uel *pagana* extra urbem. Vtraque uel *mater* uel *filia*. Alii significatus, quibus parochi olim uel *publicis diuersoriis* uel *uecturis* praefecti, uel etiam unius *uici accolae* et incolae uel eidem *subiecti dioecesi* hoc nomine sunt adpellati, temporum usu sunt antiquati. Videri ac consuli hic possunt glossaria *du* FRESNE; SVICERI; MACRORVM fratrum; MORTIERII et qui sunt eiusmodi. Id cursim noto. Quod olim urbes in *parochias* ex aedium ordine ab uicinia non fuerint distinctae. Licuit enim cuique pastorem eligere, ad quem adfectus quemque tulit, non domus aut habitaculum. Post tamen cum pastores pro salario conducti atque eius pars essent sacrae sportulae, lege opus fuit, qua cuique ecclesiae certi domuum ac aedium numeri adsignati sunt, quam incolae nequiuerunt migrare. Inde querela *Nicolai le* MAISTRE *de patrimonio sacro lib. 2. cap. 9.* mihi non uiderur a partium studio aliena. Quoniam uerbis acerbissimis castigat illos ex sacro coetu, qui, suis parochiis neglectis, in alienis missas audiant et sacros sermones misceantque iura parochialia atque redeant, utait, ad antiquam illam ἀταξίαν. *Delirarunt itaque*, eius uerba sunt, *martyres et praelati, qui ordinem* parochialem, *quem seculi nostri uecors sapientia euertit, tantis conatibus compegerunt et pontifices ordinarunt parochias et certis finibus ministrorum curam definiuerunt*. Nam in seculo tertio *Dionysio* papae *parochiarum diuisionem*, Romae factam adscribit ANASTASIVS *in uitis pontificum*. Forte tantae finium parochialium regundorum lites non essent, si parochis minor cura opum et laudis. Vnde illi optime consulunt reipublicae christianae, qui rationes omnium hic statuunt aequales. Ceterum serius longe de parochiis cogitatum est in *pagis*. Nam olim ruricolas, nequidem nobililibus exclusis, missarum et sacrorum sermonum ergo, oportuit adesse in basilicis urbanis. Vt uero itinerum molestiis illi liberarentur, etiam ruri institutae sunt parochiae. Tolerantia *episcopi* et largitione uel *populi* uel *nobilium* uel utriusque. Inde ultimis libertas ad pastorem siue parochum *nominandum* et *praesentandum*. In urbibus impensae fuerunt *populi* plerumque: raro *magistratus*. Hinc in iure nominandi aut praesentandi dubio est praesumtio pro illis, qui populum *repraesentant* dicunturque patres aut curatores ecclesiae aut *leuitae*. A parochiis dicti sunt parochi *Pfarrer* siue *Parrer*: non domini parochiae *Pfarrherrn*, uti pro *Lehrer* scribunt *Lehrherr*. Quae terminatio et hic et illic est aeui sequioris.

CAP. III.

DE

RATIONE IVRIS NOMINANDI A PATRONATV DISTINCTA.

§. 1.

CAP. III. Pro iure NOMINANDI patroni parochiae. ILlud quidem negari non potest, quod nominandi *iura* patronatui *plerumque ita innexa sint, ut nonnisi* patrono (o) *data esse uideantur. Neque immerito. Cum enim* patronus *diuinioris coetus sociis haec sacra otia fecerit; suis impensis* (p) *extruendo basilicam, alendo pastorem ceteraque soluendo, quae exigi solent in parochiarum institutione; imo oportuerit forte homines rusticanos alias uel pastore carere uel quaerere eundem non sine itineris molestia ac sumtu in urbe, instar* medici *et* aduocati (q): *inde grati animi officium uoluit;* §. 1.

CAP. III. *luit, ut patroni etiam iudicio relinqueretur, quem ipse parochum uellet nominare, sistere in cathedra, uocare et praesentare episcopo ac plebi, idque eo iuris effectu, ut neutri fas esset, candidatum repudiare, nisi uel uitae uel doctrinae causa ad sacri muneris functiones inhabilem (r). Tantum ergo abest, ut* VOETIANIS *(s) dein calculum meum reprobemque patronatus iura, ut potius illa, me iudice, maximum omnino fauorem mereri uideantur (t).* §. I.

De iure patronatus AVCTORES.

(o) Vnus enim idemque, in pagis praesertim, credendus est et basilicam condidisse et parocho detulisse beneficium siue feudum *das Pfarr-Leben* unde haberet, quae pertinent ad uictum cultum ideoque promeruisse, ut et *nominaret* parochum et *uocaret praesentaretque*. Instar *uasalli* aut hominis beneficiarii alius, uulgo *der Leben-Reuter*. Quem quidem *nobilis* legit alitque equi publici causa, quem habere debet in praedio uulgo *das Ritter-Pferd*. Principis tamen est de habilitate equitis clientelaris iudicium ferre, ne seruitiis militaribus, ad quae designatus, sit impar. Verum de *iure patronatus* cum plurimi scripserint, ego nolo aliquid addere. Licet plerorumque scripta lumine indigeant ueteris et medii aeui. In hoc numero sunt *principio* iureconsulti interpretes NOVELLARVM *Iustiniani LVII. c. 2* atque *CXXIII. c. 18.* ubi relinquitur illi, qui ecclesiam aut *fabricauerit* aut dederit eo *alimenta*, ut statuat clericos; modo episcopus illos examinet atque ordinet. *Deinde* commentatores iuris pontificii praesertim *lib. III. tit. 38.* in DECRETALIBVS, qui est de *iure patronatus*. *Tum* doctores de FEVDIS ecclesiasticis, in quo numero *die Pfarr-Leben*, quoniam parochus patroni est uere dictus uasallus. *Post* qui iura tractant CONSISTORIORVM atque episcoporum. *Praeterea* casuum CONSCIENTIAE, quos dicunt, magistri. *Porro* SYSTEMATVM auctores theologicorum aut iuris ecclesiastici. *Nec* minus illi, qui singularia iura tractant PAROCHIALIA, de quibus bene meritus est *excellent. dn. Boehmerus*, aut de BENEFICIIS ecclesiasticis. *Vltimo* indicandi sunt, qui de IVRE PATRONATVS scripserunt ex instituto libros singulares. In quibus sunt ex *nostratibus* SCHOENBERG; FINCKELTHAVS; *Matth.* STEPHANI; *Casp.* VNRATH, quem edidit quoque Fritschius; *Christ.* WEBER; *Frid.* MARTINI: ex *reformatis Paul.* VOETIVS et *Martin.* SCHOOKIVS, qui eius argumenti dissertationibus inuicem sunt digladiati, cum primus iura patronorum improbauerit, defenderit autem ultimus: ex *pontificiis* autem *Rochus de* CVRTE; *Ioann. de* ANANIA; *Georg.* CABEDO; *Io Petr.* FONTANELLA; *Claud.* TVTIVS; *Iulian.* VIVIANVS; *Io. Nic.* DELPHINAS; *Paul. de* CITADINIS; *Caesar* LAMBERTINVS, *Zach.* HERMANN et forte plures alii. Taceo illos, qui dubia patronatus iura responderunt in consiliis ac decisionibus. In quorum classe sunt *Rol. a* VALLE *uol. 1. conf. 47. Fr.* ZYPAEVS *in consultationibus canonicis lib. 3. consultatione 4. 5. 6.* KLOCKIVS *tom. I. consil. 51. p. 443. seqq.* quod est ualde momentosum. *Ioan.* WAMESIVS, qui de patronatus iure *consiliorum* auctor a *CCCCLXIX. ad CCCCLXXX. a p. 380. ad p. 406. Io. Bapt.* FERRETVS *conf. 179.* BESOLDVS *conf. 1. et 297. Christoph. Philipp.* RICHTER *part. 1. conf. 28. et uol. 2. conf. 31. 271. 295. 429.* MARPVRGENSES in iisque *Vulteius uol. 4. conf. 26.* CHRISTINAEVS *uol. 1. decis. 65. 67. 71. 299. 352.* MENOCHIVS *conf. 97 321. 654. 640.* COTHMANNVS *uol. 1. resp. 45. uol. 2. resp. 68. uol. 4. resp. 33. et in Acad. resp. 29. 30.* PRVCKMANNVS *uol. 1. conf. 30. 43.* CRAVETTA *conf. 82. I. B. de* LYNCKER *respons. 74. 81. 89. 122.* BRVNNEMANNVS *conf. 142. 162.* CARPZOVIVS *lib. 1. tit. 4. respons. 34. et lib. 5. tit. 3. resp. 16.* atque *decis. 5. et 6.* innumerique alii.

Nouellae. *Decretales* *Feudistae.* *Consistoriales.* *Casuistae.* *Systematici.* *Parochiales.* *Opuscula peculiaria 1) Lutheranorum, 2) reformatorum, 3) pontificiorum.* *Consilia et consultationes.*

Causa iuris patronatus.

(p) Haec enim iuris patronatus uera origo, quam uere aperit laudatque *Nou. 57. c. 2. Nou. 123. c. 18.* atque ipse etiam pontifex *cap. 3. 15. 25. X. de iure patron.* Inde uulgi sermo: *patronum faciunt dos, aedificatio, fundus.* Licet autem haec ab aliis *disiunctiue* siue diuisim accipiantur BARBOSA *lib. 3 iur. eccles. c. 12. n. 61.* CANISIVS *in cap. 3. X. de iure pat.* ego tamen ex aduerso puto esse contendendum, quod etiam faciunt GARCIA *de benef. part. 5. c. 9. n. 44.* FINCKELTHAVS *cap. 4. n. 74.* Si enim unus basilicam *condidit*; alter eam *dotauit*; tertius est fundi *dominus*: tum plerumque omnes sunt in patronatus societate. Ita ut uel omnes illum exerceant, uel uni haec, alteri alia relinquatur iuris eius pars. Potest tamen aliud fieri atque uni omnia relinqui *pacto*; *praescriptione*; *priuilegio*.

Desideria medicorum et parochorum in praediis rusticanis.

(q) Quam enim miseri sunt in uillis rusticanis ualetudinarii, ut, quoties ope indigent *medici* aut causarum *patroni*, toties illum ex urbe eos oporteat euocare, ideoque non leues facere impensas saepe etiam post uulneratam causam expectare inutile et intempestiuum uel sero quaesitum remedium. Conferat igitur haec rusticorum et nobilium rusticantium desideria in *medico* nonnisi in urbe quaerendo cum illis temporibus, ubi pagis et uillis negati fuere pastores et parochi, quisquis patronis inuidet iura patronatus. Solis urbibus erant adfixi atque inclusi pastores: usque dum patronorum liberalitas illos inde in pagos ac uillas, felici sidere, euocaret.

Qui, in beneuolentiam patroni, facile candidatus sperni

(r) Olim certe maior *patronorum* in *parochis* uocandis auctoritas, quoniam in candidatos parochiae olim minor suffecit

Non debeat in consistoriis?

cit scientiarum adparatus. Qui sedulus sacri codicis lector; qui rituum ecclesiae non expers; qui cetera uir candidus, apertus, industrius, probus: ille sacram spartam idonea ratione potuit exornare. Cetera relicta sunt academicis theologis, ab ipso EVSEBIO *in praep.* euangelica a parochiali munere distinctis. Qua de re *dn. praeses* legi potest de philosophis caute legendis §. 17. Et unde Germanis academicae theologiae olim peritia? cum ad seculi XIV. tempora usque academiis fuerint destituti. Meminerint ergo illi, qui *episcopalia iura* hodie tractant, ut in examine candidati parochiae mitius agant, multo minus indulgeant adfectibus aduersus patronum, si candidato eius auctoritate uocato, dent repudium aut repulsam. Edicendo eum inhabilem: si forte ultimos apices nesciat peregrinarum linguarum, aut fugiant eum quaedam technicae theologiae uerba nesciatque tricis satisfacere polemicis. Cetera tamen sit in amore patroni et sacri coetus; diuinorum edictorum non ignarus; usu magis, quam arte doctus; bonus etiam ac probus. Sed dices in tantis theologiae cultorum numeris hodie non opus esse hominibus indoctis. Quicquid pristini moris laudauerint patroni.

Num iura patronatus ex euangelicis ecclesiis proscribenda?

(s) Acerbissimis enim uerbis ille inuehitur in *iura patronatus*, quae etiam proscripta uult e republica christiana. Quoniam partus sint Romani pontificis, qui his illecebris inuitauerit laicos nobiles, ut augerent sacra patrimonia sicque nominationis et praesentationis iura eriperent plebi. Idem cum eo REVNESSIVS. Respondit utrisque non minori acrimonia *Mart.* SCHOOKIVS *in exercit. XIIX. de iure patronatus* putatque nouaturientia haec dogmata publicam poenam mereri. Quoniam patronatus iura *synodo* DORDRACENA probata sint: aduersus quae nefas sit in Belgio disputare. Frustra certe improbanrur pontificis omnia, sine discrimine instituta, cum pleraque habeant mulrum laudis. Deinde gratiae ideo potius habendae pontifici Romano, cuius auctoritate factum est, ut pagi ab urbanis parochiis, quibus ante addicti fuere, eximi possent atque in illis peculiares parochiae institui. Argumenta utriusque per epitomen exhibuit *uir excell. dn.* BOEHMERVS *in libro de iure parochiali.* Qui hic legendus.

Patronatus num ipso iure acquiratur.

(t) Quoniam *leges* prospiciunt patrono, ut non opus sit *pactis*. Siue igitur testibus siue instrumentis siue alius generis monumentis, inscriptionibus, picturis, sculpturis, insignibus, clypeis, uexillis ceterisque argumentis probet, maiores suos parochiae esse auctores, omni iure ei debebitur ius patronatus. Nisi quidem, quod facti est, illud amiserit. Imo non solius parochi nominatio patroni est; sed etiam *cantoris, custodis, organistae, musicorum* ceterorumque eius generis munerum parochiae annexorum. Vt eundem cum ipsa nominatorem uelle et exigere uideanrur. Neque etiam multum dari hic debet *plebi*. Quoniam huic sufficerit aliquam habere parochiam, quam olim habuerant nullam. Nisi plebs aut populus in societate oneris parochialis sit: ubi iudicium ferri debet proditum *cap. 2. §. 3. litt. o.* superius.

NOMINATIO a patronatu quandoque *aliena*.

§. 2. *Fieri tamen potest multifariam, ut* nominatio *ex grauibus atque idoneis caussis nel negetur patrono (r), uel in alium transferatur. Saluis ceteroquin* iuribus *patronatus* aliis *(s) atque patroni auctoritate. Quas caussas, eo nunc ordine, quo se offerunt, enarrabimus atque exponemus.*

Qui patroni destituantur iure nominationis?

(r) Non quod patronus iura, quae ab initio habuerat, amiserit prorsus, de illo enim agitur, quando caussae indicantur, quare *patronus* iura patronatus amittat. Quales sunt *derelictio; haeresis; praescriptio; deletio parochiae;* impensarum et *redituum parochialium* negatio; *delictum* patroni, cetera, de quibus agunt LAMBERTINVS *lib. 3. de iure patronatus art. 4. 5. 6.* FINCKELTHAVS *de iure patron. c. 7.* aliique supra lit. o. laudati scriptores. Verum id requirimus, ut habeamus caussas, quare patroni a solo *nominandi* iure uel principio statim uel post demum abstinuerint reliquerintque hanc facultatem aliis. Quod in nullo fere dictorum auctorum reperitur.

Quae iura patrono iuxta nominationem?

(s) Scilicet manet patronus, etiam *nominatione* alii relicta, ecclesiae *benefactor tutorque;* aperit parocho uiam ad *cathedram; praesentat* eum episcopo; *uocat* eundem; *reuerentiam* accipit; *preces* pro eius salute ad Deum fundit coetus in publico conuentu; censor perpetuus uitae ac doctrinae pastoris; redituum parochialium custos: cuius etiam *paupertati* succurrere oportet parochiam et quae alia sunt generis eiusdem. Quibuscum nihil commune *nominatori:* ut omnia potius solius *patroni* iuribus relicta esse uideantur. Egerunt autem de *commodis* patronatus *Ioan. Nic.* DELPHINAS *de iure patron. lib. 2. Rochus a* CVRTE *in iure patr.* cap. *de utilitate patroni;* LAMBERTINVS *lib. 3. artic. 6. 7. sq.* MAGERVS *de aduoc. armatae. c. 10.* TVSCHIVS in *tit.* patronus *conclus. 139. sq. Ioan. Aloysius* RICCIVS *in praxi iuris patronatus decis. 203. 207. seq.* FINCKELTHAVS *cap. 6.* et quaeso qui non? Quorum mentionem ideo faciendum puto

CAP. III. puto licet cursim, ne quis existimet, iure nominandi amisso, perdi reliqua omnia commoda patronatus nilque quam nomen illius otiosum superesse ac relinqui. §. 3. 4.

Causa I. iudicium de candidati habilitate.

§. 3. Principio *quidem patronus in designatione aut* nominatione *candidati malunt* peritiorum *inque studio rerum diuinarum uersatissimorum* theologorum *iudicia, quam proprium sequi (t) atque illis ideo curam* nominandi *relinquere ac demandare. Quorsum refero* nominationes Galliae *academiarum. Haud enim dubie academici professores de studiosorum ingenio, industria, profectibus, indole, moribus, habilitateque maturius iudicium ferre queunt, quam alii, quibus illi de facie, habitu, facundiaque protinus ac breui innotescunt uel ab aliis commendantur. Id ipsum certe Galliae patronos commouisse existimauerim, ut* nominationes *ab ordine collegioque professorum expectarent (u).*

Patroni rerum sacrarum ignari qui peritioribus reliquerint nominationes?

(t) Olim praesertim, ubi in Germanis *nobiles uiri arma* maluerunt, quam *litteras.* Vt adeo de ultimis nequiuerint illi iudicium ferre. Sermone accepi aliorum, *Halberstadii* in locisque aliis istius uiciniae plerosque *ecclesiarum patronos* id dedisse episcopo siue *superintendenti*, ut *commendaret* candidatos parochiis, iudicio eius auctoritateque patroni postea inaugurandos. Pertinet forte huc diploma FRIDERICI *Thuringiae landgraui; marchionis* MISNIAE; SAXONIAEQVE comitis *palatini*, quo an. 1443. ius *patronatus* duarum ecclesiarum *Settelstettensis* et *Hoerselgauiensis* coenobio Isenacensi beatae *uirginis* donauit. Diploma ipsum *Christ. Franc.* PAVLLINI exhibuit *annal. Isenacens. p. 112.* Sacri enim istius collegii socii melius haud dubie iudicium ferre potuerunt de dignitate candidati parochialia, quam Thuringiae landgrauius, aliis rempublicam regendi artibus ac curis occupatus.

Exemplum academiarum nominationis in regno Galliae.

(u) Cum actum sit de illis supra *cap. 2. §. 1. litt. k.* eo nos remittimus. Quorsum etiam referre licet *nominationes* Saxoniae academiarum ad spartas muneraque docentium. Cum ab idoneo huius generis iudicio incrementum et salus academiae pendeat, quod ab aulicis administris, rei scholasticae uel ignaris uel parum studiosis, nequit expectari.

II. Honor datus principi.

§. 4. Deinde *ne priuato conatu sisteret parochum patronus, dare hoc potuit* honori principis *aut domini territorii (x), ut ab huius* nominatione *auspicioque sacrae spartae collationem exordiretur. Regnauit haec causa in primariis precibus imperatoris (y) atque eius generis nominationibus aliis: quae omnia adprobata sunt a patronis. Idem forte dicere licet de Hispaniae rege huius generis nominatore (z).*

Nominationes honori datae domini territorii aut fundi.

(x) Nam domino territorii multum quoque debetur, quod ipse tolerauerit parochiarum in pagis initia ac insolentiam. Certe urbibus, quarum florem ut princeps conseruet, eius interest maximopere, rusticanarum parochiarum institutiones plurimum nocuerunt. *Principio* enim *rustici* dominica die plerumque in *urbibus* sunt commorati, ut *missas* uiderent et sacros audirent sermones. Vnde cauponis et hospitiis ciuitatum multum lucri accessit. Quod postea non fuit, quam originem sumpsissent in pagis institutae parochiae. *Deinde* etiam sportulae sacrae parochis urbanis sunt detractae ac deminutae, ex quo datum ruricolis, ut suis laribus ac penatibus gauderent in pagis. Inde onus non leue territorii domino, quo salaria urbanorum parochorum illum oportuit augere. *Tum* agri rusticanis parochiis adsignati (*die Pfarr-Hufen, Pfarr-Leben*) uenere in manus mortuas. Quod nouum damnum principis, cui alias in illis agris spes *tributorum* et *aperturae.* *Rochus de* CVRTE *de iure patron. tit. de fundatione.* L. B. de SCHENCK *in* Lud. opusc. tom. II. *comment. ad 2. F. 54.* *Porro* territorii ac fundi dominis etiam in illis, quae in fundo extructa et aedificata sunt, auctoritas debetur, non melius declaranda a nouo coetu aut patrono, quam relinquendo illis parochi nominationem FINCKELTHAVS *cap. 4. de iure patron. n. 61.* LAMBERTINVS *lib. 1. de iur. patron. art. 18.* *Taceo* quod domini etiam interfit atque olim interfuerit magis, ne parochi animos habeant rerum nouarum studiosos excitentque turbas in coetu. Quod certius caueri non potest, quam dando *nominationes* principis honori. Et quae causae aliae plures sunt, unde fieri potuit, ut *ius nominandi* esset principis: *praesentatione* patrono ordinario relicta.

De iuribus imperatoris in beneficia ecclesiastica cursim.

(y) Habuit olim ideo plura imperator in sacris beneficiis conferendis per uniuersum imperium. *Primo* nominauit e*legitque* episcopos, instar regis Galliae, quam spartam illi eripuerunt sacri collegae, canonici. *Deinde* iure gauisus est *primariarum precum.* *Tum* gratiis est usus, quibus coenobiis et sacris collegis commendauit pauperes instruxitque litteris

CAP. III. §. 4. 5.

teris commendatitiis *aut panis-Briessen*. *Post* fuit episcoporum heres in rebus praesertim mobilibus. *Demum* in plurimis etiam *cathedralibus ecclesiis* locum habuit *canonici*. Exemplo *Aquisgrani*, *Argentorati*, *Leodii*, de quo *Aut.* MATTHAEI *lib. 2. de nobilitate cap. 48.* *Ad extremum* inaugurauit quoque praesules accepitque iura *annatarum*. De quibus *dn. praes.* egit ex instituto *de iure annatarum principum euangelicorum*. Id uero notandum, quod haec iura imperatoris *in territorius archi-principum* Germaniae neminem turbare debeant. Nam referri hoc potest ad *Carolingici imperii* reliquias. Quas archiprincipes, partim praesulum, partim pontificis ergo, non potuerunt delere. In *nouis* tamen *praesulatibus* non imperatoris haec iura fuerant, sed principis territorialis. Exemplo *ducatus Brandenburgici*; *Pomeraniae* aliorumque.

De iuribus Hispaniae R. in iisdem.

(z) Qua de re actum est superius *cap. 2. §. 1. litt. k.* Quorsum etiamnunc liceat prouocare.

III. SVPERSTITIO.

§. 5. Praeterea *noui aliquid neque hoc est, quod* laici patroni *sibi quidem religioni duxerint, parochos nominare aut sortiri clericos. Quoniam eius generis munera habita sunt pro* spiritualibus *(a). Vt adeo maluerint nominationes sequi episcopi uel sacri collegii (b), ne ueteris disciplinae christianae limites ac mores uiderentur migrauisse.*

Num ius patronatus sit SPIRITVALE?

(a) Pudeat *euangelicos iureconsultos*, qui hodieque pontificiali lyra ac larua aliis illudunt: *ius patronatus*, in primis *nominationum* causa, *rem esse spiritualem* aut nescio, quo demum monstro rationis, *mixtum*. Scio quidem ita uulgo dici: *quoniam illud spiritualibus sit adnexum*; quoniam, instar rerum *diuinarum*, aestimari nequeat pretio rei mundanae; quoniam sit *indiuisibile*; nequeatque uendi et quae sunt eiusmodi.

Dogma putidum inter euangelicos.

Quas argutias recensent *Petr.* GREGORIVS *lib. 17. syntagm. c. 4.* LAMBERTINVS *de iur. patron. artic. 5. qu. 9.* VVLTEIVS *uol. 4. consl. 25. n. 39.* ipseque FINCKELTHAVS *cap. 8. n. 3. 4. 5. seq.* Verum enimuero coecum esse oportet, qui non uiderit *uersutiloquas* cleri *malitias*.

Proscriptum ab ipsis pontificiis ecclesiis in Gallia

Id enim illis agunt, ut *dubia* patronatus *iura* ciuili eripiant foro uindicentque episcopali. Ipsi hoc *principes* pontificii intelligunt, qui, sacris hisce non obstantibus, docent: tuenturque: *patronatum* ciuilis iuris caput esse iudicemque uelle nonnisi ciuilem. Ita AVFRERIVS *de potestate seculari reg. IV. fallent. 21.* REBVFF *in quibus casib. iud. secul. n. 21.* COVARRVVIAS *pract. quaest. cap. 36.* aliique docent: quod GALLIAE rex patronatus iura habeat pro ciuilibus decidanturque sententia

et Anglia catholica.

iudicis laici. Idem olim etiam in *Angliae* regno factum atque strenue propugnatum: *de patronatu iudicare non episcopi esse, sed iudicis laici.* Loquatur *Matth.* PARISIENSIS *ad an. 1164.* Cuius uerba sunt: *De aduocatione*, PATRONATV *et praesentatione ecclesiarum si controuersia emerserit inter laicos uel inter hos et clericos uel inter clericos solos, in* CVRIA DOMINI REGIS *tractetur et terminetur.* Idem *Thom.* VVALSINGHAM *ad an. 1343.* *De* IVRE PATRONATVS, *quod nos et* FIDELES *nostri obtinemus, tractari duntaxat debet in curia nostra regali.* Quid? quod etiam idem ecclesiasticae semper leges uoluerint in Anglia, ut *patronatus causae* coram *laico* tantum regis *iudicio* agerentur. Edidit *constitutiones* hasce *Guilielm.* LVNDVVOOD, in quibus euolui hic debet *lib. 3. tit. 21. p. 217. seqq.*

Furor Alteserrae.

Efferuescit aduersus *utriusque regni* has consuetudines *Ant. Dadin.* ALTESERRA *lib. VI. de iurisdict. eccles. c. 11. p. 229. 230.* Cuius uerba sunt haec: *Iure pontificio de iure patronatus cognoscit* EPISCOPVS. *Quia illud adnexum est spirituale.* MORIBVS NOSTRIS (Galliae scilicet) *causa iuris patronatus spectat ad iudicem* LAICVM. *Quia, deprauato fere rerum omnium sensu, ius patronatus habetur pro temporali. Neque ea ecclesiae labes Galliae peculiaris: quia iam olim etiam hoc dogma tuita est ecclesia* ANGLICANA. *Quam fere pessumdedit.* Plurimum alias tacere soleo scripta Alteserrae. Verum is auctor hic abripitur adfectibus et partium studio corruptissimo.

Dogmatis explosio.

Quaeso enim, quae argumenta idonea sunt, *patronatum parochialem* esse *rem spiritualem*? *Primum* est, esse rei spirituali, muneri parochiali adnexum. *Repono.* Atqui etiam est annexum praedio patroni. Quod in numero rerum secularium. Imo primum etiam falsum est, quia patronus non facit parochum: sed praesentat. *Deinde* negatur patronatus iura aestimari non posse. Nam utique praedia maioris constant, quibus ius patronatus est adnexum. *Tandem* qui probauerit nexum a *re indiuidua* et *inalienabili* ad indolem spiritualitatis? Technicis uerbis utor in hisce gerris ac technis cleri uersutissimi. Hoc tamen uerum est: quod plures patronos id egerit in transuersum, ut, fabula hac credita, *nominationes* minimum aut iura patronatus uniuersa cederent sacris collegiis.

Patronatus SACRI COLLEGII *qui debeatur laicis?*

(b) Ne exemplo destituatur nostra coniectura. Offendis haec apud PAVLLINVM *in annal. Isenac. ad an. 1215. p. 34.* et in *dn. praesid. reliquiis manuscriptorum ad an. 1203. tom. 1. num. 11. p. 22.* Taceo alia plura. De illo tamen certus sum: *quod pleraque, si non omnia, sacra collegia ius patronatus non ex fundatione aut aedificatione*

CAP. III. *ne habeant, sed ex donatione et cessione pa-tronorum laicorum.* Tantum abest, ut uerum sit, quod alii docent, patronatus A iura gratiae deberi pontificum aut episcoporum. §. 6.

IV. IMPENSARVM parochialium COMMVNIO.

§. 6. Post *cum patronatus iura uix alterutro sustineantur requirantque, ut patronus parochiae ecclesiam, stylo sacro utor, et fundet et dotet idque ipse* solum: *euenire potuit, ut alii primum, iterumque alii acceptum deberetur alterum. Inde unus* nominationem: *alter* cetera patronatus *iura acceperunt sibique adrogarunt* (a). *Esse hinc puto, quod urbanae parochiae* nominandi *iura plerumque* plebi *indulgeant. Quod credendum sit, illam in impensarum basylicae et conditae et dotatae communione fuisse cum magistratu* (b). *Contra sentiendum in parochiis rusticanis. Vbi omnis generis onera sacra dynastam nobilem tenuerunt in tanta ruricolarum et seruorum olim egestate* (c)

Vni PAROCHIAE *si* PLVRES *largiantur,*

(*a*) Licet enim disputent inuicem iureconsulti: *utrum sola* DOTATIO: an AEDIFICATIO *basylicae sola faciant patronum?* Supra iam illud negaui *cap. 3. §. 1. litt. p.* Fieri sane potuit: *ut unus basylicam* CONDERET; *alter* DOTARET *eam salarioque adficeret parochum aut in alterutro uel etiam utroque* PLVRIVM *largitiones conuenirent. Qui singuli ideo uiam sibi esse crediderunt ad ius patronatus.* Tum

Patronatus uel pluribus COMMVNIS,

igitur uel eiusdem ecclesiae patronatus pluribus factus COMMVNIS, ut in nominando de *personis* nominatis inuicem *conuenirent:* uel *singulis* ius fuit personam praesentandi peculiarem, unde *episcopus* parochum eligere poterat: uel *nominatione* tum usi uicibus *alternis*, quod omne fieri posse, sua auctoritate, firmat deciditque pontifex Romanus in *cap. 2. plures, de iure patron. in Clement.* de quo LAMBERTINVS *de iur. patron. lib. 1. part. 1. qu. 3. Rochus de* CVRTE in tit. *acquisitio*: uel patronatus iura DIVISA sunt distinctis

uel DIVISVS officiis *distinctis.*

officiis illius. Ita quidem, ut *unus* largitor *nominaret* parochum: alter *praesentaret:* tertius *uocaret: alius* iterum eligeret tantummodo *custodem* aut *cantorem*, quod minus fecisset impensarum in parochiae institutione. Ita enim fieri omnino debuit, ut qui parcior fuisset in *largiendo*: idem etiam *uiliori officio* defungeretur in patronatu. Licet alias regula iuris sit: *patroni sunt aequales. Tantum iuris, qui angulum basylicae aedificat, quam illi, cuius impensis fiunt anguli tres.* Quam urgent SCHVRFFIVS *cent. 3. cons. 35. n. 2.* PFEILIVS *cons. 182. n. 13.* REINKING *de regim. eccles. lib. 3. class. 1. cap. 9.* Qui omnes uere sunt in primo genere: *ubi largitoribus placuit* COMMVNIO; *non uero in altero, ubi plura patronatus* OFFICIA *inuicem uolunt diuisa.* Vt adeo hoc lumine ea indigeant, quae habent COTHMANNVS *in resp. acad. l. n. 40.* FINCKELTHAVS *cap. 4. n. 57.* RICHTER *uol. 2. cons. 429. n. 5. 6. sq.* pluresque alii.

Cur in urbanis *parochiis iura* nominandi *distin-*

(*b*) Exemplum luculentissimum est huius ciuitatis in eaque PAROCHIAE VLRICIANAE. In illa enim *nominandi* facultas apud *plebem*, cuius iura exercent cu- B ratores eius sacri, *die Kirch-Väter:* ius autem *praesentandi* sibi uindicat senatus, in cuius tamen societate esse contendunt pariter mandatarii sacri cœtus *die Kirch-Väter*: quam praesentationem demum sequitur uocatio. Idem iuris est in reliquis duabus *Halae* parochiis. Quam litem etiam recenset *excell. dn.* BOEHMER *de iure paroch. sect. 3. cap. 1. §. 13.* Alium ca-

cta sint a reliquis patronatus?

sum argumenti eiusdem habet CARPZO- C VIVS *in decis. 5.* Vbi causa occurrit haec: *Ius patronatus sibi adrogat unus idque solus: alter ostendit sibi etiam in patronatus exercitio deberi suffragium.* Quaeritur, an ultimus habendus ideo sit pro COMPATRONO? Adfirmauit *consistorium Lipsiense* an. 1643. negauit *Carpzouius*, quoniam suffragii iura in uocando non efficiant ius patronatus. Ego crediderim iuris *patronatus* diuersos esse significatus. Nunc D enim PATRONVS audit *ecclesiae conditor* et *altor* cum iure *nominandi, praesentandi, uocandi:* iterum ad *patroni* nomen sufficit alterutrum. Idque ideo, quoniam ille, qui aliquid contulit impensarum ad *instruendam parochiam*, nomen ipso iure tulit patroni. Idque eousque, quousque non constat, quod iuri suo miserit in gratiam alterius nuntium. Atq; ita causas exemplaque uidemus COMPATRONORVM E uel in sensu pleno uel in uno tantum alteroue *patronatus* OFFICIO nominationis, praesentationis, uocationis. Inde decisionum formulae: *daß beyde bey ihrem hergebrachtem* mit - Vorschlagungs - Recht; *dem iure compraesentandi, oder auch als* compatronus *zu schützen.* Ceterum est etiam illa causa COMPATRONATVS, si alium habet patronum basylica *mater*, alium *filia.* Quo de constitutio regis *Porussiae* F extat anni 1710. quam exhibet *uir consult.* MYLIVS *in codice constitut. Magdeburg. part. 1. num. 40. p. 153. Wenn die* patroni in matre *mit den* patronis in filia concurriren, *hat sich iener mit diesem uor ausgestellter* uocation *zu vergleichen, oder in entstehung dessen den Ausspruch des* consistorii *zu erwarten. Wie dann anderer Gestalt das* Examen *des* Candidati *von dem* Consistorio *keines weges uorzunehmen.* Cursim moneo,

teris commendatitiis *nit panis-Brieffen.* *Post* fuit episcoporum heres in rebus praesertim mobilibus. *Demum* in plurimis etiam *cathedralibus ecclesiis* locum habuit *canonici*. Exemplo *Aquisgrani*, *Argentorati*, *Leodii*, de quo *Ant.* MATTHAEI *lib. 2. de nobilitate cap. 48.* *Ad extremum* inaugurauit quoque praesules accepitque iura *annatarum*. De quibus *dn. praes.* egit ex instituto *de iure annatarum principum euangelicorum.* Id uero notandum, quod haec iura imperatoris *in territorius* A *archi-principum* Germaniae neminem turbare debeant. Nam referri hoc potest ad *Carolingici imperii* reliquias. Quas archiprincipes, partim praesulum, partim pontificis ergo, non potuerunt delere. In *nouis* tamen *praesulatibus* non imperatoris haec iura fuerant, sed principis territorialis. Exemplo *ducatus Brandenburgici*; *Pomeraniae* aliorumque.

De iuribus Hispaniae R. *in iisdem.*

(z) Qua de re actum est superius *cap. 2. §. 1. litt. k.* Quorsum etiamnunc liceat prouocare.

III. SVPERSTITIO.

§. 5. Praeterea *noui aliquid neque hoc est, quod* laici patroni *sibi quidem* religioni *duxerint*, *parochos nominare aut sortiri clericos. Quoniam eius generis munera habita sunt pro* spiritualibus *(a)*. *Vt adeo maluerint* nominationes *sequi* episcopi *uel sacri collegii (b)*, *ne ueteris disciplinae christianae limites ac mores uiderentur migrauisse.*

Num ius patronatus sit SPIRITVALE?

(a) Pudeat *euangelicos iureconsultos*, qui hodieque pontificiali lyra ac larua aliis illudunt: *ius patronatus*, inprimis *nominationum* causa, *rem esse spiritualem* aut nescio, quo demum monstro rationis, *mixtum*. Scio quidem ita uulgo dici: *quoniam illud spiritualibus sit adnexum*; quoniam, instar rerum *diuinarum*, aestimari nequeat pretio rei mundanae; quoniam sit *indiuisibile*; nequeatque uendi et quae sunt eiusmodi. Quas argutias recensent *Petr.* GREGORIVS *lib. 17. syntagm. c. 4.* LAMBERTINVS *de iur. patron. artic. 5. qu. 9.* VVLTEIVS *uol. 4. consil. 25. n. 39.* ipseque FINCKELTHAVS *cap. 8. n. 3. 4. 5. seq.* Verum enimuero coecum esse oportet, qui non uiderit *uersutiloquas* cleri *malitias*. Id enim illis agunt, ut *dubia* patronatus *iura* ciuili eripiant foro uindicentque episcopali. Ipsi hoc *principes* pontificii intelligunt, qui, sacris hisce non obstantibus, docent tuenturque: *patronatum* ciuilis iuris caput esse iudicemque uelle nonnisi ciuilem. Ita AVFRERIVS *de potestate seculari reg. IV. fallent. 21.* REBVFF *in quibus casib. iud. secul. n. 21.* COVARRVVIAS *pract. quaest. cap. 36.* aliique docent: quod GALLIAE rex patronatus iura habeat pro ciuilibus decidanturque sententia iudicis laici. Idem olim etiam in *Angliae* regno factum atque strenue propugnatum: *de patronatu iudicare non episcopi esse, sed iudicis laici.* Loquatur *Matth.* PARISIENSIS *ad an.* 1164. Cuius uerba sunt: *De aduocatione*, PATRONATV *et praesentatione ecclesiarum si controuersia emerserit inter laicos uel inter hos et clericos uel inter clericos solos, in* CVRIA DOMINI REGIS *tractetur et terminetur.* Idem *Thom.* VVALSINGHAM *ad an.* 1343. *De* IVRE PATRONATVS, *quod nos et* FIDELES *nostri obtinemus, tractari duntaxat debet in curia nostra regali.* Quid? quod etiam idem ecclesiasticae semper leges uoluerint in Anglia, ut *patronatus causae* coram *laico* tantum regis *iudicio* agerentur. Edidit *constitutiones* hasce *Guilielm.* LYNDVVOOD, in quibus euolui hic debet *lib. 3. tit. 21. p. 217. seqq.*

Dogma putidum inter euangelicos.

Proscriptum ab ipsis pontificiis ecclesiis in Gallia

et Anglia *catholica.*

Furor Alteserrae.

Efferuescit aduersus *utriusque regni* has consuetudines *Ant. Dadin.* ALTESERRA *lib. VI. de iurisdict. eccles. c. 11. p. 229. 230.* Cuius uerba sunt haec: *Iure pontificio de iure patronatus cognoscit* EPISCOPVS. *Quia illud adnexum est spirituale.* MORIBVS NOSTRIS (Galliae scilicet) *causa iuris patronatus spectat ad iudicem* LAICVM. *Quia, deprauato fere rerum omnium sensu, ius patronatus habetur pro temporali. Neque ea ecclesiae labes Galliae peculiaris: quia iam olim etiam hoc dogma tuita est ecclesia* ANGLICANA. *Quam fere pessumdedit.* Plurimum alias facere soleo scripta Alteserrae. Verum is auctor hic abripitur adfectibus et partium studio corruptissimo. Quaeso enim, quae argumenta idonea sunt, *patronatum parochialem esse rem spiritualem? Primum* est, esse rei spirituali, muneri parochiali adnexum. *Repono.* Atqui etiam est annexum praedio patroni. Quod in numero rerum secularium. Imo primum etiam falsum est, quia patronus non facit parochum: sed praesentat. *Deinde* negatur patronatus iura aestimari non posse. Nam utique praedia maioris constant, quibus ius patronatus est adnexum. *Tandem* qui probauerit nexum a *re indiuidua* et *inalienabili* ad indolem spiritualitatis? Technicis uerbis utor in hisce gerris ac technis cleri uersutissimi. Hoc tamen uerum est: quod plures patronos id egerit in transuersum, ut, fabula hac credita, *nominationes* minimum aut iura patronatus uniuersa cederent sacris collegiis.

Dogmatis explosio.

Patronatus SACRI COLLEGII *qui debeatur laicis?*

(b) Ne exemplo destituatur nostra coniectura. Offendis haec apud PAVLLINVM *in annal. Isenac. ad an.* 1215. *p.* 34. et in *dn. praesid. reliquiis manuscriptorum ad an.* 1203. *tom.* I. *num.* 11. *p.* 22. Taceo alia plura. De illo tamen certus sum: *quod pleraque, si non omnia, sacra collegia ius patronatus non ex fundatione aut aedificatione*

CAP. III. *ne habeant, sed ex donatione et cessione patronorum laicorum.* Tantum abest, ut uerum sit, quod alii docent, patronatus iura gratiae deberi pontificum aut episcoporum.

§. 6.

IV. IMPENSARVM parochialium COMMVNIO.

§. 6. Post *cum patronatus iura uix alterutro sustineantur requirantque, ut patronus parochiae ecclesiam, stylo sacro utor, et* fundet *et* dotet *idque ipse* solum: *euenire potuit, ut alii primum, iterumque alii acceptum deberetur alterum. Inde unus* nominationem: *alter* cetera patronatus *iura acceperunt sibique adrogarunt (a). Esse hinc puto, quod urbanae parochiae* nominandi *iura plerumque* plebi *indulgeant. Quod credendum sit, illam in impensarum basylicae et conditae et dotatae communione fuisse cum magistratu (b). Contra sentiendum in parochiis rusticanis. Vbi omnis generis onera sacra dynastam nobilem tenuerunt in tanta ruricolarum et seruorum olim egestate (c)*

Vni PAROCHIAE *si* PLVRES *largiantur,*

(*a*) Licet enim disputent inuicem iureconsulti: *utrum sola* DOTATIO: an AEDIFICATIO *basylicae sola faciant patronum?* Supra iam illud negaui *cap. 3. §. 1. litt. p.* Fieri sane potuit: *ut unus basylicam* CONDERET; *alter* DOTARET *eam salarioque adficeret parochum aut in alterutro uel etiam utroque* PLVRIVM *largitiones conuenirent. Qui singuli ideo uiam sibi esse crediderunt ad ius patronatus.* Tum igitur uel eiusdem ecclesiae patronatus pluribus factus COMMVNIS, ut in nominando de *personis* nominatis inuicem *conuenirent:* uel *singulis* ius fuit personam praesentandi peculiarem, unde *episcopus* parochum eligere poterat: uel *nominatione* tum usi uicibus *alternis*, quod omne fieri posse, sua auctoritate, firmat decidit que pontifex Romanus in *cap. 2. plures, de iure patron. in Clement.* de quo LAMBERTINVS *de iur. patron. lib. 1. part. 1. qu. 3. Rochus de* CVRTE in tit. *acquisitio*: uel patronatus iura DIVISA sunt distinctis *officiis* illius. Ita quidem, ut *unus* largitor *nominaret* parochum: alter *praesentaret:* tertius *uocaret: alius* iterum eligeret tantummodo *custodem* aut *cantorem*, quod minus fecisset impensarum in parochiae institutione. Ita enim fieri omnino debuit, ut qui parcior fuisset in *largiendo*: idem etiam *uiliori officio* defungeretur in patronatu. Licet alias regula iuris sit: *patroni sunt aequales. Tantum iuris, qui angulum basylicae aedificat, quam illi, cuius impensis sunt anguli tres.* Quam urgent SCHVRFFIVS *cent. 3. cons. 35. n. 2.* PFEILIVS *cons. 182. n. 13.* REINKING *de regim. eccles. lib. 3. class. 1. cap. 9.* Qui omnes uere sunt in primo genere: *ubi largitoribus placuit* COMMVNIO; *non uero in altero, ubi plura patronatus* OFFICIA *inuicem uolunt diuisa.* Vt adeo hoc lumine ea indigeant, quae habent COTHMANNVS *in resp. acad. I. n. 40.* FINCKELTHAVS *cap. 4. n. 57.* RICHTER *uol. 2. cons. 429. n. 5. 6. sq.* pluresque alii.

Patronatus uel pluribus COMMVNIS,

uel DIVISVS *officiis distinctis.*

Cur in urbanis parochiis iura nominandi distincta sint a reliquis patronatus?

(*b*) Exemplum luculentissimum est huius ciuitatis in eaque PAROCHIAE VLRICIANAE. In illa enim *nominandi* facultas apud *plebem*, cuius iura exercent curatores eius sacri, *die Kirch-Väter:* ius autem *praesentandi* sibi uindicat senatus, in cuius tamen societate esse contendunt pariter mandatarii sacri cœtus *die Kirch-Vater*: quam praesentationem demum sequitur uocatio. Idem iuris est in reliquis duabus *Halae* parochiis. Quam litem etiam recenset *excell. du.* BOEHMER *de iure paroch. sect. 3. cap. 1. §. 13.* Alium casum argumenti eiusdem habet CARPZOVIVS *in decis. 5.* Vbi causa occurrit haec: *Ius patronatus sibi adrogat unus idque solus: alter ostendit sibi etiam in patronatus exercitio deberi suffragium.* Quaeritur, an ultimus habendus ideo sit pro COMPATRONO? Adfirmauit *consistorium Lipsiense* an. 1643. negauit *Carpzouius*, quoniam suffragii iura in uocando non efficiant ius patronatus. Ego crediderim iuris *patronatus* diuersos esse significatus. Nunc enim PATRONVS audit *ecclesiae conditor* et *altor* cum iure *nominandi, praesentandi, uocandi:* iterum ad *patroni* nomen sufficit alterutrum. Idque ideo, quoniam ille, qui aliquid contulit impensarum ad *instruendam parochiam*, nomen ipso iure tulit patroni. Idque eousque, quousque non constat, quod iuri suo miserit in gratiam alterius nuntium. Atq; ita caussas exemplaque uidemus COMPATRONORVM uel in sensu pleno uel in uno tantum alteroue *patronatus* OFFICIO nominationis, praesentationis, uocationis. Inde decisionum formulae: *daß beyde bey ihrem hergebrachtem* mit - Vorschlagungs - Recht; *dem iure compraesentandi, oder auch als* compatronus *zu schützen.* Ceterum est etiam illa causa COMPATRONATVS, si alium habet patronum basylica *mater*, alium *filia*. Quo de constitutio regis *Porussiae* extat anni 1710. quam exhibet *uir consult.* MYLIVS *in codice constitut. Magdeburg. part. 1. num. 40. p. 153. Wenn die* patroni in matre *mit den* patronis in filia concurriren, *hat sich iener mit diesem uor ausgestellter* uocation *zu vergleichen, oder in entstehung dessen den Ausspruch des* consistorii *zu erwarten. Wie dann anderer Gestalt das* Examen *des* Candidati *von dem* Consistorio *keines weges uorzunehmen.* Cursim moneo,

moneo, ordinario iure *filiam* deſtitui patrono: quoniam ſequitur iudicium patroni in matre parochia. Ratio eſt haec. Quoniam filia credi debet primariae parochiae ſubtracta indeque exemta, eo tantum fine, ut parochiales itinerum liberentur moleſtiis in frequentandis ſacris. Cetera nexus perdurat, quo patrono addicti ſunt in matre parochia.

Liberiora *qui patroni iura in parochiis* ruſticanis?

B (*c*) Eſt enim hoc ex hiſtoria medii aeui clarum, quod olim pagos abſoluerint *dynaſta* nobilis et glebae adſcripti *ſerui*. De ultimis autem dici nequit, quod ſuis impenſis ad inſtruendam parochiam aliquid potuerint conferre. Inde etiam notandum: quod, licet audia- A tur etiam plebs ruſticana *nach abgelegter Prob-Predigt*: tamen hoc ius uel humanitatem uel ſuperſtitionem protuliſſe, quod penes plebem eſſe oporteat ſtipendiarii parochi electionem. Hodie tamen eo minus improbari hoc debet. Quoniam *parochiales* libertate, quam olim habuerant, deſtituuntur, ut, relicta *ſua* parochia, ſacris utantur in *aliena*. Quam obligatio et onus ſacrarum ſportularum auget: ut, hodie ius ſit, quod olim humanitatis. Caucant tamen patroni et epiſcopus, ne inter nimium et parum delinquant et ruſticanae plebi, de candidati dignitate quaeſitae, aures praebeant uel ſurdas uel iuſto faciliores.

V. Patroni AVERSVS a patronatus LVCRO animus.

§. 7. Porro *cum medii aeui moribus alia etiam iura fuerint, quibus* patronus lucra *compendiaque facere potuit e* parochia *(d): inuenti ſunt patroni, qui auerſum ab illis animum habuerunt, ne ea, quae ſacri patrimonii, in ſuos uerterent uſus. Inde huius generis* commoda *transtulere in ſacrum collegium (e); ſibi tantum aliquo patronatus* officio *et* honore *retentis. Vnde fieri potuit, ut coenobium ius acciperet parochum uel* nominandi *uel* praeſentandi *uel* uocandi: *relicto patronis alterutro (f).*

Patronatus iura qui fructuaria?

(*d*) Licet enim *patronatus* eccleſiae *honorificus* eſſe debeat ſolum nilque emolumenti aut lucri de ſacro patrimonio accipere patronus *Matth.* STEPHANI *de iure patron. part. I. c. 20. n. 1.* FINCKELTHAVS *de iure patron. c. 6.* in medio tamen aeuo uere patronatus fuerat fructuarius. Vt patroni ex reditibus parochialibus annuos haurirent reditus uel in nummis uel in aliis rebus utilibus ad uictum et cultum. FILESACVS *in querela eccleſiae Gallicanae*, uan ESPEN *iur. eccleſ. part. 1. tit. 31. c. 7.* Exemplum repetere licet ex SECKENDORFII *hiſtoria Luther. lib. 3. Sect. 17. §. 66. p. 185.* ubi reditus enarrat, quos olim Nordlingae habuerint coenobii *Heilbronnenſis* collegae, quod *Nordlingenſium* parochiarum fuerint *patroni* exercuerintque ibi iura patronatus. Imo hodieque conſuetudines ſuperſunt. Quibus parochiae obligantur *patrono* ſuo numerare canonem, pendere fructus et decimas, praebere alimenta praeſenti idque iure, quod uocant *Albergariae*.

Patronatus *donati piis collegiis.*

(*e*) Tabulas exhibet PAVLLINI *in annal. Iſenac. ad an. 1433. p. 112.* In quibus Thu- C ringiae landgrauius patronatus iura coenobio Mariae in ciuitate Iſenacenſi eo fine donat, *ut commodius de uictualibus ſuſtentari ualeant.* Noluit enim de ſacro patrimonio aliquid decerpere ipſe; ſed officium chriſtiani principis eſſe credidit, patronatus commoda piis iterum uſibus deſtinare.

Patronatus *iura lucri metu diuiſa a iure* praeſentandi.

(*f*) Quorſum etiam alium refero caſum. D Nam teſtator ea cauſa alium eumque peregrinum nominauit parochiae *patronum*; ſolo *praeſentandi* iure poſteris relicto ſuae familiae: ne ultimi abuti poſſent patronatus iure reditusque minuere parochiae. Exemplum, quo *heres* PATRONVS eſt: ſed in teſtatoris familia *ſenior* habet ius PRAESENTANDI recitat reſpondetque *L. B. de* LYNCKER *Reſponſo 89. n. 4. 14. 15. ſeq.* Porro alius exempli E memini: *quo ius* PATRONATVS *eſt penes* familiam *uniuerſam*; *ſed praeſentationis ſiue* NOMINATIONIS *officium penes familiae* ſeniorem. Vltimo enim ex cauſa eadem noluit teſtator relinquere patronatum.

VI. VNIO *eccleſiarum.*

§. 8. Tum *euenit quandoque, ut plures parochiae uel* unirentur *(g), uel* diuideretur *una in plures (h), utriſque tamen* uni *parocho addictis. Inde fieri etiam potuit, ut ideo patronatus munera inuicem ſeiungerentur, uni* nominationis, *alteri* praeſentationis *aut* uocationis *iuribus adſignatis (i).*

VNIO *plurium* parochiarum *in* uno paſtore.

(*g*) Saepe enim fit, ut parochia tempore *belli*, *peſtis* aut caſibus aliis ad incitas rerumque illas anguſtias redigatur, ut malit *alieni* paſtoris miniſterio uti in uicina parochia, quam, proprium alendo, cum paupertate perpetuo conflictari. F Reliquias exemplorum in Germania habemus ex bello tricennali. Vbi *duae* aut *tres* parochiae hac cauſa in poteſtatem coiuere parochi unius. In quo adpellando deinceps concurrere oportuit *plures patronos* hosque uel in communione mane-

CAP. III. manere uel diuidere patronatum officiis distinctis: ut unus *nominet*, alter *praesentet* et alius *uocet*, cetera. Hinc error illis est euellendus, qui dum plures parochias uno pastore uti uident, unam pro *matrice*, ceteras pro *filiabus* habent. Cum tamen discrimina sint facienda inter *connexas* et sibi *subiectas* parochias. Nomina enim haec uera sunt tantum in ultimis.

DIVISIO unius parochiae in plures.

(*h*) Contra accidit, ut VNA parochia saepius illa capiat incrementa, ut e re sit, diuidi eam in *plures*; hac tamen lege: ut antiquior ecclesia sit *matrix*, noua autem *filiae* habeat nomen utanturque ambae A uno pastore. Tum ergo *ecclesiae filiae* nouus patronus, qui, intuitu parochi unius eiusdemque, pariter esse contendit uel in COMPATRONATV uel in iure COMPRAESENTANDI solum. §. 9. 10.

De compraesentatione ecclesiae filiae.

(*i*) Qua de re laudauimus *rescriptum regale* PORVSSICVM ex *codice iuris Magdeburg. part. 1. num. 40. p. 153.* superius *cap. 3. §. 6. litt. b.* Aliter se res habet, si *matrix parochia* haeretica dogmata foueat. B Tum enim ui pacis sacrorum in Germaniae filiam se matri subtrahere et peculiarem sibi *eligere* posse parochum, auctor consilii contendit apud FRITSCHIVM *part. 2. num. 6. consil. 1. p. 237. 238.*

VII. EXEMTIO parochialium.

§. 9. *Quandoque etiam* nominatio *episcopo aut ueteri patrono est adsignata ideo, ut faciliores essent ad indulgendum, eximendum et instituendum* nouam parochiam (*k*).

NOVAE quandoque parochiae qui desit ius praesentandi?

(*k*) Licet enim difficiles esse non debeant uel *episcopi* uel *patroni*, si, crescente unius parochiae numero, noua instituatur subducaturque ueteri, adeo ut INNOCENTIVS *lib. 2. epist. 6. p. 338. 339.* nolit tum *contradictionem cuiuslibet* attendi: cum tamen uetus ecclesia nouae institutione patiatur damnum in auctoritate, reditibus, sportulis, numerisque; idem ille pontifex Flandriae comiti ius nouae parochiae alia lege non indulsit, quam hac, ut *nuntium mitteret* PRAESENTATIONI, alias patrono omnino dandae. Superest *epistola lib. 3. regest. n. 192.* Atque adeo ius *praesentandi* a reliquo *patronatus* iure fuit distinctum, monitore etiam interpre- C te epistolarum Innocentii III. BOSQVETO, uiro doctissimo. Memorabile est *L. B. de* LYNCKER *responsum* 81. p. 547. 548. sqq. in quo in controuersiam inquirit, *Coethae* agitatam in *nouae parochiae* institutione. *Veteris* enim parochiae rectores cum intelligerent, commodi tantum illi subtractum iri, quantum nouae sit accessurum: noluerunt parochianos uel auditores, diuersorum licet sacrornm, dimit- D tere. Quicquid etiam iusserit mandaueritque princeps. Omnes hae lites cessarent, si in parochiis cura magis animarum quaereretur, quam opium et sacri patrimonii.

VIII. PLEBIS pristina iura in eligendo.

§. 10. Tandem *patronatus iura diuisit diuulsitque inde* nominationes *illud ueteris ecclesiae dogma*, *quod* parochorum electio plebis parochialis uniuersae (*l*). *Quo certe factum est, ut* reformatores *sacri eo essent fidentiores in destituendis* patronis catholicis *uel in eripienda illis parochi nominatione* (*m*). *Intellexerunt tamen post, e re uix esse, hanc* nominandi *curam iudicio relinquere imperitae multitudinis. Inde*, nominationis *loco*, *plebi adsignarunt* rati *et* grati *iura, si quidem idoneas haberent causas, repudiandi ostensum illis atque exhibitum candidatum. Id quod pristinae* nominationis *merito dixeris umbram.*

PLEBIS quae iura nominando?

(*l*) Nostri et *theologi* et *iureconsulti* a tempore purgatorum sacrorum hoc dogma magna animi contentione adparatuque ex sacra antiquitate tuiti sunt: PLEBIS ESSE SACRI ANTISTITIS ELECTIONEM. Id uelle sacras litteras, instituta primae ecclesiae, ipsam diuinis oraculis instructam rationem, ne plebi aut populo pastor aut parochus obtrudatur. Eripuisse plebi iura sua *pontificem* et *episcopos*, sacri omnino spolii arguendos ac postulandos. *Patronorum* etiam iura uel noua esse uel alius hodie, quam olim, sensus. Imo clericos patronis usos esse instrumentorum instar, ut, *plebi* iuribus, auxilio eorundem, subreptis, his postea imperarent parochiae candidatos aut, sub inhabilitatis praetextu, reiicerent praesentatos substituerentque alios. Sche- E mata nouorum uocabulorum *commendationis, nominationis, probationis, ostentationis, praesentationis, uocationis, tentaminis, examinis, ordinationis, introductionis, installationis* aliorumque ueteri ecclesiae inaudita ac inusitata, cum omnia uel certa pleraque tum fuerint *plebis*. Esse igitur huius, ut iure utatur postliminii recuperetque ea, quae sibi per temporum iniurias et artes fuerint erepta et subtracta. F Ita fere LVTHERVS, MELANCHTHON, FLACIVS, ZVVINGLIVS, CALVINVS, BEZA, MORNAEVS, BLONDELLVS, BASNAGII innumerique alii etiam ipsi iureconsulti, illi praesertim, quorum nomina in argumento patronatus laudauimus supra *cap. 3. §. 1. litt. o.* Adaugeri autem potest haec classis ex *consilio iuris*, quod FRITSCHIVS exhibet in *iure ecclesiastico part. 2. tit. 2.*

CAP. III. *n. 4.* Neque ita tantum disputarunt et docuerunt nostri. Verum ipso etiam usu haec plebis postliminii iura exercuerunt. Ex innumeris exemplis unum recito et alterum. Ciuitates imperiales, quarum parochiae plerumque *patronos* habuerunt uel *episcopos* uel *abbates* uel sacra *collegia* catholica alia, illis nuntium miserunt coetusque parochiales id sibi sumpserunt, ut suo arbitratu Viteberga sibi ecclesiae ministros et parochos euocarent, eligerent instituerentque. Ad haec quid ueteres *patroni?* Spargunt uirus, euomunt mala uerba, adpellant Romam, Caesarem implorant obtestanturque, ut patronatus iura tuerentur. Agitur res priuatim ac publice in comitiis. Nostri hoc semper palladium laudant, esse haec *plebis iura postliminii.* In his ergo tricis ac turbis *patronorum alii uendunt iura sua* PLEBI; *alii* NOMINANDI *tantummodo facultatem* PLEBI *indulgent* ceteris saluis; alii sibi consulunt aliter uendendo, transigendo, diuidendo agendoque cum plebe. Nonnulli etiam *patroni, ui quadam conscientiae* acti, patronatus iura in manus *plebis resignant*, ne, quod plebis est, porro usurpare uiderentur cum iniuria. Non luculentius haec intelliguntur, quam ex *actis reformationis in ciuitate* NORIBERGENSI, *cuius parochiarum patronatum episcopus habuit* BAMBERGENSIS. A quo illi iura haec his artibus ac remediis tandem redemerunt. Descripsit quidem per epitomen historiam hanc SECKENDORFIVS *in historia Lutheran. lib. 3. sect. 16. §. 61. p. 169. 170. seq.* Sed anecdota et arcanas rationes historiamque *patronatus Noribergensis* aperiunt *quindecim* maioris formae *uolumina*, quae MSCTA habuerat *Io. Frid.* MEYER in *bibliotheca.* Vnde ciuitas Noribergensis illa redemit *centum* et *quinquaginta* imperialibus.

TRVTINA (*m*) Quid factum ereptumque sit *parochiarum patronis* in sacrorum reformatione euangelica diximus. Nunc addendum: quo id *iure* euenerit *successuque.* Quod *plebis* iura concernit: illa quidem *sacra antiquitas* docet, probat, commendat, praecipit, instituit. Sed, quod notandum, eo *tempore* aut ob hanc *causam*, quo parochi uixerunt ex eleemosynis et largitionibus plebis parochialis. Vbi iustum et aequum erat, institutionis commoda pertinere ad illos, penes quos fuerunt onera alendi et sustentandi. Quod ipsum cum postea sit mutatum atque inprimis nobiles dynastae soli tulerint parochiales impensas: nequedum me poenitet dogmatis aduersi, supra *cap. 3. §. 1. lit. s.* propositi in gratiam parochialium patronorum. Et saue ipsi postea nostrates intellexerunt, inconsultum esse, hanc curam relinquere multitudini in parochia. Inde factum est: quod in plerisque euangelicis ciuitatibus *nominandi iura* acceperit *senatus* aut ecclesiarum *curatores* aut *superintendens* aut *princeps* territorii; populo parochiali sola *ratihabitione* relicta eaque necessaria quidem, nisi causas habuerit contradicendi planas, apertas atque idoneas. Alibi tamen, solo *patronatu* senatui aut principi relicto, ius *nominandi* aut *praesentandi* hodieque a tempore reformationis sustinet exercetque populus parochialis. Exempla sunt potentiorum urbium hodieque facile nominandarum: nisi et his multoties dissidia cum magistratu. A quibus abstinemus. De ciuitate NVMBVRGENSI ideo cum principe litigante legi potest *lib. B. de* LINCKER *responso* 74. De STRALSVNDA iisdem cum principe litigiis singularibus responso egit *Pet.* HEIGIVS editore KLOCKIO *tom. 1. cons. 51. p. 450. sqq.* quod, autoris nomen tacendo, etiam exhibet FRITSCHIVS *part. 2. iur. eccles. tit. 6. n. 4.* sed nimius ille est in extollenda plebe.

§. 10. 11. *et censura iuris* plebani *in* electione *et* nominatione

IX. COMMENDATIONIS confusio cum iure *nominandi.*

§. 11. ***Denique*** commendationibus, *praesertim* episcopi *aut* domini *territorialis, cum locum facerent patroni semel iterumque uel honoris ergo uel fiduciae (n): illi hoc tegumenti genere postea usi sunt ad adrogandum sibi* nominationis iura *excludendumque ab hac sparta patronum. Longo rerum usu accedente, praescriptione corroborato (o).*

Commendationes *qui a iure* nominandi *differant?*

(*n*) Qui *commendat* aliquem, ille neque *imperat* neque *obligat:* sed suadet admonetque. *Patronis* ergo nunc a *domino territorii*, quorsum consuli debet *cap. 3. §. 4.* nunc ab *episcopo*, quo cum confer *cap. 3. §. 5. 7.* iterumque ab sacro forte collegio, de quo *cap. 3. §. 3.* ad parochialia munera *commendati* sunt sacrae spartae candidati. Hos illi alio fine non acceperunt, quam ut saluum illis esset nihilominus ius nominandi. Locum fecere candidatis, quod illos probarent, haberent dignos, fauere uellent commendatoribus, cetera.

Commendationes *qui degenerauerint in iura* nominandi.

(*o*) Quod *commendatorum* ea fuerit audacia, ut sibi ius adrogarent postea nominandi patrono parochum, illius quidem diuersa fuerant genera tegumentorum. *Principio* utraque uerba sunt *homonyma* siue *aequiuoca.* SCHILTERVS *lib. 1. iur. can. tit. 13.* ius *nominandi* dicitur etiam *commendatio.* Praesertim si fit patrono, non episcopo: cui dicitur candidatus *praesentari.* De quo etiam supra dictum *cap. 2. lit. l.* Deinde id sophismatis genus est periculi plenissimum, *non causae, ut causae; secundum quid ut* absolute…

abso-

CAP. III. *absolute* et quae sunt eiusmodi, de quibus supra *cap. 2. §. 1. litt. l.* Exempli loco esse potest casus, quem respondit CARPZOVIVS *in decis. 6.* ubi pastor *commendationem* ad noui diaconi munus confundere, uoluit cum iure *nominandi.* In quo etiam adsessores consistorii lapsi sunt sententia: quam post curia *electoralis* superior correxit ac emendauit. Ceterum, dummodo alia se recte habeant, *nominationem parochi* eripi posse patrono temporis longinquitate usuque iuris *decennali* aut *uicennali* posse *praescribi*, illud quidem docuit *Petrus* HEIGIVS *in Klockii tom. 1. consil. 51. num. 169. 170.* multo magis *tricennali* HEINRICHMANNVS *consil. 37. n. 21. 22.* §. 12.

X. HAERESIS uel *patroni* uel *parochiae.*

§. 12. Ad extremum *in Germania praesertim nostra restat quidem grauissima causa, ob quam qui* PATRONVS *est, idem ille non ideo sit parochi* NOMINATOR. Triplicem *scilicet* sacrorum *toleratio (s). Est quidem res haec inter* lutheranos *et* reformatos PACE WESTPHALICA *definita (t): necquicquam uero, si* euangelica *parochia patronum habeat* pontificium *aut eueniat res contra. Historiam discriminum inde a tempore purgatorum sacrorum in margine dedimus, ubi uaria etiam remedia adducta sunt, quibus uti possent harum rerum domini. Hoc uolo uouecque: ut* EVANGELICI PATRONI nominationes *parochorum* catholicorum *relinquant* catholicis *parochiis idemque faciant indulgeantque* PATRONI CATHOLICI *parochiis* euangelicis. *Quilibet intelligit hanc ueram partem esse* legislatoriae *iurisprudentiae. Quam tamen diuina humanaque iura infitiari, his casibus, Germaniae nostrae suadere ac commendare uidentur (u).*

Historia PATRONATVS haeretici *in Germania.*

(s) Ex quo *duplicis* generis *sacra* Germaniam nostram occuparunt: saepe etiam contigit, ut *patronus parochiae* esset *pontificius;* ipsa autem parochia *Lutherana* et contra. Quod ipsum occasio fuit multorum dissidiorum et iuris controuersiarum. *Patroni* certe *euangelici* statim intellexerunt, fieri non posse, ut ipsi *pontificiae parochiae* porro *nominarent* parochum. Duxerunt sibi religioni, parochiis commendare *hominem pontificium.* Quod excusari non posset ideo; quod uolenti iniuria non fieret neque pontificiae adeoque parochiae, si pontificiorum sacrorum similis illis esset candidatus, ab euangelico licet patrono commendatus. Recusarunt certe euangelici patroni hanc dissimulationem existimaruntque participes illos errorum fieri, qui a pontificio parocho essent expectandi. Contra autem fieri non posse, ut pontificiis parochiis praesentarent hominem euangelicum. Quod hunc in examine haud dubie repudiaturus esset episcopus. Inde nullius hodieque exempli memini *parochiae pontificiae*, quae habeat *nominationem euangelicam.* Licet retinuerint aliqui cetera patronatus iura. Imo *euangelicos patronos* episcopi statim suo destituerunt pattonatus iure: quod expeditum sit, *amitti ius patronatus ob haeresin* VIVIANVS *de iure patron. lib. 15. c. 2. n. 6.* MARESCOTTVS *uar. lib. 1. c. 83. n. 13.* VALLENSIS *in paratit. iur. can. ad tit. patronat. §. 7. n. 2.* cum ne quidem ius *praesentandi* aut *nominandi* exercere posit excommunicatus *Ant.* RICCIVLLVS *de personis, quae extra ecclesiam lib. 4. c. 3. n. 12.* neque de haeresi tantum suspectus CAESENATES *de suspectis de haeresi part. 2. c. 7.* Verum enimuero contra PONTIFICII. Illi enim iuris *patronatus euangelicarum* etiam *parochiarum*, iudicio eorundem licet haereticarum, nihilominus fuere retinentissimi. Adeo, ut a iuribus NOMINANDI *parochos euangelicis* ecclesiis abstinere uellent nullatenus. Causa ad intelligendum est facilis. Penes ipsos enim in mores iuerat *nominatione* parochorum exercere *simoniam* et tantum non publicam nundinationem. Qua de re grauamina fuere Germanicae nationis ante Lutherum. Quae exhibet post alios *Ioh.* WOLFIVS *in lect. memorab. tom. 2. n. 21. p. 210. 211.* Igitur omnem nunc pudorem se exuere posse crediderunt in uendendis *euangelicis parochiis*, cum illis nihil *spirituale*, calamo eorundem utor, inesse uideretur. Et quo quisque caput nouit hominis perditissimi et omni flagitiorum colluuie polluti: eo promptior fuit ad *nominandum* eum parochiis euangelicis pastorem. Quid miseri hoc rerum statu euangelici? Nam illi episcoporum auxilio erant destituti, qui eius generis homunciones a sacris parochiis auerruncarent. Inde *alii* a catholicis patronis omnia patrocinii iura redemerunt NVMIS, exemplum habes in *Noribergensibus*, quibus episcopus Bambergensis iura patronatus pro pecuniae summa uendidit, quam historiam supra *cap. 3. §. 10.* dedimus: alii usi sunt REPRESSALIORVM, talionis ceterisque aduersus haereticos iuribus atque patronos pontificios destituerunt expuleruntque ex ecclesiis euangelicis: infirmiores qui fuerunt illi a pontificiis patronis solas NOMINATIONES aut *commendationes* redemerunt, sibique erogarunt, aliis sacri patrocinii eisdem iuribus relictis: aliqui etiam *nominandi* iura pontificiis patronis indulserunt, uerum *nominatos* ab illis, qua *episcopi*

Euangelici patroni qui noluerint esse haereticorum nominatores:

Pontificii contra [cut off: *tem non dubitant patroni esse parochiae haereticae.*]

Aduersus haec euangelicorum REMEDIA. *Primum, alterum, tertium, quartum,*

scopi

CAP. III. *scopi* postea REPVDIARVNT ex inscitiae, maliriae, simoniae, suspicionis de haeresi causisque aliis, ob quas episcopus repellere *quintum.* poreft de parochia candidatos: *multi* etiam patronatus iura eousque SVSPENSA eum esse docuerunt, quousque non tollerentur duplicis religionis dissidia. Ita dum unusquisque sibi consulere instituit ea in re: pacificatores OSNABRVGENSES *patronatus dissidia* non composuerunt articulo, quem tamen res tanti momenti exegerat, peculiari. Non sine graui damno desiderioque parochiarum euangelicarum.

Qui praesentandi iura amittat Lutheranus patronus in parochia reformata? (*t*) Pertinet huc INSTRVM. PAC. OSNABR. *Artic. VII.* §. 1. quam recitabimus per epitomen: *Quod in pace religionis datum est A. C. addictis et catholicis, idem quoque datum* REFORMATIS. INTER PROTESTANTES *autem ita conuentum est. Si aliquis princeps uel dominus uel* PATRONVS *posthac ad alterius partis sacra* TRANSIERIT, *aut talem ditionem quocunque titulo nactus fuerit: ipsi quidem* CONCIONATORES AVLICOS *in residentia habere liceat.* FAS *uero ei* NON *sit, exercitium religionis aut constitutiones ecclesiasticas immutare, templa, reditus suorum sacrorum hominibus applicare, uel iuris* PATRONATVS PRAETEXTV, *subditis ministros suae confessionis obtrudere. Et ut haec conuentio eo firmius seruetur, liceat hoc casu* COMMVNITATIBVS PRAESENTARE, *uel, quae praesentandi ius non habent*, NOMINARE *idoneos scholarum et ecclesiarum ministros. A publico loci* CONSISTORIO, *si eiusdem cum nominantibus uel praesentantibus religionis: uel, hoc deficiente, eo loco, quem ipsae communitates elegerint* EXAMINANDOS et ORDINANDOS *atque a principe uel* DOMINO *postea, sine recusatione*, CONFIRMANDOS. Summarim hoc uolunt pacificatores: *ne patronus Lutheranus parochum nominet parochiae reformatae*, neque uice uersa: *sed tum* PAROCHIALES *ipsi nanciscantur iura sibi parochum* NOMINANDI. Ne uerbulum quidem hic de CATHOLICIS PATRONIS, quorum iura potius etiam ipsa haec pax in eaque *ARTICVLVS V. sectio XII.* §. 31. fouet ac sustinet docetque usus quotidianus, RICHTER *uol.* 2. *resp.* 295. FRITSCHIVS *iur eccles. cons.* 1. *qu.* 1. *p.* 228. et in *notis ad* FABRVM *de reg. relig. lib.* 13. *c.* 10. quo innumerae euangelicae parochiae PATRONOS ac NOMINATORES CATHOLICOS habent ingemiscuntque haeretici patronatus abusu. Vt adeo frustra sit huius articuli aduersus CATHOLICOS PATRONOS imploratio. Argumenta enim a *paritate* rationis; a minori ad maius; ab utili; ab honesto locisque aliis nihil hic proficiunt. Cum singula haec *artic. V.* clare conuellat sitque ex aduerso interpretatio *usualis*. Ceterum causas huius ARTICVLI VII. aperit PVFENDORFIVS *rer. Suec. lib.* 19. §. 209. *et lib.* 20. §. 112. adfert etiam monumenta et coniecturas BVKISCHIVS *in comment. ad instr. pac. Osn. art.* 7. *obseru.* 27. *sq.* OLDENBVRGERVS autem in *discursu XXII.* agit catechetam uagaturque, ut solet, extra oleas. §. 12.

(*u*) Quae argumenta utrisque tam EVANGELICIS, quam CATHOLICIS, si quidem uni illorum ius patronatus fuerit in altemius parochia, commendare possent, NOMINATIONIS a patronatus iure diuulsionem imitationemque PROTESTANTIVM inter se, illa quidem euoluemus in ultimo capite, quod nunc sequitur. *Iurisprudentia consultatoria, ubi patronus haereticus.*

CAP. IV.

DE

OBLIGATIONE CATHOLICI PATRONI EX COMMENDATIONE EVANGELICI.

§. 1.

CAP. IV. COMMENDATIO num *obliget patronum* haereticae parochiae? RATIONES negantium, PRIMA. ILlud nunc *superest, a nobis docendum ac commonstrandum:* quod COMMENDATIO parochi, ab euangelico facta, iure OBLIGET patronum CATHOLICVM ad praesentandum nonnisi eum, qui ipsi ita commendatus, *siquidem historia sit, qualem* cap. 1. §. 6. *in medium proposuimus.* DVBITARI *forsitan poterat iureque illud negari.* Principio *enim tantum abest, ut catholicos patronos in conferendis parochiis sequi oporteat* commendationes *iudiciaque euangelicorum, ut* liberas *potius in exercendo patronatu habeant manus, in ipsis sacrorum tabulis (x) corroboratas atque olim acriter satis disputatum sit;* annon CATHOLICVS PATRONVS euangelicae parochiae obtrudere queat parochum catholicum *(y)? Verum enimuero uti hodie ultimum non requirunt ipsi catholici (z): ita legibus hic eos non impetimus, sed factis pactisque (a), de quibus ultimo dispiciendum.* §. 1.

(*x*) Nam

CAP. IV.

Instrumentum pacis est pro nominatore haeretico.

(x) Nam *artic. V. sect. XII. §. 1. Hoc* A *tamen* clare planeque dicitur: *quod diuersitate religionis non obstante, statuum catholicorum subditi protestantes debeant* IVS PATRONATVS *aliaque similia iura* (nominationis, praesentationis) *habere iisque uti, donec de religione christiana aliter fuerit conuentum.* Prouocarunt ad hunc articulum in iure patronatus *Hildeshemenses* aduersus ducem *Brunsuicensem:* qui illis *patronatus iura*, diuersorum sa- B crorum tegmine, uoluerit erepta. Quibus etiam IENENSES iureconsulti calculum dederunt interprete RICHTER *tom. 2. resp. 295.*

Num euangelicae *parochiae a patrono* obtrudi *queat* haereticus?

(y) Id quidem est, quod auctor consilii narrat apud FRITSCHIVM *iur. eccles. part. 2. tit. 6. cons. 1. p. 228.* Vbi uerba sunt haec: *daß ein Catholischer, so das* ius patronatus *und* praesentandi praetendiren *mag, sich unterstanden, einen Pfarrer von seiner der* C *Catholischen Religion der Euangelischen Gemeine zu* obtrudiren. *Sich auch wohl ein Gewissen gemachet, als Catholischer* patronus *einen Ketzer oder Lutheraner zum Pfarrherrn zu machen* et quae sunt eiusmodi.

§. 1. 2. *Patroni est* haereticum *praesentare*

(z) Est enim in iudicio imperiali siue camera non semel, sed iterum iterumque sententia prolata: *ut patroni in praesentando non suae religionis socios eligant, uerum candidatos praesentent eorundem sacrorum cum parochialibus.* Exempla adferunt SPRINGER *de pace religion. thes. 4. n. 4.* SYRINGIVS *de pace relig. thes. 4. num. 4.* BRVNNEMANN. *iur. eccles. lib. II. c. 8. §. 19* Episcopi praesertim *Herbipolitani* in pago *Vnsleben. Da auch,* pergit auctor laudati consilii, *der Catholische* patronus *sich ein Gewissen machen wolte, einen Lutherischen, der nicht seines Glaubens, zum Pfarrdienst zu benennen: so stehet ihm ia solches zu unterlassen frey. Und hat alsdann der Bischoff oder Landes-Herr selbsten die Pfarre an iemand zu uergeben.* Similem casum in iure deuolutionis habet SCHILTER *de pace religiosa in actis conf. V. n. 3 p. 435. daß nemlich, wenn ein Catholischer zu einem Lutherischen Amt niemand uorschlagen wolle, die Vergebung desselben an den Landes-Herrn uerfalle.*

(a) Praecipimus enim omnia, quae *cap. 1. §. 6.* enarrauimus, ita euenisse.

Secunda ratio.

§. 2. *Deinde* imponere *forte iudici uerbum* nominationis. *Quod uero in* commendatitiis *litteris non inueniatur (b). Verum* nominationis *et* commendationis *uocabula hic pro synonymis accipi, id quidem est, quod supra (c) dictum doctumque.*

FORMVLAE *litterarum* 1) domini *ad catholicum patronum.*

(b) Verba litterarum commendatitiarum, an. 1656. scriptarum formulas habent, quae sequuntur: *Nachdem sich die* D *Pfarr zu* N. *erlediget und uns* N. *wegen seiner Geschicklichkeit und gutem Leben und Wandel bekannt ist: so haben bey unsern Herrn wir denselben bestermassen* recommendiren *und freundlich* gesinnen *wollen, uns den angenehmen* Gefallen *zu erweisen und Ehrengedachten* N. *zu dieser Pfarre* gewoehnliche praesentation in Schrifften zuertheilen, *und dieser unser* recommendation *ihne würcklichen Genuß em-* E *pfinden zu lassen. Solches werden wir bey Gelegenheit gegen die H. wieder uerschulden.* Sequitur alia formula in litteris an. 1699. scriptis ad eosdem. *Nachdem der uon mir* (domino territorii) recommendirte N. *sich* excusiret: *und denn sich gegenwärtiger* candidatus ministerii N. *dazu angegeben: als habe denselben meinen Herrn zur* praesentation *zu gemeldter Pfarre hiemit bester massen* recommendi- F ren *wollen.*

2) patroni catholici *ad dominum.*

Rescripsit an. 1654. ad litteras *commendatitias* domini territorialis euangelici *patronus catholicus*, ut sequitur; *Deß Herrn iungst an uns abgegangenes Schreiben haben wir erhalten und uernommen, welcher gestalt derselbe uns zu* Wiedererfetzung *der erledigten Pfarr* N. sonderlich recommendiret. *Nachdem wir nun nicht* zweifeln, *daß derselbe zu solchem Amt und Dienst sich* (uerba patroni catholici sunt de candidato haeretico) capabel *befunden werde: so haben wir, als gemeldter Pfarr rechtmæßige* collatores (ita enim in istis oris patroni parochiarum dicuntur) *uff* sothane recommendation *demselben in seinem Begehren gerne willfahren wollen. Worinn wir sonsten dem H. angenehme Gefallen erweisen können, hat derselbe uns willig etc. etc.*

3) patroni catholici *ad* candidatum euangelicum *instar uocationis datae haeretico.*

Sequitur uocatio, quam *catholicus* patronus candidato misit *euangelico: Wir* N. N. *thun kunt und bekennen hiemit offentlich gegen männiglich, demnach bey uns, als rechtmäßigen* collatorn *der Pfarr zu* N. *der Ehrsam und Wohlgelahrte* N. *um gnädige* collatur *ermeldter Pfarr Ansuchung gethan, auch* uns zu dem Ende, *als genugsam* capable uon dem Herrn N. N. sonderlich recommendiret worden: *daß* darauf wir N. *in Ansehung sothaner* recommendation, *in dessen Begehren gewillfahret, und in krafft unsers uon* Alters üblich hergebrachten iuris patronatus *denselben* befagten Pfarr-Dienst, *der dißfalls herkommener* obseruanz *gemäß,* conferiret *und übertragen haben. Iedoch mit dieser Bescheidenheit, daß derselbe in Religions-Sachen den Reichs*-Constitutionen *und Abschieden sich allerdinges* conform *uerhalte. Thun auch solches hiemit und in krafft dieses offentlichen Scheins, den wir Ihme dieserwegen wissentlich ertheilet, um sich desselben an Ort und Enden, wo es die Nothdurfft erfordert habend zu bedienen.*

CAP. IV. Gegeben zu N. etc. Abstinet a nomine uocationis patronus, ne uideatur ad facri muneris fpartam haereticum uocauiffe.

Verba commendationis et nominationis. (c) *Commendatio* enim uel accipitur in fenfu *uulgari*, uel in *ecclefiaftico*. In hoc ultimo dicimus effe illam *nominationis* fynonymum. *Nominationem* enim tum dici, fi parochum non *ipfe patronus* adpellet, fed alius, fententia eft *dni de* HENNINGES *in meditat. ad Inftr. pac. artic.* 7. §. 1. §. 2. 3. 4. *litt. p.* Cuius *annales comitiales* feculi praeterlapfi plenos inftructiffimosque ab heredibus redemit R. Por. Conferri etiam debent loca fuperiora *c.* 2. §. 1. *litt. l.* et auctoritates praefertim SCHILTERI *iur. can. lib.* 1. *tit.* 13. §. 10. atque HVLSEMANNI *apolog. minifterii euangel.* §. VII.

Tertia. §. 3. Porro *fieri non poffe, ut patronus iure* nominationis *deftituatur. Ita enim patronatui, iuxta nomen, nihil porro fupereffe (d). Verum exempla non tantum docent, alios* patronos *aliosque eiusdem parochiae* nominatores *(e): fed etiam commoda patronatus alia plura funt (f). Vt taceam non demi haec iura, uerum eo fufpendi usque, dum redierint diuerfae facrorum formulae et fectae in concordiam (g).*

Nominatio praecipuum patroni. (d) Nam princeps ac praecipuus *patroni fructus* habetur: *quod parochiae nominare pofsit paftorem* LAMBERTINVS *de iur. patron. lib.* 2. *art.* 2. *qu.* 1. *Matth.* STEPHANI *de iure patron. part.* 1. *c.* 20. Praefertim fi, quod olim factum, agatur cum eo de foluendo honorario uel ftatim uel annuatim. Quod difcere licet ex ftatutis *ecclefiafticis* SARAEPONTANIS *tit.* 3. *Es follen die* collatores, *fie feyn, wes Standes fie wollen, die Pfarrn felbft zu befetzen fich nicht unterwinden: fondern iedesmahl eine tüchtige Perfon unferm* Superintendenten nominiren *und zufchicken, aufs längfte in* zweyen Monathen *nach befchehener Erledigung der Pfarr. Nachdem auch etliche* collatores *(wie uns glaublichen angelanget) bifsweilen mit denienigen, fo fie zu Pfarrer* praefentiren, *um ein befonder* Leibnüfs *oder* Leib-Geld paciſciren, *auch zu Zeiten an den Pfarr-Gütern und Gefällen etliche Stücke (fo fie ein* referuat *nennen) für fich ausdingen und behalten, folches aber uor eine* Simonie *billig zu achten: fo wollen wir folches, bey Verluft ihrer* collatur, *gäntzlich abgefchafft wiffen.* manet fundationis, eidem adfcribendae, memoria: manet redituum ecclefiafticorum fuprema cura: manet reuerentia parochi erga patronum: manent iura precum, exedrae, fepulturae, fabricae, memoriae in templo et quae alia funt, colligenda ex illis, qui iura patronatus figillatim defcribunt. Quorum nomina dedimus fupra *cap.* 3. §. 1. *litt. o.*

Nominatio qui abfit a inrepatronatus? (e) De quibus ex inftituto egimus *cap.* 3. uniuerfo, ut adeo, fi *nominatio* etiam hic a reliquis patronatus iuribus diftinguatur, illud nihil quidem habeat infolentiae et nouitatis. Imo, fi ENGELIO fides eft in *manuali parochiarum part.* 2. *cap.* 1. *fect.* 1. *n.* 3. *p.* 121. 122 *monafteriorum* et *ecclefiarum collegiatarum* patroni neque *nominant* neque eligunt, fed tantummodo *confirmant* electum.

Iura patroni iuxta nominationem. (f) Summatim illa enumerabimus: *manet* (negata aut fciuncta etiam nominatione) *confirmatio electi aut peculiari fenfu ita dicta* praefentatio, ubi contradicere poteft, fi habuerit rationabiles caufas aduerfus nominatum *Ludou.* ENGEL *in manuali paroch. part.* 2. *cap.* 1. *fect.* 1. *n.* 3. *p.* 122.

Nominationes qui in patronis haereticis non extinctae, fed tantummodo fufpenfae? (g) Eft admodum fingulare, quod inueni de iure PATRONI HAERETICI in euangelicas parochias, in conftitutionibus *ecclefiafticis* ducis WVRTENBERGICI *an.* 1582. *f. edit. Tubingae*, aliae enim de nominatore haeretico funt mutae. Sunt in *tit. wie alle Pfarr befetzt werden. p.* 153. uerba haec: *Im Falle einiger, wer gleich der wäre* (haud dubie intelligit patronos haereticos) *fo in unferm Fürftenthum auf die* Minifteria *uon Alters zu* nominiren *gehabt, keine folche tügliche Perfonen* (quarum requifita dederat princeps) *hætten, oder* (ne haereticos uocare uiderentur) *nicht ftellen wollten. Dieweil dann aus GOttes Ordnung Wir uns fchuldig erkennen, unfere Kirchen und Vnterthanen zu uerfehen, und darzu die* iüngfte Reichs-Abfchiede *uns folches zugeben, damit auch folche Kirch-Aemter nicht* uaciren: *fo wollen Wir, daß unfere Kirchen-Ræthe, mit Verfehung folcher Pfarren, als ob laut, fürgeben. Doch den* Patronis (haereticis) *an den* collaturis, *biß* zur allgemeinen chriftlichen Vergleichung in der Religion, *unnachtheilig oder unabbrüchig.* Datur ergo hoc princeps patronis et nominatoribus haereticis, ut ius exerceant *praefentandi* in parochiis euangelicis. Quod fi nolint aut dubitent uocare haereticos ad ecclefiae minifteria: iura eorundem fufpenfa tantum fore usque dum in communionem eorundem facrorum in Germania redeatur.

Quarta. §. 4. Praeterea *confundi hic* ciuilitatem *cum* obligatione, *cuius meminerint necquicquam patroni (h). Verum plurimas coniecturas effe, unde conftet huius commendationis obligatio (i), uidebimus infra.*

(h) Has

Formulae quae humanitatis?

(*k*) Has formulas urgent, *Gefälligkeit, zu willfahren*, *der* recommendation *geniessen zu lassen*, *wiederum zu dienen et* quae alia sunt generis eiusdem. Vnde colligi putant, quicquid hic factum datumque sit, illud humanitatis, familiari- A taris, precarii rationes habere, quae absint ab animo se obligandi.

Obligationis.

(*i*) Dicemus de huius generis coniecturis in segmento altero, quo commendationis huius ciuilem adstruemus ac propugnabimus obligationem.

Quinta.

§. 5. Post *nominationes neque per sacrorum iura a catholico patrono dari tribuique posse euangelico* (*k*). *Verum sustulere has diras paces religionis in Germania* (*l*).

Qui haeretico *neque* donari *queat neque ille* acquirere.

(*k*) Quoniam haereticus in pontificio iure bona amittit, quae cedunt fisco. Inde pater, quod acquirere nihil possit neque in ciuilibus, multo igitur minus in parochi nominatione, tanquam re spirituali annexa. Priuantur certe haeretici bonis propriis, licet filios habeant catholicos, Dd. *ad cap. 10. uergentes X. de haeret.* Quid? quod neque in facultate hominum catholicorum sit, aliquid do- B nare haereticis, siue res sit ecclesiastica siue ciuilis, ut clare dicitur *cap. 7. in eos X. de haeret.*

Quae decreta non agnoscit Germania.

(*l*) Supra iam est dictum *cap. 2. §. 2. litt. n.* quod in Germania hoc sensu neque pontificii haeretici sint neque euangelici. Imo qui secus docuerit senseritque in Germania nostra, is in poenam fractae pacis publicae et religions incurrit mereturque ab imperio proscribi.

Sexta.

§. 6. Tandem *nominationes esse alias* plurium (*m*), *unde patrono electio: quae fieri nequeat, si unus tantummodo commendetur. Verum neque hoc est perpetuum. Saepe enim fit, ut stare oporteat patronum commendatione aut nominatione unius* (*n*).

Qui nominatio *fieri nequeat* unius?

(*m*) Quoties in casu *cap. 1. §. 6.* proposito *commendationes* factae ac repetitae sunt a domino, unus tantum legitur esse nominatus. Quod etiam docent formulae commendatitiarum litterarum, quas dedimus cap. IV. §. 2. litt. b. Atqui mores institutaque uolunt, ut *plures*, minimum tres, nominentur, unde eligat postea patronus.

Qui fieri queat nominatio unius?

(*n*) Exempli loco esse possunt *nominandi* iura *regis; indultaria* administrorum aulae et cardinalium; *nominationes* academiarum, quarum iura singularia descripsimus *cap. 3. §. 1. litt. k.* Qui omnes certe patroni sacris collegiis com- C mendant nonnisi *unicum*, quem illi, nisi declinandi causas habeant idoneas, obligantur ad beneficia admittere. Idem uult INSTR. PAC. OSNABR. *artic. VII §. 1.* quod euangelicae communitates *unum* debeant principi offerre ad confirmandum. Quod exposuimus *cap. 3. §. ult.* Imo neque aliter caueri illud potest, ne *patronus catholicus haereticum* eligat, quam ita, ut unicus tantummodo ei uel a D domino uel a parochia ipsa nominetur. Quoniam tum electio dici nequit praesentatio catholici patroni, quae fieri non potest nisi ex pluribus.

Pro OBLIGATIONE COMMENDATIONIS, haeretico patrono factae, ARGVMENTA. Primum ad cauendas *ludificationes.*

§. 7. *Nihil itaque obstat nobis porro officitque, quo minus* commendationis, PATRONO HAERETICO factae, obligationem *propugnemus idque idoneis, quae nobis uidentur, argumentis. Nam* principio haeretici patroni *nominationibus obuiam ire posset dominus aut princeps euangelicus multifariam illamque, si non aperte, per latus tamen impetere atque circumducere, eo quidem usque, donec spatium praeterlapsum* semestre *aut* quadrimestre (*a*), *post quae tempora ius, parochum faciendi, deuoluitur ad episcopum in Germaniaque ad dominum ac principem territorii* (*b*). *Nunc enim in candidato desiderare posset litteras et rerum diuinarum* scientiam (*c*); *nunc ei exprobrare* uitia flagitiaque *iuuentutis* (*d*); *iterum suspicionis eum arguere* haereseos (*e*) *aut* simoniae, *siquid catholico patrono dederit, fecerit, promiseritque aut alia ratione prouocauerit eum ad praesentandum* (*f*). *Quae singula sufficiunt iure pontificio ad repudium candidati* (*g*). *Credendum igitur est, maluisse catholicos patronos abstinere a* nominationibus, *quam ludificari* (*h*).

Quo tempore iura nominandi *deuoluantur?*

(*a*) Tempus quidem uariat, quo ius parochum nominandi ad episcopum deuoluitur, extincto, *ista uice*, iure patroni. *Concilium* LATERANENSE an. 1129. in uetustissimis exemplis *menses* habet *tantum-* E *modo* TRES. Quod etiam notat Ioann. CABASSVTIVS, *in histor. concil. can. 17. p. 416.* Verum QVATVOR menses definiunt *cap. quoniam 3.* atque *cap. cum propter 27. X. de iure patronat.* GALLIAE concilium

Aue-

CAP. IV. §. 7.

Auenionense cap. 9. an. 1209. profert spatium ad menses SEX, quod exhibet *Lucas* DACHERIVS *tom. 2. spicileg. p. 615. 616.* Verum licet haec tempora varient, est tamen ita usu probatum, ut *laici* patroni habeant spatia QVATVOR: clerici autem SEX mensium, antequam patronus iure nominationis a rectore, episcopo, territorii domino excludatur DD. *cap. 27. cum propter X. de iure patron.* Caussas discriminis ponunt in eo doctores, quod clericis nefas sit, in *praesentando* variare; quod tamen facere possint laici RICCIVS *in praxi fori eccles. decis. 172.* FINCKELTHAVS *de iure patron. cap. 6. n. 81. 82. seqq.* Sed magis aperti sunt illi, qui agnoscunt sacros canones semper aequiores esse in clericos, quam sibi inuisos laicos. Tempus autem, num a die currat *scientiae* an *uacationis*, dubium est. In utramque partem supersunt decisiones ROTAE ROMANAE. Eius autem nouissimae decisiones tenent primum. SARAEPONTANA autem constitutio alterum, quod dictum supra *cap. 4. §. 3. lit. d.* Neque praeter rem. Quoniam hic agitur de *interesse* et commodo non patroni, sed parochiae, ne illa iusto agat diutius sine pastore. Inde contrahitur ab aliis tempus hoc statuunturque patrono a die notitiae menses DVO aut etiam *uiginti* tantummodo *dies* ex decreto PII V. apud *Fr.* ZYPAEVM *in iure can. lib. 3. tit. 38. p. 158.* Qui idem de moribus Frisiae testatur, quod post illud tempus *nominandi iura* ac instituendi parochum obueniant domino territorii. Num CARPZOVIVS *lib. 1. iurispr. eccles. def. 15. n. 7.* et BRVNNEMANNVS *lib. 2. cap. 8. n. 2.* ueri sint: qui putant ob *gratiae* annum hodie illud tempus porro non attendi inter euangelicos, dubito: cum oscitantia unius non eripiat ius alteri, qui de suo magis est solicitus.

Ius deuolutionis qui ad territorii dominum?

(*b*) Id etiam ante pacem religionis factum esse in *Frisia*, quod nominandi iura, post quadrimestre aut semestre spatium in patrono extincta, non ad episcopum sint deuoluta: sed ad principem territorii, testatur *Fr.* ZYPAEVS *lib. 3. iur. can. tit. 38. p. 158.* Et responsum peculiare aduersus episcopum in parochiis aut patronatibus euangelicorum exhibet in gratiam principis et magistratus, ad quos iura pertineant deuolutionis, SCHILTERVS *de pace religion. part. 2. cons. 5. p. 428. 429.* Ratio ad indagandum est facilis, quoniam PAX RELIGIONIS episcoporum iura suspendit addiditque illa iuribus territorialibus. Aliter se res habet, si contentio sit inter ipsos euangelicos. Tum enim caussa mutati iuris cessat euitandusque est omnino saltus.

Scientia quae candidati ministerii?

(*c*) Litteras enim et *studia*, quod notandum, *maiora* requirunt in parochia et ciuilia iura in *Nouell. 123. cap. 1. 12.* et ecclesiastica praesertim in DECRETIS *can. 36. distinct. 63.* atque *can. 1. illiteratos distinct. 36.* atque pontificii etiam doctores in *theologia morali et pastorali.* Legendus hic GARCIAS *part. 7. de benef. c. 7.* FINCKELTHAVS *de iur. patr. cap. 6.* Et quotusquisque est, qui non cespitet in uno alteroue? Deinde quis Deus auctor mensurae scientiae theologi. Vt episcopo non desint tegumenta ad repudium.

Vitae integritas in candidato quae?

(*d*) Putant enim uitia, leuissima licet, *flagitia* dicenda esse in candidato theologiae. Sed quotusquisque etiam hic est, quem quandoque in transuersum non egerint sanguinis, bilis, phlegmatis temperamenta? Graues sunt iterum *Nouell. 6. cap. 1. Nouella 123. c. 1. 12.* Et damnat unus theologus, quod alter indulget. In his certe dissidiis graue est: *esse inculpabilem*, quod uolunt leges. Noua ergo iterum ad repudia schemata et praetextus.

HAERESEOS suspicio in candidato.

(*e*) Quoniam non solum ob haeresin repudiatur, sed etiam ob leuissimam haereseos suspicionem, si in haereticis quosdam habeat amicos, si libros eorundem legat, si disputet in eorum arena et quae generis sunt eiusdem, in quibus caubus operosus est *Dauid* CAESENATES, quem recensuimus supra *cap. 2. §. 2. litt. m.* Nostris ergo *consistoriis* ius hic erit *taitonis* aut *repressalium.*

Quid de candidato simoniaco?

(*f*) Raro certe hac in re integros animos circumferunt PATRONI HAERETICI. De caussis dictum *cap. 3. §. 12.* Et horrenda de illis specimina edita sunt *simoniae* in nominationibus euangelicorum parochorum. In *Hildesheimensibus actis* plura eius generis arcana prodita esse dicuntur. Quae miseri sacerdotes nostri, ductu conscientiae, morti uicini aperuerunt. Quo certe rerum statu iuris quandam praesumtionem esse quis dixerit: *patronos catholicos euangelicis pastorem non nominare, nisi eum, qui deos pacauerit nummis.* Poterit igitur tunc episcopus eo facilius candidatos ad formulam iurisiurandi obligare, quod sibi uiam sacrae spartae non praeparauerint aperuerintque largitionibus et beneficiis. Rigida hic sunt pontificia iura. Inde nemo *praesentari potest* sub conditione siue dandi siue faciendi siue omittendi CABASSVTIVS *ad an. 1268. p. 463.* Cuius generis sunt: *daß er wieder den Pabst und die Römische Kirche den* elenchum *nicht gebrauchen oder doch darinnen mäßig verfahren wolle.* Ita enim patronus excidit nominandi iure repelliturque Simoniacus candidatus ROCHVS *de iure patronat. tit. utile n. 9.* GARCIAS *de beneficiis part. 5. cap. 9.*

Iura talionis in pontificios.

(*g*) Quamuis enim euangelici eum rigorem uix habeant; sed in multis sint indulgentiores: tamen id prodesse nequit pon-

CAP. IV.

§. 8. 9. 10. 11. patronatus haeretici.

pontificiis. Aduersus quos uti licet regulis: *quod quis iuris in alium etc. iuribusque repressalium et talionis.*

Ludificatio

(*b*) Filum consecutionis meo iudicio A est firmissimum, ut malim *rei inutili*, qualis est nominatio, mittere nuntium: quam eius causa inuolui diffidiis, altercationibus, ludibriis.

Alterum *possessio* et *praescriptio.*

§. *8.* Deinde *quemadmodum unico etiam exemplo* probatur, *sique tempus accesserit in iure definitum, praescribitur ius patronatus (y): ita multo magis* nominationis *iura toties repetitis diuque continuatis commendationibus alienis extinguuntur (z).*

Qui ius nominandi acquiratur praescriptione?

(*y*) Duplicia hic iura concurrunt *praescriptio* et bonae fidei *quasi possessio.* De prima ipsa pontifex *cap. II. X. de iure patron.* quod illud omnino acquiri possit praescriptione. In tempore non conueniunt. Alii 10. et 20. annos sufficere putant *Petr.* HEIGIUS *uol. 1. cons. 51. apud Klockium. n. 54.* Alii 30. aut, si ius praesentandi ecclesiae competat, aduersus eam 40. annos COVARRUVIAS. c. *possessor p* 2. §. 10. *n.* 2. MOLINA *de iust. et iure D. 75. n. 7.* C FINCKELTHAUS *de iure patron. c. 4. n. 96.* Ad quasi *possessionem* praesentationis unum sufficere actum, docent *Ant.* FABER *de reg. relig. lib. 3. c. 8.* CARPZOVIUS *in consist. lib. 1.* B *defin. 21.* ipseque, qui loca congessit, BRUNNEMANNUS *lib. 2. iur. eccles. cap. 8. §. 8. pag.* 423. 424.

Qui acquiratur iuris nominandi possessio?

Temporis spatia in proposito casu.

(*z*) Inde enim ab anno 1625. atque inprimis 1656. ad haec usque tempora *formulae* adsunt *commendatitiae* ad parochiam: quibus haereticus patronus, nullo non tempore fecit deditque locum. Tantum abest, ut illae unquam uel neglectae sint, uel aliquid illis a patrono catholico fuerit oppositum obiectumque. Tempus igitur *praescriptionis* rationem habet actuumque frequentia *sustinet obseruantiam.*

Tertium iuris *cessio* aut *derelictio.*

§. *9.* Post *ipsa quoque commendationum* frequentia *sola et temporis* diuturnitas *arguit facitque, ne credi aliter iure possit, quam illis robur accessisse* nominationis (*a*). *In tanta praesertim pontificiorum* canonici iuris notitia. *Vt dici nequeat, peccauisse eos ignoratione effectuum inde secutorum.*

Iuris cessi aut derelicti coniecturae.

(*a*) Sufficere poterat sola praescriptio, quae causis opus non habet aliis in iure positiuo. Quod si uero coniecturis locus, aliter quidem existimari non potest, quam *patronum haereticum* parochorum *nominationes* uel habuisse nunquam, uel dereliquisse, uel cessisse: ut adeo patuerint illae territorii domino ad eumque recta uia sint deuolutae. Idque opinabile est, siue *patronum* cogites; siue parochiae *dominum*; siue indolem *nominationis.* Derelinquimus rem *nauci*, taedii, odii, oneris, *honoris*, *utilitatis*, *commodi nullius.* Talis certe haeretico patrono uideri debuit nominatio parochi D Lutherani. *Deinde* derelinquunt *illi*, qui rei indolem intelligunt sciuntque praestare saepius tacitam uoluntatem expressa, ut odia euitentur apud rerum ignaram posteritatem. Talem rerum iuriumque intelligentiam quis in dubium uocauerit in *patrono haeretico*, praesertim, si patronatus iura penes integrum nobilissimumque sacrum collegium. Eo igitur fidentiori esse licuit euangelico E domino, quod probe nouisset iisdem moribus uiuere atque gaudere catholicos patronos alios, usque dum diuersorum sacrorum studiosi demum redierint in concordiam.

Quartum iura *uiciniae.*

§. *10.* Tum *uerborum factorumque explicatio intelligitur ex* usu, *alibi in* uiciniaque *usitato (b). Atque ille docet probatque, quod patroni haeretici indulgeant plerumque* nominandi *iura principibus rerumque dominis euangelicis.*

Quae hic interpretatio usualis?

ex uiciniae *iuribus stabilita.*

(*b*) *Vsualis* interpretationis magna est uis, quia fundamentum illius sunt *mores*, *obseruantia*, *consuetudo* Dd. *ad l. 37. 38. de l.L.* Quae sane ipsam quoque legem dicuntur uincere. Idque in primis etiam in causis rebusque ecclesiasticis Dd ad *cap. 2. 6. 8. 11. X. de consuet.* Et uero in propositi casus historia adfirmatur: *quod in* SVEVIAE, FRANCONIAE RHENOQVE *uicinis regionibus uere in mores iuerit; ut pa*- F *troni catholici nominandi iura indulgeant euangelicis, acquiescantque illi solius praesentationis auctoritate.* In rebus autem, iuribus institutisque ecclesiasticis, ipso pontifice ita iubente, tantum non omne punctum datur *moribus uiciniae.* Ita doctores ad *cap. 6. X. de consuetud.* Guttierez lib. 3. pract. quaest. 17. *n.* 215. BARBOSA, GONZALEZ *h. l.* aliique.

Quintum iura talionis.

§. *11.* Porro *neque alias coniecturas nobis suggerunt* decreta *pontificis. Quoniam illa* haereticos iure patronatus *destituunt ecclesiamque tum pro*-

 nuntiant liberam (c). *Adeo idem olim iuris statui potuisset ante pacem religionis in catholicos, nisi nuntium misissent* nominationibus *catholici patroni. Vnde id nihil habet duritatis aut nimietatis in largiendo.*

Qui patronatu excidat haereticus? (c) Ita de haereticis pontificii: *quod non acquirere possint iura patronatus et, si olim acquisiuerint, ipso iure amittant illa, que non fisco deferantur, sed ecclesia tum transeat in* LIBERTATEM Dd. ad *cap. 10. de haeret. in 6.* Sigillatim illi, *quos supra* congessimus, his iungendus MAGERVS *de aduocat. cap. 7. n. 140. et cap. 8. n. 220.* nosque *cap. 4. §. 5.* superius. Et quamuis A pax religionis haec talia fulmina tollat: notum tamen est, quod pontificii eidem hac occasione, praesertim si in ecclesiasticis iuribus uersentur, soleant obstrepere. Maluerunt ergo distinguere patronatus iura patroni haeretici atque euangelicis nominationes indulgere, quam poenam incurrere destituti omnis patronatus.

Sextum ipsa patronatus negatio. §. 12. Taceo *in exemplo proposito neque hoc constare, num catholicus patronus iura unquam patronatus integre habuerit* (d). *De quo etiam dubitandum esse ideo, quoniam ne quidem* dotatio *parochiae patrono huic catholico debeatur.*

Qui coenobio negetur patronatus? (d) Quoniam putant desiderari alia plura requisita patronatus. Praesertim, quod facilius sit ad credendum, *sola praesentationis* iura indulta olim esse coenobio, ne forte nominaretur parochus ei ingratus: quam adsignatum illi integrum parochiae patronatum. Adiuuant coniecturas illa, quae *cap. 3.* scripsi- B mus dedimusque probatum: *collegia sacra parochias raro fundasse, rarius exstruxisse aut condidisse.* Quo iurium statu opus esset, docere coenobii collegas totius patronatus iura: antequam de causis disquiratur, quibus aliquid de illis fuerit decerptum.

Septimum in haereticos diffidentia. §. 13. *Accedit, quod inter* catholicos *et* euangelicos, *praesertim in illis, quae ad usum faciunt exercitiumque sacrorum, tanta fingi nequeat amicitia fiduciaque, ut primi ultimis inter tanta temporum ac hominum discrimina addicti fuerint in gerendo morem litteris eorundem commendatitiis* (r): *nisi aliquo* iuris uinculo *in hoc obsequio fuerint retenti, id est, nominandi facultate. Adeoque omnino exulent* familiaritatis *illa precariique schemata ac figmenta.*

Quae odia in haereticos? (r) Ex hoc fonte hausimus iam supra *cap. 4. §. 5.* in illo scilicet iuris, sibi ab haeretico patrono adograti, articulo. Cum uero etiam inter adstruentia argumenta habeat locum, eadem res etiam hanc scenam meretur. Scilicet *factorum* interpretatio multum lucis accipit, si de animo constet *facientis* aut *permittentis.* Haereticus haeretico infestus infensusque. Quae regula iuris est pontificii. Ergo, si quid *catholicus* uel dat uel indulget euangelico; illud fecisse credendus est ex iuris necessitate, uinculo ac nexu: non ex amicitia, fauore, hu- C manitate. Si quandoque *catholicus* amicitiam colit *euangelici:* illud raro fit aut deminuendi aut amittendi iuris ergo, sed acquirendi et adaugendi. Adeoq; exceptio firmat tum regulam, tantum abest, ut euertat. Taceo, quod talis amicitia multo minus *euangelico* sperari possit ab *integro coenobio* catholico. Cum eius socii raro D conspirent ad deminuenda iura in fauorem haeretici. Contra potius est credendum, si unus faueat euangelico; alii agantur spiritu pontificio zeloque diuino, ut de medio eum tolli malint, quam amice tolerari aut foueri beneficiis.

Octauum parochialium redituum spolia. §. 14. Vltimo *nostras etiam coniecturas illud auget firmatque, quod pontificius patronus euangelicae parochiae multum subtraxerit eripueritque de reditibus parochialibus forte taedio diuisi patronatus. Quo rerum statu, instar beneficii, habere is debet: quod territorii dominus illum non prorsus destituerit excluseritque omni iure patronatus* (s). *Quam poenam in patronos, parochiae spoliatores, cum fulmine anathematis statuit concilium Tridentinum.*

Quae poena in patronos spoliatores? (s) Historia casus propositi etiam, post alia, haec refert: *das Catholische Ritter-Stifft gebe nicht allein der Pfarre, dessen* patronatum es praetendire, *nicht so uiel, als die Nothdurfft erfordere: sondern entziehe ihr und dem Pfarr auch noch über dieses das Seinige. Dannenhero so wohl die* E *Gemeinde, als uornehmlich der Landes-Herr sich gedrungen gefunden, der Pfarr durch andere Mittel aufzuhelffen. Wie denn der letztere, welcher das* ius nominandi *bißhero genossen, dem Pfarrer eine gantze Hube Landes uon dem Seinigen zugeleget, auch nechst deme ihme ein iæhrliches* salarium

zu

CAP. IV. *zu seinem Vnterhalt reichen lassen.* Duo A ergo sunt, quae iuris patronatus mulctationem irrogant *patrono* CATHOLICO. *Vnum*, quod parochiae illa non eroget, quae sunt necessaria: *deinde*, quod ei iure quaesitos prouentus subtrahat eripiatque. Audiamus in utroque sententiam CONCILII TRIDENTINI. Ita enim in SESSIONE XXII. CAP. II. *Si quem* CLERICORVM (ergo ne quidem excepti coenobii collegae) *uel laicorum cupiditas occupauerit, ut* B *alicuius* ECCLESIAE BONA, *unde ministri alendi, sub quacunque arte aut colore, in proprios usus conuertere illosque usurpare praesumpserit, is* ANATHEMATI *subiaceat. Quod si eiusdem* ECCLESIAE PATRONVS *fuerit, etiam* IVRE PATRONATVS, *ultra praedictas poenas, eo ipso* PRIVATVS *existat.* Alter locus, qui huc pertinet, est in SESSIONE XXV. CAP. 9. *Non est permittendum, ut* PATRONATVS *ecclesiae sit* SERVI- C TVS. *Titulus* FVNDATIONIS *uel* DOTATIONIS *instrumento doceatur. Reliqui* PATRONATVS *sint abrogati et irriti. Et parochiae tanquam libet a suis collatoribus conferantur. Ad haec repellat episcopus* INIDONEOS PRAESENTATOS *a patronis. Patroni licet communitates et collegia sint, de fructibus parochialibus nihil percipiant. Omni in contrarium sublata consuetudine, alias excidant patronatu ipso iure.* Praxin poenarum, quas ita dederint patroni, parochiarum spoliatores, testantur *Fr.* ZYPAEVS *iur. can. lib. 3. tit. 38. p. 157.* LEO *in thesauro iur. eccles. cap. 21. n. 31.* LAMBERTINVS *de iure patr. lib. 3. art. 6. quaest. 7. 8.* Imo illud etiam iuris est, quod, ob insigne incrementum nouae dotis, ad parochiam collatae, largitor eius uel patronus fiat in ecclesia libera, uel adoptetur in communionem patronatus, iudicio testimonioque LAMBERTINI *de iure patron. lib. 1. part. 1. quaest. 3. art. 16.* RICCIVS *in praxi fori ecclesiastici decis. 190.* Vtrumque dogma commendare debet iuris canonici studium academiis euangelicis; ut *patronorum catholicorum* iniurias, ipsa pontificiorum *decretorum* auctoritate, propulsemus et conteramus. §. 14. 15.

Epilogus *historiae* PATRONATVVM HAERETICORVM in Germania.

§. 15. *Ceterum, ne quis dubitet,* PATRONOS CATHOLICOS *hodieque* pastores nominare ad Lutheranas parochias, *corollarii instar, addo: quod hoc cum ex auctoritate* COMITIALIVM DECRETORVM (*) *fiat, tum ex usu Germaniae prouinciarum, praesertim in* SVEVIA, FRANCONIA RHENOQVE *uicinis prouinciis* (**), *ut dubitandi non supersit causa ulla, ratio, locus, tempus, occasio. Quamuis haec iura boni omnes ferant dolenter ingemiscantque.*

Pro IVRE PATRONATVS HAERETICI LEGES.

(*) Principio prouocant ad REC. IMP. D Augspurg 1555. §. 21. Cuius uerba, in epitomen contracta, haec sunt: *Als auch den Stænden der* alten Religion *uerwand alle ihre* Gült *und* Zehenden (quos reditus etiam soluere tenentur parochiis catholicis euangelici) *folgen sollen: so soll doch einem ieden Stand seine Obrigkeit und Gerechtigkeit* (sicque etiam ius patronatus) *darauf uerbleiben. Vnd sollen darnach uon solchen Gütern die Pfarr und Schu-* E *len, wie solche uormals bestellet* (qui patronus eorum antea fuit, is etiam post maneat) *auch nachmahls bestellt und uersehen werden. Vngeachtet, was Religion* (licet patronus catholicus nominare debeat pastorem euangelicum) *die seyen.* Multo autem est luculentior PAX OSNABRVGENSIS *art. V. sect. XII. §. 31.* ubi uerba sunt: *Hoc tamen non obstante catholicorum uasalli et subditi A. C. retineant institutionem ministeriorum,* IVS PATRONATVS *aliaque similia iura, quae an. 1624. habuerunt. Et haec seruentur, usque aliter conuentum sit.* Quod autem *catholicorum patronorum* in *parochiis laicis* nulla mentio, causa haec est: quoniam ne quidem nostri haec talia illis in dubium uocarunt.

TESTES *pro* HAERETICIS PATRONIS.

(**) Primus testis sit *Anton.* FABER *cancellarius Schwarzburgensis de religione regenda lib. 3. c. 9. Hodie,* inquit, *sopita in Germania religionis lite,* VTRIVSQVE PARTIS PATRONIS *iura* SALVA *manent. Dummodo* NOMINENT *eiusdem religionis candidatos, quam ipsae habent parochiae.* Idem FRITSCHIVS *in notis ad h. l.* Idem alii etiam SCHVZIVS *iuris publ. exercit. V. §. 16. litt. d. p. 338.* Idem BRVNNEMANNVS *lib. 2 iur. eccles. cap. 8. §. 10.* In aduersa ire ausi sunt SCHOENBORN *lib. 4. polit. c. 6.* Alios nominauimus supra suo quemque loco.

OPVSCVLVM III.

DE

SORTE SVFFRAGATORIA ECCLESIAE,

Vom

Priester-Loß.

Die XIII. MENSIS NOVEMBR. CIↃ IↃCC XIV.

CAP. I.

THEMATIS PROPOSITIO.

Breuitatis commendatio in dissertationibus academicis.

§. I. IN mores iuit, ut, loco *thesium*, aliquot linearum numeros non exeuntium, *libros* quandoque producamus in arena inaugurali. Olim certe academicae dissertationes fuerant *breuissimae*. Nam *disputandi*, non *docendi* causa propositae. Quapropter limites non excedere debuerunt unius vel alterius *problematis*. Deinde quis dubitaret, disputationes ita fore in academiis longe *frequentiores*. B Non enim cuiusque doctoris est, inclarescere orbi in *librariis* tabernis. Imo sunt exempla eorum, qui plus *docent*, quam *scribunt*. Contra aliorum, qui malunt scribere multa, quam multum docere. Et quaeso, qui fit, quare pauperes raro conspiciantur in cathedris? Cum litteris alias non obsit, sed prosit egestas multoties. Scilicet, cuiusuis non est, impensas ferre opusculi multarum litterarum. Et quis C porro inter aliquot horularum spatia uel expectaret uel requireret libelli totius examen. Praesertim cum solennia formularum, quibus utimur disputantes, spatioli conterant tantum non alteram partem. Praeterea ueritas frustra indagatur sic disputando. Nam spes nulla est, ut locum alterius opinioni det, qui illum tam prolixo iam apparatu occupauit. Partus, iam exclusus, aliam induere formam non D potest. Parentis igitur interest, ut illam tueatur, quam accepit semel. Contra ante in lineis aliquibus periculum facere oportebat disputantes. Tum certe ueritatis amico gratum, uellicari aurem tempestiue. Conformari ut possit opusculum ad monita rectiora. Hunc finem quoque habuerunt ueterum recitationes, quarum toties meminit Plinius. Breuitate adhuc commendata, gaudent hodieque academiae *pontificiales*. Imo ex no- A stratibus etiam uicini *Belgae* et *Angli*. Qui ad nostra disputationum uolumina tantum non obstupescunt. Vti nos pontificiales ridemus, qui suis dissertatiunculis conciliare uolunt, nescio quam, gratiam ex opera pictoris et chalcographi. Amplissimis enim ornatissimisque picturis principum; uirorum sanctorum; historiarum omnis generis subscribunt themata rerum respondendarum. Accedit B demum, quod inaugurales athletae in prolixitate quaerere possint praesidium. Instar aduocatorum, qui malam causam instituunt irretire & mole uincere glaucomatis. Hinc forte lex data *magistris Vitebergensibus*; ut disputaturi essent, uenia sit uerbo, bischedales uterenturque typis crassioribus. Crimen ibi uigiliae, si duas schedas exierint prodierintque exscriptae litteris minutis. Hæc pro C commendatione breuitatis in opusculis academicis. Quam nostro etiam exemplo sumus nunc comprobaturi.

Propositio argumenti.

§. II. Scilicet *unicam* nunc *causam* respondebimus disputando. Quae in hac quidem uersatur quaestione: VTRVM ELECTIO ECCLESIAE MINISTRORVM FIERI QVEAT IVDICIO SORTIS: uel, ut breuius et forte Latine magis dicam: *de sorte suf-* D *fragatoria sacri collegii, coetus, ecclesiae.* Non fingo controuersiam, quae nuper in locis *duobus* ualde est in utramque partem disputata. In uno historia fuerat haec: *elegerant duo patroni candidatos itidem duos ad unum idemque munus pastoris.* Vtrimque idem ius eademque iniuria. Cedere uult neuter uel latum unguem. Tandem consiliantur amici, ut rem *fortis iudicio* deferant utrique, qua tum, utut ceciderit illa, acquiescerent. *Sortitione* facta, impetit patronos, princi-

pis

CAP. I. pis nomine, fisci aduocatus. *Primum*, A quod fortilegio usi sint in ecclesia, quod crimen sit mereaturque grauissimam poenam: *deinde*, quod, discordante iudicio electorum, eligendi iura ad principem ceu superiorem deuoluantur. In *altero* loco idem controuersiae fuerat genus. Nam rei ecclesiasticae praefecti, *die Kirchen-Vorsteher*, quos in Saxonia inferiori nunc *Leuitas* dicunt, nunc *uiros diuinos*, *Gottes-Mænner*, pariter in eligendo pastore iuerunt in partes, numero quidem aequales prorsus. Ne igitur nihil uiderentur egisse, duobus candidatis commendant *sortem*. Cuius usum denuo improbauit princeps. Eo quidem fine, ut *iure* uteretur *deuolutionis* ecclesiaeque curatorum haec instituta numis et mulcta graui coerceret. Dicendum itaque est iudicandumque: *an sortis iudicio recte ac impune usi sint rei; an secus, promeruerintque ideo poenam?* §. II.

CAP. II.

DE

SORTIS DEFINITIONE AC DIVISIONE.

CAP. II. *Capitis caussa.* §. I–IV.

§. I.

VT sciatur, de quo futura sit disputatio, sortis uerbum cum definiri debet, tum diuidi. Vtrumque nostris uerbis, non alienis, quae nostro iudicio minus probantur.

Sortis DEFINITIO *atque* *diuinatoriam et lusoriam* DIVISIO.

§. II. Scilicet nobis SORS, uniuersim dicta, *est fidei argumentum, petitum ab euentis* alienis. Fides autem illa nititur uel *prouidentia diuina*, ubi habes DIVINATORIAM; uel *nudis euentis*, quam adpellabimus LVSORIAM. Arque ita nos. Idque proprerea, quoniam *sortis* ipsa *essentia* in hoc consistit, ut ex *euentis colligatur fides rei alienae*. Huius autem fidei esse possunt plura fundamenta. Aut enim credit sortilegus, *numen* aliquod sigillatim recturum esse casum, de quo is concipit sortem, ubi sortis usus est *diuinatio*: aut relinquit rem brurae *fortunae*, uel casibus caecis, sine ulla altioris regiminis opinione instar *lusus*, inde sors *lusoria* & iocularis. Si uero numina, fas est, distinguere in *bona* et *mala*; ultimaque iterum in *uera* et *falsa*: *diuinationes* sortis aliae erunt *diuinae*, aliae *daemoniacae*, aliae iterum *idololatricae*, siue, quod idem est, *magicae*. Hae rantum diuisiones eius generis sunt, ut faciant ad dicendum sortes uel *iustas* uel *iniustas*. Aliae autem, quae inueniuntur apud auctores, illae uel aliunde petitae sunt, quam a rei ipsius indole et natura, uel minus certe, nostro iudicio, sunt adcuratae.

Diuisio sortis a subiecto.

§. III. Illud autem uerum est, quod SORTES recte etiam diuidi possint pro rebus, in quibus illae adhibentur. Sic in caussis IVDICIARIIS sors audit uel *consultatoria*, uel *decisoria*: in communi DIVIDVNDO *diuisoria*: in ELIGENDO *suffragatoria* et quae partitiones sunt generis eiusdem. De quibus ex instituto agunt PEVCERVS *de diuinationibus*; DELRIVS *in disquisitionibus magicis*; ARETIVS *in problematibus*; *Edo* NEVHVSIVS *de diuinatione* atque rheologi pontificii THOMAS, SVAREZ, SANCHEZ, BARBOSA; A LAPIDE:

Lud. opusc. tom. II.

B ex euangelicis GATTAKERVS, TAFFINVS, Iacob. BALMFORDVS, DANAEVS, VOETIVS aliique plures. Etiam in hoc argumento sunt iureconsulti *Troilus* MALVETIVS, qui primum de *iure circa sortem* ex instituto est commentatus, quem deinceps facile sequuti sunt alii *Henr.* HAHNIVS, *Alphonsus a* CASTRO, *Christ. Phil.* RICHTER, *Herm. uon* SPRECKELSEN, *Dan.* BRAVN, *Enoch* GLAESEAVS, *Henr.* LINCK, pluresque C alii de iure sortis ex instituto editi scriptores. Tacco interpreres iuris ecclesiastici et ciuilis, qui omnes ad titulos de *sortilegiis*, *electionibus*, *diuisoriis* contractibus in usu sortis forensi fuerunt occupati.

Quae genera sortis licita, quae minus?

§. IV. Definitione atque diuisione sortis explicata, facile nunc erit ad intelligendum, quodnam sortis genus iure *naturali* sit licitum. Scilicet, qui rem, quam D in sua potestate habet, alreri donare et gratis remittere, aut, quod idem est, in alterum sine caussa eam porest transferre, illi eriam facere hoc licebit ex caussa *leui*, *fictitia*, *ludicra*, *stulta* et *absona*. Cum in iure sit unum idemque, caussam nullam habere et habere minus idoneam. Eo igitur usque *licitus* erit sortis usus, quousque non adpareat *lex prohibitiua*. Neque aliquid uidebitur, quod prohibitum sit in E sorte lusoria. Verum in *diuinatoria* sunt rationes paulo magis ambiguae. Equidem in rheologia naturali sunt sortes, quibus tueri liceret sortilegia. Quoniam numen ita colitur rogaturque eius uoluntas, in euentis aperienda; quoniam exempla prostant tot populorum, qui impune neque sine successu usi sunt diuinatoria sorte; quoniam decreti esse uidetur diuini, ut fide quilibet sua uiuat. Inde est, quod etiam pagani memorant, fefellisse sortilegia illos, qui ad illa non accesserint cum plena animi fiducia. Verum contra sentiunt alii. Quod Deus tentari non debeat temere, quod diuinis nominibus uti non debeamus in uanum, id est, abuti illis ad res nauci et futiles;

 quod

CAP. II. quod cultus Dei non fingi, sed requiri debeat, ab illis, quibus ipse Deus eundem aperuerit, cetera. Sed haec de rationibus sortis naturalibus. Quid ue- A ro uelint de illius usu iura ecclesiastica, ciuiliaque: illud quidem est, quod iamnunc dicendum et demonstrandum. §. IV.

CAP. III.

ADVERSVS SORTEM SVFFRAGATORIAM ARGVMENTA EORVMQVE DISSOLVTIO.

CAP. III. ARGVMENTA *sorti suffragatoriae* ADVERSA(I) IVRIS CANONICI.

§. I.

Ad refellendam, in electione sacrorum antistitum, suffragatoriam sortem principio quidem utuntur *iure* B *canonico*. Quamuis enim proscripserit illud Lutherus ex ecclesiis euangelicis; factum tamen id esse dicunt tantum in symbolis *fidei*, non in caussis *ciuilibus* atque *rebus* ecclesiasticis, in quibus *electio* uersetur mystarum. Quapropter in ultimo hoc argumento canone sit etiam standum inter electores euangelicos, cuiuscunque illi ordinis sint et dignitatis, quemcunque etiam tangat electio siue e- C piscopum siue inferioris ordinis pastorem. En igitur decreta sacra, quibus sortes in electionibus sacrorum antistitum improbatae sint damnataeque. Decretum *cap. 3. X. de sortilegis* est quidem hoc: *Ecclesia uestra nuper episcopo destituta. Circa modum electionis diuersos incipientes tractatus, VNVM tandem elegistis ex uobis per SORTEM. Is iterum TRES elegit, qui episcopum ecclesiae nominarent.* D *Nos tali examinato processu, multa reprehensione dignum putamus, SORTEM in talibus PERPETVA PROHIBITIONE DAMNANTES.* Verba haec esse uidentur clarissima sortis, in omni genere electionis mystarum prohibitae. *Partim*, quod illa concepta sint uniuersim, nude, *absolute:* ideoque etiam non ferant aliquam *restrictionem, limitationem*, distinctionem, quod lege distinguente, neque E distinguere sit nostrum. *Partim*, quod ibi argumentum sit a minori ad maius. Si enim neque *electores* episcopi poterunt nominari per *sortem*; multo minus *sortis* usus erit licitus in ipso antistite eligendo. Quae historia est nostra. Accedit, quod non hic tantum locus sit aduersus sortis iudicia in ecclesiis: sed etiam plures alii. Ita in DECRETIS CAVSA XXVI. prohibitiones sunt quamplurimae F aduersus *sortilegia clericorum*, quae improbantur damnanturque instar criminis magiae. Porro interpretes iuris pontificii ea propter mentionem faciunt trium tantum generum eligendi sacros antistites, urpote per *scrutinium, inspirationem* et *compromissum:* unde filum consecutionis est hoc, alios modos omnes ipsamque sortitionem ex ecclesiis esse proscriptam. Praesertim cum *cap. 42. X. de elect.* uerba sint haec: *Aliter*, quam modis praescriptis, *electio facta non ualet. Imo, qui CONTRA PRAESCRIPTAS formas eligere attentauerint, eligendi, ea uice, potestate PRIVENTVR.* Vt adeo cum recta ratione insanire oportuerit illum, qui *sortis* usum stare posse dixerit cum iure canonico in sacrorum antistitum electionibus. §. I. II.

(Marginal notes: cap. 3. X. de sortilegis. — *Eadem prohibitio in* DECRETIS CAVSA XXVI.)

§. II. Verum enim uero talia non sunt haec argumenta, quae nos deterrere possunt a *defensae sortis tutela*. Principio nolumus praesidium quaerere in problemate, *utrum iuris canonici aliqua sit auctoritas in euangelicis ecclesiis*, quoniam sunt quamplurimi theologi et iureconsulti, qui negant quaestionem derogantque canonibus omnem inter EVANGELICOS usum, de quo litigii genere consuli potest *dn. praeses in programmate uon Verbesserung des Kirchen-Rechtes. §. 17.* Nam demus etiam iuri canonico in suffragiis de electione antistitis locum: nihilominus saluam habebimus in utraque historia, superius *cap. I.* descripta, sacrorum antistitum electionem. Nam non quidem potest negari, HONORIVM III. circa *an. 1220.* in supra *h. c.* §. *1.* laudato decreto uerbis uri ualde momentosis aduersus sortem. Verum enim uero plurima sunt, quae interpretationem suadent, quod illud *capitulum* intelligi non debeat, nisi de sorte *diuinatoria*, coniuncta scilicet eum opinione, *Deum sorte recturum* esse electionem. *Primo* enim id uult inscriptio totius tituli de *sortilegis*, quo uerbo plerumque denotantur diuinatores. *Deinde* cum alia decreta in *cap. IV.* sequenti conquirenda sint, quae sortis usum adprobent, in dubio certe uerba Honorii adsumenda sunt de sortis abusu. *Tum* ipsa decreti historia id fere dicit. Quoniam Lucanae ecclesiae collegae, cum in electione episcopi inquirere debuissent in merita candidatorum, hac cura omissa, fiduciam posuerunt in iudicio sortis. Quod merito illis exprobrat Honorius. Si enim *sors* illorum fuerit *lusoria*, tum leuitas et incuria erant accusandae electorum: si autem *diuinatoria*, tum coargui poterat superstitio et religionis nimietas, qua in globulis fiduciam posuerunt diuinae uoluntatis, cum illam quaerere debuissent in usu rationis meritorum, uirtutumque candidati. Neque est, quod dicat aliquis, Lucanos tamen non

(Marginal notes: *Negatur iuris canonico improbari nostri generis sortes.* — 1) *quia dubium, an tangat illud* EVANGELICOS. — 2) *redarguit capitulum sortem* DIVINATORIAM, *quod uolunt* INSCRIPTIO; DECRETA *alia;* HISTORIA *capituli,* 3) TEMERARIAM *sortem, non necessariam.* — *Sors eligentium qui sors electi?*)

CAP. III. non ipsum *episcopum* elegisse fortis iudicio: sed tantum *electores*, ut adeo ad genus pertinere uideatur electionis per compromissum. Reponitur enim merito: *qui forte decernit electores; ille uiam sortis facit electo.* Neque inter hunc et casus alios quidquam intereſt, quam quod fortis usus concurrere in electione possit uel *immediate*, uel *mediate*, uel *directe*, uel *indirecte*. Vtrumque recte omnino prohibetur. Alia ratio *compromissi*, cum *iudicio* facti et usu rationis; alia *caecae* aut *superstitiosae* fortis. Primum largiuntur canones: alterum recte damnant refelluntque. Quid igitur de *fortilegis nostris*, supra proditis *cap. I.* Illos certe uirgula non tangit Honorii III. Nam illi indagauerunt in uirtutem candidatorum: non uero confisi sunt forte cum utriusque neglectu. Deinde in calculis non Dei uoluntatem posuerunt: sed litigii finiendi qualemcunque tandem causam. Post non temere iuerunt ad fortiendum: sed ex necessaria idoneaque causa. Loquitur ergo *capitulum* 3. *X. de fortil.* non de forte *rationabili*, cui praecessit candidatorum examen; non de *luſoria*; neque etiam de *necessaria*: sed de genere fortis *superstitiosae*, *diuinatoriae*; *temerariae*. Casus uero nostri non in ultimis generibus fortis uersantur, sed in primis, nihil uitii et prohibitionis habentibus. Tandem, cum legis causa dicatur illius anima: iterum nostra euitabunt decreti huius uim. Eius enim causa primaria est haec: quoniam, fortis usu adhibito, fieri possit, ut eligatur homo indignus sacerdotio aut munere antistitis. Verum in casibus *cap. I.* propositis, id quidem metui potest nec quicquam. Quia in illis candidati iam fuerant missi sub examen industriae, uirtutis, litterarum. Breuiter, aliud est, eligere per fortem: aliud iterum, factam electionem fortis iudicio definire. In primo genere est capitulum: in ultimo autem casus, a nobis *cap. I.* ad disputandum et respondendum allati. Taceo, quod infra in *cap. IV.* etiam ostensuri simus *interpretationem usualem*: a qua si discedere uellet Honorius III. haud dubie huic eius decreto adscribenda esset uox *palea*, nota, quod uulgo dicunt, *textus desuetudine sublati.*

Discrimina inter electores, forte electos et per compromissum.

4) *Causa cap. 3. X. de fortil. nobis non aduersa.*

5) *uis not. palea.*

§. III. Pergo ad dictiones aduersus *fortis iudicia* in electionibus sacrorum antistitum in DECRETIS. In quibus uere nihil est, quod *causis cap. I.* laudatis possit obesse aut opponi. Id quod in fingulis ostendemus figillatim. *Canon. 2. C. 26. q. 2.* est hic: *Non statim debemus ob exempla* IONAE *et* APOSTOLORVM *fortis iudicium probare. Quia priuilegia singulorum neque faciunt legem neque factam tollunt.* Verum haec ad fortem diuinatoriam pertinent: de quo nunc quidem non disputamus. *Can. 1. c. 26. q. 2.* dicitur: *quod fors in se nil fit mali.* Reliqui canones id uolunt: improbandos esse, siue clerici fint, siue laici, qui, in fortis usu, imitentur paganos. Penes quos in mores iuerat, Homerum, Virgilium aut probae notae auctorem alium euoluere atque ex litteris aut lineis se primo conspectui exhibentibus, fortis instar, colligere futura euenta aut etiam mores hominum occultos, unde nomina fortes Homericae, Virgilianae, cetera. De quibus legi possunt DELRIO; DU FRESNE; NEVIIVSIVS et *Obseru.* HALLENS. *tom. 4. obs. XIII.* Idem enim clerici et homines christiani alii fecerunt post euolutione V. & N. T. *psalmorum* inprimis et *euangelistarum* aut sacrae *apocalypseos*, imo etiam, *librorum* porro *ritualium*, *poenitentialium*, *ceremonialium*, indeque pariter coniecturas et notitias petierunt hominum, rerum, euentorumque in occulto latentium. Inde ecclesiae doctores laudarunt quidem institutum, quod, loco paganorum auctorum, consulant scriptores diuinos: sed tamen displicuit illis hoc. Quod hoc fortis genere utantur in rebus nauci et leuioribus: quod nimium id faciant frequenter; quod frustra sibi ab his indiciis promittant numinis diuini apertos sensus, cum Deus neque ad talia homines probos delegauerit neque ad illa adstrinxerit suum auxilium. Quapropter fieri, ut fortilegi plerumque, facile credendo, in euentis decipiantur. Hos sensus habent *can. 1. C. 26. q. 1. can. 1. 3. 4. C. 26. q. 2. can. 6. 7. 9. C. 26. q. 5.* Ceterum de his *sanctorum fortibus*, quas paganis oppofuerunt Homericis et Virgilianis, plene planeque egerunt DELRIO, PAPEBROCHIVS *in actis sanctorum* et MABILLON *in actis Benedictinis*, BEYERLINCK, DU FRESNE in uerbo: *fors*, atque ex instituto *Henr.* LINCK de *forte sanctorum.* Verum enimuero iterum haec *fortis diuinatoriae* exempla sunt: in quibus casus, *cap. I.* propositi non uersantur. Ceterum *cap. 42. X. de elect.* cum omiserit tantum *suffragatoriam fortem*; non uero improbauerit illam: argumenti a silentio tanta non est uis. Vt taceam distingui posse inter modos eligendi ordinarios et extra ordinem: inter electionem et definitionem electi, cetera. Quo ultimo intuitu comprehendi fortilegia possunt sub modo eligendi per scrutinia.

Ad textus in DECRETIS *repositio.*

Can. 2. C. 26. q. 2.

De fortibus Virgilianis.

Sortes sanctorum.

Ad cap. 42. X. de elect. responsio.

§. IV. Sed etiam SVFFRAGATORIAE SORTI in ecclesiis piisque obesse, uidetur IVS CIVILE ROMANVM. Ipse Iustinianus in *l. 47. sacris C. de episcop.* ait: *abbates*, simile iudicium uolunt facri antistites alii, *deberi eligi ob industriam, uirtutem, litteras, merita: necquicquam uero ex ratione tem-*

II. Aduersus suffragatoriam fortem LEGES *etiam* IVSTINIANI.

L. 47. C. de Episc.

CAP. III. §. V - VII.

tempestatu, sortis aliarumque fortuitarum circumstantiarum. Taceo alias leges de *maleficis, ueneficis, sortilegis*, de quibus THOLOSANVS *in Syntagm.* THIERS *de superstition.* aliique, quorum nomina laudata sunt superius. Repono, imperator refellit illos electores in ecclesiis, qui, nullo meritorum examine instituto, quosuis candidatos sine discrimine commendant iudicio sortis. Quod iterum contra se habet in caussis, *cap. I.* recitatis. Taceo, quod in caussis ecclesiasticis, quales sunt antistitum in ecclesiis electiones, ius Iustinianaeum in Germania nunquam receperimus. Partim, quod *canonici iuris* auctoritas in Germania uetustior sit, quam *Romani*: partim, quod per adprobationem *ultimi primo* non sit derogatum: partim, quod Romana iura accepimus in gratiam *camerae imperialis*, sed exulant ibi caussae ecclesiasticae. Neque est, quod regulam iuris sequamur *Brunnemannianam*, iure canonico standum in caussa, quae agat de uitando peccato. Notum enim est, quod canones nobis fingant multoties uendantque peccata. Quae nescit ciuis euangelicus, nisi ea intellexerit ex codice diuiniori.

Quod iuris IVSTINIANEI *non sit usus in Germania in caussis* ecclesiasticis.

III. matrem sors *habeat* IGNORANTIAM.

§. V. Illud etiam uerum est, quod uulgi sermone dicamus: *ubi multum fortunae, ibi parum datur sapientiae.* Inde fieri putant, quod, quo secula et populi in maiori fuerint ignauia, eo etiam impensius adamauerint sortes earumque iudiciis maiorem tribuerint fidem. Inde historiae de *sortilegiis* ueterum *Germanorum* apud *Eliam* SCHEDIVM, *Philip.* CLVVERVM, *Esaiam* PVFENDORFIVM, HACHENBERGIVM, PONTANVM, DATTIVM aliosque: inde ueteris et hodiernae Sueciae, Norwegiae, Lapponiae, Finnlandiaeque sortilegia, descripta WORMIIS, RVDBECKIO, VERELIO, SCHEFFERO, LOCCENIO, BARTHOLINO aliisque plurimis: inde paganorum in *Iaponia* sortes, teste XAVERIO *lib. 3. ep. 5.* inde Gothicarum legum commendationes pro iudicio sortis apud LINDENBROGIVM, HEROLDVM, FRESNEVM: inde rusticantis et ab omni litterarum cultu remotae ecclesiae adeo celebres *sanctorum sortes*, quibus usi sunt non solum episcoporum electores, sed etiam ipsi episcopi in rebus dubiis, quas descripserunt enarraueruntque FRESNEVS, PAPEBROCHIVS, MABILLONIVS, LINCKIVS et qui sunt alii. Quid quod? eadem stupiditas fuerit incusanda, quare in medio aeuo cum aliorum Europae regnorum, tum Germaniae iudices usu facti, non arte docti, quod in foro disceptatas a partibus caussas nescirent respondere, sententias expectauerint a sortilegiis, utpote litigatori utrique imperatis *duellis*, *ignis* et *aquae* periculis similibusque stultitiae, stupiditatis, superstitionis, ignauiaeque asylis. Quorum historias enarrant HENELIVS, HACHENBERGIVS, BESOLDVS, WINCKELMANNVS, FRESNEVS, uir illustris THOMASIVS, PAVLINI, DATTIVS et glossatores Germani. Quod cum ita sit, omnino iusto sorte magis religiosus est *obseruationum Halensium* auctor, qui *tom. 4. obseru. 13. §. 29. p. 302. 303.* in uotis ponit optatisque, ut *sortis illa iudicia*, e foris laudabili instituto proscripta quondam, postliminii iure, in curias reducerentur. Verba illius sunt haec: *Saluae sunt* SORTES *christianae. Nec male ageremus, si in iudicia nostra tum ciuilia, tum criminalia introduceremus* SORTIS IVDICIVM. *Ita enim melius decidi possent lites; melius indagari posset ueritas.* Stomachum mouent uiri, cetera doctissimi, argutiae. Quae mihi eodem prorsus loco sunt ac tenebras malle, quam lucem; ignauiam, quam scientias; inertiam, quam artes; deliria somniaque, quam rectam rationem eiusque prolem, ueritatem. Absit autem, ut in hoc *sortis* genere sint illae, quarum historiam dedimus *cap. I.* superius. Non enim ibi quaestio, uter rectius senserit; sed quis inter recte sentientes alteri debeat cedere. Quod cum neuter faceret, oportuit tollere dissidia quodam compromisso *sortilegii*.

Exemplis 1) uetustioribus Germaniae,

2) regnorum septentrionalium,

3) LL. Gothicarum.

4) papatus tenebricosi,

5) themidis sortilegae medii aeui.

auctor tom. 4. obseru. Hal. 13. §. 29.

§. VI. Potest etiam *sacra fides* peccare in nimio: si scilicet sibi aliquid diuini promiserit ex re, unde nulla diuinitatis spes. Quod ubi fit, actus non *fidei* nomen meretur, sed superstitionis, nimietatis in religione. Hac igitur uirgula notant quoque auctores *suffragatoriam sortem*, exulem ideo e republica ciuium christianorum. Sortes enim, in sacris litteris probatas, iussum habere dicunt diuinum. Inde sortilegos esse potuisse certissimos, fore, ut DEVS adesset calculis, quos super rei aut iuris notitia mittere iussisset. Contra, ubi iussus ille desit, ibi absonum esse fidei quid tribuere caecae sortitioni. Ita fere ARAVIO, BARBOSA, BELLARMINVS, LESSIVS, S. CAROLVS, uan ESPEN, alii. Verum haec tela iterum non feriunt caussas nostras, *cap. I.* commemoratas. Quoniam illae in *lusorio* sortis genere uersantur, non uero in *diuinatorio*, cuius hic mater habetur superstitio et sacrorum illa nimietas.

IV. Sortis mater SVPERSTITIO.

§. VII. Praeterea difficiliores plerumque sunt theologi in concedendis LVSORIIS SORTIBVS, quam in ipsis DIVINATORIIS. Primas certe damnant execranturque DANAEVS, AMESIVS et VOETIVS maxime *part. 3 select. disput. p. 1194. 1195. de abusibus sortis.* Vbi uerba illius sententiamque dabimus summatim. Sunt autem haec: *Controuersia est capitalis de sortium* IVDICIIS, *an illae sint in genere licitarum.* Corn. a LAPIDE, DELRIO, TOLETVS, *imo et doctor Lutheranus* BALDVIN. *lib. 4. c. 4.*

V. LVDICRAE *sortis* improbitas.

CAP. III. 4. c. 4. *caf. 10. probant aleae lusum chartarum temporis causa ferendi. Quod etiam singulari libro tuetur* GATTAKERVS, *cui sua opposuit* BALMFORDIVS. *Nos damnamus sortes ludicras omnino. Rationes huius sententiae sunt* primo *auctoritates plerorumque theologorum:* deinde *quia irreuerentia sit, DEV M immiscere ludicris:* porro *suspicio adsit, lusores colere idolum fortunae:* propterea *sortes in sacris omnes susceptae de rebus grauissimis:* post *comites ludorum sint rixae, inuidiae, blasphemiae, maledictiones. Itaque ludicris sortibus abstinendum homini christiano, multo magis clerico aut sacerdoti. Quod uelit signate Nov. 123. Inde damnamus quoque publica auctoritate munitas sortes ludicras, uulgo die Lotterien.* Illorum scilicet populorum, qui multum habent phantasiae, tribuuntque fidem somniis, aenigmatibus et simulachris. Fuit is lucrandi modus olim Germaniae nostrae inauditus. Sed ante aliquot annos hoc genus sortilegii *die Lotterien* in patria non minus instituimus, principio, suasu collegii sacerdotum, in gratiam pauperum aerarii, *der Armen-Cassen:* mox in Saxonia ad ipsius principis reique publicae adaugendas opes, fidem dante sortilegis populo ordinibusque prouincialibus anno CIↃ IↃ CCXIII. In eadem anathematis opinione aduersus *reipublicae sortilegia* est etiam auctor *Hall. obseru. tom. 4. obs. XIII. §. 24. 25.* Qui tamen diuinatorias sanctorum sortes piis hominibus omnino commendat. Scilicet, ut in casibus dubiis illi supplices DEO fiant, quo ex calculorum iactu aut euolutione sacri codicis fortuita eiusque primum obuiam facto dicto diuinam discerent uoluntatem. Addit auctor, sermone se accepisse ab homine docto, qui, causa huius sortis, cum ante in luxu uixisset, redierit ad frugem. Verum enim uero uti prudens nemo causam uiderit, quare DEVS hominem malit erudire per inanium speciem ualida simulachra et schemata, quam per propria eidem ratiocinia: ita malim egomet homini pio, de re ambigenti, preces commendare ad animum illustrandum lumine diuiniori, quam uota pro mysticis inuolucris. Quicquid sit, neque hoc genus sortis, *cap. I.* descriptae, ideo licebit redarguere, quamuis sit lusorium. Reponimus enim ad Voetianas argurias, *primo*, esse quoque magnos illorum numeros, qui lusorias sortes tueantur: *deinde* suffragatorias sortes nihil ha-

A bere inuerecundiae in DEVM: *post* Fortunae uerbo uti christianos, nulla opinione alicuius idoli: *porro* momenti, sat grauis esse, sacri anristitis electionem: *demum* per suffragatoriam sortem non excitari lites, sed componi. **§. VII. IIX**

VI. Suffragatoriae sorti aduersum IVS DEVOLVTIONIS.

§. IIX. Verum non satis est, *suffragatoria sortilegia* habere a crimine immunia: sed etiam ordo requirit, ut illa quoque liberemus ab iniuria in SVPERIOREM,

B principem, episcopum, patronum, papam. Id scilicet uolunt aduersae sententiae adseclae: *sacro collegio inter eligendum uel cunctante nimium uel discordante, electionis facultatem,* qua illud ob moras aut lites sit destitutum, *deuolui ad superiorem, cuius tum sit, suo aliquem eligere aut nominare arbitratu.* Agunt de hoc IVRE DEVOLVTIONIS uniuersim doctores ac canonum interpretes LEVRINVS

C *in for. benefic. part. 2. q. 737. Petr. de* MVRGA *de benef. eccles. quaest. III. §. 10. n. 480.* et uir excellentiss. BOEHMERVS *lib. 1. iur. eccles. tit. 10.* ubi etiam §. 8. docetur, quod principes euangelici iure deuolutionis pariter utantur, si ultra *trimestre* spatium illi cunctati sint, penes quos pastoris uel *electio* est uel *nominatio*, quod dicit *cap. 41. X. de elect.* atque *cap. 3. X. de supplenda neglig. praelatorum.* Num uero si capitu-

Iura deuolutionis num danda in S. R. I. IMPERATORI?

D lum *episcopatus euangelici* aut *abbatiae* in eligendo uel discordet, uel cunctetur, eligendi iura ad imperatorem deuoluantur, quo ipse argumento impetiit sacros collegas *Lubecensis episcopatus* et abbatiae *Quedlenburgensis* uirgines sacras: id quidem negatum iuit ex idoneis patriaeque peculiaribus argumentis *dn. praeses in dissert. de iure annatar. cap. 1. §. 5. lit. s.* Addimus nunc locum singula-

E rem ex bulla IOANNIS XXII. an. 1333. cuius uerba sunt haec: *Item uolumus, ut electio decani* (in ecclesia Villae Nouae Aueniorensi) *ad capitulum pertineat ad III. menses a die notitiae obitus. Quod si menses* TRES *lapsi fuerint, electio deuoluatur ad presbyteros. Si uero neque absoluerint electionem intra spatium* TRIMESTRE: *deuoluetur electio ad episcopum Aueninoensem.* Extat diploma apud *Steph.* BALVZIVM *in*

F *collect. auctor ueter. num. 82. p. 582. 583.* Et memorabile exemplum de Friderico I. imperatore, quod ipse an. 1152. Magdeburgico capitulo discordante, archiepiscopum nominauerit, illud quidem haber OTTO FRISINGENSIS *lib. 2. cap 6. p. 449.* Dabimus locum in margine (*). Idque ideo, quoniam ista electio a Caesare in-

(*) Verba historici ad an. 1152. sunt haec: *Circa idem tempus* (an. 1152.) *Magdeburgensis ecclesia, quae Saxoniae metropolis esse dinoscitur, pastore suo uiduata, ad electionem faciendam resedit. Dumque alii eiusdem ecclesiae praepositum Gerardum, alii decanum eligerent,: dimissis hinc inde personis regem adhuc in Saxonia morantem, adire disponunt. Quot dum multis modis ad unitatem et uinculum pacis princeps reducere satageret, ac proficere non ualeret alteri parti, id est, decano cum suis persuasit, at Guicmannum Cicensem episcopum, uirum adhuc iuuenem, sed nobilem eligerent: eique accersito regalia* eius-

CAP. III.

ſtar potius *compromiſſi* uel *arbitrii*, quam *deuolutionis* facta eſſe uidetur. Non quidem, quod a clericorum electione laici fuerint excluſi *cap. 56. X. de elect.* et *dn. praeſ. de iure annatar. cap. 1. §. 5. litt. r.* nam ex moribus medii aeui notum eſt, quod Germaniae quondam epiſcopos omnes conſtituerint noſtri imperatores, usque dum, ad pontificis euitandam aemulationem, eligendi iura conceſſa ſunt ſacris collegiis ſeu *canonicis*: uerum quoniam alii modi ſuperſunt, animaduertendi in electorum moram et diſcordias, quam electionis, iſta uice, quod dicunt, priuatione. Quidquid ſit, negari tamen non poteſt, hodie ipſos euangelicos principes ſacra collegia uel diſcordantia uel moras trahentia ultra ſpatium TRIMESTRE, punire ſolere iure electionis deuoluto. Vt adeo *ſortis uſus* illud, non ſine iniuria ſuperiorum, uideatur, impedire, interpellare et eludere. Verum enim uero, ſi quod in *c. IV.* dabimus probatum, *ſuffragatoriae ſortis* noſtrum genus eſt licitum, regula iuris tuebitur ſuffragatores, non facere alicui iniuriam, qui ſuo iure utatur *cap. 31. cum eccleſ. X. de elect.* *Deinde* cauſae IVRIS DEVOLVTORII ſunt, ne uacua paſtore ſit eccleſia et gregem dilaniet hoſtis *can. 11. diſtinct. 50.* Verum id non fit, ſi intra tempus, electrici eccleſiae definitum, ſortis uſu paſtor nominetur eligaturque. *Poſt* ius deuolutionis eſt ius priuatorium adeoque inter genera poenarum. Sed hae infligi et decerni nequeunt, niſi ob admiſſum crimen, quo iterum caret ſors ſuffragatoria. *Tum* neque deuolutorio iuri locus ante eſt, ſiue apud pontificios ſiue euangelicos, quam tempus electoribus definitum, elapſum ſit *c. 3. X. de elect.* Verum non elabitur fruſtra tempus, quando ſortis uſu id agitur, ut eccleſia accipiat paſtorem. Quapropter etiam *electrix eccleſia* tum argui non poteſt alicuius neglectus, qui tamen cauſa eſt deuolutiui iuris. Quoniam, eccleſia impedita, bellorum, turbarum, morborumque infortuniis, iuribus deuolutionis non eſt locus. *Praeterea* neque *diſcordantes* haberi poſſunt electores, ſi id agunt, ut finis ſit diſcordiarum uſu ſortitionis. *Ad extremum* cum leges poenales ſtricti iuris ſint, ut nequeant a cauſa ad cauſam extendi ac proferri: iterum habebunt ſortilegi, unde iura haec euitent priuatoria.

Deuolutionis *iura qui non obſint ſorti ſuffragatoriae.*

§. IX. Vltimum reſtant, quod nititur auctoritate non parui nominis iureconſultorum, qui *ſuffragatorias ſortes* omnis generis improbant damnantque in ſacrorum antiſtitum electionibus. Satis certe fidenter BRVNNEMANNVS *lib. 2. iuris eccleſ. cap. 18. §. 56. p. 707.* pronunciat: *Sed neque ſors permiſſa in electionibus. Nam exemplum Matthiae eſt irregulare. Hocque adeo uerum, ut neque ſorte eligere debeant aliquem ad beneficium eccleſiaſticum. Nec ſi duo electi per paria uota.* Qui caſus noſtri ſunt, *cap. I.* recenſiti. *Et ideo*, pergit, *non tuta ſententia* BALDVINI *lib. 4. conſcient. c. 5. caſ. 6.* et CARPZOVII *lib. 1. def. 45. n. 7. inter plures praeſentatos ſortem admittentis inter aequales. Cum tamen lis a SVPERIORI* (iure ſcilicet deuolutionis aut imperii ſimplicis) *dirimi poſſet. Sane in redemtione*, quod addit, *ſubſelliorum templi admitti poteſt ſortitio.* Nemo neſcit, quanta in eccleſiaſticis iuribus auctoritas ſit b. m. Brunnemanni. Qui uere eſt inter primos ſacrorum puriorum iureconſultos, qui de emendando eccleſiaſtico iure fuerunt ſoliciti. Succinit igitur illi *Henr.* LINCK *ad lib. 5. tit. 21. de ſortileg. §. 5. p. 838.* qui eodem utitur filo conſecutionis: *In eccleſiis conſultatoriam ſortem inter plures praeſentatos donis ac uirtutibus aequales cum Balduino admittit Carpzouius: ſed non tuta uidetur haec ſententia. Cum incertum, an aequales et lis decidi poſſit a ſuperiori.* Quae uerba eadem Brunnemanni ſunt, de quo tamen ſilet Linckius. De ipſis PONTIFICIIS theologis et iureconſultis *Gisbert.* VOETIVS *diſput. ſelect. part. 3. pag. 1200.* licet ipſe ſentiat nobiſcum, ita ſcribit: *An in diſtributione munerum eccleſiaſticorum ſors locum habeat, quaeritur. Negant omnes canoniſtae et caſuiſtae pontificii cum Thoma et ſortium uſum ad negotia reſtringunt temporalia. Idque propter ius canonicum, a quo hoc abſolute prohibitum putant.* Barbare ſatis hic ſcribit Voetius, quod cultiori Belgio ſere indignum. Res ipſa clara eſt, quod pontificii doctores *ſortis iudicia* in electionibus antiſtitum improbant. Ita SANCHEZ *lib. 2. ſummae cap. 38.* ita CASTRA PALAO *tractat. 17. diſp. 1. punct. 6. n. 6.* ita GIBALLINVS *de negot. cap 9. art. 9.* quorum uerba dabimus fide TELLEZII *ad lib. 5. decretal. tit. 22. n. 8. p. 391.* quae ſunt haec: *Qui negant* uſum ſortis in eccleſia, *hac ratione mouentur. Quia in ſuffragiis*

aequa-

§. VIII. IX. **DISSENSVS** *multi ſunt* **DOCTORVM.** Brunnemanni *praeſertim.*

Henr. **LINCKE.**

Iſti pontificiales.

---

eiusdem eccleſiae conceſſit. Tradit enim curia, et ab eccleſia, eo tempore, quo ſub Henrico V. de inueſtitura epiſcoporum deciſa fuit inter regnum et ſacerdotium controuerſia, ſibi conceſſum autumant, quod obeuntibus epiſcopis, ſi forte in eligendo partes fiunt, principis arbitrii eſſe epiſcopum quem uoluerit, ex primatum ſuorum conſilio ponere: nec electum aliquem conſecrandum, quam ab ipſius manu regalia per ſceptrum ſuſcipiat. Hactenus Friſingenſis. Quo ipſo facile ad intelligendum, quod anno iam 1152. in mores iuerit, ut *deuolutionis iure* uterentur imperatores. Vnde ſuppleri poſſunt illa, quae de aetate eiuſdem notauit *uir excell.* BOEHMER *lib. 1. tit. X. §. 1.* quae tangit pontifices eſtque dubium, num artem hanc didicerit pontifex a Caeſare, an ultimus a primo.

CAP. III. *aequalibus nondum tamen existat electio, quamdiu nota sint aequalia. Si igitur uota aequalia submittantur sorti, ipsa electio fiet per sortem. Neque dici potest, quod utrique candidati digni sint. Quia, ubi dissentit capitulum, ibi non decernit. Quod ultimum fit, si maior ita uelit pars. Quare rectius eo casu cogere poterit superior capitulum, ut intra certum tempus conueniant suffragatores, nisi uelint, superiorem iure suo uti deuolutionis.* Licet, quod addit Tellez, *alicubi receptum sit consuetudine, ut praebenda sortiatur.* Verum enimuero *primum* doctores opponemus doctoribus in *capite IV.* ut adeo nullum in eorundem numeris esse queat praesidium. Deinde b. m. Brunnemannus, uir pius, cum hic, tum in aliis causis quam plurimis quadam nimietate peccat religionis neque alicubi multum abest a superstitione. Quaeso enim quis *decimas* hodie inter iura referret diuina moralia, cum manifestum sit, decimas Leuitis ideo solutas fuisse, quoniam *terra sacra* undecim stirpibus adsignata fuit uniuersa, nulla eius portione relicta stirpi duodecimae *Leuitarum*. Vt adeo nihil haberet iniqui, undecim stirpes obligari ad alimenta, eorundemque loco, ad decimas soluendas duodecimae ex sorti. Verum nihilominus sermone accepi aliorum, quod Brunnemannus crediderit, se etiamnunc ex conscientiae rationibus obligatum fore ad decimas. Quas ideo ex omnibus bonis reditibusque suis praestiterit. Cum tamen quilibet uideat, clericos hodie & ipsos patrimoniis gaudere neque eorum numeros decimam referre hominum partem. De regula iuris Brunnemanniana circa peccatum uitandum, egimus supra *h. c. §. 6.* Verum uti danda est uenia alias uiro, tot in iurisprudentiam meritis illustri: ita tamen eandem uix ille meretur in hoc loco. Quod rectiora sentientes notauerit uirgula sat graui ab iisque discesserit praeter causam. TELLEZIANA autem dubia roboris habent parum aut nihil. *Primo* enim non quaeritur, utrum in casibus, *cap. I.* propositis, electio fiat per sortem: sed utrum ita fiat licite et integre. *Deinde* frustra ille dubitat, *duos* simul candidatos sacro munere esse posse dignissimos. *Post* ait, si dubitet aut dissentiat capitulum, dici non posse, quod decernat. Sed luditur hic sophismate capituli, quod uel sensu accipitur *collectiuo* uel *distributiuo*. Vltimum profecto decernere potest, quamuis dubitetur in primo. Quod cum ita sit, frustra sunt minae, sparsae ex penu iurium superioris sub finem.

Qui consultantur.

De decimis cursim.

Respondetur TELLEZIANIS.

§. IX. X.

§. X. Ad extremum addo suffragatoriae sortis pessimos ABVSVS, ob quos illa omnino uidetur tolli posse atque ex ecclesia proscribi. Non fingo casum, sed, quem nuper sermone accepi, illum bona fide recenseo. Scilicet fuerunt in uicina marchia Br. quinque patroni ecclesiae eiusdem. Ne igitur inter illos essent dissensiones in eligendo nouo pastore, usi sunt et ipsi iudicio sortis. Post enim quam in mores, uitam, litteras industriamque aliquot candidatorum inquisiuerunt, eorumque nonnulli ad id delecti sunt, ut sortis iudicium subirent: illi demum sacram spartam detulerunt, quem uocauerat sortitio. Verum pastorem nouissimum huius generis electio adeo tumidum ac turgidum reddidit, ut subinde in ore haberet, se, instar Matthiae apostoli, uocatum esse nutu sortis uere diuino. Ne latum unguem ideo cedere uoluit patronis, quod non ab hominibus, sed diuine factus fuisset sacer antistes. Quae etiam causa fuit, quare illi post mortem hominis insolentis migrauerint in mores atque, sortis usu reiecto, successorem illius elegerint per scrutinium lationemque suorum suffragiorum. Verum enimuero uti abusus, in homine praesertim uesano, de rei dignitate nihil detrahit quicquam: ita tamen redargui facile posset adrogantia sorte electi antistitis, si ille ex *cap. 2. §. 2.* explicati discriminis inter *diuinatoriam lusoriamque* sortem admoneretur dicereturque, primum genus sortis, decretis sanctorum ecclesiae patrum doctorumque, ex ecclesia proscriptum, *alterumque* tantummodo superesse. Cuius cogitatione demittet aut certe non erigent tolletque cristas sorte delectus antistes.

IIX ABVSVS suffragatoriae sortis in optimione sacerdotum.

CAP. IV.

PRO SORTE SVFFRAGATORIA ARGVMENTA.

§. I.

CAP. IV.

NEXVS dicendorum cum prioribus.

§. I.

CONfutatis iureconsultorum argumentis, quibus suffragatoriam illi sortem impetere solent, lis haec poterat iam haberi pro confecta. Si enim nihil offendimus in sacra atque ciuili iurisprudentia, quod huic sortis generi potest opponi, erit omnino integer illius usus. Verum, quoniam sensus hominum iura doctorum ea in re aliquantum diuersi sint, quod *capite III.* intelleximus; instituimus non solum refellere aliena, sed etiam nostra tueri idque opera singulari.

CAP. IV.

PRO *suffragatoria forte das Priester-Loß* ARGVMENTA I) *ab* ETYMO *fortis.*

§. II. Principio fortis VERBVM habet, A quod suffragatoriam commendat. Neque mirum. Cum etyma uerborum, iuris praesertim, ipsas rerum origines causasque nobis aperiant, uetustatis etiam aerugine sepultas. Non legi inter tot auctores, qui *fortis* uerbi diuinauerit notationem. Meo iudicio ORS uetustiori Latio idem fuit, quod *arca* (*). Sorti ergo uox tum innocua. Quoniam id uult, quod *ex arca extrahitur*. Veteres certe B hoc ritu peregisse fortilegia, *ut globuli, in urnam uel arcam immissi*, uel ab ipsis fortilegis uel, nomine iussuque eorundem, ab aliis extraherentur, eo quidem fine, ut, qui ante uel dubii fuerant, uel etiam controuersi, ex isto ordine fidem atque legem acciperent instar Romani dictatoris aut sententiae latae per iudices ex compromisso constitutos, illisque omnino acquiescerent. Finem itaque discordia- C rum atque dissensuum numeris attulit fors, fine ulla superstitionis labe aut friuola opinione consultae diuinitatis. Quod ultimum quando eueniт, illud quidem fortis tribui potuerat abusui, genuinis fortium originibus haud dubie aduerso. Neque enim fieri potuisse credimus, forti plus diuinitatis adsuisse, quam globulis tumidae cistellae. Quod fortis genus utique conuenit exemplo, superius *cap. I.* D proposito. Cuius gratia instituta mihi disputatio.

II) *a fortis usu in* CODICE DIVINIORI.

§. III. Sed parum forte esset, arguere ex NOMINVM syllabarumque ORIGINIBVS, nisi et alia fauerent forti LVSORIAE. Scilicet princeps ratio hic habenda CODICI DIVINIORI. Quamuis enim in illo exempla sint plura fortis DIVINATORIAE: non minus tamen LVSORIAS fortes offendimus ibi fine uirgula censoria aut cum ali- E qua reprehensione. Equidem non nego, quoties DEVS imperauerit usum fortis, toties hanc eundem quoque figillatim rexisse. Verum, si fas est, imperii diuini in fortilegiis adhibendis causas adsequi, nostras de iis aperiemus coniecturas. Scilicet cum uerbo aut uoluntate agere posset aperta ac manifesta, ire uoluit per fortis inuolucra. Idque in negotiis, quorum auctor maluit esse, quam uideri: corruptorum animorum ergo, qui audent in §. II. III. fortunis uel parum secundis, uel aliorum mensurae inaequalibus, ipsum coelum incusare et euomere in auctorem rerum odii inuidiaeque sceleftum uirus. Cauere haec peccata uoluit optimum numen. Atque hoc fine *fortibus* uti iussit, ne alias euentorum causas quaererent miseri mortales, quam caecos fortuitosque iactus et casus, id est, *sua facta* incusarent, non *aliena*. Docebo rem unico exemplo. Iussit Deus TERRAM SANCTAM diuidere quidem in partes et quo maior quaeque familia esset, eo etiam maiorem adsignare cuique portionem, quod fieri poterat absque odio aut inuidia diuisoris. Verum loca ipsa distribui uoluit nonnisi iudicio fortis, ne iram Dei prouocarent homines ingrati, essentque fortes, qui spe et cupiditate sua, quam in alia atque alia loca habuerant, destituti, murmurarent, despicerent portiones suas aliasque inuidis oculis intuerentur. Sibi ideo uoluit, ut tribuerent, qualia loca acceрissent, iudicioque liberae fortis. Addere possem alia hoc fine, ut intelligatur, euitandorum dissensuum remedia fortis uoluntati numinis nihil esse aduersa, licet opinio absit fortilego diuinitatis. Quid in electione regis Israelitarum. Noluit DEVS regem, recusauit dare, imo et improbauit populi haec desideria. Tandem importunis precibus annuit iratus. Sed regis futuri quod nomen? Adpellare regem potuisset DEVS uti Mosen et Aaronem. Noluit hoc facere, quia monarchiae illius non fuerat auctor. Inde *fortis* usum imperauit electusque fuit Saul per Samuelis fortilegia. Quaeso autem quo fine? cum, iussu DEI, ante iam in regem unctus fuisset Saul, quam fieret fortitio *1. SAM. c. 9. §. 20. cap. 10. §. 1.* Quantum ego coniector, non alio, quam illo, qui colligi debet ex *1. SAM. cap. 8. §. 7. 11. 12. cap. 10. §. 19.* Scilicet credidere Israelitae regalem electionem factam, non DEI nutu, uerum iactu SORTIS lusorio *1. SAM. cap. 10. §. 27.* Sed haec sufficiant ad regulam iuris: *Deum fortis usum imperauisse in causis, quarum auctor noluit esse manifestus* idque ex consultissima ratione. Alia loca

NVM. 26 u. 55. c. 33. u. 54. IOSVAE cap. 14. uerf. 2.

1. SAMVEL. c. 7. 8 9. 10.

1. SAM. c. 10. uerf. 19.

(*) Liceat in re obscura niti coniecturis. Veteres *arcam* dixisse ORS fidem faciunt quam plurima. Hoc uerbo arcam uel cistam significant *Aegyptii*, testibus KIRCHERO *in prodromo Coptic. suppl. c 6 p. 519.* Cuius litterae, mano eius ad Daniae regem, de claue omnibus linguis communi, exaratae adseruantur MSCTAE in dn. praesidis museo. Consentit SPENCERVS *lib. 3. c. 8. sect. 2. p. 1172.* binis uerbis: SOR *Aegyptiis est arca.* Inde etiam Germanis cum comite pronomine *Dresor* pariter significat *cistam.* Quorsum forte pertinet quoque uocula *ort.* Quasi cista locus sit bene custoditus et dispositus respondeatque ultimum Latinae uoci ORDO. Romanis certe ea propter OS, ORIS dicitur, quia primitiuum ORS fuit quondam. Inde hodieque SEORS uel SEORSVM, quasi loco seionctum et separatum. Quando SE particula haud dubie est *seiunctiua.* Habes igitur SORS uerbum, quasi ex arca, ORE, ORCO, ORTV extractum quid seionctumque, id est, lectos forte globulos. Quod etiam uult res ipsa. Nam *urna* passim utuntur auctores Latini pro *fortitione.* Sic VIRGILIVS *lib 6. Aeneid. uerf. 117. flat ductis* SORTIBVS VRNA, atque HORATIVS *lib. 2. oda 3. omnium eodem cogimus, omnium uersatur urna: serius, ocyus* SORS *exitura.* Alia loca habet NEVHVSIVS *in fatidicis lib. 2. c. 59. p. 529.* Vnde nouum filum ad argutias: cum *cista arca, urna* uocem ORS siue SORS esse eandem.

CAP. IV. ea sacri codicis tangimus cursim. *LEVIT. XVI, 8.* ubi sortitio de hircis duobus. Quorum unus DOMINO sacer, alter azazell, deserto aut incolae illius, quod SPENCER credit *lib. 3. cap. 10. diss. 8. sect. 2. p. 1489.* malo daemoni. Proditus est porro sorte peccator Achan *IOSVAE VII, 14.* Imo rector sortis uniuersim dicitur DEVS in *PROVERB. XVI. u. 33.* Eadem *sortis* urna usus est Dauid, in electione sacrorum antistitum, ne partium studii alicuius posset incusari a maleuolis *1. PARALIP. XXV. u. 5. 7.* Ionas sortis usu mari submersus *IONAE cap. 1. u. 7.* Vnde silum consecutionis ad suspectos criminum exponendos *ignis, aquae, duellorum, uenenorum, potus* aut *cibi* aliis periculis. De quibus singularia prorsus sunt, quae habet *uir illustris*, THOMASIVS in dissert. *de occasione constitut. criminalis §. 18.* et quae sequuntur. Vbi multa produntur huius iuris anecdota, artes, stratagemata mystarum, cetera. Quorsum etiam referre solent exemplum Ionathanis, *sorte* proditi, quod edisset edere prohibitum *1. SAM. XIV. 42. 43.* qui et ipse usus est sortis quodam genere diuinatorio aduersus Philistaeos *1. SAM. XIV. uers. 8. 9.* Prolixior essem in enarrandis diuinioribus V. T. exemplis, nisi hanc prouinciam illi iam occupauissent, quorum nomina a nobis *cap. 2. §. 3. §. 6. §. 7.* sunt laudata. Quibus addi possunt *Petr.* RAVANELLVS *in biblioth. sacra* in uerbo *sors. Ioan.* MALDERVS *in uirtutib. theolog tract. 10. c. 7. p. 761.* *Rainer.* de PISIS *in pantheolog. part. 3. tit. 16.* de sorte.

LEVIT. 16. u. 8.
IOSVAE 7. u. 14.
PROVERB. 16. u. 33.
1. PARALIP. c. 25. u. 5. 7.
IONAE c. 1. u. 7. *non Wasser-Proben.*
1. SAM. 14. u. 42. 43.

Sigillatim de loco admodum illustri PROVERB c. 18. §. 18.

§. IV. Illud autem inprimis facit ad nostri generis, *cap. 1.* descripti, defendam ex sacro codice sortem. Quod uir diuinus habet, ex usuque rerum humanarum pragmatico aperit, his quidem uerbis: *SORS FINIS DISSIDII ETIAM INTER PARTES PRAEPOTENTES.* Id uult inter mortales sapientissimus, cum diuersis homines agantur studiis feranturque sensibus de aequo ac iniquo diuersis; ad quae discrimina accedat post pertinacia et obstinatio, qua uincere cupiat uterque, uinci ac cedere uelit neuter: non aliam ex litium hoc gurgite emergendi uiam esse; quam, ut ambo iudicem eligant, aleae iactum, id est, positae *sortis* euentum: Siue regimen sortis in uolubili casu posuerint, siue in fatali, ex omni aeternitate definita, necessitate, siue in causa numinis sigillatim prouidentis. Quam enim multiplices etiam hic sint hominum opiniones: in eo tamen omnes conuenire, quod sortis iudicio, semel electo, sit standum et acquiescendum. Atque hoc idem illud *sortilegii est compromissum supra*, quorsum causae nostrae pertinent, *cap. 1.* a nobis recensitae.

In N. T. fortis exempla.

§. V. In noui foederis codice laudant *sortis* exempla duo. In primo uersatur

Lud. opusc. tom. II.

§. III. IV. V.

A electio apostoli Matthiae, quam sortilegio describit LVCAS in actis *cap. 1. u. 23. 24. 25. 26.* Verum pertinet hoc forte ad *diuinatoriam* sortem adeoque a nobis facile posset in hoc instituto omitti. Si tamen dicere debeo, quod res est, Matthiae exemplum nostris causis, *cap. 1.* in medium prolatis, respondet ex asse. *Principio* enim electores, liceat uerbis uti in ecclesia natis, non sine discrimine quosuis
B admiserunt sacrae huius spartae candidatos, uerum ex numero magno nominarunt *duos, Iosephum*, Iacobi minoris plriumque apostolorum fratrem, coniectura Ligthfootiana, et *Matthiam*, uiros haud dubie uirtute, iudicio certe eligentium, pares. Neque enim est credibile, si fuissent dispares, coetum eligentem utrosque simul eodem sortis loco habuisse. Vnde frustra est iuris canonici oppositio,
C sortis usum negligere examen meritorum. *Deinde* cum inter pares electio sit haud dubie difficilis, imo inter suffragia plurium tum non possint non suboriri discrimina et aemulationes: apostolici electores non temere accesserunt ad sortitionem, sed ex causa urgentissima ad euitandum studia et differentias. Quod cum ita sit, neque Brunnemanno adsentior supra cit. neque *can. 2. C. 26. q. 2.* supra
D laudato, quod apostolici electores hic priuilegio usi sint legis in se prohibitiuae. Vt potius firmiter credam, ecclesias christianas ex illo exemplo habere hanc legem: *quoties duo candidati, iudicio suffragatorum sint meritis aequales, tum non diuersis studiis inuicem contendendum, sed rem sorti committendam esse suffragatoriae.* Id quod a nobis fuerat demonstrandum. Ceterum nihil ad rem facit,
E qua electores apostoli hic usi sint sortis materia, *lignis, lapillis, papyro, membrana;* porro num talia extraxerint ex *cistula, urna, cassíde, mitra.* In quibus tamen interpretes sunt occupati *Beza, Schmidius.* Vtilior *Ioan.* CHRYSOSTOMVS, cuius sententiam de hac sortis electione ex *homilia 3. ad cap. 1. Actor.* meis quidem uerbis hic adponam: *DVOS prouocarunt ad sortem, cur non plures? Ne ex multitudine*
F *turbae: ne facta esse uideretur prouocatio sine examine meritorum. Sed quo fine adhibita SORS? Quia aliis oculis Deus uidet, aliis homines. Vltimi in externis occupantur, primus solum mentis est cognitor. Vltimis sufficit, bonum habere in praesenti, Deus etiam in consilium adhibet futura. Bonus esse quis potest sibi, sed etiam aliis prodesse oportet antistitem. Probat hunc cetus unus; alter nauseat eum. Sed olim*
G *quis sciuerit? quem demum antistes populum sit docturus. Tandem unde spes tam magna apostolis in iudicio sortis?* Id erat. *Rexit Deus Ionae sortilegos improbos et paganos: quidni rexerit sortitiones piorum?* Vtinam Graeca uerba dare potuissem, id est,

CAP. IV. est, ipsius scriptoris miram facundiam et diuinam παῤῥησίαν. Alterum fortis genus in N. T. est dubium habetque leues coniecturas. Ipsos enim diaconos *forte* electos esse, autumant cum Stephano *A-CTOR. cap. VI. uerf. 5.* Verum filet de hoc ritu ibi Lucas. Neque idem de *Zacharia* is repetit, ut adeo etiam huius sacerdotium, *LVC. cap. 1. uerf. 9.* descriptum, frustra habeatur pro sortilego.

Actorum c. 6. u. 5.

Lucae cap. 1. u. 9.

III. *Pro suffragatoria forte* IVS CANONICVM.

§. VI. A codice diuiniori, suffragatoriae forti amico, ad sacra decreta pergo pontificum Romanorum. Equidem *c. 3. §. 1. 2. 3.* iam ostendi, nostro fortis generi neque illa c[illegible] aduersa. Verum nobis id fatis non est, quod aliqua etiam commendent suffragatoriam fortem, tantum abest, ut improbent eam ac refellant. Quid quaeso? nostrae arenae esse potest commendatius, quam *canon 4. C. 26. qu. 2.* his uerbis scriptis: *Non exemplo Matthiae et Ionae sortibus indifferenter est credendum. Si qui tamen, necessitate aliqua compulsi, Deum putant sortibus esse consulendum: uideant, hoc apostolos non nisi collecto coetu et precibus ad Deum fusis egisse.* Verba haec Beda tribuit Hieronymo. Nobis sufficit eius iudicio fortes probari, quicquid fit de fortis genere. Eodem iudicio utitur Augustinus in *can. 1. C. 26 q. 2* ubi ait: *Sors non aliquid mali est: sed res in dubitatione humana, diuinam indicans uoluntatem.* Imo *can. 3. C. 26. q. 2.* dolet tantum *fortes fieri in negotiis fecularibus, cum adhiberi deberent tantum in caufis diuinis.* Praeterea, hoc etiam ipso, quod *can. 6. 7. 9. C. 26. q. 3.* temere tantum atque de rebus leuioribus factas fortes improbant: concedere et largiri uidentur necessariae fortis in ecclesia usus. Ab his ergo moribus ex eo demum tempore abhorruerunt ecclesiae, ex quo *Honoriano capitulo cap. 3. §. 2.* locum fecere iusto ampliorem.

can. 4. C. 26. qu. 2.

can. 1. C. 26. q. 2.

can. 6. 7. 9. C. 26. q. 3.

IV. *Pro suffragatoria forte* LL. ROMANAE.

§. VII. Mouemus pedem ad instituta Romanorum, quibus uariae pro *fortibus* leges, quae nostrae caufae omnino possunt prodesse. Principio *l. 3. C. commun. de legat.* causas, cap. 1. enarratas, claris uerbis respondet uultque, ut omnes casus, in quibus paria fint partium iura, neutraque alteri uelit loco cedere, per optiones finirentur usu fortis. Verba legis sunt haec: *Si pluribus relictus seruus, et quilibet eorum hunc uelit habere et reliquis satisfacere aliunde; sancimus in omnibus HVIVSMODI casibus rei iudicem FORTVNAM esse et SORTEM inter altercantes adhibendam. Vt quem fors praetulerit, ille eligat seruum ceterisque satisfaciat pretio.* Neque huic legi aliquid adfingere licet paganismi: quoniam auctorem habet Iustinianum principem christianum. Idem repetitur *§. 23. Instit. de legat.* Vbi digna sunt, quae interpres habet Theophilus, secundum κλῆρον facienduｍ et quem fors honorauerit. Porro, si dubitetur, apud quem inter plures eiusdem rei consortes illa debeat deponi, SORTIS usu uti eos oportere, dicit *l. fi quae s. ff. famil. herc.* Praeterea in *diuidenda* hereditate fortem diuisoriam commendat imperator in *l. 2. meminimus pr. C. Quando et quibus quarta pars debetur.* Quamuis enim haec lex uersetur in casu singulari, diuisione scilicet bonorum a decurionibus relictorum: filum tamen consecutionis merito nectunt ad cuiusuis generis diuidenda bona hereditatis, quae nequeunt diuelli. Post *fortis* etiam usum commendant iura Romana in *ordine iudiciorum*, quinam primo causam debeant dicere, quinam deinceps. Quorsum facit *l. 14. ff. de iudiciis.* Imo inter ipsas causas diuersas, quaenam primo loco proponenda, quaenam altero ac tertio, quod saepius disputatum in imperialibus comitiis, cum fibi huius ordinis leges uindicauerit adhuc rector Moguntinus, hoc fortis remedio liceret uti. Demum si manumittendi serui, seruorum non indicatis nominibus, tum *fortis usum* rursus commendat *l. 24. generaliter §. 17. ff. de fideicommissariis libertatibus*, addita causa admodum memorabili, ne *praetor*, in nominando eligendoque seruos, *aliquam ambitionis uel gratiae subeat suspicionem.* Ad extremum est quoque *fortis* casus singularis in *Nouell. 162. cap. 3.* ubi in liberorum diuisione duorum, uter ex illis matri, uter patri cedere debeat, pariter commendatur ab imperatore fortilegium. Vti autem *fortiri* uerbum est inter homonyma, notatque etiam *nancisci*: ita frustra est *Edo* NEVHVSIVS *lib. 2 de diuinat. cap. 29. pag. 325.* pro fortis usu laudando *l. 8. C. de iudaeis.* Nam ibi *fortiri* iudicem, idem est, quam *nancisci*, non uero eligere per fortem. Quamuis cetera ex aliis probae notae auctoribus constet, Romanos partibus multoties dedisse, ut fibi ac fuae causae ex pluribus iudicibus unum eligerent usu *fortis.* Quod mirum non est, cum Romani oratores, historici, poetae etiam illud dicant, in Latii republica ad eludenda ambitus crimina periculaque inuidiae tam *sacerdotes*, quam *magistratus* ciuiles, inprimis autem *prouinciarum praesides* fortis iudicio delectos fuisse. Verum enimuero dices forte, quorsum faciant haec in nostro argumento, quod fit iuris ecclesiastici? Praefertim cum superius *cap. 3. §. 5.* iam dederimus, iuri ciuili in caufis ecclesiasticis nullum esse usum in Germania. Repono, esse inter iura ob *uim rationis* uel *auctoritatis* obligantia magnum multumque discrimen. Deinde cum hic canones non *dissentiant* a lege; sed cum illa amice *conspirent*: rem

L. 3. C. commun. legat.

§. VI. VII. §. 23. Instit. de legat.

l. 5. ff. famil. herciſc.

L. 2. C. de bonis decurion.

L. 14. ff. de iudiciis.

L. 24 § 17. ff. de fideicom. miss. libertat.

Nou. 162. cap 3.

Notatus Neuhusius in l. 8. C. de Iud.

VSVS harum legum in iure ECCLESIASTICO.

CAP. IV.

rem ipsam, nostra sortis genera, etiam in ecclesiis redderet firmiora magisque luculenta. Tandem uti possessorii iura sunt, eadem in caussis ciuilibus, quam in ecclesiasticis, quia non *rem* tangunt, sed rei *modum*: ita etiam sortis usus non instruit hic sacras electiones, sed fructus finit soluitque nodum cetera inextricabilem.

V. Pro suffragatoria sorte LEX NATVRAE.

§. VIII. Sequitur IVS NATVRALE, cui certe in caussis ecclesiasticis, ubi neque definiunt aliquid diuinae, neque hierarchicae leges, est locus omnino faciendus. Philosophia est haec. Est aliquid (*quorsum casus pertinent, cap. I. descripti,*) in quod plures eadem prorsus iura habent, adpetunt illud omnes, sed neque *diuidi* hoc potest neque in *communem* aut usum *alternum* deduci. Iudex certe rem uni adsignando praeter causam, ceteris faciet iniuriam, infliget contemtum et iustam aduersus se excitabit indignationem. Est igitur tum locus faciendus sorti, ubi cessant ultimorum incommodorum querelae. Ita fere arguit *Thomas* HOBBESIVS (*). Cuius sententiam, additis rationibus luculentis, tuetur PVFENDORFIVS. (**) Ex iisdem causis Hugo GROTIVS (†) etiam sortis usum commendauit principibus, siquidem causae eorundem iuris essent tantopere ambigui, ut eadem omnibus iura esse uiderentur, eaedemque iniuriae. Sortis enim calculos praestare tum credidit, quam globulos ignitos et inflammatos. Neque certo aliud quid merentur *cap. I.* propositi casus. Si enim princeps ecclesiasticos electores priuare uoluisset iure eligendi: poenam illis ante irrogauisset, quam adfuisset delictum aut crimen. Si uero alterutrius electioni consensisset: tum partis alterius non euitasset offensionem indignationemque.

VI Pro suffragatoria sorte INSTITVTA GERMANIAE VETVSTIORIS.

§. IX. Non igitur, si pro sorte *naturae* quaedam uox est, in errore fuerunt GERMANI VETERES, quod ad res quam plurimas usi fuerint *sortilegiis* idque frequentius, quam populi cultiores. Repeto iuris regulam Pufendorfianam: *ubi in iure deficit ars, ibi incipit sors.* Cum A enim Germaniae populo, armis militiae addicto, leges essent nonnisi paucissimae: inde casus eo saepius ambigui et inenodabiles. Noli mirari. Vnius certe diei spatio difficile non esset, centum casus dare, de quorum iustitia hodieque disputaremus, idque eodem instituto in utramque partem, aeternum forte, nisi in legibus positiuis illos haberemus clare decisos. Sortis itaque raritas legum est B multitudo. Praeterea quis uitio uerteret nostris maioribus, ab ingenii animique cultu multum alienis, si illis in plurium, philosophis forte non inexplicabilium, caussarum litigiis haesit aqua, ut argumenta utriusque partis ualoris ac roboris esse crederent unius eiusdemque. In qua iuris et aequi ambiguitate iudices, minimum Germanici, sententias ferre non potuerunt: ne partium studio, irae, C odii, amoris, indulgentiae stimulis peccarent, neque tum iura *caussis*, sed *personis* tribuerent, cum manifesto et cuiuis societati horrendo crimine προσωποληψίας. Atque hoc intuitu, non alio, quem supra damnauimus, dicere et scribere audeo, uetustioris et parum cultae Germaniae *ordalias* (*), *duella*, *ignis*, *aquae*, *uenenorum*, similiaque pericula, intuitu populi sortilegi, optimo iure re- D ferri posse ad *iurisprudentiam naturalem*. Auctores, qui hos Germanorum ritus describunt, supra caput. II. allegauimus. Quorsum etiam suo iudicio respicit haud dubie GROTIVS *lib. 2. c. 23. §. 10.* quamuis telae sit breuioris. In eo tamen nemo, nisi superstitioni addictus plusquam anili, laudabit Germanos, quod lapsi sint sortis generibus. Rectius illorum maiores, qui, teste TACITO, sortis pericula fecere E in *bacillis*, instar uirgae Aaronis, in *globulis*, in *calculis*, in *lapillis*, *hastis*, *armis* eorumque casu et iactu. Qui enim partibus, in iure constitutis aequali, sortis usum commendare uult: illum uti oportet sortilegii signaculis, utrique etiam aequalibus. Quod minus fit in duellis, ob inaequales dimicantium uires, artes, corpora animosque. Idem desideー

§. VIII. IX. *Quae probantur 1) in legum paucitate,*

2] *moribus populi incultis.*

(*) Verba eius *de ciue cap* 3. §. 17. sunt haec: *Quod neque* diuidi *potest neque* communiter *neque* uicissitudinaria *lege haberi, illud iure naturali* adiudicatur *uni nonnisi per* sortem. *Nam hic* aequalitas *est spectanda, alia autem non praeter* sortem potest *inueniri.*

(**) Ita fere loquitur *lib. 3. c. 2. §. 5. p.* 347. *Nam in eiusmodi casibus* (ubi iura aequalia, neque tamen locus uel communioni uel diuisioni uel uicibus alternis) *commodius remedium non inuenitur quam* SORS. *Quippe quae opinionem* contemtus *remouet et cui non fauet, de* dignatione *nihil detrahit.* Et paulo post idem: *sorti res committitur, quae regi non potest arte. Nam sors, respectu hominum, a mero casu et forte fortuna dependet.*

(†) Locis certe aliquot inprimis autem *lib. 2. c. 23. §. 9.* ubi prouocat ad Chrysostomi sententiam de fortuna et Augustinum de doctrina christiana.

(*) Neque dubito *ordaliarum*, quas hodie *Orthel* uel *Vrthel* dicimus, notationem esse ab ipsis *sortilegiis*. In plerisque enim caussis Germanos, stupidos et barbaros, consulere oportuit *globulorum* aut *bacillorum cistam* siue ex *orco, ore, ors* extrahere aut haurire (onde iudicibus Germanicis uerbum *schopfen*) sortis signacula. Ad easdem litteras, uti de Aegyptiis supra uidimus, ita etiam Hebraicum *phur, phor, gor, goral*, quibus uocabulis *sortem* notant, uidetur huc inclinare. De quibus BVXTORF *synagog. c.* 24. SCHIKART *de festo* PHVRIM, SALDENVS *in otiis theolog. lib.* 3: *exerc.* 1. *p* 444. 445. MEINE *obseru.* 1079. qui etiam plura habent de sortilegis Hebraeorum.

CAP. IV.

fiderandum in aquae, ignis, uenenorum periculis. Ex VNA enim parte ftat *natura*, quae mergit, fuffocat, urit, laedit, perditque: ex ALTERA fpes incerta futuri *portenti*. Illud uerum eft, cum Germaniae uiuere liceat moribus et confuetudinibus ueterrimis hodieque: filum confecutionis effe necquicquam infirmum, *fortilegiis*, nihil uitii habentibus, poni non poffe obicem, ne in ipfis quidem ecclefiis.

VII. Pro fuffragatoria forte ANTIQVA ECCLESIA.

§. X. Quemadmodum in iure ecclefiaftico multum debere folemus uetuftioris ecclefiae inftitutis, cum fere illa ruerit femper in deteriora: fic quoque intereft fcire, quid illa fenferit feceritque in fuffragatoria forte. Loca *Auguftini*, *Hieronymi*, *Chryfoftomi* fuperius audiuimus, fuffragatoriae forti confentientia. Verum et alia fuperfunt non leuia ex facra antiquitate pro fuffragatoriis fortibus in ecclefiis argumenta. *Principio* illud offendit plurimos, quod ecclefiaftici electores tantopere a forte abhorreant, cum tamen antiftites facri adeo a κλήρῳ adpellati fint κληρικοὶ, quoniam *fortitionis* ufu ad facram fpartam fint delecti, inftar Matthiae.

1] *Clericis a forte* adpellatio.

Anno 1300.

Clare PACHYMERES *ad cap.* 5. *Dionyfii Areopag.* de ecclef. hierarchia p. 327. Ἐγὼ λέγω, συμβολόν τι ἐξ ἀποκαλύψεως ἢ ἐνεργήματος τοῦ παναγίου πνεύματος ἐπιπίπτον ἐπὶ τὸν κληρούμενον, ὃ κλῆρος ἦν. *Ego dico, fuiffe* fortem *fignum aliquod reuelationis uel adflationis fanctiffimi Spiritus, quod cadebat fuper eum, qui in clerum cooptabatur.*

Anno 600.

Luculenter magis ISIDORVS *lib.* 2. *de offic. ecclef. cap.* 1. *CLERICOS adpellatos doctores noftri dicunt, quia Matthias SORTE electus fit. Sic et omnes, quos illis temporibus ecclefiarum principes ordinabant, SORTE ELIGEBANT.*

2. *fuffragatoriae fortis* ufus *tempore* apoftolorum.

Quod teftimonium eft admodum infigne. Quamuis enim *clericorum* a κλήρῳ uel forte notatio non adeo fit certa, quoniam bona alterius uitae etiam κλῆρος fiue fors audiunt, cum *fortis* uerbo pro *bonis* etiam adhibuerint Romani: illud tamen ad noftrum facit inftitutum inprimis, quod uir magnae in ecclefia auctoritatis *fortis ufum* in facrorum antiftitum electionibus tueatur. Hinc meae coniecturae funt, in Hifpania inprimis, ubi uixit Ifidorus docuitque, SORTIS ufum in eligendis clericis et epifcopis praecipue locum habuiffe.

3] *fuffragatoria fors* praecepta.

Concilium BARCINONENSE *an.* 599.

Inde enim BARCINONENSIS CONCILII *canon.* 3. pro ufu fortitionis ita fe habet: *Hoc etiam cuftodiendum, ut* duobus *aut* tribus, *quos ante confenfus cleri et plebis* elegerit, *metropolitani iudicio, quem SORS, praeeunte epifcoporum ieiunio, Chrifto domino terminante, monftrauerit, benedictio confecrationis adcumulet.* ALITER *deinceps, quod abfit, praefumtum, et ordinatores et ordinatos proprii honoris depofitio fubfequatur.* Non ouum ouo fimilius effe poteft, quam hic canon caufis, *cap.* I. propofitis. Non enim turba hominum ibi offertur *forti*: uerum *duo* tantum meritis aequales *candidati*. Ex quibus unus adpellandus eft fuffragatoria forte.

§. X.

Cuius autoritas defenditur *aduerfus* Saauedram.

Fruftra igitur funt ipfi Hifpani, in iisque SAAVEDRA *chron. Goth. cap.* 15. *m.* 68. atque TELLEZIVS ad *lib. V. tit.* 22. *c.* 3. *p.* 391. qui falfa iuris canonici interpretatione adeo occupati funt, ut, poft mille annos, aliis uelint perfuadere, hoc fuffragatoriae fortis decretum nunquam in Iberia ufu receptum fuiffe (*).

4] regula *iuris de ufu* fortis *antiquae ecclefiae.*

Anno 800.

Sed non elegantius, uerius, magisque integrum ueteris ecclefiae monumentum inuenies, quam illud, quod extat inter CANONES HIBERNENSES, feculo circiter octauo fcriptos, quos in lucem produxit *Lucas* ACHERIVS *tom. IX. fpicileg. lib.* 25. *c.* 5. Eft autem hoc: *Synodus* HIBERNENSIS. *SORS aut inter duo DVBIA: aut inter duo AEQVALIA: aut inter duo CONCATHOLICA mitti debet.* Id eft, in caufis *cap. I.* enarratis, ubi electionis euentus fuit *dubius*, candidati fpartae meritis fuere *aequales*, ipfa electio *concatholica*: igitur fuffragatoria *fors* haberi ac aeftimari debuerat pro *neceffaria, utili, honefta*, Quibus elogiis dici quid non poteft maius.

5] *Anno* 1200. forte electus *epifcopus adfcriptus numero* diuorum *ab acerrimo* fortis *cenfore.*

Ceterum folenne illud S. GVILIELMI exemplum, circa annum 1200. aliquo fortilegii genere electi in *archiepifcopum Bituricenfem*, pariter habet, quod noftro prodeft argumento. Tres abbates electi funt candidati. Ex his nominaret unum Odo epifcopus Parifienfis. Is igitur fchedas infcriptas horum nominibus impofuit arae, egit miffam, fudit preces rogauitque numen, indicaret, quem ecclefiae haberet ex triga antiftitem utiliffimum. Quo facto more fortis extraxit nomen S. Guilielmi.

Nonae explicationis c. 3. X. de fortileg. *robur nouum.*

Hiftoriam defcripfere *Laurent.* SVRIVS *die x. menfis Ianuar. p* 156. 157. et plenius cultuque maiori *Ioan.* BOLLANDVS *in actis SS. die x. menf. Ian. pag.* 628. 629 *fqq.* Meretur illa legi in margine (**) cum ad rem faciant et libri citati pre-

(*) Imo Tellezius prouocat ad concilium Hifpaniae aliud, Toletanum, quod contra fentiat. Sed fruftra, quod uidere eft apud *Lud.* THOMASSINVM *part.* 2. *de ecclef. difciplina lib.* 2. *c.* 10. §. 17. 18. *p* 339. qui id tantum monet: *alicubi illam epifcoporum promotionem magis fuiffe confultam. Qua epifcopus, examine inftituto, duos aut tres nominauerit candidatos, e quibus deinde populus eligeret antiftitem. Cum plebs iudicare nefciat de meritis et uirtutibus antiftitum facrorum.*

(**) Verba biographi in actis Sanctorum menfis Ianuarii die *decimo* funt haec: "Cum ex hac luce migraffet felicis memoriae Henricus Bituricenfis archiepifcopus, qui inter nos degens erga clerum et populum fumma femper ufus eft manfuetudine et humanitate; paucis poft diebus il-"lius

CAP. IV. §. XI.

pretia habeant aliquantum grandiora. Illud autem notatu est dignissimum, quod *sorte* electum hunc Guilielmum idem ille ipse pontifex Honorius III. circa annum 1218. numero DIVORVM adscripserit (†), quem suffragatoriae sorti omni tantopere dicunt aduersum fuisse, quod uidimus superius. Vnde nouum ibi dicta accipiunt robur, cum credibile non sit, eundem papam principio electionem improbare, mox electum adscribere DIVIS.

VIII. Pro suffragatoria sorte doctores THEOLOGI et IVRECONSVLTI. 1] *PONTIFICII.* *Frid.* Nausea.

§. XI. Sed ne quid insolentiae habere uideatur ueritas nouis plane argumentis corroborata: nostri aeui AVCTORES restant nobis consentientes. Primus sit *Fridericus* NAVSEA, *episcopus Viennensis*, qui *in centur. 3. homil. 80. p. 335. b.* cum ex instituto locutus esset de sorte, ita tandem scribit: *Sexto docemur*, DISSIDIVM, *quoad est inter eligentes, de persona meliori eligenda, debere* SIMPLICI SORTE, *praemissa ad deum oratione, dirimi. Vt sic omnis uitetur suspicio corruptionis, ambitionis et adfectus. Quamuis* PONTIFICIA *iura* MAIORI *partium uelint suffragari. Qui tamen ut maior sit, facile credi possit esse corrupta.* Qui auctor eo maioris esse debet, quo acerbior ille fuit in Lutherum et quo maioris inter suos auctoritatis, iuris et theologiae doctor, silentiarius Campegii Cardinalis, episcopus. Alter est iureconsultus aetatis uetustioris *Troilus* MALVETIVS, qui de sortibus earumque iure scripsit responditque ex instituto. Sors illi sermone barbaro est *uentura*, de qua *cap. 3.* tandem colligit argutias his uerbis: *Sortis siue VENTVRAE usus in munerum electione est licitus. Nam hic Bononiae omni bimestri noui magistratus eliguntur per sortem. Quod alias non ferret episcopus. Imo CARDINALIS* conf. 150. *dicit, quod si duo contendant de* papatu, *data paritate probationum, locus tum sit* SORTI. *Et uero si locus sorti in maiori, erit et in minori locus. Imo sors in V. T. fuit licita* (de qua legi possunt *le MOINE obseru. 587. et SALDENVS de Hamane* aliique) *sed Christus non uenit ut solueret legem. Imo cum papa tacet ad usum sortis et tamen scit sortes pra-*

Troilus Maluetius.

Ventura, pro sorte.

"lius clerici ad diligendum idoneum successorem "conuenere. Sed cum primum inter se non con"cordarent, tandem ex instinctu spiritus sancti in "eam pariter iere sententiam, ut ecclesiae Parisien"sis antistitem, qui ex illorum collegio ad id erat "dignitatis assumtus, accerserent, eius in episcopo "eligendo consilio et prudentia usuri. Erat enim "uir magnus et cunctis uenerabilis, consiliis proui"dus, iustus et timens Deum: cumque erga alias "Galliarum ecclesias multa uteretur sollicitudi"ne, aequum esse existimabat, ut matri suae, id est, "ecclesiae desolatae, in qua a teneris annis fuisset "enutritus, tam necessario tempore minime deesset. "Ille uero nullas nectens moras, tanquam deuotus "filius afflictae matri, omnibus quibus posset modis "consolaturus, uocatus mox aduenit. Itaque ubi "ad praefixum diem conuentum est, iterum ab eius "ecclesiae clericis post multam deliberationem id "tandem omnibus unanimiter placuit, ut ex ordi"ne Cistertiensi, cuius tum erat in ecclesia Dei exi"mia sanctitas, abbas aliquis in pontificem delige"retur. Ibi tum inter ceteros, quos morum san"ctitas commendabat, crebro nominatus est Guil"helmus id temporis Caroli loci religiosissimus ab"bas; qui postquam arduum illud amplexus fue"rat institutum, in dies ad perfectiora contendebat, "et sicut generis nobilitate, ita uitae sanctimonia "ceteris antecellere uidebatur. Tandem ex com"promisso, et hunc et alios ab ipsis nominatos ad "Parisiensem episcopum detulerunt, ex eius arbi"trio procul dubio suum antistitem habituri, quem "ipse esset iudicaturus: quippe qui illorum omni"um mores probe cognitos haberet.

" 2. Sed quia iam hora tardior erat, uir ille pru"dentissimus noluit in re tanti ponderis praecipita"re sententiam; sed negotium omne in diem alte"rum distulit. Etsi autem inuitus admodum eam "in se prouinciam recepit, nulla ratione receptu"rus, nisi schismatis certa discrimina impendere "uidisset; et cessit tamen, decreuitque ea nocte so"litis uigiliis et precibus incumbere et diuinum "implorare auxilium, ut dominus destitutae eccle"siae pastorem idoneum daret. Sequenti die in "beatissimae Mariae uirginis templo mane sacrifi"cium missae cum ingenti deuotione obtulit. A"derant uero illi duo eximiae sanctitatis et pruden"tiae uiri, quorum unus postea Turonensi, alter "Melelensi ecclesiae praefectus est. Sub horum con"spectu schedulas, quibus cera obsignatis abbatum "nominatorum erant inscripta nomina, sub altaris "palla reposuit, penitus ignorans, quae cuius nomen "habeat. Absoluto autem sacrificio, cum lacrymis "et multo gemitu humi prostratus, orat dominum "Iesum, et eius sanctissimam genitricem, ut, qui so"lus corda nosset omnium, ostendere dignaretur, "quem uellet eius ecclesiae pastorem constiturum. "Expleta oratione, nihil iam haesitans de miseri"cordia Dei, surrexit, et ex omnibus schedulis "unam solam apprehendens, nomen inuenit do"mini Guilhelmi Caroli loci abbatis: moxque "rem duobus illis sociis suis indicauit: atque una "cum illis properat ad clericos congregatos, et "ipsius aduentum praestolantes. Interim rem "apud se et duos illos tacitam habet, dilaturus eius "propalationem, donec certius aliquod diuinitus "iudicium appareret. Et ecce non minima pars eo"rum qui conuenerant, obuiam illi procedit: una "uoce clamitant omnes, Guilhelmum abbatem, ut"pote uirum religiosum, iustum, sanctis moribus "conspicuum, sacris institutum literis, illustri o"rtum prosapia reliquis omnibus debere anteferri. "Ita dominus Iesus, quem ipse iam designasset pon"tificem, illorum quoque animis inspirauit. His ue"ro auditis, et laetitia et admiratio cepit episco"pum, ita ut lacrymas tenere non posset, uidens "rem diuinitus geri, exclamauitque: a domino "factum est istud: simul Deum benedicens, mox "properat cum illis ad reliquos paucos, qui in ele"ctionis loco permanserant. Atque inde cum "omnibus ad B. Stephani metropolitanam accessit "ecclesiam: ubi ante aram prostrati cum preces "domino fudissent, ex omnium fratrum uoluntate "et consensu ipso die S. Clementis Guilhelmus ab"bas in archiepiscopum, et totius Aquitaniae pri"matem eligitur.

(†) Testes sunt praeterea VINCENTIVS *lib. 29. c. 62 speculi, Arnoldus WION in ligno uitae lib. 1. p. 15. CIACONVS in uita Honorii III. et PALATIVS* in uita eiusdem, qui codicem msctum laudat Honorii III. epistolarum, in quibus *lib. 2. epist.* 1097. ritus diuinitatis S. Guilielmo datae enarretur. Pleniores sunt SAMMARTHANI *in Gallia Christiana episc. Bituric. tom. I. p. 65. p. 174.*

(*) No-

CAP. IV. §. XI.

praedicari, uidetur dispensare et dispensando ius commune tollere. Ita auctor mineruae paulo licet pinguioris. Sequatur hunc *Natalis* ALEXANDER, uir antiquitatum ecclesiae callentissimus, qui in *histor. eccles. sec. 1. diss. 6.* hanc quaestionem ex instituto respondit, idque his tandem uerbis: *Probatur usus SORTIS, si modo episcopatus candidati sint digni et ita pares, ut uix inter eos meritorum discrimen. Quia ubi humanae prudentiae iudicium deficit, diuina uoluntas consulenda et eius omnia committenda prouidentiae. Sic inter antistites, qui tempore pestis manere debeat, merito sortis usu indagatur, suasore Augustino ep. 180.* Pergo ad uiros euangelicos. In illis primo loco pono *Sam.* BASNAGIVM, qui *in annal. ad an. 33. §. 178. p. 422.* occasione Matthiae commentationem habet omnino hic memorabilem. Vtitur tandem filo consecutionis hoc: *Sorte electus Matthias, quia Spiritus S. neque dum missus fuerat, ut ipsi dignitatem candidatorum penetrarent. Inde Iosephus et Matthias, eligentium iudicio, inueniebantur pares pietate, sapientia, modestia, zelo. Nihil igitur porro relictum hominum prudentiae, nil consilio. Inde sorti iudicium dant, ne unum despicere uiderentur, honorando alterum.* Subscribunt etiam huic generi suffragatoriae sortis RIVETVS *in decalogo* et *Gisbertus* VOETIVS *tom. 3. dissert. p.* 1200. Neque aliter illi, qui symbolis addicti sunt *b. m.* Lutheri. Magna hoc argumento est auctoritas *Frid.* BALDVINI, theologi Vitembergensis, ad quem omnes prouocant, quotquot uel adprobant suffragatoriam sortem, uel improbant refelluntque. Fuit uero iste theologus an. 1607. hac de re consultus: *utrum antistes a patronis eligi possit ex pluribus candidatis per sortem?* Respondet hanc quaestionem cum discrimine dicitque; aut candidatos sine examine meritorum, aut cum eo admissos fuisse ad sortitionem. Si *primum*, sortis usum prorsus improbandum esse: si *alterum*, eundem adprobandum esse tum, *si merita utriusque sint aequalia, si dissenserint inuicem patroni, si ipsa electi ex ecclesia iuerit in partes.* Habes uiri huius epistolam de hoc argumento inter consilia *Georgii* DEDEKENNI *uol. 1. part. 2. p. 430. 431.* Idem repetitur a BALDVINO *in casib. consc. lib. 4. c. 5. cas. 6.* Vnde fidenter et quasi sub clypeo Balduiniano scribit CARPZOVIVS *lib. 1. iuris eccles. tit. 4. def. 45. num 7.* his fere uerbis: *Discordantibus patronis aut electoribus aliis, in numero candidatorum, meritis aequalium admitti, potest sortitio.* Cuius sententiae, relicta opinione Brunnemanni, calculum suum addit *b. m.* STRYKIVS *ad lib 2. c. 18. § 56. p 734.* praesertim, quod ipse Lutherus sortem, si non in electione sacri antistitis, certe uniuersim tamen commendet dicatque, *sortiri esse rem fidei in Deum. Loosen sey ein rechtes Glaubens Werck und möge wohl durch Fürwitz und Eigenlust mißbrauchet werden, wie des Schwerds und des Eydes*, quae uerba illius sunt ad *c. 1. Ionae.* Inde enim facile intelligitur, improbauisse uirum sortes temerarias, non necessarias in causis alias inenodabilibus. Eadem ferme, habet SPENERVS *part. I. theol. Bedencken p.* 406. et dn. BOEHMER *lib. I. tit. 6. §. 54.* Atque haec de numero in castris nostris militantium doctorum. Addo tandem, quod suffragatorias sortes, cum antea in usu essent ecclesiarum, primum interdixerit circa an. 1220. Honorius III. si auctori fides est chronici S. Aegidii apud *Godofr. Wilh.* LEIBNITIVM *tom. 5. rer. Brunsuic. p. 589.* certo inde sit credendum, illud, si quidem factũ sit, factum esse ex causa corrupta ac deprauata. Scilicet ideo in ecclesiasticis electoribus alere maluit dissidia pontifex, quam sortis usu illa componere, ut iuri spes certior esset *deuolutionis.* Deinde cũ in omni electionum genere regnare possint *artes aulae Romanae* (*), illas exulare oportet in suffragatoriis sortilegiis, parum ideo grato, quamuis salutari uulneratae per dissidia ecclesiae remedio.

Natalis Alexander.

c) EVANGELICI reformati. Sam. Basnage.

Riuetus.
Voetius.

β] LVTHERANI.
Frid. Balduinus

Carpzouius.

Strykius.

Lutherus.

Spenerus.

Peroratio uitiosae causae aduersariorum.

OPVSC.

(*) Nolo hic esse proditor arcanorum, quibus pontifex Romanus usus est ad episcoporum et abbatum Germaniae eludendas electiones. Cum enim ipse id quidem consequi non posset, ut eligendi iura Germani expectarent ab aula Romana: id egit, ut clam haberet, quod obtinere non potuit palam. Scilicet uariis remediis usus est, quibus Germanorum etiam *canonice*, id est, legitime peractas electiones tolleret notaretque uitio, ob quod habendae essent pro nullis. In quo instituto eo felicior fuit: quia sola electione nemo factus erat episcopus, nisi et accessisset papae confirmatio. Iussit ergo electores canonicos, ut ipsi historiam electionis in Germania factae, Romam transmitterent, imo etiam isthuc se conferret episcopatus Germanici candidatus, rogaturus Romae confirmationem. Vtroque igitur facto, multa pontifici occasio ad electionem redarguendam atque incusandam alicuius uitii aut peccati. Nunc iudicio pontificis, candidatus habitus indignus, uel quod doctus non esset, uel non esset satis prudens, uel quod maculam haberet natalium, corporis, alicuius in iuuentute peracti criminis, cetera. Nunc ipsi electores incusati sacri collegae, quod unius suffragia essent *corrupta*, consanguinitate, numis, pollicitationibus, cetera, quod sequi debuissent *saniorem* suffragantium partem, non *maiorem* et quae sexus fuerant generis eiusdem. Ad has igitur euitandas, Romam iuerant candidati cum nummorum diuite crumena, ad placanda irata curiae Romanae numine, quae alias nullum probauerant sacrae spartae ambitum. Tanti fuerant hi sumtus Romae facti, ut multoties in extremis rerum angustiis essent reduces inde noui episcopi urgerenturque ad nomina soluenda creditoribus Romanis. Contraho uela et lectorem remitto ad *Ant.* MATTHAEVM, qui *p.* 121. sq. *de rebus* Vltraiectinis illustria habet Romae in hoc genere uenalis specimina. Idem etiam consuli potest in analectis *p.* 188. 189. seq. ubi insigne fragmentum exhibet conclauis Vltraiectini, id est, *historiae electionis antistitum Vltraiectinorum.* Quod si uerum est, quis dubitauerit de causa odii Romani aduersus sortes suffragatorias?

OPVSCVLVM IV.

DE IVRE ANNATARVM,

PRAESERTIM

PRINCIPIS EVANGELICI,

SAMVELIS A MARSCHALL,

Equitis Porussi.

die XII. Maii CIↃ IↃ CCVII.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

FRIDERICO,

REGI PORVSSIAE,

MARCHIONI BRANDENBVRGICO, S. R. IMPERII ARCHICAMERARIO ET ELECTORI, SVPREMO PRINCIPI ARAVSIONENSI, DVCI MAGDEBVRGI, CLIVIAE, IVLIACI, MONTIVM, STETINI, POMERANIAE, CASSVBIORVM, VINIDORVM, ET IN SILESIA CROSNAE, BVRGGRAVIO NORIBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII, MINDAE, CAMINI ET MEVRSAE, COMITI HOHENZOLLERIAE, RVPINI, MARCAE, RAVENSPERGAE, HOHENSTEINI, TEKLENBVRGI, LINGAE, BVRAE ET LEERDAMI, MARCHIONI VEHRAE ET VLISSINGAE, DYNASTAE RAVENSTEINI, LAVENBVRG, BVTOV, ARLAY ET BREDAE, CETERA.

REGI ET DOMINO SVO, MVLTVM CLEMENTISSIMO,

academicum ſpecimen

dicat

humillimus cliens

SAMVEL A MARSCHALL.

REX AVGVSTISSIME,

Svb armis, TE CONDITORE, Fridericianam inſtitutam fuiſſe, quondam demiratus eſt orbis literatus. Stupet nunc, quotusquisque incrementa intuetur, quae TVA academia hoc tempore accipit, ubi ſeptentrionalium populorum exercitus fortisſimi non mille paſſus ab hoc bonae mentis ſacrario,

CAP. I. tantopere alieno a strepitu copiarum, distare uidentur. Ita uero est, utrumque TVIS consiliis, fortunae uirtutique TVAE post DEVM IMMORTALEM debemus; cuius NVMEN, si unquam genti TVAE olim adfuit, etiamnunc TECVM esse a principioque imperii TVI omni tempore fuisse, omnes intelligunt, ciues praeterea subditique TVI insigni hoc bono gaudent fruunturque. Qui ergo musas in tot bellorum contentionibus non deserere, sed altera soles manu tueri: spes mihi fidissima adfulget, nunquam intempestiuum aut molestum TIBI fore, quod AVGVSTISSIMO NOMINI TVO datur a cultoribus bonarum literarum. Argumentum lucubratiunculae meae non leue est, quod tricas tantum scholae, plurimum reipublicae inutiles, loquatur. Iurium enim TVI etiam imperii aliquam partem id attingit, quam grauissimi legum interpretes, suo olim iudicio, principibus euangelicis adseruere. Ego eandem scenam, nouo adparatu instruxi, filo consecutionis, ubi opus esse uidebatur, adducto firmatoque auctoritate canonum, purioris ecclesiae decretis, Germanici etiam imperii moribus, quos ex infima eius aetate atque interiori reipublicae compage in lucem produxi, ut iam nunc parum dubitationis superesse, queat. Non sensibus aliorum quid dedi; sed cuncta accepta tuli ueritati, quam nefas fuerit prodere sine ratione aut lege, in margine diligenter hoc fine conquisitis. Si quid tamen secus scriptum est, quam fieri debuerat, ferre id nihilominus consueuisti cum TRAIANO, ne cursui pietatis, qua TE literae prosequuntur, unquam uidearis obstitisse. DEVS, quo largitore AVGVSTAE DOMVI tot iurium incrementa accessere, eidem REGEM SAPIENTISSIMVM conseruet, ut illa, aemulatione ac inuidia superatis, prosperi semper rerum euentus consequantur. §. I.

Halae Venedorum,

d. xx. mensis Iunii CIƆIƆCCVII.

CAP. I.

DE

ORIGINE IVRIS ANNATARVM CAVSISQVE.

§. I.

ANNATARVM etymon.

ANNATARVM *barbara uox eaque medii aeui est (a). Origine Italica qui-*

Vocabuli *annatarum* recentiores *natales.*

(*a*) NOVELLA 123. *cap.* 16. cuius auctor Iustinianus an. 541. rem nobis ipsam describit, quodam uerborum circuitu, ut peculiare nomen eo tempore nondum enatum esse uideatur. Apud HOSTIENSEM, qui circa annum 1260. uixit, honorarii huius, pontifici Romano exsoluendi, pariter mentio fit *in cap. inter cetera X. de officio ordinarii*; quod eiusdem loci commentator, illo centum fere annis iunior, repetit *Ioh.* ANDREAE: ipsam uero *annatarum* uocem neuter adhibet. Me igitur auctore, sub exitum seculi *decimi quarti* uerbum hoc demum auditum est: quo fere tempore legitur apud CVSANVM; PLATINAM, doctores concilii *Constantiensis*, quos recensebo inferius.

(*b*) *Mar-*

CAP. I. *quidem (b): ad indolem tamen efficta Latii purioris (c) et quatuor fere abhinc seculis ciuitate donata Romanae ecclesiae (d).* §. I.

Lud. opusc. tom. II. Kk k 3 §. II. Quam-

origine ITALICAE.

(*b*) *Marcellus* ADRIANI in prima decade Liuii tem his uerbis conficit: *Annea, anno. Alla fine di quella annéa, uennono messaggi de Porsena. Diciamo ANNATA, mesata, giornata: che vuol dire un' anno intero, un mese intero. E quando diciamo, io glien ho dato un annata, vuol dire, che gli s'e dato tutto quello, ch'egli ha d' auere in un' anno intero.* Vocabulario degli ACADEMICI *della Crusca* haec repetit probatque, ut facile ad intelligendum fit, annatae uerbum Italis deberi, cum terminationem habeat, linguae Italicae in aliis quoque uocabulis frequenter usitatam. Quod nihil mirum est, cum certissimum sit, pontifices Romanos antiquis annatatum iuribus nouas demum leges statuisse, ut cum iisdem omnino nata esse uidetentur. Vtinam studiis Italorum, qualia uocabularium hoc ptodit, Gallorumque ad culturam uernaculae ipsi quoque Germani excitarentut. Nam HARSDOERFERI et SCHOTTELII conatus mox deferbuerunt. ZESII et similium impetus parum a furore absunt. SPATENII lexicon, quamuis naeuis hisce non careat, plenior tamen is aliis est, cuius exemplum si petitiores imitatentut, de successibus desperandum non esset. *Christianus* GRVBELIVS et nupetrime *Christian. Theoph.* GRAVIVS ad hoc litterarum genus animum adpulerunt, nullo tamen successu. Euanescit hoc institutum et uulgi ludibtiis exponitur, si ex umbris tantum ptodit scholarum. Rectore opus est, qui et ratione et usu, auctoritateque pollet: quorum unum si abest, cetera locum non tuebuntur. Exempla mihi ante oculos obuersantur societatum diuersarum, in quas superiori seculo pro uernaculae cultu coiuere aulae, curiae, scholae. Primordii gloria principi *Anhaltino* debetur LVDOVICO, qui incredibilem operam adhibuit, ut consilia haec prosperi euentus adprobarent. Nullis sumtibus is pepercit ad alenda ingenia, industriamque hanc rite promouendam. Atrium palatii sui amplissimum his musis destinauit. Literaria etiam documenta in ἀρχείῳ pulcherrimo ordine disposuit. Inter cimelia Coethensia tres hodienum matticulae adseruantur, quibus nomina, symbola, emblemata insigniaque inserta conspiciuntur membrorum Teutonicae societatis. Potentissimos in iis reges et S. R. I. electores numeraueris, qui purpura sua nihil indignum putarunt, illius ordinis fieri collegas. Nihil ergo in optimo principe desideraueris, quem Sueciae rex principio statim inferioris fere Saxoniae uniuersae constituit gubernatorem. Quam spartam per integrum quinquennium is laudabiliter exornauit. Post enim, nescio qua suspicione motus, munere isto se iterum abdicauit. Sacris illius manibus haec dare uolui et honori Anhaldinorum in iisque gratiae principis prudentissimae, quae in Coethensi ditione summam nunc rerum tenet, magno olim principum minorennium commodo et singulari in subditos beneuolentia. Haec *praeses* opusculi extra ordinem, sed praeter causam non scribo, quod princeps illa regis mandata exponentem magna cum humanitate et expetiit nuper dimiseritque.

Cursus de uernaculae cultura.

Speciatim der fruchtbringenden Gesellschaft, de cuius auctore, principe Anhaldino, singularia.

Verbum annare an Latinum?

(*c*) Omnibus hic laudatur locus MACROBII *lib. I. Saturnal. cap. 12.* ubi inquit: *eodem quoque mense martio et publice et priuatim ad Annam perennam sacrificatum itur, ut ANNARE perennareque commode liceat. Hoc mense mercedes exsoluebant magistris, quas completus annus deberi fecit.* Verum primo cum in alio nullo auctore Latino uetbum annare occurrat, subdubito, illud unquam in usu ueterum Romanorum fuisse. Magis enim mihi credibile est, effinxisse Macrobium illud causa solius etymologiae. Deinde parum hic congruit annare. Annatae enim dicuntur, quod unius anni reditus non excedere, debeant: annati uero, quod singulis annis fieri adsolet, ut festi dies anniuersarii. Nisi forte credere uelis, Italos olim annuos quoscunque reditus *annatas* dixisse, primi autem anni reditus *pontificiales annatas* cognominasse, demum nomen, quod olim commune fuerit, proprium factum esse curiae Romanae. Ad similitudinem papae, quod idem quam pater: hodie autem peculiate pontifici R. cognomentum. Sequioris aeui etiam scriptores *annatum* dixisse, quod aetatem habuerit unius anni, uti oues annatae: superannatum *uero*, quod anni spatium excessisset, FRESNEVS prodidit ex antiquitate monumentorum, unde facile repetiit SCHILTERVS *lib. V. de lib. eccles. Germ. c. 6. §. 2. p. 671.* Ceterum ego uoci non Romanam, sed Italicam originem statuo. Idque non solum propter causas supetius adlegatas: sed etiam, quod cum sacris Italorum barbarus quoque eorum sermo et ecclesias inuaserit et scholas Germanorum. Quid? quod mystis apud nos in deliciis quondam fuerit, curiae pontificis imitari rusticitatem.

An annatae in foeminino?

(*d*) Propter rationes in *lit. a.* expositas. Nam sub finem seculi decimi quarti perpetuo apud doctores occurrit. Idque

CAP. I. Significatus.

§. II.

§. II. *Quamuis uero adpellatio haec noua sit: ipsius tamen rei ex ultima nihilo minus uetustate eruendi significatus* (e). *Annatas enim honorarium* (f) *dico,*

que non solum in Latino sermone; sed etiam in lingua uernacula Germanorum, Hispanorum, Gallorum, Britonum aliorumque, qui pontifici Romano hoc iure uectigales facti sunt. Ceterum quod uerbum hoc foeminini generis et qualitate substantiuum sit, id uel Italicae terminationi in *ata* debet uel rei, quam notat: ut idem dixisse uideare, quam *annatas pecunias*, uel, quod familiarius curiae Romanae, *annatas pensiones*. Huic tamen praefero coniecturae priorem.

Quantum momenti pendeat ex origine annatarum?

(e) Ecclesiastica inprimis iura, quae nulla lege diuina; sed uel pactis tantum, uel consuetudinibus longinquis nituntur, melius intelligi nequeunt, quam ex temporis, quo primordia sumserunt successusque, solicita indagatione. Ita enim causae eorum, artes, machinae, fraudes se produnt et tota compages, qua ortus cum fine cohaeret. Vnde facile est ad peruidendum, quid falsi insit, quid ueri: quae decreta diuina sint, quae humana: quae probitas excluserit et quae ambitio, auaritia et luxuria. Hoc uero si doctorem lateat, in biuio is uersabitur et clausis oculis pugnabit andabata: neque parti aduersae umquam remedia deerunt, causae suae consulendi. Nunc distinguet, nunc limitabit: ultimo latibula quaeret aut foliis Sibyllinis omnia irretiet et illaqueabit, ut quod ille dixit, ueritatem amittas disputando. Quibus ergo tenebrae prosunt, illi salutem ponunt in argutiis sophistarum: in historiam autem magno odio sunt, lucem illam ueritatis. Viderunt hoc pridem theologi diuersorum sacrorum. Inde enim pontificiis tantus cultus pro studio abstrusioris philosophiae: a genuinis autem ueteris ecclesiae monumentis summa indignatio. Vtinam in iure nostro eodem itinere incederent doctores, neque maioria momenti controuersias responderent, nisi legum originibus causisque erutis ex temporum teste historia. Periculum, ut olim in aliis, ita in hoc etiam argumento faciemus et speramus fore, ut lites annatarum felicius, quam adhuc factum est, conficiamus.

Annatae honorarium sunt.

(f) Generis loco *honorarium* dixi, neque sine causa, quam tuebitur VLPIANVS *L. 1. pr. ff. si mensor fals. modum dixerit*, ubi inquit: *non crediderunt ueteres inter talem personam* (pontificem Romanum et sacrum antistitem) *locationem et conductionem esse: sed magis operam BENEFICII loco praeberi et id quod datur ei ad REMVNERANDVM dari et inde HONORARIVM adpellari.* Mercedis enim uox, quod

A turpe lucrum sapere; rem uulgari commercio immiscere; pretium quoque adaequare beneficio uideatur, instituto minus congruebat. Quemadmodum igitur *honoraria* acceperunt iure Romano aduocati *l. 38. ff. loc. conducti:* professores *l. 1. ff. de extraordin. cognitionib.* publici rerum administri *l. 1. ff. si mensor fals. modum*, certo casu iudices *l. 16. ff. de muneribus et honorib.* patroni a clientibus: ita pontifex quoque eadem accepit ab antistitibus ecclesiarum. Neque tamen est, quod opponas, honorarium accipi quidem honeste, inhoneste tamen peti *l. 1. §. 5. ff. de extr. cognitionib.* adeo, ut TVLLIVS *in Pisonem p. 98.* arguat: *qui modus tibi fuit HONORARII? si quidem potest ui et metu extortum honorarium nominari.* Hoc enim minus forte responderet et moribus curiae Romanae, quae tantopere annatas urget definitque et nostro, quod respondemus iuri, pro expetendis annatis. Verum honoraria quoque legibus Romanis, nulla dedecoris nota definiri, exigi atque ingratos propterea in ius uocari potuisse, plura loca sunt, unde hoc clarissime patescit *l. 38. ff. locat. conducti l. 3. C. de postul.* Ipsi etiam Graeci mercedem, causae patronis datam, non tam *μίσθωμα*, quam, honestiori uerbo, *συνηγορικὸν* adpellare maluerunt, quod legitur apud ARISTOPHANAM *in uespis*, stropha, ubi filius Bdelycleon parenti hoc genus uitae exprobrat v. 49. aut quemadmodum CYRILLVS in glossario circumscribit *τὸ ἐπὶ συνηγορίᾳ διδόμενον*. Alia loca FRESNEVS habet. Sed ita uulgus hisce uocabulorum inuolucris ludimus et dum pecunia id emungimus, gratis tamen largiti esse, dicimur magistri, doctores, praeceptores, ciuiles ac sacri antistites, cum opprobrio et iniuria maxima infelicis plebeculae. Scilicet res nostras inaestimabiles dicimus, ut sine modo et mensura hoc titulo nummos corrodamus. In uernacula dicimus: eine discretion; sey nichts gezwungenes; stehe im belieben. Hae artes apud Romanos in curiis regnarunt, quae in scholis, templis et ecclesiis Christianis nunc dominantur. Vtinam quae pretia constituta sint operis medicorum et aduocatorum in bene ordinata republica: eadem etiam definirentur in Beichten, Kindtauffen, Begraebnüssen, lectionibus deren Professorum. Theologi, qui Simoniacum id habent, nenias agunt. Tunc enim Simonem magum in *uerbo* peccasse existimas, quod *mercedem* obtulerit pro uiribus sacri spiritus. Ergo immunem a crimine haberes, si Petro por-

honoraria an expeti possint?

Fraus, quae hic lateat?

CAP. I. *dico, ex reditibus primi anni (g) a sacris antistitibus (h) exsoluendum largitori (i) beneficiorum ecclesiae (l). Aliquando etiam* quintanae *(m) uel* quindennia *audiunt, si ab ecclesiastico munere aliquis se abdicauerit, neque id morte fuerit uacuefactum.* §. II.

QVINTANAE quod uerbum?

§. III. Prin-

portexisset *honorarium*. O ludibria, o nugas! Non formulis gaudet Deus, sed ab hac labe integra mente. Ceterum anonymus AVCTOR *obseruation. LL. p. 97.* interpretationem habet a nostra paulo diuersam: *annata*, inquit, *unius anni fructus, uectigal ecclesiasticum, iura pontificum.* Sed *istud* nec uerum semper nec de natura rei esse uidetur, *illud* ueto rigidum nimis ac durum; *hoc* et longius petitum et soli pontifici tributum; quod tamen aliis etiam competit largitoribus factorum, quae dicunt, beneficiorum.

Notatus auctor LL. anonym.

Quare annatae soluantur ex reditibus?

(*g*) Multum sane imo plurimum interesse uidebatur, annatas ex reditibus persolui bonorum ecclesiae. Primo enim onus hoc creditum fuit, non tam facti antistitis esse, ut muneris causa is pecuniam daret, quam praediorum aut redituum, rerum scilicet nulgati commercio non exemtarum. Vt adeo non persona clerici, uerum res obligata esse, censeretur. Deinde uera census impositio haec non fuerat, sed detentio solum aut defalcatio partis salarii, quod patroni liberalitate clerico obuenit. Eadem ratione, qua tributa uitium aut per capita, quod aiunt, numerata rerum administros non tenent, sed eorum tantum salaria. Vt non iniquum esse, existimem, si hoc casu annuis quoque clericorum salatiis portio defeceret, quod exemtione eorum onus accrescat reipublicae, in qua uiuunt uiduae, orphani, homines paupertimae sortis. Post eum bona ecclesiis obuenerint largitione hominum secularium, hi meliori conditione illa dare non potuerunt, quam ipsi possederant. Sed lex uete communis est, nouum fundi possessorem, auspicii loco, aliquam summam numerare principi aut patrono, die Lehen-Wahre, laudemium, Kauffschoss uel simile quid. Eadem, me auctote, ratio annatarum. Demum, ne annatarum nimietate peccetur, proportio earum ad reditus primi anni facta, quos superate non poterant *Nouella 123. c. 16.* Hoc igitur cum summa ratione constitutum esse, pateat, illi pontifices imprudentet fecisse uidentur, qui annatas actione personali a clericis extorserunt, ut ab his ante soluerentur, quam sacri muneris partes illi capesserent. Imo cum modica principio summa esset annatarum, quae uix alteram partem exhauriebat annuorum redituum: post ea augeti coepit ad gentium inuidiam uniuersarum. Sed plura de his scribentur inferius.

A quibus soluantur?

(*h*) Principio solos episcopos annatae tenuerunt; post omnes clericos alios, quorum annui reditus uiginti quatuor aureos (*ducatos*) superatunt *cap. 2 et 7. septimo Decret.* Imo omnes usufructuarios bonorum ecclesiae *in monasteriis, hospitalibus* utriusque *sexus abbatiis : pastores* quoque et officia curata hoc censu onerat *cap. 7. libri eiusdem.* Quamuis, ut uerum fateat, in matriculis annatarum minoris sortis beneficia non adnotata esse, repetiantur. Forte ne classes nimium excrescerent, aut quod operosum nimis foret, reditus singulorum habere in numerato. Inde huius generis beneficiarios camerae pontificis praefecti ursetunt, ut fidem suam iureiurando adstringerent, in definienda summa annuorum redituum.

Cui soluendae annatae?

(*i*) Pontifex sibi annatas artogat, propter *uniuersale dominium*, quod habeat in omnes ecclesias. Alibi ad onera prouocat regendi uniuersum coetus christianorum, quibus aequissimum sit, ut commoda quoque annatarum respondeant. Eoque magis, quod pontificis ordinarii reditus non sufficiant ad alendos curiae Romanae administros. Plurimi causam annatarum in largitione beneficii ecclesiastici reponunt. Quo iure Angliae quoque reges aliique usi sunt, quibus et nos calculum addimus: inferius hac de re acturi ex instituto.

Quare soluendae annatae?

(*l*) Non enim muneris causa: sed redituum ergo annatae soluuntur. Inde grauiter obiurgat pontifex camerae praefectos, quod annatas illis quoque extorserint, quorum reditus minutissimi fuerint uix octo aureis maiores. Olim itaque, cum clerici gratis munere suo defungerentur deque suo patrimonio uiuerent, si aliquod habuerint, sin minus, necessaria tantum ecclesiae beneficio illi caperent ad uictum et cultum, nulla fuerat ratio annatarum. Ante etiam uerbum hoc Romae auditum non est, quam pontifex iura beneficiorum ecclesiae de manibus Caesarum extorsisset. Quae omnia eo faciunt, ut constet, non aliam annatarum causam fuisse, quam reditus bonorum ecclesiae. Qua de re suo loco.

Quintanae.

(*m*) Ita legitur in *decreto Caesaris de curia Romana an. 1641.* apud LONDORPIVM *tom. V. p. 165.* his uerbis: *dass die curia Romana sich neuerlichst angemasset uon denen nicht allein in Kayserlichen Erblanden: sondern auch im H. Reich gelegenen geistlichen beneficiis die ANNATEN oder QVINDEN-*

CAP. I.

ORIGINES annatarum Cur nullae earum uestigia in primordiis ecclesiae?

§. III.

§. III. Principio ANNATARVM ORIGINES *indagandae (a), unde controuersiae momenta pendent grauissima (b). Ita enim facilius constabit, quo iure hoc tributi genus imperatum: qua causa solutum sit (c). Vltima tempora ad hoc argumentum nullam spem adferunt, non tam, quod opes non habuerit ecclesia (d): quam quod sacerdotum munus gratuitum esset, instar tutelae apud Romanos (e). Bona tum ecclesiae pauperum fuerant patrimonia. Si aliquid sacer-*

DENNIA zu fordern. Occurrit etiam *QVINDENNIAE* uerbum *cap. 4. et 7. in sept. decret. de annatis.* Interpretem eius agat *Flaminius PARISIVS lib. IV. de resignat. benefic. q. 10. n. 5. p. 164. Beneficia unita seu incorporata collegio, capitulo seu conuentui aut in illorum fauorem cessa seu resignata non uacant amplius. Ne igitur fraudetur cancellaria, introductus fuit stylus in cancellaria, quod, lapsis quindecim annis a tempore unionis seu resignationis huiusmodi factae, soluatur denuo annata talis beneficii sic uniti uel cessi et adpellantur QVINDEMIA* (quindennia) *quia per decursum quindecim annorum noua solutio fieri debet.*

Annatar. uox in ampliori significatu.

(*a*) Sumere liceat uocabulum annatarum uniuersim. Quo sensu *honorarium notat, a sacris antistitibus exsoluendum largitoribus beneficiorum ecclesiae, ex reditibus beneficiorum ecclesiae, ex reditibus primi anni.* Quod si enim ad sacrum munus; non simul ad reditus ex isto munere uenisset antistes, nunquam huius spartae candidato hoc tributi genus impositum fuisset. Inde reditibus sacri patrimonii ita adhaerent annatae, ut eis quasi *agnatae* esse uideantur.

An idem quod agnatae.

Nenias autem agit TEXTOR *iur. publici tit. XI. n.* 156. si hanc ueram crediderit *annatarum* etymologiam. Clara enim sunt, quae ea de re scripsimus §. 1. *lit. a.*

quam illa aetatem habeat?

Neque aetatis nos poenitet, quam huic uerbo dedimus §. 1. *lit. a.* quod etiam LAVNOIVS suo calculo adprobat in *libro de ueneranda traditione circa simoniam obseru. XII.* p. 312. ubi ait: *annatae nomen est, annos abhinc plus minus trecentos fictum.* Scripsit enim auctor an. cIↄ Iↄc LXXV.

Scriptores de iure annatarum.

(*b*) Ante enim, quam hoc fiat, nescire te credas, quid scribas, quid disputes. Ex instituto pro annatis libros ediderunt *Ferdinandus* CORDVBENSIS; *Thomas* CAMPEGIVS; *Iohannes* AZORIVS; *Prosper* FAGNANVS; *Natalis* ALEXANDER; *Lud.* THOMASSINVS *part. 3. lib 2. de ecclesiae disciplina cap. 58. p. 460. ad p. 472.* sed neque minori adparatu eas improbarunt *Carolus* MOLINAEVS; *Marcus Antonius* de DOMINIS; *Nicolaus* CLEMANGIVS, dummodo ille uerus libri auctor est; inter ipsos Pontificios *Iohannes* LAVNOIVS. Taceo CONSTANTIENSI et BASILEENSI conciliis ea causa praesentes doctores, qui in utramque partem hoc argumentum disputarunt. HARDIVS Constantienses testea collegit in lucemque produxit: cuius industriam pariter expectant Basileenses.

Desideria Hardianorum uoluminum.

Id uellem, in illis argumenti quoque ciuilis documenta extare, cum operae nostri in ecclesiasticis causis tantum subsistant. Plura hic in ἀρχείῳ custodiuntur, quae prodere non licet. Post tot iuria annatarum doctores superfluum esse, dices prouinciam sumere, ab aliis iam occupatam. Verum quid desit supra laudatis scriptoribus; quid ab illis recte sentiatur, quid secus; quam diuersi limites eorum a nostris, intelligent rerum periti.

Lex mihi scripta in lucubratione opusculi.

(*c*) Quod inter desideria illorum habeo, quos proxime laudaui: id mihi omni opera erit cauendum. Primo controuersiae ortus ante quaerendi successusque, quam iura ipsius argumenti respondeantur. Deinde ad ueritatem singula exigenda: non ad sensus principis aut cleri. Tum, quae commixta ab aliis sunt, illa seiungantur. Ad extremum Germanici imperii ratio habeatur et publicarum sanctionum.

Prima ecclesia an opulenta?

(*d*) Principio apud homines christianos bonorum omnium communio fuit. Fiscus ergo ecclesiae tantum diues, singuli christiani omni opum possessione destituti. Communione bonorum sublata, in eius locum largitiones successerunt, tanta liberalitate, dum pii coetus cogerentur, factae, ut satis essent ad ecclesiae subleuandam egestatem. Immobilia redimi bonarum uix poterant: quod iura collegii aut uniuersitatis sacra nondum nacta essent christianorum. Conferantur, quae dicta sunt de *ualetudinariis emeritorum hoc. T. II. l. 1. opusc. III. c. 17.*

Sacerdotibus an ulla olim salaria?

(*e*) Optime forsitan consultum fuisset religioni Christianorum, si, quod Romani in ciuili republica de tutelis imperarunt: id ipsi in sacris coetibus et sacerdotiis quoque instituissent. Tutor enim munus suum gratis obiit pietate ductus, non lucri cupidine *l. 38. sub. fin. ff. de negot. gest.* Poterat non minori ratione, prouincia sacerdotis exornari sine ullo honorario et mercede. Non dubito, quin omni tempore reperti fuissent, qui, reiecta praemii aut salarii spe, aeternam mortalium salutem procurauissent, amore hominum et diuinae studio gloriae unice excitati.

Quid commodi inde ecclesiae?

Proh! Deum immortalem, si in hac facie perseuerassent sacerdotia, non tot maculae notassent ecclesiam.

CAP. I. *sacerdoti inde erogatum est ad uictum et cultum; paupertatis causa id factum, non muneris ergo, operarum aut doctrinae (f). Antistes, qui bona ipse habuit, de suo uixit neque ullis impensis onerauit ecclesiam (g).* §. III.

Lud. opusc. tom. II. Lll §. IV.

am. Nulla auaritia fuisset uel patroni A electoris, uel sacri muneris candidati: nulla, uno uerbo, simonia. Quis enim paupertatem uel in pretio posuisset, uel redemisset opibus. Luxuria nulla regnasset, quae marcet fine peculio. Ambitio, si animum alicuius inuasisset, uires tamen suas exerere non potuisset, nisi in religionis nimietate: non in uictu lauto; non in uestium uel atrii splendore; non in ornamentis aedium; non in adparatu B comitatus. O ecclesiam fortunatam! o ipsos felices sacerdotes! Illam dico, quae hoc rerum statu tot cauisset cleri dehonestamenta: hos uero, quod pectora eorum blandae mortalium illecebrae non irretiuissent.

Cur olim sacerdotes a collectis immunes?

(*f*) In prouerbium iuit apud ecclesiasticos scriptores: *eleemosyna non potest eleemosynari.* WILHELM. WATS *in additam. ad Matth. Paris. p. 1042.* Quod mi- C hi optima ratione factum esse uidetur. Quoniam pauperes nihil in republica acquirere possunt, officia autem Christianorum coetuum sunt, suis opibus subleuare ceterorum egestatem. Fieret igitur, si *eleemosynae eleemosynarentur*, licet sermone uti pristini aeui, ut respublica aut una manu largiretur, altera uero, quod largita esset, iterum eriperet: aut nihil plane ageret. Fisco enim D eleemosynarum exhausto, ad nouas erogationes illa iterum erit deuincta. Quemadmodum igitur pauperes alii; ita sacerdotes quoque eleemosynarii ab omnibus collectarum, angariarum publicisque oneribus aliis fuere immunes. Et hoc casu amplissimam interpretationem *l. omnes 33. §. 7. priuilegiis C. de episcop.* clericis non inuideo. Lex enim 5. *pl. et C. de SS. eccles. fordidorum tantum munerum* E *fece praedia uexari prohibet usibus coelestium secretorum dedicata.* Verum enim uero, cum hodie clericorum alii stipendiis satis opimis uiuant; alii usu fructuarii foecundissimorum praediorum sint; deinde sibi acquirant suisque, non ecclesiae aut pauperibus: non uideo, quod paria habeant cum ciuilibus in republica administris commoda, cur non onera quoque cum his eadem sentire debeant, F cuncta scilicet genera tributorum.

cur uiduae eorum uixerint eleemosynis?

Idem de liberis et uiduis sacri quondam antistitis iudicium erit ferendum. Cum enim ad alimenta eorum pater familias clericus et ipse obligatus sit, gratuiti autem sacerdotis nulla lucra essent: pari quoque iure illi uixerunt de eleemosynis. Hodie alia iterum ratio, ubi uiduae clerici alimenta a republica aut fisco pauperum, *der armen cassen*, non clericorum iure, *weil sie eine priesterwittwe*, sed paupertatis causa debentur. Quod si itaque duae uiduae sint, una laici, *eines schoeffers, einnehmers*, altera uero clerici: non uideo, si eadem illae paupertate premantur, cur haec prae altera in egestate sit subleuanda. Idem dicendum, quoties duo filii, quorum unus clericum, alter laicum parentem habet, munera petunt ad studia bonarum artium. Sed tamen consuetudo ueteris ecclesiae hodieque regnat, ut illum huic praelatum uelint hoc tantum argumento: es waeren priesters kinder. Ceterum non ego e numero illorum sum, qui hierarchiam Waldensium aut Anabaptistarum reipublicae uelim commendatam, quamuis CARPZOVII argumenta *lib. I. tit. 7. definit. 96. et 96. iurisp.* parum roboris habeant, quod ipse opima nostrorum salaria et sportulas aus dem beichtstuel, trauungen ceteraque tueri uelit exemplis sacerdotum apud Aegyptios, paganos aut Iudaeos.

Quo iure salaria clericorum tueatur Carpzouius?

Primo enim christianorum doctorum haec a paganis diuersitas, quod hi, sermone sacri codicis, uentrem pascant: illi uero, quae gratis accepere, gratis impertiantur. Deinde noui alia longe οἰκονομία, quam ueteris testamenti. Quae omnia cum doctores confundant, fieri non potuit, ut in quaestione, utrum clerici uel sui causa, uel etiam bonorum a tributis uel ordinariis reipublicae uel necessitate urgente extra ordinem imperatis sint immunes. PARLADORIVS *quotid. different. IX. §. 4. a. 7. 8.* magno numero pro utraque parte laudat auctores, *adeo uero*, ita enim loquitur, *difficiles et perplexos ea in re, quales Caspias portas esse memorant cosmographi.* Ego, si quid definirem, inter faciem ecclesiae pristinam et hodiernam distinguerem. Ibi me affirmantem haberes: non hic.

Clerici cur olim etiam opifices?

(*g*) Non satis olim erat; antistitem ecclesiam non onerare impensis, si proprium illi patrimonium: uerum, quoties a diuiniori munere ipsi otium fuerat, operas quoque suas locauit aliis, ut ex illarum uiueret mercede. Exempla uirorum θεοπνεύστων, aliorumque doctorum laudare, inutile esset, cum ante nos quidem hanc spartam occupauerint scriptores, memorati *in differt. de iure ualetudinaris cap. XVII.* At uero in moribus

CAP. I. Quare post demum salaria constituta clericis?

§. IV. *Migrarunt hunc morem christiani, siue sacerdotum (h), siue coetuum (i), siue exemplorum causa, quae ab aliarum gentium sacris repetiere (l).* §. IV. Sa-

bus hodiernis iterum desidero: quod indignum esse, credant munere sacerdotis, operarium agere accepta mercede: uti arare agrum; metere fruges falcibus ferriculatis; legere spicam; cereuisiam coquere et quae sunt generis eiusdem. Ego ab omni crimine absoluo clericum opificem, dummodo otium ei sit; imo conscientiae eius exemplum Paulinum propono, si muneris tanti reditus non sint, qui sibi suisque ad uictum et cultum sufficiant. Imo *can. VI. C. I. Q. II.* habetur, ut, qui sumtibus *propriis* sustentari potest: ab ecclesia *stipendia* non accipiat.

Diuersa hodie facies sacerdotii. (h) Actum agerem, enumerando commutatos post unum et alterum seculum rationes sacerdotum. Quondam ad hoc munus uocati sunt homines infimae sortis ex plebe: mox, paganorum exemplo, sacerdotia sibi adseruere familiae nobiles. Imo, quod mireris, in legem iuit apud Germanos, episcopum et sacri, si dicere fas est, collegii assessorem non eligi, nisi gentilitiae uirum dignitatis. Ita scilicet in transuersum egit arrogantia clericos, ut consiliarii regis ac imperatoris e ciuico ordine non raro eligantur: otio autem turgidi canonici locum nemo exinde queat subire. Imo, quod mireris, imagines quoque maiorum magna sollicitudine numerant. Vna enim in atrio lacuna fortunas hic perdit redditque diuinae spartae inhabilem. Quasi non eandem gulam, uentrem, stomachum, in his sacri otii fructus latent, omnes circumferremus mortales. Scilicet solos natalium aestimant gradus; non doctrinae, non uirtutis, aut probitatis. Bilem scribenti mouet canonici Coloniensis oratio, qua principes quondam Boicos *ineligibiles* dixit *ad canonicatus*, utor sermone ecclesiae, quod matre Polona editi essent in purpuram, quod negare non poterat, regalem, non tamen Germanicae nobilitatis. Bone Deus! quem fastum spirant eleemosynae Germanorum. Huic tumido hominum generi quis negaret salaria? Deinde olim uita proba fecit sacerdotem: non sophisticae artes, post uero literarum adparatu opus esse credebatur, ad prouinciam sacerdotii exornandam. Eorum igitur, qui tot nummos in Academiis perdiderant sacro isto triennio, uacua aeris crumena dictum interpellauit, *gratis accepi:* atque idem ab ista obligatione absoluit, *gratis reddo.* Praeterea olim non tot inter pastores honoris gradus fuere, quibus pro gregum diuersitate unus se alteri anteferret. Quod cum semel factum fuisset, fieri non potuit, quin ambitio auaritiam pareret, haec lucra salariorum. Tandem suo prorsus fine excidit clericatus. Rem, paganorum uirtutibus ignotam, uerbis sacri codicis enarrabo. Olim clericorum sparta erat sui ipsius neglectus (abnegationem sui dicunt): uita segrex: opprobria deinde et iniurias aliorum ferre oportuerat: spernere item fortunas, opes, honores, ne uirtuti obessent: summatim cum reliquis mortalibus nullo tempore conuenire, perpetua illis bella facere, conficere nunquam. Quid uero moribus hodiernis, ubi sacerdotem conuiuam aut comitem a reliquis hominibus non dignoueris, nisi signiferum uideas crucis aut tinctum pallii et uestimenti. Atque his iterum moribus colendis opus esse uidebatur grandi salario.

Sacrae concionis hodie corruptela. (i) Et uos laici in iudicium hic estis uocandi. Nam tenaces manus uestras accusant, qui clericis constituere salaria, ecclesiis autem sacrum patrimonium. Vestra solum culpa communio bonorum, uinculum illud amoris ac fidei Christianorum, sublata est. Exinde cum largitiones uestrae tenues essent; cum sacerdotem facinora uestra increpantem, eleemosynis parcius erogatis, in fame ac siti relinqueretis; uestris imo largitionibus linguas cohiberetis studiaque aliorum: consultum magis ecclesiae uidebatur, clericos non uestra gratia uiuere, sed sacro frui patrimonio.

Ecclesia an diuitias numini debeat irato? (l) Quoties lego, toties miror argumenta nostrorum, quibus illi sortem christiani sacerdotii optime sibi tueri uidentur, exemplis paganorum. Hoc scilicet filo utuntur ratiocinii. Bardi Germanorum, Druidae Celtarum, Graecorum oracula, Indorum Brachmanes, Aegyptiorum sacrificuli, augures Romanorum muneris sui ditissimam mercedem habuere, quamuis nenias agerent uendentque nugas suis: quid ergo nefas erit, pastores christiani gregis opima honoraria capere pro momentis aeternae ueritatis. Hanc sane consecutionem ex antiquitate magno studio excolunt theologi nostrates et cum *Carpzouio* nostri exscribunt iureconsulti. Idem mihi uidetur rei huius firmamentum, quam illud Israelitarum, *regem* petentium, ut similem haberent rempublicam paganis. Vt enim Israelitae a ceteris gentibus in eo seiungi ac internosci debuerant, quod populum sine rege tuerentur regerentque, diuino tantum auxilio usi: ita Christianorum sacerdotia a mystis aliorum in hoc ipso fuerant dignoscendi, quod mundi

CAP. I. *Sacerdotibus enim salaria constituta sunt, quae muneris dignitati et amplitudini responderent* (*m*). §. V.

Inde mercatus sacerdotiorum et causae annatarum.

§. V. *Hoc semen dixeris, quod multos ecclesiae intulit abortus. Inde non expectata, sed ambitu petita sacerdotia* (*n*): *inde eorum, qui illa conferrent, aemulationes, dissidia, quaestus* (*o*). *Tria hominum genera in hanc are-*

Lll 2 *nam*

di diuitias spernerent, quod operas locarent sine mercede, quod sua non quaererent, quod uentrem non pascerent neque gregi sumtuosi essent pastores. Quemadmodum uero ideo nihil abstinuerunt Iudaei ab importunis precibus suis, ut Deus tandem, Samuele interprete, ipsis regem adpellaret cum indignatione: ita noui foederis sacerdotia, cum paupertas indigna uideretur clericis, ad illos opulentiae gradus euecta sunt, ut iam nunc omnium paganorum diuitiis queant anteferri. Quis enim paganum sacerdotem audiit territorii dominum, qui exercitum suis impensis instruxerit uiginti millium armatorum. Num florentissimus hic rerum status inter beneficia Dei: an uero irati potius numinis poenas haberi debeat, prudentiores sentient. In uulgi sermonem iuit: *pietas ecclesiae diuitias peperit; sed filia deuorauit matrem. Olim lignea uasa, aurei sacerdotes; hodie Pythagorica uerior metamorphosis.* Ceterum id dicere uolo, exempla paganorum audaciam animis et manibus sacerdotum addidisse, ut lautius uiuendo eleemosynas inuaderent et pauperum patrimonia degluberent deglutirentque. Quae sacrilegia ut cessarent, quadripartita diuisio constituta et ita sacerdotiis adsignata salaria. Conferantur, quae *de iure ualetudinarii* dicta sunt, *h. tom. II. lib. I. opusc. III. cap. XVII.*

Cur olim nulli inter sacerdotes praecedentia? (*m*) Olim enim sacerdotem alium alio maiorem dignitatem exigere, improbum erat. Paupertas, ignobilitas, humilitasque, uirtutes christianis commendatae, quas in uitiorum classe numerauerant pagani, consistere non poterant, cum quaestionibus de iure *προεδρίας*. Scio argumenta *episcopalium:* sed neque ignoro, quae his respondere *presbyteriani.* Seruatoris uox erat, nolite audire *magistri:* sed ratio decidendi seruatoris, quia is uobis ego sum. Viderunt magistrum suum apostoli: senserunt eum discipuli eorum. Qui uiuus oculum et aures docuit: ille animos agitauit mortuus S. Sp. Hodie quid? Nihil definio. Id scio, qui Christi uerbum salarii causa in ore habet, ei opus esse episcopo: huic honoris titulo et quodam opum adparatu.

Vnde ambitus sacerdotii? (*n*) Quod in *tutelis principum* contingit, ut, quod priuati fugimus et deprecamur, illi magno studio, quandoque armis ac bellis arripiant sibique uindicent: idem hodie sacerdotiis uidemus euenire. Olim legibus opus fuerat de non declinando munere sacerdotii, quis enim grauissimum onus ambiuerit, gratis sustinendum? ex quo uero sacrae spartae inuidendi reditus constituti sunt, habendi cupido animos inuasit candidatorum. Qui mores occasionem dederunt sanctionibus ecclesiasticis aduersus clericorum ambitum et quam dixere simoniam. His constitutionibus hodie est opus, non uero illis, ubi inter centum candidatos, uno abnuente, alter non deest. Miror itaque theologos tanta solicitudine quaestionem hodieque tractare, *an salua conscientia declinari queat prouincia sacerdotis?* Biennio abhinc purpuram electoris Romani, a Clemente XI. oblatam recusauit antistes, non sine indignatione et curiae Romanae et futurorum, quos habere debuerat, collegarum. Quis uero artes nouit, quae latent sub hoc tegumento? Cessat quoque hodie illa fere doctrina: *quo iure gregem mutet pastor?* Olim grauis erat mutatio, maior scilicet labor in grege ignoto, eadem uero utrinque, id est, nulla eius remuneratio: hodie uero illa plerumque lucratiua est. Miror ludibriis illudi ecclesiae, *an uocatio diuina sit?* Si enim nutus tantum diuinos sequi uolunt clerici: cur de salario; de titulis; de honore nouae spartae tam solicita illis inuestigatio. Aut cur inauditum est, maioris salarii prouincia relicta, ad eam, quae minoris sit, transitum fieri. Ex salarii potius ratione munus aestimari et uni alterum praeferri, illud ostendit, quod, a maiori ad minus promoueri, crimen luat, inde nomen *den poenitenz pfarren.* Ceterum illa etiam causa ambitus est, quod theologia nunc in formam artis iuerit, quae magnis impensis addiscitur doceturque in academiis. Eam igitur edoctus aliarum operarum ignarus est, unde merces expectanda. Fame itaque is periret inter tot candidatos, nisi et ipse spartam ritu ueterum ambiret, quod si hoc legem uiolat, uiolat eam necessitas.

(*o*) Quemadmodum enim in Gallia et alibi locorum ciuilia reipublicae munera uenalia sunt, emtores tamen uolunt merentes: sic ex quo tempore sacra sparta, reditibus est aucta, nihil turpe uisum est, idem onus imponi illius candidatis. Quod olim fieri non potuit. Emtorem enim officia non habuissent, gratis sustinenda. Infausti tum mangones: sardos dixisses uenales. Hodie uero multis in com- *Venalitia uenae sacerdotia!*

CAP. I. *nam inerunt, quoties constituendus fuerat sacerdos. Dominus aut princeps sacri praedii (p): eius deinde procurator, quem aduocatum dixere (q): tum clerici,* §. V.

---

commercio habentur facerdotia. Man bringt das ius patronatus in anschlag der güter. Der neue candidatus muss um diese Braut öffters sieben Iahre des patroni Kinder informiren. Die Kœchin heurathen. Sunt theologi et iureconsulti, qui consuetudines Pomeraniae tuentur: *da der neue Prediger des Verstorbenen Wittwe oder Tochter heurathen muß.* Qui si recte philosophantur: absoluentur certe mercatores sacri muneris. Quis enim onus hoc, ad sponsam cogi, non redimeret grandi summa pecuniae.

Quid iuris principi in sacerdotio? (p) Quondam in principis manu sacerdotia. Inde a principe populus ac clerus facultatem petunt hodieque, eligendi sacerdotem. Cuius iuris exemplum illustre habes in ducibus Pomeraniae apud *Modest.* PISTORIS *uol. 2. conf. 45. n. 90.* Electus deinde ab eodem iterum confirmandus fuerat. Sequebatur introductio, nonnunquam inuestitura, per eundem eroganda. Territorii itaque dominus occasionem habuit, pro triplici officio tergeminam a nouo antistite expectare remunerationem. Primum ac alterum non probo: sed ultimum leges imperii tuentur. Sacri enim antistites imperatori altera fere parte maius honorarium hodieque debent, quam principes laici. *Artic. V. Instrum. Pac. Osnabr. §. 21. ultra taxae ordinariae summam insuper eiusdem dimidium pro infeudatione soluant praelati.*

Quid aduocato dem Stiffts vogt iuris in praesulis electione? (q) Post illa, quae *Hoepking* et, qui huius titulo saepe arauit *Magerus* et auctor *actorum Lindauiensium* tanto adparatu congesserunt, breuiter dico: sub eodem *aduocati* nomine diuersissimos latere significatus. Nam uel illi uices tantum imperatoris agunt, uel domini territorii tantum, uel sacri tantum antistitis, uel unius et alterius, uel omnium trium simul. Inde uni plus iuris, alteri minus aut nullum est in sacri muneris largitione. Magdeburgicus aduocatus, quem *Burggrauium* dixere, ab archiepiscopo constitutus, eius tantum uices egit. Nihil ergo iuris eidem in noui praesulis electione.

Speciatim in abbatia Quedlenburgensi. Contra Quedlenburgensem aduocatum primum ipse nominauit imperator idque non tantum, qua imperator, sed qua dux territorii Saxonici et conditor abbatiae; ut adeo is uices utriusque sustinuisse uideatur. Deinde idem Caesar posteris ita prospexit, ut, quamdiu penes illos imperium esset, tamdiu sub imperatorum *potestate*, id est, *iurisdictione* et *tutela* abbatia persisteret: *si autem*, uerba Caesaris sunt, *alter* (alius extra meam gentem) *e*

A *populo eligatur rex* (quis iam dicet sanguinis iure successisse Ottones) *ipse suam regalem teneat potestatem sicut in ceteris* (nam omnes praelaturae, muneris intuitu quondam sub imperatore) *Nostrae namque* (ex aduerso non muneris, sed territorii causa) *cognationis, qui potentissimus sit, aduocatus habeatur et loci praedicti* (scilicet territorii) *et eiusdem cateruae* (sacri nempe collegii). Patet exinde, aduocatum non pendere ab abbatissa: non huius, sed domini territorialis uices eum gerere: adeoque *potestatiua* (lege uim uocis apud FRESNEVM) iurisdictione eum gaudere, quae a Caesaribus in ipsum fuit translata. Quid? quod aduocati Otto et Henricus, conditores patroni fuerint abbatiae. Hoc enim casu *synonyma credit, aduocatus monasterii et eius patronus* FRESNEVS. Quod si uerum est, idem ius ad posteros et qui in aduocatia successere, fuit translatum. Quo certe clarum est, sine *consensu huius generis aduocatorum* fieri non posse praesulis electionem. Qui tantum abest, ut superfluus sit, ut potius et ratio uelit et exempla comprobent, aduocatos hac causa electiones sacri collegii irritas fecisse. Qui ius dat, ille etiam dat remedia iuris. *Frustra autem consensus requireretur aduocati in electione, nisi electionem factam ex rationabili causa impedire posset*, inquit in hoc argumento SCHVRFFIVS *cent. 1. consil. 72. n. 18. 20.* Firmat itaque hunc iuris ordinem numerus aduocatorum, qui electioni omni fere tempore in imperio, quoties capitulum uel petere neglexit consensum, uel petitum parui habuit, obuiam iuere. Recensent eius generis aduocatos CRVSIVS in *annal. Sueu. uol. 1. part. 2. lib. 11. c. 13. p. 483.* BESOLDVS, iurium aduocatiae alias censor iniquissimus, *in diplomatib. monaster. p. 268.* Discrepante etiam capitulo, quod ex iisdem intelligitur, aduocatus officio suo defunctus est, ut uel componeret dissidentes, uel ipse eligeret, iure ad se deuoluto MAGERVS *de aduoc. c. 11. p. 514. n. 17.* Quid? quod nulli contractui fidem suam adstringere quondam potuerit abbatissa, nisi suo ei adsuerit consensu aduocatus. VADIANVS *de monaster. Germ. part. I. p. 22. n. 2.* Taceo alienationes, etiam indirectas, quibus demum robur accessit consentiente aduocato. HEIDER *in actis Lindau. p. 872.* Tandem si iura exterorum cum nostris conferre liceat, aduocati auget etiam partes, quod abbatiae uacantis moderatio ad ipsum in aliis regnis pertinuerit cum reditibus ALTESERRA *de duc. et comit. c. 8. p. 46.* Imo ius prae-

CAP. I. *rici, qui diuinitatem muneris largirentur (r). Singula haec barbari sensus uocabulis distincta sunt. Hoc enim uolunt illa praesentandi* (r†), *eligendi*, (s), *confirmandi* §. V.

praesentandi is habuerit in locis a SPEELMANNO *p.* 20. allegatis. Pro tot igitur generibus officiorum aduocatos a nouis praesulibus honoraria postulasse, intelligere licet ex prohibitione legis ideo factae, de qua *Iohann.* MORINVS *de sacris ordination. P. III. exercit. 16. c. 8. pag. 308.*

Cur clericis tantum electio competat?

(*r*) Quondam principem, post eius nomine populum sacerdotes elegisse, comprobant plurimi auctores *de* DOMINIS; MARCA; FLACIVS; CONRINGIVS alii. Sed quaeso! cur postea et in decretis et in decretalibus tantopere *laici* omnes prohibentur, ne uel eligerent ipsi uel electionibus adessent *can. 3. et 4. distinct. 63.* imo a laico facta electio ipso iure irrita est *can. 7. dist. 63.* nulla in contrarium ualente consuetudine uel pactis, cum ipso etiam capituli initis *cap. 56. X. de elect. et elect. potest.* Anathema laicus, qui huic praeceptioni non obedierit *can. 1. dist. 63.* et idololatriae habetur reus *can. 12. et can. 16. c. 16. q. 7.* Huius instituti causas quamuis alii in eo quaerant, quod in electione apostolica auctoritate opus sit et dono probandi spiritus *can. 3. et 4. dist. 63.* et sacramenti naturam habere electionem scribat GOFFREDVS *abbas Vindocinensis de inuestitura episcop. p. 263. edit. Gold.* imo etiam turpem quaestum incusent alii, propter quem laici exciderint facultate eligendi: mihi tamen alia etiam hic ratio subesse, uidetur, in eo ponenda, quod olim candidati sacerdotiorum fuerint milites, iudices, opifices, agricolae adeoque sutor sartorque tum sacerdos esse potuerit, non theologus, quod nomen fuit hominum eruditorum: postquam uero theologiae studium in quandam *professionem* iuit, liceat uulgari sermone loqui, neque sacerdos fieret, nisi ad hoc munus in scholis sigillatim institutus, ut inter seculi portenta haberetur, wenn ein corporal um eine pfarr anhalten, oder die bauren ihren Amtmann auf der canzel antreffen solten, quod passim fiebat ab electoribus laicis, qui neque ab his moribus uoluerant desuefieri: consultissimum fuit, ut in conciliorum decretis homines laici omnes ab eligendi iure excluderentur.

Cur ordinatio tantum?

Non uero *electio* tantum penes clericos est: sed apud eosdem quoque *ordinatio*. Illa iura clericis iterum erepta uellem, praesertim in ecclesiis cathedralibus, ubi inuidenda sane auctoritas aliquot nobilium, canonicos dicunt, quod horum decreto obtrudatur principibus et electoribus imperii collega: non uero haec, cum ordinationis ritus et apostolorum exemplo tutus sit et perpetua ueteris ecclesiae consuetudine. Ex instituto *de sacris ordinationibus* uolumen conscripsit *Iohannes* MORINVS, antiquitatum christianarum callentissimus, qua tamen de re agetur inferius. Vtriusque igitur officii causa clerici, ne laicis meliores essent, pecuniam extorserunt candidatis sacerdotiorum. Mendacissimum hoc casu prouerbium est: *clericus clericum non decimat.*

Vnde iura praesentandi?

(*r*†) Notiora haec sunt, quam ut mea opus sit explicatione. Iuris huius una mihi causa se exhibet in patronis: altera in clericis. Illi indignum habuere sua largitione ecclesiae facta, si inuitis obtruderetur sacerdos usufructuarius: hi tamen abire noluerunt a dogmate, electionem non cadere in hominem laicum. Vt illi aliquid agere uiderentur, quae enim damna non fecissent clerici, si negatione huius iuris laicos a piis donationibus auocauissent: in has leges itum est, quas explicant omnes doctores.

Electio an discrepante capitulo deuolui possit ad imperatorem?

(*s*) Memini, ex ordine dictorum nuper quaesitum esse, *an ad imperatorem deuoluatur electio, negligente aut inuicem discrepante capitulo?* Negatum hoc est. Quamuis enim post trimestre excidere soleat iure suo capitulum *c. 41. X. de elect. et elect. pot.* ne, cadente pastore, antiquus hostis dominicum gregem dilaniet *can. 11. dist. 50.* Deinde quae ad tempus permissa sunt, post illud tempus censeantur prohibita *l. 11. ff. de legat. 2. et l. 40. ff de contrah. emt.* Lapsus etiam mensium legalis sit, qui capitulum excludat ipso iure PANORMITANVS ad *cap. 41. X. de elect.* Post qui patiatur labi terminum, quo uti poterat, ille uideatur iuri suo renunciare *l. 7. C. de his, qui accusare non possunt et ibi* BALDVS. Tum clarum sit, elapso trimestri *deuolutionis iure*, electionem ad superiorem, qui proxime praesit, pertinere PAVRMEISTER *de iurisd. lib. 1. c. 26. n. 17. p. 292.* Praeterea ad imperatorem, a quo electionis facultas capitulo obuenit FLACIVS *in catal. test. uer. lib. 9. p. 996.* MARCA *de concordia sacerdotii et imp lib. 8. c. 15. n. 6. 7.* illa, iure quodam postliminii, redire uideatur. Quod enim prohibitum est ad tempus, post illud tempus iterum censetur permissum *l. 3. §. 3. ff. delegat. 3.* Porro neglecta per annum et diem inuestitura, uasallus beneficio excidere soleat 2. *F.* 24. 40. atque hoc ipsum congruat cum *instr. pac. Osnab. art. 3. §. 50. et Monast. §. 39.* imo eadem poena praesulibus A. C. speciatim sit statuta *art. V. pac. Osn. §. 21.* Ad extremum

CAP. I. §. V.

mum A. C. socii, cum papam iudicem non habeant, agnoscere Caesarem debeant etiam in caussis ecclesiasticis DEKHERVS *in cons. forens. p. 1. c. 27. n. 43.* Tandem imperatori incumbat, discrepantibus cardinalibus, surrogare pontificem, quidni eodem etiam casu abbatem MVLZIVS P. II. c. 33. n. 98. (*) Verum enim uero quoniam primo iura deuolutionis, trimestri spatio elapso, a capitulo ad episcopum, (**) inde post hoc tempus ad archiepiscopum; ab hoc ad papam tantum solent deuenire *cap. 3. X. de supplenda neglig. praelator.* Deinde electio e genere eorum, quae laicus nullo modo sustinere atque perficere queat, *uid. lit. p. §. IV.* et minime omnium id possit in ecclesia collegiata *cap. 51. X. de elect.* Tum exempla causae non prosunt laicorum, quibus tribuitur electio IVO *Carnotensis de inuestit. episcop. p. 185.* TELLEZ *ad cap. 43. X. de elect.* illud potius hoc casu credendum est, ignorantia aeui uocabula praesentationis aut confirmationis cum electione commixta fuisse WALTRAMVS *de inuestit. episcop. p. 231.* GOLDASTVS *in notis ad Goffridum eiusdem argumenti scriptorem p. 261.* aut, conniuentia clericorum, laicos electiones usurpauisse GRETSERVS *contra Goldast. cap. 1. et contra replicam c. 2.* improba consuetudine et irrationabili, quae nullum ius facit *c. f. X. de consuet. can. mala consuet. dist. 8.* in hoc maxime negotio, ubi irrita facta est omnis contraria consuetudo *cap. 56. X. de elect.* atque his legibus nunc uiuit orbis Christianus DIANA *p. 10. tract. 1. resol. 5. et 6.* Post exemplia exempla opponi queunt inprimis Cunradi II. Caesaris. Hunc enim capitulares, quod ipsi inter se conuenire nequirent, rogaruut, ut suam interponeret auctoritatem daretque illis abbatem. Sed tantum abest, ut is falcem in messem alienam miserit, ut potius suum id non esse, dixerit *anonymo auctore* teste *Chronici* CASSINENSIS *lib. 2. c. 66.* an. 1033. interprete CHOPPINO *lib. 1. monastici tit. 1. §. 8. p. 12.* Praeterea iura dioecesana et papalia, eius generis est deuolutio, *suspensa* sunt *art. V. §. 48. instr. Osnab.* haudquaquam uero *translata* in imperatorem. Est enim contra naturam suspensi iuris, eo uti uelle MEVIVS *part. 2. decis. 305. n. 11.* et distincta sunt iura suspendere et transfere AVRSATVS *cons. 392. n. 31.* Tantum abest, ut eo imperator uti possit, ut potius non solum iuri territoriali accreuerit *art. V. instr. P. §. 19. 48. et art. VIII. §. 1.* uerum etiam, A si quid eius olim habuisset Caesar, ei nuntium non obscuria uerbis misisset pacificator. Praeter primarias enim preces et inuestituras nihil ei remansit in praesulatibus A. C. *artic. V. instr. P. §. 18. 21.* Firmat enim regulam exceptio. Porro inhabiles ad eligendum sigillatim dicuntur haeretici LANCELLOTTVS *lib. 1. instit. tit. 7. §. 7.* id est, illi, qui fidei dogmata habent aduersa. Quo B igitur iure excludimur euangelici ab electione praesulis catholici: eodem nos catholicos excludimus. Quis enim aspernabitur idem ius sibi dici, quod ipse aliis dixit *l. 1. ff. Quod quid iuris.* Neque etiam illud largimur uel Caesari uel camerae imperii, ut causae pontificis quondam iurisdictioni subiectae illuc ttansferantur MYNSINGER *c. 1. obseru. 100.* GAILIVS *lib. 1. obseru. 38. n. 1.* ex in-C stituto *Dn.* BODEN *de illicita a protestantibus prouocatione in caussis ecclesiasticis §. 15. 16. 19.* Potius hoc casu euangelicorum principum quilibet papa est in suo territorio, id est, iudicem nullum habet plene *uir illustris*, Dn. STRYKIVS in peculiari opusculo *de iure papali principum euangelicorum.* Demum nihil inde damni uel Caesari uel imperio e praesulatuum interregnis. Episco-D pum enim, sede uacante, capitulum praesentat et, quod debet, imperio soluit *artic. V. instr. P. §. 21.* Inde successio bonorum ecclesiae nunquam dicitur uacare, etiamsi moriatur praelatus SVRDVS *consil. 183. n. 37.* KLOKIVS *uol. 2. cons. 11. n. 10.* Demum poena in feudis statuta neglectui inuestiturarum dolum uult; deinde uasallum aut praesulem electum: utrumque E uero dici non potest de capitulo *artic. V. instr. P. §. 21.* Vt taceam, poenam istam intra limites Longobardiae uiguisse neque in Germania esse receptam STRVVIVS *iur. feud. c. 10. §. 9. n. 3.* et ante illum *Hartman.* PISTORIS *lib. 2. quaest. 18. n. 8.* Postremo etiam nihil noui est electionem praesulis in Germania absque ullo uel *deuolutionis* metu uel *feloniae* aliquot annos impune dila-F tam fuisse COTHMANNVS *uol. 3. resp. 10. n. 19.* Haec omnia eo faciunt, ut intelligamus, *imperatori iura deuolutionis nulla ratione dari aut adseri posse discrepante electore capitulo.* Qua in re prolixi fuimus, partim ne ideo iura annatarum sibi idem arroget, partim etiam, quod nullibi hanc quaestionem tractatam reperiamus.

(*t*) Illud

(*) Pro Caesare exemplum in praesulatu Magdeburgico habetur apud OTTONEM *Fris. lib. II. cap. 6. pag. 449.* ubi lex deuolutionis Caesari omnino tribuitur. (**) Ad *episcopos* deuolui, exemplum uide apud BALVZIVM *in Auenion. p. 582.*

mandi (t), inuestiendi (u), ordinandi (x) iura, in uastis uoluminibus disputata. In hoc tamen quorum studia rationesque diuersae fuerant, omnes, quod mireris, magno concentu conspirarunt: ut, cum triplici uia eundum esset ad sacram spartam (y), nemini haec pateret, nisi qui clausam auro reseraret. Tria numina donis pacanda fuerant, si ouile sacrum introire uolueris absque interpellatione.

Quarum rationes prorsus diuersae sunt: confusae a doctoribus.

§. *VI. Iura inferius respondebo. Id certum est, lucrum hoc omni fere tempore improbauisse doctores (z). Vtinam uero diuersa facinora illi separatim ex-*

Confirmandi iura penes quem?

(*t*) Illud ius domino territorii aut aduocato, idque uel supremo, imperatori scilicet, uel inferiori, principi imperii uasallo relictum est. Partim quod penes illos quondam fuerit electio: partim etiam quod eorum maxime intersit, ut dignum grex nanciscatur pastorem. Id uero ualde in hac doctrina cauendum est, ne *confirmandi* ritus cum diuinis, quas uocant, *ordinationibus*, uel etiam cum *inuestituris* coniungamus, quod tam in decretis, quam decretalibus passim reperitur. *Confirmatio* enim nihil confert, sed quod collatum est, ratum habet agnoscitque. *Ordinatione* autem ille character defertur, qui sacerdotem a laico distinguit. *Inuestitura* nihil commune cum utroque habet, neque sacri muneris rationes attingit, sed ad praedia tantum et fundos respicit, unde clerico reditus et salaria. Canonum interpretes haec miscent, non quod ignorent omnes discrimen, sed plerique dissimulent ueritatem, ut principibus, laudemia aliaque praediorum causa exigentibus terriculamenta iniiciant simoniae. Inde absurdissimae formulae: *anathema sit, qui clericus a laico petit inuestituram. Apostolica autoritate hic opus, non laicali principum fauore* et quae sunt generis eiusdem. Haec omnia se recte habere possunt et secus, prout ea interpretem bonum aut malum nanciscuntur.

Inuestiturae per baculum *quod insigne?*

(*u*) Per *annulum* et *baculum* inaugurатos fuisse sacros antistites, notissimum est. Causa rei paucissimis probe perspecta. Plerique putant *baculum pastoritium* hunc fuisse, muneris pastoralis insigne. Ego, quin ita sentiam, mihi in memoriam reuoco, clientes olim uel cespite ex agro effosso, uel etiam, quod plurimum contigit, fronde siue uirga de arbore decerpta a domino feudi inaugurationem suscepisse. Quem ritum adduxit etiam MARCA *lib. VIII. c. 19* §. 7. Vt adeo ad fundos quoque feudales uirgam siue baculum episcopi, abbatis respexisse existimem, non ad sacri tantum muneris rationes.

quid annulus?

Quid de *annulo?* Fateor, esse pulchram allegoriam nouo sacerdoti desponsatam ecclesiam. Verum symbola rei contulit princeps, rem ipsam autem clericus consecrator. Ita enim, nisi me- A cum senseris, signum non habebis feudorum, quae tamen detulit per inuestituram imperator. Sed antiquiorem hunc ritum esse, constat, illo tempore, quo fundi et territoria clericis adsignati sunt? Fallacia haec plurium interrogationum est: quae plerisque imponit doctoribus. Fundos regna demum christiana, imo antea uiri quidam probi, EVSEBIO teste *lib. II. c. 39. de uita Constan-* B *tini* agros adsignarunt quibusdam sacerdotiis, non uero territoria indeque pendentem iurisdictionem. Illud uero satis est ad sustinendam *uirgam episcopalem*.

Ordinandi iura non miscenda cum inuestituris?

(*x*) *Iuo* CARNOTENSIS; WALTRAMVS; *Goffridus* VINDOCINENSIS, ueteres scriptores de *inuestitura episcoporum* tempore Henrici IV. perpetuo fere miscent inuestituras Caesarum cum sacris ordinatio- C nibus. Nos superius *lit. t.* sententiam diximus, qui locus cum animaduersione *lit. q.* prodita, est conferendus.

Candidatis sacris ministerii cur tot dii pacandi?

(*y*) Bone Deus! quot dii pacandi candidato sacerdotii. Tantis scilicet ambagibus opus fuerat, ut iura, quae laicis ui extorqueri non poterant, inanium specie relicta, subdole tamen manibus eorum re ipsa subtraherentur. Non ita- D que mirum uidere debet, per ampliorem orbem totque angiportus uolui ducique fortunas clericorum, breuiori itinere deueniri ad amplissimam quamque spartam ciuilem, licet ecclesia in republica, non haec in illa esse, uideatur.

Cur simonia significatus amplior doctoribus, quam codici sacro?

(*z*) Quemadmodum supra *lit. t.* diximus, ecclesiasticos doctores *inuestiturarum* et *ordinationis* munera, toto coelo diuersa, inuicem hoc fine commiscuisse, quasi scilicet utrumque idem perinde- E que esset, siue princeps laicus uno siue altero siue utroque uteretur: ita ob eandem causam simoniae iidem incusant, quotquot a clericis pecuniam solent exigere. Scilicet cum poenales leges interpretationem alias restrictiuam mereantur *l. 42. ff. de poenis et l. 155 ff. de reg. iur.* illi contra simoniae limites iusto longius protulerunt, ut plurium animos fibrarent hocque percuterent terriculamento. Erit igitur nobis opera adhibenda sedulo, ut simoniae rationes habeamus

CAP. I. §. VI

expendissent. Eodem enim cuncta mamenta aestimarunt uniuersim. Dirit as simoniae: *sacrum dicterium*, gratis accepi: *exilia* trapezitarum *e templa Hierosalymitano et quae fulmina generis eiusdem, idonea forte argumenta in clericos, sacrae ordinationis nundinatores emittebantur* (*a*)*: sed hoc ictu non conflagra-*

beamus, quas sacer codex uult, non uero partium studio corrupti doctores, theologi. Auarissimi enim mortalium omnia reipublicae opera recusant et cuiuscunque generis exactores tubutorum unico fulmine exanimant, poena simoniae.

an hodie clerici committere possint crimen simoniae?

(*a*) Dubitare quis posset, an *simoniae* crimen hac rerum facie in ecclesiis uere queat committi? *Simoniae* enim definitionem aliam non agnosco, quam apostoli. Ad mentem uero illius dicendum est *peccatum, quo sancti spiritus collatio uenalis habetur, turpissimo mercatu.*

an manus impositione conferatur sanct. spiritus?

Vtrum uero ex sola manus impositione, qua hodie clericos inaugurant nostri sacerdotes, diuinus sibi afflatus promitti possit, ualde ambigo. Primo enim nulla in sacris literis huic ceremoniae facta est pollicitatio. Ex aduerso inde potius clarum est, donum hoc tantum illorum fuisse, quibus Deus uires largitus est effectrices miraculorum, ut adeo cum his illud quoque uideatur desiisse, id est, dictum, *accipe spiritum sanctum*, cum altero, *surge et ambula* CALVINVS *lib. IV. c. 3. n. 13.* Deinde proxima a tempore apostolorum aetate, non uerbis imperatiuis, *accipe*, usi propterea sunt ordinatores, sed *precatiuis*, uel optatiuis tantum, quem morem hodieque Graeci sequuntur, ne sibi uel rem tanti momenti arrogasse, uiderentur, *Iohannes* MORINVS, qui ueriora scribit recensetque, quam adserere audet per sacrorum rationes *part III. de sacris ordinationibus exercitatione I. et II. capitibus diuersis* uel etiam symbolum notarent aliqua superstitione. Manus enim impositio Graecis χειροτονία siue etiam χειροθεσία dicitur, quamuis erudite *Nortouus* KNATCHBVLL, *Anglus in animadu. ad N. T. p. 56.* utriusque uerbi discrimen ostenderit, quo χειροτονία *electio*, χειροθεσία autem *manus impositio*, christianis doctoribus καθιέρωσις tam diu audierit, donec electionem, manibus plebis extortam, cum consecratione commiscuerint sacerdotes. Ceterum is ritus pluribus gentibus aeuo apostolorum communis fuit: quo uel eligentes calculos numerarunt, si manus eleuassent, uel iam electos populo designarunt notaruntque absque ulla opinione diuinae inflammationis. Sic Graeci manus imposuere ducibus cohortum electis aliisque ciuilium munerum administris in *ordinatione* στρατηγῶν air DEMOSTHENES. Veterum enim loca ante me congesserunt *Ioach.* CAMERARIVS *in commentar. LL. utri-usq. II. p. 263. Guilielm.* BVDAEVS *pag. 163.* FRESNEVS *p. 1745. in gloss. Henr.* VALESIVS *in Harpocrationem p. 32. 74.* Ebraeis manus impositio quandoque adhibita iterumque alio tempore in *ordinandis presbyteris* omissa fuit, *Maimonide*, teste apud LIGHTFOOTVM *ad cap. 13. act. uers. 3. p. 97.* ut fieri non possit, illos huic sigillatim ritui θεῖον aliquid tribuisse. Porro si ille χαρακτὴρ in quouis clerico requireretur, cur quaeso pastores in sacris occurrunt toleranturque, qui *sordidi lucri causa* munere sacro defunguntur. Ego enim spiritum sanctum ab homine peccatore nullo tempore expecto. Post χειροθεσία etiam minoris ordinis clericis hodieque fit *ostiario, lectori, cerario* pluribus aliis, a quorum muneribus tantillum non pendet, quod miraculi fidem requirere possit. Praeterea neque dum sibi constant doctores, utrum manus impositione, an uero porrectione annuli sacri numinis erogetur inflatus. Annulum uero sacerdoti laicos exhibuisse *lit. u.* scriptum est. Tum etiam fidem mysterii perdit, quod pro graduum diuersitate sacram ordinationem repetant, quoties scilicet, ab inferiori ad superiorem aliquis promouetur. Quod theatralem magis speciem habet: quam sacramento dignam grauitatem. Demum non uideo, quo iure papa pro lubitu fere irritas reddere ordinationes potuisset *can. 37. C. 12. q. 2.* si eis sacer afflatus semper respondisset. Tandem si effectus de causa testatur, superius *lit. b.* indagatum est, quid clerici nostri prae ciuilium rerum administris praecipui habere uideantur. Denique si sacer spiritus ordinationi adfixus, quo iure christianis legibus concessum est, ut ordinationibus largitiones fiant *Nouella 123. c. 16.* Vltimum est, quod hanc tesseram sororium cum illo potius indelebili clericorum charactere uinculum habere existimem, qui errores a nostratibus sunt confutati. Quod si ergo his argumentis aliquod robur est: nihil ecclesiae hodie a simoniae crimine existimo metuendum esse. Fieri enim non posset, ut uenditores emtoribus praestarent euictionem. Breuiter, qui idem non petit cum Simone mago: ille idem non peccat. Taceo, potius cauendum esse, sacerdotibus iam factis, ne simoniae accusentur, qui neque gratis a peccato absoluunt, neque coniugia gratis consecrant: quam candidatis, qui ad salarii reditus potissimum anhelant. Accedit, quod leges etiam nostrae il-

Loco simoniae ambitus cri-

 flagrauit, quod de sacro patrimonio defalcatum uoluerant principes laici. Illi rem diuinam uenalem habuere: non hi, qui operas humanas aestimarunt, aut onera fundis ac praediis imposita. Oculis uero doctorum quid glaucoma obduxit, quin discrimen uiderent manifestissimum? Alios ignorantia tenuit, alios superstitio, multos inuidia in laicos egit in transuersum (b). Iam ad seriem controuersiae, tot conciliis, legum latoribus et interpretibus, ordine tamen iuris nullo, disputatae.

INITIA annatarum.

§. *VII. Qui post Simonem magum (c) sacerdotia uel nummis redime*re

men in iure ecclesiastico cur reponendum?

illos ministerii candidatos, qui munerum largitione antistites fieri cupiunt, non simoniae incusant, sed criminis ambitus *l. 1. §. 1. ff. de ambitu.* Ipsa etiam *l. 31. C. de episcop. ita ab ambitu* (nihil hic de simonia) *liberum esse debere episcopum*, ait, *ut indignus uideatur sacerdotio, qui non ordinetur inuitus.* Conferantur *nouell. 6. c. 1. § 9.* et *nou. 123. c. 16.* Ego itaque omnes illos iniurios esse existimo in doctrinam euangelii, qui sacri numinis afflatum in N. T. *symbolis* adligant, *manibus*, *pallio*, *uestitui*, *formulis*, *muneris* rationi rebusque eius generis aliis, nullo ad ita sentiendum iussu diuino instructi. Corda deus respicit animosque, quos ciuilium etiam munerum administri illibatos queunt circumferre: tantum abest, ut sacrum spiritum unice quaeramus in clericis uel omnium pectora hoc numine inflammata esse, existimemus. Ecclesia occidentalis in quanta hic superstitione uersetur, inde patet: quod pessimo cuique sacerdoti hunc adglutinatum esse existiment characterem; quodque clericum, ab haeretico uel huius furfuris homine alio ordinatum, sacri illico spiritus participem reddi, dicant proptereaque hunc ritum iterare uelle, inter piacula habeant quidam etiam patres quos salutamus ecclesiae, quos laudat SVICERVS in thesauro sub *uoc.* χειροθεσίας et plenius MORINVS *in l. c.*

Largitione de sacro patrimonio an inter crimen simoniae?

(*b*) Pontificiorum decretis principi laico in sacerdotiis conferendis nihil fere superest, quam patrimonii sacri *inuestitura*, instauratio nexus clientelaris, quo fundus tenetur. Quemadmodum igitur quaeuis praedia feudalia laudemii aliorumque onerum causa censum praestant domino, patrono suo: ita mirum est, simoniae criminis benignam matrem ecclesiam postulasse principes, qui idem peterent a confirmandis sacerdotiis. Non enim hic agitur de rei spiritualis mercatu, nisi in hoc pretio boues, oues, asinos habueris cum interpretibus decretalium. Hae enim illorum doctrinae sunt: clericum, qui fidem suam adstringat laico; qui huic aliquod officium uel nummos promittat praestetque, esse *simoniacum*. Hac ratione simoniacum Caesarem ipsum faciunt, si ipse auxiliatrices operas praestaret episcopatus candidato uel consanguinitatis, uel amicitiae causa, uel futuri commodi ergo, *daß er mit dem k. wenn er zum Stifft komme, eine alliance machen, ihme etliche regimenter halten oder überlassen wolle.* Sed nulla huius doctrinae uel in sacris literis auctoritas, uel in primitiua ecclesia. Breuiter philosophari liceat: qui operas in promotione candidati mercenarias habent, illi *falsi* criminis postulandi sunt; qui offerunt mercedem promotoribus, illi *ambitus* poenam luunt, quod crimen optime intelligitur ex illis, quae habet TIRAQVELLVS *ad lib. III. cap. 17. genialium Alexandri p. 379.* ut etiam corrupto promotori tribui posse uideatur. Qui uero reditus noui clerici nimium defalcant, illi ordinariis legibus coercendi sunt, quae facultatibus nostris praestant securitatem. Nouis uocum terriculamentis opus non est in gratiam sacerdotum.

De Simone mago, an is simile quid intenderit annatis?

(*c*) Equidem *Simonis* exemplum, quod doctores huc trahunt, de quo querelam mouimus §. *VI. lit.* z. simile aliquid uix habet annatis. Ille enim uim effectricem ambiuit, qua apostoli miracula ediderunt, testimonia nouae, quae uidebatur, doctrinae. *Er wolte den geist, wunder zu thun, kauffen* ACTOR. *VIII, u. 13. 18.* Verum ratio sacerdotiorum in hoc genere non uersatur; neque sacri muneris, largitores uel id pollicentur candidatis, uel hi ab illis ullo tempore hoc expetunt uel expectant. Sordida tantum lucra in causa hic sunt, non demum adquirenda per mysteria miraculorum, quae hodie fere nescimus, neque ex operarum mercede in sacramentis, consecrationibus, orationibus et quae sacri antistitis officia alia sunt: sed talia, quae etiam in otio feceris, dormitans, somno sopitus. Hoc bono odore patroni alliciunt sacrae spartae riuales eoque hi ducuntur capiunturque. Verum hoc neque in manibus tum apostolorum fuit: neque Simon ab illis unquam rogauit. Blasphemus fuit Simon et religionis sibi inimicae turpissimus simulator EVSEBIO interprete *lib. II. c. 13.* Sed haec quid ad iura annatarum?

(*d*) Vel

CAP. I. in synodo EPHESINA an. 400. | §. VII.

re uoluerint uel instituerint uendere (*d*), *non antiquiores occurrunt aeuo Chrysostomi, qui criminis huius postulauit Antoninum* (*e*). *Caput rei cur in haec demum tempora? Ratio manifesta est, non diuinos afflatus; non indelebiles illos characteres, quibus clericorum infimus etiam ordo gloriatur; non angulos pallii, non mitram, non ornamenta alia sacerdotum in mercatu fuisse: sed diuitias et sacrum patrimonium, quo ecclesiam, suo certe malo, auxerat largitor Constantinus. Radices egerat consuetudo, sacerdotii candidatos in censum uenire, ut opus esse uideretur, clericos hoc iure interdicere in* concilio CHALCEDONENSI (*f*); CA-

Olim cur nulli sacerdotiorum mercatus:

(*d*) Vel enim sacerdotii candidatus spiritum s. emere tum uoluisset: uel opimos reditus sacri patrimonii. Illud fieri non poterat, partim, quod Simonis exemplum ab hoc facinore auocaret; partim quod χειροθεσία falleret indignos atque irrito esset effectu. Neque etiam hoc sibi poterat tum proponi, nullis reditibus aut salariis clericorum constitutis. Quamuis enim uel ex EVSEBII locis *de uita Constant. lib. II. c. 39.* clarum sit, ecclesies fundos, praedia, agros ante tempora Constantini magni habuisse: usufructuarii tamen eorum pauperes tum fuere, non clerici. Constantinus uero primordia dedit opimis salariis sacerdotum. Benigno, an irato numine id factum sit, prudentiores uiderint. Id aegre me in *Eusebio* habet, eum tantopere gaudere diuitiis antistitum, neque dolere simul animos eorum his illecebris corruptissimos. Id certum habeo, ambitum nulla ratione cohiberi, nisi ad pristinum statum redeant sacerdotia. Ante aliquot annos REX noster id sibi proposuerat, ut pastorum omnium in pagis aequalia ubique salaria statueret, sportulae uero, id est, quaestus e sacramentorum largitione, sepulturis, benedictionibus, precibus aliisque actibus uenalitiis cessarent prorsus punirenturque. Vno sic ictu centum hydrae perirent, quae caput in has sordes solent erigere. Hac ratione Iesuitae uiuunt, quorum licet munera diuersissima sint; idem tamen omnibus cultus, uictus, dignitas, commoda, reditus. Quo ipso non solum nullus inter illos ambitus aut simonia: sed etiam mirum est, quam feliciter compescant animos nimis elatos suorum. Sed de liberis, de uidua nostrorum quid? His uetus ecclesia eleemosynis prospexit, quod expositum est §. *III. lit. f.*

Paria omnibus clericis salaria uoluit R. Poruss.

Nundinatio sacerdotiorum tempore Chrysostomi an. chr. 400.

(*e*) PALLADIVS (*) episcopus Heliopolitanus, doctoris sui, Chrysostomi uitam scripsit, cuius operibus illa addi plerumque solet. Sigillatim uero ab abbate *Ambrosio* ordinis Camaldulensis illa quoque edita est cum interpretatione Latina. Ita autem Palladius: *Eusebius episcopus Valentinopolitanus synodo libellum accusationis contra Antoninum episcopum Ephesinum obtulit, septem capita continentem facinorum eius, quorum ultimum erat, quod pro decreto et lege haberet ORDINATIONES EPISCOPORVM VENDERE PRO MODO REDITVVM. Adsunt, qui dederunt et qui accepit Antoninus: neque desunt probationes. Patres synodi, Chrysostomo praesule, SIMONIAM detestantur. Negat Antoninus moriturque probatione per testes nimium dilata. Superstites clerici, qui pretium ordinatori soluerant, tantum abest, ut inficias hoc iuerint, ut potius manifeste dicerent, hunc censum se inter peccata nunquam habuisse, iure enim CONSVETVDINIS sacros exactores episcopos tutos esse seque ita a curia liberari. Sed condemnauit synodus heredes Antonini, ut aurum restituerent largitoribus atque hi ordine sacro exuerentur. Cum simoniae crimen horrendum sit cauendumque christianis, ne Aegyptiaca consuetudine uenalitia essent sacerdotia.* Eadem fere recenset GEORGIVS *episcopus Alexandrinus in uita Chrysostomi*, quam PHOTIVS in epitome exhibet *sect. XCVI. p. 258. n. 30.* ἕβδομον δὲ, inquit ille, ὅτι ἐπὶ χρήματα χειροτονεῖ: *septimum crimen erat*, Antonino obiectum, *quod, pecunia corruptus, ordinaret.* Quamuis uero in hac sorditie ordinatos loco mouerit omnes Chrysostomus: post tamen, quam ipse exul factus esset, in integrum omnes restituti sunt, teste eodem *Georgio apud Photium. n. 49.* Palladium chronicis etiam suis fere integrum addidere D. ANTONINVS *archiepiscopus Florentinus tit. X. c. 9. p. 110.* et BARONIVS *ad can. 400. n. 80.* ceterique.

Concilii Chalced. decreta 451. contra omnatas.

(*f*) Verba decreti can. 2. εἴτις ἐπίσκοπος ἐπὶ χρήμασι χειροτονίαν ποιήσατο, sermone latino haec sunt: *Si quis episcopus, accepta pecunia, ORDINATIONES fecerit et sub pretio redegerit GRATIAM, quae uendi non potest ordinaueritque per pecunias episcopum, aut chorepiscopum aut presbyterum aut diaconum aut quemlibet ex his, qui connumerantur in clero; aut promouerit per pecunias dispensatorem aut defensorem uel mansionarium uel quemquam omnino, qui subiectus est regulae, pro suo turpissimo lucri commodo, is qui hoc atten-*

(*) De hoc dialogo *LAMBEC. III. biblioth. p. 345 346.*

CAP. I. in CHALCEDONENSI concilio an. 488. in DECRETIS et DECRETALIBUS. — §. VII.

CABILLONENSI (g) ceterisque, quorum sententias ante me Iohannes LAVNOIVS (h) congessit, utinam digessisset quoque pro diuersitate, quam habent, argumentorum. In canonico quoque iure, tam in DECRETIS (i), quam in

tentasse probatus fuerit, proprio gradus periculo subiacebit. Et qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione, quae est per negociationem facta, proficiat, sed sit alienus a DIGNITATE uel solicitudine, quam pecuniis acquisiuit. Si quis uero mediator tam turpibus et nefandis datis uel acceptis extiterit et ipse, si quidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si uero laicus aut monachus, anathematizetur. Non forte plenius scribi poterat. Hominum improborum alios *ambitio* agit, alios *auaritia*, ut uiam sibi nummis parent ad sacerdotia. Ille morbus olim pestilentior fuit; hic uero nunc magis grassatur in tantis diuitiis ecclesiarum.

Concil. Cabillonense.

(*g*) Capitulo XVI. quod hoc est: *ut nullus episcopus, neque presbyter uel abbas seu diaconus per praemium ad sacrum ordinem penitus accedat. Quod qui fecerit, ipso honore, quem praemiis comparare praesumpserit, omnino priuetur.*

De Ioh. Launoio iudicium.

(*h*) Institueram omnia conciliorum decreta excerpere, quae agunt de hoc argumento. Sed hanc operam ante me suscepit occupauitque *Iohannes* LAVNOIVS, in libro, quem Parisiis in forma minori edidit 1675. hoc titulo: *ueneranda Romanae ecclesiae circa simoniam traditio.* Id enim cum in hoc, tum in aliis opusculis suis agit auctor, ut non suo, uerum antiquissimorum ecclesiae doctorum testimonio prodat ueritatem iudiciumque lectori relinquat, ubi mores pristinos sequantur, ubi migrauerint sacra pontificiorum sui aeui. Saepe miratus sum, conatum uiri superiorum auctoritate non suppressum fuisse. Memini tamen etiam, eum in Gallia scripsisse idque illo aeuo, quo aula principis nubes discusserat superstitionis. Nostri manibus eius bene precantur nomenque catalogo addunt testium ueritatis.

Decreta contra simoniam.

(*i*) Non uideo, ullum delictum toties in *decretis* reprobatum esse, quam crimen hoc simoniae. Gratianum, aut quisquis alius illa collegit, magnam indignationem inde concepisse oportet, quod unicum facinus tanto testimoniorum redarguerit adparatu. *Causam* enim *primum* non solum de *simonia* is fecit, ut, quo loco eius generis reos cum ipse haberet, tum haberi ab aliis uellet, intelligeretur: sed etiam *septem quaestionibus* unum hoc argumentum est persequutus primamque earum *centum* et *triginta* testimoniis corroborauit, non manipulo, sed cohorte armatorum contra unum hostem pro-

A ducta. Scilicet in turba et numero ponenda uictoria fuerat, cum sigillatim instructa acies parum fortitudinis habere uideretur. Ne frustra me haec dixisse, quis existimet, firmitudinis, quam prae se ferunt, allegabo specimina. Primo exemplum Giezi (*Gehasi*) *2. Reg. c. 5. u. 22. 27.* quod huc trahunt *can. 16. Q. 1. c. 1.* ualde incongruum est, partim, quod miraculorum nulla documenta edant nostri cleri-

Argumenta eorum non multum roboris habent.

B ci: partim etiam, quod Eliseo prophetae peculiares caussae fuerint, ut in famulum mendacem et hominem dolosum animaduerteret. Deinde stultissimum est, mercatores columbarum, quos seruator e templo eiecit, cum nundinatoribus conferre sacerdotiorum, quasi sancti spiritus umbrae fuerint istae columbae *can. II. Caus. 1. Q. 1.* Tum doli conuincuntur admodum manifesti, quoniam *can. 4.*

C *Caus. 1. Q. 2.* permittunt episcopis et cuiusque generis clericis, ut, si candidati ministerii post ordinationem eis honorarium idque ultro offerant, id salua accipi possit conscientia. Verum Naeman num Gieseo uel coactus soluit uel ante quam fuisset a lepra sanatus? Porro neque pallium sine hoc crimine redimi scribunt *can. 3. C. 1. Q. 2.* sed papa tamen hodieque utitur hoc mercatu. Post etiam si-

D moniae incusant, der etwa für einen küsterdienst dem pfarrer eine wurst braechte *can. 8. C. 1. Q. 1.* quod munus nihil prorsus momenti habet. Praeterea cheirothesiae uim sancti spiritus tribuunt in homine etiam impio *can. 30. Causa 1. Q. 1.* qua tamen in re sibi itetum *can. 29. ibid.* obuersantur. Denum friuole aiunt, *despere, si quis obiecerit, non consecrationes emi, sed corporales ecclesiae reditus.* Quia

E ut anima sine corpore esse nequeat; ita sine reditibus nequeat esse ecclesia *can. 7. Caus. 1. Q. 3.* Quod simile ualde alienum a puritate sacrorum christianorum illoque dicto; *gratis reddite:* imo iterum alii canonum *6. et septimo* aduersum est *Caus. 1. Quaest. 2.* O quam aurea hic uerba sunt: *Pastores, qui opes habent, non rogent ab ecclesia ullum salarium. Si aliquid illi rogant, pauperi, quod debetur, subripiunt grandi peccato.* Conferantur huc, quae superius sunt scripta §. *III. lit. e,* et *lit. g.* Vtinam etiam contra sportulas sacerdotum *can. 104. c. 1. Q. 1.* animis mortalium inscriberent: *ne, qui baptizatur, nummos in concham mittat. Ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere uideatur.* Sed haec talia illi per transennam. Scilicet *gratis accipere* uolunt: sed

CAP. I. §. VII

in LL. ROMAN.

CC. christianorum.

DECRETALIBVS(*k*), *grauissima interdicta occurrunt, unde intelligitur, a clerico, uel muneris uel redituum causa, aliquid exigere, in summum crimen uocari. Paganorum Caesarum constitutiones ambitum in populo redarguunt; ipsi liberas manus habent in munerum erogatione, etiam pretio aut nummis prouocata (l). Imperatores christiani, quorum alii omnes largitiones improbant, alii in crimen tantum uocant honorarii nimietatem pro sacra ordinatione (m). Facinora haec adnotant reprehenduntque priuati etiam scriptores* CASSIODORVS(*n*), SIDO-

---

sed pro *nummis iterum reddere* clerici non erubescunt.

In decretalibus contra simoniam.

(*k*) *Tertius* enim *libri V. titulus* admodum prolixe agit *de simonia et ne aliquid pro spiritualibus exigatur uel promittatur.* Deinde *libr. V. extrauag. commun. titulus 1.* eiusdem iterum est argumenti. Cautiones lectori obseruandae repetantur ex illis, quae modo commentati sumus in canones decreti. Quamuis uero nihil meliora sint, quae hic dicuntur: sermo tamen maioris est cautionis. Post tot interpretes, qui adsunt decretis, mea hic non opus erit industria.

LL. ciuiles contra ambitum sacerdotiorum.

an paganis imperatoribus obfuerint, quin munera ipsi uenderent?

(*l*) Notari merentur haec loca sigillatim: ne eiusdem superstitionis arguenda esse uideantur cum iuris sacri decretis. *Lege un. §. 1. ff. de ambitu* in solis municipiis ambitus sacerdoti centum aureis et infamia punitus est. Nullum crimen in urbe id habitum fuit, ex quo principes cum magistratus alios, tum etiam sacerdotes nominarunt. Populus enim quondam largitionibus corrumpi atque in factiones distrahi potuit: non princeps arg. *l. 11. ff. de pollicit.* Populo homines ignari obtrudi poterant, non principi; de illius enim dignitate dubitare, quem ipse elegit, sacrilegium est *l. 3. C. de crim. sacrilegii.* Causa itaque legis cessante, legem ipsam desuetudine sublatam fuisse, puto, ut nihil turpe habuerint imperatores maxime, censum exigere a quouis lucrosi muneris candidato. *Lege* enim 11. *de pollicitationib.* tutos esse cum alios principes, tum Galliae reges, existimo, qui plus licitantibus prouincias deferunt. Miror, interpretes fingere hic discrimen inter honoraria, quae in reipublicae utilitatem atque palam soluantur et illa, quae uni clam promittantur, digna demum ambitus animaduersione, ita PEREZ in *codicem ad l. Iul. de ambitu n. 6.* Ego certus sum, nihil inhonestum moribus Romanorum fuisse, principi, muneris largitori, pecuniam quacunque ratione modoque persolui. Primo enim exceptio regulam firmat. Sed hoc iure, ne municipales utantur accipiantque aliquid promotores, tantum *lege* allegata cautum est *ff. de ambit.* Deinde quin offerant numinos, nulli prohibentur, quam illi, qui rationes pristinae spartae nondum reddidere *lege un. C. ad leg. Iul. de ambit.* Post claris uerbis a *Modestino* dicitur, cessare legem ambitus in urbe, ubi munera disponat imperator, *l. un. ff. de ambitu.* Demum super qua re pacisci licuit, illa res fuit in commercio §. *2. l. de inutil. stipul.* atqui licitae fuere pollicitationes de munere conferendo *l. 1. ff. de pollicit.* quis ergo dubitabit de filo bonae consecutionis?

Christianor. Caesarum LL. in hoc argumento diuersae.

(*m*) Lege 31. *C. de episcopis et cler.* omnium seuerissima. *Nemo gradum sacerdotii uenalitate mercetur. Quantum quisque mereatur, non quantum dare sufficiat, aestimetur. Nec pretio sed precibus ordinetur antistes. Cum sane si quis hanc sanctam antistitis sedem pecuniae interuentu subiisse, aut si opus, ut alterum ordinaret uel eligeret, aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis et LAESAE MAIESTATIS accusatione proposita a gradu sacerdotii RETRAHATVR: sed perpetuae quoque INFAMIAE damnari decernimus.* Tremenda haec uerba sunt *Leonis* et *Anthemii.* Mitiores paulo sanctiones *Iustiniani.* Loco enim infamiae ille decem libras auri poenae loco in transgressores statuit: imo ab eadem Constantinopolitanam ecclesiam prorsus exemit *nouella 56. cap. 1.* Mox consuetudinis habendam rationem esse uoluit, qua ordinandi pro sacris ordinationibus soluere teneantur: modo summa haec unius anni emolumenta non transcendat *Nouella 123. cap. 16.* Quod adeo uerum esse, uult, ut ipse papa senioribus Romae hunc censum illis soluere debeat, qui in eius consecratione operam suam impendere *nouella 123. cap. 3.*

Mitior hic alius Iustinianus.

Memorabilis locus Cassiodori an. 533.

(*n*) *Libri IX. epistola 15. Athalarici regis est, ad Iohannem papam* exarata, ne honorarii nimietate noui onerentur episcopi atque cum his ipsae ecclesiae. Cum exempla supersint eorum, qui, ut damnum resarcirent aut aere hac causa contracto se liberarent, pauperum patrimonia, id est, ecclesiastica bona inuaserint, aut etiam uasa templorum uendiderint. Quare adeo sanctam uoluit hanc legem rex Gothus, ut tabulis marmoreis incisam ante atrium beati Petri apostoli eam iusserit collocari. Memento sancte pater! id quod Saluiano, urbis praefecto mandauit *in epistola 16. libr. 9. eiusdem Cassiodori.* Miror BARONIVM adeo sibi ocu-

CAP. I. *§. VIII.*

SIDONIVS *(o), iuniores alii (p). Quae tamen omnia plurimum abesse, dixi (q) a rationibus annatarum, quicquid contra sentiant magni nominis auctores (r).*

NOVA doctrina de ORIGINE annatarum.

§. VIII. *Ego enim alio neque adhuc trito (s) itinere mihi eundum esse, censeo in huius originis indagatione. Scilicet idonea rerum monumenta habeo, quae docent, ad dominos quondam territoriorum mortui praesulis cum hereditatem uenisse (t); tum sacri patrimonii, quam diu id suo possessore, antistite, ua-*

oculatum hic uideri *ad an. 533. n. 36. p. 278.* ut inde argumentum formet, laicum regem agnouisse, se non habere, quod praecipiat clericis, cum laicos tantum prohibeat, ne erogationibus clericos grauarent. Sed quid opus fuerat, eandem crambem apponere clericis. His autem mandare potuisse laicos principes ex constitutionibus Iustiniani patebit, in eadem caussa promulgatis.

Sidonii.

(o) Locus habetur *lib. epistol. 25. p. m. 310.* quem eius commentator illustrat *Iohannes Sauaro.*

Massonii.

(p) Ad annum chr. 540. scribit *Papyr.* MASSONIVS in histor. Galliae: *Tunc temporis Gallarum episcopi sacros ordines non nisi pretio et quaestu conferebant, uti ne hodie quidem faciunt.* Eandem querelam de suis an. 855. mouit *Bertrandus* ARGENTREVS *en son histoire de Bretaigne liu. II. c. 16. p. 132.*

An hi redarguerint, quod idem cum annatis?

(q) Supra scripsi, annatis nihil fere neque cum ambitu commune esse, neque cum simonia. Non cum illo, quia imponi solent annatae omnibus sine ullo discrimine personarum, ut metui non possit, indignos promoueri neque turbas inter candidatos excitari: multo minus cum hac congruunt, cum reditus aestimentur, non ratio muneris, non eius, si quam habet, diuinitas. Vt taceam quod neque *ordinatoribus*, neque *ordinationis* caussa soluantur. Potiori forsitan iure dicerem: minuere annatas simoniam. Quo enim e munere spirituali maior quaestus est: eo maius erit crimen simoniae. Pii ergo sacerdotes gratias potius annatarum patronis habeant, qui haec onera has sordes aliquantisper leuant.

Doctores, qui a ueteris ecclesiae simonia deducunt annatas.

(r) In horum numero sunt Dionysius GOTHOFREDVS, *qui in not. ad nouell.* 123. *cap.* 16. ait: *non puto in iure ciuili manifestius ostendi originem annatarum. Marcus Ant. de* DOMINIS *lib. IX. de republ. ecclef. c. 9. §. 66. Petrus de* MARCA *de concordia sacerdotii et imperii lib. VI. cap. 10. n. 2. 3. Ioh.* STRAVCHIVS *in dissert. iur. publ. V.* §. 16. p. 133. Ego religioni duco, alteram illam, quae *praeside* eodem Strauchio de *annatis Ienae* prodiit 1673. in hanc classem referre. Illa enim a genio et eruditione huius uiri multum abest atque tironem scriptorem habet *Iohannem Papen*, qui argumentum hoc respondit. *Iohannes* ALAVNOIVS *in libro de simonia obseru. XV. p. 332.* Baro de Lyncker *ad cap. Ioseph. art. 18. p. 52.*

Fastidia ex argumento uulgari.

(s) Neque enim alio fine argumentum tracto, quam ut ueriora adferam illis, qui ante me integra de eo uolumina conscripsere, quorum nomina enumeraui superius §. 3. lit. b. Putent alii arroganter hoc dictum esse? falluntur. Moneo haec, non mei caussa, sed lectoris ergo, ne tituli uetustate scheda haec stomachum ei moueat pariatque indignationem. Praeses dico, uirum me uel nihil uel superiorum tantum auctoritate scripsisse, quod fuerit proditum ab aliis. Tempero mihi hodienum ab hac cacoethe, quod uita, quam longa haec sit, non sufficere uideatur, illa promulgare, quae aliis in sola iuris arte publici maxime, feudalis et canonici nondum existimo notata fuisse.

Abbatis aut episcopi heres olim princeps territorii.

(t) Postquam loca indubiae fidei monumentorum perlegi animoque digessi, summatim ita sentio de hoc iure. Principio rerum sacerdotes non definita salaria habuere neque adsignatos certo reditus: uerum et bonis ecclesiae tantum desumpserunt, quantum satis erat ad uictum et cultum. Qui magis pii erant, illi proprium etiam patrimonium, si aliquod habuerant, scilicet peculia, ut loqui sic liceat, siue aduentitia essent, siue etiam profectitia, intuitu scilicet ecclesiae acquisita, eidem contulerunt, ne proprietate rei a curis diuinis distraherentur. Alii, qui hoc non fecerant, discrimen et ipsi omnes agnouere inter bona ex reditibus ecclesiae comparata et illa, quae perceperant ex proprio patrimonio uel peculio. Ex *illis* si quid praeter necessitatem uel uiui expenderunt, id sacrilegii et spolii instar fuit: uel ultima uoluntate, quod ipso iure nullum: in his autem iure fieri poterat utrumque. Inde cautiores inuentaria hoc fine scripserunt, quibus ea insererent, quae proprii patrimonii fuerant proptereaque pro arbitratu cuiusque legari poterant aut testamento relinqui. Memorabilis est illa episcopi Viennensis epigraphe, *emtus est hic liber non ea pecunia, quae ex prouentibus et censibus episcopatus prouenit, sed ea, quam honestissimis laboribus aliunde accepimus. Proinde liberum est nobis*

CAP. I. *cuum fuerat, omnes reditus; plerumque totius etiam anni prouentus eosdem sibi adseruisse* (*u*). *Istud fisci iure contigisse, existimo: illud ex* iacentis *feudi ratione* (*x*): *hoc* §. VIII.

bis donare (absque spolii aut sacrilegii crimine) *et legare* (sine nullitatis metu) *cui uoluerimus*, quod legitur apud LAMBECIVM *lib. II. comment. de Biblioth. Vindob. n. 82. p. 787.* et in aliis multis codicibus ab eodem antistite legatis *lib. 1. n. 38. p. 33. apud eundem.* Bona uero ex reditu feudali ad quem hereditate deuenere mortuo episcopo? Respondeo ad dominum *directum* feudi ecclesiastici fuisse deuoluta.

exemplo CAESARIS.

Perinde enim fuit, siue is IMPERATOR esset, quo de exemplum apud ARNOLDVM *Lubecensem Chron. Slauor. lib. III. c. 17. n. 4. ab imperatore, mortuis episcopis confiscantur ecclesiae, itaut, ablatis omnibus mobilibus et stipendiis praesentis anni* (annatis), *episcopus nouus subintrans omnia exinanita et euacuata inueniat*, plura adferunt GELENIVS *de uita S. Engelberti lib. 1. c. 3.* et MEIBOMIVS *in differt. de iure antiquo imperatorum*, quam *uolumen III.* exhibet *rer. German. p. 185.* siue REX, de *Anglia* egregium locum inuenio in *Guilielmo* BRITONE *lib. VIII. Philippid. uers. 241. p. 257. edit Barthianae.*

REGVM ANGLIAE.

Nam rex Anglorum ius usurpauerat illud
Vsque modo, ut solus pastores ipse crearet.
Nam quotiens pastore carens praelatica sedes
Ciuili leto naturaliue uacasset,
Protinus ecclesiae *bona cuncta uacantis* ab ipso
Vsurpata suos conuertebantur in usus.

alios testes laudauit ALTESERRA *de ducib. et comitib. lib. 1. cap. 8. p. 47.* de *Gallia* autem FLODOARDVS *hist. Rem. lib. III. c. 23.* et in calce eius: *defuncto Tilpino Carlmannus Remense episcopium tenuit in suo dominatu*, clarius auctor chronici ALTISSIODORENSIS ad an. 1207. quae historia momentosa est: *regalia haec peruaserat regia clientela uniuersa rapiens, ea quoque confiscans, quae Hugo episcopus testamento* (nulliter) *legauerat. Electus* (nouus) *episcopus adit regem et ab hoc obtinet, ut regalia* (ius hereditare episcopos) *ecclesiae donaret, ut moriente episcopo regalia teneret et quae de reditibus interim prouenirent* (ex annatis) *successori episcopo reseruarentur*, plura leges apud CHOPPINVM *de Doman. Gall. lib. II. tit. 9. n. 5.* ALTESERRAM *lib. 1. c. 8.* MARCAM *de concordia sac.* qui tamen nullo idoneo iure contrarium sentit *lib.* VIII. *c. 18. p. 1273. 1247.* et in illis locis, quae in nouissima editione addidit *Stephanus* BALVZIVS *p. 1276.* idemque *lib. II. miscellan. p. 177.* siue proprii territorii PRINCEPS, quod ARGENTREVS de Britanniae minoris, CHOPPINVS de Andegauensibus, et de aliis alii comprobant apud ALTESERRAM *lib. 1. c. 8.* MARCAM *lib.* VIII. *cap. 25. pag. 1321.* addatur *Steph.* BALVZIVS *tom.* II. *spicileg. p. 167.* et *Antonius* MATTHAEI *de reb. Vltraiectinis p. 137. 138. 139. 140.*

GALLIAE.

DVCVM et principum aliorum.

In partem hereditatis etiam uocati sunt quatuor hereditarii officiales, qui antiqua Germaniae consuetudine supellectilem et utensilia mortui episcopi acceperunt, cuius iuris testimonium in diplomate an. 1268. exhibet MADERVS *in antiquit. Brunsuic. n. 27. p. 267.* Vnde explicandum est monumentum, quod THVLEMARIVS recitat *cap. 20. de octau. p. 331. wenn ein Bischoff zu Bamberg erwaehlet, so hat uor diesem der Vnter-Cammerer das Bette mit seinen zubehoerungen, darauff die Nacht der Bischoff gelegen, uor sich nehmen durffen: so aber ietzo nicht mehr will zugelassen werden.*

Officialium der Erbaemter.

(*u*) Non solum bona, quae reliquerat mortuus episcopus, uerum etiam *reditus episcopales* primi anni et diutius, quoad uacua episcopo ecclesia fuerat, principes territorii acceperunt, scilicet *pensiones* ANNATAS, die iaehrige gefaelle. Cuius rei testes habemus luculentissimos. ARNOLDVS *Lubecensis* ait *lib.* III. *Chron. Slau. c. 17. ablatis stipendiis praesentis anni*; quem sequitur CRANZIVS *libr.* VI. *Sax. c. 50. et 51.* sed maioris momenti diploma est ad an. 1216. quod adfert MEIBOMIVS *in libr. cit. p. 187. uol. 3. rerum Germ.* ubi huic iuri nuntium mittit imperator. Verba sunt: *Fridericus D. G. Rom. Rex* cetera, *ideoque ueterum illam consuetudinem detestantes, quam antecessores nostri in cathedrales ecclesias et abbatias, quae manu regia* (causam et fundamentum iuris nota) *porriguntur, quod uidelicet decedentibus episcopis et praelatis earum rerum mobilium eorundem censuerant occupare et conuertere in usus proprios occupatas, quam etiam REDITVS et prouentus per TOTIVS ANNI CVRRICVLVM ita prorsus auferre, ut non possint solui debita decedentis, nec succedenti praelato necessaria ministrari.* Quis dubitabit deinceps de iure *annatarum laicorum*? Iustitiam earum respondebo inferius.

annatarum iura principum secularium.

(*x*) Aegre habet *Petrum* MARCAM, illustrissimum uirum, reditus uacantis praelaturae principes laicos sibi attribuisse. Quapropter *lib.* IIX. *de C. S. et I. cap. 18. n. 11. p. 1274.* scribit: omnes *intelligant reditus patrimoniorum ecclesiae uacantis ac spolia episcoporum decedentium nunquam iure pertinuisse ad principes.* Maximus huic auctori candor, quoties is ueritatem eruit aduersus iniqua pontificis postu-

Defenduntur annatae laicorum contra Marcam,

de quo iudicatum.

CAP. I. *hoc autem releuii causa uel laudemii (y). Quamuis uero hac consuetudine non* §. IIX.

postulata, ubi admirabile est, quantum animi habuerit pro fide: sed cum ad episcoporum iura deuenit, noluit suae dignitatis, archiepiscopi enim honore fulsit, obliuisci. Veniam ergo is meretur. Nos tamen, quae ipse refellit, tuebimur.

argumenta quae sint pro annatis laicorum?

Duo autem hic in quaestionem ueniunt, quae non debent confundi. Primum est, quo iure utensilia, supellectilem, nummos, mobilia quaeque mortui episcopi sibi arrogent principes laici: deinde quo illi iure reditibus fruantur sacri patrimonii sede uacante?

Quo iure successerit episcopus?

Quod primum concernit, defuncto episcopo uel heredes sunt, uel non sunt: si hoc, princeps succedet iure fisci *l. 4. C. de bonis uacantibus*, non uniuersitas, collegium, ecclesia, ciuitas *l. 1. pr. C. eodem;* inde corrupti seculi mores

Superstitio Carpzouii.

sapit definitio CARPZOVII *in iurispr. consist. lib.* III. *tit.* 1. *def.* 9. *n.* 7. quod euangelici principes in uacantibus clerici bonis non territorii causa succedant, sed quia iure gaudeant episcopali. Si uero illud, heredes uel intestati erunt, uel instituti ultima uoluntate: *illud* fieri non poterat, partim quod clerici seculo moriantur, *leto ciuili honesto*, quare omne uinculum expirat sanguinis et successionis arg. *cap.* 1. *X. de successión.* et clarior est CANON *apostolorum; ἔςω φανερὰ τὰ ἴδια τῦ ἐπισκόπυ πράγματα: καὶ φανερὰ τὰ κυριακὰ manifestae episcopi facultates propriae* (ante episcopatum uel post a cognatis acquisitae addit ZONARAS interpres) *et manifestae res dominicae:* illas legare potest,

Clerici num testamenta condere queant?

non has: partim, quod ipsorum etiam redituum episcopi non proprietatem habeant, sed usum tantum *can. 7. 8. Quaest.* 2. *Caus.* 1. ut sacrilegium sit, de alieno ditescere uelle aut ditare *can. 6. ibid.* neque fas erat *hoc*, quod ex superioribus §. IIX. *lit. t.* clarum sit, neque mortis causa alienare potuisse praesulem res ex fructibus episcopalibus acquisitas CANONE 39. qui apostolis tribuuntur: *nemini quid largiatur episcopus, si cognatos habeat, non ut cognatis aliquid eroget, sed ut pauperibus.* Cui etiam congruit *cap.* 1. *X. de successionib.*

Quo iure princeps reditus episcopatus, abbatiae sibi arroget sede uacante?

Ad alterum quod attinet, an iure *reditus* patrimonii ecclesiae *capiat dominus directus, sede uacante?* Nulla hic iniuria clientibus clericis. Primo enim exempla ciuilium uasallorum habent: quorum feuda cum fructibus dominus accipit, si aut nullos illi successores relinquant, aut inhabiles immaturos ad onera atque seruitia feudalia, quae iura *D. praeses* eruit in *dissert. de iure ualetudinarii cap. XVII.* ita, munere episcopi uacante, uacare etiam iure potest praemium. Dominus enim, qui commoda pastoris non sentit, neque onus sentiat ero-

A gandi honorarii. Quo casu ad tempus directum dominium cum utili iacente consolidatur. Deinde uti Angliae rex clientum pupillorum tutor est, propterea que, durante tutela, fructibus feudi gaudet, quae *fructuaria* ideo dicitur *d. praef. l. c.* ita quoque cum regimen praesulatus domino, sede uacante, incumbat, regimine is uti poterit *fructuario.* Post si consuetudo uim legis habet *l. 32. §. 1. ff.*
B *de legib.* quis iniquitatis accuset argumentum, quod supra uidimus, tanto scriptorum, temporum, exemplorum, causarum numero concentuque corroboratum?

An clerici clientes a releuio uel laudemio immunes sint?

(y) De origine causisque horum iurium ego ita sentio. Vasallis quondam mortuis dominum reditus feudi usque recepisse, donec noui ab eo successores
C fuerint inaugurati. Distulisse eum saepius hac causa inaugurationes puto. Quam ut promouerent, noui clientes honorarium ei obtulerunt, quod *unius anni* prouentum aequaret. Intra annum enim et diem quondam dominus cogi non poterat ad conferendam inuestituram: uti hodie *citius* ad eam suscipiendam a domino compelli nequit uasallus *2. F. 24. §. 1. Artic. IV. Instr. Pac. §. 50. Art. V. §. 25.* Honorarium hoc *releuium* diceremus; non
D *laudemium. Illud* enim ad *maturandam* inuestituram fecerat: *hoc* uero ad compensandum in illa laborem, gratiam, clientelae professionem. Illud mortuo nonnisi uasallo numeratum: hoc et mortuo eodem et uiuo, feudum alienante. *Illius* summa maior fuit *hac:* neque unum sustulit alterum, utrinque enim obligari poterat uasallus. Ita conciliandi sunt doctores in hac doctrina, qui fere sibi in ea non
E constant. FRANZKIVS elegantissimum opusculum scripsit de *laudemiis;* sed nihil is habet, quod nostri fit instituti. Nirum uideri id potest, quod cum rarissima in Germanis *laudemia* sint, *releuia* etiam fere inaudita: utriusque tamen oneris ratio teneat patrimonia ecclesiarum. Scilicet praedia Germanorum quondam allodia fuere, nescia onerum feudalium:

Cur illa ignoret Germania?

F uerum patrimonia ecclesiae beneficia sunt, a principibus non alia unquam ratione collata, quam effectu reseruato directi dominii. Ita documentum habes apud SPELMANNVM *in Archaeologia p. 484. Quod si abbas Waltherus moriatur, uel uitam suam mutet* (en speciem releuii uiuo uasallo) *monachi RELEVABVNT terram eandem et facient seruitium erga dominum.* Causam Gallici sacerdotii contra curiam Parisiensem in exactione releuiorum tuetur *Ren.* CHOPPINVS *lib.* 1. *de iurisdict. Andegauens. cap. 37. p. 304. et lib. I. et II.*

CAP. I. *non occidentalis tantum ecclesia uiueret; sed etiam, mireris concentum, orientalis (z): sudes tamen in oculis id fuerat sacerdotum, ut contra haec instituta alii priuilegiis sibi prospicerent (z†); alii gehasismi et simoniae fulminibus percuterent exactores (a); nonnulli superiores antistites excitarent eiusdem iuris competitores (b).* §. IX.

Annatas laicis ereptas sibi adserit PONTIFEX R.

§. IX. *Atqui his tandem discriminibus non incallide usus est pontifex, ut nauem tot fluctibus agitatam et pene dissolutam ad portum Romanum prospero cursu*

---

et II de sacra politica forensi. Verum quam magna mihi huius doctoris auctoritas, in hoc tamen argumento ita sentio. Patrimonium ecclesiae aut principi uel alii *annatas* praestat, uel non. Si hoc, obligarem eos ad releuia, non uero, si illud. Non adeo multum ab hoc censu id alienum esse uidetur in imperio, quod fere duplicata honoraria Caesari largiantur sacri antistites, quod supra ostensum §. 5. *lit. p.*

Annatarum iura in ecclesia orientali.

(z) ZONARAS nobis testis sit. Ita autem ille *annal. tom. 3. p.* 310. Ὀ' βασιλεὺς ἀφορμὴν ἐκ τούτου δραξάμενος ὡς οἰκείαν ἐξουσίαν τὸ καὶ τῆς τῶν ἐπισκόπων μετήνεγκε προχειρίσεως μηδένα κελεύσας γνώμης ἄνευ αὐτοῦ εἰς ἐκκλησίαν ὅλως δή τινα εἰσελεύσεσθαι ἀλλὰ κἂν τεθνήκοι ἐπίσκοπος, βασιλικὸς ὑπεισῄει εἰς τὴν χηρεύουσαν ἐκκλησίαν, ἐξίκνυμε, καὶ γλίσχρως παρ' ἐκείνου τῶν ἀναγκαίων γενομένων ἀναλωμάτων, αὐτὸς ἀνέφερε τὰ περιττεύοντα. *Imperator*, Nicephorus Phocas, *ex hoc sumta occasione et omni auctoritate, designandi episcopos sibi uendicata, edixit, ne quisquam iniussu suo in ullam ecclesiam mitteretur. Mortuo igitur episcopo, regium ministrum in ecclesiam uacantem mittebat* (habes tributariam tutelam) *quo sumtus necessarios parce faciente, ipse RELIQVA sibi uindicabat.* Frustra igitur est *Petr. de* MARCA, quod *lib.* IIX. *cap.* 24. *p.* 512. gubernatoribus id tantum tribuat Graecorum, quasi contra principis uoluntatem iure suo atque tutela in coenobia uacantia fuissent abusi. Id tamen eidem facile largimur priscam hanc consuetudinem, nouellis Caesarum constitutionibus tandem sublatam fuisse. Conferri cum his possunt, quae habet ALTESERRA *lib.* I. *cap.* 8. *pag.* 47. *de duc. et com.*

Priuilegia quar. ecclesi. contra annatas laicorum.

(z†) Exemplo ecclesiae Altissiodorensis in Gallia, quod eius CHRONOGRAPHVS refert *ad ann.* 1156. *Ludouicus rex Senonensem ecclesiam libertate donauit a malis et pessimis exactionibus, quibus Senonica sedes moriente archiepiscopo solet fatigari et opprimi.* Eius generis diploma exhibet etiam, comite Vrgellensi auctore, BALVZIVS II. *miscell. p.* 225. *Dimitto*, ait A comes, *horribilem illam et male consuetam rapinam, quam post decessum episcoporum exercere consueuerant praedecessores mei, diripiendi siue inuadendi bona episcoporum mobilia siue immobilia. Sed omnia quieta et libera maneant ecclesiae.* Alia exempla CHOPPINVS habet *de doman. Franc. lib.* II. *tit.* editionis Parisinae, Germanica enim infinitis fere uitiis scatet, oculis indigna eruditi lectoris, quem liber uult multa- B rum literarum.

Fulmina cleri contra annatas laicorum.

(a) Cui non horrorem incuteret sermo Gregorii V. papae apud BALDERICVM *in chron. Cameracensi lib.* I. *c.* III. *Nobis*, inquit, *similiter intimatum est, quod obeunte episcopo uel ceteris sacerdotibus* (notandum hoc est, cum de solis aliis episcopatibus et abbatiis sint narrationes aliorum) *ecclesiae Cameracensis, aliqui diabolico repleti spiritu soleant res ecclesiasti-* C *cas, quas uel episcopus reliquerat uel sacerdos, diripere* (sibi uindicare). *Quibus apostolica censura* (banno, horribili poena meticulosis) *ne hoc amplius agant, interdicimus.* Canonum minas spargit MARCA *lib.* IIX. *c.* 18, *n.* II. *cap.* 19. *n.* 9. Quem confutauimus apropter superius *h.* §. IIX. *lit. X.*

Annatas laicis ereptas sibi capiunt maiores episcopi.

(b) FLODOARDVS *lib.* IV. *hist. Rhenensis cap.* 2. inquit: *Formosus sanciens aucto-* D *ritate S. Petri, ut nemo regum, nemo quilibet christianus decedente Rhemorum episcopo ipsum episcopatum uel res ipsius ecclesiae suis compendiis applicet neque sub dominio teneat, praeter eius metropolin.* De Angliae antistitibus *Thomas* WALSINGHAM in *hypodigmatib. Neustriae ad ann.* 1305. testatur: *auaritia episcoporum in Anglia postulantium primas uacationes per annum in suis dioecesibus.* De metropolitanis in o- E riente uerba audiamus MARCAE *lib.* IIX. *c.* 18. *n.* 9. *Metropolitanorum*, inquit, *auaritia pessimam quandam consuetudinem inuexerat in oriente. Nam praetextu curae, quae eis incumbebat, in procuranda electione episcopi, sede uacante inuadebant bona propria decedentis episcopi atque etiam pertinebant.* (**)

(c) Cla-

(**) Egregius locus occurrit etiam apud St. IVLIAN. *in hist. Burg. p.* 477. *uol.* 2. ubi episcopus an. 1436. *imposuit* annatas in omnibus parochiis.

cursu adpelleret (c). Principum alios foeditas simoniae, alios dissidia et aemulationes clericorum, hosque ipsos diffidentia iuris, sibi olim arrogati retinuit, quin conatui papae obloquerentur. Occupata his artibus annatarum possessione, post facies tituli ac formulae fuere, tegumenta aequitatis; ne obtumescere oporteret doctores in quaestione: papa quid facis (d).

Pontificum quis primus annatarum iure sit usus?

§. X. *Quemadmodum uero pluribus exemplis opus est, ad consuetudinem tum constituendam, tum comprobandam: ita graue definitu, cui pontificum primordia consilii huius tribuenda sint (e). Ego in hoc numero*

Annatas episcopis ereptas sibi capit pontifex R.

(*c*) Clarissimis id uerbis scribit *Thom. de* WALSINGHAM in *hypodigmatibus Neustriae p.* 497. De *CLEMENTE V.* is dixerat ad an. 1305. ubi pergit: *Dominus papa attendens, quod charitas incipit a se ipsa primo fructus sibi per totam Angliam reseruauit: INDVCTVS per AVARITIAM EPISCOPORVM regni Angliae, postulantium PRIMAS VACATIONES per annum in suis dioecesibus sibi concedi. Nempe summus pontifex aduertens, quia quod petit inferior, postulare potest et superior, appropriauit sibi ipsi omnes prouentus de PRIMO VACANTIBVS ecclesiis per totam Angliam, uidelicet DE PRIMO ANNO PRIMOS FRVCTVS de EPISCOPATIBVS, abbatiis, prioratibus et praebendis, personatibus, uicariis, quam de ceteris minutis beneficiis.* Valde memorabilis hic locus est. Intelliguntur inde occasio annatarum: deinde initia earum: post latitudo, per quot genera patuerint *beneficiorum:* obsequia tandem Anglorum, cum infra nominandi scriptores putent, eam gentem huic pontificis conatui unice repugnauisse. Congruunt plane cum his ea, quae scribit *Theodorus de* NIEM, homo arcanorum conscius et particeps curiae Romanae, ingrata forte pristini iuris archiepiscoporum memoria incitatus, quod papa eodem illos spoliauisset. Verba eius, in *nemore unionis tract. VI. cap. 36.* haec sunt: *Morientibus episcopis, abbatibus, praelatis omnia per eos relicta collectores fructuum camerae apostolicae recolligunt et in usus eorum seu camerae praedictae conuertunt, metentes messem, quam non seminarunt. Per has depraedationes ultra quam dici potest cathedrales ecclesiae et monasteria Italiae destructa sunt et pauci in iis degunt ministri.* Non crediderim, qui haec legerit, dubitaturum, clericos laicis eripuisse iura annatarum, clericis deinde episcopos, his iterum papam, qua supremum cum Italiae, ubi postulati iuris initium fecit, tum uniuersi orbis christiani antistitem. Frustra ergo est *Lud.* THOMASSINVS, qui *part. 3. lib. 2. cap. 58.* contendit ex aduerso.

Papae in uindicandis loicorum annatis praetextus.

(*d*) Iuris publici in curia Romana ordo est, primo possessionem meditari, post causam: quae neque huic rei poterat deesse. Primo magnum hic firmamentum erat in praesumtione pietatis et iustitiae. Hanc papae in dubium uocare uelle, sacrilegio simile. Deinde, crescentibus ecclesiae opibus, maiori quoque adparatu opus esse credebatur pontifici. Post praemio hoc dignissima erat cura illa, qua papa fasces tenet uniuersi orbis christiani. Praeterea nihil iniquum, a uasallo haec compendia lucrari dominum directum. Atqui is ubique terrarum audit supremus antistes. Tum infidelium uires dicebant his armis esse confringendas. Ad extremum, quod una et altera respublica consensit aliis non exempli loco, sed legis instar obtrudebatur. Accessit, quod supremi pontificis apud Iudaeos et Aegyptios paganos ingentes reditus ad imitationem proponerentur coetibus christianis.

Quomodo a laicis ad clericos et papam migrauerint iura annatarum?

(*e*) Genus annatarum, quod descripsimus, principum fuisse patuit ex antecedentibus. Cum uero duplici illi iure niterentur in exactione earum (§. IIX. *lit. x.*), uno *fisci*, altero *directi* in patrimonia ecclesiarum dominii: pontifex eis utrumque iuit ereptum. Gregorii VII. artes, quibus circa *an.* 1100. inuestiturae iura Caesari disputauit, prodidere coaeui scriptores, quos iunctim edidit GOLDASTVS *in apologia contra Gretserum.* Sed parum hoc obfuit Caesaribus, quin post etiam et reditu sacri patrimonii, quoties aliquod uacuum fuerat et hereditate episcopi defuncti gauderent. Consiliis enim papae euentus non respondit, quem sibi is proposuerat. Caesares quippe ceremoniam inuestiturae per annulum et baculum remisere, ne haec sacri muneris potius attingere rationes uideretur, quam fundos ecclesiae: haud quaquam uero nuntium misere inuestiturae ipsi. Nouo itaque conatu impetendi fuerant successores. Fridericis et Henrico VI. inprimis magis consultum uidebatur, haec iura eierare, quam contentionis serram ducere cum sordidae auaritiae hominibus clericis. Monumenta annalium hanc in rem prodidit MEIBOMIVS *rer. Germ. tom. 3. p. 187.* Neque enim post interregni tempora aliquis imperatorum occurrit, qui hoc onere imposito sacros antistites uoluisset irritare. Ast interitus annatarum nouum cis ortum dedit: ut

CAP. I. CLEMENTEM *V. iam fuisse, inuenio (f) et eius successarem* IOHANNEM *(g). Frequentiores testes sunt pro* VRBANO V. *(h) atque pro* BONIFACIO IX. §. X.

ut illae non tam abrogatae esse uiderentur, quam a laicis ad clericos transmigrauisse.

CLEMENS V. *inter auspices annatarum an.* 1305.

(f) In *VIENNENSI* concilio an. 1307. de hoc iure pontificis disputatum esse, ualde obscurum est neque proditum ab auctoribus. Vnicus autem doctor ac interpres iuris canonici *Iohannes* ANDREAE, qui illa prope aetate uixit et suo aeuo *fons canonum* audiit, huius rei testis est lueulentissimus, qui ad HOSTIENSEM simul prouocat, auctorem, cuius opera praeter *auream summam*, quae in omnium manibus est, rarissima sunt neque nobis copia fuit, ut locum euolueremus. Ita uero ANDREAE *in commentar. ad capit.* 15. inter cetera X. *de officio iudicis ordinarii, edit. Venetae* 1523. *fol.* 170. scribit: *Dicit Hostiensis, quod Romanam ecclesiam excusat necessitas* (in ratione erogationum) *quia nec de suo posset omnibus prouidere. Item priuilegium de antiqua consuetudine iam obtentum.* Et dicit (idem Hostiensis) *quod episcopi etiam conantur hoc* (annatarum iura postulando a suffraganeis) *imitari, quod esse non debet*, (ut in decre. prima de tempo. ordi. et de re iudi. in causis.) *Pluries clamaui in tantum, quod de hoc fuit sermo in concilio* VIENNENSI (an. 1307.) *quod optarem, quod curia reciperet uicesimam redituum clericorum totius orbis* (nimium quantum hoc est) *ad sustentationem papae et cardinalium, et nihil exigi posset pro seruitiis praelatorum, quos promouet exceptis laxatis salariis laborantium, puta scriptorum et similium et tunc prouideret legatis et nuntiis, quos mittit, de praedicta quota. Abstineret autem* (curia Romana papae) *ab* EXACTIONE FRVCTVVM PRIMI ANNI (habes annatas); *exactionibus decimarum* (de decimis sacerdotum) *et similibus, quae non pululant. Sed deliberauerunt praelati in concilio. Et forte bene. Quod tanta uiget insatiabilis cupiditas* (nummis emungendi sacerdotes). *Quod si hoc fieret, et istud et illa perciperent.* Nullus dubito, uera doctorem scripsisse, cum quod passim historici agnoscant, plura in Viennensi concilio disputata a pontifice et contra fuisse, quae prodere, non e re sit ecclesiae. IOHANNES *canonicus sancti Victoris Parisiensis in uita Clem. V. p.* 18. ait: *dicitur a pluribus, quod pro extorquenda pecunia concilium fuit factum:* tum etiam, quod auctores habeamus, qui similia fere leguntur commemorauisse. WALSINGHAMI testimonium supra laudauimus §. 9. lit. c. et sane clarissimum est. Nam ad *an.* 1305. *p.* 497. is inquit: *Dominus papa fructus uacantium ecclesiarum sibi reser-* A *uauit per totam Angliam de episcopatibus, abbatiis, prioratibus et praebendis.* Addatur *Polyd.* VERGILIVS *de re inuent. cap.* 8.

IOHANNES XXII. *inter eosdem.*

(g) *Nicolaus* TRIVETTVS, huic papae aequalis *in annal. Angl.* ait: *retint* (de papa Iohanne sermo est) *à li les primers frutz des eglises uacans.* Sed longe illustrior est locus MARSILII *Patauini* in *defensore pacis*, quem huic pontifici in dis- B sidiis, cum Caesare habitis Ludouico Bauaro opposuit *part. II. c.* 22. *p.* 347. ubi inquit: *His adiice nouum germen iam dictae radicis, quod Romanus episcopus ex hac plenitudine potestatis beneficium obtinentibus* (non solis episcopis, quod imperatores instituere, neque in peculio tantum occasione sacri muneris acquisito) *ubique locorum, absque sui licentia interdixit condere testamenta et sic ad suam sedem imme-* C *diate decreuit bona deuolui et debere deferri.* (Ast nullo tempore testamenta condidisse episcopos, uerum heredes eorum Caesares fuisse, Caesarum iura metropolitanos, mox ipsum papam sibi arrogauisse, supra scriptum est). *Et quod amplius a malo est, quoniam simonia, quamuis post factum* (concessum beneficium) *expleatur, amplissima est* (ego ex hoc genere proscripsi simoniam superius) *quod eadem po-* D *testate* (a Caesaribus deriuata) REDITVS *et* PROVENTVS *beneficiorum omnium et ubique, quo* PRIMVM ANNO *uacantia fuerint*, SIBI RESERVAT. *Secundum hunc morem sibi congregans omnes mundi thesauros et eisdem omnia regna spolians atque prouincias, in quibus distribui debent ministris euangelicis et personis miserabilibus* (quem finem habuere, qui ecclesiam uoluere episcoporum heredem) *aut in reipublicae, de qua* E *sumuntur, subsidium, quoniam ad hoc statuta et ordinata est.* Respicit ad illa tempora, ubi Caesares episcoporum heredes fuere, aut etiam ipsi domini territoriorum. In tanta luce aliis ducibus non opus est. Conferantur tamen *Ranulphus* CESTRENSIS *histor. lib.* VII. *c.* 42. *Bernardus* GVIDO, episcopus Londonensis, in uita *Iohannis p.* 156. *edit. Baluz.*

Memorabile testimonium annatar. Marsilii an. 1324.

VRBANVS V. 1362.

(h) Non omittenda sunt, quae ANO- F NYMVS auctor habet ad an. 1363. *chronici Coloniensis* p. 26. libri hodie admodum rari. Ita autem ille de Vrbano V. inquit: *quam ouch mere schadens der Kirchen uon Coeln want der vurs Pays mit einre nuwer wüse der güerheit hadde he dam behalden ind uerwaren nur des Pays Kammer alle dat gott dat uurs Buschoffs Wilhelms dat he gelaisen hadde, ind darum so bald as Busduff uurs in de Coellische Kirche kom-*

CAP. I. cio IX. (*i*). *Verum ut in utroque hoc frustra annatarum ortus quondam doctores posuere: ita neque certus sum, illo quem ego nominaui, non antiquiorem in monumentis historiarum reperiri. Post illa tempora annatarum iura in legem iuere, in solennissimis conciliis Constantiensi* (*k*) *et breui post in Basileensi* (*l*) *firmatam magis,* §. X

Nn n 2 *quam*

---

kommen war, schickte Pap VRBANVS *ei- nen synre dienre int Stifft Coeln indter hie- sche induerderde all dat gheue dat Bischoff Wilhelm nae gelaissen hadde op dat aller uysserste.* Quae rerum minutissimarum genera idem recenset, scilicet pretiosa utensilia, uinum, frumenta et quicquid supererat rerum mobilium. Miror, auctorem prima auspicia haec credere annatarum, cum de antecessoribus huius papae idem constet.

Bonifacius IX. circa an. 1400. (*i*) PLATINA in *uita Bonifacii* IX. p. 247. his uerbis de ipso scribit: *Tum uero Bonifacius siue uice comitum potentiam ueritus, siue augendae ditionis ecclesiasticae cupidus ANNATARVM usum beneficiis ecclesiasticis PRIMVS IMPOSVIT. Hac conditione, ut, qui beneficium consequeretur, dimidium annui prouentus fisco apostolico persolueret. Sunt autem, qui hoc inuentum Iohanni XXII. adscribant. Hanc autem consuetudinem omnes admisere praeter Anglos, qui de solis episcopatibus concessere, in ceteris beneficiis non adeo.* Conferri etiam in haec tempora ea merentur, quae auctores habent apud *Theod. de* NIEM *lib.* II. *de schism. c.* 7. VOLATERRANVS *lib.* XXII. *p.* 514. SABELLICVM ennead. XI. *p.* 835. *sqq. Henr.* MEIBOMIVM *uol.* III. *rerum Germ p.* 190. *Carolum* MOLINAEVM *in commentario contra abusus paparum* WOLFFIVM *lection. memorabil. cent.* XVI. *p.* 610. GENEBRARDVM *ad an.* 1404. MORNAEVM *in mysterio iniquit. p.* 252. CONRINGIVM *constitut. episc.* §. 67. *p.* 457. STRAVCHIVM *de annat. c.* 1. 2. *Antonium* MATTHAEI *rerum Vltraiect. pag.* 125. *L. B. de* LYNCKER *in notis ad Capit. Ioseph. art.* 18. *p.* 52.

Quid in concilio de iure annatarum? (*k*) In VIENNENSI concilio anno 1308. iuris annatarum momenta disputata fuisse, supra §. h. lit. f. uidimus, quibus addi debent, quae habet *Nat.* ALEXANDER *in hist. eccles. sec.* 15. *dissert.* 9. §. 4. 5. 6. Sed plenius ac maiori longe uirorum libellorum adparatu id factum est in CONSTANTIENSI *an.* 1418. quos uolumina RVDOLFINA hoc fere ordine exhibent. Auctor anonymus ad *Ioh.* GERSONIS opus de reformatione ecclesiae *cap.* 13. qui extat *tom* I. *part.* 3. *p.* 149. *Petrus de* ALLIACO *cap.* 11. de pecuniariis constitutionibus *Ioh* 23. *quae ecclesias* onerarunt *p.* 259. idem *cap.* 5. *p.* 264. *et cap.* 6. 7. 8. *de reseruationibus papae et de simonia curiae Romanae p.* 285. ANONYMVS *de reformatione supremi status ecclesiastici artic.* 3. *et* 16. *de annatis p.* 1000. Deinde *tom.* IV. CONCORDATA *cum Gallis Martini papae super annatis p.*

A 1572. *Petr. de* ALLIACO *de annatis*, opposita *declarationi nationis Gallicanae* tom. VI. p. 54. Ad idem concilium pertinent *Nicolai de* CLEMANGIS *apostoli et responsio dati per nationem Gallicanam dominis cardinalibus etc. appellantibus ab eiusdem conclusione etc. quod uacantiae et minuta seruitia nulla sint debita et de cetero nihil soluant.* Ioh. Martinus LYDIVS, qui *Clemangiana* omnia edidit cum *glossario*

B *Lugd. B.* 1613. *in* 4*t.* etiam hoc eidem auctori opusculum tribuit de annatis non soluendis. Verum multae rationes sunt, quae dubitationes adferunt, illum foetum a Clemangio exclusum esse, quas ante me expendere *Edmundus* RICHERIVS *lib.* II. *historiae conciliorum generalium, et Petrus* PVTEANVS in commentario ad *Pythoeana de libertate eccles. Gallicanae* tom. 2. p. 839. quos sequitur *von der Hard.*

C Quorum iudicio scriptum uel *anonymi* est uel *Iohannis* GERSONIS, qui tum ad eundem scopum contendit. Quisquis auctor eius sit, potuit enim a Clemangio e diuerticulo ubi latuit alicui adscriptorum concilii, qui ipse non interfuit, submitti: argumenta tamen, quibus in eo annatae disputantur, nos a sententia, quam supra prodidimus §. 7. *lit. q.* nequiquam possunt dimouere. In ipso

D etiam concilio annatarum hostes auditi non sunt, ut papa in contradictorio uideatur obtinuisse. Neque alii praeter Gallos, quamuis apologiam papae et inter hos ipsos quidam scripserint, tanta acerbitate exactores huius uectigalis sunt infecuti.

In Basileensi concilio damnatumne sit usus annatarum? (*l*) Hic rhodus, hic salta: Ad huius enim concilii decreta prouocant, quotquot annatarum iura euntsublata. Fa-

E ctor *duabus sessionibus* XII. *et* XXI. pontificem patres istius conuentus annatarum iure interdixisse. Quae decreta tripudiantes recitant recensentque *Ioh. Mart.* LYDIVS in notis *ad Clemangiana* p. 100. FLAZIVS *in appendice catalogi test. ueritat. pag.* 2056. WOLFIVS *in tom.* 1. *lect. memorab. p.* 904. *Renat.* CHOPPINVS *de sacra politica lib.* 1. *tit.* 8. *n.* 18. 19 *p.* 177. 178. MORNAEVS *in myster. iniquit. p.* 507. STRAV-

F CHIVS *cap.* 4. *de annat.* §. 2. *L. B. de* LYNCKER ad capit. Ioseph. art. 18. p. 52. *Lud.* THOMASSINVS *de disciplina eccles. part.* 3. *lib.* 2. *c.* 59. Sed cum hoc concilium neque audiuerit papam neq; improbauerit annatas, nisi aliunde Romanae curiae satisfieret, tantum abest, ut eis id obesse credam, ut potius nouum addat pristino iuri firmamentum.

(*m*) Ni-

CAP. I. *quam, ut alii uoluere, sublatam. Vt tamuunc, quod ex totidem repetitis constitutionibus poutificum (m), multoque magis ex matricula annatarum (n) intel-* §. X.

Decreta pontificum de soluendis annatis.

(*m*) Nihil mirum est, decreta pontificum de persoluendis annatis tantam aetatem non habere. Rogationes, non imperia uoluerat nouum onus, a clericis suscipiendum. Principio liberalitatis quoddam officium fuit erga supremum antistitem: post demum debiti census
1447. naturam accepit. Primum diploma papae in hoc argumentum occurrit NICOLAI V. in *concordatis nationis* Germanicae circa an. 1447. quod recitat *Laertius* CHERVBINVS in *bullario magno uol. 1. p. 374.* ut taceam *Brandenium* commentatorem, *Schilterum*, aliosque, qui idem exhibent
1458. PII II. deinde an. 1458. ubi poenae tribuuntur contemtoribus annatarum statutae *cap. 5. in sept. decret. de annatis.* Se-
1469. quitur libellus PAVLI II. ad an. 1469. *tom. 1. bullar. magni* num. 6. p. 402 §. 5. ubi
1471. agitur de quindenniis. Post SIXTI IV. c. 1. in *extrau. commun.* de treuga et pace, ubi querela de Gallis, annatas detre-
1484. ctantibus. Deinde INNOCENTII VIII. 1484. quod extat *in 7. decretal.* in peculiari titulo de *annatis*, ubi morosi annatarum debitores poena coercentur.
1505. Tum IVLII II. qui eandem renouauit 1505. in *bullar. magno tom.* I. *n.* IV. *p. 480.*
1532. Praeterea CLEMENS VII. etiam instituit, ne uel annatae uel quindenniae soluerentur nisi summa ualorem 24. ducatorum excederet 1532. in *sept. decret. cap. 2. de annatis et in bullar. magno tom.* II. *n. 33. p. 685.*
1553. IVLIVS III. *an.* 1553. poenas iterum imposuit negligentibus annatas *bullar. magn. n. 20. p 801.* idem *in 7. decret. cap. 3. de an-*
1556. *nat.* PAVLVS IV. 1556. aliorum pontificum poenas in eos dictas, qui soluere annatas detrectarent, iterum renouauit, scilicet, ut delinquentes sacris beneficiis exciderent et a communione ecclesiae essent exclusi, illi etiam, qui pro debitoribus annatarum fideiussissent, *bull. magn. tom. I n. 11. p. 818.* PIVS V. uinculo et religione iurisiurandi adsessores sacri collegii tenet, ut primi anni reditus, quam magni sint, camerae apostolicae indicarent *cap. 7. in sept. de-*
1586. *cret. de annatis* SIXTVS V. an. 1586. de annatis unitorum beneficiorum et ipse statuit et aliorum ante se constitutiones in-
1624. staurauit *tom. II. bullar. n. 33. p. 537.* VRBANVS VIII. an. 1624. *bullarii tom. 5. n. 26. p. 4 sq.* idem instituti habuit in decreto, quod super hac causa promulgauit.
1645. INNOCENTIVS X. potissimum ad quindennia respexit, cuius libellus 1645. editus *in bullario* reperitur *tom. 5. n. 30.* p. 179. Omnium autem industriam tandem uicit
1671. CLEMENS X, qui *tom. 5. bullarii n. 50. p. 557.* anno 1671. nouissimam de annatis legem sanciuit, quae cuncta fere complectitur, quae in hoc argumento ab antecessoribus suis constituta sunt: ut inde habere liceat epitomen reliquorum.

Catalogi taxae annatarum per uniuersum orbem.

(*n*) In imperii nostri matriculis desideramus, quod iniqua ibi in reditibus procerum imperii aestimandis proportio; quod fontem habeant liberalitatis in imperium ac imperatorem, non impositionem, quae facultatibus unquam respondisset; quod statuum alii omissi alii praeter causam eisdem illati sint; quod uariae et ambiguae omnes; quod optari magis, quam sperari possit earum emendatio: easdem quoque de *albo annatarum* in ecclesiis querelas reperimus. Principio enim pietatis erat, annatas pontifici consentire supra *lit. m.* tum de maioribus non nisi beneficiis episcopatibus puta fuere erogatae §. 10. *lit. t. u. x.* quem morem Anglia sequuta est, VERGILIVS *de rer. inuent. lib. 8. c. 2.* neque alia quam maiora beneficia enumerata offendes in laudandis matriculis: quamuis postea annatae omnia beneficia tenuerint hodieque teneant, quorum reditus summam uincunt 24. aureorum *cap. 2. in 7. de annatis.* Deinde quaestores olim nominauit papa, qui fructus primi anni colligerent *cap. 1. sept. decret. de annatis:* sed maluit post de certo definita summa cum sacris collegiis conuenire. Inde matriculae enatae, quas TAXAS dicunt curiae Romanae de soluendis annatis. Sunt uero illae uel poenitentiales, ubi uniuersim definitur, quantum pecuniae soluatur a peccatoribus, in adulteriis, homicidiis, incestu, sodomia atque delictis generis alius, quas exhibent inter nostrates WOLFFIVS *in lectionibus memor. tom. II. p. 825.* FLAZIVS *in catalogo testium uerit. in appendice p. 258.* BANCK *in libello de tyrannide pontif. cap. 20. p. 544.* IVNNIVS *de indulgentiis* in erudita *praefatione.* Sed minus recte GOLDASTVS fecit, quod hoc taxae genus, ab annatarum institutis prorsus alienum, eo uoluerit referre *lib. V. de regno Bohem. cap. 3. n. 3. p. 565.* Alterum deinde genus taxae pontificis est, quod huc facit, de annatis, *die annaten rolle*, ubi omnes uniuersi orbis episcopatus enumerantur in singulisque summa adnotatur, quam curiae Romanae, sede uacante, illi praestare tenentur. In Germania catalogum exhibet HORTLEDERVS *lib. 1. cap. 1. p. 23. Ein uerzeichnuß uon etlicher alter teutscher Bißtumb und*

Eptey

CAP. I. *intelligitur papae hoc censu tributarius sit orbis pene universus (o).* §. X.

Ebtey annaten, die sie gen Rom geben. (*) Sed ille mancus est neque omnes episcopatus et abbatias patriae nostrae designat. Deinde uilissimae summae sunt, quae ibi numerantur, ut neque reditus uel unius uel dimidii anni exhauriant, uel cum censibus hodiernis, qui quater et quinquies eos superant, queant conferri. *Georgius* COELESTINVS longe plenior est, qui *tom. 3. histor. comitior. Augustan 1530. pag. 113.* sub titulo *ANNATA* exhibet: *taxationes ecclesiarum et monasterior. per uniuersum orbem.* Verum hoc quoque album a priori multum differt: caussam in temporis diuersitate ponit *Fel.* SCARSIVS *de annatis*, inde ueteris et nouae taxae mentio fit *in cap. 1. extrauag. commun de treuga et pace* neque omnium episcopatuum, multo minus omnium coenobiorum nomina habet, quod titulus promittit; deinde nummorum ratio uilior longe ac plane diuersa est ab illa, cuius nimietatem sacri antistites conqueruntur. Galliae enim doctores in Constantiensi concilio his uerbis usi sunt: *annatas non unius anni, sed plurium reditus exhaurire,* A *ut unius lustri spatio ab his expensis uix respirare possit ecclesia.* Millies mille coronatos ex sola Gallia percepisse singulis annis pontifices, interpres est HVNNIVS *in praefatione de indulgentiis.* BESOLDVS *in synopsi feud. p. 119.* In camera autem apostolica, quis numeret *annatas, colligat*, scribat *quietantiam*, distribuat et quantum cuique adsignetur, notauit *Octau.* VESTRIVS *de aula Rom. lib. 1. n. 4. p. 11. 18.* B Vtinam ergo hunc fructum ex Italico itinere Germanus adferret, ut copia nobis esset uerae *taxae hodiernae.* Minora beneficia cum fere innumera sint, classem hanc sua copia fugere uidentur.

(o) Quam solicitus sit papa Romanus in ampliandis finibus sacrorum, ex illo collegio clarum est, quod de *propaganda fide* hodieque magnis impensis Romae sustinetur. Quid ergo episcopi in C alio orbe, num et ipsi onera annatarum sentiant, parum constat, quamuis florentissimus etiam ecclesiarum Romanarum status in quibusdam Asiae et Americae ditionibus fuisse, uideatur. *Annatarum iura num extra Europam?*

(*) In libello, quo *grauamina in comitiis Norib. 1523.* describuntur, *MATRICVLA ANNATAR.* Germaniae extat *Noribergae* impresso 4t.

CAP. II.

DE

IVSTITIA ANNATARVM VNIVERSIM.

§. I.

CAP. II. Dubia respondentur annatarum iuribus opposita.

ITa, dices, *gratiam habebit pontifex nouo improbi census patrono. Hanc ego per sacrorum rationes neque expetere possum neque expectare. Ne tamen ad sensus magis aliorum, quam ad ueritatem uidear disputare, en! potissimas dubitationes respondebo, quae his iuribus solent opponi. Breuius, forte et felicius id fieri a nobis poterit, qui nouam doctrinam firmauimus in origine annatarum.* §. I. II.

Annatae non in crimine *simoniae.*

§. *II. Principio annatarum exactiones simoniae postulant, nefandi criminis (p): sed tantum abest, ut mihi ab hoc dubio metuam, modo fucosa a ueris seiun-*

Annatarum iura incusantur simoniae.

(p) Nolo classem aduersariorum in scenam producere, cum unus eorum sufficiat, qui annatas pontificis hoc fulmine impetit ex instituto. *Iohannes* enim LAVNOIS peculiarem librum de hoc argumento scripsit, quem laudauimus *cap. I. §. 3. lit. b.* et *§. 7. lit. h.* superius. Verba etiam ex decretis et decretalibus excerpsimus, nominatis simul auctoribus, qui idem sentiunt *c. I. §. 7. lit. i. q.* Quibus addi possunt DVARENVS *lib. 6. de benefic. cap. 3.* D lucubratiuncula, quae CLEMANGII nomen praefert, contra *annatas* scripta; doctores conciliorum Constantiensis et Basileensis, WOLFFIVS lection. memorab. *tom.* II *p. 365.* FLAZIVS in appendice *catalogi test. uerit. p. 258.* de DOMINIS *lib 9. c. 9. th. 69. sqq.* MORNAEVS *in myst. iniquit. p. 452.* AZORIVS *institut. moral. P. II. lib. 7. c. 12.* GVINERIVS *in sanction. pragm. tit. de annat. p. 468. edit Pinson.* MOLINAEVS *ad edict. de paruis dat. p. 304.* HVNNIVS *in praefat. de indul-*

CAP. II. *ſeiungantur (q), ut potius annatarum iura pro idoneo habeam remedio, quod ſacros antiſtites ab hac macula liberet, quae eccleſias proh! paſſim inquinauit (r).* §. II.

§. III.

---

indulgentiis p.16. KESLERVS *in bello Petri et Papae lib.2. 1.part. c.1.p.444. et cap.4.p.* 526. COELESTINVS *in hiſt. Auguſt. confeſſ. tom 3.p.361. Ioh. Bapt.* FICKLERVS in philoſophia iuridica tit. de ſim. p.585. STRAVCHIVS de annat. *c.1. ſect.1. Laur.* BANCK *de tyrannid. pap. c.20. p.549.* Taceo alios, qui in genere ſimoniae ponunt exactiones annatarum.

Annatae a ſimoniae *crimine* abſoluuntur. *Remouentur exceptiones ſtultae, quod a) in papam non cadat ſimonia.*

(q) Ne bonam cauſam male tuear, remouenda ſunt illa, quibus alii in defenſione eius fruſtra uti ſolent. Non exceptiones meae ſunt, nequire pontificem committere crimen ſimoniae, quod *Thom.* CAMPEGIVS credidit *de annatis:* quem et rationibus et auctoritate doctorum confutauit LAVNOIS *obſeru.* 8. p. 285. ex noſtratibus WITTAKERVS *de Rom. pontif. contr. 4. q.4. p. 561.* Neque magni ponderis eſſe puto, exemplis reſellere ſimoniam Iudaeorum, ubi ſupremus pontifex et ipſe decimas acceperit a decimis ſacerdotum *Exod.* XXII. et XXIII. *Numeror.* XVIII. 25. 28. quod urgent *Ioh.* GERSON C.3. *de Sim.* RAYNALDVS *ad an.*1399. *n.*12. MARCA *lib.*VI. *cap.* 12. *n.* 10. *p.*912.

b) paganis ſacerdotibus annatae ſolutae abſque ſimonia.

multo minus Aegyptiacorum ſacerdotum, de quibus *Ioh.* GRAMMATICVS *ad metaph. Ariſt. lib.1.* quod inferiores ſacerdotes in ingreſſu ſacerdotii mediam partem redituum ſummo ſacerdoti miniſtrarint, quod conſecutionis filum ſequitur poſt alios *Natalis* ALEXANDER *ſec.15. et 16. diſſert.9.p.602.* qui, riſum teneas, putat *iure gentium* perſoluendas eſſe pontifici annatas. Nam alia oeconomia ueteris, alia licentia paganorum, qui Cereri et Baccho ſacra fecere, alius Chriſtianis commendatus deſpectus rerum humanarum. Miror *Iohannem* LVNDIVM theologum *lib.4. c.39. p.907. n.27. et cap.40. n 20. p.912.* der iudiſchen heiligthumer ſui adeo obliuiſci, ut ſcribat, paganos ſacerdotes pro falſa mercede diuitias accepiſſe; chriſtianis has potius erogandas eſſe pro diuinae ueritatis expoſitione. Bone Deus! quae tenebrae, quae craſſities! olim CIGAVLDVS in meditationibus ſuis ſcripſit: *dormit in eccleſiis nunc Petrus, uigilat et regnat Simon.* Deinde fucum argumenti, quis non uidet, quo CAMPEGIVS *l.c.n.7.* utitur. Pater contra filium agere poteſt, alimenta negantem *l. qui filios C. quae res pignori oblig. poſſ.* imo uendere quoque ipſum poteſt *l.2. C. de patrib. qui fil. diſtr.* quidni annatas (alimenta) a filiis (epiſcopis) exigat almus pater, papa Romanus? Miror ſtultiſſimos luſus etiam arridere *Natali* ALEXANDRO *ſec.15. et 16. diſſ.9. n.4. p.599.* Quaſi uero papae alimenta deeſſent: quaſi inter patres, quos iuſtae nuptiae demonſtrant et illos, qui fictione eccleſiae tales audiunt, nullum eſſet diſcrimen.

Turpiter auaritiam prodit theologus.

c) patria poteſtate papae, uendi etiam filii poſſint ſpirituales.

d] papa omnia poſſit praeter peccatum.

Poſt *ἀναμαρτασία* papae nullius hic momenti eſt, *omnia enim papam poſſe praeter peccatum* (ſimoniam) ſentiunt doctores in *naeniis pontificis de iure reges adpellandi cap.3. n.2.* quod argumentum exſecratione dignius, quam confutatione.

e] ius hoc ſit ualde antiquum.

Praeterea a ſimoniae labe non abſoluere poſſe exiſtimo antiquitatem, quod perhibet ALEXANDER *ſec.15. et 16. diſſ.9. n.8. p.601.* cum quod nulla in peccatis praeſcriptio locum habeat, tum etiam, quod annatas ſaepius impugnauerint doctores, quo ipſo interrupta, ſi quae eſſe potuit praeſcriptio.

f] papa uniuerſale dominium habeat.

Fruſtra etiam ſunt, qui dominio directo papae aut eius ſupremae per orbem uniuerſum iuriſdictioni adſerunt annatas a ſacris clientibus, clericis. Vt enim taceam, de ſupremo illo dominio omni tempore et philoſophos dubitaſſe et Ictos atque theologos: in eo hic quaeſtio uerſatur, utrum papae illud dominium et ſuprema rerum eccleſiaſticarum cura *lucratiua* eſſe poſſit ſine crimine ſimoniae, an uero ad S. Petri mentem oneroſa tantum et prorſus gratuita.

g) annatae inthroniſtico et cathedratico ſimiles.

Tandem neque ſecuras eſſe annatas a crimine ſimoniae, opinor, quod cum *INTHRONISTICO; CATHEDRATICO; SYNODATICO* poſſint conferri, ut ſcribit MARCA *lib. VI. c.10.* quem ſequitur NATALIS *l.c. n.17. p.610.* Nam idem ſaxum et hic uoluitur.

h] poſt conſecrationem ſoluantur.

Ceterum non adeo multum refert, ſolui annatas peracto iam ritu conſecrationis. Quoniam *Gebaſi* honorarium et ipſe accepit, poſtquam ſanatus fuiſſet Naeman *cap.I. §.7. lit. i.* ſuperius.

i] non alligari debeat os trituranti.

Ad extremum praeceptiones diuinas, ut, qui altari ſeruiat, de altari uiuat; neque alligari debeat os boui trituranti et quae alia CAMPEGIVS adfert *n.14.* ſplendidum et ſumtuoſum curiae papalis adparatum tueri, ut annatis opus ſit, abſonum eſt et primae eccleſiae aduerſum, quod ſupra ſcripſimus *cap.I. §.3. lit. e.* et *lit. g.* Herbam ego porrigerem accuſatoribus annatarum, ſi alia ratione cauſa agi non poſſet ſupremi ſacerdotum.

Ex ueris principiis cauſa agitur annatarum contra ſimoniam.

(r) Mihi ergo quid ſuperſit, expectabis, ut inter tela ſimoniae ſalua ſint iura annatarum. Faciam periculum. Simonia uel committitur in ſenſu ſcripturae mercatu ſpiritus *cap. I. §.6. lit. a. §.7. lit. c.* uel in ſenſu eccleſiae, nundinatione

rei

CAP. II. annatarum *causae* non sunt bella *Turcica*.

§. III. *Deinde caussis annatarum remotis, quae impensae fuerint in bella ad-* §. III.

rei spiritualis aut quae spirituali est annexa *cap. I. §. 7. lit. i.* in *illo* genere nemo ponet annatas, qui legerit ea, quae scripsimus *cap. I. §. 6. et 7.* Quid autem de *hoc?* Fateor, difficiliores nicuias esse ex labyrintho. Quoniam limites simoniae ualde protulerunt ecclesiastici doctores, caussam *cap. I. §. 6. lit. z.* tractauimus, rem ipsam *§. 7. lit. i. et lit. k.* Verum enimuero neque hic scrupulum relinquemus, qui animos hominum proborum possit tenere. Principio natura inuestiganda est annatarum: deinde separandae quaestiones sunt, utrum *papa* annatas exigat, an uero principes *laici*; ad utrumque enim reponendum est sigillatim.

a) quia annatae non sunt ambitus.

Primo utor hoc filo consecutionis: *omnis simonia* (sumta etiam uoce in sensu ecclesiastico) *est ambitus: annatae non sunt ambitus: ergo annatae non sunt simonia. Maior* illo canone tuta erit; quia genus dicitur de qualibet specie. *Minor* uero lumine indiget aliquo explicationis. Scilicet ambitus uel *actiue* accipitur, si quis munera conferentem pretio corrumpit: uel *passiue* de illo, qui corrumpitur. Neutrum dici potest de annatis. Non *illud*, quia annatas soluere, non in arbitrio est noui antistitis, sed debitum instar aeris alieni: neque hoc, quoniam hic census certus, definitus ac omnibus idem est, a quouis, sine ullo personae discrimine aequaliter persoluendus. Inde argumentor: *quod animum recipientis non peruertit aut allicit, illud non est simonia*, regula iuris canonici est *cap. 18. et si quaestiones X. de simonia*, quorsum etiam respexisse puto CANISIVM *lib. 3. tit. 14. p. 231.* atqui *neutrum annatae faciunt*: ergo annatae non inter crimen simoniae.

b) annatae non adficiunt rem spiritualem neque spirituali annexam.

Deinde annatas non muneris causa soluit antistes, episcopos enim, quos papa creare solet, nullo eis adsignato episcopatu ab annatis scimus esse immunes; imo, quod plus est, non tam antistes eas soluit, quam fundus illius, ut rem tantum, non personam annatae adficere uideantur. Quod inde patet, quia *fructus*, sede uacante, antistite existente, *annuti* fuere, *die iehrige einkunfften wurden dem* domino annatarum *uorbehalten, und auffgehoben, wenn gleich noch kein Bischoff erwehlet oder gesezet war*, *cap. I. §. 8. lit. u. et lit. c.* Est ergo definitio communissima doctorum: *simonia est ambitus, ubi pretio acquiritur res spiritualis aut spirituali annexa*, sportulae scilicet ex sacri muneris administratione. Neque enim, quod ab initio dixi, per annatas sacrum munus acquiri potest, quia papae soluuntur, qui tamen beneficia non confert, sed iamiam collata adprobat agnoscitque. Onus autem,

A quod fundo praestandum, nihil commune habet cum re, spirituali annexa. Clarum ergo est, cui non competat definitio, ei neque definitum posse obtrudi.

c) annatae similes sunt den Roemer monathen.

Qui dubitauerit in his, ille eadem causa imperatorem et imperium simoniae toties accusabit, quoties sacra ecclesiae patrimonia censum numerant, in matricula descriptum: quoties Caesari releuia uel laudemia praestant *cap. I. §. 8. lit. y.* quoti-B es pro *infeudatione taxam* soluunt *Instr. Pac. art. 5. §. 21.* quoties militibus hyberna tenentur erogare.

d) papa non confert beneficia.

Praeterea, qui non confert beneficium, ille non potest committere simoniam. Papa autem confertne beneficia, unde exigit annatas? Necquicquam. Hoc enim libertatem euerteret sacri collegii, id est, capituli canonicorum, penes quos est noui praesulis electio et creatio. Quae iura inuolare nequit pontifex Romanus.

e) annatae potius remedium sunt contra simoniam.

C Ceterum rectissime hoc in genere arguit *Ioh.* ECKIVS *cap. 26.* in enchiridio contra Luther. interprete *Odorico* RAYNALDO *ad an. 1399. n. 13.* his uerbis: *si sacerdotes uellent negare pontifici annatas, possent etiam laici eadem causa propter simoniam sacerdotibus negare salaria et decimas.* Quaeso! quid hoc? Ita sane est; *annatas uel princeps laicus* exigit, quod olim factum *cap. I.* D *§. 8. lit. t. lit. u. et lit. x.* uel papa sacerdos. Si *illud*, annatae simoniae crimen in tantum diminuunt, in quantum mercedem attenuant, quam clerici exigunt accipiuntque pro sacri muneris, rei spiritualis administratione, impio et primitiuae ecclesiae interdicto quaestu *c. I. §. 3. lit. g. et can. 6. c. 1. q. 2.* si *hoc*, peccaret pontifex uel clericorum causa, ab illis *annatas* exigendo, quo tamen intuitu ab o-E mni eum crimine absoluimus; uel sui ipsius ergo, quia noui foederis sacerdotia gratuita esse debeant. Inde doctrinae, non licere clerico ullius rei habere proprietatem, quae disputationes acriter uentilantur *a* BEGVINIS apud *Bernardum* GVIDONIS *in uita Iohannis XXII.* papae ad *an. 1315. p. m. 139.* Verum hoc argumento praesules contra papam uti nequeunt, qui reditus in deliciis habent sacri patri-F monii: ne, quod iuris in papam statuunt, ipsi etiam sentire et obseruare, teneantur. Fidenter ita his uerbis peroro: *non qui exigat, sed qui neget annatas esse simoniacum.* Velim etiam nimium religiosos canonum doctores, qui simoniae accusant annatas ad eiusdem argumenti sacras constitutiones respondeant, quales sunt *in cap. 38. tua nos duxit et cap 26. ex insinuatione X. de simonia*, ubi licitum est, nummis sibi uiam parare ad canonicatum *in cap. 28. etsi quaestiones X. eodem* quod do-

donare permittit ordinatori pro sacra ordinatione: *in cap. 42. ad apostolicam X. eodem*, ubi pia consuetudo dicitur, soluere aliquid pro re spirituali, exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium *c. 2. suscepti regiminis extrauag. de praebendis et dignitat.* quod itidem a crimine absoluit, *consuetudine annalia* (annatas) *percipere beneficio uacante*. Cum quo *cap. 16. postulasti et cap. 11. cum nonnullae extrau. com. de praebend.* sunt conferenda. B Et quo iure ipse papa olim imperatori soluit annatas? de quo ALEXANDER *diss. 9. sec. 15. n. 18. p. 611.* Quare eapropter Otto primus an. 963. has uidetur remisisse. Legitur enim *cau. 23. in synodo dist. 63. eligat, consecret, inuestiat Otho cum pontificem tum praesules alios, quod tamen fiat* ABSQVE OMNI PECVNIA.

Ipse papa imperatori soluit annatas.

(s) WICLEFITARVM eam doctrinam circa an. 1378. in Anglia fuisse, ne annatae C soluantur pontifici, antequam is titulum earum ex sacris literis docuerit, refert *Thomas* WALSINGHAMVS *in uita Richardi II. ad an.* 1378. *p.* 207. 235. Reponit ad haec *Odoricus* RAYNALDVS *ad an.* 1382. *n.* 30. *p.* 107. stultissimum hoc postulatum esse. *Tu enim regi tributa non solue, donec ex sacris literis probaueris, illa te debere.* Quo sane ipso tantum roboris non tribuit decimis decimarum NVMEROR. 18. *v.* 25. ut illis D tutas esse crederet annatas. Quod forte etiam agnouit *Prosper* FAGNANVS, qui *in prima parte lib. V. decret. tit. Ne praelati uices suas ad cap. 1. praeterea* existimat, papam posse *collectare* ecclesias totius orbis, quemadmodum princeps secularis, etiam *SINE CAVSA*. Verum uti nos §. 2. *lit. p. h. c.* sententiam diximus, ueteris testamenti loca huc nihil facere: ita alterum fundamentum quoque corruit, cum con- E ciliorum sanctiones sibi referuauerint collectandi ecclesias facultatem. Vt in Germania collectae argumentum totius comitiale sunt: ita quoque non nisi concentus plurium in conciliis hic audiunt antistites ecclesiae. Quam arenam masculc tuetur ALEXANDER *in dissert. de annat. n.* 12 *p.* 603. Melius itaque alii causae annatarum consultum fore, existimarunt, si *pactitio iure* in illis adserendis niterentur. F Quemadmodum uero pacta uel *pura* sunt uel *conditionata*: ita dubium illis est, ad quodnam genus annatae queant referri. Qui inter *conditionata* pacta illas habent, iterum diuersi sunt atque diuersis uti folent ratiociniis. Principio dicunt, egestatem curiae Romanae subleuandam fuisse reditibus annatarum. In tantis autem diuitiis, quibus illa post aucta sit, hac largitione neque opus esse neque eandem porro deberi. Cui sententiae fir-

Causae annatarum num a) ius diuinum?

b) num ius collectandi papae?

c) num ex iure pactitio?

puro an conditionato?

Conditio num curiae Romanae egestas?

A mamentum addunt, quod exarchatum Rauennae, Romanum et Spoletanum ducatus ditionesque huius generis alias nunc possideat papa: ex quo tempore causa debendi omnino expirauerit WOLFFIVS *in lect. mem. uol. 2. cent. 13. p. 321.* Verum non difficile est ad huius generis dubitationes dissoluendum. Primo crescentibus diuitiis papae eius etiam maiestas, adparatus, impensae, sumtus creuere, B qua ratione fasces nunc tractat orbis christiani: ut adeo nullo non tempore annatis indigere uideatur. Haec reponit ALEXANDER *dissert. 9. n. 22. p. 617.* Ego autem falsissimum esse puto, pontificem ex eo tempore, ex quo annatas accepit. ditiorem redditum fuisse; quin potius causas certissimas habeam, ut affirmem, plurimum ex illo aeuo pontificis reditibus auctoritatique decessisse. In C MARCELLI et STEVCHI matriculis, libris, de *iure seculari pontificis Romani* editis, Daniae, Sueciae, Angliae, Scotiae, Hiberniae, Hungariae, Silesiae, Germaniae uniuersae ditiones fere tributariae pontifici numerantur: sed puriorum sacrorum adsertores calamosque haec nomina constat expunxisse. Deinde superius enumeratae prouinciae uetustioribus longe seculis pontificis fuere, quam factae e- D ius sunt annatae. Ad extremum, qui *c. l. §. 8. literas u. z. b. et §. 9. literas c. d. e.* expenderit secum digesseritque, ille in hoc censu non habebit pontificis R. egestatem. Ad aliam igitur causam dilabuntur alii. Scilicet pontifici concessas esse annatas scribunt, ut Turcica inprimis bella fouet pro terrae sanctae, quam dicimus, recuperatione. Hoc fine secula nostra excidisse, cum omnem spem animumque E exuerimus, aliquid eius rei consequendi. Postremum uti forte nemo negauerit, rerum Christiani orbis non prorsus ignarus: ita de principio causae admodum solliciti sunt doctores, ut illam idoneis rationibus corroborent. Potissimum firmamentum in testimonio Caesaris ac principum ponunt, qui claris uerbis pontifici scripserint: *annatas ad bella Turcica non perpetuo, sed temporario tantum iure concessas fuisse*, Ita FERDINANDVS I. lo- F cutus est legato pontificis ad an. 1520. cuius sermo, nomine ordinum factus, extat apud WOLFFIVM *uol. 2. lect. memorab. centen. 16. p. 199. m.* his uerbis: *cum ordines non dubitent, beatitudinem pontificis pro comperto habere, principes Germaniae in solutionem annatarum ad aliquot annos sedi apostolicae soluendarum ea lege ac conditione consensisse, ut illa in oppugnationem perditissimi Turcae et defensionem fidei catholicae conuerterentur.* Ex quo autem nume-

Ad hoc dubium respondetur t) ad hominem.

z) ad ueritatem.

Conditio annatarum, num bella aduersus paganos?

CAP. II. *huius argumenti uim illa subuertunt, quae in noua doctrina prodidi de origine annatarum alia longe, quam hactenus existimarunt iureconsulti et theologi doctores. Vnde facile ad intelligendum est, causam debendi, quam dicimus, nulla ex parte annatis sublatam fuisse (t).* §. *III.*

numerus annorum, intra quos annata illa debeant, nunc longo interuallo transactus sit: neque annata in hunc usum, in quem decreta sunt, conuersa, ob id populus Germanicus ab annatis auersatur. Idem, sed in epitome extat etiam apud CONRINGIVM *ad bullam Innoc. X. c. 6. p.* 181. Principis autem testimonio standum est, CRAVETTA *consil.* 227. *in fin.* WESENBECIVS *consil.* 1227. *Nicol. de* PASSERIBVS *de scriptura priuata lib.* 2. *Q.* 2. *n.* 12. Idem olim quoque tempore MAXIMILIANI I. an. 1500. in comitiis existimatum fuit in *Rec. Imp. Aug. tit.* 44. §. 1. den Pabst zu bitten, dass er die annata der Teutschen Nation, so darzu sonderlich zu geben uerordnet sind, zum Türcken-Krieg geben wolle. Inprimis autem principis assertiones ualent, si saepius repetitae sunt, MASCARDVS *de probation. conclus.* 1227. *n.* 1. *sq.* Cui magno deinde numero suffragantur annales. *Wilhelmus* HEDA in *uita Dauidis episcopi Vltraiectini ad ann.* 1455. *p.* 391. scribit: *Eligitur in episcopum Vltraiectensem Gisbertus. Sed dux Burgundiae misit Romam, ut alium commendaret. Et quamuis electio iam uideretur prioris Romae admissa et pecunia, quam ANNATAM uocant, tributum a Christianis principibus admissum pro TVITIONE FIDEI et iam in longe deteriores usus conuersum, soluta: pontifex tamen mutat sententiam, credens sibi magna a duce Burgundiae polliceri.* Similia his narrantur apud HORTLEDERVM *de caus. bell. Germ. uol.* 1. *c.* 1. *n.* 25. Dass die annaten zu nichtes anders als zu Widerstand des Türcken gebraucht werden solten, welches aber nicht geschehen. Idem existimat *Ioh.* SLEIDANVS *lib.* 4. *commentar. ad an.* 1523. *p.* 53. Succinunt his etiam doctores quidam theologi et iureconsulti, *Nicol. de* CLEMANGIS, aut quis sub isto nomine alius latet supra, *Ioh.* ARNDIVS *in lexico sacro* uerb. *annata*, PAVRMEISTER *de iurisdict. imp. Rom. lib.* II. *c.* 3. *n.* 40. OLDENBVRGER ad instrum. P. art. 5. § 5. *si quid Part.* II. *p.* 101. STRAVCHIVS *dissert exoteric. V. num.* 16. *p.* 133. *Ioh.* PAPE *in diss. de annat. c.* 2. *sect.* 2. §. 1. LIMNAEVS *ad capit. Carol. V. artic.* 16. *n.* 6. *p.* 230. VITRIARIVS *lib.* 1. *iur. publ. tit.* 15. *n.* 24. taceo alios, qui hos duces coeci sequuntur. Causa itaque expirante, ipso iure sublatum esse effectum; *ne*, quod aiunt, *illud TACITI sentiant Germani, ut, quae intoleranda, sed necessitate armorum excusata, illa etiam maneant in pace.*

Annatae pure *debentur,*

(*t*) Fabulae auarissimi cleri sunt, annatas non pure deberi, sed conditionate. Sufficeret nobis, obiectiones destruxisse aduersae partis, cum, actore non probante, absoluatur reus *l.* 2. *ff. de probat. L.* 2. *fin. C. de probat.* sed ante contrarium demonstrabimus, quam respondeamus opposita nobis argumenta. Primo annatae laicis principibus persolutae sunt, nulla impensarum in bella sacra facta mentione *cap. I.* §. 8. *lit. t. lit. u. et lit. b.* §. 9. *lit. c.* quin potius de titulo longe alio ibi constet, qui fluit ex dominio directo sacri patrimonii: et horum cessione episcopi annatas accepere *cap. I.* §. 8. *lit. b.* post episcopos papa *cap. I.* §. 9. *lit. c.* Quo sane ipso cessionarius pontifex in locum et causam repositus esse praesumitur eorum, qui ante illum annatas percepere MENOCHIVS *lib.* 3. *praesumpt.* 6. *n.* 92. quia res transire dicitur cum sua causa. Deinde in uerbis concilii *VIENNENSIS* plane contrarium asseritur, quae *cap I.* §. 10. *lit. f.* prodita sunt. Maxima uero iuris auctoritas est, cum quod antiquissimum omnium hoc testimonium sit et proxime omnium accedat ad natales annatarum; in rebus enim antiquis etiam leuiores probationes sufficiunt MASCARDVS *de probat. uol.* 1. *concl.* 103. *n.* 12. BRVNNEMANNVS *in consil.* 131. *n.* 134. tum etiam, quod illa confessio aduersae partis sit, quae tum euersum iuerat annatas, confessio autem partis ita probat, ut et omnem contrariam praesumtionem iuris et de iure tollat et probationem non admittat in contrarium *Fulu.* PACIANVS cum aliis innumeris doctoribus *lib.* 1. *de probat. c.* II. *n.* 4 *p.* 54. Quid? quod etiam BASILEENSE decretum ne uerbulum de hac causa, scilicet impensis in bella Turcica, habeat; sed potius rationem omnem annatarum quaerat in *oneribus uniuersalis regiminis papae; in sustentatione cardinalium; in confirmatione electionum; SESSIONE* 12. *et* 21. Ast idem illud hoc egit, ut tollerentur annatae per orbem terrarum uniuersum. Praeterea cum annatarum ubique regnorum eadem iura sint, eadem causa quoque earum uidetur esse praesumenda. Parium enim eadem ratio, idem iudicium est, et paria pari iure utuntur, quod filum consecutionis nectunt doctores in dialecticis iuris VIGELIVS *lib.* 2. *u.* 1. OTTO *lib.* 1. *c.* 16. *p.* 112. STEPHANI *lib.* II. *locog.* 4. *p.* 328. Verum, si bella contra Turcas causae annatarum; non uideo, quare illas sibi arrogarint principes laici, qui de sacra militia non cogitarunt *cap. I.* §. 8. *lit. t.* In Graeca

non sub conditione impensarum belli sacri. arg. 1) *ex primo annatar.* natura.

2) *omnium uetustissima confessione conc.* Viennensis 1305.

3) *ex decreto, annatis infestissimo, concilii* Basileensis.

4) *ex uniuersi orbis christiani* concentu.

§. IV. *Vltimum est, quod nimietatem incusent annatarum (u) atque iu-*

Num abusus et interdictum Bas. annatis officiant?

ca ecclesia imperatores *cap. I. §. 8. lit. z.* uel etiam archiepiscopi *cap. I. §. 8. lit. b.* Neque uel coniecturis adsequor, quare pontifici Romano Hispani, Galli, Lusitani, Sueci, Dani aliique populi eas soluerint, quorum omnium aeque non interest, quid fiat cum imperio Turcarum et, quod magis est, hoc illi uectigal eo etiam tempore pependerint, quo spes omnis pro terrae sacrae recuperatione pridem decollauerat.

5) e Germanicae nationis concordatis.

Postremo meis ciuibus in memoriam reuocabo illa, quae audiunt, *nationis Germanicae concordata.* Ita autem ista habent: *De ecclesiis cathedralibus omnibus et monasteriis uirorum* (alias enim et mulierum, monialium) *duntaxat uacantibus et uacaturis soluantur de fructibus primi anni a die uacationis summae pecuniarum in libris camerae apostolicae taxatae, quae communia seruitia nuncupantur. Etsi quae excessiue taxatae sint, retaxentur: ad quod petentibus dabimus commissarios, ut retaxent. Taxae autem praedictae pro media parte infra sequentem. Et si infra annum bis uel pluries uacauerint, semel tantum soluuntur. De ceteris etiam dignitatibus, personatibus, officiis et beneficiis secularibus et regularibus quibuscunque soluantur annatae seu medii fructus iuxta taxam. Sed de beneficiis, quae ualorem 24. florenorum auri de camera non excedant, nihil soluatur. Duretque haec obseruantia deinceps. Dat. an.* 1448. Ex editione *Georgii* BRANDENI, qui in concordata haec commentarium scripsit, *Romae* promulgatum 1600 *in 4t.* uerba exscripsimus, quae non differunt ab aliis. Pacta uero haec pura sunt, nulla hic conditio; nihil de bellis sacris; nihil de impensis in res alias. Verbis uero contractus unice standum esse, doctores asserunt MOLINAEVS *de consuetud. Paris. tit. 1. §. 8. n. 77. Palaez a* MERES *P. IV. de maiorat. Hispan. Q.* 20. *n.* 318. SVRDVS *consil.* 366. *n.* 6. *consil.* 450. *n.* 3. Idque procedit, quamuis in contrarium aliquae adsint coniecturae CRAVETTA *cons.* 20. *n.* 4. KLOCKIVS *tom. 3. cons.* 81. *n.* 13.

Respondentur dubia aduersae partis. an imperatori in propria causa credendum?

Ad ea, quae pro impensis in bella aduersus paganos allata sunt, facile reponent annatarum patroni. Caesaris et ordinum testimoniis in propria causa parum roboris inesse. *Quia omnibus in re propria dicendi testimonii facultatem iura submouerunt l.* 10. *C. de testibus neque ullus idoneus testis in re sua intelligitur l.* 10. *ff. de testib.* Vnde VINCENTINVS *in consilio causae Venetae cap. 2. n. 24. p.* 82. *Neque papae in propria causa credendum, quum in re propria, naturae etiam iure, nemo debeat esse testis.* Confer. ALBANI *neniae pontificis de iure reges adpellandi cap. 3. n. 3. p.* 86.

Limitatio regulae cessante causa.

Deinde regula iuris: *cessante causa, tollitur effectus,* innumeras patitur exceptiones. Non enim ualet, in causa *impulsiua;* sed tantum in *finali:* non in causa, quae *occasio* dicitur; sed quae *conditio:* non in *probabili;* sed *necessaria:* non in *dubia;* sed *liquida:* non in iure iam *quaesito;* sed *quaerendo:* non in *suspensa* hac ad tempus; sed prorsus sublata, quas limitationes ex instituto tractauit definiuitque *Andr.* TIRAQVELLVS, in peculiari opusculo, *cessante causa,* quod reperitur in *tom. 4. opp. part. 1. p.* 38. quae omnia tutas iterum annatas praestarent, nisi ipsam oppositionem inficias iuissemus neque animus esset, tanta prolixitate pontifices agere aduocatum.

Litis, ab ordinibus derelictae causa.

Et quis tandem ipsos ordines de firmamento rationis, annatarum iuri obiectae, non pridem desperauisse, agnoscit, qui sibi in animum reuocat silentium motae litis et derelictionem per duo secula; promptitudinem eorum in numerando annatas exactoribus pontificiis et quod eo tempore, quo tantopere diminuta fuit papae auctoritas, non tantum nihil controuersiae fecerint papae, sed potius annatas eidem in WESTPHALICA *pace artic. V. §. 19.* confirmauerint. Quidni enim regulam firmet exceptio? Ad extremum oppositis supra doctoribus doctores hic alios obiicerem, nisi ab hoc labore me liberaret *Natalis* ALEXANDER, qui *dissert. 9. sec. 15. art. 6.* hanc scenam plene instruxit: quamuis lubricis et futilibus rationibus eorum, supra cursim remotis nolim subscribere.

Annatarum nimietas 1505.

(u) Conqueruntur de immodicis summis annatarum passim auctores. Nationes Germanicae grauamina, Caesare MAXIMILIANO I. exhibet FREHERVS *tom. 2. rerum Germ. p.* 373. his uerbis: *quod annatae absque dilatione* (non expectato lapsu unius anni) *et sine misericordia* (de ecclesiis paupertate laborantibus) *etiam episcopis intra paucos annos mortuis* (cum non nisi seniores adspirent ad hanc dignitatem) *exigantur* (inde concordata cauent, ne bis intra annum debeantur). *Interdum plus, quam debeatur, extorquetur* (uiolatis legibus taxae, auctis forte rerum pretiis) *propter noua officia et nouos familiares. Exemplum de Moguntina et Argentinensi ecclesiis.* Clarius deinde in remediis contra grauamina *p.* 374. *Si sacrae Caes. maiest. consultum uisum fuerit, proponatur pontifici, quod graue sit Germanis, tantas ferre annatas. Quod duplicatae nunc sint. Nam sedes Moguntina olim* 10000. *flor. dedit, quod aes cum non soluisset quidam antistes, successorem duplicatas soluere oportuit. Quae summa perdurauit in posteris non solum: sed breui adaucta est,*

sur-

CAP. II. *interdictum adlegent concilii Basileensis* (*x*). *Verum uti ius ipsum abusus non tollit eumque matricula annatarum cauet, ubi summa beneficiis, quae dicunt, singulis curate est definita* (*y*): *sic per errorem labuntur, qui Basileense decretum ullo tempore existimant annatis obfuisse* (*z*). §. IV.

---

surrexitque ad 25000. flor. Quod hodie non satis est, ubi 27000. debentur. Subditis eapropter magna tributa imponi, non absque metu perduellionis. Idem *Iacobus* WIMPELINGENIVS *ad Max. Caes. et papam Aeneam p.* 380. 381. Vtrumque etiam exhibet GOLDASTVS *tom. 2. constitut. p. 119.* et in uernacula *in denen Reichssatzungen p.* 215. B. m. LVTHERVS an den Adel teutscher Nation uon des Christlichen Standes Besserung p. 19. ex autotypo Viteberg. 1520. ob eandem causam redarguere uidetur annatas, his uerbis: *Zum ersten, daß ein ieglich Fürst ihren Vnterthanen frisch uerbeuth, die ANNATEN gen Rom zu geben, und sie gar abthue, denn der Pabst hat den Pact brochen* (concordata intelligit Germanicae nationis) *und eine Rauberey daraus gemacht aus den annaten zu Schaden und Schanden gemein Teutscher Nation. Gibt sie seinen Freunden, uerkaufft sie uor groß Geld und stifft officia daraus* (quare iudicium est papam hoc reditu ad impensis muneris et aulae non indigere) *darum hat er das Recht darzu uerlohren und Strafe uerdienet.* Alia offendes apud *Flazium*; *Wolfium*; *Strauchium* ceteros, quos saepe laudaui. Singulare etiam est, quod P. WVIA *in MSC. Chronico episcopatus Caminensis* narrat *cap. 5. p. m. 58. Debet episcopus secundum taxationem modernam et, si fas est dicere, immoderatam, cum reditus episcopatus non ad XIV. millia florenorum se extendant, camerae apostolicae ultra II. millia sub poena consueta.* Quae summa iterum ab ea ualde differt, quam prodidit matricula *Coelestini.*

Interdictum concilii Basileensis aduersus annatas.

(*x*) Superius iam facta est huius rei mentio *cap. 1. §. 10. litt. l.* Verba ipsa decreti Basileensis haec sunt. Primum sessione XII. his uerbis conceptum: *summum pontificem haec sancta synodus exhortatur,* (non inhibet, mandat) *cum speculum et norma omnis sanctitatis esse debeat, pro confirmatione earum electionum, quas ad eum deferri contigerit, nihil penitus exigat aut recipiat. Alioquin si secus faciendo notorie et incorrigibiliter ex hoc ecclesiam scandalizet, futuro* (demum) *concilio deferatur. Pro oneribus autem* (en conditionem interdicti) *quae ipsum pro regimine uniuersalis ecclesiae subire oportet proque sustentatione S. R. E. cardinalium et aliorum necessariorum officialium, hoc sacrum concilium ante sui dissolutionem omnino debite et congruenter prouideat, Quod si contigat, aliquam circa haec prouisionem non facere, tunc illae ecclesiae et beneficia, quae usque nunc ex noui praelati assumptione certam taxam soluerunt, deinceps medietatem huiusmodi taxae per annum post adeptam pacificam possessionem soluere in partibus teneantur, durante huiusmodi prouisione, donec papae et cardinalium sustentationi aliter prouisum. Per haec eadem sancta synodus non intendit in aliquo praeiudicare sanctae Romanae et uniuersali ecclesiae.* Alterum in *sessione* XXI. scriptum prolixius est, argumenti tamen fere eiusdem.

Ab obligatione annatarum neque nimietas liberat neque abusus.

(*y*) Querelas aduersus nimietatem annatarum obligationem nequaquam tollere existimo, quo minus censum, qui debent, praestent eundem. *Primo enim delictum personae* (papae) *non debet in detrimentum ecclesiae* (muneris papalis) *redundare* reg. *delictum 76. de reg. iur. in 6.* Quod omnino fieret, si propter enormissimam exactionem quorundam pontificum iura annatarum subuerterentur. Deinde propter abusum res ipsa non tollenda, medicos potius imitaturi, qui corpus non destruunt ob uitiosos humores SYRINGIVS *de pace relig. conclus. 54. tit. 6. sub fin. p.* 1315. et quod ex se non est malum, sed ex abusu fit tale, propter hunc non est prohibendum MEVIVS *P. 1 decis. 259. n. 23.* Praeterea si annatae fructibus annuis respondere debent quod *c. 1. §. 8. lit. u. z. e.* probauimus: illis ubique fere terrarum nimium quantum adauctis, pristinae etiam summae addere aliquid fas erit in recentiori matricula earum. Ad extremum hodie rationes camerae papalis accuratae sunt, ac perpetuae ei summae, ut iamnunc querelae omnes inter nimium et parum cessare uideantur.

Basileense decretum an obsit annatis?

(*z*) Superius aliquid attigimus huius rei *cap. 1. §. 10. lit. l.* Plura enim argumenta sunt, quae certo commonstrant, concilii Basileensis decreta haudquaquam annatis obesse. Primo enim conditio actum suspendit *l. 5. fi. C. de donationibus sub modo uel conditione l. 41. cum ab eo ff. de contr. emt.* neque ponit aliquid in esse *l. 8. si quis sub conditione ff. si quis omissa causa testamenti.* Cum itaque claris uerbis decretum habeat, nolle adsessores synodi reditibus derogatum pontificis Romani; neque abolitionem annatarum ante faciendam, quam papae impensis aliunde consultum sit: conditione non secuta, quod Basileae actum est, parum aut

CAP. II.

nihil curari meretur. Deinde, cui ta- A men difficultati nostra non irretimus, passim de auctoritate concilii Basileensis apud doctores theologos dubitatur, quod inscio et inaudito papa decreuerit contra naturae ordinem et ecclesiae: imo, quod maius est, ipsum concilium a papa dissolutum fuerit ac dissipatum. Et quamuis pontificius doctor *Dieguo Payua* DANDRADA Lusitanus in *defensione Tridentinae fidei lib.* 1. *p.* 66. sententiam B laudet synodi; *popam per uiscera Christi orandum*, ut proscriptionem contra concilium promulgatum tolleret, ratumque id haberet; tamen euentus docet, papas in id, hac minimum parte, necquicquam consensisse, cum annatarum neque interstitium ullum fuerit neque ulla legum impeditio. Vt taceam, si quae fuerit, eidem contrario iterum usu pridem fuisse derogatum. Basileensis historicus *Christian* WVRSTEISEN *lib.* VI. *c.* 1. *p.* 419. memorabile responsum pontificis in hoc argumento his uerbis enarrat: *Bischoff Arnold begeret an.* 1451. *durch seine Botschafft, die er um Bestaetigung seiner Wahl, zu Pabst Nicolao abgefertiget, die Loesung der inuestituren, hieuor in des Baßlers Conciliums XXI. seß. aberkannt. Pabst Nicolaus, welcher hieuor des Baslers conciliums Handlungen bestaettiget, fuhre bescheidentlich, antwortet: Wenn dieses aufzuheben recht waere,* (de annatis sermo est) *bedoerfft es keiner Erlaubnus* (dispensatione pontificis aut remissione eius opus non esse). *Wo nicht, so wolt ihm dasselbige* (in praeiudicium ecclesiae) *frey zu lassen nicht gebühren. Also ist dieses nützliche conciliums decret wiederum uerfallen und die annaten fortgesezet worden.* §. *IV.*

..*

CAP. III.

DE

IVSTITIA ANNATARVM SIGILLATIM, PRINCIPVM SC. EVANGELICORVM.

§. I.

CAP. III. Lutherus annatas principibus commendat: — §. *I.* ergo ius hoc nihil inimicum sacris euangelicorum.

H*Aereseos accusabis haud dubie doctrinam, quae principibus euangelicis iura annatarum adserit, purioribus utpote sacris inimica et profligata* (a)? *Fateor, illud hominum genus me semper extimuisse, quod huiusmodi telis illos impetit, qui indagant ueritatem* (b). *Verum, non expectabis, quod scribo, Lutheri hic* (c) *auctoritate a fulmine theologorum tutus sum, qui annatas dignum cen-*

Argumenta haereseos aduersus annatas. (a) Supra *cap.* 2. §. 2. *lit. p.* doctores nominati theologi et iureconsulti, qui annatas arguunt simoniae; quibus etiam respondimus in eadem paragrapho *lit. r.* Principio enim nostratibus aduersum est, omne, quod papae arguit institutum. Atqui in hoc eis numero fuere annatae, quod *cap.* 1. §. 9. *et* 10. commonstrauimus. Deinde simoniae crimen et ipsi in medium protulere antistites nostrorum sacrorum, ut haec onera subterfu- D gerent *cap.* 1. §. 7. *lit. r. cap.* 2 §. 2. *lit. p.* Post ecclesiarum euangelicarum libertati contrarias fore annatas crediderunt, cum iugum exuerimus pontificis Romani. Tandem satis esse, putant ad maculam haeretici, a communibus theologorum decretis facere secessum.

Quae inferre solent mille pericula. (b) Haeretici enim nomine semel notatus sis et actum illico erit de tuis fortu- E nis. Non rationibus tibi consules, non arte, non fauore amicorum, nullis facultatibus aliis. Virus euomes, quicquid dixeris, scripseris, dederis, quamcunque C inieueris rationem. Ab hac nota custodi me domine!

Lutherus annatarum iura adserit principibus euangelicis. (c) Verba LVTHERI in libello ad Germanicam nobilitatem et *de ecclesiae statu entendando p. m.* 21. in ipso autotypo haec sunt: *Geistlich Gewalt soll geistlich gut regieren, wie das die Vernunfft lehret. Geistlich Gut aber ist nicht Geld, noch leiblich Ding; sondern Glaub und gute Werck. Doch mocht man gœnnen, daß sach, di do leben oder pfründ betreffen, für Bischoffen, Erzbischoffen primaten gehandelt wurden. Drum wo es seyn möcht zu scheiden die hedder und Krieg, das der primat in Germanien* (der Erzbischoff uon Magdeburg) EIN GEMEIN CONSISTORIVM *hielte mit auditoribus, Canzlern, der, wie zu Rom, signaturas gratiae und iustitiae regieret, zu welchen durch appellation die Sachen in Teutschen Landen würden ordentlich bracht und trieben. Welch man nicht, wie zu Rom, mit zufälligen Geschencken und Gaben behalten must: dardurch sie gewohnten, Recht und Unrecht uerkauffen, wie sie iezt zu Rom müssen thun. Darum daß ihn der*

CAP. III. *censum habuit, quem principibus persoluerent antistites ecclesiarum.(d) Inter iure consultos etiam sententiae meae auctoritatem conciliabunt illustria nomina Strykii (e)* §. I.

der Pabst kein Sold gibt; lesset sich mit Geschenck selbst mesten. Denn es liegt ie zu Rom niemand etwas daran, was recht oder unrecht; sondern was Geld oder nit Geld ist. Sonderlich moecht man das thun von den ANNATEN. Ich will nur angeregt und Vrsache zu gedencken geben haben, denen die da gern und geneigt seyn, deutscher Nation zu helffen, wiederum Christen und frey werden, nach dem elenden heydnischen und unchristlichen Regiment des Pabsts. Momentosa profecto sunt, quae hic scribit Lutherus. Hoc autem ipse uult. Cum Germanos, tum populos Europae alios omnes pontifici Romano hactenus annatas soluisse, quod ipse supremum iudicem agat ecclesiarum in orbe Christiano: quod causae earum coram illo orentur, cognoscantur, expendantur atque decidantur. Verum papam non ipsum hoc peregisse, sed hanc curam commisisse officialibus administris. His cum nulla salaria numerentur, quod fieri tamen deberet de annatis, quas solus devoret papa, mirum non esse, iustitiam Romae ab illis prostitui et prostare uenalem. Duas igitur causas habere principes Germaniae, ut pontifici et annatas negent, et consuetudinem tollant, Romam appellandi. Harum unam esse, quod causa cesset, quare papa fruatur annatis; alteram, quia iudicium desiderent Germani, quod, amotis uel odii causis procul habitis, res tractet suscipiatque ecclesiasticas. Expedire itaque Germaniae, non tollere annatas: sed uel impensis easdem destinare SVPREMI cuiusdam CONSISTORII, uel, si hoc minus probetur, principibus, qui curam habeant, iudicia alant, patrocinium praestent, uno uerbo, loco papae Romani sint ecclesiis euangelicis. Atque idem hoc filum consecutionis est, quo in hoc capite utimur pro euangelicis principibus. Argumenta pro supremo consistorio instituendo, quod omnibus commune esset principibus Germaniae euangelicis, expendit D. *Praeses* in programmate de *emendatione iuris ecclesiastici in ecclesiis euangelicis*. Haud dubie Lutherus in hoc libello Porussiae regis causam agit, quod supremam curam, *directorium* aut *praesidium* eiusmodi concilii primati Germaniae tribuat, antistiti scilicet Magdeburgico.

Confutantur argumenta theologorum contra annatas.

(*d*) Cum antesignanum habeam Lutherum, parum extimesco auctoritatem ceterorum theologorum, imo fidentior mihi animus est, praelium ineundi pro manibus piissimi Martini. Principio neganda est *maioris* consecutio omne institutum papae aduersum esse pietati. Mitius de illo sentiunt, qui decreta inspiciunt, Gratiani, Gregorii, Clementis, Cherubini, quae multum habent bonae frugis. Deinde *minor* quoque falsa est, annatarum iura ortum suum debere pontifici Romano, quod intelligitur e *cap. 1. § 8. et 9.* ubi ante annatis gauisi sunt principes laici, quam illae a pontifice illis subriperentur. Tum a simoniae crimine, quo notant theologi quidam annatas, liberat easdem *caput. 1. §. 5. lit. z. u. b. §. 7. lit. i. c. 2. §. 2. lit. p. lit. r.* Et sane dum laicis principibus annatae soluuntur, minus longe periculi est a simonia, quam si pontifici. Simoniae enim crimen committitur emtione uel uenditione rei spiritualis. Sed spiritualia, quae hic uolunt theologi, non cadunt in laicos, quod autem quis non habet, id uendere non potest. Potius, quod supra *c. 2. §. 2. lit. r.* argui, hic quoque repetendum, praesules factos in eo liberati ab omni suspicione simoniae, si nihil reclament annatarum exactioni. Ita enim docere possunt, spiritualia ipsis curae esse, non quaestum rei corporalis. Postea libertatem euangelii, qui in lucro ac foenere ponunt, quod faciunt euangelici antistites, qui euangelicae libertatis causa reclamant annatis: illi euangelicis doctrinis et doctore Luthero indignissimi esse uidentur. Vltimum, quod opposuere theologi, facile nobis remittent: si aduerterint nostram cohortem ducere ipsum Lutherum.

Illustris Strykii doctrina pro annatis principum euangelicorum.

(*e*) Iura annatarum, euangelicis ordinibus uindicata, primus in arenam produxit magni nominis et luculentae doctrinae iureconsultus *Samuel* STRYKIVS in utilissimo opusculo *de iure papali principum euangelicorum cap. 4. §. 8. pag. 65.* Quamuis in omnium manibus id sit, altera iam uice editum auctumque: quoniam uero *paragraphus* ibi *octaua* ex instituto hoc argumentum tractat, idque rationibus grauissimis, pace uiri illustris, integrum locum hic exscribemus. Est uero talis: Praesentis autem memor status quaero: *An nostri principes annatas exigere possint?* Idque remoto omni excessu, omnique abusu, affirmo. Si enim omne ius papale, quatenus iustum, competit ipsi, hoc excludi nequit. Quod autem, si a uero domino exiguntur, iustitiae regulis nitantur annatae, non dubito. Nec est (1) quod dicas, *ius nunquam concessum esse ipsis.* Sane pontifici per concordata Germaniae hoc ius, suis tamen limitibus

CAP. III.

bus inclusum, quaesitum esse nemo dubitat. Ergo iure, ab hoc deuoluto, nostri quoque gaudebunt principes. Imo hoc ius annatarum superioritati territoriali eapropter cohaerere dici potest, quia idem quoque iam olim exercuerunt imperatores et quidem sub nomine iuris regaliae, teste Dn. Schilt. *de lib. eccl. G. §. 3. l. 5. c. 6.* quod maxime affine est iuri annatarum et neutiquam obstat, quod illi semel renunciauerint imperatores *iuri regaliae*, asserente eodem Schilter. *L. 5. cap. 6. §. 4.* ob iniquitatem ministrorum, qui id odiosum fecerunt. Hoc enim *ius annatarum* postea ab ipsis imperatoribus et imperio iterum solennniter concessum est papae saepiusque confirmatum et ab eo nunc ad nostros deuolutum principes. Nec est quod (2) obiicias cum Nic. de Clemangis *cit.* a Besold. *Thes. Pr. u. annatae p. 42. cessare rationes, quare sint introductae.* Nego, quod apud nos cessent; potius adsunt grauiores. Tunc unicus aderat Christiani nominis et imperii iuratus hostis, hodie numerum auctum uidemus. Istud potius cessat grauamen, quod pecunia trahatur extra imperium. Certe nulla unquam tempora maiores sumtus ad conseruandam rempublicam requisiuerunt, quam hoc ipsum, quo uiuimus. Dicitur in *edict. Brandenb. d. A. 1691. d. 13. Apr.* uon den *Marine Iur. Princ.* Zumahln die Zuschiebs Mittel, so weit dieselbe zu der Conseruation und Sicherheit eines Etats noethig seyn, nimmer zu schwer, oder zu grofs gehalten werden koennen. Idque uerissime, praesertim nostra aetate dictum puto, eoque omnino respexit Carolus V. qui semper annatas in imperii necessitatem postulauit, Linck. *de I. circa relig. dissid. c. 1. §. 7 f.* nec non Sigismundus Poloniae rex, qui A. 1543. ad papam misit, petens, ne annatas ad se trahat ex regno, sed pro huius defensione ibidem relinquat, cum comminatione, quod nihil alias solueretur, v. *Statuta Polon.* a I. Hub. a Fustin. *edita tit. annata.* Ex quo apparet, annatas nunquam in imperio damnatas fuisse, sed illicitam annatarum applicationem, citra ullum imperii commodum. Quod (3) de crimine simoniae obiicere solent Duar. *de benef. L. 6. c. 3.* Azor. *inst. mor. p. 2. l 7. c. 12.* neque nobis contrariatur, cum nostri canonici sacramenta non administrent. Imo isti per annatas nihil dant, cum potius dominus tantum retineat primos suae rei reditus. Quid igitur aequius, quam principi, qui in territorio suo capitula fouet, defendit, tot praedia ad illorum sustentationem concessit, unius anni reditum ex quouis beneficio relinquere. Certe si catholica mansissent capitula, pontifici haec soluere debuissent.

§. I.

A Quo iure ergo hoc denegabunt principibus, papali iure et territoriali simul instructis? Et cur haec commoda papalia lucro praelatorum cedere deberent? Dicis per L. imperii capitulorum iura esse confirmata; concedo et eapropter etiam seruanda ipsis, si modo et ipsi sua praestent onera et omne id, quo non expresse liberati. Annatis autem respectu sui domini nullibi exempti, potius subiecti, B cum omne ius papale territorio istius adscriptum. Hoc quidem uerum est, quod principes regiones istas, in quibus capitula existunt, non possideant hodie sub qualitate episcopi, sed ducali et quod plerumque istiusmodi collectis, welche denen Bischoffen als Geistlichen ex speciali causa seyn entrichtet worden, als die Bischoffs Paechte renunciauerint. Eo ipso autem non renunciauerunt iuri C ducali aut territoriali, in ecclesiasticis aeque ac secularibus publica sanctione munito. Hoc potius et cuncta iura superioritatis confirmatae reseruauerunt etiam ex abundanti communiter in *recessibus prouincialibus*, quod satis testatur *rec. Stargard. Pomer. de ann.* 1645. uon incorporation des Stiffts Camin *&c.* Als lassen wir es auch dabey allerdings bewenden etc. Et meretur addi subse- D quens passus, dafs man aber auch die Beede Muentze, *sub praetextu qualitatis ecclesiasticae* aufzuheben bitten thut, darin koennen wir der Staende petito nicht deferiren, theils dafs die Beede-Muntze nunmehro keinen Respect auf die Geistlichkeit hat, sondern eine weltliche Hebung ist, theils dafs dergleichen reditus Uns als weltlicher Obrigkeit nicht allein in Pommern, sondern auch E allen Unsern Landen ohne Wiederrede entrichtet werden, etc. adde hic deducta *cap. subsequ. §. 3.* Nec credo quem tantae esse ingratitudinis canonicum, qui non libentissime in tesseram quasi grati animi annatas adiiceret. Clerici reuera tantum administri bonorum bonorum et usufructuarii *Conring. de pac. perp. f. 2. concl. X.* potest uero quilibet cum reseruatione fructuum primi anni, F usumfructum sui praedii dare tertio et si in secularibus feudis non iniustum, quod uasallus praestet domino quaedam seruitia, quare in ecclesiasticis? Notandum sane, quod in *concord. cap. 4.* annatae ueniant nomine *communium seruitiorum*, quibus omnino pro communi tutela, propter beneficium lucratiuum, erga dominum suum se nemo bona subtrahere potest conscientia. Nec sine G crimine, remoto scilicet omni abusu et iniusto exigendi modo, affirmare licitum, haec esse Vespasiana consilia, quae approbent uitia tantum pontificis. Optimos potius principes, optimo hoc

iure

CAP. III. *et Textoris, qui idem mecum cenſent, quamuis huius maxime argumenta ſint paulum diuerſa a meis (f).*

Reges euangelici utuntur iure annatarum, exemplo ANGLIAE.

§. *II. Deinde non parum momenti adferre poteſt dogmati noſtro, quod Angliae rex, ſimul atque is ſacra pontificis eierauiſſet, illico annatas in fiſcum retulerit adſcripſeritque eas regali patrimonio (g). Quid? quod Poloniae quoque reſpublica ſimile habuerit inſtitutum; ne pontificii doctores principi euangelico annatas inuidere, uideantur (h).*

§. *III. Quo*

---

iure uti conſtat, ſicut id teſtatur de patriae ſuae principe B. Dom. Strauch. *diſſert. de annat. cap. 4. ſect. 2. §. 5.* Et caueat ſibi a crimine ſacrilegii, qui haec iura principis ſine ſolida ratione in dubium uocat. *L. 5. C. de crim. ſacrileg.*

Textoris ſententia de annatis.

(*f*) *Ioh. Wolfg.* TEXTOR *tit. 11. iuris publ. Caeſarei p. 355. num. 164. ad* 168. in eo totus eſt, ut in imperio Germanico facultatem Caeſari adſerat, qua, caſu reipublicae id exigente, annatas praeripere queat pontifici Romano inque fiſcum ſuum redigere. Verba ſummatim haec ſunt: *Ex concordatis annatae pontifici debentur ordinaria uia, ita tamen, ut ſi reipublicae neceſſitas poſcat, ſuprema diſpoſitio de iis penes imperatorem ſit, qui ad ſalutem publicam ac defenſionem imperio conuertere aeque eas poſſit debeatque ac alias res eccleſiaſticas. Si enim pontifici tribuunt ius derogandi concordatis, quidni idem fas erit imperatori? Ita annatae redeunt ad finem honeſtiſſimum, defenſionem imperii. Neque neceſſarium eſt, rogare pontificem, ut cedat annatis ad tempus, niſi reuerentiae cauſa id facere uelit imperator. Ceterum ſeruandus uſus annatarum, tollendus abuſus. Pacta enim publica fulciunt annatas, abſit ergo ut quis contra eas diſputet. Fruſtra ſimonia hic fingitur. Quidni enim ut aliis ſacerdotibus, ita et ſupremo ſacerdoti uel lege uel pacto tribui poſſit certa ſumma annuorum redituum in monaſteriis.* Fateor in paucis lineis plura eſſe, quae mihi non probantur. Tueantur uero ſua pontificii antiſtites: euangelicis praeſulatibus *artic. V.* §. 18. 19. 48. *inſtr. pac.* praeſidio eſt aduerſus Caeſareum doctorem. Ceterum ne dogmata mea cuiquam peregrina eſſe, uideantur, auctoritas uiri in eo mihi gratiſſima: quod annatis non obſtet crimen ſimoniae; quod annatae debeantur conſuetudine, pacto, lege; quod hodieque annatae ab euangelici coetus doctore queant propugnari. Quae omnia in hoc opuſculo rationibus confirmare inſtituimus, iuriſconſulto parum aut nihil cognitis.

Rex Angliae gaudet annatis.

(*g*) *Antonius* BRVODINVS *in propugnaculo catholicae ueritatis lib.* III. *c. 7. p. 297.* maleuolo calamo, quod in pontificio, ſcriptore, Anglia extorre, non mireris, rem hanc enarrat: *Henricus cum omnem ſupellectilem mille monaſteriorum eorumque praedia, fundos et fructus omnes in ſuam redegiſſet poteſtatem, cum praeterea decimas et ANNATAS omnium beneficiorum per uniuerſam Angliam exigeret*, et quae ſequuntur. Grauior eſt huius argumenti teſtis *Henricus* SPELMANNVS *in archaeologia p. 37. Id certiſſimum eſt,* inquit, *annatas hodie fiſco pendi non tantum ex epiſcopatibus; uerum etiam ex beneficiis quibuslibet eccleſiaſticis annui ualoris X. marcarum, uicariisque X. librar. nec minoris ſane, quam unius anni fructus integros, iuxta tabulas regias aeſtimandos. Has autem regii cenſus incremento contulit ſenatus conſultum anno 1526. Henrico octauo imperante.* Inde patet, Mariae poſteros, quae regina annatas reddiderat papae, fiſco regali eas iterum uindicauiſſe. *Ludouicus* BACATELLVS, *archiepiſcopus Raguſinus, in uita Poli* cardinalis, familiaris ſui p. 69. memoriae hoc prodidit, ut taceam alios in iisque *Ren.* CHOPPINVM *lib. 3. tit. 3. n. 10. p. 468. 487* ubi inquit: *in Anglia caduciarios eccleſiaſtici beneficii reditus carpit REX primo uacationis quoque anno.* Diſcimus inde primo euangelicos antiſtites religioni duxiſſe, ſibi turpi quaeſtu arrogare annatas: contra uero probitati congruum ius habuiſſe, quo regiis exactoribus annatae ſoluerentur.

Reſpublica Poloniae fiſco regni tribuit annatas

(*h*) Ne uel pontificii doctores dogma noſtrum haereticum exiſtiment, magni nobis fieri debet exemplum reipublicae Romano-catholicae. Polonia enim in ſolenniſſimis comitiis non ſemel; ſed iterum iterumque decreuit, annatas fiſco reipublicae inferendas eſſe. *Paulus* SCZERBICZIVS in *promptuario ſtatutorum Poloniae,* quem codicem MSCtum poſſidemus, *part. 1. cap. 5. p. m. 24.* eius argumenti decreta diuerſis temporibus adnotauit. Vtpote CRACOVIENSE 1543. PETRICOVIENSE 1567. LVBLINENSE 1569. *et* STEPHANO *rege* 1576. Summa omnium erat: *ANNATAE ne dentur amplius Romam, ſed in defenſionem reipublicae conuertantur: regni atque in theſaurum inferantur ſub poena duplicis annatae.* Plenior in his *Nic.* ZALASZOWSKY *de iure regni Polon. tit. 32. §. 4. p. 678.* Cuius locus de *annatis* meretur hic exſcribi. Ita autem ille Sigismundus rex Poloniae an. 1543. ſtatuerat, ut (referunt Herburtus in ſtatuto ſub uerbo annatae, Ianuſſouius lib. 2. part. 5. ſub tit. ANNATY.) mittendos eſſe legatos ad ſummum pontifi-

CAP. III. Annatar. iura sigillatim uindicantur principibus S. R. I. euangelicis.

§. III.

§. III. Quo itaque iure cum euangelici reges, tum catholici annatas fisco reipublicae uindicarunt: eodem quoque et forte meliori longe in imperio Germanico eas exigent a sacri patrimonii candidatis principes euangelici (i). Principio

tificem Romanum, postulando, ut remaneant in regno pro defensione reipublicae.

Item an. D. 1544. ut refert Herbut. f. apud me 41. et Ianussouius, uti supra, sic statutum erat, Sacra Regia Maiestas per nuncium apud summum pontificem Romanum impetrare annataa conabitur.

Item Sigismundus Augustus rex, ut in const. anni 1597. sub tit. Annary fol. apud me 134. habetur, statuit, ut annatae remaneant in regno pro defensione reipublicae.

Item Sigismundus III. rex in constit. an. 1607. tit. O Annatach, fol. apud me 834. statuit hia uerbis. Ad effectum deducendo statutum Sigismundi regia aui et Sigismundi Augusti auunculi nostri et Stephani praedecessorum nostrorum, constitutiones de annatis factis, statuimus, ut quilibet archiepiscopus et episcopus, qui a nobis beneficia obtinebunt, talem summam, qualem in curia Romana, nomine annatae persoluunt, soluat episcopus regni ad rhesaurum regni, M. D. L. ad thesaurum M. D. L. pro defensione reipublicae sub poena duplicis summae de bonis mobilibus et immobilibus propriis: in defectu uero de prouentibua et reditibus repetenda, ad instantiam instigatoris ex delatione officialium thesauri nostri sub poena solutionis de proprio, instantibus nuntiis terrestribus in comitiis. Et ne haec constitutio in dubium uocetur, requiremus, consensum super hoc a sede apostolica. Et ut istae annatae pro defensione reipublicae sub poena duplicis pensionis Rauae soluerenrur, statutum in constit. an. 1569. fol. 184. §. Annaty ktore Seymowa konstitucya sa pozwolone. Videatur in constitutionibus fol. 262. §. Pen Podsbarbi, ubi dictae constitutiones an. 1567. et an. 1569. reassumptae sunt.

Sed hic quaeret aliquis. Quid nomine istius annatae intelligitur! Lotterius lib. 2. quaest. 20. de re beneficiaria num. 1. intelligit unam taxatam quantitatem fructuum eius anni, quo beneficium seu episcopatus uacat. Et quod hanc solutionem annatae, camerae apostolicae Pius V. papa in signum uniuersalis dominii, quod summus pontifex habet, assignauerit, deducit. Et licet haec solutio annatae apud nonnullos male audiat et simonia dicatur: tamen hanc imposturam is idem Lotterius loco citato a num. 19. sic defendit: quod solutio annatarum camerae apostolicae surrogata est loco de-

A cimae, quae olim in omnibus prouinciis Christiani orbis summo pontifici dabatur: proindeque sicut dicta decima debita fuit in signum supremi dominii ex praecepto Dei Leuitis facto. Num. cap. 18. ita et haec annara, quam summus pontifex, partim pro sustentatione sui, partim pro cardinalibus indigentibus, tum pro aliis necessitatibus in rem et commodum totius christianiratis uertit. Haec ex

B Lotterio. Vtinam itaque et respublica nostra hanc gratiam a sede apostolica obtineat, ut hae annatae applicentur regno antemurali christianitatis, pro defensione reipublicae et ad subleuandos subditos, qui in beneficiia ecclesiasticis sub continuis contributionibua et exrorsionibus militum gemunt. Adaugendus itaque est locus *Casparis* KLOCKII *lib. 2. de aerario cap. 83. p. 507. n. 54.* qui unius tan-

C tum facit mentionem, quod in *statutis Poloniae*, a regni senatore *Ioh. Herburto* a FVLSTEIN promulgatis, extat his uerbis: *Poloniae rex Sigismundus an. 1543.* de *annatis* decreuit. *Satisfaciendo postulationibus dum consiliariorum nostrorum secularium et nuntiorum terrestrium, mittemus ad papam, petitum annatas. Neque eas de regno efferri permittemus: sed ut remaneant pro defensione reipublicae in regno.*

D *Quod si annatis nuntium mittere, recuset papa, iam ex tunc renunciare illi debemus, easdem nos neque daturos esse, neque, efferri easdem, ulla ratione permissuros.* Habuere itaque pontificiae religionis antistites ceterique ordines tantum animi pro ueritate, non papae, sed reipublicae deberi annatas neque deglutiendoa esse a gluttonibus clericia.

Exemplis ostenditur, neque euangelicorum neque pontificiorum sacris obuersari, si annatae a clericis soluantur principi laico.

(*i*) Iura annatarum principibus laicis

E uel theologi disputant, uel iurcconsulti: utrique uel pontificii uel euangelici sunt. His Lutheri auctoritas respondebit er exemplum Angliae regni, quod paulo ante prodidimus: illis uero reipublicae Polonicae decreta, non subdole aut clam, sed in solennissimis comitiis omnium consensu promulgata et iterum iterumque repetita, scrupulos eximent, sacrorum rationibua aduersum esse, laicum

F gaudere annatis. Quamuis enim in publico cuiusque imperii iure frustra sit, exterarum rerum publicarum rationes cum domesticis conferre, cum diuersis diuersi mores sint, leges, formae: in ecclesiastico tamen iure consecutio unius ad alterum ualet, ut quod ibi non haereticum, id neque hic rale sit, quoniam idem omnibus Deus, Christus, lex, symbolum.

Vt

CAP. III. *§. III. IV.*

1) quod munus papae ſuſtineant, 2) papali iure gaudeant,

cipio enim qui onus alterius ſuſcipit, huic et par eſt, commoda obuenire, quae oneris cauſa debentur. Quis uero neſcit ſupremam ſacrorum coetuum curam in ſuis nunc gerere proceres euangelicos (l).

§. IV. Deinde, qui euangelicum principem papam in ſuo territorio habent, illi etiam agnoſcunt, huic papalia iura deberi, annatas. Sed prius pragmaticae imperii ſanctiones uolunt: ergo his obuerſatur, qui in dubium uocat poſterius (m).

Vt adeo hinc certiſſimum ſit, neque pontificiorum neque euangelicorum ſacris inimicum eſſe, clericos annatas exſoluere principibus laicis: neque canonum auctoritatem obſtare, modo Germanico imperio propriae ſanctiones non obſint, quod mox uidebimus.

arg. ab onere ad commoda.

(l) Eſt regula pontificii non ſolum iuris *c. 55. in 6. de R. I. qui ſentit onus, ſentire debet commoda et e contra*; ſed etiam ciuilis Romani *L. 10. ff. de R. I.* ubi additur, *ſecundum naturam eſſe*, (ne poſitiuo aut ſcripto tantum iure quis uerum id habeat) *commoda cuiusque rei* (adeoque uniuerſim dicta lex omnes caſus includit, in cauſis quibusque) *eum ſequi, quem ſequentur incommoda.* Quemadmodum enim *ferendus non eſt, qui lucrum amplectitur, onus autem ei annexum contemnit l. un. §. 4. C. de caducis tollend.* ita etiam inciuile eſt, onus imponere et commoda negare *l. 22. ultima §. 3. C. de furtis et ſeruo corrupt.* Eodem ergo die, quo papae iurisdictione euangelici ordines ſacros coetus iure exemerunt: eodem etiam annatae ceſſarunt et eo momento hae in principes iterum ſunt deuolutae, quo ſacrae ſpartae curam illi ſupremam ſuſceperunt *l. 65. actione §. 16. ſi unus ex ſociis ff. pro ſocio.* Neque opus fuit principibus euangelicis, hanc conditionem, annatas intelligo, ante exprimere, quam illi arbitrium iuris eccleſiaſtici ſibi ſumpſiſſent. Sufficit enim, illos nullo tempore annatis nuntium miſiſſe. Niſi enim contrarium conuentum ſit: cum onere omnia commoda ipſo iure deuoluta eſſe, exiſtimantur BRVNNEMANNVS *ad libr. 6. decretal. reg. 55. n. 4. p. 124.* Propter quae onera autem eccleſiae pontifici uectigales factae ſint, cum antea cenſus annatarum fiſco ceſſiſſent, e ſuperioribus intelligitur *cap. 1. §. 10. lit. e. f.* Id ſane miror, euangelicos principes e ſui patrimonii reditibus conſiſtoria alere, neque adhuc uſus fuiſſe annatis.

an opus print. euang. ſibi annatas in pace relig. reſeruauiſſe?

an princeps papa in ſuo territorio?

(m) De CLIVIAE duce uulgi quondam ſermo fuit: *quod in ſuo territorio ſit* PAPA *et princeps*, nouiſſimis teſtibus BECKERO *lib. 2. c. 3. n. 8. Ioh. Helu. Sin.* SCHVZIO *in iur. publ. lib. 2. tit. 8. poſ. 6. p. 471.* HERTIO *de ordine Ciſtertienſi p. 15.* Cauſa prouerbii in diplomatibus annorum 1444. 1445. reperitur, quae ſummus uir exhibet *Godefr. Guil.* LEIBNITIVS *in mantiſſa codicis iur. gent. diplom. 34. et 35. p. 168. ſq.* Exemit enim papa Eugenius IV. eccleſias quasque, ditioni Cliuenſ. addictas, a iure dioeceſano et Colonienſis et Monaſterienſis antiſtitum. Verum quod unus princeps priuilegio ſigillatim habuit, illud omnes euangelici ordines, ampliori longe iure, publicis imperii ſanctionibus atque legibus debent, quae argumentum tractant religionis. Diſputant iuris publici doctores, quo iure euangelici ordines *pontifices* facti ſuorum territoriorum? Ego meam ſententiam rationibus firmabo, quae haec eſt. Scilicet principes uel conſiderantur in ſtatu imperii Carolingico: uel in poſtcarolingico, quem dicunt, ſeu Cunradino: uel denique in Saxonico Ottonum. *Iſto* tempore ſacrorum iura penes *Caeſarem* fuere, quod quiuis largitur: *illo* ſex Germaniae *duces* eadem ſibi arrogare poterant, cum, ſtirpe Carolingica extincta, ſumma rerum in ciuilibus pariter et eccleſiaſticis, qua Carolingici fuerant gauiſi, ad illos deueniſſet, unde ego Boioariae dominos non priuilegio Henrici aucupis; ſed iuri ordinario territoriali debuiſſe exiſtimo iura ſacrorum: *hoc* autem, aeuo ſcilicet Ottonum, Caeſares per uim ſingularis territorii dominis iura ſacrorum iterum eripuere, partim, quod, filo licet conſecutionis nullo, Otto ad exempla Carolingicorum Caeſarum prouocaſſet: partim is principia huius doctrinae, ex Italia redux, in Germaniam ſecum attuliſſet: partim etiam, quod ordines rei ac momenti grauitatem iſta aetate uix attingerent. Inde enim glaucomata, diſtinctiones inter iura dioeceſana et territorialia pronata ſunt: inde diſcrimina facta inter *medietatem*, liceat his nominibus uti, epiſcopalis fundi et *immedietatem* muneris epiſcopalis: inde tituli archiepiſcoporum, primatum et ſuffraganeorum epiſcoporum. Verum paulo poſt haec iura pontifex Romanus inuaſit ipſisque etiam Caeſaribus ea eripuit, umbra rei eis relicta. Sudes in oculis id fuerat cum ordinum, tum Caeſarum. Illi ergo in ſinu gaudebant, priſtinum ſplendorem cum euangelii luce refulſiſſe. Principio enim *iura papalia* debentur principibus ex diſpoſitione legis, ſcilicet *artic. V. §. 48. inſtr. pac. Oſn.* ubi claris uerbis dicitur, quod iurisdictio eccleſiaſtica, id eſt, e-*piſco-*

Iura papalia principum antiquiora pacibus religionis.

Cauſae plures, quare principes euangelici papali iure gaudeant?

CAP. III. 3) papali iure in uno fruantur,

§. V. Porro similium eadem est ratio. Qui ergo menses papales principi largitur: eundem quoque largiri oportet annatas. Sed illud fieri, clarum est; ergo dandum etiam hoc (n) §. V.

idque

---

piscopalia iura et *papalia*, coaluerint cum iure territoriali. Vt argumentum ualeat: *cuius territorii quis dominus est, illius etiam papa is est:* aut, *qui iure territoriali gaudet, ille etiam gaudet iure papali.* Deinde quamuis etiam non aperte iura papalia tribuerent euangelicis principibus sanctiones imperii: fieret tamen id *consecutiue*, idque ex ratione postliminii. Caesari enim et papae, illi §. 18. 21. huic §. 48. eiusd. *V. articuli instr. pac. Osn.* iura sacrorum derogantur, ergo his uidentur reuiuiscere, ut, quod olim habuere, recipiant, quod enim ademit occupatio papalis, id suspensa restituit *l. 1. C. de sent. pass. et restit.* Post absurdum foret, dicere, pacificatores Westphalicos suspendisse tantum jurisdictionem ecclesiasticam, id est, sine rectore et regimine euangelicas ecclesias constituisse. Suspensa enim est, ne obesset euangelicis, si iura eorum reuiuiscerent MEVIVS *decis. 365. part. II. n.* 28. Demum ipso usu docemur, sine ulla uel Caesaris uel imperii interpellatione principes euangelicos, synodos cogere, symbola edere, ecclesiastica iura condere, unde intelligere licet, illos summam rerum in ecclesia tenere et iure papali aeque ac episcopali hodieque desungi. Quae tandem communis etiam sententia doctorum, quamuis paucissimi horum rationes, in medium prolatas, assequantur, neque is ego sim, qui publici iuris responso eam auctoritatem, ea commoda tribuam, quae id genus habet in iure priuato. Sunt uero, qui iura papalia principum euangelicorum ostendunt, ut mihi quisque in manus uenit, sequentes. *Matthias* COLERVS in memorabili responso, quod inter consilia eius est XXXV. a num. 124. ad fin. MEVIVS *part. II. decis.* 305. *n.* 17. COTHMANNVS *uol. 4. responsor.* 33. *n.* 39. GYLMANNVS *uol. 2. dec.* 59 *n.* 63. REINKING *integro libro tertio*, qui agit de *regimine ecclesiastico pag.* 1054. CONRINGIVS *de pace religionis et de iure maiestatis circa sacra;* TABOR *de regimine imperantium ecclesiastico;* DORSCHAEVS *in inuectiua in uehiculum iudicii theologici de Eusebiis; illustrissimus auctor* RHETIVS *de iure statuum imperii circa sacra;* SYRINGIVS; SCHILTERVS ad pacem religionis; OEHMIVS, WEBERVS, LYNKIVS *de iure episcopali*, systemata iuris publici et scriptores regalium taceo, quorum nullus hanc partem facile praetermisit. Quodsi igitur ex illis, quae hactenus diximus, satis clarum sit, principes euangelicos iure papali gaudere; quin eis annatae debeantur,

A dubium non est. Partim quod totum complectatur quamuis partem *l. 113. ff. de reg. iur. et cap. 80. de R. I. in 6.* partim, quod qui in locum eundem succedat, succedat in iura loci, successorque iure utatur sui auctoris *c. 46. de R. I. in 6.* et qui in alterius uicem succedat, naturam eius induat, cui substituitur *cap. 3. ecclesia X. ut lite pendente nihil innou.* partim etiam quod pares pari iure utantur et *identitas rationis ea-*
B *dem etiam iura produt bene intuentibus c. 2.* inter corpor. *§. propter expressam similitudinem X. de translatione episcopi.* Qui itaque annatas principibus euangelicis disputant, illos uel inficias ire oportet leges uniuersim, quae de iuribus agunt successoris in loco alterius; uel sigillatim sanctiones imperii negare: sed neutrum fieri potest, ergo principibus euangelicis integra manebunt iura annatarum.

C

(*n*) In priori argumento filum consecutionis fuit a *genere* ad *speciem*, quod papalibus iuribus principi uniuersim datis euangelico, ea etiam dare oporteat, quae sub illis continentur: contra nunc a *specie* ad *genus* progredior, quod itidem faciunt iura nostra *l. 22. §. senatus ff. de petit. hered. et l. 20. ff. de iudic.* cum satis manifestum sit, cui species competat, eidem et-
D iam genus conuenire. *Menses* uero, in quibus uacua sacri collegii loca conferunt principes nostri, nemo aliunde deduxerit, quam a iure papali, cum ipso nomine eapropter *papales* adpellentur. De Porussiae regis facultate in *mensibus papalibus* res notissima est adeoque testibus necquicquam opus. Legi tamen potest *illustriss.* RHETIVS *iur. pub. lib. I. tit.* 16. §. 8 *fin.* Distincta hic et interpuncta do-
E ctrina illustr. COCCEII *cap. 22. §. 16. p.* 385. hoc ordine tradita: *Euangelicis omnia iura cum episcopalia competunt, tum papalia. Inde Porussiae regi quadruplex ius conferendi beneficia. 1. REGIVM ius primariarum precum in omnibus. 2. PAPALE in omnibus, quae imparis numeri MENSE uacare coepere, 3. episcopale in immediatis 4. ius patronatus, in quibus id quaesitum est.* Id uult dicere uir summus, Porussiae re-
F gem in Germaniae prouinciis sacrorum intuitu et imperatorem agere et papam et episcopum et dominum territorii. Quodsi ergo tantum qua papae *mensium* iura principi euangelico pateant: contra *annatae* papales eadem ei causa non solum debentur, cum similia eadem iura habeant *cap. 2. §. propter similitudinem X. de translatione episcopi:* sed etiam qua im-

Cum mensibus papalibus connexum habent annatae.

Probabilius est, annatas principi soluendas, quam iura mensium papalium praestanda.

CAP. III. *idque causa urgentiori (o).* §. VI. VII.

4)nullo iure clerici sibi retineant annatas, 5)principibus competant iure postliminii,

§. *VI. Praeterea qui rem nullo titulo possidet, ille eam possidet iniuste: sed annatarum summas clerici nulla sibi causa sumunt; ergo sibi easdem usurpant iniuste (p).*

§. *VII. Post annatae uel principi debentur, uel episcopo, uel papae. Non huic uel alteri, quod leges imperii interdicunt (q): itaque prima idque iure postliminii (r).*

imperatori, episcopo et domino terrirorii, quos diximus ante papam annatarum iuribus gauisos fuisse *cap. 1. §. 8. lit. u. §. 8. lit. u. §. 8. lit. b. §. 9. lit. e.* Duplex autem uinculum, quod ratio uult et iura dicunt, forrius ligat et rationes duae aut tres plus operari debent, quam una tantum BEROIVS *uol. 2. consil. 79. n. 10.*

Vrgentior causa pro annatis, quam mensibus papalibus.

(*o*) Naturae decretum est, filum consecutionis esse ab eo, in quo minor est ratio, ad id, in quo maior. Quemadmodum etiam leges philosophantur ciuiles *l. parentes ff. de in ius uoc.* et canonicae *c. 7. cum in cunctis X. de elect. pot.* Vrgentiorem uero causam annatis esse, quam mensibus papalibus, facile est ad commonstrandum. Primo, dixi annatas principi e triplici causa deberi: menses papales ex una tantum. Deinde annatae reditus nummos respiciunt, menses uero sacri muneris largitionem, quod canonicis iuribus in homine *laico* prorsua inimicum est, ut uidimus superius *cap. 1. §. 5. lit. r.* Post mensium papalium iure, qui inter principes catholicos usus sit, nullus reperitur; sed plures reperiuntur; qui gauisi fuerunt annatis.

Clerici uel soluunt annatas, uel titulum edant, quare sibi retineant easdem.

(*p*) Iura nostra uolunt: quoties pro actore militet praesumrio, possidenti uero resistat, titulum edere obstrictus sit, ut uideri possunt doctores ad *l. 16. siue possidetis C. de probation.* atque ad *cap. 29. cum contigat X. de decimis.* Cum itaque clarissimum sit, annatarum census omnes clericos, siue illi canonici sint, siue antistites ordinis alius, soluere oportere, idque in orbe uniuerso, quod ex matriculis constat supra proditis *cap. 1. §. 10. lit. n.* inter ipsos quoque principes euangelicos *cap. 3. §. 2. lit. g.* non inciuile habebunt nostri usufructuarii sacrorum patrimoniorum, si, quo iure, causa, titulo ipsi retineant sibi annatas, docere compellantur: Equidem non putauerim, principem, qui cum subditis agat, ad solennia ciuilium tricarum libellos suos adstricturum esse; dignissimum tamen est principis maiestate, legibus eum uiuere, et magnam parit causae acquitatisque praesumtionem.

Arg. ad annatas ex enumeratione co-

(*q*) Annatas debere clericos easque omni tempore debuisse olim domino territorii *cap. 1. §. 8. lit. t. u. x. y. z.* post episcopis *§. 9 lit. b.* demum papae Romano *§. 10. lit. e.* dictum est doctumque. Eousque ergo hac illi obligatione tenentur, donec ostenderint euicerintque liberationis suae causas, tempus, modum, iura. Quamuis uero nulla alias consecutio sit; *res non est tua, ergo mea*, quod esse possit alius: tamen cum illi, quibus ullo iuris colore tribui queant annatae, tres tantum sint, nisi uni ac alteri debeantur, certissimum, eas tertio, qui superest, esse persoluendas. Verum cum Caesarem, tum Papam et episcopos annatis interdixit *artic. V. §. 19. instr. pac.* ergo reliquum esse uidetur, ut illae domino territorii exsoluantur, qui unice restat. A partium enim sufficiente enumeratione iura quoque concludere manifestum est ex *topicis legalibus* plurium doctorum.

rum, quibus debentur.

Num postliminii iure annatae debeantur principibus euangelicis?

(*r*) Postliminii uoce hic utimur pro iure, quo rem nobis per alios ereptam iterum recipimus, quem sensum etiam habet *l. 19. pr. ff. de captiu. et postlim.* Tria ergo hic probanda sunt, primo euangelicos principes iura annatarum olim habuisse: deinde ipsis per alios eas ereptas esse: demum pristina eos iura recepisse. Alterum *cap. 1. §. 8. lit. t. u. lit. b. ultimum cap. 3. §. 3. et 6.* propugnauimus. Primum uidetur restare. Equidem etiam huic membro uniuersim puto esse satisfactum in *capite 1. §. 8. lit. t.* Verum id sigillatim nunc commonstrandum de principibus imperii Germanici. Sed haec doctrina, ut a doctoribus uulgo explicatur, confusa est et ualde ambigua. Ego summatim rem ita soleo docere: alia quaestio est, utrum iura *sacrorum* habuerint principes territorii, alia, utrum iura illi habuerint *annatarum*. Illa *munus* respicit sacrorum antistitum: haec autem *fundum*, bona, reditus. Inde alia *territorii* iura sunt episcoporum; alia iterum *dioecesana*: neque a limitibus *dioeceseos* ad *territorii* fines ullum est filum consecutionis. De iure ecclesiastico ita sentio. Quondam id penes reges Carolingos fuit; post hos principibus id obuenit peculiaris prouinciae. Hoc probo. Quoniam *synodos prouinciales* in patria habemus, quarum hodieque decreta extant et plura latent, quorum specimen

CAP. III. §. IIX.

6) exempla principum Germaniae utentium annatis.

Ducum BRVNSVICENSIVM. POMERANIAE ducum. archiducum AVSTRIAE, licet catholicorum. Regis PORVSSIAE. in ducatu Brandenburgico.

§. *IIX. Quod omne cûm ita sit, uitio uerti non debet illis principibus euangelicis, qui, postquam* ANNATAE *pontificibus Romanis negatae sunt, illas sibi suisque reditibus* fiscalinis *uindicarunt atque adseruerunt* ANNATISQVE *ideo gaudent adhuc. De* BRVNSVICENSI *principatu* an. *1707.* *mense* Decembri *nomine ordinis iure consultorum causam respondi super reditibus ecclesiasticis, ubi ex actis clare patuit, quod fiscus principalis* ANNATAS *capiat de omnibus praebendis, stipendiis atque beneficiis ecclesiasticis generis eiusdem. Idem de* POMERANIAE *ducibus in Caminensi episcopatu colligit* P. WVIA, *quo sub nomine latet* Valentinus WINTHERVS (*). *De* AVSTRIAE ducibus, *licet catholicis Romanis, certum est, illos de prouincialibus episcopatibus* Lauantino, Labacensi, Viennensi, *casu sic ferente, antistitibus demortuis, cogere et colligere a nouis* ANNATAS (**). *Quapropter frustra sunt, qui annatarum haec iura inuidere uolunt in dubiumque uocare* REGI PORVSSIAE. *Is enim in* MARCHIAE *episcopatibus prouincialibus, instar* Austriacae *domus, nullo non tempore exegit a nouis praesulibus* ANNATAS *idque ex eodem fonte, quo ius exercuit* PRIMARIARVM PRECVM (***): *sed porro annatarum iura eidem archiprincipi in illis praebendis, praesulatibus et sacris collegiis debentur soluunturque, quae in episcopa-*

Sacris praesulatibus uersis in statum ciuilem.

cimen data occasione edemus. Has autem synodos episcopi prouinciales, auctoritate instituere domini territorii, non Caesaris, qui concilia tantum rexit; neque papae, qui isto tempore nihil eius rei sibi arrogauit Deinde exempla Pomeraniae principum: Brandenburgici marchionis: Thuringiae Langrauii, Boioariae ducis: Austriae archiducum aliorumque qui iura sacrorum exercuere usque ad spolium Hildebrandinum, clarissima sunt numerumque habent, qui regulam dat, ut opus non sit fingere hic priuilegia, quae tamen sententia communis est doctorum. Illo igitur tempore consecutio argumenti firmissima fuit, *cuius regio, illius religio.* Sed quid haec ad annatas? Prodest omnino haec doctrina in topicis legalibus ad argumenta a maiori ad minus. Sit autem, sacrorum iura non habuisse principes; illud tamen clarissimum est, patrimonia sacra, fundos, agros, praedia episcoporum, territorii, ubi siti fuerant, domino eousque paruisse, donec inde fuerint exemti. In legem tum iuerat: ut, quod in territorio esset, idem quoque esset de territorio, donec exemtio doceretur, quae facti est neque praesumitur. Atqui hac causa annatas principibus laicis potissimum exsolutas esse, scripsimus *cap. 1. §. 8. et 9.* superius. Quare non coniector, sed partim diuino, partim re ipsa scio, *Brandeburgicos; Pomeraniae; Boioariae; Austriae, Thuringiaeque duces* ab episcopis, intra prouinciae ac territorii sui fines constitutis, cum annatas exegisse; tum alia iura electionis, confirmationis, inuestiturae, precum primariarum ceteraque, quae uniuersim in imperio Germanico temporum teste historia, habuerat imperator. Quod tamen, nimis prolixum foret, hic demonstrauisse. Summa-

A tim ac tribus uerbis arguo: qui principes *territorii* iura in episcopatus recuperarunt, illi cum alia, tum *annatas* sibi adserere possunt iure *postliminii*.

(*) Olim enim *Caminensem* episcopatum papae Romano fuisse ideo tributarium WVIA f. WINTHERVS ostendit *in historia episcop. Camin. cap. 5. pag. 527. 528.* meae editionis. Post autem, quam secessio facta a pontifice Romano, ius illud non imperatori obuenit, qui illud Camini antea non habuit, quoniam ille praesulatus non ab imperatore fuerat conditus, sed ducibus Pomeraniae, patronis, dominis et curatoribus Caminensibus, quod *idem ibidem* docet *c. 9. p. 553. 554.*

B

[**] Scilicet cum tres hi episcopatus *Austriae* prouinciales sint, necquicquam *imperiales*, aut, quod dicimus, immediati, fieri aliter non potuit, quam *Austriae* archiducibus deberi *ius annatarum*, non *imperatori*. Licet igitur suas *annatas* imperator donauerit pontificibus Romanis, huius tamen exemplum negligere et seruare maluerunt annatas, quam perdere Romamque transferre. Vnde *Austriacae annatae* hodicque nonnisi Austriae *archiducis* FVGGERVS *in speculo Austriaco lib. 5. cap. 13. p. 663. et GERMANIA PRINCEPS lib. 1. c. 3. §. 27. p. 311.* ubi respondit auctor litem, quam ideo cum pontifice Rom. a. 1460. habuit Austriae archidux super *annatis*, quas illi recte negauerat.

C D

[***] Nam *episcopatus marchiae* pariter conditi a *ducibus* Brandenburgicis, non ab *imperatore*. Licet igitur imperator iura *annatarum* transtulerit in papam: illud tamen factum non esse a ducibus, constat. Et, si quando hoc factum, redierе illa ad ducem Brandeburgicum a tempore repurgatorum sacrorum iure quodam postliminio. Hanc uirgu-

E

lam

S. ordine Ioannitico.

patibus superfunt, uersis in formam status ciuilis (†). *Imo, quod magis, est, neque a iuribus ordinis Iohannitici sacrae militiae alienum, Porussiae regi annatas solui ex reditibus* COMMENDARVM (††). *Quod sit certissimum, sacrae etiam militiae equites alibi hac lege promoueri ad sacras praefecturas, ut primi anni reditus*, annatarum *aut* deportus *nomine, soluant supremis rerum dominis et patronis* (†††).

Argumenta aduersa respondentur 1) cessante causa.

§. *IX. Ceterum nullius plane momenti sunt, quae opponi solent iuri annatarum inter euangelicos. Nam argumenta, a cessante causa (s); a sorditie simoniae (t); ab interdicto Basileensi atque aliunde petita, confutauimus in capite praecedente (u).*

2) interdictum Basileense. 3) interdictum westphalicum. 4) protestatio contra annatas.

§. *X. Id uero etiam urgent, tabulas Westphalicae pacis deragauisse annatis inter euangelicos (x): et concordatis nullo non tempore illos contradixisse (y), quibus etiam obuiam eant hodieque duces nostrorum sacrorum, qui Caesarem legunt, in capitulatione. Verum enimuero utrumque telum non annatas impetit, sed pontificem, e nostris ecclesiis extorrem (z):*

lam merentur praesulatus *Brandenburg*, *Lebus*, *Hauelberg* et ordinis inferioris sacra collegia territorii eiusdem.

[†] Quoniam regula nunc est iuris: *quod principes euangelici in suis territoriis habeant exerceantque iura PAPALIA et EPISCOPALIA.* Atqui in primo genere est ius *annatarum.*

[††] Quod in mores iuerit: *ordines sacrae militiae* soluere *dominis suis et patronis annatas*, illud tam ex ordinum equestrium statutis, quam etiam exemplo ANGLIAE regis late docet *Renat.* CHOPPINVS *lib. 3. sacrae politiae tit. 3 n. 10. 11. p. 487.*

[†††] Notum enim est atque a dn. praeside *in formula ducatus* Brandeburgici ostensum: *quod dux Brandeburgicus omnium* commendarum *et uniuersi ordinis* Ioannitici *per omnes Venedorum principatus* (*durch die Wendische Zungen*) *sit dominus et archipatronus.* Vt adeo habeat utrinque idoneum ad *exigendas* a nouis commendatoribus annatas, fundamentum.

cessante causa annat.

(*s*) Scrupulum hunc animis contra docentium exemimus *cap. 2. §. 3. lit. t.*

Crimen simoniae.

(*t*) Prolixe atque plene dubium hoc soluimus idque locis diuersis *cap. 1. §. 6. lit. z. lit. c. §. 7. lit. i. lit. q. cap. 2. §. 2. lit. q. r. a. seq.*

Interdictum Basileense.

(*u*) Respondimus huic opositioni ex ipsis tabulis concilii Basileensis *cap. 1. §. 10. lit. l.* atque ex instituto *cap. 2. §. 4. lit. x. et lit. z.* ut religio sit, rei satis expeditae aliquid superaddere.

Art. V. §. 19. an obsit annatis euangelicorum.

(*x*) Verba *Articuli V. §. 19. instr. pac.* haec sunt: *si quid annatarum, iurium pallii, confirmationum, mensium papalium et huiusmodi iurium et reseruationum nomine in bonis statuum Aug. confessionis ecclesiasticis immediatis a quocunque, quandocunque et quomodocunque praetendatur, id ualiditate et executione, a brachio seculari impertienda, careat.* Finem haec uerba annatis dedisse, sibi persuadent morosi

A debitores earum. Primo, quod, ubi lex clara, ibi interprete opus non sit. Tum ubi lex non distinguat, ibi neque Icti sit distinguere arg. *l. 8. de pretio ff. de publiciana actione.* Deinde hac cautione inprimis opus sit in tabulis Westphalicis, quod *articulus V. §. 50.* uelit interpretationem non priuati doctoris esse, sed ad comitia imperii pertinere principes legislatores *l. 9. leges C. de LL.* Tandem B *doctrinali* interpretationi locus non sit, ubi constet de *usuali l. 37. ff. de LL.* et quae sunt generis eiusdem.

An euangelicis pp. oppositio fraudi sit aduersus concordata?

(*y*) In consuetudinem iuit, *articulo I. capitulationis*, quo nouus imperator pontifici et ecclesiae Romanae tutelam iurat rataque habet *concordata* eius cum natione Germanica, principes euangelicos contradicere, ut neutrum fraudi sit iuribus libertatique puriorum sacrorum. C Accipit id Caesar probatque formula solenni, daß solches denen Euangelischen zu keinem praeiudiz gereichen, angezogen und gebrauchet werden solle, wie wir denn solches uersprechen und uns darzu uerbinden. Quod idem reperitur *in capitul. Leopoldinae §. 19. et Iosephinae §. 18.* Hoc putant sublatum ire annatas; quod hae concordatorum iure, quae improbent euangelici, tantum de-D beantur exsoluanturque. Frustra autem prouocare ad legem, qui legem improbet. Et quod iuris nostrates in papam statuant, eodem quoque ipsos teneri.

Pax Westphalica non officit annatis euangelicorum.

(z) Principio ostendendum est, *tabulas Westphalicas* haudquaquam officere annatarum iuri principum euangelicorum. Primo enim quod pro commodo tantum alicuius factum est, id trahi nequit E ad eius incommoda, quod cuiusque fauori datum, id in odium eius uerti non debet *l. 6. C. de LL. l. 25. ff. eod. cap. 61. quod ob gratiam in 6. de R. l.* Est uero manifestissimum, euangelicos principes omnia

studia eo contulisse, ut pontifex Romanus imperii nomine auctoritateque interdiceretur, annatarum summas exigere ab euangelicis, partim quod commodum non mereretur, qui onus deiecisset, partim, quod graue uideretur dominis territorii, a peregrino homine eripi, quod ipsis deberetur. Prospexisse itaque iuribus suis principes intelligimus, tantum abest, ut illis nuntium miserint. Deinde quod lex non dicit, illud neque fas est dicere lctum, qui nihil sine iuris auctoritate debet asseuerare *cap. 18. is qui X. de sententia excommunicat. in 6.* inde brocardicum barbari doctoris, quod lege non cauetur, in practica non habetur Baldus in *cap. nihil 44. n. 25. X de elect. et electi potest.* Nihil autem in uerbis tabularum aduersus principum annatas; nihil de remissione earum ab euangelicis. Post omnium clarissime rem conficit explicatio, quae commentariis respondet pacificatorum. Haec autem ita se habet. Dicitur in lege allegata annatas non soluendas a QVOCVNQVE: QVANDOCVNQVE: QVO MODOCVNQVE *praetendantur*, quod exponendum est sigillatim. Scilicet statim a *pace religiosa*, quam dicimus, *anno* scilicet 1555. pontifex Romanus, seposita paulisper disputatione sacrorum, ab antistibus nostris petiit annatas per exactores suos, quod haec onera rem magis, id est, patrimonium ecclesiae, quam sacrorum aut diuini muneris rationes tangere, uiderentur. Ab hoc postulato ut liberentur euangelici coetus, dicta lege cautum est. Quid uero sibi, dices, uerbum a QVOCVNQVE? Reponit auctor *meditationum ad pac. Westphal. art. V. §. 19. p. 247. Itaque quando hic dicitur,* a quocunque, *id propterea factum uidetur, ut parcatur honori pontificis, quem nominatim in scenam producere, uerecundia fuit.* Imo euangelicorum libellus, quem in meis manibus habeo, his etiam uerbis primum conceptus fuerat: *ne quid annatarum nomine exigere ab euangelicis, liceat pontifici.* Quod nomen post expunxere catholici ordines, reposueruntque eius loco *a quocunque.* Alterum uocabulum, QVOMODOCVNQVE facilioris explicationis est; pontifex annatas rogauit ab euangelicis, quorum tamen antistites in sacro munere *confirmare* non potuerat. Singulare enim exemplum est *Henrici Iulii*, ducis Brunsuicensis, quem papa *Halberstadiensem* confirmauit antistitem, quamuis sacris illum sciret addictum euangelicis, fide CONRINGII *de constit. episcop. Germ. §. 86. ceterum* sub finem. Negauit autem papa annatas *confirmationis* ergo curiae suae deberi, quas disputationes uidimus *cap. 2. §. 2. lit. q. r. s. t.* quin census huius aliae causae eaeque quamplurimae sint. Ne ergo ullo modo efflagitare posse uideretur, uoce cautum est QVOMODOCVNQVE. Omnium clarissime intelligitur, cur tertio additum fuerit, QVANDOCVNQVE. Ne scilicet philosopharentur pontificii, legem non de praeterito latam esse, restare igitur annatarum summas, quas ante pacificationem uel annum 1624. tempus illud peremtorium, debucrint camerae Romanae euangelici, *die bereits uerfallene annaten*, Haec explicatio *doctrinalis* est. Quapropter eam non tangunt, quae *cap. 3. §. 9. lit. y.* scripsimus iniusto audaciores interpretes pacificatorii instrumenti. Non itaque praeter rationem ille imperii Germanici princeps fecit, quod *Ioh.* PAPE *Luneburgensis cap. IV. de annatis sectione 2. §. 5.* his uerbis enarrat: *quanquam adhuc hodie in nonnullis protestantium locis annatae usu sint receptae, in quas tamen nihil iuris sibi Romana curia arrogare ualet; sed dispositioni cuiuslibet magistratus relinquuntur liberae, ita tamen, ut nullum, nisi pium, habeant usum. Id quod in patria mea* (non Strauchii, sed Papei, qui lucubratiunculae huius auctor est) *obseruatum maxime memini. Etenim, si quando praesentatus de beneficio aliquo ecclesiastico debet inuestiri, ipsi ab administratore praepositurae, his conditionibus inuestitura confertur, ut primi anni reditus ad pios usus et, uti uocant, ad cistam remittantur et sequenti demum anno usque ad tempus habilitatis huius beneficii reditibus frui, potis sit.* Vt adeo *doctrinali* interpretationi, *usualis* quoque accedere, uideatur. Minoris longe momenti alterum est, quod contra annatas adferunt euangelicorum. *Qui impugnet fundamentum annatarum, illum,* aiunt, *frustra annatas exigere: atqui fundamentum annatarum esse concordata: his itaque sublatis, annatas non subsistere.* Verum enimuero *maior* propositio, quae dicitur, uel *limitanda* est, uel *neganda.* Vera enim est, si de principio loquaris primo, unico, rei ipsius: falsa in principiis sociis, secundariis, modi tantum et qualitatis. *Concordata* in ultimo hoc genere sunt, non in primo. Quod facile ad probandum. Annatas enim ante soluit Germania, quam inirentur concordata, quod supra ostensum *cap. 1. §. 7. 8. 10. lit. m.* sed fieri non potest, ut prius principium sit principiato. Deinde annatae

***Exemplum principis* euang. *in Germania, qui utitur iure* annatarum.**

***Contradictio* concordatorum *non officit iuri euang.* ppum circa annatas.**

CAP. III. 5) praescriptio.

§. XI.

§. XI. Neque robur habet, quod in suspectum satis iure canonico asylum se recipiant praescriptionis. Nam huic et mala fides officit et ratio census, qui quauis occasione denuo debetur et natura etiam rei, quae meri arbitrii (a).

§. XII. Et

---

natae alias longe causas habent, quam concordata, quod intelligitur ex *capite 2. § 2. lit. q. r. s.* Tum ad concordata non exactio annatarum alligata est; sed tantum modus, tempus, summae: ut non rem, sed rei modum adficere uideantur. Verba eorum prodidimus *cap. 2. §. 3. lit. t.* qui locus hic praecipue est consulendus. Post concordata annatas pontificis definiunt *cap. 2. §. 3. lit. t.* non principum laicorum, de quibus scriptum est *cap. 1. §. 8. integro.* Illis itaque impugnatis, haec non corruunt, cum ultimum genus annatarum a primo ualde sit diuersum. Tandem cum *protestatio*, liceat sic loqui, aduersus concordata in fauorem principum euangelicorum facta sit acceptaque ab imperatoribus: illud repetendum est, quod in odium eorum trahendum non sit, *l. 6. C. de LL.* Summatim concordatis contradixere principes euangelici hodieque contradicunt annatarum ergo; non tamen uniuersim; uerum sigillatim exactionum causa pontificis Romani; ne is, quod principum est, subriperet; ne pecuniam ex patria deportaret peregrinus; ne quem armarent contra se hostem sacrorum: unico uerbo, non ut extinguerent tollerentque annatas, uerum ut, alterius iniuria propulsata, hasce integras conseruarent.

Num praescriptioni locus aduersus annatas euangelicorum?

(*a*) Plura sunt, quae liberare possunt principes euangelicos a praescriptione annatarum. Nam *papalia* haec iura sunt, atqui contra papam praescribitur tantum spatio centum annorum *cap. 13. ad audient. X. de praescriptionib.* quod tam legali, quam canonica definitione statutum *cap. 14. a uobis X eod.* ut patet tam ex *nou. 9. in medio*; quam ex *l. 23. C. de SS. ecclesiis.* Quamuis uero ibidem authenticae fons ipse, *nouella* scilicet 131. *c.* 6. non respondeat, Strauchii tamen clarissima est explicatio, hanc de ceteris tantum ecclesiis iisque orientalibus scriptam esse, necquicquam in praeiudicium ecclesiae Romanae. Sed his ambagibus principibus euangelicis non est opus in hoc argumento: cum clariora adsint remedia aduersus praesidium iniquitatis. Nam *l. 7. cum notissimi §. 6. in his etiam C. de praescriptione 30. uel 40.* ann. omne dubium tollit, cum praescriptionem his uerbis uelit temperatam: *in cuiuscunque generis obligationibus, quae dationem per aliquod singulare tempus continent; tempora memoratarum praescriptionum, non ab exordio talis obligationis; sed ab initio cuiusque singularis temporis computari, manifestum est.*

quod negatur 1) ratio.

2) ratio.

A Id ea uult, *ubi dantur plurium temporum dationes: ibi praescriptio non ab exordio obligationis* (a tempore pacis Westphalicae, qua iura papalia principibus euangelicis omnium clarissime delata sunt) *incipit: sed ab initio cuiusque singularis temporis* (quoties scilicet nouae spartae antistes datur, qui denuo tenetur de annatis) *computatur.* Caleulo itaque imperatoris B illae tantum annatae praescribuntur, quae natae sunt, quae deberi coepere, ubi dies uenit: non autem futurae, quae semper denuo exigi possunt. Exemplo rem declaro. Mortuus est Titius antistes an. 1649; anno post Caius ei succedit, a quo non repetuntur annatae spatio triginta aut quadraginta annorum: praescriptionis exceptione et ipse tutus erit et heredes. Quid uero spartae candidatus anno 1691. institutus? Debebit hic annatas, C si exigantur. Ex ratione legis: quia praescriptio in hoc genere non a primaeua obligatione incipit; sed ab initio cuiusque temporis singularis, quo ipso obligatio semper recurrit renasciturque, ut tot praescriptiones sint, quot casus ueniant, ubi exigi possunt annatae. Neque sufficit hic legem allegauisse, nam de praxi etiam testes sunt fere innumeri. *Andreas* KNICHENIVS *part. 2. de uestiturar. paction.* D *cap. 3. n. 71. 73.* SVRDVS *decis. 24. n. 12.* VASQVIVS *lib. 1. controuers. cap. 4. n. 16.* WVRMSERVS *lib. 1. tit. 45. obs. 5.* THESAVRVS *in decis. Pedemont. 114. n. 1.* FACHINAEVS *l. 8. controuers. 99.* usum et mores camerae imperii Germanici pro hac sententia decretis firmant MYNSINGERVS *centuria 3. obs. 13. p. 70.* GAILIVS *lib. II. practic. obseru. 73. n. 1. p. 310. Bernardus* GRAEVAEVS *lib. 2. practicar. conclus. 73 p. 219. Thom.* MERKEL-E BACH *apud Klockium uol. 4. consil. 1. n. 283.* inter alios Germaniae iureconsultos huic iuri patrocinantur BORCHOLTVS *de usur. c. 4. n. 36.* HARPRECHT. *de praescript. immunitat. a collect. c. 2. th. 7. Matthias* COLERVS qui plenus et curatus est ad *c. auditis de praescript. n. 12. p. 1011. sq.* MANZIVS *decis. Palat. q. 29.* BRVNNEMANNVS *ad l. 7. §. 6. C. de praescript. 30. uel 40. annor. p. 644. Consil.* ARGENTORATENSIVM *uol. 2. cons. 45.* F ex instituto HERTIVS *de praescriptione iurium per temporum interualla renascentium*, ut nihil opus sit, hanc scenam plurium numero instruere. Sufficeret hoc remedium contra praescriptionem, cum ab ipso imperatore, tum forensi obseruantia imperii Germanici, auctoritateque doctorum satis confirmatum: quoniam uero aliud praeterea suggerunt inter-

3) ratio.

CAP. III. 6) onerum nimia multiplicatio.

§.XII.XIII.

§. *XII.* *Et sane mireris praesulum inter euangelicos morositatem aduersus annatas. Proh! enim si in numerato habuerint tristia uerba* pallii; synodatici; cathedratici; inthronistici; charitatiuae; prouisionis; adiutoriae; expectatiuae; albergariae *et innumera fere alia (b), quibus uel papa uel episcopi ceterorum clericorum facultates et marsupia expilarunt interque pontificios expilant hodieque: crediderim fore, ut eis hic census leuis et ualde tolerabilis fiat, si illis iam uideatur impatibilis.*

Casus in exercitio annatarum.

§. *XIII.* *Superesset, in ipso annatarum exercitio rationes, casus, dubia respondere; sed tempore excludor et ualetudine. Proderit tamen aliqua indice digito cursim attigisse (c).*

OPVSC. V.

terpretes, horum iudicio illud in medium quoque proferemus. Res merae facultatis praescribi non posse, *Francisc.* BALBVS docet in peculiari libello de *praescriptione.* Partim, quod ille, qui ius exigere possit neque negligentiam habeat, neque animum derelinquendi; cum existimet, quod hac uice; uel huic personae ex consilii rationibus remittat, illud alia eum uice, ab alia eum persona, si conducat, petere posse: partim etiam, quod ille, qui ius negare uelit alteri, illud nulla ratione possideat, uel etiam animum habeat id praescribendi, cum humanitati potius dandum esse uideatur, temporis, hominis, rerum causa, iure suo aliquem usum non fuisse. Ex hoc principio peculiares deinde casus respondent doctores, annaris ualde similes: sic quando subditi tenentur ad collectas, uel *aliam exactionem*, non ante currit praescriptio contra principem, quam a rempore contradictionis et recusationis subditorum RIMINALDVS *consil.* 589. *n.* 51. KNICHENIVS *de sublim. territor. iure cap.* 3. *n.* 137. *p.* 93. Idem de seruitiis rusticorum et quae his uicina, iudicium, quae non praescribuntur, quamuis princeps illa decem lustris non indixerit MEVIVS *consilior.* 66. *n.* 115. WVRMSERVS, supra citatus, *lib.* 1. *tit.* 45. *obseru.* 5. Eadem ratione multae doctrinae et industriae *Ictus*, HOANIVS, Misnense nuper suffragium iterum uindicare noluit in comitiis Saxoniae nouem-uiro, quod illa, quae is sponte intermiserit, omni tempore liceat reducere. Idem de *laudemiis* apud BESOLDVM uoce Handlohn *p.* 361. qui negant laudemii ius praescribi posse, rationem hanc adducunt, quod res sit mere facultatis, quae quocunque casu exigi possit, uel non possit *l.* 2. *ff. de uia publica* WESENBECIVS *in ff. de usurp. n.* 10. *et in consil.* 2. *n.* 47. neque ex actibus mere uoluntatis possessio acquiri possit *l. proc. ff. de damn. inf. l. denique et l. si in meo ff. de aq. pluu. arc.* Cui dogmati facilius alii etiam accedunt, quod praescriptio enumero eorum iurium sit, quae odia spirent. Ceterum annatas eodem censu cum laudemiis et releuiis habendas esse, patet ex superioribus *cap.* 1. §. 8. *lit. y.*

Verba consolatoria dicta canonicis.

(*b*) Non alio haec fine enumero, quam ut illis os obturetur impudentissimum, qui canonicorum maxime causas ex importunis saepe rationibus contra principes agunt euangelicos, quoties hi aliquid commodi ab illis solent exigere. Ilico ad libertatem, ad aras et focos prouocant atque rerum ignaros, quales esse plerosque oportet in tanto canonici iuris inter euangelicos neglectu, glaucomate hoc et specie inanium fallunt. STRYKIVS, princeps ille iurisprudentiae utilioris sacerdos, uiam ostendit in hoc argumento, ut nunc facilius iter hoc conficiatur. Cui opusculo si quis episcopalia iura principum euangelicorum in canonicos et coenobia iungeret, non poenitendam forte operam is praestaret reipublicae.

Casus, dubitationesque respondentur in exercitio annatarum.

(*c*) Summatim ibo, cum, quod miror, alii hanc partem fere praetermiserint. Soluere tenentur annatas non tantum episcopi; sed canonici et quotquot sacros reditus habent, qui superant aureos 24. *cap.* 1. §. 10. *lit. m.* etiam coenobia uirginum, Fraulein Cloester, *cap.* 7. *de annatis in* 7. Cistertiensia; ecclesiae curatae *ibidem* hospitalia utriusque sexus *cap.* 4. *eodem in* 7. quamuis Caesarem proprietarium habeant et usufructuarii tantum sint membra sacri collegii *cap.* 6. *eod. in* 7. Non solum in mensibus papalibus; sed etiam in mense capituli *cap.* 7. *eod. in* 7. imo omnia collegia sacra *ibidem*, quid de Iesuiris? Nulla hic exemtio ualet *ibid.* Negant pontifici annatas domini territoriales monasteriorum, ut Austriaci *Londorpius tom.* 5. *p.* 165. Debentur etiam annatae, si uacauerit beneficium non morte, sed resignatione *cap.* 1. §. 2. *lit. m.* imo licet ante lapsum unius anni mortuus fuerit, qui soluit annatas, *quia casus nocet facienti.* Contra morosos debitores poenae intenduntur suspensionis, depositionis, excommunicationis *cap.* 1. §. 10. *lit. m.* Si nesciat papa, quantum ferant annui reditus, de specificatione iurata tenentur possessores *cap.* 7. *de annatis in* 7. Praenumerandae sunt annarae, aut dandi fideiussores *c.* 1. *eod. in* 7. quae antecessor non soluit, successor debet *cap.* 2. §. 3. *lit. u.* Vendere potest et locare annatas papa *Calderinus conf.* 22. *p.* 45. Si beneficia statum mutauerint, ut amplius uacare nequeant, papae singulis quindecim annis annatae debentur *c.* 4. *de annatis in* 7. et quae sunt generis eiusdem.

OPVSCVLVM V.

DICA IVBILEORVM,

QVAM
BONIS MENTIBVS,
CIVIBVS PRAESERTIM FRIDERICIANAE,
AD CAVENDAS
IN
SECVNDO IVBILEO EVANGELICO
Die xxxi. Mensis Octobr. cIↄ Iↄcc xvii.
CEREMONIAS ET RITVS
SVO INSTITVTO ET CALAMO
COMMENDAT

I. P. L.

Aduersus secularia coetuum christianorum

Damnauit suo iudicio Lutherus ANNOS SECVLARES uoluitque illos omnino expunctos ex fastis puriorum sacrorum. Neque immerito.

1) iudicium Lutheri,

Cum plures causae noui foederis et puriorum sacrorum, quae ab hoc genere ceremoniarum iure abhorrent. Principio TREDECIM SECVLA numerarunt coetus christiani, antequam limina, arae ac templa ritibus IVBILEI contaminarentur.

2) rei insolentia.

Quo autem iuniora sunt in ecclesiis instituta, eo plus habent merenturque odii, suspicionis, discriminis, formidinis, metus, insolentiae. Quoniam in eo sententiis nostris conuenimus: ecclesiam in peius semper iuisse et a prima simplicitate degenerasse, non autem uersam fuisse in statum meliorem.

3) auctor iubileorum mali nominis anno 1300.

Deinde, qui anno demum cIↄccc. primum seculare edixit in orbe christiano, BONIFACIVS VIII. fuit. Quem pontificem Galliae rex, Philippus pulcher, catholicis licet sacris addictus, adpellauit decessoris sui homicidam, atheum, Simonem magum, hominem nequam, porcum et canem, quo pestilentiorem non uiderit habueritque orbis christianus. Praeterea uaticinium prophetae in uita illius cognitum et apertum fuisse isto aeuo uox populi et, ut ille scripsit, uox dei fuit: QVOD INTRAVERIT SEDEM VT VVLPES (fraudando illa decessorem Caelestinum) VIXERIT VT LEO (insultando omnis orbis principibus sibique tribuendo ecclesiae dominatum) MORTVVS SIT VT CA-

A NIS (ob maleficia occisus). Ipse pontifex, successor, BENEDICTVS, scelera eius non dissimulauit: uerum sustulit uibrata ac sparsa ab eo anathemata. Quid? quod magis est, primus merebatur, a cuius iudicio ac tyrannide sacra collegia, antistites, principes, coetus integri, reges ac principes ad concilium et nouum pontificem solenni ritu adpellarent rogarentque a cardinalibus apostolos aduer-
B sus apostolum. Quem, ex eo tempore, non SANCTITAS, sed FATVITAS et STVLTITIA VESTRA adpellarunt idque usu in Gallia, quod horrendum! curiali. Non hanc dicam egomet ei scribo: sed uiri CATHOLICI et PONTIFICIALES Natalis ALEXANDER, Abraham BZOVIVS, Odoricus RAYNALDVS, qui eius generis loca coaeuorum in annalibus non ausi sunt dissimulare. Quis bonus igitur lau-
C dabile christiani IVBILEI institutum expectauerit a spurcissimo et lutulentissimo parente?

4) primi iubilei blasphemiae.

Res ipsa loquitur, non animas curauit iubilei actor et auctor Bonifacius, sed numos, quod iterum non silent eius temporis historici. Id enim sibi sumpsit ueterator: ut delictorum poenas, seculari hoc anno, remitteret hominibus christianis instar Israelitarum, quos oportuit in anno iubileo manumittere ser-
D uos, gratis reddere agros ac fundos obaeratos, expungere nomina aliena in codicillis, cetera. Quid autem Bonifacius? Ille non de suo fuit liberalis, sed de alieno. Non peccata in se commissa condonauit, sed in Deum, rempublicam, ciuem.

Idque conatu ad omnem audaciam et blasphemiam proiecto. Imperauit scilicet nuntiis coelestibus, angelis, ut illico morem gererent Romanae indulgentiae neque cunctarentur, eorum animas ferre ad sinum Abrahae, quos ipse seculari codicillo instruxisset, ueniae omnis unico remedio. Qui de improbo pontificis uerbo dubitat, is legere potest formulam secularem in pontificialium diplomatum collectoribus Laertio CHERVBINO, Carolo MORONO, Andrea VICTORELLO aliisque scriptoribus argumenti secularis. Sed neque largitio de alieno fuit gratuita Romae, uerum mercenaria, nundinatoria, impudentissimi quaestus. Licet enim diploma Bonifacianum id tantum modo exigere uideatur, ut limina salutarentur Petri et Pauli, diuorum Romae: litteris tamen adnotarunt istius temporis scriptores, quod tantam a peregrinatoribus anni cɪɔccc. coegerit argenti uim pontifex, ut inde ditauerit coenobia, basilicas condiderit, hilarauerit uniuersae Italiae pauperes. Quo ipso pessimum institutum seculare excusare uolunt pontificii aequiores: quod male parta in optimos tamen uersa sint usus. Audaciores ideo pontifices posteri, qui christianorum seculares annos Israeliticis omnino esse uoluerunt similes in largiendo, dissimiles tantum in eo, ut munera non homines priuati, sed loca pia caperent hocque tegumento supremus raperet antistes procurator ac diribitor. Et sane ad felicius emungendum et exenterandum marsupia hominum Christianorum, nouum indulgentiarum genus hoc quoque anno seculari exclusum. Eo enim usque hoc tantum dogma regnauerat in ecclesia nundinatrice: uerti posse a pontifice in census numarios statutas alias poenas ieiunii, uigiliarum, geniculorum, exiliorum a coetibus sacris, flagellorum aliorumque cruciatuum, quibus soli ecclesiae satisfiebat a peccatoribus ad pacandum scandalizatos. Quod, nisi iniquum, tolerabile tamen fuerat in pontifice legislatore, ut eius esset, ecclesiastica supplicia uel gratis remittere, uel loco eorundem, irrogare ac definire mulctam. Quam ipse, quodam sportularum iure, tegumentoque fuisset scriniis uindicaret. Verum enim uero ex his demum limitibus, fractis ita deiectisque, infausto sidere eruperunt dies FESTI SECVLARES. Tum enim primum execranda ac portentosa dogmata in orbem sparsa christianum: anno iubileo pontificem mortalibus subuenire extra ordinem; sacrum recludere et aperire thesaurum; ueniam et indulgentiam largiri omnibus in omni orbe peccatis omnis generis; bullas eiusmodi, horreo scribere, idem posse, quam sanguinem Christi; guttam illius unicam sufficere ad extinguendum uniuersi orbis reatum; reliqui sanguinis diribitorem esse papam ad tollendas etiam poenas aeui huius et futuri in purgatorio; ueniam inde non peccatoribus tantum, sed etiam peccaturis; eum demum felicem, qui mercaretur indulgentias aetatis futurae, cum spes homini nulla alterius iubilei; obmutescere tum oracula aliorum regnorum, ut soli Romano in secularibus sit locus; gratiam redimi posse non sibi, sed aliis, sed mortuis et quae sunt sursum ris eiusdem. O igitur quam bene actum fuisset cum orbe christiano, si nullo unquam tempore auditi fuissent anni iubilei in republica christiana. In quibus tamen sibi sapere uidentur hodieque scriptores purpurati cardinales Iacobus de S. GEORGIO et STEFANIVS, Rutilius BENZON, Sebastianus FABRINI, Antonius SANTARELLI, aliique. Excitarunt haec secularium sacrorum portenta, eodem seculo decimo quarto, testes ueritatis, qui atro calculo notarunt spurcissimi instituti insolentiam. Nam WALDENSES, ALBIGENSES, WICLEFITAE, HVSSITAE et qui his cognata fouerunt dogmata, ut in omni cultu diuino auersati sunt statas et solennes ceremonias, ita etiam a secularibus animum habuerunt alienissimum. Quorum sententia coetibus hic euangelicis eo esse debent commendatiora: quo magis constat, quanti eorum doctrinas fecerint habuerintque LVTHERVS, ZWINGLIVS, BEZA, CALVINVS. Scilicet meo et eorum iudicio, ratio oeconomiae in nouo foedere non uult adligari ritibus ac ceremoniis neque formulis cultus imperati. Omnia enim, Christo auctore, ad pristinam reducta simplicitatem patriarcharum ante legem idque iure postliminii, ubi suo quisque ad colendum numen olim adfectu actus est, non alieno iussu ac instituto. Non locus, non tempora, non coetus quondam definiti, quod in his rerum conditori nullum discrimen. Ingenio Iudaeorum ceremonias indulsit Deus, idque in gratiam praecipue eorum, qui animi imbecillioris, ut sacrorum pretia aestimarent externo adparatu templorum, sacerdotum, uasorum, uestium, instrumentorum, cantuum, feriarum, quarum rerum insignis magnificentia populis paganis in uicinia. Ne autem uerum Israelitam, rectiora doctum et ueteris simplicitatis retinentiorem offendere posset nouitas ceremoniarum: non solum ipse Deus ordinauit singula in iisque etiam minima; sed etiam haec in usus uertit memoriae uenturi seruatoris. Tantum igitur abest, iuris christiani prudentiam leges ferre ceremoniarum: quantum abest, post Christi aduentum opus porro esse uatibus et uaticiniis de futuro seruatore. Clara est iurisprudentia Pauli, iniuriam fieri Christo

5) *nundinationes impudentissimae.*

6) *nouum euangelium excludit iubileum.*

7) *damnata iubilea testibus ueritatis.*

8) *in nouo foedere nullae in sacris ceremoniae statae nedum seculares.*

A sto rituum cultu et feriarum, ne umbram sectemur in luce ueritatis. Inconcinna igitur et nouo foedere indigna sunt iuris

9) argumenta a Iudaeis inconcinna lib. V. extrauag. tit. 9.

pontificialis argumenta in EXTRAVAGANTIBVS titulo DE POENITENTIIS AC REMISSIONIBVS, quod ROMA iubileo digna, quoniam eo olim gauisa sit HIEROSOLYMA. Memini olim paganos obiecisse Iudaeis, frustra illos in sacris reprehendere idola, cum et Hierosolymitanum templum eius generis sit instructum sacris cimeliis. **B** Quod ergo olim his reposuere Iudaei, idem et pontificiis potest regeri: desiderare christiana iubilea praeceptum diuinum, quo autem instructa fuerat respublica Ebraeorum in suis secularibus. Si uero idem etiam institutum quis dixerit christianis proprium: eum oportet etiam fundos gratis reddere debitoribus, seruos manumittere, a cultura agrorum abstinere et in fructuum, sponte nascen- **C** tium, uiuere communione. In quibus ratio omnis et anima uersabatur Ebraici

10) peiores argutiae a secularibus Romanorum.

iubilei. Maior inconsiderantia est eorum, qui ueniam Bonifacio pollicentur a Romanorum annis secularibus. Quasi has ferias, cum Romae delere non posset, uerterit in statum meliorem, christiana scilicet iubilea. Verum qui ita sentiunt, illi multos errant eosque grauissimos errores. Principio enim sustulerunt secu- **D** laria principio statim imperatores, christianis ritibus initiati. Deinde Romanorum secularia non spatia respexerunt centum annorum, sed uitae hominum. Quam alii centum et uiginti, alii paucioribus annis ac numeris definiuerunt. Vt adeo tempora horum secularium incerta fuerint et instabilia. Porro secularia Romae etiam a paganis imperatoribus celebrata iterumque neglecta sunt, praeser- **E** tim si aetas Caesarem habuit auarum, cuius impendiis festi dies fuerant exornandi ac instruendi. Tandem frustra dicitur crediturque, post mille annorum lapsus, aliquem Romanorum pridem antiquati ritus memoria desiderioque tactum

11) pontificiorum scommata emissa in euangelica iubilea.

occupatumque fuisse. Veriores igitur illi in pontificiis, qui iubilea christiana Romanis sacris ita tribuunt, ut iisdem propria cum origo, tum rationes, iura, **F** commoda, compendia, figmenta, quaestus. Neque enim memini uel graecos uel orientalem ecclesiam aliam hoc feriarum genere unquam fuisse contaminatam. Irretorto itaque oculo euangelicorum iubilea pontificii solent hodieque intueri. Loci memini apud GRAMMONDVM, ubi ait: *exagitur anno 1617. apud sectarios euangelicos, iubileum. Sic imitatur homines simia, putidum et infame*

12) iubilei Romae concinati non repurgatae L. encoreae.

G *animal.* Quam censuram aduersus nos utinam non toties excitaremus, quoties ritus et iura sequimur pontificia, a quorum caussis, per sacra repurgata, longe discessimus. Nescimus et improbamus in euangelica catechesi superstitionis plenissimas CONSECRATIONES templorum, arae, calicis, patenae, uestium, ceterarumque rerum, quae ideo pontificiis audiunt SACRAE: sed tamen raptores aut fures earundem damnamus ad ignem, quo expiari debent apud pontificios SACRILEGIA. Expunximus ex elementis nobis credendorum MATRIMONII SACRAMENTVM. Sed quae non in euangelicis tribunalibus regnant hodieque superstitiones in matrimonialibus caussis, pristinae heterodoxias reliquiae? Quis euangelicus in χειροθεσίᾳ quaesiuerit indelebilem, quo pontificii gestiunt, charactērem? Sed tamen nuper uidimus euangelici pastoris DEGRADATIONEM solennem, antequam ultimo daretur supplicio. Templorum OSTIARII non in clericorum numero sunt apud euangelicos: sed tamen his dare solemus clericorum priuilegia et immunitates. Non alunt sacra puriora exorcistas: sed colitur tamen illis exorcismus. Nescimus diuos tutelares euangelici: sed templis nostris hodieque his nominibus conciliare solemus auctoritatem ac honorem. Centum alia adferre liceret in medium, in quibus pontificii cum ratione, sibi proposita, agunt; quae hodieque, praeter rationem, euangelici temere imitantur. Intolerabiliores ea in re ideo, quod primi delirent cum ratione. Quid autem haec ad dicam anni iubilei? Eadem occasio subnata auctoribus pontificiis, notandi mores coetuum euangelicorum, quod ANNVM REMISSIONIS, ita enim notant iubileum, recolant in ecclesiis, cum tamen ex illis omnino proscripserint indulgentias quasque seculares. Illud etiam *13) exolant apud euangelicos iubilea abbreuiata.* non obiter considerandum, quod pontifices, Bonifacii successores, abbreuiare maluerunt aetates iubileorum, quam mortales hoc ecclesiae thesauro destituere, quorum uita adeo longas periodos uel non habet, uel non attingit. QVINQVAGESIMVM principio annum, eumque ex fastis Ebraeorum iubileum: deinde TRICESIMVM quemque, uitae concinnum plerorumque mortalium: tum VICESIMVM quintum: tandem extraordinem, quandoque subuenerunt ecclesiae uel adflictae uel ad nouam erectae fiduciam aduersus haereticos. Cuius anno CIↃ IↃ CXVII. specimen ediderat Roma, quoniam sacra tum liga euangelicos in Germania spe quadam deuorauerat. Nesciunt haec breuiaria et compendia iubileorum coetus euangelici. Quorum ideo angustias rident notantque pontificii et sacras Romae diuitias extollunt, ita superabundantis. Scimus quidem non liberalitatem pontificum, sed auaritiam numeros auxisse iubileorum: si uero nostra iubilea memoriae sunt sacrae repurgationis,

 quid

14) uersa iubilea in eiulatus.

quid impedit, cur nobis non sint anniuersaria? Demum ita etiam impeti solent euangelicorum iubilea, quod res nostrae quotidie in peius ruant; exulent sacra nostra in prouinciis plurimis, ubi olim floruerint; nostra deserant mille transeantque in castra Romae florentis ac triumphantis, utadeo facies purioris ecclesiae plangat ac ploret et iubilea uersa apud nos in eiulatus. In his ergo rerum uerborumque angustiis et argutiis constitutis, quid demum consilii expectandum in feriis, quae instant, iubilei? cum scripta adhuc ferias seculares interdicere magis, quam edicere ac commendare uideantur?

Vsus dictorum.

Verum non eo fine scopulos hos excito, ciues, ut ad illos offendere, sed cauere eosdem debeatis, ne ueritatis ac integrae fidei in his undis ac procellis naufragium patiamini. Scilicet has notas non merentur sacra haec nostra repurgata a labe et eluuie dogmatum peregrinorum. Preces non manibus libamus Lutheri, sed numini diuino damus supplices uoces, quod, tenebris dispulsis, mortalibus reddiderit lucem; quod testes atque nuntii ueritatis, quam olim in uinculis, compedibus, ergastulis, docuerunt, nobis non iam desint in ecclesiis; quod regnet uerbum Dei tot seculis oppressum et humanis institutis pollutum et contaminatum; quod nefas nunc sit in patria uim parare conscientiis; quod alma pax illis sit conciliata, aduersus quos crucem, diras et mala uerba spirarunt leges Romae nouae, cetera. Atque ita neque in manes neque in uerba peccatur Lutheri. Deinde ut anniuersaria inueniuntur in antiquissimis primae ecclesiae fastis: ita memoriam recolendo nouissimae sacrorum repurgationis mores necquicquam migramus ecclesiae primigenios. Porro non obtruduntur hae feriae inuitis: sed principis uos uirtus excitet, qui diuinioribus musis haec otia fecit. Vos etiam, non uestra requirunt, qui festo hoc die uobis impertiunt insignia salutaris repurgationis momenta. Non hic alii uobis thesauri laudantur ad ueniam et fidem, quam Christus et uerbum DEI. Porta coeli non aperitur et fingitur manibus in hoc seculari: sed pectora uestra formantur ad suscipiendum regnum DEI. Quo sensu omnia tempora uobis esse queant secularia. Quae ueritas testatissima aduersus aureos Romae malleos ac muros seculares. Non temporis solennia uestrae prosunt saluti: uerum Christo data fides, precibus, hymnis, suspiriis, laudibus ac gratiis comprobata. Non tuba secularis, non liberatio aeris ac nominis, non pignorum gratuita restitutio, non manumissio seruorum ad uestram proponitur aeternam salutem, quae instituta salutaria fuerunt Ebraeis. Abest ab hoc

A adparatu et pompa dies secularis, qui nobis est indictus. Fidei ac integrae mentis diuitiis gaudent coetus christiani, non ad magnificentiam compositis instructisque parietibus et aris. Neque has fortunas inuidemus illis, qui Dei cultum adfectant in oculis ac sensus incurrentem, ut oculi, aures, nares pascerentur, quod pabulum naturae est, non gratiae et spiritus, qui sola pectora requirit **B** agitque, non sensus externos. Vt uero a multitudine coetuum et praepotentia pretium nullum accipit formula fidei christianae, cui potius propria sunt humilitas, despectus, parui numeri, angustiae, mendicitas, CHRISTI et apostolorum symbola: ita nihil eorum nostros interpellabit aut franget hymnos iubileos, quos etiam in compedibus et uinculis recitarunt martyres primae ecclesiae. **C** Vecordissimarum est mentium, per sacras formulas quaerere huius seculi fortunas, opes, purpuram, uires, quas qui spernere et flocci facere nescit, eum coelesti ac aeterna sorte sacrae litterae habent indignum. Imo illud diuinae laudis nouum argumentum: quod uigeat apud nos floreatque ueritas euangelii, luceant arae, personent aedes ac templa uoce ac uerbis non ad pompam, sed cul- **D** tum pietatemque compositis, sine ullo armorum, turbarum, offensionis periculo ac metu. Quae gratia eo maioris esse debet nobis nostrisque: quo plures numerantur prouinciae, in quibus lumina haec, quae ante duo secula radios sparserunt suauissimos, oppressa, extincta ac deleta sunt nilque superest eorundem, quam tristis rei ablatae ac perditae memoria. Ingrati tamen in numinis aeter- **E** ni prouidentiam, nisi etiam casuum uiueremus memores, quos deus ab euangelicis coetibus benignissime auertit, subringente Romano pontificatu. Magnae BRITANNIAE regna nunc milite, iterum numis, mox intestinis morbis ac motibus, uicini deinde hostis auxiliatrice manu, demum foetibus suppostitiis ac puerperiis requisiuit curia Romana, ut rerum censuumque Petrinorum ite- **F** rum potiretur, quibus per sacra puriora excidit, lapsu omnium, quos unquam passa est, grauissimo. Sed auerruncauit tela, ferrum, insidias, morbos, bella, foedera, pericula domi ac foris Deus atque seruator noster; ac trigae horum regnorum principem Germanum dedit excitauitque et euangelicorum ita fidei ac formulis consuluit non foris solum, uerum et in ipsa patria nostra, eoque magis, **G** quo certius est, BRVNSVICENSEM familiam regalem in Germania quoque auctus ac incrementa inde coepisse. SVECIAE principes regales suis quoque opibus tentauit Roma traxitque in suos ritus; regni autem ordines eo prouiden-

Numinis prouidentia in sacris purioribus

a) Britanniarum.

b) Sueciae.

uidentiores fuere, ut ideo in formulam regem ueri timore numinis; sacrorum coirent, alium nulla aetate regem esse agnoscendum, quam euangelicum. In

c) Galliae, GALLIA quidem euangelicorum sacrorum facies tristissima: sed puriores coetus ac homines, inde proscripti, solum, quam sacra, uertere maluerunt. Inde accesserunt nostrae Germaniae praesertim, non sine ingenti nostrae reipublicae incremento. Cum sit testatissimum, in hoc exilio litteras, artes, operas, opes, numos, disciplinas, uirtutes, dotes insignes e Gallia in Germaniam, felici sidere, transmigrauisse atque a Germanis tot rerum genera suscepta et culta esse, ut iam nunc in ipsis Germanis nata esse uideantur. Et quam quaeso seduli fuerant Romani in cogendis sacris in

d) Hungariae, e) Silesiae, Hungariae, Bohemiaeque regnis atque his adnexis principatibus? Vis tamen et prouidentia diuina restitit his conatibus, nunc aperte, iterum per latus aduersus

f) Germaniae, puriorem gregem paratis. In media Germania pariter ire possem per singulas fere prouincias et indicare uestigia uigilantis et prouidentis Dei pro euangelicae formulae conseruatione. Senserint damna quaedam prouinciae ac coetus; deseruerint aliqui nostras stationes; imperantium etiam sedilia et sellae uacent in quibusdam basilicis, quas olim exornauerat familia principalis; doleant quidam populi haec fata: leuatur haec iactura solatio, quod homines lapsi, non prouinciae, non ecclesiae, quae culpa uacant; quod rectiora professos tueantur publicae pacis tabulae, foedera, purioris symboli ac religionis palladium. Atque hoc demum ab insultibus et machinis aduersae partis saluum esse, nostris fatis est triumphis et gratiis. Laudis diuinae illud argumentum sufficit nostro gregi; quod etiam nunc impune liceat esse euangelico. Sed o ciues uertite oculos in principem meum uestrumque,

g) Porussiae. Porussiae regem, illum euangeliei orbis ocellum lucidissimum. Instruxit Deus

A regem ueri timore numinis; sacrorum cultu mundo ac integro; aequi et recti cura indefessa: exercituum cum robore tum numeris, patriae, omni memoria, inauditis; frugalitate singulari et admiranda; opibus: pace belloque insigni adparatu; foederibus et amicitiis aliorum, quorum animos conciliauit temperantia, aliena longe a cupidine habendi aut inuidendi alienis. Sub hoc sce-

B ptro agimus et iubilamus in hoc bonarum mentium domicilio purioris doctrinae et scientiarum alumni, feliciores in eo aliis, quo, post deum, nobis praesidia firmiora aduersus conscientiarum tyrannidem ac uim. In his fortunis defigemus animos repurgationis et conseruationis puriorum sacrorum participes, socii, consortes. Qui enim causas secularium feriarum in solius Luthe-

C ri nomine ponunt et diuinum opus illius tantummodo meritis, operis ac litteris metiuntur, illi tribuunt optimo uiro, quod ipse sibi non sumsit. Ab iniuria non absunt eius collegarum et synergorum atque limites iusto angustiores statuunt EVANGELICO iubileo. Deus nobis haec otia fecit. Eius omnia danda sunt prouidentiae ac bonitati; non Paulo, non Apollini aliquid tribu-

D endum; abhorrent uiri diuini a sectis Paulinorum et Apollinistarum. Ipse Lutherus, uir prudens ac grauis auctor suis dissuasorque fuit, ne sub nomine illius uel coetus cogerent uel agerent ferias, multo minus seculares. Ab hac labe et scabie qui omnino purgauerit mentem, is demum nouo foedere non indignum diem celebrabit IVBILEVM: alia ratione neque nunc neque olim,

E quod Deus ita iubeat, necquicquam ornandum ac honestandum in FRIDERICIANA. Quod posteris bona mente diuino ac uoueo eius doctor ac PRORECTOR. Scripsi in Fridericiana die VI. Kalend. mensis Nouembr. anni cIↃ IↃCC XVII. euangelicis iubilei.

TOMI II. LIBER IV.

DIFFERENTIARVM IVRIS

ROMANI ET GERMANICI.

OPVSCVLVM I.

IN TITVLO IMPERIALI.

mense Apr. an. cIↃ IↃCC XII.

RATIO INSTITVTI.

Praestat patrii et Romani iurium dissensus docere, quam cogere illa in harmoniam.

Patrii et Romani iuris doctores harmonici. A*Dhuc in eo studium posuere ICti, ut Germanici iuris cum Romano haberent conuenientiam (aa) et, nescio fere ex qua causa (bb), efficiant harmnoiam.*

 (aa) Ne-

§. I. §. I.

ICti Germani miscent Romana iura cum Germanicis, constat hoc 1) exemplis uniuersim Giesebertι, Schilteri,

(*aa*) Neque enim alium ICtos animum adferre ad explicanda cum *Germanica* iura uniuersim, tum *statuta* singularium prouinciarum, ex rationibus conficit exemplisque. Hoc certe instituto scripsit *Iustinianum harmonicum* et illa *statutorum pericula* HENRICVS GIESEBERTVS. Ipse etiam SCHILTERVS, quamuis admodum curiosus fit uetustiorum Germaniae legum inuestigator, in deliciis tamen habet *Teutoniae Latiique* in iure frequentiores concentus. Legum uero prouincialium interpretes hac in re liberius quodammodo peccant. Ita *Saxonici* iuris REINHARDVS et FACHSIVS *differentias* scripsere, sed tunc demum fecere discrimen, ubi ratio aperta obstitit, quo minus fingerent Saxonici et Romani iuris, quem sibi proposuerant, concentum. Neque melior illis CARPZOVIVS et posteri ICti Saxonici alii. Quo enim illi recentiores sunt, eo hic peccant audacius, pristinarum patriae consuetudinum uel pertaesi uel tantum non prorsus ignari. Idem fere iudicium merentur iureconsulti prouinciarum Germaniae aliarum.

sigillatim 1) Saxoniae Reinhardi, Fachsii, Carpzouii,

2) *Austriae* In AVSTRIACIS *Weingarten*, *Finsterwalder*, *Suttinger*, *Reuter*, *Walther*,

3) *Bohemiae* *Schwarzenthaler*; in BOHEMICIS *Kyblinus*, *Apthalmius*, *Cranerus*, *Weingarten* et nouissimi temporis anonymus auctor *extractus iuris prouincialis Bohemici*;

4 *Silesiae.* in SILESIACIS *Weingarten*, *Henelius* et quem musula mea ineditum adseruat,

5 *Brandenb.* Schickfusius; in MARCHICIS *Distelmeier*, *Scheplizius*, *Pruckmannus*, cuius uolumen consiliorum ineditum hereditario iure apud Saxonici electoris administrum Reinhardum, porro *Coepen*; *Mullerus*; *Koblius*; *Brunnemannus*: in

6. *Anhaltini.* ANHALTINIS *Coepen* et Philippus *Zepperus*, cuius ad principatus Anhaltini *ordinationes prouinciales 1647. 8v. Halae* impressa commentatio: in BOICIS Ioh.

7. *Boioriae.* Henr. *Herwarthus*, Ioh. Franc. *Balthasar*, Arn. *Rath*, Georg. *Widemann*, *Manzius*, *Khraisserus* et qui omnium instar est, Ioh.

8 *Sueuiae.* *Schmidius* L. B. ab Hafsbach: in SVEVICIS *Besoldus*, *Lindenspur*, *Harprecht*, *Plebstius*, *Lauterbachius*, qui iura Wurtenbergica et Badensia commentariis illustrarunt, *Wehnerus* item ad Rothweilensia, *Schneiderus* ad processum iudicio-

9 *Franconiae.* rum imperialium Sueuiae: in FRANCONICIS Petrus Roderic. *Demerath* in differentiis iuris Franconici et communis, *Wehnerus* in consiliis, Iustus *Veracius* ad consuetudines Bambergenses et ad Noribergenses Hieronymus *Wurfbein*, *Pachelbelius* in diuersis de Noribergensi

10 *Hassiae.* Burggrauiatu editis opusculis: in HASSIACIS *Vultejus*, *Goeddeus* aliique Marpurgensium consiliorum auctores: in

11. *Westphal.* WESTPHALICIS *Crusius*, *Gryphian-*

12. *Pagi Rhenensis.* *der*: in RHENENSI prouincia *Coccejus*, *Textor*, *Freherus* ad consuetudines Pala-

A tinas; Georg. Iacob *Schuze* ad statuta Francofurtensia; *Tabor*, *Obrecht*, *Bernegger*, *Biccius* ad Argentoratensia: in CLIVICIS *Feltmannus* et Melchior

13. *Cliuiae.* *Voets* ex instituto *ad ordinationes Iuliacenses*: in SAXONIA inferiori *Clam-*

14. *Saxoniae inferioris* *merus*, *Habnius*, *Engelbrechtus* ad capita iuris Brunsuicensis, Hardewig a *Dassel* ad consuetudines Luneburgicas, *Meuius*, *Sibrandus*, *Morius*, *Bilderbek* ad ius Lu-

B becense: in MECKLENBVRGICIS

15. *Meklenburgi.* *Cothmannus*, Henricus *Michaelis*, *Wollenbergius*, Thomas *Lindemannus*, *Kleinius* et nouissimus scriptor Petr. *Tornouius*, qui iura feudalia isthac tractat methodo, tantum non ubique uulgari: in HOL-

16. *Holsatiae.* SATICIS *Mauritius*, *Fuchsius*, Thomas *Iungius* in differentiis iuris Ditmarsici et communis, *Giesebertus* in periculo statutorum iuris Ditmarsici cum iure com-

C muni: in POMERANICIS *Meuius*,

17. *Pomeraniae.* *Cothmannus*, *Brunnemannus*: in PO-

18. *Porussiae.* RVSSICIS Georgius *Gruben*, in aliis forte alii, quos musae meae non possident. Quorum fere omnium idem hoc institutum est, ut in libris suis *Germanici* et Romani iuris dissensus habeant quam rarissimos. Haec de exemplis.

RATIONES, QVARE IVRIS ROMANI ET GERMANICI EXCOGITATA HARMONIA? Error 1) quod patriae LL. laedere non debeant ius Romanum. Quod confutatur.

(*bb*) Qui uero factum sit, quare uno hoc morbo omnes fere laborauerint patriae

D iureconsulti, ut nostrorum cum Romanis moribus animo excogitatos concentus mallent, quam candidos et apertos sese inuicem dissensus: id quidem est, quod nunc summatim indagabimus. *Principio* illos hae *regulae iuris* deceperunt: *omnia statuta, iuri communi aduersa, esse stricti iuris*, ita *doctores* ad c. 8. *cum dilectus X. de consuet.* porro; *sic statuta explicanda esse, ut ius commune minus laedatur*,

E id quod etiam de *Saxonicis* statutis affirmare non dubitat CARPZOVIVS *part. 3. dec. 295. n. 21* idemque *in practica crim. part. 2. q. 53. n. 28*. Verum enim uero erratur hic multifariam. Regula namque uera est in statutis illorum locorum, quae iuri Romano parent ob potestatem legislatoris, uel quae, consuetudinibus propriis sublatis, legibus Romanis subscri-

F psere. Neutrum absque iniuria dicitur de patria nostra. Non *primum*, quia Romanae leges nos obligant ex libera *receptione*: non *alterum*, quia Romanae leges a nobis receptae sunt, saluis pristinis patriae consuetudinibus, necquicquam uero illis uel latum unguem inde restrictis. Vnde uellem, hoc glaucoma dispelleremus Germani, quod fora, curias, scholas iudiciaque nostra adhuc occupauit. De Gallis Petr. STOCKMANN. *in decis. Brab.*

G *1. n. 4 in Gallia disputatum inter duos praesides Petr. Lizetum et Christoph. Thuanum, an consuetudines Galliae strictae interpretationis, an latae et ad similia productio, quamuis a legibus dissentiant Romanis.* Vid. *Coquille* in praefat. ad consuet. Niuer-

§. 2. 3.

Error 2) patriae consuetudines ex Romanis LL. explicandas.

uetuenfes. Tantum refert ea in re fibi fcholas et fora rite recteque conftare. *Deinde* credunt ICti etiam Germani, *patriae ftatuta explicanda effe ex legibus Romanis l. 2. C. de nox. act.* GAILIVS *lib. 1. obf. 50. n. 5.* iterumque CARPZOVIVS *pract. crim. part. 2. quaeft. 65. n. 36.* Sed peffimum hunc in noftratibus errorem non meis uerbis caftigabo, fed interprete utar maximae auctoritatis ICto, MEVIO *ad ius Lubecenfe* pr. qui ita ratiocinatur: *eft aberrandi caufa, quod ICti, defectum patrii iuris explere uolunt per iuris Romani leges: non intelligentes, harum rationes ab illius regulis et rationibus multum diftare, ideo inepte adplicari. Neque magis ex iftis noftra explicare, quam ex priftinis Romanorum inftitutis immutatam reipublicae formam regere et definire uelle. Praeterea* dolet in ICtis idem MEVIVS *loco eodem*, quod illi hofpites in patria fint, peregrina tantum in fcholis docti; quod nullum ex rationibus, reipublicae noftrae propriis, habeant lumen; quod animi eorum praeiudiciis Latii fint occupati; quod nolint dedifcere; quod nefciant, ex principiis diuerfis, diuerfas gigni conclufiones; quod non uideant, fuum cuique populo pulchrum et quae funt generis eiusdem, quae prolixius tractare nolo, ne iufto maius ueftibulum effe uideatur.

Error 3) patrii iuris ignorantia.

Maioris operae funt diffenfus.

§. 2. *Verum ab illorum inftitutis noftrum eft diverfiffimum. Id omne potius occupatur in iurium Germanici et Romani eruendis diffenfibus (cc) atque differentiis. Quod operis eft longe difficilioris et magis impediti.*

Quare malim differentias.

(*cc*) Inftitueram principio, opufculum adpellare uerbo *collationis* legum patriae et Latii. Sed mutaui inftitutum et uocem fubftitui *differentiarum*. Vt primo intuitu intelligeretur, longe alium mihi in lucubratiuncula mea fcopum praefixum effe, quam illis, qui *patria iura* fe explicare fcribunt, reuera autem loculos excutere folent iuris Romani commentatorum adeoque infcriptionem temere mentiuntur. Abfit uero, ut otium et tempus perdam, in crambe toties recocta.

Qui noftrae funt arenae.

§. 3. *Ita uero cum fcholis (dd), tum curiis (ee) magis confultum iri exiftimamus, exemplo extraneorum regnorum, quorum inftituta hic imitamur.*

De patrii iuris profeffore peculiari.

In Suecia.

Anglia.

(*dd*) Alia regna prouida hic magis funt. Ne enim *Romanae* tantum *leges* auribus perftrepant academicae iuuentutis: peculiares alere folent in academiis *patrii iuris profeffores.* De SVECIS et figillatim de *Aboenfi* academia teftis eft *Ioh. O.* STIERNHOEK in pr. *de iure Sueonum et Gothorum uetufto*, qui *patrii iuris profeffionem* ipfe aliquandiu fuftinuit. ANGLORVM eadem hic inftituta eo magis nota funt, quo uehementiora inter Romani et Anglici iuris profeffores ibi funt diffidia. De quibus querelarum longam feriem habet *Arth.* DVCKIVS *lib. 2. de auctorit. iur. ciu. c. 8. §. 31. 32.* Scilicet Anglicana iura doctos fpartam profefforum iurisprudentiae Romanae contemnere, quafi otium perderetur in rebus peregrinis, neque illi meliores fint antiquariis philofophis: ex aduerfo contendere ICtos Romanos, quod Anglicarum legum doctores definant effe in numero eruditorum extra Angliam. Quas lites ita componere uoluit *Iohan.* COWELLVS *in praef. ad inftitut. iuris Anglicani;* ut magnam crederet utriusque iuris harmoniam. Quamuis auctor ita apud utriusque generis ICtos fibi contraxerit inuidiam et aemulationem. DANOS praeterea *patrii* et *Romani* iuris profeffiones inuicem diftinguere, inftituta academiae *Hafnienfis* produnt, in quo hodieque *Danici* tantum iuris fpartam figillatim fuftinet regis hiftoriographus. Qua itaque ratione *Germanici iuris* profeffor in noftris defideretur academiis, iudicent alii. Mihi certe optime confuli uidetur iurisprudentiae, fi doctores iuris elementorum Germanica cum Romanis coniungant et folliciti fint, ut iuuentuti principio ftatim conftet; quid in curia ac fchola *Romanis* debeamus, quidque *Germanis.* Id quod noftri, quantum fieri poterit, erit inftituti.

Danis.

Curiae abhorrentia patriae LL. commixtione cum Romanis, exemplo

1) Hifpandarum.

(*ee*) Nam quarundum rerumpublicarum haec inftituta funt, ut fine crimine non liceat adlegare leges peregrinas. De *Hifpanis* teftatur Antonius de ROSELLIS *part. 5. monarch. c. 14. p. 543.* ubi utitur his uerbis: *Inter alios rex Hifpaniae fecit legem, quod quicunque adlegat legem imperii Romani in iudicio, capite puniatur.* Ne quis ufu falleretur iuris Romani crederetque Hifpaniam Romano etiamnum imperio fubeffe. Idem fcribunt SALAS *de legib. quaeft. 95. difp. 7. fect. 8.* SVAREZ *lib. 3. de leg. hum. §. 8. n. 4.* ANGLIAE quidem regnum et olim abhorruit a legibus Romanis abhorretque adhuc. Quamuis enim *Arth.* DVCKIVS *lib. 2. part. 3. §. 5.* ex aduerfo contendere audeat atque in partes uocet SELDENVM *ad Fletam* cap. 9. teftatiffimum tamen eft, illum partium ftudio correptum fcripfiffe. Id enim egit, ut auctoritatem Romani iuris ab Angliae ICtis fpretam, ad fidera usque extolleret

2) Anglorum.

§. 3. 4. leret proferretque limites illius uersus harmoniam. In quo etiam numero sunt orbem uniuersum. Verior itaque SPELMANNVS, *Cowellii* harmoniam *Romani* et *Anglicani* iuris, quam in suis *institutionibus* sibi proposuerat, adeo displicuisse ait reipublicae, ut auctorem custodiae dederit, libris eius apud malam crucem combustis. Ne scilicet utraque iura inuicem

3) Suecorum. commiscerentur. SVECIA a Romanis legibus tantopere est aliena, ut etiam aduocatos indulgere recuset partibus, ne illi Romanae iurisprudentiae uinculis controuersias in iudiciis irretirent, ipse *Duckius lib. 2. c. 14. §. 7.* Imo *Stiernboekius lib. 1. c. 1. p. 7.* illud pro causa habet, quod uetustiora Germaniae iura, quae in Suecia supersunt, in Germania obliterata sint, cum illa oppresserit peregrinarum legum auctoritas. Idem certe iudicium

4) Danorum. de iurisprudentia Daniae ferendum, quae nullum praesidium accipit ex iure Romano, cui in iudiciis nullum prorsus tribuit locum, ne patriae instituta infieerentur legibus Romanis, magna et pestilenti iuris utriusque perturbatione. Imo, quod magis est, Dani in crimen uocant, si quis ad legem Romanam in iudiciis prouocauerit. *Codex iuris Danici Christiani V. Danske low Hafniae* editus *1683. 4.* claris uerbis in praefatione p. 25. Paria quoque ob causam eandem habet *codex Norwegici iuris Christiani V. Norske low Hafniae* editus *1677. in 4t.* Vt adeo utrique populo DVCKIVS iniuriam faciat manifestam, qui *lib. 2. cap. 13. p. 455.* contendit ex aduerso. Quamuis enim Romana iura in Daniae academiis et olim docta sint doceanturque etiamnunc: curiis tamen iudiciisque nihil cum scholis hic est commune, ut adeo Duckius utrumque frustra

5) Lithuanorum. inuicem commiscere uideatur. LITHVANI legibus, sua lingua scriptis uiuunt. Hae cum prorsus singulares sint nilque uel cum Romanis uel cum principatuum uicinorum iuribus habeant commune: factum est ante aliquot annos, ut, in gratiam maxime Porussorum, illae in Lati-

6) Polonorum. nam linguam transferrentur. POLONI quondam uixerant iure Magdeburgico, sed *Duckius* coniectatur *lib. 2. cap. 11. §. 9.* Romanis apud illos legibus aliquam esse auctoritatem. Verum ex quo Poloni in regno uniuerso Magdeburgica sustulerunt: uiuunt nunc uel suis iuribus uel magistra tantum ratione. Vt taceam, illo tempore, quo Magdeburgica instituta Poloniae foris probata sunt, Romani iuris in Germania uel minimam uel nullam fuisse auctoritatem. Ceterum nulli possumus negare, plerosque Poloniae ICtos in hoc sibi placere, ut in libellis suis, Polonici et Romani iuris concentus ostendant et inuita plerumque Minerua coactam

harmoniam. In quo etiam numero sunt §. 3. 4. DRESNERI *centuria similium iuris Polonici et Romani* et *Andreae* LIPSKII *obseruationes practicae ex iure ciuili et canonico ad usum curiarum Poloniae* atque alii generis eiusdem. Cuius certe perturbationis causa non alia est, quam quod 1) Poloni patrii iuris professores non habeant 2) doceantque in scholis ius Romanum, 3) imo doctores legum Romanarum adpellent, 4) priuilegiisque ornent adpellatos nobilium regni. Polonica autem iura iuuenes ac uiri usu addiscunt, pro- ptereaque mature operas addicunt suas *cancellariae* et forensibus negotiis. HVN- 7) Hungarorum. GARIA licet paruerit quondam Romanis, nulla tamen Romani ibidem iuris auctoritas. Quae enim patriae institutis atque moribus definita non sunt, illa ratione tantum duce expediuntur, neque uerbo prouocare licet ad legum Romanarum decreta. Cum tamen legislatores Hungari Romanae iurisprudentiae gnari fuerint: mirum non est iuris Hungarici cum Romano in quibusdam argumentis offendi harmoniam. Cuius periculum dissertatione academica fecit *Tabor*, ICtus Argentoratensis, quae edita est an. 1651. inscriptaque, *collatio iuris Hungarici et Romani.* Ceterum Hungariae legum codicem, iussu *Vladislai* regis, conscripsit *Stephanus de* WERBOECZ, *praetor regius*, cuius Triboniani, hunc enim in flosculis ad nauseam imitatur, institutiones iuris Hungarici rex postmodum sua fecit atque publica sanctione confirmauit anno 1514. Quod tamen Werboecziana epitome compilata esset ex regum Hungariae decretis, illa quoque huic iunxit, *tomis duobus*, ut adeo opus uniuersum duo uolumina absolueret, edita *Viennae 1585.* iterumque an. 1628. f. Nostro aeuo liber hic, quam utilis esset, rarus tamen fuit, praeter omnium uero spem, nemo enim crediderat, ferre haec tempora posse publici in Hungaria iuris uetustiora monumenta, idem opus Werboeczianum *Tyrnauiae* iterum prodiit *an. 1696. f.* et longe quidem auctius. Nam codex decretorum ad nouissima usque tempora est continuatus, annum scilicet 1687. Ceterum etiamnunc *Altdorfi* aliquis Hungarus nouum meditatur huius argumenti libellum. Titulus an. 1710. editus est hic: *iuris Hungarici priuati institutiones tripartitae in 4t.* Sed, quae egomet uidi, illa mendis scatent indignis tanto argumento. Aliorum iuris Hungarici scriptorum notitiam habes apud *Czuittingerum pag. 36. in adpendice Hungariae litterariae.* Cuius opusculi auctorem commendant industria, ordo, candor fidesque.

Scholis u- §. 4. *Iurisprudentia certe siue forensis siue scholastica sit, ab opinianum discre-*

§. 4. *discrepantiis liberabitur (ff); si primo statim constet (g) intuitu, quid in illa* §. 4.
tiles et curiis. *moribus patriis (gg) debeatur, quidque legibus peregrinis (hh).*

Germanica iuris scopae dissolutae.

(*ff*) Quod in ipsa iuriaprudentia Romana desideratur, diuersissimarum scholarum eam habuisse magistros fierique ita non potuisse, ut omnia cohaererent, quantum abfit, ut Stoici Epicureis, utrique Platonicis aut Peripateticis ullo unquam tempore conuenerint: eius certe querelae in iure nostro nunc grauior causa largiorque est. Postquam systemata et doctores diuersissimarum rerumpublicarum leges institutaque consarciunt, pessima ordinis rerumque perturbatione. Nunc illis Vlpianus loquitur, nunc Tribonianus. Studia eorum uagabunda nunc in Lario sunt, iterumque in Germania. Caesaris et papae multa searum ratio et discrimina fere perpetua: sed nostri ICti non dubitant, in uno eodemque argumento et canones conquirere et imperatorum decreta. Non ergo ius, sed iurium centones habemus. Horrida Themis inque Germanis parum felix, cui uestimentum ex tot tamque diuersis panniculis consarcinarunt, ut orbis regina uersari uideatur in infima mendicitate. Ex qua tum demum emerget, si dissoluanrur scopae, pateatque discentibus, quo singula loco et classe reponenda esse uideantur.

(*g*) Haec enim causa est, quare singula diuersi iuris argumenta *thesibus* incluserimus breuissimis atque ex aduerso sibi oppositis, ut luculentius faciliusque possint inuicem internosci.

(*gg*) Siue illa nostri aeui, siue uetustioris, siue in hac, siue in alia supersint prouincia. Extraneorum certe etiam regnorum instituta nobis hic prosunt, praesertim Anglorum, Danorum et Suecorum, quae gentes originis nobiscum sunt eiusdem. Vndique enim conquisita haec iura, mirum, quam concinna sint et quantopere sibi respondeant.

(*hh*) Praesertim illa hic argumenta intelligo, quae iuris positiui sunt, non quae rationem unice habent magistram. Vbi enim Romana iura ob solam rationis uim sequimur, ibi periculum nullum est alicuius inde perturbationis. Dummodo ratio sibi relinquatur, neque glaucomate occupetur praeiudiciorum aut praeceptarum opinionum. Eo certe magis nobis cauere debemus ab hoc genere insidiarum, quo plures illis incaute irretitos fuisse deprehendimus. Ita multi se rationem sequi, aiunt, qui rationem non habent sibi relictam, sed infectam uitiatamque Romanarum legum auctoritate.

AD INSTITVTIONVM IVSTINIANI PROOEMIVM.

DIFFERENTIA I.

Aduersas leges philosophantes.

Differ. I. Leges ἀνυπροοίμιοι. **L***Eges Romanae gaudent prooemiis (aa): a quibus aliena est Germanici iuris simplicitas (bb). Ratione, nostro iudicio, magis consulta (cc). Quicquid alii senserint ex aduerso (dd).* §. I.

Leges Romanas prooemiorum rationumque habuisse ambages, docetur.

(*aa*) Id non solum intelligitur ex hoc *institutionibus* facto prooemio, quod aliquatenus tolerari posset, cum doctoris hic munere simul defungatur legislator §. 7. *prooem.* sed etiam ex *pandectarum, codicis* et *nouellarum* praecipuae libris. Vbi singulae fere leges oneratae sunt eius generis scholastico adparatu. Nunc e longinquo adducitur occasio, qua lex sit lata: nunc in elogiis ambages, quibus ad nauseam extollunrur ipse legislator, tum illi, qui huic legem suggesserunt: nunc commendatio legis ab utili, ab honesto, a simili, ab exemplo, a contrario et topicis argumentis, nescio quibus, dignioribus certe ad suadendum, quam imperandum: nunc rationum in utramque partem molesta disputatio, enumeratio sectarum, opinionum, quasi haec instituta essent umbratilia et scholae magis data, quam uitae: saepe etiam in grammaticia quaestiunculis diuerticula inania, pueris aptiora, quam ciuibus reique publicae. Atque his figuris, anfractibus et laqueis tantopere impeditae et irretitae sunt leges Romanorum: ut non subdiris; sed hominibus in umbra et otio datae esse uideantur. Causas si cogito, has perspicio coniecturis. *Principio* Romanae iurisprudentiae maxima pars tum nata fuit, cum formula imperii esset incerta et diuersa gliscerent studia populi. Siue igitur *senatus* iura diceret, siue *tribuni*, siue etiam *praetor*, aut *aediles* aliquid uellent immutatum, omnibus certe curandum fuerat cauendumque, ne iura noua populo essent suspecta. Inde rationum argutiae, quibus huic glaucoma obduxerunt, ut crederet, leges non ab imperio proficisci, aut secum ferre aliquid plebi praesertim minus salutare, sed comites secum habere rationem et publica

1) Vnde desumti LL. circuitus?

1) causae circuitus,

a) studia plebis diuersa,

§. 3. 4.

leret proferretque limites illius uersus orbem uniuersum. Verior itaque SPELMANNVS, *Cowellii* harmoniam *Romani* et *Anglicani* iuris, quam in suis *institutionibus* sibi propofuerat, adeo displicuisse ait reipublicae, ut auctorem custodiae dederit, libris eius apud malam crucem combustis. Ne scilicet utraque iura inuicem commiscerentur. SVECIA a Romanis legibus tantopere est aliena, ut etiam aduocatos indulgere recuset partibus, ne illi Romanae iurisprudentiae uinculis controuersias in iudiciis irretirent, ipse *Duckius lib. 2. c. 14. §. 7.* Imo *Stiernhoekius lib. 1. c. 1. p. 7.* illud pro causa habet, quod uetustiora Germaniae iura, quae in Suecia supersunt, in Germania obliterata sint, cum illa oppresserit peregrinarum legum auctoritas. Idem certe iudicium de iurisprudentia Daniae ferendum, quae nullum praesidium accipit ex iure Romano, cui in iudiciis nullum prorsus tribuit locum, ne patriae instituta inficerentur legibus Romanis, magna et pestilenti iuris utriusque perturbatione. Imo, quod magis est, Dani in crimen uocant, si quis ad legem Romanam in iudiciis prouocauerit. *Codex iuris Danici Christiani V. Danske low Hafniae* editus *1683. 4.* claris uerbis in praefatione p. 25. Paria quoque ob causam eandem habet *codex Norwegici iuris Christiani V. Norske low Hafniae* editus *1677. in 4t.* Vt adeo utrique populo DVCKIVS iniuriam faciat manifestam, qui *lib. 2. cap. 13. p. 455.* contendit ex aduerso. Quamuis enim Romana iura in Daniae academiis et olim docta sint doceanturque etiamnunc: curiis tamen iudiciisque nihil cum scholis hic est commune, ut adeo Duckius utrumque frustra inuicem commiscere uideatur. LITHVANI legibus, sua lingua scriptis uiuunt. Hae cum prorsus singulares sint nilque uel cum Romanis uel cum principatuum uicinorum iuribus habeant commune: factum est ante aliquot annos, ut, in gratiam maxime Porussorum, illae in Latinam linguam transferrentur. POLONI quondam uixerant iure Magdeburgico, sed *Duckius* coniectatur *lib. 2. cap. 11. §. 9.* Romanis apud illos legibus aliquam esse auctoritatem. Verum ex quo Poloni in regno uniuerso Magdeburgica sustulerunt: uiuunt nunc uel suis iuribus uel magistra tantum ratione. Vt taceam, illo tempore, quo Magdeburgica instituta Poloniae foris probata sunt, Romani iuris in Germania uel minimam uel nullam fuisse auctoritatem. Ceterum nulli possumus negare, plerosque Poloniae ICtos in hoc sibi placere, ut in libellis suis, Polonici et Romani iuris concentus ostendant et inuita plerumque Minerua coactam

3) Suecorum.

4) Danorum.

5) Lithuanorum.

6) Polonorum.

harmoniam. In quo etiam numero sunt DRESNERI *centuria similium iuris Polonici et Romani* et *Andreae* LIPSKII *obseruationes practicae ex iure ciuili et canonico ad usum curiarum Poloniae* atque alii generis eiusdem. Cuius certe perturbationis causa non alia est, quam quod 1) Poloni patrii iuris professores non habeant 2) doceantque in scholis ius Romanum, 3) imo doctores legum Romanarum adpellent, 4) priuilegiisque ornent adpellatos nobilium regni. Polonica autem iura iuuenes ac uiri usu addiscunt, praetereaque mature operas addicunt suas *cancellariae* et forensibus negotiis. HVNGARIA licet paruerit quondam Romanis, nulla tamen Romani ibidem iuris auctoritas. Quae enim patriae institutis atque moribus definita non sunt, illa ratione tantum duce expediuntur, neque uerbo prouocare licet ad legum Romanarum decreta. Cum tamen legislatores Hungari Romanae iurisprudentiae gnari fuerint: mirum non est iuris Hungarici cum Romano in quibusdam argumentis offendi harmoniam. Cuius periculum dissertatione academica fecit *Tabor*, ICtus Argentoratensis, quae edita est an. 1651. inscriptaque, *collatio iuris Hungarici et Romani*. Ceterum Hungariae legum codicem, iussu *Vladislai* regis, conscripsit *Stephanus de* WERBOECZ, *praetor regius*, cuius Triboniani, hunc enim in flosculis ad nauseam imitatur, institutiones iuris Hungarici rex postmodum sua fecit atque publica sanctione confirmauit anno 1514. Quod tamen Werboecziana epitome compilata esset ex regum Hungariae decretis, illa quoque huic iunxit, *tomis duobus*, ut adeo opus uniuersum duo uolumina absolueret, edita *Viennae 1585.* iterumque an. 1628. f. Nostro aeuo liber hic, quam utilis esset, rarus tamen fuit, praeter omnium uero spem, nemo enim crediderat, ferre haec tempora posse publici in Hungaria iuris uetustiora monumenta, idem opus Werboeczianum *Tyrnauiae* iterum prodiit *an. 1696. f.* et longe quidem auctius. Nam codex decretorum ad nouissima usque tempora est continuatus, annum scilicet 1687. Ceterum etiamnunc *Altdorfi* aliquis Hungarus nouum meditatur huius argumenti libellum. Titulus an. 1710. editus est hic: *iuris Hungarici priuati institutiones tripartitae in 4t.* Sed, quae egomet uidi, illa mendis scatent indignis tanto argumento. Aliorum iuris Hungarici scriptorum notitiam habes apud *Czuittingerum pag. 36. in adpendice Hungariae litterariae.* Cuius opusculi auctorem commendant industria, ordo, candor fidesque.

§. 3. 4.

7) Hungarorum.

Scholis u-

§. 4. *Iurisprudentia certe siue forensis siue scholastica sit, ab opinionum discre-*

§. 4. *discrepantiis liberabitur (ff); si primo statim constet (g) intuitu, quid in illa moribus patriis (gg) debeatur, quidque legibus peregrinis (hh).* §. 4.

tiles et curiis.

Germanicaiura scopae dissolutae.

(*ff*) Quod in ipsa iurisprudentia Romana desideratur, diuersissimarum scholarum eam habuisse magistros fierique ita non potuisse, ut omnia cohaererent, quantum absit, ut Stoici Epicureis, utrique Platonicis aut Peripateticis ullo unquam tempore conuenerint: eius certe querelae in iure nostro nunc grauior caussa largiorque est. Postquam systemata et doctores diuersissimarum rerumpublicarum leges institutaque consarcinunt, pessima ordinis rerumque perturbatione. Nunc illis Vlpianus loquitur, nunc Tribonianus. Studia eorum uagabunda nunc in Latio sunt, iterumque in Germania. Caesaris et papae multa aemulatio et discrimina fere perpetua: sed nostri ICti non dubitant, in uno eodemque argumento et canones conquirere et imperatorum decreta. Non ergo ius, sed iurium centones habemus. Horrida Themis inque Germanis parum felix, cui uestimentum ex tot tamque diuersis panniculis consarcinarunt, ut orbis regina uersari uideatur in infima mendicitate. Ex qua tum demum emerget, si dissoluantur scopae, pateatque discentibus, quo singula loco et classe reponenda esse uideantur.

(*g*) Haec enim caussa est, quare singula diuersi iuris argumenta *thesibus* incluserimus breuissimis atque ex aduerso sibi oppositis, ut luculentius faciliusque possint inuicem internosci.

(*gg*) Siue illa nostri aeui, siue uetustioris, siue in hac, siue in alia supersint prouincia. Extraneorum certe etiam regnorum instituta nobis hic prosunt, praesertim Anglorum, Danorum et Suecorum, quae gentes originis nobiscum sunt eiusdem. Vndique enim conquisita haec iura, mirum, quam concinna sint et quantopere sibi respondeant.

(*hh*) Praesertim illa hic argumenta intelligo, quae iuris positiui sunt, non quae rationem unice habent magistram. Vbi enim Romana iura ob solam rationis uim sequimur, ibi periculum nullum est alicuius inde perturbationis. Dummodo ratio sibi relinquatur, neque glaucomate occupetur praeiudiciorum aut praeceptarum opinionum. Eo certe magis nobis cauere debemus ab hoc genere insidiarum, quo plures illis incaute irretitos fuisse deprehendimus. Ita multi se rationem sequi, aiunt, qui rationem non habent sibi relictam, sed infectam uitiatamque Romanarum legum auctoritate.

AD INSTITVTIONVM IVSTINIANI PROOEMIVM.

DIFFERENTIA I.

Aduersus leges philosophantes.

Differ. I. Leges ἀπροοιμίων.

LEges Romanae gaudent *prooemiis (aa): a quibus aliena est Germanici iuris simplicitas (bb). Ratione, nostro iudicio, magis consulta (cc). Quicquid alii senserint ex aduerso (dd).* §. I.

Leges Romanas prooemiorum rationumque habuisse ambages, docetur.

(*aa*) Id non solum intelligitur ex hoc *institutionibus* facto prooemio, quod aliquatenus tolerari posset, cum doctoris hic munere simul defungatur legislator §. 7. *prooem.* sed etiam ex *pandectarum, codicis* et *nouellarum* praecipuae libris. Vbi singulae fere leges oneratae sunt eius generis scholastico adparatu. Nunc e longinquo adducitur occasio, qua lex sit lata: nunc in elogiis ambages, quibus ad nauseam extolluntur cum ipse legislator, tum illi, qui huic legem suggesserunt: nunc commendatio legis ab utili, ab honesto, a simili, ab exemplo, a contrario et topieis argumentis, nescio quibus, dignioribus certe ad suadendum, quam imperandum: nunc rationum in utramquae partem molesta disputatio, enumeratio sectarum, opinionum, quasi haec instituta essent umbratilia et scholae magis data, quam uitae: saepe etiam in grammaticis quaestiunculis diuerticula inania, pueris aptiora, quam ciuibus reique publicae. Atque his figuris, anfractibus et laqueis tantopere impeditae et irretitae sunt leges Romanorum: ut non subditis; sed hominibus in umbra et otio datae esse uideantur. Caussas si cogito, has perspicio coniecturis. *Principio* Romanae iurisprudentiae maxima pars tum nata fuit, cum formula imperii esset incerta et diuersa gliscerent studia populi. Siue igitur *senatus* iura diceret, siue *tribuni*, siue etiam *praetor*, aut *aediles* aliquid uellent immutatum, omnibus certe curandum fuerat cauendumque, ne iura noua populo essent suspecta. Inde rationum argutiae, quibus huic glaucoma obduxerunt, ut crederet, leges non ab imperio proficisci, aut secum ferre aliquid plebi praesertim minus salutare, sed comites secum habere rationem et publica

1) Vnde desumti LL. circuitus?

2) caussae circuitus,

a) studia plebis diuersa,

Differ. I. blica commoda, ut adeo non legislatori, sed rationibus legislatoris obtemperare, neque imperia, sed consilia sequi uideretur. *Deinde* ad iuris Romani amplitudinem plurimum contulerunt responsa prudentum. Horum itaque auctoritas cum matrem haberet opinionem de litteris, doctrina, iudicio usque eorundem; illi hanc spem eo minus fallere poterant de se conceptam. Quapropter, si ulli alii, hi certe in responsis suis usi sunt rationum tegumentis. *Post* ex eo tempore, quo Caesares leges tractarunt, imperia eorundem nunc breuia fuerunt, nunc infirma satis. Quo rerum statu et ipsi plebem fallere malucrunt legum ratiunculis, quam despotico omnia dare arbitratui. Alii uero eorundem, ceteris ferociores, legislatoriam curam reliquere administris, qui illam pariter magis ex arte tractarunt, quam ex imperio. *Taceo,* fieri uix potuisse, ut mores et curiae consuetudines aliquis migraret, quibus tot seculis usi fuerunt subditi Romani. *Demum* studia accesserunt cleri. Cuius intererat, officia permiscere docentium et imperantium et rationes legum alligare disciplinis. Ita enim factum est, ut diffiderent iuribus suis hac ratione principes neque de constitutionibus illi cogitarent, ni uiris litteratis adhibitis, litteras autem tum neque docuerant neque didicerant alii, quam clerici. Quare iudicium alicuius uiri non improbo: qui leges plerasque foetus dixit, a clericis conceptos, formatos et exclusos, ut principi et reipublicae praeter inane nomen parum aut nihil relictum esse uideretur.

b) legislatores litterati, *c) Caesarum fera legislatio, d) eorum breuia et infirma imperia,* *e) pristini moris amor,* *f) studia cleri legum aemulo.*

(*bb*) Non difficile hoc ad probandum. *Primo* enim leges populorum Germaniae antiquiores hodieque licet intueri. Quas *Pithoeus, Heroldus, Goldastus* omnium uero plenissime *Lindenbrogius* ediderunt. Quarum etiam egregia non minus monumenta congessere *Wendelinus, Sirmondus, Baluzius.* Vix certe duas lineas excedere uideas quamque legem maximi etiam in republica momenti. *Deinde* formulae etiam legislatoriae Germanorum his uerbis conceptae sunt, ut respuant omnes uerborum rerumque ambitus. *Si quis hoc fecerit, damnas esto: facere hoc nefas esto, nisi sub hac forma: monetor, monentor omnes* cetera. Ita enim intellexerunt Germani, legislatoris grammaticam fere absolui *imperatiuis.* *Praeterea* ipsi etiam ueteres ICti Germanorum ideo a legibus Romanorum abhorruerunt, quod illae nimis essent uerbosae. *Imo,* quod magis est, in patriae legibus hoc etiam praeceptis cauerunt, *ut sanctiones comitem haberent ueritatem; non syllogismorum acumina, non disputationum figuras: non eloquia oratorum.* *Vt legislator usu cognoscat, quid e re sit, non doctrina et ex regulis aliorum.* Ita *LL. Wisigothorum lib 1. tit. 1. §. 1. 2. et tit. 2. §. 1. 4.* in aliisque locis generis eiusdem.

Germanicae LL. simplices et sincerae. Quod probatur 1] inductione, *2] formulis legulatoriis,* *3] indole reipublicae,* *4] praeceptis publicis.*

Causae simplicitatis patriae legum sunt plures. *Primo* enim Germanis animus apertus et sincerus. *Deinde* in republica ueteris Germaniae maior in principem fides, principis maior in ciues fiducia, ab utroque alienum fuit suspicionis uenenum. *Post* legum illi cultum positum fuere non in uerbis, sed maiestate imperantis. *Praeterea* rhetorum artes, oratoria ornamenta et fallaces argutias, non inter disciplinas retulerunt, homine ingenuo et generosa mente dignas. Dedecoris enim instar habuerunt gentilem litteratum. Neque uero est, quod superioribus patriae legibus alias opponas et A. B. Caroli praesertim, quae plena est pigmentorum. Peccarunt enim tum Romanorum errorem uel Romani uel clerici, quorum in hoc argumento mores *litt. aa.* notauimus.

Caussae simplicitatis a) candor gentis b) et principum c) ignorantia pigmentorum, d) litterae nobilibus indignae. Metamorphosis legum G. morbus peregrinorum.

(*cc*) Argumenta, quae mihi leges commendant breues, simplices, apertas, sepositis argutiis, haec sunt. *Primo* exemplum in oculis uersatur legislatoris supremi. Neque enim solum decalogus in hac classe est: sed ipsae etiam leges de ceremoniis et rebus forensibus ἄνευ προοιμίων Iudaeis conditae. Inde *Spencerus* in *prooem. LL. Mosaicar. c. 1.* soluit obiectionem eorum, qui perhibent, DEI leges imperatiuas seu imperatorias esse sine argumentorum ratiociniis. Nefas igitur fore, rationes erui ab interpretibus. Quamuis enim Deus rationes non prodiderit, omnia tamen cum ratione facta esse, ipsa nos docet ratio. Quem etiam modum usu adprobauerant in eadem Romanorum republica LL. XII. tabularum. *Deinde* SENECAE, uiri prudentis et perspicacis magna hic mihi auctoritas. Ita autem ille *epist. 94. p. m. 131.* inquit: *Non probo, quod Platonis legibus adiecta principia sunt. Legem enim breuem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur: uelut emissa diuinitus uox iubeat, non disputet. Nihil uidetur mihi frigidius, nihil ineptius, quam lex cum prologo. Mone, dic, quid me uelis fecisse. Non disco, sed pareo.* Plura certe secum incommoda trahunt prologi et argutiae legum. Minuunt imperantis maiestatem; docentium et imperantium officia confundunt; memoriam obruunt ciuium; occasionem dant ad disputandum et controuertendum; sensus imperantis attenuant ac deprimunt; parentes ponunt in ambiguo; lucem, quae in ipsis legibus fulget, extinguunt et tenebras afferunt fitque saepius, ut ueritas amittatur nimium disquirendo. Habebimus horum malorum illustria exempla in institu-

Simplicium legum commendatio. 1] ab exemplo numinis sapientissimi et LL. XII. tab. 2] sententia philosophi, 3] incommodis et damnis principum ac subditorum, 4] speciminis loco Tribonianismus,

Differ. I.II. ſtitutionibus. Quam enim maieſtate legislatoris indigna ICtorum dicteria: *hic errat imperator; hic mentem ueterum non adſequitur; fallitur hic; male ratiocinatur; ludit hic; iudicio utitur admodum peruerſo; utinam conſuluiſſet hic prudentiores; fabulae, neniae, gerrae* et quae ſunt eiusmodi. Neque tamen ita uel loqui uel ſcribere dubitarunt *Fabri, Hottomanni, Bachouii, Wiſſenbachii, Donelli, del Manzano* aliique ICti alacriores, qui emendare inſtituerunt iurisprudentiam Iuſtinianeam. Pleraque haec iurgia euitaſſet Tribonianus, ſi ratiocinia omiſiſſet, quibus inductus fuerit ad ſic uel aliter ſentiendum. Adeo igitur noxium eſt reipublicae, ſi legislator philoſophetur.

5] cur principes hodie non interſint iudiciis?

Vulnus addo propius huic arenae. Memini, me alicubi apud *Conringium* legiſſe, *legum prologos et epilogos in cauſa eſſe, quapropter hodie principes ſententias non ipſi ferant, ut olim neque praeſideant iudiciis, in quo tamen quondam ratio uerſari uidebatur principis et imperii.* Vltimum hoc ſit firmumque aduerſus leges philoſophantes argumentum.

Argum. pro legislatore philoſophante.

(*dd*) Extollunt alii leges cum prologis, quorum argumenta reſpondebimus ſigillatim. *Principio* dicunt, ſubditos eo facilius legi obtemperaturos eſſe, ſi cauſam legis iuſtam uideant eſſe et utilem.

Quod 1) faciliora et obſequia,

Quapropter PLATONIS conſilio *lib. 34. de leg. dial. 2. p. 763.* integrum ſit legislatori uel etiam fingere rationes ad multitudinem circumueniendam. *Reſp.* Conſilium Platonis, minus eſt ſincerum. Neque adeo magna eius auctoritas in hac arte. Nam ATHENAEI teſtimonio ſcimus, Platonicas leges riſiſſe uiros in republica uerſatos et hoc cum iudicio dimiſiſſe, quod melior ſit philoſophus, quam legislator *lib. 11. deipnoſoph. cap. ult. p. 508.* Et uero rationes legis parum ualere puto apud ciues, cuiuscunq; ſint demum ſortis. Iſti enim uel obſequentes ſunt et ſciunt, ſibi uiuendum in republica eſſe iudicio et uoluntate aliena: uel rerum nouarum cupidi, quibus noua ex rationibus prolatis occaſio, illas uel in dubium uocandi, uel traducendi, uel accuſandi fallaciae ac fraudis.

§. K 3.

2) ex aduerſo ſiunt tyranni,

Deinde tyranni uocem eſſe contendunt: *ſtat pro ratione uoluntas, lex licet dura, tamen lex eſt. l. 15. §. 1. ff. qui et a quibus manumiſſi liberi non fiunt*, ex inſtituto HORTLEDER *ad L. 20. ff. de LL. Reſp.* Fallere hic elenchum. Aliud enim eſt, habere rationem in lege, aliud eam in lege prodere. Vltimum notamus, non primum.

3] facilior LL. interpretatio,

Praeterea urgent, rationem legis animam legis eſſe. Multum itaque inde lucis ad eius explicationem et quae alia plura habet *Lud.* CARBO *lib. 6. de legib. diſp. 9. p. 229. ſeq. Reſp.* Primum legis uirtutem eſſe luculentiam; ſed hanc conciliari, ſi legislator in uerbis planus ſit, facilis, apertus. Si ex ratione legis dubium occurrat, tum legialatorem ipſum conſulendum et authenticam deſiderandam interpretationem.

4] prooemium legis non ſit lex,

Porro hoc alii hic temperamentum ſuggerunt, prooemia et epilogos legum leges tamen non eſſe neque aliter obligare, quam propter uim rationis. *Reſp.* Salutare monitum eſſe. ICti uero ſibi religioni ducent, eidem praebere adſenſum, illi praeſertim, qui adeo ſuperſtitioſi ſunt, ut etiam rubricis ac inſcriptionibus legum plenam tribuant auctoritatem. Taceo, neque tamen ita ſublata eſſe incommoda, quorum mentio facta ſuperius.

5] bellum indicatur rationi.

Ad extremum ita ſperni putant iurisprudentiam rationalem. *Reſp.* necquicquam. Stat enim quisque lege, ſed ratio legis datur captui et libero cuiusque iudicio. Neque in R. etiam LL. *omnium poteſt dari ratio l. 20. ff. de LL.* Contra potius dicendum eſt, tum demum ſeruilem fieri iurisprudentiam, ſi rationes eius a principis imperio dependeant neque illae liberis praeſtantiorum ingeniorum iudiciis relinquantur.

DIFFERENTIA II.
De iurisprudentia ſyſtematica.

De confirmatione inſtitutionum.

§. 2. *Iurisprudentia Romana ſyſtematica eſt (ee): non Germanica, quae ſyſtema patrii iuris hodieque deſiderat (ff). Forte in eo felicior, quod praeſtet, nullum ſyſtema habere (gg), quam auctorem ſyſtematis legislatorem (hh). Docentium haec ſparta eſt (ii): non imperantium. Qui eius generis inſtitutis peſſime conſulunt cum famae ſuae auctoritatique (ll), tum ingeniis diſcentium (mm). Quibus hodieque mala crux, inſtitutiones Iuſtinianeae (nn).*

Iuris Romani ordo ſyſtematicus tam in titulis,

(*ee*) Habent enim *pandectae* ordinem ſyſtematicum, qui luculentius patet in *inſtitutionibus* Iuſtiniani. *Primum* docuit admodum ſolicite TABOR, qui nexus omnium inuicem titulorum in tabulis oſtendit, in qua methodo ille ICtus maximopere excelluit: de altero nemo dubitat. Habent tamen alii atque alii, quod in utroque deſiderent. Quamuis uero *titulorum* ordo ſibi conſtet: nemo tamen inuenerit unquam in ipſis *legibus* ordinem. Vt adeo, iura docere, ad leges commentando, operis moleſti eſſet atque plurimum impediti.

quam legibus, inſtituto Weſenbeciano.

Mouit hoc primum in Germania *Weſenbecium*, ut ſyſtema pandectarum conſcriberet, ubi, ordi-

Differ. II. ordine titulorum seruato, legum tamen numeros uerteret pariterque ordine suo illas connecteret systematico. Excitauit institutum alios quoque ICtos ad imitationem, ut causae querelsrum hodie sint de systematum multitudine et tantum non uota concipienda pro plerorumque incendiis. Cum praestantioris notae libri nouaturientium studiis supprimantur. Ita autem factum est, ut hodie in academiis principum euangelicorum iura doceamus nonnisi ad systemata, necquicquam uero ad legum ordines in pandectis. Quod tamen adhuc facere solent doctores pontificii. Crediderim ego, hoc institutum ICtos debere theologis euangelicis. Qui sacra dogmata pariter incluserunt systematibus. Illi tamen exegetica hodieque collegia instituunt ad sacrum codicem: ICti autem hoc studium ad textus iuris tractandos priuatae cuiusuis industriae solent relinquere.

Exegetica collegia ICtis rariora.

(*ff*) Patria iura neque titulorum nexus habent neque legum: ut adeo neutro sensu Germanica iurisprudentia audire queat systematica. Adfirmare hoc licet de codice *Lindenbrogiano* non solum: sed etiam de utroque ICto *speculatore*, Saxone et Alemanno. *Melchior* KLING primus fuit, qui Saxonici iuris decreta ordine disposuit fere Iustinianeo editque hoc titulo: *das gantze Sächsische Land-Recht in eine richtige Ordnung gebracht Francofurti* 1600. *f.* Idem instituit in *iuris feudalis* Saxonici methodica dispositione *Reusnerus*, quem libellum adpendicis loco epitome illius exhibet de iure feudali conscripta. Nam ipsum ius feudale *Longobardicum* tantum abest, ut sit ordinis systematici, ut potius compilator eius scopas collegerit dissolutas posueritque illas, prout quaelibet scheda ipsi primum in manus uenit, nullo argumentorum intuitu. Vt mirum sit, tantam esse ICtorum religionem: qui fingere ac diuinare malint ordinem, quam, quod res est, agnoscere. Ceterum caue, ne ad patria iura referas, iuris, germanico idiomate scripta uolumina *Pernederi*; *Meureri*; *Saurii*; *Meichsneri* et forte aliorum. ICti enim uitulo peregrino in patria arant et uix pueris dignas Iustinianei iuris uersiones uendunt titulo, quem mentiuntur, *codicis iuris Germanici*. Prouincialium patriae statutorum is fere ordo est, ut principio dent processum, post argumenta iuris digniora aut foecundiora; nulla ratione habita nexus aut materiarum uiciniae. Definitiones ac diuisiones taceo, quae in patrio iure prorsus exulant; quod mirum non est in gente litterarum ignara. Agit tamen patriae ICtos quosdam haec dementia, ut mutuent definitiones a legibus Romanis adspergantque illas patriae statutis. Sed

Patria iura carent ordine systematico.

Saxonicus speculator dispositus systematice.

Iuris Longobardici nullus ordo.

Rom. LL. scriptae sermone Germanico.

Quid de ordine prouincialium statutorum?

§. 2.

iuri nostro uerbis rebusque inconcinna sunt peregrina eius generis pigmenta.

(*gg*) Vtinam uero Germanis nostris patrii iuris aliquod esset systema. Sunt qui in rebus pragmaticis nauseant doctrinas systematicas mouenturque argumentis. Quod suam theologia integritatem amiserit, postquam inclusa sit systematibus: quod hac causa frustra de systemate conscribendo rogatus sit Lutherus, quamuis elementa dederit catechetis; quod, riuulis commendatis, negligantur fontes legum et sententiarum; quod systematum scriptores plurimum addant de suo; leges aut sacra dicta suos in sensus trahant, minus saepe attenta ueritate; quod hinc aemulationes et dissidia opinionum et quae sunt eiusmodi. Omnia tamen haec non sufficiunt, ut me dimoueant a sententia hac, maximi faciendam esse iurisprudentiam systematicam. Ita enim memoriae iudiciique habentur praesidia et sustentacula; ita facile deprehenduntur lacunae quidque abundet aut desit; ita intelliguntur, quae consonent et dissonent; ita ex uno denique fonte omnia rite ac ordine deducuntur et inconcinna quaeque euitantur.

Argumenta aduersus iuris prudentiam systematicam.

Argumenta pro iure systematico.

(*hh*) Si de iure in artem redigendo scholae et ICti soliciti sint, adprobo utique hoc institutum: quod tantum non improbo in curiis iudiciisque. De ultimo problemate inferius. In primo plures occupati fuere ICti: sed ratione dispari successuque. *Principio* de legibus cogitatum est positiuis Romanorum, ut illae in ordinem artemque redigerentur. Commendatur hoc nomine *Iulius Caesar*, auctore SVETONIO *lib.* I. *cap.* 49. *ius ciuile ad certum modum redigere atque ex immensa diffusaque legum copia, optima quaeque et necessaria in paucissimos conferre libros destinauit.* Quamuis, si dicere debeam, quod sentio, putauerim, Caesarem non de arte, sed modo ac numero legum imminuendo cogitauisse. Certius tamen id est de M. TVLLIO, qui *lib.* I. *de orat. c.* 17. de se scribit ipse: *si aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quispiam, me impedito, occuparit aut mortuo effecerit, ut primo omne ius ciuile in genera digerat, quae per pauca sunt; deinde eorum generum quasi quaedam membra dispertiat; tum propriam cuiusque uim definitione declaret: perfectam artem iuris habebitis, magis magnam atque uberem, quam difficilem et obscuram.* Post uero tantopere aucta sunt legum argumenta, ut ICti uon de congerendis legibus scriptis cogitarent, sed tantum de elementis iurisprudentiae iuuentuti explicandis; ne illa legum causarumque multitudine a iurisprudentiae cultu retineretur. Exemplo *Caii*, cuius institutiones pleniores edidit *Oiselius*. Neque etiam hominis erat priuati, codicem conquire-

Qui ius redigere instituerint in formam artis?

a) uel particulare Romanum.

Caesar, quod tamen dubium.

Cicero.

Romani ICti fere omnes.

Differ. II. Hadrianus per ICtum Saluium.

quirere legum adeo diuersarum eumque cogere in harmoniam. Cum igitur Caesares legum priuatarum curas populo reliquissent, is uero tale quid audere non posset, neglectum id fuit usque ad Hadrianum imperatorem, qui Saluio ICto primus hanc spartam de *arte iuris scripti* commendauit. Inde memoria *edicti Saluiani* mansit, ipsum opus, a Triboniano aemulo suppressum, temporum iniuria intercidit. Quae postea *Hermogenes* et *Gregorius* iuris Romani systemata confecerunt, illa continent tantummodo Caesarum constitutiones, quibus etiam limitibus codicem suum circumscripsit *Theodosius*. Haud dubie, quod *leges* alias exhibuerit *codex Saluianus*.

Iustinianus per Tribonianum.

Ante igitur, quam Iustinianus hoc susciperet institutum, Romana iurisprudentia *et elementa* Caii habuit et *Hadriani pandectas* et codicem *Theodosii*: ut certi esse possimus, hac triga arasse Tribonianum neque a plagii crimine multum abesse. Inde successus in re tanti momenti homini Graeco; inde breue operis confecti spatium; inde etiam nulla operi gloria tempore Iustiniani, quod crambe uideretur recocta. Quod enim Tribonianus, miles gloriosus, de se scribat, *se per medium profundum iuisse, se immensa ueteris prudentiae uolumina digessisse, opere prorsus desperato*, id mihi pertinere uidetur ad Triboniano solennes thrasonismos. Quam bene aut male autem fecerit Tribonianus, ea certe tot seculis ei auctoritas fuit, ut inde a tempore Lotharii ad seculum usque decimum sextum nemo ICtorum ab eius uel ordine uel institutis latum unguem uellet discedere. Sed cum *Valla, Politianus, Muretus, Alciatus, Budaeus, Cuiacius, Hotomannus, Fabri* aliique innumeri post Triboniani errores notauissent: tum demum de alio etiam cogitatum est ordine iuris et arte.

Vigelius.

Nicolaus VIGELIVS hoc nomine est commendandus. Is enim non solum uota concepit de *Iustinianeo* iure in artem redigendo; sed etiam *methodum*, qua id fieri posset, ostendit ediditque. Neque uero hic tantum substitit. Ipsum quippe opus stupenda industria aggressus est perfecitque, nomine *digestorum* editum ab an. 1577. *quatuor uoluminibus in fol. Basileae* apud *Oporinum*. Habes certe in hoc thesauro *ordinem* et *nexus* titulorum arte factos: deinde *leges* quasque ita separatas, dispositas et digestas: post utrinque suppletas *lacunas*: demum ex prologis et epilogis *lumina*. Sed imperiali auctoritate cum neque opus adprobatum neque Iustinianeum sublatum sit: negligi illud solet, cum molestum sit: duplici iuris ordine memoriam onerare.

De iuris arte otiosa consilia.

Gregorius *Tholosanus, Leibnitius, Loriottus, Reufnerus, Stephani, Gribaldus, Gilkenius*, Ant. *Faber, Felden* aut si qui alii de *arte iuris* scripserunt, uel consilia tantum suggerunt, uel sciagraphiis delectantur, utroque nomine *Vigelianis* uigiliis postponendi. Tandem *iurisprudentia naturali* liberius pleniusque exculta, nouum in hac causa habemus institutum. Scilicet reposuerunt alii legum Romanarum curam et *ius priuatum uniuersale* composuerunt, ut gloriam consequerentur iuris in artem redacti.

§. 2.

De iure priuato uniuersali.

Iohannis CORASII et *Ioachimi* HOPPERI libellos de *iuris arte* hoc nomine commendat editor earum *Conringius*. Sed uterque ICtus est Romanus. Liberiorem uero a Romanorum decretis se exhibuit in hoc argumento *Vlricus* HVBERVS. Is enim in libro de *iure ciuitatis iuris priuati prudentiam* scripsit *uniuersalem*. Cui lumen addidit uir illustris, *Thomasius*, in notis ad eundem editis nouissime. Sed quorsum diuerto?

Aduersus systemata principum exempla et rationes.

(*ii*) Cum exempla hoc uolunt, tum rationes. Ipse Deus in sacro codice nos diuinioribus instituit doctrinis, docendi autem methodum non praescripsit, quam ecclesiae potius reliquit doctoribus. A Graecis quoque et Romanis tot leges conditae fuere, sed *catechismos legum* non legislatores conscripserunt, uerum in scholis constituti magistri. Nam instituendi methodus uariari ac temperari debet pro captu discentium, pro temporum rationibus usuque. Quo consilio ipsum quoque Lutherum moueri non potuisse, scribunt, ut theologiae systema conderet, ne academicis professoribus manus ligaret in instituendo iuuentutem. Debemus hoc nomine gratias *Friderico V. Caesari*. Cui *Mericutius epitomen iuris feudalis* eo dicauit instituto, ut illa imperiali auctoritate in scholis regnaret. Neque enim ad uota scriptoris adsurrexit imperator.

Principi num locus in republica ingeniorum?

(*ll*) Quorsum exempla pertinent *Henrici IIX.* et *Iacobi I. Angliae regum*. Illum *Lutherus*, hunc *Bellarminus* docuit, ingeniorum rempublicam ueritate regi, necquicquam imperantium aliqua auctoritate. Et sane quam indigna sunt maiestate regali in litterariis conflictibus iudicia: *errat rex, barbarus est, ludit, ignorat, statum causae peruertit, non adsequitur* ceteraque, quorum memoriam repetere licet ex scriptis utriusque doctoris apologeticis. Atque idem accidit *Iustinianeo epitomatori*.

Iurati in uerba magistri professores.

(*mm*) Exemplo hic esse possunt illae academiae, ubi *professores* aluntur *organi Aristotelici*, grammaticae et rhetoricae *Philippeae*. Quamuis enim his uiris nulla non ingenii laus debeatur: durissimum tamen iugum est, in uerba iurare unius magistri; ad tumbam usque non ire, sed duci, id est, alterius satellitem esse atque in aeterno uersari alterius famulitio. His tamen infeliciores regum partus sunt.

Diff. II. III. Quo magis artes inuicem distant regnandi et docendi.

Desideria et naeui in Institutionibus Iustinianeis. (nn) Dolendum est, quod principis hic nomine abusus sit Tribonianus in docendis iurisprudentiae primis elementis, neque tamen minerua usus sit feliciori. Corpus incultum et horridum quis dignum habuerit purpurae regalis inuolucro. Notant in Iustinianeis institutionibus *rhetores* sermonem barbarum et hiulcum; dictiones horridas et ex triuio petitas; hiatus periodorum; thrasonismos insolentes ac intolerabiles: *philosophi* exsibilant exploduntque putidas et commentitias etymologias; naenias definitionum; ordinem perturbatum; res superfluas et redundantes: *iureconsulti* autem desideria uere grauiora sunt. Cum enim *totius* legitimae scientiae elementa esse debeant, desunt in illis grauissima iuris argumenta de *iurisdictione*, de *pactis*, de *transactionibus*, de in integrum *restitutionibus*, de *probationibus*, testibus, instrumentis, de *adpellationibus* cetera, quae enumerat *Ant.* MATTHAEI *disp. 2. §. 86.* Neque est, quod haec aliquis excuset ex rationibus epitomes. Nam in aliis materiis auctor plus iusto solet excurrere, exemplo doctrinae de *legatis*, *testamentis*, *successionibus*, de *stipulationibus* inutilibus, ubi ad nauseam ea inculcat, de quibus nemo dubitare potest, qui sanam circumfert mentem. Imo idem quoque argumentum, quod in uno loco tractauerat, iterum repetit in altero. *Per quas* enim *personas cuique acquiratur* tam *lib. II. tit. 9.* quam *lib. III. tit. 29.* sunt inscripti, certissimo infirmae ac labilis memoriae indicio. *Deinde* saepius in iure ueteri rationes exploduntur, quas scriptor institutionum, quamuis clarae sint, non adsequitur, uel, licet bonae sint, parum aequo iudicio conatur peruertere. Sic lex *Aelia Fusia Caninia* causam habuit satis manifestam, cum moribundi in libertatibus dandis essent quam profusissimi, uiui autem rarius manumiserant, ne carerent operis seruorum. Vt adeo Tribonianus exagitator uel maleuolus sit, uel stupidus et bardus. Taceo, quod *dominicam* et *patriam potestatem*, porro successiones suorum heredum ante extraneos, agnatorum ante cognatos innumeraque alia, quae pie utiliterque a maioribus constituta fuerant, nullo iudicio accusauerit improbitatis corruperitque, ut iam fieri non possit, singula sibi principia constare

A iurisprudentiae Romanae. *Porro* aut fallit, aut ludit saepius lectorem Tribonianus. Sic casum unum, quo possessor agat, peti ex *digestis* iubet *§. aeque Inst. de act.* Egregius diuinator: lepusculum latere in sylua, spatiis, montibus, arbustis et uirgultis tetra et inmani. *Praeterea* iuuentutem quandoque errores docet, quoties in iure describendo peccat. Sic *§. 2. item inuiti Inst. de curat.* dicit, inuitos §. 2. 1.
B adolescentes curatorem non accipere, ex aduerso certe stat *l. 1. §. ult. de min. an. 25. hodie adolescentes curatorum auxilio reguntur, quamuis bene rem suam gerentes.* Idem iudicium de locis aliis pluribus, utpote *§. 25. Inst. de rer. diuis.* pugnat cum *l. 7. §. cum quis ff. de acquir. rer. dom.* de quibus alias. Nescio itaque, num *Cuiacio* hic subscribendum sit, an uero *Wesenbecio.* Primus enim *lib. XI. obseru. cap.*
C *38.* institutiones Iustinianeas ad coelum usque laudibus extollit et dicit, neque comtiorem neque faciliorem libellum scriptum fuisse. Alter uero ad *§. 2. tit. de testam. ordin.* apertis uerbis utitur: *Laudent, qui uolent, quantum uolent hos elementarios libellos. Mihi, ut uerum dicam, nec materia nec methodus placet. Nec puto, difficile fore ex his, quae supersunt, reliquiis melius quid adornare. Tantum*
D *abest, ut de absolutis illis et pulcherrimis et copiosissimis ICt. monumentis, non potuerint elegantiora componi.* Cui certe iudicio suffragantur ICti, quotquot consultum magis uisum est, iura docere ad proprio marte conscripta elementa, quam tyrocinium ponere in explicandis institutionibus Iustinianeis. Modus uero hic tenendus est inter nimium et parum. Multos enim illud ad bellum excitauit, quod ad-
E uersarium haberent purpuratum, qui fere in reprehendendo fuerunt isto audaciores: alios contra perculit imperatoria maiestas, ut sibi ducerent religioni, a *praeceptionibus*, Caesaris nomine scriptis, uel latum unguem discedere. *Sacrilegii instar esse*, crediderunt, *disputare uelle de principali iudicio l. 3. C. de crim. sacril.* Sed hoc telum Germanos ferire nequit, si notauerint *Iustinianismos* aut *Triboniani-*
F *smos.* Nam subditis hanc legem dare potuit Iustinianus aut alii Augusti. In illorum autem numero nullo unquam tempore fuerunt Germani. Imo licet crimen sit, Caesaris imperium labefactare, est tamen integrum, disputare Caesaris philosophiam.

DIFFERENTIA III.

Inuocatio numinis *abesse potest patrio iure ab instrumentis, uix Romano.*

ad uerba: in nomine Christi etc. §. 1. *Iustinianei iuris instrumenta*, *auctoritate siue legum siue consuetudinum, formulis ludunt:* a ioue principium, in nomine Dei et Christi, *cetera, quae ipsi Iustiniano admodum fuere solennes (oo).* *Imo tabulis omnibus fidem*

Differ. III. *dem detrahunt, quae* numinis inuocatione *destituantur (pp). Germaniae fora ab hac superstitione ita absunt, ut non solum instrumentis, cuiuscunque illa sint generis, eapropter non detrahant fidem (qq): sed rectius sentientes iureconsulti sibi religioni ducant, principi, talia imperanti, obtemperare, ob diuini abusum nominis, quem horrent (rr). Qua cum re nil commune habeut principum formulae:* Dei gratia *(ss). Illae enim neque preces sunt neque Deo habitae gratiarum actiones (tt); uerum ciuilia tantum schemata et symbola* superioritatis territorialis. §. 1.

Ab hac formula differunt symbola principum: *Dei gratia.*

Inuocatio numinis LL. Iustinianeis solennissima.

(*oo*) Quamuis enim in pluribua *institutionum* exemplis uerba haec absint, *Haloandri* scilicet et *Charondae*, imo illa quoque omittat *Theophilus* interpres, adeo ut alicuius scioli hic manus incuset BALDVINVS *ad pr. Inst.* testatur tamen *Lud.* RVSSAROVS, *formulam* in nomine domini etc. *se in omnibus manuscr. reperisse.* Cui succinit GIPHANIVS. Imo illam Iustiniani moribus dandam esse, comprobant *l. 1. et 2. C. de offic. praef. Afr.* et *l. 3. de uet. iure enucl* porro rescripta *de confirmatione digestorum* atque *de ratione iura docendi ad antecessores*, ubi ex cadem rationc *inuocatio numinis* ubique praemittitur. Quare autem hac formula usus sit Iustinianua, alii sentiunt aliter. Sunt, qui putant, hoc symbolo orthodoxos ab Arrianis et a christianis paganos internosci debuisse. Quapropter aliis fuerant in usu uerba alia: *in nomine SS. Trinitatis, Christi dei ac domini nostri.* Mouit hoc *Rainaldum* CORSVM, ut scriberet, papam *a numinis inuocatione* propterea non auspicatum esse *ius canonicum, quia non fuerit necesse, pontificem se declarare christianum aut orthodoxum. Quod tamen necesse fuerit in imperatoribus quandoque paganis.* Melius *Ioanne* FABRO *pr. Inst. n. 1.* qui hoc ludit commento: *in iure canonico propterea non opus esse hac formula, quia papa nihil facere possit, nisi in nomine Christi, cuius sit uicarius.* Alii perhibent, exemplis haec facta esse legislatorum paganorum. Quia Numa Aegeriae deae, Apollini Lycurgus, Solon Mineruae leges tulerint acceptas. Scilicet, ut per haec numina diuinam legibus suis conciliarent auctoritatem *Paul.* VOETIVS *ad pr. n. 4.* Sunt porro, qui ad exempla hic scriptum esse, uolunt Latii paganorum. Quibus formulae, *a ioue principium*, semper fuerint in ore ac calamo, quas congessit RITTERSHVSIVS *pr. Inst. p. 4.* et in *sacr. lect. lib. 1. cap. 1.* HARPRECHT. *ad pr. Inst.* Alii contra hic clerum incusant, qui has formulas principibus christianis eapropter imperauerit, ut sua regna Christo et eius uicariis sacerdotibus accepta referrenr. Hinc doctrinae: *omnia regna feuda siue beneficia esse Christi; qui Christo fidem non probet, siue improbus siue haereticus sit, illum regno,* ob feloniam in dominum, *excidere; christi uicarium regna iure eripere paganis,* summatim, *papam regna dare posse et auferre.* Quapropter Iustiniano solennissimum sit, ut tam leges, quam regna Deo tribuat auctori *nouell. 8. 16. 77. 85. 109. 135.* cetera. Imo non erubescunt curiae Romanae patroni, ex hac formula concludere; *imperatorem habere imperium a christi uicario papa.* Et ACCVRSIVS ad h. l. *ex hoc nota, quod Iustinianus christianus fuit. Alias non potuisset imperare. Quia quilibet administrator debet iurare se esse communicatorem SS. ecclesiae.* Pessime, sed candide tamen et aperte.

Causae huius formulae plures recensentur.

Inuocatione numinis qui opus sit in instrumentis?

(*pp*) Qui idem sentiunt, diuersis tamen utuntur argumentis. Alii prouocant ad consuetudinem, Romanis atque Iustiniano maxime solennem, quod alicuius momenti instrumentis formulam praescripserint: *in numine Dei.* Esse autem consuetudinem legis instar, qua neglecta, corruat instrumentum. Hoc *glossae* dicitur auctoritate. Id quod suo loco ac aeuo relinquimus, cum de illa consuetudine ingens doctorum testetur cohors, quorum loca congessere *Schneidewinus, Harprechtus, Scheinmannus, Wurmserus, Hunnius* ac alii. Et sane, quis putauerit? usum forensem huic formulae tribuit CHRYSOSTOMVS *homil. 9. ad Coloss.* idque his uerbis: εἰ γὰρ ὑπάτων ὀνόματα ἀσφαλῆ τὰ γραμμάτια, πολλῷ μᾶλλον τοῦ Χριστοῦ τὸ ὄνομα. *Nam si consulum nomina faciunt, ut firma sint instrumenta, multo magis nomen Christi.* Sed oratoris hae argutiae, non theologi, aut ICti, quamuis in utriusque laude fuerit Chrysostomus RITTERSHVS. *uar. lect. lib. 3. c. 1.* Alii *nouellam 47. §. 1.* huc trahunt, ubi ad firmitatem instrumenti desiderantur *dies, mensis, annus consulis, imperatoris, ciuitatis indictio et inchoetur mox, auctore Deo, a praecedente prima indictione. Resp.* Verba haec praeceptiua non esse, sed uota tantum commendare diuina scripturis WVRMSER *in nucl. iur. contr. pr. n. 10.* Alii porro huc trahunt sacri codicis sententias, quod omnia fieri debeant in nomine Dei et Christi 1. *Corinth. 10. Act. 17.* Quod ipsum repetatur in decretis *c. 17. Caus. 27. Q. 1.* Resp. Sacrae litterae omnes homines pios esse uolunt, sed impietas tamen non uitiat instrumenta. Ad extremum plurimi hic laudant constitutionem Maximiliani I. imperatoris, quasi in *Coloniensibus* comitiis 1512. *§. und nach dem* fidem instrumentorum ad formulam in *nomine Dei* adligauisset, ita BRVNNEMANNVS *ad inst. pr. n. 2.* HOPPIVS

loco

Differ. III. IV. *loco eod.* Resp. Qui uerbis conceperunt legem Maximiliani, illi *nouellam* 47. §. 1. in oculis habuerunt exſcripſeruntque. Vt adeo, quod ſupra ad illam reſpondi, hic repetendum eſſe uideatur. Patet id non ſolum ex collatione utriusque conſtitutionis. *Nouellae 47. §. 1.* uerba ſunt: *et inchoetur mox auctore Deo a praecedente indictione prima.* Ordinatio autem *notariorum: nehmlich daß von Anfang, nach Anruffung Göttlichen* Nahmens *die Römiſche Zinſs-Zahl* indictio *genannt* etc. *geſetzet werde.* Neque Maximilianus diſſimulat, ſe uitulo hic arauiſſe Iuſtinianeo, ut potius *in ordin not. an. 1512. §. 3.* claris uerbis aſcribat: *und nach dem uon gemeinen Rechten eingeführet iſt.* Quapropter diſſentire hic cogor a *Brunnemanni l. c.* qui *inuocationem numinis non Iuſtinianei,* ſed *Maximilianei* iuris eſſe contendit. Maximilianus nil hic noui ſtatuit, ſed tantum olim ſcripta ſtatutaque repetit narratque. Maximiliani itaque *conſtitutionem referens* dixeris, Iuſtiniani nouellam *relatum.* Vt adeo fruſtra eorundem uerborum duplices ſenſus fingi uideantur. Vltimi tandem prouocant ad ſui aeui conſuetudinem. *In nomine domini de conſuetudine notarii incipiunt inſtrumenta. Quid? ſi notarius id omittat? Gloſſa dicit, quod non ualet inſtrumentum. Iohan.* FABER *ad pr. inſt. n. 1.* Reſp. conſuetudo haec conſultrix eſt, non imperatrix. Vtuntur notarii atramento. Quid uero? Num uitiabitur inſtrumentum rubro colore ſcriptum.

Formula in nomine Dei patrio iure abeſſe poteſt ab inſtrumentis.

(*qq*) Equidem in partes hic etiam illi abeunt, qui conſuetudinem hanc patriam eſſe negant ex aduerſo. Nonnulli inter inſtrumenta diſtinguunt *maioris* et *minoris momenti*, atque in primo tantum genere putant ſolennem eſſe numinis inuocationem, utpote in ultimis uoluntatibus, pactis antenuptialibus, foederibus, publicae pacis tabulis VOETIVS *pr. inſt. n. 5.* Alii notariis tantum hanc legem imponunt *I. S.* STRYKIVS *ad pr. inſt.* Verum ſufficit, quod in uſu forenſi Germaniae et exempla deſint et rationes, quod ullum uel etiam maximi momenti aut ipſius notarii inſtrumentum propterea ualore deſtitutum fuerit, quod ab illo introitu in *nomine diuino* abfuiſſet. Imo concors fere ICtorum ſententia eſt, peſſime actum iri in iudiciis, ſi inſtrumento ex hoc defectu ualor fidesque negaretur. Ita GVDELINVS *de iure nouiſſ. lib. 4. cap. 11. n. 9.* SCHNEIDEWINVS *ad pr. inſt. n. 8.* *Emericus a* ROSBACH. *in prax. ciuili tit. 62. n. 3.* *Ern.* *Theoph.* MAYER *ad inſtit. pr. p. 2.* STRVVIVS *de inuoc. nom. diuini et adſſ. de fide inſtrum. exercit. 28. §. 29.* ipſeque HOPPIVS *l. c.* quamuis ipſe alias caſtra Brunnemanni relinquat quam rariſſime. *§. 1. 2.*

Formula in nomine Dei parum conſulta

(*rr*) Rationem huius ſententiae ſuggerit codex diuinus et illud praeceptum: *nomine dei non abuteris.* Abutimur autem Dei nomine, adhibendo illud in rebus nauci et nullius momenti, uel magis ex conſuetudine aut lege, quam ſenſu cultuque numinis interno. Vt enim abominatur deus preces ſine mente: ita etiam ſine fide formulas diuinas. Quae autem religio quaeſo! eſſe poteſt notario, ſcribenti inſtrumentum de ſterquiliniis, de leuibus iniuriis, rebusque furfuris eiusdem.

Dei gratia nil niſi ſchema ciuile, ab inuocatione numinis alienum.

(*ss*) *Ioh.* BORCHOLTEN *ad pr. Inſt. p. 2.* putat: *uerba in nomine chriſti non ad inuocationem, ſed potius ad gratiarum actionem referenda eſſe. Agere quippe Iuſtinianum dictis uerbis Deo gratias, quod ſibi imperium conceſſerit, quod maximum Dei donum adfirmet in nouell. 6.* Quo audaciores illi ſunt, perhibet, Iuſtinianum *nouell. 28. cap.* 4. §. 2. non obſcure indicauiſſe, quod nomine uſus fuerit *Dei gratia.* Verum ſicuti ultimum hoc falſum eſſe, probarunt alii: ſic *Dei gratia* formula, uſu forenſi non diuinos ſenſus habet, uerum ciuiles tantum. Principum ſuperioritatem ſignat, quod Dei ſuſtineant uicariatum, qui neque improbis et a Deo alienis poteſt in dubium uocari. Exemplo Cyri pagani, quem ſeruum ſuum Deus adpellat per prophetam. Inde eſt, quod formulis Dei gratia principes Germaniae uſi demum ſint temporibus poſt carolingos; inde eſt, quod Galliae rex Britanniae ducem ob huius formulae uſum criminis ſtatus poſtulauerit. Quaſi ita a Galliae regis clientela ſe exemtum eſſe profiteretur. Et Lutheri ideo luſus, quo aemulatione quadam aduerſus Britanniae regem ſe *dei gratia profeſſorem* ſcripſit, probari non debet. Quoniam formula haec ad ſchemata principum pertinet, quibus illudere non debent homines priuati.

Formulae dei gratia duplices ſenſus.

(*tt*) Quod enim epiſcopi quidam hoc ſenſu nomina ſua ueſtiuerint: *dei et pontificis gratia*, cuius generis monumenta plurima congeſſit FRESNERVS, illud parum huc facit. Adpellatio quidem eadem eſt, ſignificatus admodum diuerſus. Alios enim hic ſenſus curiae habent: alios ſcholae.

DIFFERENTIA IV.

Quo tempore hominibus impoſita nomina?

ad uerba: Caeſar, **§. 2.** ***Romano iure*** nomina ***liberis impoſita ſunt poſt pubertatem (uu): Germanico autem nominibus ſtatim adpellamus infantes, ſacro fonte initiandos (xx), ratione non omnibus probata (yy).***

(*uu*) D

Differ. IV. V. §. 2. 3.

Nomina liberis olim facta post pubertatem.

(uu) De iure ueteri loquor, auctoritate VALERII aliorumque. Post enim in mores iuit, ut nomina infantibus fierent intra *tricesimum diem*, septimo plerumque et octauo. *Iulius* CAPITOLINVS *in* M. *Antonino cap. 9. p. 327.* rem ita enarrat: *Inter haec liberales caussas ita muniuit, ut primus iuberet apud praefectos aerarii Saturni unumquemque ciuium liberos profiteri, intra tricesimum diem nomine imposito.* Adde *eundem in Clodio cap. 6. p. 693.* Sic enim loca ueterum scriptorum concilianda esse puto, quorum discrimina recitat SIGONIVS *de nominib. Roman. cap. 3. n. 7. 8.* his quidem uerbis: *Sane, qui de tempore tradunt, quo nomina imponerentur, auctores habeo nobiles quidem et magnos; uerum ita inter se dissidentes, ut utram sequaris sententiam, facile statuere non possis. Nisi aliud aliis temporibus obseruatum esse, intelligas. Quid est enim tam dissimile, quam ea, quae a Valerio et a Plutarcho Festoue scribuntur? Quorum ille pueris non priusquam togam uirilem sumerent,* (scilicet post pubertatem in septimo et decimo aetatis anno, quo dimissa praetexta togam induebant testibus *Macrobio* lib. 1. c. 6. *Alexandro* lib. 5. c. 18. p. 711. et ipso *Sigonio* lib. 3. de iudic. c. 19.) *puellis non antequam nuberent; hi uero maribus quidem nono, foeminis autem octauo die imponi consueuisse praenomina tradunt.* Adde MACROBIVM *lib. 1. c. 16.* COELIVM *lib. 22. c. 12.* Etiam Iudaei uiros XII. foeminas XI. anno demum baptismate initiauisse, uid. BASNAGE *ad Baron. an. 29. §. 13. p. 239.*

Baptizandis imponuntur nomina.

(xx) Inde decreta conciliorum, *parochis prohibitum sit, ne baptizandis nomina imponant turpia aut ridicula, quaeue impiorum hominum referant memoriam. Sed potius eorum, qui sanctis adscripti, ut hos aduocatos habeant inter coelestes. Nomina sanctorum ueteris testamenti adfectare, est haereticorum. Nouum testamentum praestat ueteri; ergo apostolorum nominibus patriarcharum.* Quae congessit *Nat.* ALAXANDER *lib. 2. theol. moral. cap. 6. reg. 9. p. 261.* BORROMAEI *acta Mediolanensia part. 4. p. 414. seq.* Neque ab his statutis discesserunt ecclesiae euangelicae. Apud pontificios tamen illud singulare est, quod in *sacramento confirmationis baptismalia nomina deponere et noua adsumere aut etiam illa possint adaugere* uan ESPEN *part. 2. iur. eccles. tit. 3. c. 4. n. 19.* Et si turpia in baptismo sint, in confirmatione debent mutari *acta Mediol. part. 4. p. 420.* Exemplum illustre habemus in Carolo IV. Caesare, qui hoc nomen adsciuit, Galliae regis amicus, in sacramento confirmationis.

Quae in confirmatione quandoque iterum mutantur.

Nominum impositio quo consilio adligata sit baptismi et confirmationis sacramentis.

(*yy*) Nominum certe impositio quondam fuerat in curiis facta auctoritate magistratus, cui hoc ius est ereptum. Quod probat docetque *Mabillon.* lib. 2. rei dipl. c. 7. §. 7. 94. Quoniam etiam baptismus multoties a christianis ad pubertatem usque fuit dilatus. Deinde superstitio, quod in decreto pontificio uidimus, rem hanc traxit ad templa et aras, quasi scilicet coelestia numina pacarentur, nominibus eorundem electis in sacramento. Post ut nomina rerum signa sunt, ita etiam prodere hic debent animi indolem illius, cui nomen imponitur. Qua in re inprimis Germanorum laudanda sunt instituta. Cum hodieque nomina uirorum foeminarumque sensus habeant singulares. Quos euoluere non dubitauit publico libello Lutherus. Fortunae autem nunc lusus est, infantem cognominare, a fortitudine, probitate, uirtutibus aliis. Quod fallere omnino oportet parentum spem in aetate prouectiori. Inde in Romanorum topologia hominis *nomen* locum habuit idoneum, non frustra impositum adolescenti, sed ex animi factum indiciis. Contra ex nostris *organis* a nomine argumenta ideo debent expungi. Taceo, quod nominum impositiones ac ordines eorundem, augemus enim ea praeter rem, saepe caussas dent aemulationis inter patrinos, nonnunquam parentum ambitionem et deliria prodant, quae omnia indignissima sunt initiationis sacramento. Ad extremum natiuitatis testimonia multoties requiruntur in ciuilibus negotiis, quae curiis concinna magis sunt, quam ecclesiis. Memoriae caussa haec recito, ad castigandos abusus. Cetera satis certus, quod consultissimum fuerit ecclesiae, ad nominum impositiones baptismum adligare, ut quilibet suae initiationis uel hinc etiam haberet argumentum. A cuius generis ritibus *sine necessitate non est recedendum*, auctoritate BVDDEI *part. 3. theol. mor. cap 3. §. 74.*

DIFFERENTIA V.

Ex quibus caussis nomina mutentur?

ad uerba Flauius.

§. 3. *Porro Romanorum more illi, qui fastigium imperii fuerant consecuti, uel mutarunt nomina, uel his noua addiderunt (zz): quem metamorphosin nullo non tempore spreuit animus Germanorum (aa), stabilis ac praesens.*

Romani nomina mutarunt dignitatis caussa.

(zz) Res haec notior est, quam ut exigat probationem. Ita, Imperatores facti, nomina noua adsciuerunt *Caesaris, Octauii, Flauii, Antonini.* Quod eo consilio factum, ut sibi persuaderet populus, nouum imperantem principis illius uesti-

Differ. V. VI.

uestigia exemplaque imitaturum esse, cuius *nomen* sibi imposuisset. Atque id ipsum tamen saepius ad auram tantum captandam et sensus imperitae plebis fiebat, quam sincero animo ad ueritatem. Vsus etiam est hac specie inanium *Iustinianus*, dum se *Caesarem* et *Flauium* dixit, quod utriusque huius imperatoris gloriae et amoris plena esset memoria. Quorsum legi cum ueteres possunt, tum noui scriptores, qui ueterum hanc in rem testimonia congesserunt *Alexand. ab* ALEXANDRO *lib. 1. cap. 9. Caesar* BVLENGERVS *in imperatore lib. 1. c. 2. 3. 4. 12. 23.* aliique. Vt risum nostris temporibus excutiant *glossae* et *glossatorum* patroni, qui Iustiniano ob Flauii nomen flaui coloris tribuunt capillos. Ceterum non solum nomina mutata sunt ob Caesaream maiestatem, sed etiam ob potestatem, *consularem*, *tribunitiam*, *pontificiam*, *proconsularem* cetera. Papae Romano paganorum Caesarum hodieque probantur haec instituta. Electus enim *nomen* accipit *nouum*, depositis illis, quibus initiatus fuerat in *baptismi* et *confirmationis* sacramento. Inde satyra in Aeneam Syl-

A uium scripta, quod *Pii* adsumserit nomen apud *Palatium in uit. pontif.*

§. 3. 4.

Germani retinent nomina semel imposita.

(*aa*) Res ipsa loquitur. Neque enim imperator, neque principes imperii nomina mutant, dum fasces regni capessunt. Heroes quoque, siue in toga sint, siue in sago et quam praeclare de republica mereantur, neque eapropter mutant nomina, neque noua adsumunt. Ex B aduerso se res habere solent, si princeps alicui gentilitiam confert dignitatem. Tum enim gens in meliorem statum uertitur, *nouoque* simul *nomine* gaudet, ut ita iamnunc nata esse uideretur. Hodie tamen, cum nouae nobilitati non ea dignitas sit, quam auitae, nomina paucissimi mutant. Vt scilicet persuadeant aliis, nobilitatem suae genti non demum illatam esse, sed postliminii quodam iure re- C stitutam. Ad extremum quandoque in adoptionibus gentilitium adoptantis nomen adiungitur nominibus adoptiui in familiae memoriam KNIPSCHILD *de fideicomm. c. 3. n. 21.* HOEPING. *de iur. insign. c. 8. n. 29.* Quamuis et hoc accidat rarius.

DIFFERENTIA VI.

Num praestet, nomina peregrina habere an domi nata?

aa uerba: Flauius.

§. 4. *Romani nomina adsciuerunt peregrina (bb): Germani quondam usi tantum fuerant domi natis nominibus (cc). Quamuis pristinos mores migrauerint secula iuniora (dd). Neque uiros nunc pudet foeminas dici, id est, nominibus adpellari foeminarum (ee).*

Imperatores Graeci adpellati fuere nominibus Latinis.

(*bb*) Dum *nomina hominum* familiarumque petierint Romani a *uirtutibus uitiisque*, corporis *habitu*, moribus, *fortunis*, *euentibus* rerum ac consiliorum, placuit Romanis quandoque uerbum hellenisticum latina uestitum terminatione. Exempla suggerere potest SIGONIVS *de nom. Rom. c. 6.* Imo quamuis Iustinianus Graeci esset imperii princeps; non tamen dubitauit Romanae familiae uti adpellatione.

Germani nomina habuerunt nonnisi Germanica.

(*cc*) Quamuis in mores iuisset apud coetus christianos, ut ipsi nomina liberis darent *apostolorum*, *sanctorum* uirorum foeminarumque: puduit tamen Germanos, ut uestis peregrinae, ita etiam peregrini nominis. In uetustiori itaque aeuo *Petri*, *Pauli*, *Ioannis*, *Matthaei*, *Lucae*, *Marci*, aliaque Graeca aut Latina uerba audita non sunt in Germanicis familiis; sed domi suae tantum nata uocabula *Caroli*, *Ludouici*, *Cunradi*, *Henrici*, *Ottonis*, *Alberti* cetera KNIPSCH. *de fideic. c. 1. n. 20. sq.* Id quod medii aeui diplomata testantur, quae subscriptores habent Germanos.

Ab anno 1250. peregrinis n.

(*dd*) Scribit *Christoph.* HARTMANNVS *in historia Heremi* ad an. 1224. *p. 264.* D *Circa haec tempora Germani in sacra ablutione sanctorum et latinorum nominibus suos initiare coeperunt, cum patriis tantum et barbaris hactenus essent usi.*

nominibus adpellarunt liberos Germani.

Mihi autem aetas haec uidetur aliquantum uetustior, quam res exigit. Sane in Westphalia et Saxonia inferiori ipsaque Marchia Brandenburgica incolae fere omnes nomina habent Germanica. Et praesertim familiae illustriores nolunt E aliis nominibus, quam in patria natis adpellari. Imo *terminationes* Latinas spernunt. Neque *Henrich* pronuntiant, sed *Heinze*, *Hezel*, *Cunz*, non *Cunradus*; *Brechtel*, non *Albertus*, cetera. Vt existimauerim, Academiis Germaniae dandum esse, quod nomina nunc latina regnent in baptismo Germanorum.

Foemineis nominibus utuntur uiri.

F (*ee*) In Italia Galliaque id nihil noui est, quod uir cognominetur *Anna*, *Maria*, *Vrsula*, *Elisabetha*. Quod scilicet puerpera aliquam ex his sanctis adiutricem habuisset, uel ita exorare uellet infanti. Sed, nisi fallor, superiori seculo Boii primi fuerunt, qui idem institutum usu adprobaruut.

DIF-

Differ. VII. IIX.

§. 5. 6.

DIFFERENTIA VII.

Praestetne multa habere nomina, an simplex et unum?

ad tria Iustiniani nomina.

§. 5. *Romani quondam imposita sunt* NOMEN, PRAENOMEN, COGNOMEN, AGNOMEN *(ff): unis quondam nominibus uixere Germani (gg). Quae fere simplicitas hodie principibus probatur (hh), qui gentilitiis nominibus destituuntur.*

Nomina Romanis multiplicia.

(*ff*) *Nomen* gentem indicauit, *praenomen* a parente datum est recens nato infanti, *cognomen* ex familia desumtum, *agnomen* ex singulari euentu prorsus aliunde. SIGONIVS *cap. 2.* et plenius *Monsieur de la* ROQVE in libro *de l' origine des Noms et Surnoms p. 37.* Adde his interpretes ad *29. §. Inst. de legatis.*

SimpliciaGermanis.

(*gg*) Patet hoc ex subscriptoribus diplomatum medii aeui, qui hoc ordine recitantur. *Henricus comes*, *Cunradus uir nobilis*, *Hezilo miles* et quae sunt eiusmodi, quod ante menotauit *Ant.* MATTHAEI *ad prooem. instit. cap. 2. n. 13.* Neque enim plura nomina fuerunt familiis etiam nobilissimis. Cognomen plerumque petitum fuerat a *loco domicilii*, hocque mutato etiam mutatum fuerat illud. Verum seculo demum decimo sexto etiam quisque ex plebe sibi *cognomen* adsciuit. Et auitae nobilitatis familiae quaedam agnomina quoque habent, quibus eiusdem gentis lineas distinguunt. Ita *Mareschalci de Biberstein; Kolbo de Wartenberg.* HOEPINCK *de iure insign c. 8. n. 29.* Imo ut hodie in baptismo parentes *patrinorum* numero, ita etiam *nominum* superbiunt multitudine. Quam leuitatem et adrogantiam pleraque ecclesiastica statuta cohibere solent mulctis ac poenis. Ceterum *Sueci* hodieque abstinent ab aliis cognominibus, quam ut patris se filium quisque dicat ceu patrii nominis heredem. Inde cognomina *Christianson, Luison, Peterson* cetera. Idem facere solent Moscouitae utpote Patri filium, Petrouiz; Alexii filium *Alexionicz* adpellant.

PrincipesGermani carent cognominibus.

(*hh*) Distinguuntur enim primarii *territorii* nomine, cui solent imperare. KNIPSCH. *c. 1. n. 16.* Ita gens, quae *Brandeburgica* audiit, sub ingressum huius seculi *Porussica* est adpellata. Quod Porussiae ducatus, ex quo in regnum uersus fuit, *prima facta gentis*, quam inscriptionem quoque numus habet in memoriam excusus regalis illatae dignitatis.

DIFFERENTIA IIX.

De nomine candidati imperii.

ad uerba: Caesar imperator.

§. 6. *Romani* CAESARVM *nomine appellarunt (*) candidatos imperii: Germanico iure* REGES *dicimus Romanorum (**).*

Imperii candidati nominati sunt Caesares.

(*) Nomen Caesaris tributum est *filiis* imperatorum et nominatis successoribus. Loca ueterum hic congessit BVLENGERVS *de Rom. imperat. lib. 1. cap 4.* Luculenter SPARTIANVS in uita Aelii Veri cap. 2. morem hunc describit: *Ceionius Commodus, qui et Aelius Verus adpellatus est, quem sibi Adrianus aeuo ingrauescente morbis tristioribus pressus etc. nihil habet in sua uita memorabile, nisi quod tantum* Caesar *est adpellatus. Non testamento, ut antea solebat, neque eo modo, quo Traianus est adoptatus: sed eo proprio genere, quo nostris temporibus a uestra clementia Maximianus et Constantius Caesares dicti sunt. Quasi quidam principum filii uiri et designati augustae maiestatis heredes.* ICti in hoc argumento allegant *l. 2. C. si contra ius* et *l. 7. C. de malefic.* Imo ipse Iustinianus Caesar ante dictus est, quam fieret imperator *l. ult. C. de offic. magistr. officior.* Adde *Ant.* MATTHAEI *cap. 2. n. 1. 2.*

Candidati imperii dicuntur reges Romanorum.

(**) Tempore Caesarum Germanicorum candidatus imperii dictus est *coimperator*. Testis sit *Otto I.* qui in diplomate, an. 970. concepto, his utitur uerbis: *In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis, Otto diuina fauente clementia imperator Augustus. Nouerint omnium fidelium nostrorum, tam praesentium, quam futurorum industria; qualiter nos interuentu dilectissimae coniugis nostrae Adelheidis filiique carissimi* coimperatoris *et coaequiuoci nostri, Ottonis, quicquid, praedii habemus in - - - donamus* et quae sequuntur deinceps. Postea uero pontificis R. arte factum est, ut *Caesaris* nomen dari non posse crederetur, nisi principibus Romae unctis et coronatis. Alios enim imperatores acquiescere oportuerat nomine *regis* Romanorum. Candidati ergo imperii eodem *regis* nomine eo facilius contenti fuerunt. Loca ueterum congessit SELDENVS *de tit. hon. part. 2. cap. 1. §. 7. p. 24.* Praesertim quod de dignitate ante alios reges nil ideo amitterent. *Romanorum* enim ea gloria fuit, ut illis alii Europae populi primas deferrent. Horum dominus illam praerogatiuam habuit, siue *rex* cognominaretur, siue *Caesar*, aut imperator. Carolus autem quartus licet et ipse in A. B. annos *regni* ab annis *imperii* distinguat, quo coronatus Romae fuerit imperator: statuit

Differ. IIX. IX.

tamen ipſe in eadem lege, ut Francofurti rex Romanorum eligeretut, Aquisgrani in *imperatorem* euehendus. Tribuit itaque ordinibus Germaniae, quod ipſi non *regem* ungant, ſed imperatorem: cum olim contra alii crederent, Aquisgrani *regem Teutonum* a Teutonibus coronari, quemadmodum Romae ungatur a Romanis imperator. Primum certe, ſi uerum eſt, uti lex imperii uult, iamnunc pontifex in Italia non *imperatorem* coronsbit *reiterabitque*, quod fieri nefas, ſacramentum, ſed *regem* tantum. Qua igitur cauſa conſilium *Beroaldi* improbandum non eſſet, qui opinatus eſt, *Germanos* hodie *imperatorem* habere, Italos *regem* Romanorum. Sed huic tamen opinioni ſtylus curiae imperialis sduerſus eſt, in quo imperator Romanorum a rege Germanise, *wie auch in* Germanien *König*, diſtinguitur. Sed quam perturbate etiam haec dicantur, permanet tamen hodieque conſuetudo: *quod electione ad imperium uocatus princeps, licet acceptauerit illud, tantum rex audiat neque ante Caeſar aut imperator ſalutetur, quam unctus et coronatus fuerit Aquisgrani.* Tantopere ſcilicet uariant et in tot ſe formas torquent *entia moralia.*

§. 6. 7. *Formula augusti nondum coronati.*

[**] Liceat huc formulam ſcribere, qua nouiſſimus imperator *menſis Nouembris* die 4. ſuperioris anni principibus electoribus ad diploma oblati pet ipſos imperii, reſpondit. Eſt autem haec: *Wir* Carl *der* ſechſte, *erwählter* Rœmiſcher *König, zu allen Zeiten mehrer des Reichs, in Germanien, Hiſpanien König etc. entbiethen etc. Wir haben aus Ew. Lbden gewöhnlichen Wahl-* Decret etc. *uernommen, etc. daß wir den* 12. Octobr. *nach Ziel und Maaß des H. R. Reichs Grund-Geſetzen durch uollzogene freye Wahl die uns dadurch aufgetragene* Kœnigl. Rœmiſche Würde *erlanget etc. Geben in unſerer Stadt Meyland* d. 4. Nou. 1711. *Vnſerer Reiche des* Rœmiſchen *im erſten, des Spaniſchen im neunden, des Hungariſchen und Böhmiſchen aber gleichfals im erſten.* Vnde plura intelliguntur. *Primo* electum Auguſtum ante coronationem, non Caeſarem ſiue *Kayſer* dici, ſed *regem* Romanorum. *Tum* regis Romanorum ante Hiſpaniae eſſe proedriam. *Porro* regem Romanorum quoque uti uocabulis *ſemper auguſti. Praeterea* Germaniae regnum ordine praeferri regno Hiſpaniae, quamuis id nomine gsudeat monarchiae.

DIFFERENTIA IX.

Praeſtetne cognomina ab deuictis hoſtibus petere, an uero a territoriis?

ad uerba: Alemannicus Gothicus etc.

§. 7. *Romana iura ex leui forte hoſtium ſtrage (ii) principes ſuos dixerunt* ALEMANNICOS, GERMANICOS, FRANCICOS *cetera. Rident has nenias Germani (kk). Qui principes ſuos cognominant a territoriis (ll), quae uel poſſident, uel in ius uocant (mm), uel, ſpe, ſanguine aut pactis parta (nn) expectant, uel quorum ſuauem tantum conſeruare uolunt memoriam (oo).*

Romanis ex leui quandoque praelio nomina adſumta populorum hoſtium.

[*ii*] Moris fuit ueterrimis temporibus apud Romanos, ut ex oppidis aut prouinciis ſubactis officiales nomina ſortirentur. Scipionem ab *Africanis* uictoriis principio *Africanum* adpellatum fuiſſe, Liuius putat; ſed hoc exemplo uetuſtius in Cn. Martio adfert BALDVINVS, qui captis *Coriolis* dictus ſit Coriolanus. Qusmuis autem haec nomins plurimos excitarent ad res fortiter gerendas: poſt tamen his elogiis ita abuſi ſunt imperatores et ex leui quauis pugna talia nomina captauerunt: ut prudentes uiros huius generis cognomentorum fere puduerit. *Iulius* CAPITOLINVS *in M. Antonino cap.* 9. ita ſcribit: *Geſtae ſunt res in* Armenia *proſpere per Statium Priſcum Artaxatis captis, delatumque* Armeniacum *nomen utrique principum. Quod Marcus per uerecundiam primum recuſauit, poſtea tamen recepit. Profligato autem bello, uterque* Parthicus *adpellatus eſt, ſed hoc quoque M. delatum nomen repudiauit, quod poſtea recepit.* Riſit SENECA *lib.* 1. *de clementia* Romanum populum, *quod ambitioſae maieſtati tribuerit, quicquid potuerit titulorum congerere.* Qui etiam peregrinorum nominum abuſus ſtomachum quandoque populis mouit, qui in belli cauſis hanc numerarunt, quod imperatores Romani a ſua gente petiiſſent cognomentum. De rege Francorum, Theudeberto, ſcribit AGATHIAS *lib.* 1. fere in principio: *Tanto,* bellum aduerſus Iuſtinianum, *ſtudio et tam ingenti paratu moliebatur, ut ad Gepidas quoque et Longobardos aliasque in proximo gentes mitteret legatos, qui eos ad belli huius ſocietatem inuitarent. Minime tolerandum ratus, quod Iuſtinianus* Francicum *ſe,* Alemsnnicum, Gepidicum, Longobardicum *ſcriberet aliarumque etiam gentium titulis ſe iactaret. Quaſi earum omnium debellator et domitor. Neque id indignabatur modo ipſe, ſed et alios, ut dedecoris participes, irritabat.* Addit Iuſtinianus in *nouell.* 43. *Lazici* uerbum ob cauſam eandem. Sed *Paul.* DIACONVS *lib.* 18. numeros horum titulorum contrahit. Vnde BALDVINVS exiſtimat *Francici, Germanici, Antici* (fruſtra enim *Atticus* ſcribit, quod *Antarum* gens illi aeuo ſatis cognita ſit ex Procopio aliisque *Bulengerus lib.*

1. *im-*

Differ. IX. *1. imperat. c. 3.*) cognomina expungenda esse, addita forte manu scioli cuiusdam aliena. Sed contrarium clare docet locus recitatus Agathiae. Viri etiam graues et candidi aliquibus imperatoribus talia cognomina dissuaserunt propter amphibolias, quae occasionem dare possent iocis et satyris. *Aelius* SPARTIANVS *in Caracalla cap. 5.* ait: *Quum Germanos subegisset*, Germanicum *se adpellauit. Vel ioco uel serio, ut erat stultus et demens, adserens, si Lucanos uicisset, Lucanum se adpellandum.* Amici enim suaserunt Caracallae, ne se *Germanicum* diceret, quod fratrem *germanum* occidisset. Prouidus magis in neniis euitandis *Aurelianus*, de quo *Fl.* VOPISCVS in eius *uita cap. 30.* historiolam habet eandem: *Pacato igitur oriente in Europam Aurelianus rediit uictor atque illic* Carporum *copias adflixit. Et cum illum* Carpicum *senatus absentem uocasset, mandasse illico fertur. Superest P. C. ut me etiam* Carpisculum *uocetis.* Carpisculum *enim genus calceamenti esse, satis notum. Quod cognomen deforme uidebatur: quum 1) Gothicus et 2) Sarmaticus et 3) Armenianus et 4) Parthicus et 5) Adiabenicus diceretur.* De Traiano DIO, in uita illius, quod *optimi* cognomine gloriari maluerit, quam adpellatione *Parthici.* Et in Commodo HERODIANVS auctor est, quod *Germanici* titulum spreuerit reposueritque eius loco, *mille gladiatorum uictor*, quorum legi potest ALEXANDER *dier. genial. lib. 2. c. 11.* in eumque Tiraquellus. Et sane cum antea eius generis adpellationes alieno senatus iudicio fierent, merito in pretio illae fuerunt. Vilescere autem illas oportuerat, cum imperatores sibi sua auctoritate has in propria causa testes adrogauissent. Ceterum *curiae* haec stylo facta sunt. Vnde parum ad rem facit, si nostro aut superiori aeuo, quidam principes ob uictorias in numis, inscriptionibus aut sermonibus panegyricis eius generis nomina acceperunt. Sic Portugalliae regem *Sebastianum Aethiopicum, Africanum, Arabicum, Persicum, Indicum, Brasilicum* dixere, et Carolum V. adpellarunt Gallicum, Germanicum, Saxonicum, Asiaticum, Africanum, Indicum teste ZENOCARO *lib. 2. p. 20.* imo principem Auriacum Ioannem Mauritium *Americanum.* Quae exempla notarunt LIMNAEVS *ad capit. Car. V. p. 65.* et BECMANNVS *differt. 2. notitiae dignit. cap. 1. n. 9.* Similiter nostra aetate *Malborugius* imperator in numis, priuatim excusis, cognomina tulit: *Gallici et Boici*, ob clades utrique genti illatas.

Quare migrauerint haec instituta Germani? (*kk*) Cum ipsos demum Romanos puduerit horum cognominum, quod testes essent propriae laudis, quod plures illa immerito sibi adrogauissent, quod bilem mouerent hostibus populis, quod lubrica belli fortuna, quod occasio inde ad ludos et iocos infimae etiam plebis: omnino laudandi sunt Germanici imperatores, quod haec migrauerint instituta. Fallitur ergo maxime WISSENBACHIVS *ad pr. Inst. n. 2.* qui miratur, *cur Iustinianus se non adpellauerit Britannicum, cum Seuerus et Antoninus Eboraci in Anglia rescripta dedisse legantur l. 1. C. de R. V.* Quasi uero Iustinianus hisce titulis ad regna, quae habuit, respexisset, non, quod in nota praecedente diximus, ad uictorias tantummodo, de istis gentibus partas. Primum errorem quoque errat *Hoppius* ad h. l. §. 7.

Titulorum ratio penes principes Germaniae. (*ll*) Vsu curiarum antiquissimo. Ita Carolingorum aeuo diplomata occurrunt, in quibus Francici imperatores se scripsere reges *Romanorum, Francorum, Germanorum, Longobardorum*, MABILLON *de re diplom. lib. 2. cap. 3.* In Germanico imperio postcarolingico ex eo tempore, ex quo unus princeps *duobus* imperauit *territoriis*, pariter utriusque mentio facta est in titulo curiali. *Chronicon* REICHERSBERGENSE ad an. 1162. *Ego Henricus dux Bauariae simulque et Saxoniae.* Qui uero *comitatus* tantum *landsassicos* possederunt, illi ne quidem loci et pagi comitatus facile in titulo fecerunt mentionem. Sic innumera diplomata hoc subscriptores habent: *Henricus comes, Fridericus comes, Cunradus burggrauius, Eberhardus miles* cetera. Vbi scilicet loca absunt omnia, solo munere nominato. Sed tamen, postquam comites, diuulsis aut extinctis ducatibus, *superioritatem* acceperunt, exemti a ducum iurisdictione, tum fere demum a locis comitatuum pariter fuerunt cognominati. Qui etiam plurium comitatuum usi sunt titulis. Quod ante rarius fuerat factum, quam circa tempora Caroli IV. Vbi suffragia *numerata* fuisse, puto in comitiis: quae eousque pro auctoritate et robore suffragantium tantummodo aestimata et expensa fuerunt. Quia iuri tum canonico locus, quod suffragia *ponderari* mauult, quam numerari. Postquam autem uiritim ordines, quod numero territorii numeri suffragiorum responderent, singularium territoriorum in titulo fecerunt mentionem: ut ita iurium suorum in oculis ferrent signacula. Frustra igitur HOPPIVS, qui haec principum nostrorum instituta confert cum Iustinianeis. Rectiora enim eum docere uel *Rhetius* potuisset, qui merito hic notauit *Wissenbachium.*

Tituli remotis adu. praescriptiones. (*mm*) Ita enim praescriptionis euerti idola credunt commemoratione in titulo facta rei praescribendae. Plene de his alii, HOEPINGK *c. 22.* de *insign.* §. 7. FELTMANNVS *de tit. honor. c. 21. 22. 23. 24.* Inde etiam uerbulia *et cetera* hanc tribuunt uim, quod loca, in titulo omissa, non habeantur pro ne-

Diff. IX. X. neglectis et derelictis. De qua clausula ex instituto scripsit *Strykius*.

Etiam in successoriis pactis et expectatiuis nonnunquam adhiberi adsolent.

(*nn*) Inde est, quod illa quandoque territoria in titulo adhibeantur curiali, in quae principi uel pacti successorii aliqua spes est uel expectatiuae. Exemplo sit in *Austriaco* titulo ducatus Wurtenbergicus. Alia congessit FELTMANNVS *de tit. hon. c. 21. 22. §. 22.* Quod tamen alii imitari negligunt, quorum multitudo *facit regulam*. Ex eodem fundamento titulorum et symbolorum heraldicorum imaginibus gaudent principes apanagiati. Quorum iura tractant *Springsfeld, Betsius, Ringlerus* aliique. Ex aduerso quondam principum filiis uerba satis fuere *nobilium dominorum*, aut, quod post factum fuerat, *comitum*. Quod argumentum alibi habetur explicatius.

§. 7. 8.

Tituli saepius suauis rerum amissarum memoria.

(*oo*) Iudicio aliquorum huc refertur comitatus *Habsburgicus* et *Alsatiae* landgrauiatus, quae territoria partim Heluetiis, partim Gallis pleno iure concessa sunt, ut adeo in Austriacis titulis nihil praeter memoriam uideatur superesse. Alia exempla causasque notarunt HOEPINGK *de insign. c. 22. §. 7.* et FELTMANNVS *de titulis sine re eorumque usu cap. 20. et 22.* Ceterum quare *Brunsuicensis* domus in tanta uersetur tituli simplicitate neque praeter ducatum alia commemoret territoria, illud coniecturis attingere uoluit auctor *Germaniae principis*.

DIFFERENTIA X.

Qui principes desuefacti sint a triumphis?

ad uerba: triumphator.

§. 1. *Triumphis Romanorum leuis quandoque ratio et fastus plusquam immanis (pp): a quibus alieni semper fuere Germani (qq), speciei inanium contemptores.*

Leges triumphales Romanorum.

(*pp*) Inde leges positae triumphis. *Primo* ne quis triumphum ageret, nisi auctoritate senatus, populi, principis. *Deinde* causa triumphi a populo aut senatu cognosceretur. *Post* quinque millia qui non occiderit, ei triumphare sit nefas. *Praeterea* infamis sit, qui numeros occisorum hostium ideo fingat. *Porro* causae triumphorum limites imperio acquisiti, non restituti aut recuperati. Ad extremum nemini ducum belli triumphus concedatur, nisi quem respublica honestauisset nomine *imperatoris*. His moribus uixerat Romana respublica ad annum V. C. 740. Post enim sub Caesarum imperio praeter ipsos Caesares raro a milite imperatore triumphus est celebratus. In quo tamen numero fuisse dicunt Belisarium, auctoritate Iustiniani. *Partim* quod Caesares inuido oculo intuerentur officiales, adpetentes triumphos; *partim*, quod in mores iret, hunc deberi honorem Caesari ac reipublicae, quorum sumtibus ac iussu bella gererentur; *partim* etiam, quod Romuli exemplum, quasi legem sequerentur Romani, cuius aeuo regis tantum fuerat triumphare. Quod uero ipsi Caesares triumphis saepe abuterentur, ex ambitione et fastu ad illos instruendos incitati, nulla idonea ad triumphandum causa: puduit inde huius ceremoniae posteros. Adeo, ut Iustiniani triumphos tantum non ultimos fuisse, perhibeant scriptores. In quibus *Caesar* BVLENGERVS et qui hoc longe est breuior, *Onuphr.* PANVINIVS excellunt, qui de *Romanorum triumphis* commentati sunt ex instituto.

Patriae moribus non locus est triumphis.

(*qq*) Hahuerunt forte sua commoda triumphi apud Romanos, quod respublica eorum esset militaris; quod hac gloria milites etiam gregarii, praemiis in triumpho donati triumphalibus, excitarentur ad res fortiter gerendas; quod consultum esset populi oculis exponi pericula, operas, commoda militiae, ut eo promptiores essent ad tributa et census praestandos aerario militari. Verum etiam quamplurima triumphi habuerant a moribus hominum christianorum aliena. Peccabatur in adparatu triumphali, qui immanes habuit impensas uel militis triumphantis uel reipublicae. Exitus belli felices tributi fere hominibus. Triumphantium animis nihil fuerat elatius. In populos captiuos immanis crudelitas. Praecipui enim ex illis trucidati sunt, populo plaudente et ouante. Vtrum triumphati reges omnes trucidati sint, quaerunt. CASAVBONVS *exerc. 1. n. 6. 47.* hoc adfirmat: sed negat id perpetuo factum esse BASNAGIVS *ad Baron. 37. n. 13. p. 31.* Neque ullum opprobrii genus fuerat, quo non gentium deuictarum affecti sunt ritus, mores, sacra, arae, ignis. Testatissimum est spectaculum Vespasiani et Titi, qui triumphum egerunt de Iudaeis. Pater et filius urbem ingressi uno triumphali curru uecti sunt, aris et focis inter ludibria populi praelatis in Iudaicorum sacrorum ignominiam. Loco itaque triumphorum, supplicationes fiunt moribus nostris Deo auctori, inter preces ac hymnos. Vbi pietatis memini Leopoldi Caesaris. Qui, uictoriae causa, nunquam ecclesiae concentibus (*te Deum laudamus*) dicitur adfuisse, nisi inter lachrymas et suspiria. Doluit enim piissimus princeps uictoriam parari ex sanguine hominum christianorum. Nostro aeuo de Poltauiensi uictoria triumphos egerunt Russi, forte ex instituto Graecae ecclesiae in imperio Byzantino.

DIF-

Differ. XI. §. 9.

DIFFERENTIA XI.

Tituli: magni, pii, felicis insolentes in curiis.

ad uerba: pius, felix.

§. 9. *Romanorum institutis Caesares dicti sunt* PII, MAGNI, FELICES *(rr)*: *Germanicis principibus non illi tituli, elati ac insolentes (ss). Nisi papae fiant iudicio singulari (tt), aut posteritas haec pretia statuat demortuorum principum uirtuti (uu).*

Imperatores quare pii et felices sint dicti?

(*rr*) Quicquid hic scripsit Iustinianus, illud ex usu fecit curiae imperialis, cui hae formulae fuerunt solennes. Sic *felices* dicti Caesares, quasi *fortunae* deae essent amici, *pii* autem adpellati sunt, quod cum diis deabusque commercia fingerent, regibus propria. Non miror, paganos ita lusisse commentis ad multitudinem in principis obsequio retinendam. Sed uitio utique uerto imperatoribus christianis, quod hos non deposuerint paganismos. Non fallor in coniecturis, si studia hic accuso cleri adsentatoris. Excusarunt enim has formulas sacri antistites, quasi symbola maiestatis essent imperialis. Quasi non adpellatio earundem, sed sensus essent mutandi. Quasi Caesares inaugurati simile quid haberent sacerdotio. Testes formularum suppeditant BVLENGERVS *lib. 1. de imperatore cap. 24..27.* BECMANNVS *differt. 1. cap. 4. §. 13.*

Ab his formulis nostri principes desuefacti.

(*ss*) Quilibet enim uidet, quod inanium hae species sint. Quae non ad ueritatem dicuntur, sed ad principum nutus et uoluntates. Praeterea si ad regni symbola pertinent, quae esse quaeso! potest exinde gloria principis uirtuti. Dandum igitur est seculorum felicitati, quod principes christiani ab his paganismis sint desuefacti. Forte debetur hoc non minus *Germanorum* animis apertis ac sinceris, qui spernere solent eius generis pigmenta. Quamuis enim *Carolingici* Caesares similes fere reliquerint formulas: Saxonici tamen sanguinis reges ab illis tantopere alieni fuerunt; *ut Henricus auceps* unctionis quoque ceremoniam declinaret, quod desperaret de ceremoniae usu successuque.

Quo iure papa reges adpellauerit cognomentis?

(*tt*) Causam ipse prodit papa in diplomate, quo Henricum Angliae regem fidei scripsit defensorem idque his uerbis: *nos, qui Petri, quem christus in coelum adscensurus uicarium suum in terris reliquit, ueri successores sumus et in hac sancta sede, a qua omnes dignitates ac tituli emanant, sedemus*, cetera. Extat diploma apud CHERVBINVM *bullarii tom. 1. p. 541.* Sed addi possunt ex ingenio pontificiorum etiam causae aliae. Quod pontifices olim multos principes adpellauerint reges. *Resp.* Sed fidem huic adserto *D. praeses* disputauit tam in differt. de *auspicio regum cap. 3.* quam in *neniis pontificum de iure reges adpellandi* ex instituto. Deinde quod nemo sibi honorem sumere, sed expectare eundem debeat ab alio. A supremo scilicet pontifice, qui titulos *merentibus* distribuat neque ad principum aliquid faciat sensus et uoluntates. Porro, quod omnes principes orbis christiani quandam constituant uniuersitatem et hoc intuitu agant sub papae imperio unius, a quo etiam non immerito accipiant in hoc argumento leges et quae aliae ratiunculae sunt generis eiusdem. Sed uicariatu Christi siue orbis primatu destructo, corruit, quod ei est superstructum. Ceterum illustre exemplum est in Paulo 3. qui *maximi* cognomento honestauit Carolum V. testibus *Sleidano, Auila, Marchantio, Massenio* aliisque. De Angliae rege *defensoris fidei* adpellatione illustri, de Hispaniae rege *catholico*, de Galliae rege *christianismo*, de Hungariae rege *Apostolico* egerunt *Seldenus, Valdesius, Becmannus*, aliique plures. Taceo, quod papa, quo iure bonos uiros *sanctorum* adpellat uerbo eodem, et principibus uirtutis ac meritorum dare uelit cognomenta.

Virtutis cognomina relinquenda iudicio posteritatis.

(*uu*) Atque tum a partium studio absunt *cognomina*, cum odii et amoris cessant causae. Exempla sint *Henrici IV.* Galliae regis, post funera adpellati cognomento magni, quod affert VOETIVS *ad instit. pr. p. 9.* Idem de Carolo *Magno* recte dicit FRANZIVS *uitae suae cap. 99.* quod id cognomen non pontifici debuerit, sed concentui omnium populorum, quibus Caroli patuerint uirtutes et res praeclare gestae. Ceterum ut principes famae suae non consulunt, si columnae, arae, marmora, epitaphia, quae mortuis debentur, parentur uiuis: sic eodem plane iudicio aestimantur uiuis principibus praesertim a subditis facta cognomenta. De Ottone I. obiter noto, quod ipse *magni* nomine non quidem in titulo usus sit: uerumtamen hac formula circumscriptum est eius monogramma: *Signum domini Ottonis, magni et inuictissimi Augusti Ludigerus ad uicem Iluperti archicapellani recognoui.* Vt adeo dubium sit, num ipse *magni* cognomen acceperit instituto singulari. Opinor potius, hoc uerbum ad imitationem ueteris styli additum fuisse curiae imperialis, ubi imperatores inde a Romanorum aeuo *magni* et *maximi* audiuerunt, BVLENGERVS *lib. 1. de imperat. c. 2. 30.* uel scribae id dandum esse in principem suum reuerentiae.

DIF-

Differ. XII. XIII.

§. 10. 11.

DIFFERENTIA XII.

Semper augusti adpellatio est eadem, sed diuersus significatus.

ad uerba: semper augustus.

§. 10. SEMPER AVGVSTI *uerba, iure Romanorum, imperatores retulerunt inter* DIVOS *(xx): Germanica iura ab hac superstitione absunt tituloque utuntur eodem, ut boni principis officii admoneant imperatores (yy).*

Augusti *uox Romanis diua*

(*xx*) Ridet institutum Augusti, quo Iulium patrem *deum* finxit, STATIVS:

Primus iter nostris ostendit in aethera diuis.

Imo Iulianus Augustum eapropter dixit *κοροπλάστην*, *Deorum fictorem*, quae loca congessit BVLENGERVS *lib. 1. c. 8.* Neque enim alio consilio *Augusti* nomen adsumpsit Octauius, quam quod loca religiosa et quibus aliquid consecrabatur, *Augusta* dicerentur. DIO *lib. 53. Augustus dictus, quia hominum naturam excederet.* Sincerus magis Caligula, cui cum populus, *Auguste*, adclamasset, iniuriam sibi fieri ratus, multos occidit, BVLENGERVS *lib. 1. c. 12.*

non Graecis.

Molliori et modestiori uerbo *τὸ Augustum* significarunt Graeci. Σεβαστὸν enim idem est, quam *uenerandum.* Imo hoc nomen illis etiam dederunt, qui imperatori fuerant familiares propterea que uenerationem et ipsi mereri uiderentur. Conferri hic potest CODINVS *de offic. Const. cap. 2.* FRESNEVS, GVTHERIVS aliique, qui aulae Byzantinae elegantias descripsere.

Augusti significatus probatur, mehrer des Reichs.

(*yy*) Non rideri debet Germanicae curiae stylus, quo uox *Augusti* reddita, *mehrer des Reichs.* Principio enim mores Germanorum omnino probandi sunt, quod a superstitioso *Augusti* significatu, quo ab *auium gestu* etymon eius requisiuerant, discesserunt. Deinde etiam MANASSES ait in *politicis: Αὔγουστος, ὡς ηὐξημένος, augustus*, quasi *auctus.* Post etiam repetendum hic iudicium CODINI *lib. 1. c. 2. pag. 8. par est*, inquit, *regibus, cum nomina sua mutare, tum ordines nominum* et significatus. Accedit, quod in electitiis regnis monitum hoc admodum sit salutare, ut principes non solum regno utantur instar *usufructuarii*, quo salua sit imperii substantia: sed etiam recuperare studeant, quae alienata sunt cum imperii iniuria. Qua etiam formula Caesarem obligat *capitulatio.* Hereditaria regna hac admonitione opus non habent, quod *suum iactare*, nemo praesumatur. Tum enim dominantium acquirendi studia potius comprimi et restingui debent, quam excitari et commoueri.

Quid uox semper?

Ceterum particulam ἀεὶ Graeci addiderunt, quasi *aeternum* colendus esset Caesar. Hinc *nouell. 17.* in titulo Iustiniani *ἀεὶ σεβαστὸν semper adorandum* reddit. Quod si interpres ultra ciuilem cultum et tempus uitae intelligit, transilit perturbatque orbes pietatis christianae. Vocabulo *semper* olim Germanorum forte Augusti usi non sunt, ne in nimio peccare uiderentur, Cum uero *lib. 1. sub finem* scribat VADIANVS; *ueteres, imperium ingressi*, Augusti *salutati*: *nostris non nisi ab urbis pontifice delibutis*, *quidam* Augusti *cognomentum permittunt*: iure forte *τὸ semper* Caesar addidit uerbo *Augusti.*

Qui, semper Augustum. se primum dixerit Fridericus primus.

Vnde scilicet constaret pontifici, imperatorem nullo non tempore, id est, ante etiam, quam a pontifice ungeretur, Augustum fore salutandum. Certe in primis Friderici I. diplomatibus, ante pontificis certamina conceptis, uideo *semper* uoculam abesse. Quam tamen omnes successores illius usu stabili perpetuoque retinuerunt. Carolus V. si fides est GOLDASTO *tom. 1. const. p. 225.* ab his amphiboliis titulum liberari uoluit eique substituit grammaticum synonymum: *omni tempore amplificator imperii Romani.* Plura congesserunt *Bulengerus, Seldenus, Becmannus* aliique imperialium titulorum commentatores.

DIFFERENTIA XIII.

A principis maiestate absit superstitio.

ad uerba: Augustus.

§. 11. *Romanis legibus principum uultus diui et aeternales (†). Capitale crimen fuerat, ligulas soluere, neque de loculis deponere numos, principis effigie signatos (††), cetera. Quam superstitionem neque sustulere sacra christianorum (†††). Quod stupeas. Germanorum libera respublica ab hac superstitione et olim absuit (*) et abest etiamnunc (**), contemtrix fere schematum inanium.*

Vultus Caesarum qui dixerint diuinos et aeternales?

(†) Hac formula utitur *l. 3. C. de uet. numism. potestate.* Scilicet *capitali supplicio puniendi*, qui aeternales uultus *duxerit uiolare.* Etiam aduersus *sacri oris imitatores et diuinorum uultuum adpetitores*, temeratores monetarum scripta est *l. 6. C. Theod. de indulgentiis criminum.* Inde non minus religioni duxerunt, Caesarum, praedecessorum, imagine signatum aes conflare *l. 1. C. de uet. num. potest.*

Diff. XIII. *test.* ne ipsi formas delerent diuinas et aeternales. Quam deinde rationem continuarunt principes christiani, licet sinceri ecclesiae doctores improbauerint consuetudinem, quod labem secum traheret paganismi. Vnde hodie frustra esse puto ICtorum ex loco eodem petita argumenta. Quasi falsae monetae crimina et nobis grauiora essent ex superstitione Romanorum in uultus aeternales. Frustra certe utitur hoc ratiocinio WAGENSEILIVS *de re monetali cap.* 14.

Ridicula ex principis effigie superstitio. (††) Dabimus loca auctorum. SVETONIVS *lib.* 3. *c.* 59. de Tiberio scribit: *Sub idem tempus leges atrocissime exercuit. Vt haec quoque capitalia essent: circa Augusti simulacrum 1) seruum uerberasse 2) uestimenta mutasse 3) numo uel annulo impressam effigiem latrinae aut 4) lupanari intulisse. Periit et is, 5] qui honores eodem die sibi passus est decerni, quo decreti olim erant Augusto.* Historia rem comprobat SENECA *lib.* 3. *de beneficiis c.* 26. quam ita enarrat. *Sub Tiberio Caesare fuit accusandi frequens et pene publica rabies. Excipiebatur ebriorum sermo, simplicitas iocantium. Nihil erat tutum. Coenabat Paulus praetorius. Imaginem Caesaris gestiens in annulo sumpsit matellam. At seruus eius ebrio annulum detraxit. Et cum Maro conuiuas testaretur, admotam esse Caesaris imaginem obscoenis; ostendit in manu sua annulum seruus,* atque ita dominum suum crimine laesae maiestatis, si superis placet, liberauit. Respondet legibus hisce locus PHILOSTRATI *lib.* 1. *de uita Apolonii cap.* 11. *p.* 19. quem dabo Latine: *Statuae Augustorum sanctiores Iouis simulacro. Ita ut impietatis damnatus quidam fuerit, quod seruum suum uerberasset, qui drachmam argenteam Tiberii imagine signatam gestabat.* Alia plura exempla suggerit BVLENGERVS *in imperat. lib.* 1. *c.* 33. *p.* 61. 62.

Cleri adsentatio in tolerandis aulae paganismis. (†††) Patet certe hoc ex *l. un. C. Th. de imaginibus imperialibus,* ubi anno demum 425. imperator superstitionem cohibuit populi *a fastigio ambitiosae adorationis.* Quam legem etiam Iustinianus exhibuit *l.* 2. *C. de stat. et imagin.* Imo PHILOSTORGIVS *lib.* 2. *hist.* reprehendit aperte orthodoxos, *quod Constantini M. imaginem sacrificiis propitiarent, lucernis et incensis colerent precesque ueluti Deo adlegarent et auerruncatorias malorum supplicationes peragerent.* Et significantius HIERONYMVS *ad cap.* 3. *Dan.* increpat hoc ritus: *Statuam auream cultores Dei adorare non debent. Ergo iudices et principes seculi, qui imperatorum statuas adorant et imagines, hoc se facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes placuerunt Deo.* Quod cum ipse uiderit GOTHOFREDVS *ad l. un. C. Theod. de imag. imperialibus,* non uideo, qui eius notam meruerit *Iacob. Durantius* CASELIVS, qui *lib.* 2. *uar. lect. c.* 16. Theodosianae legis facit mentionem. Potius intelligere licet ex his speciminibus, quod clerici ad principum sensus tum omnia fecerint neque aulas purgauerint a sordibus paganismi. Re quidem uera, ut sua commoda promouerent, sed tamen hoc tegumento, ne sacra christianorum illis redderent inuisa. Quasi scilicet uerbo Dei pigmentis opus esset nostrisque mendaciis.

§. 11.

Principum in Germania cultus abest a superstitione. (*) Neque enim tale quid sibi uel principes Germanici adrogauerunt, uel eius generis cultum tolerarunt in principibus Germani. Italorum haec ambitio fuerat. Inde specimina habemus in Ottonibus aliisque nostratium Caesarum, quod et illi ex Italicis itineribus multoties ambitionis labem contraxerint. Cui tamen obuiam semper iuerunt ordines Germaniae. Qui regem, in adducto imperio, suspexerunt, ut patrem, non ut deum. Fastus certe, quod historia docet, principibus apud nos contemtum peperit, non auxit cultum. Heluetiorum ab imperio secessus hanc caussam habuit, quod Alberti officiales Romanorum ibi ritus urgerent, ut Caesaris insignia praetereuntes capita nudarent, inclinarentque ceruicem. Insolentia haec, quae incendia excitauerit, internecciones, clades, bella, iras demum in Germanos aeternas, id nemini est ignotum. Ex aduerso huc ritus pertinent, quo Germani principes suos ictu a colapho initiarunt, ne obliuisci uiderentur ordinum agentium in imperii societate. Ritum hunc obseruarunt Carinthii, quem plures describserunt SYLVIVS *papa Europae c.* 20. *p.* 343. prerium ei fecit maximum. Et emblema, aeri incisum, exhibet FVGGER *Austriae lib.* 3. *c.* 7.

Licentia nostri aeui in principum imagines. (**) Caesaris ac principum imagines nostro aeuo quiliber, instituto priuato, pingit ac fingit, sculpit, format, inprimitque stanno, cupro, argento et auro. Ex qua temeritate et lucri cupidine haec fiunt: tali leuitate et futilitate iterum delentur, franguntur, lacerantur, conflanturque nulla reuerentiae aut discriminis habita ratione. Quod magis est. Surores calceos, sartores forpiculas, pelues parulas balneatores ornant ac instruunt imaginibus Caesaris, regum, principum. His scilicet symbolis, quae in aulaeorum quondam adparatu, artes nunc superbiunt sellulariae, quae opifices in aedibus suspendere solent instar hederae, ut forte ad uultus augustales sistat uiator emtorque inueniatur, quem sitiunt uenales expositae crepundiae. Rigidus tamen aestimator hunc morem uix de censura dimittit. Neque dissentio. Cum in hac licentia nil uerfetur patriae libertatis. Tolerabilior certe mos Romanorum, quem notat TERTVLLIANVS de co-

de coronis p. 27. Quis sine detestatione uel graui cachinno audire poterit, Romanos eo stuporis et insaniae deuenisse, ut latrinas, lupanaria, pistrina, carceres, ludos, spoliaria, libitinas ipsas coronis honorarent. Loci huius me admonuit *Durantius* CASELIVS *lib. 1. uar. lect. c. 19.* Ceterum quid de numis tempora nostra? Nulla hic religio, quaecunque etiam sordes ex hisce A uultibus sacris contrahantur. Neque tamen numos conflare aut excudere licet, quod delictum uindicem habeat rogum et ignem. Non, quod uultibus principum aere signatis ita iniuria fiat, sed quod principum haec lucra et regalia sint, quorum uiolatores sacrilegii postulandi?

DIFFERENTIA XIV.

Quando diadema gestiant reges?

ad uerba: semper augusti.

§. 12. *Romanorum moribus principes in publicum non prodierunt nisi coronati (aa): Germanici reges uix semel conspiciuntur insignibus et diademate caput redimiti (bb).*

Diademate quotidie redimiti principes Romanorum.

(*aa*) Locus nunc occurrit P. DIACONI *lib. 16. p. 485.* in uita Iustiniani. *Tricesimo primo Iustiniani anno factus est terrae motus horribilis ualde. Imperator igitur non gestauit coronam per decem dies. Sed et Christi natiuitate absque illa processit in ecclesia.* Vt numen pacaret. Alia loca congessit PASCHALIVS *lib. 9. c. 6.*

Vestimenti regalis hodie usus est rarior.

(*bb*) Quae imperatorum consuetudo eo certior est, quod insignia imperii custodes habeant remotas ab imperiali sede ciuitates, Noribergam et Aquisgranum. *Rabanus* MAVRVS *in elect. Carol. V. p. 271.* Vtraque ante compellanda est per litteras, quam clenodias imperii extra muros dimittat. Actu coronationis semel facto, exigi illae porro non solent. Quo B tempore his moribus uiuere coeperint Germani, non occurrit. Carolum tamen quartum purpuram, infulam ac diadema gestasse in solennioribus quibusque comitiis, docet A. B. in prooemio. Taceo olim ueste regali et diademate indutos fuisse Caesares, quoties in curiis egerunt, quoties castra sequuti, quoties cum aulico adparatu adcubuerunt mensae aut adfuere torneamentis. Sed mu- C tauit forte hanc consuetudinem. Quod is ornatus usui quotidiano molestus esset, in longis praesertim itineribus grauis et periculi plenus. Cui forte accessit, quod principes uulgi errorem ita dispellere uellent, frustra credentis, quod regem faciat diadema.

DIFFERENTIA XV.

Praestetne, uirum iura discere, quam iuuenem?

ad uerba: cupidæ LL. iuuentuti.

§. 13. *Romani ad iurisprudentiae studia admiserunt nonnisi* IVVENES *(cc): Germanorum subsellia patent aetate pueris ac* VIRIS *(dd). Idque ratione magis consulta (ee). Imo problematis instar, praestetne iura uirum discere, quam adolescentem (ff).*

LL. studia commendantur iuuentuti.

(*cc*) Huic enim *institutiones* suas dicauit, non uiris. Inde glossarum inania commenta. *Non sine ratione id fecisse imperatorem, quoniam iuuentus docilis sit magis, quam aetas uirilis et senectus* l. 37. ff. de Aedil. edicto; *quoniam iuuenes, gloriae et honoris cupidi in legum studiis sint alacriores* l. un. C. de stud. *quoniam iuuenum ingenia formari queant facilius, a praeiudiciis libera,* glossa ad l. 29. ff. de liber. et posthum. et quae ratiunculae sunt generis eiusdem. Quorum sententiae adiuuari possunt uariis argumentis.

Pueri ICti apud Romanos

Principio exemplis illorum, qui iura responderunt, egressi nondum pueritiam.

1) exemplo Neruae.

De Cocceio *Nerua* filio hoc refert Vlpianus *l. 1. §. 3. pueritiam ff. de postul.* idque his uerbis: *pueritiam, dum minorem annis decem et septem prohibet postulare. Quia moderatam hanc aetatem ratus est ad procedendum in publicum. Qua aetate aut paulo maiore fertur Nerua filius et pu-* D *blice de iure responsitasse.* Inde neque XVII. aetatis annum, quod facit PANCIROLLVS *lib. 1. de clar. LL. interpret. cap. 26.* neque XVIII. quod uult DAVBERVS *in uita Vulteiana p. 161.* huic adsignare licet historiae.

2) quod leges aduersus iuris studiosos XX. annis maiores.

Deinde quod ex instituto Valentiniani non licuerit iuris studio incumbere ultra annum aetatis uigesimum. Ne scilicet otia litterarum homines iusto diutius retinerent a muneri- E bus reipublicae. Clara est *l. 1. Cod. Theod. de studiis liberalibus* his uerbis: *His, qui sedulo operam professionibus nauant,* (qui enim desides esse uolunt, illi statim ex academia sunt expellendi) *usque ad uicesimum aetatis annum Romae* (in academia) *liceat commorari.* Quorsum etiam facit *l. 3. §. 5. ff. ubi pupillus educari debeat*, ubi institutionis tempus pariter finitur anno aetatis uicesimo. Addit tamen *quinque annos* Diocletianus in *l. 1. C. qui aetate uel professione se excusant.* Ipse enim de-

cer-

Differ. XV.

§. 13.

cernit: *ut singuli usque ad XXV. aetatis suae annum studiis non auocentur.* Quod fere repetitur *l. 2. C. eodem.* Adeo enim Romanis displicuerant *uiri studiosi*, ut qui *decem* annos in academia esset commoratus, non inter *studentes* referretur, sed incolas ciuitatis *l. 2. C. de incolis.* Neque praeter rem hoc factum est. Nam qui in discentium subselliis senescere uolunt, illi uel desides sunt, uel stupidi. Vtrique certe indigni sacris musarum. Itaque uel ad militiam cogendi mercenariam, uel ad artis sellulariae cultum. Quod uero breuior iuris cursus fuerit apud Romanos, quam hodie, in causa est, quod iuris sermo nobis peregrinus et studia legum peregrinae reipublicae. Quibus ambagibus opus non fuerat iuuentuti Romanae, quae tantum non in curiis didicerat philosophari in uernacula. Vt adeo puberes statim se dare potuerint iurisprudentiae alisque grauioribus disciplinis. Addi potest GOTHOFREDVS *lib. 14. Cod. Theod. tit. 9. p. 200.*

(γ) Studiosorum priuilegium nemo uteretur ultra decennium.

Quamuis igitur iuuentutis uocabulum ab XVIII. aut si mauis ab anno XXX. ad XLV. usque apud Romanos se extenderit CENSORINVS *de die nat. c. 14. n. 10. Deinde* etiam ipsae leges *iuuentutis* uerbo abutantur, ut etiam comprehendant adolescentes *l. non aliter §. Titius ff. de leg. 3.* et uiros *l. cum hi §. modus ff. de transact.* dicit enim Vlpianus aliter cum *puero*, aliter cum *iuuene*, aliter cum *sene* super alimentis transigendum: *porro* ipse Iustinianus dissuasor sit, ne iurium studia illotis manibus absque litterarum et philosophiae praesidio tractentur *l. un. C. de stud. liber.* plura tamen quae principio dixi, prodant, Iustinianum in dicatione institutionum sub iuuenum uerbo *minorennes* intellexisse.

Romanis iuuenes quadragenarii.

(*dd*) Nostri aeui moribus, uti in aliis scientiis, ita etiam iuris in studio nulla aetatia superstitio. De *Accursio* referunt, quod ad iurisprudentiae studia animum adpulerit iam *quadragenarius*, ita ALBERICVS ad *l. 1. ff. de cens.* PANCIROLLVS *lib. 2. c. 29.* In qua uero, quod aliarum disciplinarum praesidio esset instructus, breui tempore ita profecit, ut, post Tribonianum omnes ICtos post se uideatur reliquisse. Iudicio eorum scribo, qui *glossae* illius haec tribuunt elogia. *Glossa sacrum idolum, quod colant omnes ICti; nauis est, sine qua non iueris per legum pelagos; pharus est, lucens in tenebris cimmeriis; glossae creditur sine lege, non legi sine glossa; glossa est anima, lex est corpus inane; uolo pro me potius glossam stare, quam textum; unius glossatoris auctoritas maior, quam omnium doctorum; glossator est euangelista; glossa numinis instar est aduocatis* et quae stupenda sunt elogia generis eiusdem, quae habentur apud FVLGOSVM ad *l. 1. si in solutum C. de oblig. et act.* Laur. BEVERLINCK *in theatro litt. I. p. 472.* ZASIVM *lib. 1. cons. 4. n. 12.* et *lib. 2. cons. 3. n. 67.* Imo periisset ius, nisi agonizanti ACCVRSIVS ACCVRRISSET, ait BARTOLVS ad *l. facta §. sub conditione n. 5. ff. ad Trebell.* imo ipse *Accursius* dicit, se hoc nomen accepisse, quod iuri *adcurrisset* ad *l. eandem.* Neque in scribendo adeo sedulus fuit, sed etiam felix in docendo. Filio enim eius nomen ICti disputarunt, quod illud non XVII. annos natus mereretur ALBERICVS *ad l. 1. §. initium ff. de postul.* et Ioan. FABER *ad §. ult. Inst. quibus ex causis manumittere n. 3. p. 39.* Filia autem Accursii ius ciuile publice docuisse dicitur Bononiae. Quam eapropter in doctarum foeminarum catalogo altero loco posuit TIRAQVELLVS *ad legem XI. connub. part. II. p. 198. n. 38.* Succedat Accursio BALDVS, illo industria non minor et par fere auctoritate. Baldum uero *quadragenarium* ad legum studia accessisse aiunt, propterea que Bartolum institutorem illi dixisse: *tarde uenisti Balde.* Hunc respondisse: *citius recedam.* Quod artium praesidio se ante sciret instructum, quam ad discenda iura animum adpulisset, ex traditione ueterum ZASIVS *ad l. 2. §. 43. ff. de orig. iur. num.* 12. Hier. CAGNOLVS *ad tit. de orig. iur. n.* 123. et *in ff. prooemio.* licet historiam in dubium uocet TIRAQVELLVS *in praef. ad ius primogenitor. n* 102. *et* 206. Audit certe Baldus *numen legum*; post Accursium et Bartolum *maximus*, quos tamen uicerit ingenii acumine. [*idem quaest. 31. n. 10*] *Seraphicus*; omnipraesens et omniscius, qui *ubique sit et nihil non dixerit*; *philosophus legalis*, cetera apud IASON. *ad l. haec uerba n. 35. ff. de leg. 1.* MANTVAN. *lib. 9. obs.* 81. Claud. de SEYSELLIS *ad l. ut uim ff. de iust. et iure num. 80.* DECIANVS *in cons.* 283. *n. 3.* Quanta etiam HVLDARICI ZASII apud suos aeque, quam extraneos auctoritas? Sed ille, *prouecta iam aetate, trigesimumque annum excesserat, cum primum coepit ius ciuile addiscere*, scribit *Melch.* ADAMI *in uit. ICtor. p. 31.* Excitauit exemplum praeceptoris sui *Iohannem* SICHARDVM, ne uel ipse dubitaret triginta iam annos natus ad iuris ciuilis studia animum adpellere, teste *eodem in uitis ICtor. p. 88.* Possem etiam *Strauchii, Ziegleri, Brunnemanni* aliorumque plurium exempla adferre, qui in uirili demum aetate, studio theologiae, medicinae aut litterarum relicto, se iuri addiscendo serius manciparunt: sed hodie in tantis ac multiplicibus ad iurisprudentiam subsidiis et formulis foliisque legum, quae olim sibyllina fuerant, nunc patentibus apertisque, absonum et puerile esset, talia habere instar aeui nostri portentorum.

Iurisprudentiae cultus uirilis.

Exempla I. Accursii ad an. 1170.

Glossae elogia stupenda.

Laurea iuris disputata re adolescentiae.

Accursii filia iur. professor.

II. Baldi *an.* 1370.

III. Zasii *an.* 1530.

IV. Sichardi *an.* 1540.

Pluriumque huius aeui aliorum.

(*ee*) Si PETRONIVS *arbiter* nihil scripsit, quod dici possit frugiferum, hoc tamen com-

Legum studia num potius commendanda uiris?

Differ. XV.

commendari meretur, quod mox *in principio satyrici* habet aduersus iurisprudentiam iuuenilem. Locus est salutaris admodum, in iuuenes scriptus, qui artes praecipitant et ad sensus magis suos doceri uolunt, quam ad prudentiam magistrorum ueritatemque. Exscribemus

Petronio ridentur pueri in foris.

totum eapropter, qui hic est: *Minimum in his exercitationibus doctores peccant, qui necesse habent cum insanientibus furere. Nam ni docuerint, quae adolescentuli probent, ut Cicero ait, soli in scholis relinquuntur. Sicut ficti adulatores, quum coenas diuitum captant, nihil prius meditantur, quam id, quod putant grauissimum auditoribus fore. Nec enim aliter impetrabunt, quod petunt, nisi quasdam insidias auribus fecerint. Sic magister, nisi, tanquam piscator eam imposuerit hamis escam, quam sciuerit adpetituros esse pisciculos, sine spe praedae moratur in scopulo. Quid ergo est? parentes obiurgatione digni sunt, qui nolunt liberos suos seuera lege proficere. Primum enim, sicut omnia spes quoque suas ambitioni donant. Deinde, quum ad uota properant, cruda adhuc studia ad forum propellunt et eloquentiam, qua nihil esse maius confitentur, pueris induunt adhuc nascentibus. Quod si paterentur laborum gradus fieri, ut studiosi iuuenes lectione seuera mitigarentur: iam oratio haberet maiestatis suae pondus. Nunc pueri in scholis ludunt, iuuenes* RIDENTVR IN FORO. *Et quod utroque turpius, quod quisquam perperam discit, in senectute confiteri non uult.*

Imperator in iurium studio requirit litterarum et philosophiae adparatum.

Vtinam iuuenes consulerent in hoc argumento imperatorum instituta *in l. un. C. de studiis liber.* expenderentque consilia, ne iurium studio se aliquis mancipet, nisi litterarum, eloquentiae, antiquitatum, philosophiae, historiae instructus adparatu. Sapientissimi quoque conditoris nostri haec praecepta sunt, *Fridericianae suae* semel atque iterum data in sacris rescriptis:

Rescripta ad Fridericianam.

ne ad collegia iura docentium admitterentur iuuenes, nisi muniti essent testimoniis ab ordine philosophorum, adhibitae scilicet industriae in subselliis eorundem. Hac lege praesertim adstringenda esse studia illorum, qui subditi regis sint, aut qui stipendiis ac beneficiis fruantur regalibus. Sed Tauri olim querelae apud GELLIVM *lib. 6. c. 10.*

Aduersus haec peccata.

Adolescens aut *iuuenis ait, hoc me primum doce: item alius, hoc uolo discere, istud nolo. Hic a symposio Platonis incipere gestit, ille a Phaedro.* His querelis hodieque personat respublica litteraria. Cum libertas ciuium eat in licentiam.

Quae cessant, si adparatui litterarum obsint fortunae aut uitae instituta.

Egomet tamen ciuibus academicis auctor esse uelim, ut calculos principio studiorum ponant numorum et ingenii. Quod si fecerint, architectos imitentur, qui prouident, ut aedificio respondeat fundamentum. Leue et subitaneum casae sufficit: maius requiritur in grandi palatio. In togata quoque militia opus est pluribus gregariis. Et frustra artes docueris imperandi, qui nati sunt ad aliena obsequia. Quis quaeso! eum macerauerit uel litterarum cultu uel adparatu subtilioris philosophiae, cui ingenium uel lentum est, uel hoc institutum, academicam uitam non ultra biennium proferre. Suasor sim eius fortunae ciui, ut ipse statim uel sacra uel leges uel morborum remedia discat, sepositis philosophiae et litterarum optimis diuerticulis. Qui adparatus esse solent iuuenum opis ac mineruae felicioris. *§. 13.*

Pro iurisprudentia adolescente.

(*ff*) In utramque partem dabimus argumenta. Iurisprudentiam *iuuenum* commendant, firmitas memoriae, qua in tanta legum mole est opus; animi tum a praeceptis opinionibus liberi; exempla accedunt iurisprudentiae adolescentis. De NERVA puero ICto septendecim annorum *l. 1. §. 3. ff. de postul.* et de BARTOLO commemorant, quod tredecim annos natus iura audiuerit et ICti lauream acceperit, ANGELVS *ad l. 1. §. pueritiam ff. de postulando*, SOCINVS *ad l. quidam cum filium n. 8. ff. de Verb. Obl.* Paul. de CASTRO *ad l. quidam cum n. 2. ff. de V. O.* Praeterimus alia.

Aduersus eandem.

Viros ex aduerso iurium studia cum stupendo successu incepisse *Accursii, Baldi, Zasii* aliorumque supra enarrata exempla satis possunt comprobare. Quibus addi potest, multorum iudicio, *Seruius* SVLPITIVS. Sui enim similem ICtum Roma non habuit, qui et docuit exercuitque iurisprudentiam et CLXXX. uolumina iuris scripta reliquit, Tullium aliosque testes conduxit PANCIROLLVS *lib. 1. c. 14.* Sed tamen eundem Seruium sero admodum iuri operam dare coepisse, omnes fere doctores commonent ad *l. 2. §. 45. ff. de orig. iur.* Adeo ut iurisprudentia maximos certe profectus et incrementa omni tempore illis debuerit, qui aetate uiri eam demum tractare inceperunt. Neque ratio esse potest obscura. Viri enim iura cum iudicio discunt, iuuenes inter praeiudicia. Primi statim uident, quid in uita ciuili utile sit, quidque superfluum: non alteri, qui his admiscere solent inania. Primis nexus patent iuris et ordo: uix alteris, qui leges blaterare discunt, instar psittacorum. Pertinet igitur huc *Platonis* auctoritas, qui dialecticam non commendauit, nisi discipulo triginta annis maiori, *lib. 1. de republ. pag.* 171. Conferatur si lubet *D. Praesidis* dissertatio de *philosophis caute legendis cap. 1. §. 9.*

DIFFE-

Diff. XVI. §. 14.

DIFFERENTIA XVI

Germani iura in curiis didicerunt, in scholis Romani?

ad uerba iuuentuti. §. 14. *Romani iura in* SCHOLIS *docuerunt* ROMAE, CONSTANTINOPOLI, BERYTI *(dd), non alibi: Germaniae quondam ICti in* CVRIA *formati ac enutriti sunt usque tantum profecerunt forensi (ee). Scholas autem iuris* NON PATRII, *sed* ROMANI *accepit Germania anno demum 1370. cum institutis eo tempore academiis (ff). Arte, opinor, Caesarum, quorum intererat, ut absoluti imperii leges in causis cum priuatis, tum publicis apud nos regnarent. Quamuis enim huic instituto se opposuerint, pristinorum patriae iurium retinentiores (gg); qui intellexerunt, in quae praecipitia sic rueret Germanicum imperium: nihil tamen profecerunt, postquam uisum est magis consultum, cameram imperii ad ius adligare Romanum, quam ingenio adsessorum sententias unice relinquere (hh).*

Iurisprudentia Rom. a curiis transfertur ad scholas

(*dd*) Romana quoque iurisprudentia tantum non *quinque* seculis floruit solo usu forensi, usque dum *Tiberius Coruncanus* ad an. V. Cond. CCCCL. hoc institutum coepisset, ut *scholam iuris* aperiret iuuentuti *l. 2. §. iuris ciuilis ff. de orig. iur.* Ab illo autem tempore numerus iura docentium maxima sumpsit incrementa. Quod locus etiam ostendit A. GELLII *lib. 13 cap. 13.* *Quum*, inquit, *ex angulis secretisque magistrorum in lucem fori prodissem; quaesitum esse memini in plerisque Romae stationibus ius publice docentium et respondentium.*

auctoritate priuata primum,

mox publice constitutis professoribus immunitatib. et salariis.

Accessit autem postea reipublicae auctoritas. Illa enim iura docentium *numeros* definiuit, *loca* indicauit et *urbes*, constituitque iura docentibus congrua *salaria*, *immunitates* et emeritis honorem *comitiuae*. Pertinent huc principio *l. un. C. de professoribus* Theodosii: *Grammaticos, sophistas et iurisperitos in hac regia urbe professionem suam exercentes, cum ad uiginti annos ius docendi labore peruenerint, placuit his, qui sunt ex uicaria dignitate connumerari.* Eadem lex in *Theodosiano* codice *lib. VI. tit. 21.* etiam exempla *Leontii* iurisperiti aliorumque habet, qui ob munus iurium professoris, uiginti annos continuatum, *codicillos comitiuae* primi ordinis acceperunt. Succedat huic *l. un. C. de studiis liberalibus* in epitome sub finem: *quoniam non his artibus tantum* (litterarum) *adolescentiam gloriosam optamus instituí profundioris quoque scientiae atque doctrinae sociam auctores. Vnum, qui philosophiae arcana rimetur, duos quoque, qui * iuris ac legum uolumates* (formulas) *pandant.* Eadem exhibetur in *codic. Theod. lib. 14. tit. 9. lege 3.* Addenda est tertio his loco *l. 6. C. de prof. et medic.* quae ita se habet: *medicos et maxime archiatros et professores alios litterarum et * doctores legum una cum uxoribus et filiis nec non et rebus ab omni functione et ab omnibus muneribus uel ciuilibus uel publicis immunes esse praecipimus. Et neque in prouinciis hospites recipere nec ad iudicium deduci et eximi uel exhiberi uel iniuriam pati, ut, si quis eos uexauerit, poena plectatur. Mercedes etiam eis et salaria reddi iubemus, quo facilius memoratis artibus multos instituant.* Eadem beneficia professorum eadem lex, sed ualde mutata, recitat in *cod. Theod. lib. XIII. tit. 3. lege 1.* qui enim *professores uexauerit, centum millia numorum aerario inferat. Qui laeserit eosdem per seruos, uiginti millia fisco inferat.*

Romae. Beryti, Constantinopoli.

Floruerunt autem Romanae iurisprudentiae tria tantum gymnasia. BERYTIENSE, *in l. 1. C. qui aetate uel professione se excusant.* Berytum autem non Arabiae, quod titulus legis uult, sed Phoeniciae urbem fuisse, iam aduertit CONRINGIVS *differt. acad 1. p. 18.* addatur *l. 1. 69. C. de ueteri iure enucleando*, deinde CONSTANTINOPOLITANVM *l. un. C. de profess.* atque ROMANVM denique *l. un. C. de studiis liberal. urb. Romae.* Alibi noluit iura doceri Iustinianus, licet aliarum disciplinarum non defuerint professores urbibus locisque aliis.

Germanica iura usu curiarum cognita fuere, non scholarum institutione.

(*ee*) Res ipsa loquitur. Nam hodieque destituimur *patrii iuris* academico professore, quamuis ad hoc munus excitare principes nostros possint exempla *Anglorum, Suecorum, Danorum* aliorumque, quorum academiae hac sparta sunt instructae, quod supra *lit. dd.* est enarratum. Inde etiam est, quod ante trecentos annos fora Germaniae non academicos *iuuenes* habuerint iudices, uerum *senes*, qui patria iura cognita habuerunt longo causarum usu. Inde patrii iuris systemate hodieque caremus supra *litt. ff.* Inde ICtorum ingenuorum querelae sunt, quod plurima doceamur in academiis in spem futurae obliuionis. Quod iuuenis, academice doctus, si in forum se contulerit, in causis patriae forensibus sit hospes adeoque noua curiae schola ipsi sit opus. Quod in illis prouinciis uerius est, ubi maior patrii iuris uiget auctoritas, *Caspar.* SCHMIDIVS Boioariae cancellarius ad *ius Boicum tit. 21. art. 1.* et MAVRITIVS *in praef. ad consil. Kilon. p. 57. seq.* Inde *Adami* KELLERI *lib. 1. de offic. iur. pol. c. 27.* consilium est hoc: *qui ad forum se parant Germanicum, filios, post absolutas insti-*

Diff. XVI. institutiones, cancellariis destinent, ut discant scribere et quotidiana experiantur negotia. Quidam eos ad cameram imperii mittunt, ut processum iuris et alia ad praxin necessaria imbibant. Alias plurimum academicos candidatos discere in iudicio oportet a scribis, quod addit PARTHENIVS *litigiosus lib. 2. c. 5. n. 41.* Vnde etiam querelarum Silesiae aliarumque prouinciarum memini, quae deplorarunt, iura et responsa peti a doctoribus academicis, si casus tales sint, qui dependeant a patriae consuetudinibus SCHIKFVSIVS *de feud. Silesiae c. 7. §. III.* Quorsum etiam respicit PAVRMEISTER *lib. 1. de iurisd. c. 1. n. 16.* Quiritium leges in scholis docentur. Sed harum gnari patriae tamen iura non intelligunt caligantque in sole, inquit PARTHENIVS *lib. 1. c. II. n. 16. 17.* Scilicet quemadmodum hodieque Poloni, Hungari aliique in patriae iurisprudentiae studio non in academiis proficiunt, sed in curiis et *cancellariis*, quibus mature solent se mancipare *supra*.

Ius Romanum quo tempore ut fine tractatum in scholis Germaniae?

(*ff*) Quo tempore scilicet academias in Germania aperuit Carolus IV. et qui deinceps eius exemplum sunt imitati. Quamuis enim inde a christianorum sacris in Germania receptis scholas habuerint omnia Germaniae coenobia, unde hodieque inter canonicos locus singularis *scholastico*, cuius iura respondimus alibi ex instituto: disciplinae tamen aliae in illis locum non habuerunt, quam grammatica, philosophia et sacrorum catechesis.

Italicis scholis illud primum commendarunt imperatores Germanici.

Quod argumentum late tractat CONRINGIVS *in dissert. acad. 1.* et in eiusdem *supplementis*. *Romana* autem *iura* occasionem dederunt institutioni Germaniae academiarum. Primo enim postquam a Germanicis imperatoribus *seculo duodecimo* Iustinianea iura *Bononiae* primum, deinde *Paduae* demandata fuissent, ex illis scholis innumeri prodierunt iurium periti.

Ab Italis Germani responsa iuris mercati sunt in caussis m. publicis.

Hi cum victum et cultum ex iure quaererent, in Germaniam se contulere ibidemque casus controuersos responderunt, quaesiti. Adeo, ut fere in mores iret in Germania, iudicem in causa alicuius momenti ante sententiam non ferre, quam Romani iuris peritum consuluisset. Inde plures mihi formulae medii aeui sententiarum: *postquam a iurisperito satis edoctus sum, quid hoc in casu iuris sit, ergo, quod Deus bene uertat, eundem ita decido*, cetera.

Post ipsi trans alpes migrarunt ad iuris mercatum in academiis.

Quod stupeas, ipsi principes hac ratione usi sunt, quando egerunt *austregas* in iuris publici argumentis. Hoc quum intelligerent Germani et ipsi iurisprudentiae ergo ad Italiae academias se contulerunt. Quorum itinera Friderici imperatores primus et alter, priuilegiis studiosorum editis, ualde promouerunt.

Ad absolutum in Germania imperium plurimum conse-

Hac causa ad ita faciendum moti, ut Germanorum libertati glaucoma obducerent studio absoluti imperii legum Romanarum. Traxit ergo tenuitque Germanorum animos ius peregrinum, adeo ut patrii mores aperti ac simplices illis inciperent sordescere.

§. 14. runt iura Romana.

Hoc fine institutae sunt in Germania Romani iuris academiae an. 1365. Viennae, Lamb. lib. p. 17.

Carolus quartus igitur, ut erat ingenii perspicacis, quo hunc ciuium errorem magis promoueret et ipse Romanae iurisprudentiae scholam condidit instituitque *Pragae*, in metropoli. Hoc tegumento, ut sumtibus parcerent Germani, eundo ad scholas Italorum; deinde exteros potius, Romani iuris cupidos, ad se traheret Germaniae academia; post cultior fieret Germania; demum imperio pristina maiestas restitueretur, qua iura orbi quondam uniuerso dedisset: reuera autem, ut animos ciuium Romanis legibus occuparet et in iuris publici decretis ex fontibus hauriretur undecimi et duodecimi librorum codicis Iustinianei. Id est, in adducto imperio, quale Germanicum, leges regnarent imperii absoluti, quae schemata, mores, consuetudines illius sensim extinguerent atque ciuium animos desuefacerent ab illis, occuparentque hoc noui iuris idolo. Hinc alii post eum imperatores tantis studiis flagrarunt, ut numeros augerent Germaniae academiarum. Adeo, ut nonnullis urbibus scholas iurisprudentiae aperuerint unius, reliquis *facultatibus* theologorum, medicorum, philosophorum exclusis.

Iuridica tantum academia aperitur Luneburgi an. 1471.

Exemplo esse potest Fridericus V. qui Luneburgensi ciuitati *an. 1471. die 8. Aug.* priuilegium scripsit, *ut leges imperiales, id est, Romanas in oppido Luneburg legi, resumi et disputari ac alii actus scholastici in eadem facultate exerceri libere possint per duos aut tres eiusdem facultatis doctores ad instar uniuersitatum pariformiter. Ad gradum etiam doctoratus iuris promouere et ad cathedram liceat*, quod diploma habes apud SAGITTARIVM *in historia ciuit. Luneburg. an. 1471. §. 90. p. 31. 32.*

Lex de academiis instituendis in singulis electoratibus

Inde Maximilianus, filius eiusdem decreto comitiali iussit *electores septemuiros*, ut singuli in suis ditionibus minimum unam alerent iuris academiam. Inde *Nic.* VIGELIVS ICtus magnae auctoritatis *p. 20. 21.* Carolum V. imperatorem his uerbis compellauit: *ut auctoritatem Romanarum legum tueretur, si saluam uellet imperatoris maiestatem.* Imo diuinatorem egit, fore, ut Romano iure in Germania sublato, actum quoque sit de Caesaris auctoritate. Inde porro ICtorum axiomata, regulae et brocardica: *principes, si inter se litigent, uti oportere iure Romano priuato.* Inde iurisprudentiae publicae principium et fontem habuerunt codicis Iustinianei libros ultimos, quibus torum fere Germanici iuris systema superstruxit *Reinkingius.* Sed tamen non defuerunt omni hoc tempore uiri, patriae libertatis amantes et studiosi, qui satis intellexerunt, in quae prae-

Diff. XVI.

praecipitia sic rueret infelix Germania. Quod in sequentibus dicam explicatius.

Argumenta aduersus autoritatem Romani iuris in Germania.
I. Exilia *Romanorum* ICtorum *ex iudicijs Germaniae R.I. Mog.* 1441.

(gg) Quorsum pertinent uaria huius generis argumenta. Principio, Friderico V. Caesare, decreto imperiali est statutum: *ut Romana iura docti ex curiis ac foris abessent et continerent se tantum intra umbras scholarum.* Recitabimus hic integrum, partim quod alii illud interpolatum habeant, partim quod ideo quidam B ICti de sensu eius dubitent, quasi in eo non Romani iuris doctores uniuersim, sed peruersi tantum reiecti esse uiderentur FELTMANNVS *ad l. 2. §. 13. n. 5. ff. de orig. iur.* Est uero Moguntinorum comitiorum an. 1441. editum decretum his uerbis *art. 5.* conceptum: *Alle* doctores (ergo non tantum doctores peruersi) *der Rechten, sie seynd geistlich* (doctores iuris canonici) *oder weltlich* (Romani iuris) C *im H. R. Reich teutscher Nation, sollen, nach laut der fürgenommenen reformation* (ut constet decretum hoc uere comitiale esse) *an keinem Gericht, bey keinen Rechten, auch in keines Fürsten oder andernRæthen mehr gelitten werden, sondern gantz abgethan seyn.* (Exeant igitur doctores iuris a iudiciis, causis, aduocati, procuratores, officiales). *Sie sollen auch fürbasshin vor Gericht oder Recht nicht weiter reden, schreiben oder Rath geben. Sintemahlen GOtt den Menschen mit seiner ei-* A *genen Weissheit begnadet und uersehen hat* (habes hic cerebrinam iurisprudentiam commendatam iudicibus Germaniae). *So mag er in der neuen fürgenommenen Ordnung seines rechtens selb wohl warten.* Et in *Artic. VII.* etiam leges Romanae tolluntur ex iudiciis Germaniae: *Alle Kayserliche Rechte* (de legibus Iustinianeis sermo est) *so bissher im Römischen Reich teutscher Nation gebraucht* (ergo B confitetur decretum huius iuris receptionem) *sollen alle tode und ab seyn. Allein die, so durch die Recht-Verständigen mit lautern Grund und klarer Warheit ohne Argelist rechtlich erkant seyn, sollen gehalten und bestätiget werden.* Itaque iuri Romano locus ob uim rationis et consuetudinis. Cuius etiam non *uniuersalis*, sed *particularis* est receptio. Vtrumque autem explicatius longe habetur *in der* C *Erklärung dieser reformation ad art. 7. declaratio 4.* sub finem: *Man mag sich auch an all den Gerichten der Kayserlichen Recht* (de iure Romano hoc intelligendum) *gebrauchen. Die mit rechtem wahren Grund erkläret angezeigt und zugelassen sind.* Ceterum, quod ex comitiali hoc decreto plane pleneque intelligatur, quae tum in Germania fuerit LL. et D ICtorum Romanorum auctoritas, usum est *declarationem comitialem* e GOLDASTI *Reichs-Satzungen* p. 171. uerbatim ad marginem (**) exscribere. Alii enim hoc

§. 14

II. Exulent *LL. Romanae e foris Germaniae, illis exceptis, quas usus probauit et naturalis aequitas*

(**) Declaratio haec et ipsa comitialis an. 1441. Moguntiae his uerbis concepta ad articul V. talis est: „Die erste Erklærung des funfften Artickels ist also fürgenommen. Bey allen Uniuersitæten, "die beym R. zugelassen werden, darauff man *Doctores* und Lehrer der Rechten machet, sollen drey *Doctores* im Rechten gehalten werden [*quia tres faciunt collegium: apud Romanos sufficerunt duo superius*] die der Rechten, so mit wahren Grund bestætiget und zugelassen seyn sollen, warten auch "dieselben und nichts anders in richten, lesen oder lehren, und sich auch andere nicht uerführen lassen "oder dauon dringen; dann wie es in dem Reich geordnet, und bestætiget ist. [*Ergo iura quidem Romana doceant, sed illa tantum, quae mores in Germania adprobant et commendat sana ratio*]. Ob aber "grosser Irrung halben ein Rathschlag, der sich einer Urthel wohl vergleichte, uon ihnen sammentlich begehret würde [*habet hic collegii ICtorum autoritatem, iura respondendi; quae uim habeant sententiarum*] das sollen sie alle drey einmüthiglich um Fœderung willen der Sachen annehmen, und "innerhalb eines Monats denselben urthelmæssigen Rathschlag beschliessen. Vnd demselben, wouon "er herkommt, wieder überantworten. *Sequitur declaratio* secunda: Die andere Erklærung des "fünfften Artickels, ist. Dass an keinem Rechten hoch oder niedern standes keine *doctores* sollen sitzen "helffen recht sprechen, schœpffen noch beschliessen [*Abesse itaque oportet a Germaniae iudiciis iura in scholis doctos, ne patriae consuetudinibus relictis causas deciderent ex legibus peregrinis*]. Wann ihnen "das Recht hærret dann den Leyen, [*doctores enim iuris plerumque fuerant clerici, imo doctores habiti fuerunt instar clericorum i. e pro quasi clericis*] uerschlossen ist. Vnd kann ihr keiner ein Schlüssel darzu "finden, biss beyde Theile arm werden oder gar uerdorben sind. Aber der Ley behælt doch den Schlüssel zum Rechten bey ihme, dass man zu ziemlicher Zeit das Recht herfürbringen mag [*scilicet iura in scholis docti disputando protrahunt litem, sed, qui uiam sequantur simplicem et planam, illi nesciunt ambages, diuerticula, figuras, anfractus.*] Aus diesen Vrsachen kan man die Gelehrten in keinen Rechten "mehr leiden. Dazu seynd es nur besoldte Knecht und nicht Erbdiener des Rechten (*iura tractant ob spem mercedis, hinc operam nauant mercenariam*). *Pergimus ad* declar. 3. Die dritte Erklæhrung, dass "im gantzen Röm. Reich teutscher Nation kein *Doctores* mehr vor keinen Rechten weder reden, procurriren oder weiter procediren sollen, in Schrifften oder andern Rathschlægen: sondern aller weltlichen Recht müssig ston [*locus itaque illis in ecclesiasticis iudiciis remansit*] darum, dass sie Stieff-Væter "und nicht die rechten sind. Dann sie nehmen ihme den Grund der Warheit und bringen aus Geitz das "Recht in einen solchen Vnglauben [*iuri claro adfundunt tenebras*] dass kein frum Mann sein Vertrauen darin mehr setzen mag. Das hat euer uerkehrte Lehre inner funffzig Iahren zu wegen gebracht. "Wo ist es uor erhœret worden (*scilicet a tempore conditarum in Germania academiarum, ubi iuuenes Romana iura docti se ingesserant in iudicia, quod supra diximus*). *Addimus ultimam declarationem comitialem.* Die uierd Erklæhrung, die ist also fürgenommen, dass im gantzen Röm. "Reich teutscher Nation zugelassen ist, allen Stænden, Fürsten, Grauen, Freyen, Herren, Stætten und "Gemeinden vergunt *doctores* und Lehrer der Rechten zu halten." Vt nempe consulant eosdem Germaniae iudices, non uero illi ipsi ius dicant aut iudicent. His enim rationibus ICtos Romanos ante tolerare

Diff. XVI. §. 14.

hoc non habent, nisi per epitomen, utpote LIMNAEVS *lib. 4. cap. 8. iur. publ. n.* 18. *et lib. 8. c. 4. n.* 11. qui tamen constitutionem hanc frustra exagitat, cum aeui istius moribus illa respondeat ex asse, quod infra docebimus, *Hippolithus a* LAPIDE *in praef. §. 21. p. 5.* qui uotum addit: *optandum itaque foret, legem hanc imperii de excludendis tam a priuatis iudiciis, quam a publicis consiliis legistis executioni fuisse mandatum.* Idem CONRINGIVS *de orig. iur. c. 32.* et nouissime DATTIVS *lib. 4. c. 1. n. 150. de pace publ.* itidem dubitat dicitque: *uix in aliquem exitum perducta esse consilia, quae tam uasto et sagaci animo Fridericus moliebatur.*

III. de LL. Rom. in Germaniae foris despecta querelae.

Contrarium huic adserto testem laudamus *Petrum ab* ANDLO, qui non solum Friderico V. coaeuus est, sed etiam in scripto, quod huic Caesari dicatum est, eundem non obscure ideo impetit, quod leges Romanae in tanto apud Germanos iudices sint despectu. Verba eius *lib. 1. c. 10. p. 35.* haec sunt: *Romanas utique leges nostra Alamannia proh dolor! in sua despicit insipientia. Quamobrem minime mirum, si tota compago Romanae potentiae dissoluatur omnisque Teutonia continua inquietudine absque * iustitia agitur et pace. Plurimi populorum aequissimis Romanorum legibus allecti, spontanee se illis subdiderunt: nunc uero nec subiecti armis contineri queunt.*

IV. Testimonio Poggii LL. in Germ. nulla auctoritas.

Et POGGIVS, Florentinus, Friderico V. et ipse coaeuus in *conuiuali 2. p. 16. sqq.* postquam linguae ueneres aduersus leguleios adhibuisset, tandem Germanos ideo felices iudicat, quod legum Romanarum apud illos nec sit locus neque auctoritas. *In nescio quem*, ait, *angustum angulum ac locum paruulum Romanorum leges circumscriptae. Quaere Asiam uniuersam et maiorem Europae partem. Num quid praeter pauculas prouincias Romanarum legum mentio ulla aut sermo habetur. Itali tantum neque hi omnes huic uestro iuri ciuili obtemperant. Nam Hispani, Galli, Anglici, Teutones, Germani ceteraeque, quae ad septentrionem spectant nationes, sibi leges, quibus pareant, constituerunt.* A *Vestri iuris umbeculam quandam nonnulli norunt, mirum apud ceteros silentium. Nihil apud illos uestrae litigiorum formulae proficiunt. Carent uestro patrocinio. Non legum uestrarum anfractibus lites decidunt, nullis controuersiis longioribus implicantur. Vel in hoc fortunati, quod absque impendio et aduocatorum strepitu uiuunt. Itaque paucis in locis utiles estis ICti. Romae scilicet docti tantum: extra Romam indocti.* B *Qui scilicet artem faciunt ex cloaca.* Iungit huic testi *Syluium* FREHERVS *in not. ad Andloum lib. 1. cap. 10.* quem etiam *Limnaeus lib. 8. c. 4. n. 10.* commendat. Vterque praeter rem id facit. Nam *lib. I. epist. CCCXI. p. 619. 620. edit. Bas.* habetur quidem inuectiua Syluii aduersus iuris peritum, poeseos contemtorem: sed nullum inde argumentum ad nostram arenam.

V. Institutum de nouo codice iuris Germanici.

Adposite magis huc C referre liceat institutum comitiale, an. 1495. ut omnia patrii iuris instrumenta colligerentur conferrenturque in codicem, cuius unum exemplum in camera, alterum in curia Caesaris custodiretur. Verba R. I. WORMAT. Handhab. des Fried. *an. 1495. art. 4.* haec sunt: *Weiter wollen wir* (Max. I.) *alle Register, Leben-Bücher, Brieff und Vrkunden über des Reichs-Händel und Gerechtigkeit sagend,* D *so wir in unsrer Gewalt haben, oder bey wem sie sind oder erfunden werden, zusammen bringen, und mit denen so künfftig gemachet werden, zwyfachten. Vnd einen Theil in des Reichs Cammer legen, und dem H. R. zu gut getreulich uerwahren und zur Nothdurfft gebrauchen lassen, und das ander Theil in unsrer Röm. Cantzeley.* Sed res successu caruit. Inde priuato ausu GOLDASTVS id operis suscepit, ut, patrii E iuris omnibus monumentis collectis, codicem promulgaret, atque patriae pristina iura postliminio restitueret. Verba eius *in litteris ad Hortlederum d. 20. Maii* 1610. haec sunt: *In hoc unice incumbit studium meum, ut imperatorum et regum edicta, mandata publica, decreta pariter et rescripta colligam. Quae ubi impetrauero et amici non fefellerint, aggrediar opus arduum*

lerarunt in Germania, quam in illa constitutae et conditae essent iuris academiae, de quibus su-"perius) doch mit solcher Maass, dass die *doctores* in kein Reichs-Rath, als Anwald oder Verweser auch "in andere Wege nicht gehœret oder Rathsweise gesetzet werden sollen. Wenn Fürsten dergleichen "Ræth und andere ie *doctores* haben wolten, den mögen sie eigen Raths-Stuben halten, wo ia schwehre "Hændel fürfallen, dass sie ihnen darüber Rathschlæge machen müssen." Vnde intelligitur, quod Romani ICti pluribus ordinibus fuerint in deliciis; quod in causis usu et moribus patriae non decisis illos consuluerint iudices Germani; quod tamen eius generis consilia non uim iuris habuerint, quemadmodum apud Romanos prudentum responsa, sed num illis locum dare uoluerit iudex, in eiusdem fuerit positum arbitratu. Quapropter hodieque iudicibus hoc datur, ut in causis dubiis ordines ICtorum academicos ipsi consulant, *lassen sich durch ein* informat *an verschiedenen Orten belehren*, quae tamen consilia ipsos obligant necquicquam. Ex aduerso se res habet, si partes prouocent ad transmissionem actorum. Vbi nefas est iudici, sententias academiae ICtorum uel ab actis remouere, uel aliquid in illis mutare. "*Damit* mœgen sie eines Fursten oder eines Staats Heimlichkeit nicht gründlich erfahren. Dann bey ihnen nichts verschwiegen ist." Pessimum de academicis doctoribus hoc iudicium, quod tacere nequeant. Sed hodie in formula iurisiurandi collegae adstringimur ad curiae taciturnitatem. Addunt comitia causas, quod ob leue lucrum omnia enuncient et blaterent. *Sie sind nicht anders Rathe als des Solds und des Geitz.*

Diff. XVI.

*um et a nemine tentari ausum, id est, * uniuersi iuris Caesarei reformationem, moribus nostris accommodatam. Faciam Deo coeptis annuente, codex absolutissimus tandem aliquando a cascis illis tricis Romanis, iam pridem certe obsoletis, in generalem christiani orbis* [Germaniam dixisset rectius] *consonantiam instauretur.* Idem sibi proposuit faciendum SCHILTERVS *in program. 1686. edito et ff. exercitationibus* praemisso.

VI. Prouinciae eo feliciores, quo alienae magis a LL. Romanis.

Ad extremum plurimorum haec iudicia sunt: illas Germaniae prouincias longe feliciori sidere regi, quae nesciae sint iuris Romani gaudeantque simplici tantum patriae consuetudine. HVTTENVS, doctus ille eques Germanus, in libello, quem *nemo* inscripsit, *laudat Balthici maris adcolas, quod incunctanter ius dicant non consultis leguleis, sed suo ab antiquis more,* PARTHENIVS litig. *lib. 1. c. 1. n. 20. p. 12.* De Meklenburgicis regionibus *Herm.* HOFFMANNVS *in Lycurgo Germ. c. 4. n. 11.* inquit: *Megapolitani nobiles iudicium formant tale, dicentes: nostri doctores iuris, aduocati et procuratores, quotquot sunt, merentur in luporum dorsum reponi et canibus extra prouinciam fugari, ut una simul opera et lupis et doctoribus purgaretur prouincia.* Scilicet quo uetustiores aut plures territorio sunt academiae, hoc etiam maior in illa est iuris Romani auctoritas.

Iuri Romano auctoritas in Germania demum facta in iudicio camerali sub uerbo gemeiner Rechten. *Quia*

a) Romano iuri ante etiam locus, quamuis nulla legis necessitate.

(*hh*) Stomachum illi mouent, qui hoc uocant in dubium, ex eo, quoniam inficias eunt, sub *iuris communis* nomine Romana iura intelligi, sed potius Germanica. In quo problemate sibi *Cunradus* SINCERVS placet, sub quo nomine latere uoluit *Culpisius*, qui hoc argumentum singulari tractauit libello *de Germanicarum legum ueterum et Romani iuris in republica nostra origine auctoritateque praesenti.* Sed fallitur auctor. *Primo* enim mihi tot medii aeui monumenta lecta sunt, ubi, exempli loco, his uerbis sententiam fert imperator: *consuluimus in hac causa principes, comites, barones, doctores canonum et * iuris Caesarei.* Quas formulas reperio in rescriptis *Caroli IV. Sigismundi* aliorumque imperatorum. Vnde constat, Romana iura ante quoque Germaniae nostrae adamata fuisse in iudiciis, quam camera instituta fuisset. Sed olim legibus Romanis locus fuerat uel ob uim *rationis* et sub aequitatis naturalis, aut iuris *ciuilis uniuersalis* specie, uel etiam in quantum haec uel illa lex *recepta* fuisset sigillatim. Quapropter *supra* formulae additae fuerunt: *so fern sie mit wahrem Grund bestätiget und in teutschland zugelassen seyn.*

b) Germaniae iura prouinciatim differunt.

Deinde nullo unquam tempore omni Germaniae unum et commune ius fuit. Potius in hoc systemate plurium Germaniae prouinciarum, quaelibet suis legibus uixit institutisque. *Post* neque Germania nostra, praeter Romanum, *Caesareum* ius habuit. Nam penes ordines singulos legislatio fuerat, non penes Caesarem. Quod si tamen in commune statutum imperii ordines conuenerunt, illud factum fuerat in comitiis neque nomen meruit aliud quam *Reichs-Recht, Reichs-Satzung,* non uero *Kayser-Recht.* Quod uerbum semper innuit uel Constantianum ius uel Iustinianeum. *Praeterea* loca plura occurrunt, ubi discriminis manifesti mentio *unter dem gemeinen Kayser-Recht und denen Gewohnheiten des Reichs.* *Tum* causa mutationis non obscura est. Erat enim periculi plenissimum, si *camerae adsessoribus* id daretur, ut in rebus tanti momenti sententias, instar principum, dicere possent ex *ingenio:* consultum magis fuerat, eorum iudicia adligare ad Romanorum leges, a iustitiae laude tantopere commendatas, ut illas negligere non possent, nisi ubi ratio id suaderet, uel usus aut indoles reipublicae. Quod, utinā, camerae adsessores uel pensi magis habuissent, uel intellexissent penitius. Ita certa uolumina decisionum, consiliorum et consultationum cameralium, *Barthii, Meichsneri, Gylmanni, Cothmanni, Klokii, Gailii, Mynsingeri, Bluntii* aliorumque moderatoria esse in laudandis *Tribonianistis, Bartholistis* et circulis *rotae* Romanae neque tanta in illis essent pristinorum patriae consuetudinum exilia et deserta. *Tandem* inde potius *ordinationis cameralis* interpretatio liquet *usualis*, quod in sententiis cameralibus omne punctum ferant iura Romana. *Ad extremum*, cum *ordinatio cameralis* adsessores uelit, qui *academici* fuerint *professores*, qui iura docti in *academiis* sint per *quinquennium*, hae uero aliis, quam Romanarum legum professiotibus destituantur; frustra dubitatur de Romani iuris in camerali iudicio auctoritate *Ord. Cam. p. 1. tit. 3. §. 2. deßgleichen etc.* unde uerba huc pertinent; *deßgleichen sollen die Beysitzer der Rechten gelehret, erfahren auch uerstandig qualificirte Personen seyn, aus teutscher Nation gebohren und derselben Gebrauch und Gewohnheiten erfahren, auch zuuor und ehe sie zu Beysitzern genommen, in Vniuersitäten * gelesen oder zum wenigsten 5. Iahr in * Rechten studiret, und in gerichtlichen Händeln* aduociret *und* practiciret *haben.* Quam constitutionem explicat *R. I.* nouissimus 1654. §. 28. Sintemahlen *auch nicht so starck auf das* studium iuridicum quinquennale *auf Teutschen Vniuersitäten, sondern auf die qualitäten, Geschicklichkeit und* experientz *gesehen werden solle.* Haec certe argumenta illis addi possunt, quae in causa eadem adfert DATTIVS *lib. 4. de pace publ. c. 1. n. 103. 104. seqq.* qui omnino in hac lite est consulendus. Quamuis scriptori pro *Culpisii* auctoritate, Sueuici pagi tum rectoris, iusto maior fuerit religio.

§. 14.

c) non Caesareae, sed imperii uocis leges sunt.

d) commune ius a Caesareo distinguitur.

e) in camera non tam ius dici debeat, quam iudicari.

f) interpretatio id uult usualis.

g) imo authentica, quod adsessores esse debeant doctores academici.

DIFFERENTIA XVII.

Non praesint iudices uiri, *quam* adolescentes.

ad uerba: iuuentuti. §. 15. *Iustinianeae leges* IVDICES *ferunt* ADOLESCENTES *(ii): sed cum ecclesiastica (kk), tum patriae (ll) iura tolerant nonnisi* IVDICES VIROS. *Quamuis nostrum hodie aeuum in muneribus neque ecclesiasticis (mm) neque ciuilibus (**) neque equestribus (nn) multo minus in sacris beneficiis (oo) leges annales obseruare uideatur.*

Quae aetas ad iudicis spartam necessaria Romanis? Primum XXXV. annorum.

(*ii*) Equidem Romani pulcherrimas dignissimasque leges habuerunt in gratiam scriptas senectutis: ne hanc aequaret in honoribus et muneribus capiendis iuuentus. *Ante XXXV. aetatis annum nemo eligi debuerat iudex.* Quod ex loco SVETONII nobis constat *cap 32. in Augusto.* ubi claris uerbis habetur: *iudices a * tricesimo aetatis anno adlegit. Id est, quinquennio maturius, quam solebant.* Ad quam forte mensuram *nou.* 123. *cap.* 1. et 13. hunc XXXV. aet. annum requirit in presbytero.

Tum XXX.

Deinde *triginta* annos satis fuisse Bithyniae ciuitatibus, lege Pompeia PLINIVS *lib.* 10. *epist.* 83. narrat. Verum enimuero postea mutarunt hanc alii. Certe VLPIANVS *l. 8 ff. de muner. et honorib.* ait:

Post XXV.

ad rempublicam administrandam ante XXV. annum uel ad munera uel ad honores admitti minores non oportet. Annus autem coeptus pro pleno habetur. Quoniam prudentiae incrementa non menstrua sunt, ut, qui mense Aprili stupidus sit, sapiens euadat Maio. Iungi his possunt *l. 41. cum lege ff. de receptis qui arbitrium,* porro *l. 6. et 11. ff. de decur.* Eundem terminum commemorat HARMENOPVLVS *lib.* 1. *tit.* 4. §. 4. *ὁ ἥττων τῶν εἰκοσιπέντε ἐτῶν οὐ δύναται δικάσαι: minor uiginti quinque annis non iudicet.* Quod excerpsit ex *lib.* 7. *Basilicor. tit.* 5.

Demum XVIII.

Imo, si infra hanc aetatem iudex factus, sententiam dixerat, dubitabatur: utrum illa ualeret. Quam habuit ualidam VLPIANVS *l. 57. ff. de iudiciis,* dummodo non *minor* esset *iudex decem* et *octo* annis. Impubes enim iudex esse non potest *l. 12. cum praetor ff. de iudiciis.* Haec de *iudicibus.* Maiores certe magistratus et dignitas senatoria collata fuit nonnisi senibus annorum aetate. Post plurium aliorum testimonia, quae plene colligit TIRAQVELLVS *in praef. iuris primigen. n.* 168. 169. ex eoque repetit THOLOSANVS *lib. 47. cap. 9. n. 20. 21.* audire iuuat OVIDIVM *lib. 5. fast. uers. 63. 64.*

Nec nisi post annos *patuit tunc curia* seros,
Nomen et aetatis *mite senatus habet.*
Iura *dabat populo* senior, *finitaque certis*
Legibus est aetas, *unde petatur honos.*

Nolim itaque supra laudatum Suetonii locum corrigere et pro XXX. numero substituere uicesimum, quod facere audet *Casaubonus,* sed potius *Phil.* BROIDAEVM sequi malo in *corollario ad lib. 3. fori*

A *Rom. cap. 9. p. m. 365.* Qui recte monet, postea tempora haec deminuta esse a Romanis, ut in iudiciis etiam regnarent adolescentes. Quod optime etiam congruit illis, quae superius exposita sunt *different. 15. lit. cc.* et *lit. ee.* Aduersaria circa aetatem iudicum et magistratuum habes apud TVSCHVM *concl. 171. A.* *Dauidem* DOERINGIVM *bibliothecae p. 1040. seq.* qui aliis hoc in argumento est instru-
B ctior.

Canonico iure definita est muneribus aetas

(*kk*) Olim ne quidem *presbyter* esse poterat, nisi XXXV. neque diaconus nisi XXV. annos nati *nou. 123. cap. 1. et 13.* Sed canonica iura hunc numerum contraxerunt instar iuris ciuilis, quod *nota* diximus praecedenti. Admittitur enim candidatus in *decretis* ad *presbyterium* an XXX. *can. si quis distinct. 78.* sed in *decretalibus* XVIII. anno ad subdiaco-
C natum: anno XX. ad diaconatum: an. XXV. ad presbyterium: an. XXX. ad episcopatum *cap. 7. §. inferiora X. de elect.* et isthuc doctores. Eadem aetas statuta est patriarchis, cardinalibus, papae. Quod *tricesimo anno,* dicant, Christum et Ioannem sacerdotium iniisse *c. presbyter. dist. 78.* Aduersaria plura habes apud DOERINGIVM *biblioth. iur. p. 1046. sq.* Sic etiam ordines equestres sacrae militiae
D leges habent *annarias.* Ante XIV. enim aetatis annum inscribi non debent neque ante XVIII. aetatis annum ad commendam uocari candidati *artic. IX. Stat. Teut.*

et ordini equestri.

Vtrinque tamen annus *coeptus pro completo* habendus, quod an. CIↃ IↃCC IX. *Dn. Praeses* late respondit euicitque in iudicio. Quoniam 1) in iure Romano coeptus habetur pro completo *l. 8. ff. de muner. et honor.* 2) idem uolunt canones et
E iura ecclesiastica *Trident. concil. sess. 23. ref. can. 12.* 3) adstipulantur doctores GARCIAS *part. 7. de benef. cap* 1. *n.* 11. LESSIVS *lib. 2. de iust. et iure cap. 34. n. 109.* 4) obseruant regulam quoque ad *tit.* 7. §. 2. *Aur. Bull.* iura publica imperii HERMES *cap. 14. n. 43.* LIMN. *lib. 3. c. 7. n. 47.* Tandem 5) praeiudicia in ipso ordine equestri sacrae militiae habentur apud *Andr.* MENDO *disquis. 3. quaest. 1. n. 13.* CHERVBI-
F NVM *in not. ad bullar. tom.* 1. *const.* 7. et *tom. 2. const. 60.* Ceterum regulas hic iuris notant. Quod praeferatur in dubio senior iuniori, os ei claudendum eousque, donec ad aetatem peruenerit legitimam; quod dispensare in aetate nequeat,

Diff. XVII.

at, nisi superior; quod candidatus muneris numeros annorum teneatur probare, cetera.

Num Germanis pariter sint leges annales?

(*ll*) Germanorum moribus cum ad alia reipublicae munera, tum ad *iudicis* spartam non quidem certi annorum numeri definiti sunt: plura tamen produnt, maluisse illos iudices senes, quam iuuenes.

Affirmatur a) ex LL. publicis.

Principio hoc innuit REFORMATIO *Frid. V. an.* 1441. *declar. ad 7. art. primo*, his uerbis: *das Recht des H. R. Cammer-Gericht solle mit tapfferen Mannen besetzet werden. Solle auch keiner zugelassen werden, er sey denn uor bey seiner Herrschafft, Obrigkeit oder Nachbarschafft neun Iahr im Gericht und Rath gesessen.* Idem fere repetitur in ORDIN. CAM. *part.* 1. *art.* 3. *n.* 2. *Sollen die Beysitzer erfahrne*, qualificirte *Personen, die der Teutschen Gebräuch und guten Gewohnheiten erfahren, auch zuuor und ehe sie zu Beysitzern genommen werden, auf Vniuersitäten gelesen oder zum wenigsten fünf Iahr lang in Rechten* studiret, *auch in gerichtlichen Händeln* aduociret *und* practiciret *haben.* Tandem *R. I. nouissimo* §. 28. *Wollen wir etc. daß* (in admissione adsessorum camerae) *auf die* qualitæten, *Geschicklichkeit und* experienz *gesehen werden solle.*

b) declinatur illis iudex adolescens.

Neque *camera* solum usu forensi doctos et maturioris aetatis uult adsessores; sed etiam memini, quod medii aeui exempla adsint ciuium illorum, qui supplicibus litteris a principe rogarunt, ne foris *iudicem* det *adolescentem*.

c) iura illis usu patere debent.

Quod olim etiam uix metui poterat. Postquam patria iura usu curiarum omnes addiscere oportuerat, qui profectus lenti magis sunt, quam illi, quos accipere solemus in academiis adolescentes.

d) iudicum et magistratuum nomina a senectute.

Inde etiam maioris momenti iudiciorum adsessores adpellati sunt nominibus *uirorum* aut *senum*. Dicuntur enim *die Rathmannen*, *die Aeltesten*, *die Ober-Alten*, *die Kirchen-Väter*; Inde etiam Anglis senator *Aldermannus* du FRESNE uerb. *Senator* et ciuitatibus hodieque nonnullis *Altmænner*. Neque dubitarem inde etymon petere nostris *Alemannis*, nisi ex instituto de *illustribus Alemannis* scripsisset *Vrb. Gothfr.* SIEBERVS, sentiretque §. 17. ex aduerso, cetera. Quid? quod magis est, ipsi *comites* Germanorum, quibus munera demandata fuere *iudicum prouinciae*, a *senectute* nomen acceperunt. A *canitie* enim dicti sunt *cani Grauen*, adpellatione hodieque prouinciis quibusdam usitata *der Landes-Aeltesten*, non a principis satellitio aut *comitatu*, quod fecerunt Romani, quibus etiam *medicus comes*, *chirurgus comes*, *comes pharmacopola*, *der Hof*-Medicus, *Hof-Barbierer*, *Hof-Apothecker*. *Praeses de formula Marchiae C. II. et III.* De uetustioribus etiam Romanis FENESTELLA c. I. *Romulus senatores ob honorem patres, ob aetatem senes adpellari iussit.* Idem FLORVS

[A] *lib.* 1. *c.* 1. Imo *domini* uerbum Germano-barbarae gentes acceperunt a *senectute*, inde *signore*, *seigneur*. Frustra enim sunt aliorum etymorum patroni. LOISEAV *dans son traité* des seigneuries *c. XI.* §. 6. *p.* 117. *dit, que ce mot uient de* sien, *pour signifier* proprietaire. *Le grand homme s' est icy etrangement trompe.* Sieur *uient de* senior, *recte* scribit iudicatque MENAGIVS *h. u.* Addi possunt statuta illarum pro- [B] uinciarum, ubi XXV. aetatis annus iudicis spartae est definitus. *Bad. Ldr.* p. 1. tit. 1. *Würtenb. Landr.* p. 1. t. 2. *Solm. Ldr.* p. 1. tit. 1. 51. HARPRECHT *de diff. iuris comm. et Bad.* part. 7. p. 167. §. 2.

§. 15.

Adolescentia non obstat 1) muneribus sacrorum antistitum apud euangelicos,

(*mm*) Moribus certe hodiernis neque sacris neque ciuilibus muneribus obesse creditur adolescentia. Arbitrio iudicis et principis id relinquit MENOCHIVS *lib.* 2. *cent.* 5. *casu* 427. *p.* 354. Querelam prae- [C] terea accipe BRVNNEMANNI *lib.* 1. *iur. eccles.* quam his instituit uerbis in illo argumento: *mirari lubet mores nostri temporis, dum, qui iuuenes adhuc sunt, ad curam animarum, imo ad superintendentum siue episcoporum officium adspirant. Qua in re saepissime erratur. Insolitum, imo uero inauditum, iuuenem esse principis consiliarium, consulem, praesidem ciuitatis, ducem cohortis, archiatrum, rectorem. Per gra-* [D] *dus eundum, non per saltum. Male itaque consulunt ecclesiae, qui illas curae subiiciunt in scholis formati adolescentuli.* Neque tamen in eo scriptori calculum do, quod aeui nostri haec uitia tantum quaerat in sparta ecclesiae antistitum, cum nullum uitae munerisque genus hodie inclusum sit lege annali.

2) ciuilibus,

(**) Vt taceam, quae notoria sunt; MENOCHIVS *de arbitr. iud. quaestion. casu* [E] 440. ait: *olim quidem singularia munera habuisse singularem aetatem, sed hodie cessare legem et principis aut magistratus haec duri arbitrio ac uoluntati, num officialem adolescentem uelint, an uirum. Ita saepius, de hoc iure consultum*, dicit, *se respondisse.* Quapropter *Ant.* TESSAVRVS suo id exemplo comprobat *in praef.* quod ipse a Sabaudiae duce senator electus esset adolescens, neque tum opus fuerit noua [F] principis indulgentia et dispensatione.

3) equestris ordinis dignitatibus,

(*nn*) Neque etiam maior aetatis cura cum apud euangelicos, tum pontificios in equestrium ordinum candidatis. Quamuis enim ante annum XIII. aut XIV. nemo inscribi, MEGISERVS *in hist. ord. c.* 2. *p.* 185. et ante XVIII. annum nemo initiari illis debeat, NIDERSTED *in Malta uet. et noua lib.* 2. *c.* 9. *p.* 89. quod supra uidimus: tamen, ut uerbis utar ordinis [G] ea de re conquerentis, quotidie fit: *Daß Kinder, welche kaum sieben Iahr alt*, expectiuiret *und mit* primariis *auf gewisse Commentbureyen uersehen würden, ohngeachtet sie noch nicht einmahl uon einem solchen Alter wæren, da man wissen oder muthmassen*

Vu u 2

Diff. XIIX. *sie könnte, ob sie sich dereinst zu denen in* A *praebend.* nominatim HOIEDA *de incom-* §. 15. 16.
stabilimento ordinis erforderten Diensten qualificiren würden. Eundem abusum exemplis comprobat *Ant.* MATTHAEI *lib. 4. de nobilit. c. 15. p.* 1000. et iurium ordinis callentissimus *Andreas* MENDO *disquis. 3. quaest. 1. n. 13.* testatur: *decem et octo anni requiruntur in admittendo ad ordinem. Haec autem definitio non est in praxi.* Praesertim hodie, postquam eius generis ordines nulla praestare solent militaria ser- B uitia, ut adeo parum intersit, si adolescentibus illi conferantur atque aetati imbelli.

4) *ecclesiastici beneficiis.* (*oo*) In ecclesiasticis beneficiis etiam pontificii admittunt, ut ad *canonicatus* siue praebendae spem inscribi sacrae matriculae possint pueri tantum non in cunis uagientes ROFFINVS *de benef. c. 2. n. 23.* quamuis alii sigillatim requirant aetatem C infantia maiorem uel septem nominatim annos, idque in *ecclesia cathedrali*, uel etiam pubertatem, dd. ad *cap. cum in cunctis X. de elect.* et in *cap. super inordinata X. de*

patib. benef. c. 24. n. 9. LESSIVS *lib. 2. c. 34. dub. 20.* HENRIQVEZ *in summa lib. 10. c. 19.* alia loca congessit DOERINGIVS *in bibliotheca iur. p.* 1045. 1046. *n.* 160. deinde concilium TRIDENTINVM *sess. 23. reform. c. 6.* nouissime ad beneficii etiam non curati fructus admittat neminem, nisi XIV. aetatis anno, quod plene tractat *Nicol.* GARCIAS de beneficiis *part. 1. cap. 5. n.* 127. 128. *seq.* et explicatius *part. 7. cap. 4. integro.* tamen cum plures sint prouinciae, apud quas concilium Tridentinum nullam habet auctoritatem, imo in Germaniae episcopatibus sine imperii consensu statui nihil possit: facile ad intelligendum est, has leges parum aut nihil obesse adolescentiae, quin adspirare possit ad sacra praebendarum. Licet quoque *abbatis* aetas ab aliis XL. *abbatissae* LX. annis for- *Abbatissa non nisi uirgo sexagenaria.* leat definiri a dd. ad c. *iuuenculas* XX. q. 1. D uideatur TVSCHIVS *tom. 1. concl. 26. n. 6.* paucissimi tamen praesertim inter euangelicos sunt, qui huic aetati haec munera uolunt adligare.

DIFFERENTIA XIIX.

Aduersus mineruam cum inuitam, tum infelicem leges academicae.

ad uerba: cupidae legum. §. 16. *Prohibuerunt Romani illos a iurisprudentiae studio, quibus sensus hebetes et tardi, aut quorum genius ferretur ad alia (aa). Nostri aeui morbus est, quem pleraeque hic peccant litterariae respublicae. Magna in academiis turba eorum, qui crassioris mineruae (bb). Melioribus autem ingeniis uix esse licet adeo felicibus, ut ferantur ad genera studiorum ex animi sui uoluntate. Plerosque iuuenes sequi oportet (cc) alienam parentum, patroni, tutoris. Pestem ac perniciem dixeris, quod tempora nostra adeo foecunda sint hominum litteratorum (dd).*

I. Romani ab academiis arcent mineruam siue inuitam siue infelicem. (*aa*) Interpretes huius nos differentiae commonefaciunt. Dum enim Iustinianus iuris elementa *cupidae* legum iuuentuti commendat, existimant illi, eum hoc ipso a iurisprudentiae studio auocare, quotquot uel *indociles* essent, uel genio suo ad *alia* ferrentur genera studiorum. Neque forte praeter rem utrumque refertur inter legum Romanarum argumenta. Nam *Valentinianus*, *Valens* et *Gratianus* Augusti *l. 1. C. Th. de Studiis liberalib.* academicae iuuentuti hac causa scripsisse uidentur. *Quicunque* (uerba legis sunt) *ad urbem discendi cupiditate ueniunt* (conferunt se ex prouinciis ad academias, Romae et Constantinopoli institutas) *primitus ad magistrum census prouincialium iudicum, a quibus copia est danda ueniendi* (neque enim fas fuerat Romano subdito, filium destinare artium studiis, instituto priuato) *eiusmodi litteras proferant* (obtentas a magistratu, praeuio examine studiorum candidati) *ut oppida hominum* (forum domicilii) *et natales* (forum originis et parentes) *et * merita expressa teneantur.* (Ne scilicet amori parentum aliquid darent iudices neque ad candidati academici respicerent ingenii praestantiam et cupidinem discendi). *Deinde*, (neque enim hoc examen satis fuerat) *ut in primo statim profiteantur in-* D *troitu, * quibus potissimum studiis operam nauare proponant.* Ne forte practica ingenia uigilias perderent in rebus theoreticis, uel ex aduerso. Qua lege profecto manifestum est, non solum uirtutis fuisse penes Romanos, *ut nihil inuita dicas faciasque minerua*, HORATIO monitore, quoniam *studia coacta non respondeant*, iudicio SENECAE: sed etiam iura ac leges id pragmaticia sanctionibus praecepisse. Quod E uero cum *Balduino* ab interpretibus lex *24. §. fin. ff. quae in fraud. credit.* huc trahitur, *quoniam ibi ius ciuile uigilantibus scriptum* esse dicitur, illud praeter rem fit. Quamuis eodem consecutionis filo pariter delectetur Paulus *Voetius.* Loculos excuterem alios, nisi consulendus hic esset ex instituto CONRINGIVS in dissertatione singulari *ad l. 1. C. Theod. de studiis liberalibus.* Vnde inprimis huc facit: quod Romani censores tabularia habuerint, quibus inscripta fuere nomina iuuenum, in quouis studiorum et negotii genere

Diff. XIIX. nere excellentium aut occupatorum; quod ita imperatoribus semper in promptu fuerit notitia, unde peterent milites, litteratos, uillicos, negotiatores; quod eodem instituto uixerint Aegyptiorum reges, ne quis ulli artium generi se mancipare absque magistratus auctoritate et quae sunt eiusmodi. Visum est, commentarii loco addere hic rescriptum regis sapientissimi, Romanorum legi ualde concinnum, quo consultum uoluit suae Fridericianae. Est autem hoc (**).

Pinguiora ingenia in academiis.

(*bb*) Nostro aeuo hic peccatur multifariam. Vt operae magis pretium sit, in causas mali huius inquirere, quam exemplis rem comprobare, quae omni loco ac tempore loquuntur. *Principio* is error inuasit plerasque Germaniae prouincias, melioris notae munera commendanda esse hominibus nonnisi litteratis. Cum tamen in multis reipublicae muneribus litteris opus sit uel parum, uel nihil. *Deinde* cum stipendia sub nomine piarum causarum consecrata sint cultoribus tantum litterarum, non alicuius sellulariae aut mechanicae artis tyronibus, quod tamen publica e re esset; plurimi his beneficiis trahuntur ad academias, ut ita laute transigere liceat iuuentutem. *Praeterea* ad triennium academicum omnes adliguntur sacrorum beneficiorum, canonicatus dicimus, candidati. *Tum* postquam, solo literarum cultu, tituli honorum acquiruntur *magistrorum, licentiatorum, doctorum*, malunt plures, haec nomina in otio ac aere quaerere, quam gradu honoris destitui in republica. Accedit *demum* ingens academiarum multitudo, quarum hactenus quidem e re esse uidetur, nulla non spe proposita, promouere ciuium frequentiam. Olim ex aduerso in Germania mille *clerici*, quorum nullus uidit academiam FAB. *lib. 1. hist. Sueu. c. 8.* et duo *ICti* aut *medici* in una prouincia instar portenti LANS. *Orat. p. 901. 902.*

Coacta studia raro respondent.

(*cc*) Impelluntur multi ad studia, a quibus omnino abhorrent. Alii, quando ad hoc uel illud genus litterarum inclinant, uoluntatibus parentum retrahuntur, destinanturque disciplinae, ubi nauigare illos oportet aduersus torren-

A tem omniaque facere minerua inuita et parum felici. Etiam in hominibus euangelicis multoties fit, ut pater aut materculae filiolos aut nepotes in cunis destinent *sacerdotio*, imo in tabulis ultimae uoluntatis uel hereditate priuent, uel tantum non diris deuoueant, si genus illi mutauerint studiorum. Memini casus, quo ante biennium Titio triginta millium imperialium hereditas negata est, quod B iurisprudentiae operam dedisset, a testatore theologiae destinatus. Egomet putauerim, hanc conditionem et turpem et reipublicae perniciosam, pro non adiecta habendam, quod ICti alias sentiunt, si hereditas relinquatur sub conditione *religionis* aut sacrorum, qua de re late KNIPSCHILD *cap. 6. de fideicom. n. 391. 392.* Idem fit in *iurisprudentiae* studio, ubi lucrum regnat aut ambitio. *Dan.* HEINSIVS in uita C *Philippi Clueri p. 5.* suppeditet exemplum his uerbis: *uoluit pater* Cluueri, *ut filius ad legum studia se daret.* Filius ergo, *quod illo non caperetur, ut qui operas forenses subterfugeret gratia parentis et benignitate excidit* ab eoque tantum non relictus est in extrema egestate. Ximenes, cardinalis, ambitionis ergo, operam dedit iurisprudentiae, sed in prouectiori aetate dixit, *quicquid eius artis in pectore* D *concepisset, si fieri posset, libenter euomiturum*, GOMESIVS *in uita eius libr. I. p. 933.* In *medica* arte historia celebris est de *Conringio*, quod, iurisprudentia relicta, medicinae se dederit in gratiam uxoris. Quibus morbis obex poneretur, si *l. 1. C. Theod. de stud. litt. aa.* commemoratae aliquis locus esset in academiis.

§. 16.

Multitudo hominum litteratorum.

(*dd*) Absit, ut litteras hic incusare uelim. De illis loquor, quos nomina, pal- E lium, tituli faciunt tantummodo eruditos. Memini me de Gallia legisse; quod *tertiam incolarum* partem absoluere solerat numerus *iuris licentiatorum.* De *Bohemia* aliquis scripsit, *clericos* ibi deglubere alteram partem regni redituum. *Hispaniae* rex aliquis ex clericis in otio latentibus militares instruxit instituitque integras cohortes. Calculos hic alii ducant in Germania; praesertim in prouinciis, ubi forensium bellorum nullae induciae.

(**) "Es ist bereits eine alte Klage, dass die *studia* in allen *Facultæten* dadurch in Abgang und fast in Ver-"achtung gerathen, weil ein ieder, biss auf Handwercker und Bauern, seine Sœhne ohn Vnterscheid derer "*ingeniorum* und *capacitæt*, *studiren* und auf *Vniuersitæten* und Hohen-Schulen *sumptibus publicis* unter-"halten lassen will, da doch dem *publico* und gemeinen Wesen uielmehr daran gelegen, wann dergleichen "zu denen *studiis* unfæhige *Ingenia* bey *manufacturen*, Handwercken und der *militz*, ia gar bey dem Acker-"bau angewendet würden. Wir sind dannenhero aus Landes-Væterlicher Vorsorge dahin bedacht, wel-"cher gestalt solchen *inconuenientien remediiret*, die *studia* in uorige *estime* gebracht, und das *commodum* "*publicum* befœrdert werden mœge Zu welchem Ende wir euch hiermit allergnædigst anbefehlen, Eures "Orths dahin zu sehen, damit ein *selectus ingeniorum* gehalten, und aus denen *triuial*-Schulen hey Vnserer "dortigen *Vniuersitæt*, absonderlich aber denen *communitæten* keine *admittiret* und angenommen werden "mœgen, die nicht uon ihrer *capacitæt* und Fæhigkeit gnugsahme Proben spühren lassen. Wie ihr denn "auch zu überlegen, und was Eure ohnmassgebliche Gedancken, zu erœffnen habet, welcher gestalt zu Be-"fœrderung dieser Vnserer *intention* die Sache dergestalt zu fassen, dass Vnsere *Vniuersitæten* dadurch kei-"nen Anstoss leiden, dergleichen iunge Leute sich an andere Orthe begeben, und Vns nach uerzehrtem "*patrimonio* schlimmer, als sie uorhin gewesen, in Vnsere Lande zurück geschicket werden. C. den 28. "Iul. 1708.

OPVSCVLVM II.

DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI IN

VERBO MAIESTATIS, ET CONTENTIONE ARMORVM ET LITTERARVM,

mense Septembr. cIↃ IↃcc XIII.

OCCASIONE INTERPRETVM (aa) AD PROOEMIVM INSTITVTIONVM IVSTINIANI.

DIFFERENTIA I.

Maiestatis uerbo qui adpellandi?

ad uerba: imperatoriam maiestatem.

ROmani, libera republica, MAIESTATIS *nomine salutarunt maioris ordinis magistratus; neque migrauerunt fere hos mores in statu monarchico (bb), quod ex legibus constat: Germani schema* MAIESTATIS, *post imperatorem, tribuerunt nemini (cc); licet extranei etiam reges illud non solum sibi adrogauerint (dd), sed etiam* MAIESTATES REGIAE *dicerentur ab aliis ipsoque pontifice R. Superiori tamen seculo principes Germaniae, cum uniuersim, tum sigillatim curiae stylum mutarunt (ee), ut nunc reges compellent omnes* TITVLO MAIESTATIS. *Imo litterae ac libelli supersunt, ubi* SIGILLA MAIESTATIS *ostenduntur electorum, ducum et principum imperii (ff); et, quod magis est, ubi ab ipsis Romanis illi* MAIESTATES *nuncupantur (gg). Stupeas forte (hh) utrumque, nisi nominis temperetur significatus. Hodie sibi nemo* MAIESTATIS *uerbum adrogat, nisi diademate idem fulgeat* REGALI *(ii): ut adeo Romani* PONTIFICIS MAIESTATEM *aliqui (kk) frustra tueri uideantur.*

Qui plura in differentiis, quam in institutionibus?

(*aa*) Ordinem sequimur *institutionum.* Quod uero in his non pauca desiderantur iuris argumenta, quae *differ. a. opusc. l. h. lib. IV.* notauimus, e re est uisum, differentias nostras intueri non minus interpretum et commentatorum iuris adpendiculas.

Salmasius notatus.

(*bb*) Magis audacter, quam perite hoc negat SALMASIVS *ad Trebell. Pollion. in Gallieno c. 14. p. 227. 228.* Qui ita sentit: *libera stante republica Romana non solum populi Romani* maiestas *dicebatur, sed etiam* consulis, praetorum *et aliorum* maiorum magistratuum. *At sub imperatoribus nusquam nisi de* imperatore *ipso nomen illud* maiestatis *in usu fuit. Nunquam igitur de alio magistratu aut dignitate, quam de principatu maiestas dicta est, nec aliae dignitates maiestates adpellatae imperatorum aeuo.* Quo ipso CASAVBONVM refellit, qui stat ex aduerso. Dicam in hoc opinionum diuortio, quid mihi uideatur.

Maiestatis significatus

Principio *maiestatis* uerbo usi sunt Romani ut *dignitatis* et *magnitudinis* synonymo.

principio uulgaris;

Pertinet huc locus, quem alii non uiderunt, M. VARRONIS *lib. 2. de re rust. c. 5. p. 84. A tauris antiqui manus ita abstineri uoluerunt, ut capite sanxerint, si quis taurum occidisset. Noui, inquit ille, maiestatem boum et ab his dici pleraque magna.*

post in curia datus maioris ordinis magistratui;

Post autem uocabulo significatus accessit *curialis*, ut symbolum esset populi et reipublicae Romanae eiusque maioris ordinis magistratuum. Ita foederum leges: *ut* maiestatem *populi Romani* comiter conseruent, apud BRISSONIVM *lib. 4. formul. p. 361. 362.* ita *consulis maiestas, maiestas praetoris, populi ac imperii Romani maiestas,* aliaeque in hoc genere formulae apud scriptores Romanos passim occurrunt, de quibus BVLENGERVS *lib. 1. c. 33. de imp. Rom.*

tum imperatoribus;

Post, *curiali* usu, maiestas tantum tributa fuit *imperatoribus* et *Augustis*, ita tamen, ut non minus illa daretur Caesaribus et imperii collegis, nostro loquendi usu, regibus Romanis. Quorsum formulae pertinent lapidum et monumentorum N. M. Q. E. D. id est, *numini maiestati-*

Differ. I.

statique eius *deuotus* apud GRVTERVM *inscr. p. 246. n. 3.* et ipsi de se imperatores: *indultum nostrae maiestatis oraculum* l. 11. si quis C. de cohortal. *iudices, quos Augustalis maiestas dederit*, l. 3. cum scimus C. ubi in integrum restitut. Vsu autem *Grammatico*, quin eo non minus tempore, quo rerum summa penes unum fuit imperatorem, maiestas quoque adhiberetur de magistratibus rebusque omnibus maioris momenti: cum ex aliis scriptorum locis patet, ubi *matronarum maiestas*, *maiestas orationis* occurrunt apud SELDENVM de tit. part. 1. c. 7. §. 3. tum etiam praecipue ex legibus Romanis. Solus PAVLVS, ICtus, praetori maiestatem tribuit semel iterumque. Sic *L. 11. ius pluribus ff. de I. et I.* ait: *ubicunque praetor, salua maiestate imperii sui, ius dicere constituit, is locus recte ius adpellatur.* Et *L. 9. si familia ff. de iurisdict.* iterum habetur: *quia et hic, albo corrupto, contemta maiestas praetoris uindicatur.* Simili modo VELLEIVS *Paterc. lib. 2. c. 126. n. 2.* de senatu dicit: *accessit magistratus auctoritas, senatui maiestas, iudiciis grauitas.* Quarum legum locorumue memor esse debuisset Salmasius, quod Pauli aeuum fuit Alexandri Seueri. Qui tamen, nulla in imperatorem iniuria, praetoris commemorauit maiestatem. Quid? quod *Vell.* PATERCVLVS *lib. 2. hist. Rom.* sub finem scribit: *Tiberius Maraboduum, inhaerentem occupati regni finibus, pace* MAIESTATIS *eius* (Bohemiae regis) *dixerim, uelut serpentem coegit egredi*, ut sentit GOLDASTVS *lib. 3. c. 13. §. 8. de R. B.* quamuis dubium sit, annon locus de Tiberio potius debeat intelligi.

us tamen grammatico significatu uox maneret hominibus rebusque aliis.

Imperatores uerbo maiestatis *usi sunt adpellatique ab aliis.*

(*cc*) Exemplis opus non est, cum haec sententia iuris publici doctoribus sit testatissima. Quae in singulis fere imperatoribus ordine collegit PFEFFINGERVS *lib. 1. tit. 4. §. 9. litt. a. p. 383.* Cuius uiri incredibili industria, in eruendis ac digerendis medii aeui monumentis adhibita, factum est, ut aliis fere iuris publici libellis carere queamus. Ipse enim singularia iurisprudentiae huius argumenta testimoniis instruit firmatque non unis alterisque; sed a reipublicae principio repetitis continuatisque ex serie imperatorum, nunquam aut quam rarissime interrupta. Ceterum nemo haec ita accipiat, uelim, quasi imperatores quondam nostros puduerit, alio schemate uti, quam *maiestatis*. Nam obseruo in Caesarum diplomatibus, inde a temporibus Carolingorum ac Ottonum, alios eorundem *dignitatis imperatoriae*, alios *celsitudinis*, alios iterum *serenitatis* uel etiam *autoritatis* et *sublimitatis* epithetis gauisos fuisse. Forte, ut quemque sensus egerunt, mores, doctrina, scripti argumenti ratio, aut etiam uoluntates administrorum. Quod uerum esse puto ad tempora usque

Olim quoque serenitatis *et* dignitatis Caesareae.

A Friderici V. Quoniam illo imperante litterae renatae fuere, cum iisque aeui Romani notitia. Vt adeo illis symbolis tum a principibus aliis imperatores uellent internosci. Quamuis circa eadem tempora, ex causis forte iisdem, alii quoque reges, schematibus aliis reiectis, uerbum maiestatis stabili quidem ac perpetuo usu, quae uellem distinxisset SELDENVS *part. 1. cap. 7. §. 9. p. 136.* legantur adsumpsisse. B In uernacula tamen *maiestatis* uox serius audita fuit et, nobis etiam probata, sententia LIMNAEI *ad capit. Rud. II. art. 32. n. 24. 25. 26. p. 528. 529.* raro ante tempora Caroli V. Ante enim pro, *maiestas* Caesarea, in uernacula diximus *Kayserliche Gnade oder Würde.* Sane uetustior interpres Germanicus uerba AB. in prooemio: *in solio maiestatis Caesareae* ita reddit, *auf dem Stuel Kayserlicher Mæchtig-* C *keit*, haud dubie, quod uox *Maiestæt* nondum donata esset Germanica ciuitate. Tandem a seculo inde *decimo sexto* in mores iuit, ut imperatoribus *dignitatis* et *serenitatis* nomina sordescerent, solaque *maiestatis* uox in usu esset cum domi, tum foris. Imo extraneorum regum litterae non sine indignatione reiicerentur, nisi *maiestatis* uerbo Caesarem salutassent reges subscriptores, exemplum in Daniae D rege habet THEATR. EVR. *tom. 4. pag. 445.* Hodie certe formula haec, gentium quodam usu, solennis est, ut reges ac principes omnes *maiestatis* uerbo Caesarem cum in litteris adpellent, tum in colloquiis. Exhibet illas MVLZIVS, fide, ut uidetur, curiae publica *part. 2. c. 25. n. 80. 81. sq. p. 760. 761.*

in uernacula uox Maiestæt *serius longe in usu.*

AB. Maiestæt *reddit* Mæchtigkeit.

Hodie nefas est, Caesarem ab rege aliter salutari quam uerbo maiestatis.

(*dd*) Distinguenda hic iterum tempora. Nam in medio aeuo nil noui est, E quod *reges* his pariter formulis usi sunt: *supplex factus nostrae maiestati; implorauit maiestatem nostram regalem, regiae maiestatis praecepto tuemur*, cetera. Collegerunt illas FRESNEVS in uerbo *maiestas*; SCHILTERVS *lib. 1. iur. publ. tit. 14. §. 8.* et plenius iterum PFEFFINGER *lib. 1. tit. 4. §. 9. n. 3. p. 385. 386.* Galliae rex certe in uernacula ante usus est formula: *de nostre Royale Maiesté*, quod diploma ap. LEIBNI- F TIVM docet *tom. 1. cod. p. 76.* anno 1315. conceptum, quam nostro sermone dici ita potuit imperator. Quod intelleximus in nota praecedenti. Imo idem maiestatis nomen reges accepere ab aliis, exempla Angliae RR. habes apud SELDENVM *part. 1. de tit. hon. c. 7. §. 3. p. 336.* et de regibus Bohemiae apud GOLDASTVM *lib. 3. de regno Bohem. c. 13. §. 9. p. 367.* ab ipso etiam Romano pontifice, quod G comprobat MABILLON *lib. 2. de re diplom. c. 7. §. 6. p. 90.* Cui addere licet PIVM V. in litteris an. 1570. ad regem Galliae scriptis, quae *lib. 4. ep. 46. p. 386. 387.* habentur his quidem uerbis: *magnum in Etruria nos ducem creasse, maiestati tuae neque obscu-*

Reges usi uerbo maiestatis, *cum ipsi,*

tum maiestatis *uerbum accepere ab* aliis, *pontifice,*

Differ. I.

obscurum esse potest, cetera. Imo idem ille papa regem quoque *Poloniae* salutat nomine *maiestatis*. Neque aliis inter se moribus hodie uiuunt ipsi reges, qui se inuicem *maiestatis* uerbo in sermone ac litteris cohonestant. Cum alios acquiescere principes oporteat uoce *Liebden*. Quae cum ita sint, quare soli Germani regibus maiestatis nomen olim inuiderint, substituto eius loco Kœnigliche Würde, multi, aiunt, se uix adsequi coniecturis. SCHILTERVS existimat, *quoniam ius uniuersalis imperii eminentius sit, quam ius regni alicuius, itaque imperatores sibi solis titulum * maiestatis reseruasse, nec illum regibus communicasse, sed tantum * celsitudinis et dignitatis, adde et * serenitatis regiae.* Sed uereor, uniuersalis imperii praerogatiuam obscuram magis fore, quam caussam negatae maiestatis. Alii imperatorem *maiestatis* uerbo indigna tantum illa regna habere, uolunt, quae olim uel paruerint imperio Romano, uel quorum reges Germanico imperio nexu addicti fuerint clientelari. Neque enim ullum hodie in Europa regem esse, qui altero horum non suspexerit Germanicum imperium. In altera certe classe uersari hodieque reges septentrionales. Iterum alii caussam quaerere possent in defectu sermonis Germanici, qui efferre nesciit uerbum *maiestatis*, quod dictum est superius. Credibilius esse uidetur, admonuisse aliquem imperatores nostros, ut Romani, quod ipsi uidebatur, iuris exempla imitarentur neque alios reges, principes aut magistratus uerbo mactarent maiestatis. Quod cum intellexissent ordines Germaniae, sui capitis uestigia sequuti, exemplum repete ex LIMN. *addit. ad lib. 5. iur. publ. c. 9. n. 6.* idem *maiestatis* uocabulum non solum regibus omnibus negauerunt, quorum acta congessit PFEFFINGERVS *lib. 1. tit. 4. §. 9. n. 3.* sed neque illud tolerarunt, ut uel legati de suis regibus loquerentur cum praefatione maiestatis, exemplo Dani apud GOLDASTVM *lib. 3. c. 13. §. 6. de R. B.* uel ex ordinum collegio aliquis latum unguem in hoc regum postulato cederet LIMNAEVS ad *capit. Rud. art. 32. n. 29. 30.*

olim tamen neque a Germanis imperatoribus

neque ab ordinibus Germaniae.

(*ee*) Hodie et, ni fallor, a temporibus pacis Westphalicae mores migrauimus Germani. Anno enim 1645. cum Galliae rege in has leges conuenerunt electores; *ut rex ab electoribus uerbo * maiestatis, electores a rege * serenitatis, * fratris aut celsitudinis electoralis nominibus compellarentur*, quam controuersiam tractat PVFENDORFF *rer. Brandeb. lib. 2. §. 17. 20. 21. p. 68.* Hanc deinceps formulam aliis quoque regibus omnibus dederunt electores ac principes imperii. Vt adeo hodie sine ullo discrimine ab Germaniae ordinibus cum uniuersis, tum singulis omnes reges *maiestatis* uerbo salutentur, quod exemplis uniuersim sigillatimque etiam de Russorum Czaro docuit PFEFFINGERVS *lib. 1. tit. 4. §. 9. n. 6. p. 389. 390.* Qui autem in eo fallitur, quod pacis et foederum tabulas inter testimonia refert huius argumenti. Nam in illis formulis pari iure utuntur partes transfigentes, neque est, quod una alteri hic contradicat. Cum quaelibet ibi auctor sit in rem suam. Deinde etiam eius generis tabulae ab administris consiliorum principis conscribuntur, quorum ratio loquendi, uulgo *cortesia*, ab ipsius principis schematibus ualde est diuersa. Exempli loco euoluatur LVNIGII *archiuum* S. R. I. part. spec. 1. p. 206. §. 10. ubi in ipsa inter Caesarem et Sueciae regem conuentione Altranstattensi *sacra regia maiestas* Sueciae habetur: contra in confirmatione, quae p. 209. extat, eius loco alia longe formula utitur ipse Caesar, *die Vesthaltung der alten Freundschafft, welche wir mit dem * Durchl.* uel etiam *Ihr Liebden, dem König in Schweden haben.* Ceterum GOLDASTVS *lib. 3. c. 13. §. 6. de R. B. p. 359.* quo fundamento alii uiderint, miratur, qui fiat, quod Caesar *maiestatis* uerbo reges alios salutare nolit: cum tamen non dubitet de se, qua Bohemiae et Hungariae rege, his formulis uti: *die Römische Kayserliche auch zu Hungarn und Böhmen Königl. Maiestät.* Neminem uero adeo insolentem fore, qui Bohemiae et Hungariae regnis talia epitheta adrogare uelit iure quodam praecipui. Cum ipsa cum aliis uix locum eundem sustinere uideantur.

Hodie reges omnes maiestatis uerbo adpellantur ab ordinibus cum singulis tum uniuersis.

Quid de imperatore?

(*ff*) Principio illud est quam plurimis exemplis testatissimum, quod non solum principes electores, sed etiam ordines alii passim litteras suas muniuerint sigillo, quod uocarunt *maiestatis*, *mit Großfürstlichen oder Churfürstlichen Maiestät Ingesiegeln.* Recitabimus illa formulasque eorundem summatim. *Saxoniae* electores *sigillum maiestatis*, nullo non tempore habuisse, auctor est WECKIVS *Chron. Dresd. Part. 2. tit. 2. p. 173.* *Das großse fürstliche* secret, *oder, wie man es dazumahl genennet, das große Maiestät Insiegel war nirgends anders, als zu Hofe uerwahret.* Superest memoria sequentium. ANNO 1444. Friderici II. *deß zu ewiger Bekäntniß haben wir Herzog Friederich unsre* Maiestæt *und wir Herzog Wilhelm unser eigen Ingesiegel an diesen Brieff hangen lassen*, HORNIVS in iure feud. c. 22. §. 6. p. 520. ubi uidetur sigillum maiestatis inter praerogatiuas hic referri electoris, quod sigillum ducis ipsi ex aduerso opponatur. AN. 14-- idem elector *zu Orkunde haben wir unser Groß*-Fürstliches Maiestæt *Ingesiegel an diesen Brieff thun hangen* illustr. AVCTOR Europ. Her. part. 1. p. 117. AN. 1456 et anno eodem dux Saxo-

Quod imperii quidem principes usi fuere schemate maiestatis.

1) *Electores Saxoniae.*

Differ. I.

2) duces etiam Saxoniae.

Saxoniae Wilhelmus, qua de re modo dubitaueram, *mit Fürstlichem Maiestæt Siegel* MVLLERVS *in annal. Sax. ad h. a. p.* 37. ANNO 1470. et luculentius 1470. Ernestus et Albertus in ordinatione politica, quae in *corpore iuris Sax.* p. 11. habetur, *diss unser Ordnung auf Pergament schreiben und unser Maiestæt Siegel daran hængen lassen.* ANNO 1468. *haben wir Ernst unser Groß Maiestæt Ingesiegel, daß wir Herzog* Albrecht *hiezu mitgebrauchen, lassen hangen* B ap. uir celeberr. GRIANERVM de sig. maiest. §. 6-10. Ducibus *Brunsuicensibus* non minus maiestatis sigilla quondam familiaria. AN. 1501. Henricus senior *tho urkonde unse Fürstlike Maiestcten Ingesegull an desen bref doien hengen.* LVNIG. *archiu. imper. tom. 4. p.* 177. De *Meklenburgensibus* ducibus pariter duo maiestatis sigilla laudat PFEFFINGERVS lib. 1. tit. 4. n. 9. An. 1496. Magnus et Balthasares fratres C *to merern groter Versekeringe unser beyder Maiestæten Insiegel an desen Breff don hengen.* An. 1500. iidem: *Heebben wy uch gemeldten Fursten ein ichliker seyn maiesteten Ingesiegel to ende deses Breues laten hengen.* De Brandenburgico quondam electore res notior est, quam ut debeat commemorari. Scripsit de illius in hoc genere consuetudine MAGIRVS archiota libellum, qui latere dicitur in tabulario. D Neque Germaniae tantum principibus haec sigillorum epitheta solennia. Etiam de Campaniae Hugone scribit MABILLON *lib. 2. c. 7. §. 6.* quod *maiestatis* titulum usurpauerit in litteris an. 1114. conceptis; *maiestatis nostrae sigillo consignari feci.*

3) duces Brunsuicenses.

4) duces Meklenburgenses.

5) Campaniae comes.

Principes adpellantur uerbo maiestatis.

(*gg*) In Germaniae principibus exemplum, praeter unum, non habeo. An. 1468. cardinales ad ducem Brunsuicen- E sem Henricum his uerbis scripserunt: *Sicut illustrissimi et inclyti uestri maiores indefesse fecerunt et similiter uestra maiestas faciat, ut tam iustam et necessariam causam ecclesiae curam capessat.* Exhibent litteras ACTA *concil. Constant. Hardii part. 2. tom. 2. p. 66.* Quid tum in animo fuerit cardinalibus, uix adsequor. Nisi existimes, haec illos principis auribus dedisse. Vel maiestatis uocem tanti F forte non fecerunt clerici. Quoniam *praesul Lingonensis* sibi eandem an. 1004. tribuit ipse in diplomate, quod exhibet *Stephanus* PERARDVS *en recueil de plusieurs pieces a l' histoire de Bourgogne p. 67.* uerbis, quae sequuntur: *abbas adiens* maiestatem *nostram, humiliter precatus est, ut fratres praedictae ecclesiae indulgentiam ei praebeant.* Putauerim, episcopum ad ecclesiasticam, quam habeat, potestatem G auctoritatemque respexisse. Alia exempla episcoporum huius insolentiae habet FRESNEVS *h. u.*

imo etiam episcopi.

Quis finis sigillorum maiestatis?

(*hh*) In partes ire solent ICti, quid sibi uelit *maiestatis* uerbum, a principibus imperii adhibitum, recte riteque interpretaturi. Alii exinde sententiam dicunt: *principes imperii dignos esse nomine tituloque maiestatis.* Ita CARPZOVIVS *cap. ult. de non adpell. §. 76. n. 38. 39.* et clarius SCHILTER *de iure obsid. c. 2. § 6. n. 20. in exercit. ad ff.* Alii *imaginibus* principum ornata sigilla *maiestatis* dicta esse, perhibent, ut ab insignibus heraldicis *denen Wapen* distinguerentur, ita HEINECCIVS *part. 1. l. 9. p. 77.* Quae coniectura ualde est opinabilis. Cum quod *maiestates* dictae sint principum imagines; tum quod re uera id sigillorum genus principem exhibuerit siue stantem, siue sedentem, siue etiam equo uectum. Alii *maiestatis* hic uerbum idem uoluisse, quam *maius* aut *magnum*. Adeoque *magnum* siue *magnitudinis* sigillum et sigillum *maiestatis* grammatica erant synonyma, ita FREHERVS *ad Andloum lib. 2. c. 5.* Supra enim dictum est, *maiestatem* dictam esse *pro magnitudine.* Mea coniectura est, principes *maiestatis* uerbo hic usos esse pro *potestate.* Partim, quod litterae, hoc genere sigilli munitae, uel res gratiae uel alias continent, quae ex *plenitudine potestatis principalis* uidentur prouenire. Id quod illarum argumenta sigillatim probant, quas *lit. ff.* recitauimus. Non enim *primum* nobis probatur. Quod in ipso litterarum textu nulla mentio maiestatis; quod ipsi principes hoc sensu maiestatem negarunt regibus, cum tamen id facere nefas fuisset, si adrogauissent sibi principes idem uocabulum; quod credibile non sit, plerosque Germaniae principes *maiestatis sigilla* uel semper, uel tamen plurimum, neglexisse aut neglecturos esse inposterum, si persuasissent sibi unquam, tanta inde pendere iurium ac dignitatum momenta. Certe principis uix erit curia ulla, cui in usu sint hodieque *sigilla maiestatis.* Accedit, cum episcopi et Campaniae comes illis usi sint, uel ideo frustra esse de *politicae* maiestatis sensu coniecturas.

a) iura maiestatis,

b) principis icon,

c) magnitudo,

d) plenitudo potestatis

(*ii*) Quamuis enim praepotentes et liberae respublicae plures sint, *Veneta, Belgica, Genuensis Heluetica*, quarum aliae reges quondam habuerunt clientelares, pleraeque etiam uerborum schemata cum Caesare ac regibus gesserunt communia, quod dictae sunt, *superillustres, celsissimae, magnificae, serenissimae, inuictae, gloriosae, excellentissimae:* ad *maiestatis* tamen symbolum nulla earundem unquam adspirauit. Quia imperatori ac regibus illud relinquendum putarunt, *iure* quodam *praecipui.* Perorabo causam hanc uerbis illis, qui integro uolumine Genuensium reipublicae *regiam* adserere uoluit dignitatem. Est is *Petr. Bapt.* BVRGVS in eruditissimo libello *de dignitate reipublicae Genuensis*, in cuius *capite X. p. 76.* iudicium prodit, quod sequi-

Hodie maiestatis uox post reges tribuitur nemini.

Differ. I. II.

tur. *Solam * maiestatem nemo usurpare est ausus, quam Caesar et reges. Nam serenissimi iam duces etiam dicuntur. Et celsitudo, sublimitas, aliique tituli de gradu ferme sunt deiecti. Quodque miraberis amplius, uidebis identidem superioribus seculis in eadem epistola, Caesarem aut regem, modo* serenitatem, modo* maiestatem, modo* sublimitatem, modo * excellentiam, modo* celsitudinem, modo etiam * nobilitatem adpellari. Hinc est, ut, post constantem ac diuturnam obseruationem, non longe absim ab illorum sententia, qui opinantur, nihili olim habitos fuisse titulos et ad arbitrium cuiusuis scriptoris fuisse tributos. Quod si nihilominus aliquando argumento esse possint, tum demum fore arbitror, si coaeui tituli inuicem conferantur et scribentis persona consideretur. Videntur enim tituli suas quodammodo aetates habuisse. Et, certum est, scribentes, quo digniores, eo in titulis fuisse parciores. Quas conditiones in proposita quaestione seruaturi, eos titulos tantum ac eorum temporum colligemus, quos eodem aeuo Genuensibus fuisse tributos, reperimus. Habita ratione tribuentium. Vt aequales dignitate regios titulos Genuensibus accommodasse, ostendamus.* Locum describere integrum uoluimus, quod optime con-

A gruar cum medii aeui rationibus, tum nostris, quae supra prodidimus, argumentis.

Differ. I. II.

Pontifex in tanta amplitudine sibi non adrogat nomen maiestatis

(*kk*) Scilicet in medio aeuo exempla occurrunt, ubi pontifex Romanus uerbo salutatus est *maiestatis* a sacris antistitibus, quae collegit MABILLON *lib. 2. de re diplom. c. 6. §. 6. p. 90.* Sed tamen neque imperator, neque reges ulli papae hoc B nomen dederunt. Vt adeo curiae Romanae parasitorum haec schemata sint, indignissima sane, quorum patrocinium suscipiant ICti Germani, in iisque CARPZOVIVS *de lege reg. c. 23. sect. 4. §. 17. p. 338. 339.* et, quos ipse nominat, alii. Absit enim, ut pontificem, qua principem Italiae et patrimonii Petrini possessorem pro *absolutissimo domino*, quae uerba PFEFFINGERI sunt *lib. 1. tit. 4. §. 9. n. 8. p. 390. 391.* a- C gnoscamus. Cum uel ex nouissimis Iosephi Caesaris aduersus eum postulatis constet; omnes papae ditiones esse et haberi in S. R. I. clientela. Imo hac in re papa sui conscius est, qui, in tanta *ecclesiae Romanae magnitudine*, quam *Thomas* STAPLETONVS libro singulari exponit, nullo unquam tempore sibi adrogasse legitur nomen *maiestatis*.

aduersus Carpzouium.

DIFFERENTIA II.

Qui maiestatis crimen committatur in alios post imperatorem?

ad uerba: maiestatem.

Romani LAESAE MAIESTATIS *crimine notarunt, qui Caesaris laesissent officialem (ll), comitem, ducem, senatorem: contra dubium est, an consulant reipublicae nostrae, qui ex eodem argumento adserere solent, laesae maiestatis crimine peccari in principes S. R. I. (mm).*

Laesae maiestatis crimine peccatur in Caesaris officiales.

(*ll*) Quaestionem huc refert *Ioan.* FABER *com. Instit. h. l.* Manifesta est *l. 5. quisquis C. ad L. Iul. maiest.* Cuius uerba haec sunt: *quisquis cum militibus uel priuatis uel barbaris, scelestam inierit factionem, de nece etiam uirorum illustrium, qui 1) consiliis et 2) consistorio nostro intersunt uel 4) cuiuslibet, qui nobis militat, cogitauerit, maiestatis reus gladio feriatur. Bonis eius omnibus fisco nostro addictis.* Verbatim hanc legem exscribit conditor *AB.* E *tit. 24. §. 1.* cuius summa est haec: *si quis cum militibus uel priuatis scelestam factionem inierit de nece uenerabilium et illustrium nostrorum et S. R. I. tam ecclesiasticorum, quam secularium principum electorum seu alterius eorundem* (principum non electorum) *nam et ipsi pars corporis nostri sunt, ipse quidem utpote maiestatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro addictis.* Inde concors fere ICtorum sen- F tentia, aduersus *electores* crimen committi laesae maiestatis, qua Caesaris *consiliarios, consistorianos, senatores, milites.* Ita *Clarus, Bocerus, Arumaeus, Reinkingius, Carpzouius* maxime *in crim. q. 41. n. 70. 73.* et centum alii uel AB. interpretes, uel

D doctores iurium criminalium aut publicorum.

Dubia in collatione officialium Caesaris cum S. R. I. principibus. Quia a) territorium officio est maius. b) principes non electores officio quondam destituti.

(*mm*) In legis huius adplicatione, ad principes imperii electores, ICtorum non eadem omnium opinio. Alii putant, consultum magis fore rationibus nostrae reipublicae, si criminum aduersus principes imperii grauitas ex *superioritate* eorundem potius aestimetur, quam ex *archiofficiis*, quamuis facinus alio tum uerbo notandum sit, scilicet crimine *laesae superioritatis*, idque iudicio b. m. STRYKII *in usu mod. ad L. Iul. maiest. §. 4. p. 691.* Alii causam *l. 5. C. ad L. Iul. maiest.* propterea in Germanis principibus improbandam esse, perhibent, quod ita fiat, ut crimine hoc tum notari nequeat, uiolator principis non electoris. Cum tamen territorii, cui imperet, non minus intersit, ut persona illius sancta habeatur. Nisi uerba AB. *quia et illi de nostro corpore*, extendas ad omnes status imperii comitiales, quae interpretatio est CARPZOVII *quaest. crim. 41. §. 41. n. 73.* Alii eum casum horrent. Si forte princeps diffideat ab imperatore, tum uitam eius exponi insidiis hominum scelestorum, qui existiment,

c) pateret ita hominibus scelestis ara, si cum imperatore illum non conueniret.

stiment, a principe manus non alia causa cohibendas esse, quam ne laedatur eius nece imperator. Vt taceam, inconcinnum esse, consiliarios aut milites Caesaris cum Germaniae principibus conferri. Illi enim, deposito munere, homines fuerant priuati adeoque in illis sat grauis poena fuerat ordinaria homicidii: uerum principes nostri utroque nobis nomine sancti. Vno, quo in comitiis agunt suntque in societate imperii; altero, quo suos regunt tuenturque subditos. Exulant quoque, nostra sententia probata, restrictiones legis commemoratae in principibus. Dicunt enim interpretes: in officiales crimine laesae maiestatis non peccari, si officialis non sit in aula Caesaris CLARVS §. *laesae maiest. n. 5.* si reus, consiliariorum nece, non damnum intendat ipsius principis *Rol. a* VALLE *uol. 3. cons. 1. n. 32.* aut in odium nil faciat principis et reipublicae DECIANVS *lib. 7. crim. c. 5. n. 4.* si causa offensae non tangat rationes muneris et quae plura sunt eius generis effugia, quorum praetextu reus ordinariam poenam declinare posset in principis aut electoris parricidio, si quidem illud in gratiam tantum Caesaris esset uendicandum. Accedit tandem, quod omnia rerum genera, quae in Caesaris morte notantur, etiam reperire licet in principis territorialis occisore. Peccat ille in personam occisi; peccat in familiam; in rempublicam peccat, quibus omnibus ipse cultu obsequioque est obstrictus. Et si quod iudicium ferendum fuisset de illis temporibus, ubi archiofficia electoribus uel nulla fuerunt uel minus perpetua. Num ideo necem eorum aestimauisses poena homicidii in aliquem ex fece ac plebe commissi? Verum haec in arenae gratiam scholasticae.

d) officiales in l. 5. C. ad L. maiest. sunt homines priuati.

e) conclusiones ex lege nostris principibus inconcinnae.

f) quilibet in suo territorio instar principis in imperio.

g) olim qui electores, non iidem etiam officiales.

DIFFERENTIA III.

Armorum et litterarum de proedria contentio (**).

Moribus iudicioque Romanorum arma togae cesserunt (aa), uel dubia fuit inter milites uirosque togatos de PRAECEDENTIAE *iure contentio (bb). Ex aduerso apud Germanos gloria, bello parta, omni tempore maior fuit, litteris quaesita, laude (cc). Quamuis post, temporum superstitione, factum sit, ut primae darentur sacerdotio (dd). Quo pallii genere papa quoque inuoluit homines litteratos (ee).*

ad uerba: armis decoratam.

(**) Hanc scilicet litem huc trahunt plerique interpretes. Quasi imperator in dictione, qua hic usus est, sibi proposuerit iuris proedriae inter milites et uiros litteratos sententiam. Ita *Angelus* ARETINVS *in comment. ad Inst. h. l. n. 2.* philosophatur: *Quaero, quae differentia inter militem et doctorem et qui alteri praeferendus? Et nullum dubium; quia doctoratus est dignitas; quia doctor legens XX. annos fit dux et comes; quia doctor Caesaris dicitur antecessor; quia milites doctorum sunt executores tantum; milites opprimunt multos per calumniam Prou. 28. quia militibus non semper est opus; quia melior sapientia, quam arma Eccles. 9. quia Deus non in fortitudine equi habet beneplacitum* et quae gerrae sunt generis eiusdem. Quas repetunt sequunturque *Ioan.* FABER, ARVMAEVS, VNGEBAVER; WESENBECIVS; HOPPIVS, alii. Verum nihil eius sibi proposuisse Iustinianum, sumus certissimi. Partim, quod ludere hic uideatur uerbo *imperatoris*, quod est militare adeoque paradoxi instar sit: *a milite discere praecepta iurisprudentiae*, quod etiam auctor uidit GLOSSAE: deinde eius generis locutiones etiam occurrere soleant alibi. ONOSANDER *in strategico pr. Res militaris Romanorum propria. Eorum, qui consulari imperio armati et militari decorati sunt.* Eodem sermone VITRVVIVS *lib. 1. c. 1.* est locutus, quem laudat NAVDAEVS in doctissimo libro de *studio militari p. 19.* Etiam imperatores alii litterarios et forenses conflictus dignati sunt honore militari. *L. aduocati 14. C. de aduoc. diuers. iudic.* ubi uerba sunt haec: *Aduocati non minus prouident humano generi, quam praeliis atque uulneribus patriam milites saluant. Militant namque causarum patroni, qui spem, uitam, posteros defendunt.* IVSTINIANVS ipse de *cod. confirm. summa reipublicae tuitio de stirpe duarum rerum armorum scilicet atque legum.* Vbi aliquibus ICtis imperator arma togae praeferre ideo dicitur, quod animus eius fuerit *martialis*, apud HEIGIVM *h. l. n. 12.*

Argumentum h. l. est inconcinnum.

(*aa*) Tuentur hanc sententiam fere omnes, quotquot ex instituto scripserunt de hoc argumento. Sunt autem hi LANFRANCHINVS; de HOMODEIS; P. FVSCVS; SVESSANVS; LAVTERBACHIVS *de armis;* CHASSANAEVS *in catal. gloriae mundi part. 9. conf. 1.* LANCELOTTVS *in templo omnium iudic. lib. 1. c. 1.* TIRAQVELLVS *c. 5. n. 5. de nobilitate* FREHERVS *ad Andlouu. lib. 2. c. 11. Mich.* PHARETRACTVS de nobilitate ad stemma *Brandsteiniorum cap. 12.* GOTHOFREDVS *de praecedentia militis et doctoris p. 18.* ENENKEL *de priuileg. lib. 1. c. 10.* MAIOLVS *dier. can. tom. 2. c. 6.* G. VON HAGEN *de statu uerae nobilitatis et doctoratus iuris.* CRVSIVS *de iure praecedent. cap. 31. 32.* ITTERVS *de grad. acad. c. 6.* plene planeque. Quorum loculos nolo excutere.

De ICti et doctorum ante milites honore.

Differ. III.

In utramque partem argumenta.

(*bb*) Singularia prorsus ea sunt, quae de praerogatiua inter milites et uiros litteratos disputarunt *Gabr.* NAVDAEVS in libro de *studio militari*, qui utilis est et rarus *p.* 12-35. et *Thomas* LANSIVS *in mantissa consultat. a. p. 40. ad p.* 121. *de praerogatiuae certamine, quod est inter milites et litteratos.* Vterque enim causas sententiasque ueterum Graecorum et Romanorum maxime conquisiuit, quibus moti sunt alii, ut litteras armis; alii iterum, ut arma litteris praeferrent. Vnde satis constat, controuersiam hanc apud Romanos problema fuisse academicum, quod responderi potuit in partem utramque. Scilicet ut requirentium uel audientium fuere sensus, animi, tempora, loca, mores uoluntasque.

Germanorum instituto litterae cesserunt armis.

(*cc*) Errat sane turpiter, qui in Germanis uel dubitare uelit: *arma litteris praelata fuisse.* Res ipsa loquitur et omni aeuo probata apud nos argumenta. *Quia 1) ducis uerbum honestius uerbo doctoris.* *Principio* illud probe est considerandum, quod supremi in litterarum studio honores *magistri* et *doctoris*: contra militiae nomina *comes*, *dux*, *imperator*. Nemo autem tanta unquam peccauit audacia, ut ultima nomina cum primis uel conferret uel eodem utraque haberet gradu. *2) militibus honores gentilitii, non litteratis.* *Deinde* Germanorum instituto factum est, ut dignitas, armis quaesita, ad posteros iret iure hereditario fieretque gentilitia: quod nullo unquam tempore contigit contingetque honori litterario. Familias habemus ducum, comitum, equitum, nobilium: non *doctorales* aut *magistrales*. *3) militum titulos ipsi adfectant litterati.* *Praeterea* ipsi uiri litterati testes sunt huius ueritatis. Dum nomina adfectant, militiae consecrata, pudetque illos titulorum mineruae sacrorum. Scilicet moribus hodiernis, qui principi a consiliis togae est, illi sordet *doctissimi* uerbum *hochgelahrt*, mauult a natiuitate militum dici ingenuus *Wohlgeboren*, uel strenuus et grauis *Vester oder Gestrenger. Caspar a* LERCH *p.* 16. *n.* 32. adeo ut, insignibus remotis, arma illi nunc adhibeant heraldica; et, pallio deposito, incedant gladiati, instar militum. Nemo autem animi adeo excors, qui id, quod minus est, sibi honoris titulo uelit adrogare. *4) plurib. reipublicae muneribus indigni litterati.* *Tum* uiris litterariis uiae obstructae sunt plures ad *aulica* munera; ad collegia sacra *episcopi* et *canonicorum*; ad sacram ciuilemque *militiam*, quod ultimum obtinuit olim; denique ad imperialia torneamenta BRAVNIVS *uom Adel.* Europa §. 70. p. 714. BVRGEMEISTER *p.* 227. 385. Sed in templo mineruae omnes gradus patent nobilitati militari. *5) milites in Germanis pars reipublicae, non eius officiales, ut litterati.* *Post* militia apud Germanos quondam non mercenaria fuit, sed ipsi landsassii, imperii socii, arma sumpserunt, non a principe lecti aut iussi, sed quoties patriae id salus uoluit calculosque ipsi dederunt in prouincialibus comitiis, ut aras et focos tuerentur. Contra in aliis regnis milites uel mercede lecti sunt, uel pependerunt tamen a nutu principis aut imperatoris. Tantum uero abest, hanc unquam faciem Germaniam habuisse, ut ex aduerso potius sit manifestissimum, quod nobiles landsassii tam in prouincialibus conuentibus, quam in S. R. I. comitiis suffragatores fuerint, quorum consensu opus fuerat cum Caesari, tum principi territoriali, quoties aliquid statuendum de re alicuius momenti. *6) milites inter ordines S. R. I. comitiorum, non litterati.* Frustra certe id negatur: quod tabulae loquuntur comitiales; quod numerus id exigit suffragantium in comitiis; quod ratio id uult Germanicae libertatis; quod de causa et tempore constat, quo mores hosce migraerit Germania. Conferantur etiam, quae alii de iure nobilium in comitiis habent, *Caspar Lerch a* DÜRNSTEIN *Bericht, ob des H. R. R. Ritterlicher Adel ein Stand des Reichs sey.* Mog. 1640. fol. *Knipschild*, qui sub nomine latere dicitur TREISBACHII *Bedencken der Reichs-Ritterſch. Stand und* Seſſion *betreffend*, BVRGEMEISTER *uom* Reichs-Adel *p.* 4. 5. 225. 226. Nihil eius sibi adrogare potuerunt unquam in Germania uiri litterati. Qui reipublicae non pars, sed officiales fuerunt mercenarii. *7) praelati omni tempore ciuitatibus.* Neque maior illis sparta, ad quam potuissent adspirare. Et quamuis demum etiam ciuitatibus locus daretur in ordinum imperii conuentu: tamen infimae etiam nobilitatis honestior ibi fuit classis, ubi testimonium sufficit uel solius AB. quae in prooemio mentionem facit: *comitum, procerum, * nobilium et ciuitatum* SCHILTER. *iuris publ. lib.* 1. *tit.* 22. TREISBACH. *l. c.* BVRGEMEISTER *p.* 227. *sq.* BRAVN *uom Heerschild des Teutsch. Ad.* §. 7. *seq.* Vt adeo legibus imperii aduersentur, qui senserint aliter. *8) etiam doctoribus praelati equites.* *Tandem* non obest hactenus dictis, quod tamen *nobilibus* praelati etiam fint *doctores.* Id enim causas habet prorsus singulares, quas etiamnunc aperiam. Scilicet postquam et imperator et principes officiales suos, siue in toga siue sago essent, *landsassiis* nobilibus praeferrent, factum est, ut uiri litterati, *doctoris* et *magistri* infula principis auctoritate conspicui, etiam honestiori loco haberentur, quam meri nobiles landsassii. Quasi et nomen mererentur principis officialium. Vbi tamen ad militiae iterum praerogatiuam hoc facit, quod *eques* fuerit honore antepositus *doctori.* Id est, pluris facta militiae munera; quam litterarum. Vt igitur *landsassius* nobilis, sine charactere, praefertur uiro *litterato*, gradu, quem uocant, non instructo: ita etiam primus, *equitis* uerbo militari instructus, omnino praefertur alteri, litteraria infula ornato *doctori.* Et uero quod *eques* nobili *landsassio* honestior sit, id propterea factum, quod ad *equestrem* quondam dignitatem nemo adspirare potuit, quam nobilis

Differ. III. nobilis landfassius. Deinde etiam principi nefas fuit, reipublicae munera alii mandare, quam landfassiis, necquicquam peregrinis sine iure et priuilegio ciuitatis. Vt adeo landfassii meri, nulla difficultate, loco cederent illis, qui praeterea principi a latere erant et uersabantur continuo in reipublicae administratione. Mansit uero etiam post is ordo, quam principes in arcanis status habere inciperent, peregrinos potius homines officiales habere, quam landfassios, uetustioris in ipsum principem iuris retinentissimos. Quod cum intelligerent landfassii, id egerunt, ut princeps omnibus *nobilibus* nomen daret *equitum*. Vt uel hoc intuitu officialibus litterariis anteferrentur. Atque haec causa est, quare *nobilium* et *equitum* uerba hodie in omnibus fere Germaniae prouinciis synonyma sint, quamuis hodieque in cancellaria imperiali distinguantur maiorque longe *taxa* sit *equitis*, quam *nobilis* adpellatio. Hodie leges Romanae, usus et aemulatio inter principem et landfassios omnia haec conturbarunt: ut confusio et permixtio iurium ac dignitatum omnes doctrinae regulas spernant, tantum abest, ut hic aliud quid dici possit, quam hoc: *quo principum minor est auctoritas*, pristinis ordinum prouincialium limitibus circumsepta, *ibi maior ueteris praerogatiuae landfassiorum religio*. Contra, ubi princeps iuit extra cancellos, ibi etiam fere nomina expuncta et obliteratae sunt imagines nobilitatis prouincialis. Cuius reliquias prae aliis dabunt *Frisii* et *Holsati*, alios taceo. *Ad extremum* uel TACITO teste constat, Germanos litterarum ignaros fuisse.

9) *litterarum non militiae ignara Germania.* Et quamuis postea cum sacris Christi etiam in Germaniam uenerint mystae litterati: non tamen illi ad munera reipublicae obeunda sunt uocati. Potius *landfassii* etiam *iudices* facti sunt, usu, non institutione, iura docti. Olim enim *comitis* uerbum nobilem uoluit, *iuris dicundi auctoritate in pago prouinciae instructum*. Quod ubi defuit, hoc ratio suggessit, iudicibus ingenita. Quorum ideo maior tum fuerat potestas, quam hodie, ubi omnes causae scriptis legibus definitae sunt. Quarum tanta nunc multitudo, ut iudici manus, quae olim liberae fuerunt, hodie ligatae sint et uinculis adstrictae forensibus. Vt iam nunc iudices omni arbitrio careant sintque in durissimo legum famulatu.

10) *litteris prohibiti Germani non militia.* Taceo illa tempora, ubi iure docti omnes ex patriae finibus proscripti sunt, quorum mentio facta est in *opusc. t. h. lib. differ. 16. litt. gg.* Imo, quod ibidem ex lege publica patet, olim litterati non *magistratus* fuerunt, sed his tantummodo a manibus

11) *curiae stylus partium studio laborat.* et consiliis. Quid? quod nobiles landfassii omni tempore querelas mouerunt, interprete *Gasp. a* LERCH *p. 10. n. 13.* et qui idem monet *Ioan. Frid.* FKVEAVFF *cap. 17. §. 17. de nobilitate S. R. I.* cancellarias curiasque partium studio laborare in minuendis militaribus honoribus augendisque litterariis, cum his scribae, consiliarii et praesides plerumque sint addicti. Quorsum etiam conferre licet opuscula *Eybeniana* de *plumbeo curiarum stylo* et de *uerbi nobilis* adpellatione. Vltimum est, quod suprema in regnis munera necquicquam uiri litterati habuerint, sed milites aut militiae gnari landfassii. Ex illis enim electi sunt *comites stabuli*; *mareschalli*; *proreges*; *camerarii*; *maiores domus*: non ex his. Imo inter principum Germaniae semper praerogatiuas fuit alere *mareschallum*, *camerarium*, *pincernam*, *dapiferum*: non *doctorem*, aut uirum litterarium. Quod inter utrumque genus uitae quam plurimum uidere-

12) *suprema prouinciae munera non litteratorum.*

tur interesse. Ceterum, quod supra diximus, *nobilitati Germanicae* ius suffragiorum in comitiis fuisse, hoc eidem reddi posset absque ulla difficultate. Postliminii caussas petere liceret ab exemplo reducti Bohemici in comitiis suffragii. Classis post praelatos et comites adsignanda, ut, instar illorum, nobiles quoque suffragia darent per curias seu scamna, Sueuicum, Franconicum, Rhenense. Sed manum de tabula. Quae haectenus dixi, illa in gratiam eorum suggesserunt medii aeui monumenta. Alios tamen consulere possunt alii. In optimorum hic numero sunt *Lerch a* DVRNSTEIN, dummodo auctor genus dicendi haberet magis perspicuum et emendatum. In BRAVNIO iudicium, in SPANGENBERGIO publici iuris notitiam desidero. In aliis copiam medii aeui monumentorum. In pluribus alienum a partium studiis animum. Quod litteris melius fit in ciuitatibus, quam in nobilium pagis: quod principes haec pristinae libertatis rudera inuidis adspiciant oculis. Primum KNIPSCHILDIOS, CREIDMANNOS, DATTIOS in transuersum egit; alterum LIMNEOS, BESOLDOS, SPEIDELIOS, EHRENBACHIOS. Pertinet forte hoc inter desideria iurium Germaniae publicorum, ut nobilitas tabularia aperiat homini, res patrias docto, penes quem procul essent irae ac odii caussae, quique non ex ingenio scriberet, sed digereret tantum medii aeui monumenta. Ceterum, ex quo duorum nunc generum in republica dignitates, iure meritoque cauendum est, ne una supprimat alteram. Linquimus sua loca nobilitati gentilitiae neque illius dolemus in litterarum studio neglectus, ciuibus forte non inutiles. Quod si uero laurum ex litteris quaerere uult homo gentilitiae nobilitatis: par est, ut legibus Mineruae et ipse uiuat nihilque iure hic adfectet praecipui. Eundem enim

De nobilitate S. R. I. auctores.

enim fontem et principem habent et litterarii honores et gentilitii. Sed rationibus distinctis. In alteris maiorum imagines regnant, in primis artes et ingenium. Neque schemata utrisque eadem sunt. Exponat candidarus opes suas, merita, titulorum ac munerum splendorem, consequetur haud dubie dignitatem gentilitiam: contra, litterariam non reportabit, nisi exploratis per examina profectibus, nisi laboribus exantlatis in litteraria arena, nisi publico instructus codicillo et quae reliqua sunt.

Praecedentia qui debeatur sacerdotio?

(*dd*) Nemo irascatur principibus Germanis, quod primas dederint sacerdotio. In ius enim iuit error, plerisque gentibus communis, ut per sacrorum rationes sentire non liceret aliter. Quapropter medii aeui diplomata docent, principio eorundem subscriptores conspici *clericos* et *sacerdotes* ad infimum ordinem usque, quamuis SPECVLATOR *in ration diuin. offic. lib. 2. pr.* id improbet, cum post episcopos clerici nulli in *dignitate* sint, uerum in *ordine* tantum presbyter, diaconus, lector, ostiarius, psalmista: tum sequi demum *duces*, *principes*, aliosque *proceres* imperii ex ordine ciuili. Hinc in comitiis ecclesiastici principes dextrum latus absoluunt, sinistrum seculares. Eundem ordinem principes electores seruant, non qua archicancellarii, sed qua sacri ordines antistites. Neque humanitatis officio id fieri, sacri mystae perhibent, uerum ex iuris diuini ac humani necessitate. Lepidae argutiae: *lunae solem, tenebris lumina anteferri*, sed in altero genere uersari clericos; deinde *ministros christi maioris* habendos esse, quam *regis* aut *principis*; porro sacerdotium *regale* dici, sacerdotes, *sal terrae*, *mundi lumen*, *patres et magistros*; potestatem eorum a Deo, non ab hominibus; clericos habere iura primogenitorum, instar Leuitarum NVM. 3. *uers.* 12. tum muneris argumenta in cura *animae* et coelestibus bonis uersari, quae omni iure *huius seculi* causis rerumque humanarum opibus sint anteferenda; praeterea *sacrum* etiam *codicem* suffragari in diuinationibus noui foederis, cuius ea futura sit dignitas, ut leones mitescant et principes sedeant ad pedes Gamalielis; demum non rectiorem eundi ordinem, quam illum, qui inter *coelestes* adprobetur, ubi ecclesiae doctoribus maxima dignitas reseruata sit, similitudine facta a *stellis* primae magnitudinis; tandem *picturas* ueterum conuenire, quae uitae aeternae hoc ceremoniale describant, ut prima classis sit monachorum, quos papa et cardinales sequantur, hos excipiant episcopi, tum abbates, deinde presbyteri, diaconi, clerici, demum, post cerearios et ostiarios, imperatorem, A reges, duces et qui nominari possunt deinceps. Adeo crasse hic philosophantur *doctores* canonum, *decretistae*, *moralistae*, *conscientiarum* rectores. Quorum naenias congesserunt CHASSANAEVS *in catal. glor. mundi part. 10. consil. 10. 11. 12. sqq.* *Ant. de* ROSELLIS *de potest. imper. et pap. §. sacerdotium n. 3.* DECIVS *in cap.* cum non ab homine *X. de iud.* PEREGRINVS *lib. 1. cons. 84. n. 36.* *Petr.* LENAVTORIVS *de do-* B *ctorib. part. 3. quaest. 1.* LANCELOTTVS *in templo omn. iudic. lib. 2. c. 1. quaest. 1.* num ecclesiasticae dignitates praeferendae secularibus, *Modest.* PISTORIS *uol. 1. consil. 51. n. 40.* CRVSIVS *lib. 2. c. 1.* et *lib. 3. c. 29.* in quo tamen desidero caput singulare *de praecedentia clericorum ante laicos.* Quamuis uero hunc ordinem in pharisaeis improbauerit seruator; ipse ex aduerso docuerit discipulos iusseritque C omnium esse ultimos; imo humilitatem, quae in ethicis paganorum inter uitia numeratur, ipse retulerit inter principes uirtutes, quod *Celsus* ridet aduersus *Origenem*; demum suo etiam exemplo docuerit idem: non tamen subterfugia desunt ad probandum et defendendum. Scilicet ecclesiae faciem nunc laetiorem; ecclesiam nunc regnare, non parere; in plantanda quod ne- D cessarium fuerit, cessare in plantata et quae pigmenta sunt, specie inanium ualida, generis eiusdem. Nobis hac de re ita uidetur. Sacerdos, si diuina oracula consulas, non classem singularem habere oportet in republ. Instar eorum, qui priuata docent auctoritate, quod de sacerdotibus adfirmat, olim *absque ullo publicae auctoritatis charactere* instituentibus populum, uir illustris *a* COCCEIIS *c. 18.* E *sect. 1. §. 5. p. 390.* Habent ergo ordinem illi singularem dignitatemque in republica non a *Deo*, sed a *principibus*. In quorum arbitratu fuerat, seruatoris instituta sequi et ciuilibus officialibus postponere eosdem, uel his omnibus aut plerisque illos praeferre. Olim ergo, si praecedentiae iura spectes, christianae reipublicae fuerant bipartitae omnes: quod primam classem clerici, alteram ab- F soluerent laici. Verum hodie rectius fit, ut clerici laicis in eundo ac sedendo intermisceantur, pro muneris, quod quisque in utroque ordine habet, grauitate. Quo ipso illi admonentur, utriusque ordinis tam sacri, quam ciuilis auctorem esse eundem, principem scilicet et rempublicam. Neque aliam honoris radicem et fundamentum clericos habere, quam imperantis arbitratum. Hoc si co- G gitent, facile sedabunt aestus ambitionis, quo animi eorundem nonnunquam iactantur.

Germaniae episcopi instar R. Dauidis.

Ceterum, cum Germaniae episcopi fere omnes principum territoriis exemti et ipsi consecuti sint principatus, regalibus insignes; saepe miratus sum,

quare

Differ. III.

quare non, omiſſo epiſcopi nomine, *principis* uerbo adpellentur, inſtar Dauidis, non a prophetia, ſed a regno nominati, Soli forte hoc Leodienſes obſeruant, quorum antiſtes illis non epiſcopus audit, ſed princeps, der *Printz zu Lüttich.* Circumtuliſſe idem in animo Monaſterienſem epiſcopum, ut, loco *Biſchöffliche Gnaden*, inſtar aliorum principum, audiret *Hochfürſtliche Durchlaucht*, ſermone habeo aliorum. Quid? quod uitio illis uerti uix poſſit: quod inter tympanum et buccinas conuiuentur; quod militum alant cohortes; quod reliquo gaudeant in palatiis ſuis adparatu. Dauidem imitati, non prophetam, ſed regem. Regalium quippe et ipſi in ſuis territoriis gaudent auctoritate. Aliis uero epiſcopis id facere nefas eſt, qui necquicquam principes territoriorum, ſed eccleſiarum tantummodo antiſtites. Addatur *Matth.* STEPHANVS *lib. 2. de iurisdict. c. 7.* REINKING *de regimine eccleſ. lib. 3. claſſ. 1. c. 10.*

Viri litterati qui in numero clericorum?

(*ee*) Ratione profecto conſultiſſima, ut hoc nexu litterarum cultores ſibi manciparet, ne pontificialia proderent impeterentque arcana. Tegumenta argumentorum ſunt haec. Quod *ciuilis ſapientia ſit res* * *ſanctiſſima l. praeſes 1. §. 5. ff. de extraordin. cognition.* quod et ipſae *leges* auctores habeant *oracula*, principum ſcilicet et muneris dicantur *diuini l. 2. ff. de LL.* quod magiſtri et doctores *diuina* manifeſtent mandata *can. 12. diſt. 37.* ipſi ICti IVSTITIAE SACERDOTES adpellentur. VLPIANVS *l. 1. ff. de iuſt. et iure* inquit: *Celſus definit, ius eſt ars aequi et boni. Cuius merito quis nos* * ſacerdotes *adpellet. Ianus* LANGLAEVS *I. ſerm. 5. p. 59.* idem largitur aduocatis, a quo proxime abeſt hic KLOCKIVS *de contribut. c. 15. n. 3.* Collationis inter ICtum et ſacerdotem momenta plurima expendit proſequiturque *Gerb.* FELTMANNVS *ad l. 1. ff. de iuſt. et iure.* Eundem ICtis titulum deſert *R. I. an. 1656. §. 157. Mehrermeldten R. Cammer-Gerichts Beyſitzern, wird dieſes anbefohlen, daß ſie, was ihnen, als* ſacerdotibus *und getreuen Vorſtehern der heilſamm* iuſtiz, *gebühret, den geraden Weg hindurch gehen.* Qua cauſa moti ſunt doctores alii, ut ſtatuerent, ICtos, ſacerdotum inſtar, inſtrumenta facere poſſe publica BERLICHIVS *part. 1. con-*

A *cl. 43. n. 51.* aduocatum, ſecretorum partis proditorem, tam acerbe puniendum, quam ſacerdotem ita uiolantem ſigillum confeſſionis, quamuis contrarium iudicatum eſſe, teſtetur *Ann.* ROBERTVS *lib. 7. rerum iudic. 19.* Hinc etiam eſt, quod ſchemata fere omnia Academiarum eccleſiaſtica et ſacerdotalia ſint, utpote nomen *decani, ſenioris, rectoris, ordinarii, inſulae, pallii, annuli, cathedrae*, cetera, quae
B obſeruatio eſt uiri illuſtris *a* COCCEIIS *iurispr. publ. c. 31. n. 6. p. 471.* Cui addere liceat CONRINGIVM *antiquit. Acad. ſupplem. 67. p. 364.* atque ITTERVM *de gradib. Acad. c. 5. §. 7. p. 124.* Imo onera etiam impoſita eſſe doctoribus academicis, ſub quo clerici ingemiſcunt plerique, ſcilicet *caelibatum*, quod moribus Galliae firmat PASQVIER *l. 3. des recherches de la Franc. c. 29.* aliisque MENDO *lib. 1. de iure acad.*
C *quaeſt. 4. n. 73.* qui tamen iniquitatem rei et ipſe uidet moresque hos, ne profeſſoribus uxores ſint, intra limites tantum continet doctorum theologiae et decretorum. Rectius academiae euangelicae. Vbi ſuperſtitio haec clericalis exulat. Nam profeſſores ab aliquot luſtris, pallio depoſito, gladio accincti in publicum prodeunt conſcenduntque ita cathedram. Idem faciunt ciues, ſtudioſi. Ne-
D que illi atra ueſte porro utuntur, ueterum canonum memores; *ne et ipſi clerici adfectent ſingulares atque a laicis diſtinctos ueſtitus. Abſtineant tamen ſacerdotes a purpura et ſerico curentque, ne ueſtes ſint uerſicolores.* Doctoribus tamen *R. I. an.* 1500. *tit.* 22. *§. 5. 6. Ordinat. Polit. an.* 1530. *tit.* 15. *et an.* 1548. 1577. *tit.* 12. largiuntur idem in ueſtitu pretium eundemque ornatum, etiam eorundem mulieribus;
E quem homines habent gentilitiae nobilitatis. Cuius hac in re aduerſus doctores aemulationem in libellis, Caeſari ideo oblatis, docet ITTERVS *cap. 11. diſſ. Acad. §. 23. 24. 25. 26. ſqq.* Et argumentum ex inſtituto ante reſponderunt *Iſaac.* SCHOOCKIVS *diſſ. de legib. ueſtiariis* WALTHERVS *de priuileg. doctor.* §. 100. *p.* 285. et anonymi *diſcurſus de ueſtibus illorumque iure, dem Kleider-Recht Caſellis* im-
F preſſo 1683. *in 8ct.* qui auctor tamen maiorem iuris Romani rationem habet, quam Germaniae noſtrae inſtitutorum.

)o(

OPVSCV.

OPVSCVLVM III.

DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI IN

TVTELIS, TESTAMENTARIA ET LEGITIMA,

die x. mensis Octobris cIↃ IↃcc XII.

DIFFERENTIA I.

De diuersis tutorum nominibus.

Tit. 13. de TVTELIS ad *uerba:* quasi tuitores.

R*Omani tutores a tuendo dixerunt (aa), quod uerbum hodieque Galli, Itali et Hispani retinent: uetustioris aeui Germanis uocabula in hoc iure fuerunt diuersa. Alii enim tutores a custodia* GARDIANOS *(bb) adpellarunt, quod hodieque faciunt Anglo Saxones: alii, a protegendo,* MVNDIOS *(cc),* MVNDVALDOS *(dd), momboirs, mombers (ee), siue, addita particula* VOR, *uormomber (ff), uormonder (gg): alii a curando* Pfleg-Væter *(hh),* Verweser (**), Gerheber *(ii): alii a* FIDE, *pupillo probanda,* Treuhalter, Treuhænder, Treustræger *(kk): alii a* PRAEFECTVRAE *munere* Vœgte, Pfleg-Vœgte *(ll), cui forte non inconcinnum est* Værger *siue* Værghauer *Danorum (††): nonnulli a* REGENDO, Anweiser *(mm): quidam, a* LOQVENDO *pro pupillis,* Mælsmann *(nn):* BALII *etiam et* BAIVLI *uox pro tutore capitur (oo) in medii aeui monumentis.*

Tutores a tuendo. (*aa*) *Adpellantur tutores, quasi tuitores atque defensores,* inquit Iustinianus §. 2. *Inst. de tutel.* idque ex Paulo desumit *l. 1. § 1. ff. de tut.* Tutela enim idem, quam *tuitio.* Fuisset autem hac etymologia uix opus, cum non tantum in usu sit uerbum tueor; sed etiam *tuto, tutor.* Dolet uero BALDVINVS h. l. quod uerbo non respondeat perfidia tutorum tantum non omnium, ut nomen, ob rem mutatam, et ipsum mereatur abrogari. Inde *Lusus etymi aduersus perfidos tutores.* lusus aliorum: *tutor, quasi tollitor uel minime* tutor; *tuteurs, quasi* toute eurs *omne eorum; Vormund nimmt uor dem Mund weg; Gerbaber,* quasi *Gernhaber, quod inbiet bonis pupilli; momber, quasi,* non pere, cetera apud BALTHASARVM *resolut. Boic. tit. 5. res. 1. n. 2.* WEHNER. *obseru. pract. uoc. Gerbaber.* MAGER *in aduoc. arm. c. 1. n. 345.* MANZIVM *h. 1. §. 2. Paul.* MONTANVS *de tut. c. 4. n. 7.*

Gardien tutor s. custos. (*bb*) Testatur id hodie de Saxonibus, Anglis *Ioan.* COWELLVS *lib. 1. tit. 13. §. 1.* his uerbis: *Tutelae uerbum non frequens est apud nos, sed* custodiae *potius. Normanni* gardien *adpellant, quem Romani tutorem aut curatorem. In quo nos eos imitamur, eum, quem illi* gardien, *custodem uel* gardianum *dicentes.* Quapropter etiam ICti et Angliae et Scotiae *tutelae* uerbo A rarius, frequentius autem uoce *custodiae* siue *gardiae, guardiae* in legibus suis utuntur. Ita *Thom.* CRAGIVS *lib. 2 feud. Angl. c. 20. p. 283.* pupilli sub *guordia, wardia,* aut sub *custodia* mentionem facit frequentissimam. Idem in LL. *Ranulphi* de GLANVILLA sub Henrico II. scriptis *lib. 7. c. 10. 11. seq.* *Wardiam* uero idem esse, quam *warten* et *wartung* in Germanica lingua, quis dubitabit? Qua ratione tutorem di- B cere liceret *einen Wardein,* instar uerbi *Münzwardeyn.* Pertinent huc etiam LL. WGoth. in glossario Lindenbrogiano, ubi *gardingi* uerbum aliquoties occurrit idemque est, quod *tutor.*

Mundium, tutela. (*cc*) *Mundii* uerbum primitiuum est et hinc plurium aliorum fons. *Tutelam* Longobardis notauisse, est quidem multis legibus testatissimum. L. LONG. *lib. 1. tit. 10. Nulli mulieri liberae liceat in sua pote-* C *state, id est, sine mundio uiuere. Neque alienet, sine potestate illius, in cuius* mundio *uiuit.* Ita etiam *uir uxoris mundium* (tutelam) *acquirere dicitur a parente* L. ALEMAN. *tit. 54.* notante LYDIO *in gloss. h. u.* Porro *mundium facere,* tutelam administrare. Et suscipere tutelam, est *suscipere mundium* L. LONG. *lib. 1. tit. 9. 30. lib. 2. tit. 2. 12.* Hinc sine tutela nostris hodieque *onmündig,* siue *unmündig,* uel etiam *selumon-*

Differ. I. *monden selbstmündig* GROTIVS *lib. 1. manuduct. c.* 4. §. 7. Et, qui sub *mundio* seu tutela, ille audit *mundling, mündling*. Si locus hic est coniecturis, putaucrim *mund*, olim non ipsum *os* denotasse, quod significatum est uetustiori uerbo *gosche*, uti in Graeco ὄσσα *Fr.* IVNIVS *in glossario Goth. p.* 262. uerum oris tantum propugnaculum siue *tutelam*, labia. Sicut praecordia *herzemund* apud SOMNERVM *in glossar. h. u.* Quapropter nomen *mund* B uulgare fuit omni generi tutelarum. OTFRIEDIO *in praef. ad euang. ad regem Ludouicum: uongodt er munzi haben mund, a Deo oportet eum habere potestatem siue tutelam.* LOCCEN. *in lex. Goth. p.* 108. An uero tutor *mundius* sit dictus, sicut mundium tutela, dubito, licet id adfirmet *Ant.* MATTHAEI *ad h. l.*

Mundualdus tutor. (*dd*) Verba sunt clarissima in L. LONGOBARD. lib. 1. tit. 16. §. 8. tit. 17. §. 5. Et C formulae in diplomatibus: *filius cum mundoaldo suo, consentiens pupillo mundualdius suus* aliasque congessit FRESNEVS *p.* 698. et LVDIVS *gloss. p.* 69.

Momber tutor. (*ee*) Vox haec aliquantum a prima origine sua degenerauit et deprauata est usu Gallorum, qui syllabas amant contrahere. *Mundbar* idem fuerat, quam *schutzbar* aut *schutzbarkeit.* Vnde in Latino D sermone *mundeburdium* seu protectio uel tutela *munbour, momboor, momber*, tutor, KILIANVS *in diction.* apud MENAGIVM p. 320. Quae uoces satis frequentes sunt in medii aeui monumentis. Sed Belgae et Galli *mainbur* tutorem dixerunt contracte et deprauate. Imo *momboir*, *momber* hodieque salutant tutorem GORIS. *ad Sandium de effestucat. cap.* 4. *n.* 14. *Ant.* MATTHAEI *ad tit. Inst. de tut. n.* 2. *p.* 403. Et in E archipalatinatu eadem donata est ciuitate Germanica. *Zweybrück.* Hofg. Ord. *tit.* 13. *Eydso Vormünder* tutores *oder* Mompar curatores *schweren sollen, uor ihrer Vormundschafft oder Mumparschafft*. Vbi cum eadem utrique detur formula iurisiurandi, frustra esse uidentur discrimina uerborum. Improbanda igitur GROTII coniectura *lib.* 1. *manud. c.* 4. quasi *momber* tutor Belgicus idem sit, quam F *mondborg* fideiussor. Primo enim satis patet, huius uerbi cum superioribus uocabulis, ex *mundii* etymo petitis, harmonia. Deinde Drenthini hodieque uerbum *uoornomber* habent in usu, quod patrio uerbo *uormunder* quam proxime accedit.

Vormomber, protutor. (*ff*) Prouocare hic licet ad ius prouinciale DRENTHINVM *lib.* 3. *art.* 5. *eene uant naeste bloet uan des uaders syde alleen sal* G *hebben de administratie uan des Wesekints goed die alleen* * *uoornomber genaent wort. Die andere worden simpele* * *mombers geheten.* Distinguitur hic inter tutores cum administratione et sine illa. Primi generis tutores audiunt *uormunder*, alterius tantummodo *münder*.

Vormund. (*gg*) Nolim dicere *Vormund* apud Germanos idem esse, quam *os pupilli.* Cum eius ubique caussam agere debeat tutor loquendo STIERNHIELM ad *Vlphilam h. u.* et mutus nequeat tutor dari *l.* 1. §. 2. *ff. de tutelis.* Opinabile est magis *Mund tutelam* uelle, quod supra probauimus, *Vormund* autem illum notare, qui *instar protectoris* pupillo. Vtrum uero *munder* Germanis tutor, *uormunder* protutor fuerit, quod CVIACIVS uult *lib.* 2. *feud. tit.* 4. in medio relinquo. Eodem nomine Succi utuntur: *Suetice* Fœrmyndare *tutores adpellantur*, ut testatur LOCCENIVS *in synops. iur. Suec. diss.* 4. *n.* 2. et Dani *Formynder* Dan. Lob. lib. 7. c. 13. §. 2. et tutela *Formynderskab* lib. 1. c. 1. §. 21.

Tutor Pfleg-Vater. (*hh*) Teste *Wehnero* in u. *Gerhaben.* Et certum est hodieque uocabulum *Pfleg-Vater* in Sueuiae et Franconiae regionibus magis fere usitatum esse, quam ipsius uerbi *Vormund.* Pfleger uox etiam ibi admodum solennis notatque *praefectum* et *curatorem* ciuitatis, curiae, pauperum, fisci, pupillorum. Braunschw. Hofger. Ordn. tit. 23. 24. *der Eid, so Vormünder oder Pfleger*, curatores *genannt, schweren sollen.* Inde *Pflegkinder* audiunt, qui sunt sub tutela Bayr. Landr. tit. 5. artic. 1. Tirol. L. R. lib. 3. tit. 51. et *Pflegschafft*, id est, *Vormundschafft* Braunschw. Hofg. Ordn. tit. 23.

Verweser. (**) Vox generalis est, sed quibusdam in locis sigillatim accipitur de tutore uel curatore.

Tutor, Gerhaber. (*ii*) In Austriae et Boioariae principatibus uox haec uulgi etiam usu est notissima. Ita *im* Bayr. Landr. *titulus* 5. uniuersus agit *uon Vormundern oder Gerhaben, Versorgern und Treustragern* et in artic. 1. *Wo der Vater seinen Kindern Gerhaben oder Vormünder geordnet, die sollen alsdenn zu solcher Gerhabschafft oder Vormundsafft gelassen werden.* Pariter hoc nomine gaudet *Tirol. LandR.* lib. 3. tit. 46. *uon Gerhaben und Anweisern*, id est, de tutoribus et curatoribus. item tit. 47. *die Gerhaben sollen sich der Gerhabschafft ohn ain inuentarium nit underziehen.* Ioan. Baptista SVTTINGER Austriaci iuris obseru. 3. §. 2. n. 10. *Gerhaabschaffts-Sachen und desselben raitungen werden durch* commissiones *erœrtert, wo der Gerhaabgehalten wird, der gerhabschaaffts raittung halber sich ledig zu machen.* Et sigillatim leges tutelares sub hoc ibi nomine prodierunt: Neue Gerhabschaffts-Ordnung. Porro *der Mutter gebühret ihren Kindern* Obergerhabschafft. Gerhabsch. Ordn. tit. 3. §. 2. REVTER. *in different. iur. com. et Austr. tab.* 2. *n.* 15. 16. 17. *seq.* Vnde autem *Gerhaben* nomini natales? *Ger* opes denorasse Germanis, intelligere licet ex FRESNEO p. 616. Habes igitur *bonorum* cu-

Differ. I. II. curatorem, quamuis, discrimine utriusque apud Germanos sublato, idem etiam accipiatur, quod uidimus, de tutore.

Tutor Treuhaender. Treustraeger. (kk) Tutores *Treuhaender und Treuhalter* dici Germanis, admonet WEHNERVS *lit. g. p.* 159. ubi autem et in quibus prouinciis, non addit. Verbum *Treustraeger in iure Boico* occurrit *tit.* 5. *artic.* 1. dubium an uox curiae usu sit recepta. *Ioan. Balt.* BRAVN *de tut. tit.* 1. §. 23.

Tutor Vogt. (ll) Nomen *uogt* Germanis praefectum aut arbitrum notat. Estque primitiuum, necquicquam uero a Romano *aduocatus*, aut contra, ut sentiunt KLOKIVS et GOLDASTVS. Inde ipse Deus arbiter rerum dicitur *himmlischer Voigt* sermone medii aeui. Plene MAGERVS *de aduocat. c.* 2. *n.* 200. 201. *sqq.* Inde perfectae iuuenis *Vogtbar Vogtbare iahre* dicuntur, id est, a tutela alterius immunis.

Tutor Danis Varger (††) Tutor Danis *Verger* uel etiam Formynder *Christian.* OSTEASSON *in glossario iurid. Danico p.* 578. hanc in rem loca omnium legum congessit, unde constat, Danis *Verger eller Vormynder* adpellari tutorem. In codice iuris Noruagici nouissimo Christiani V. Norske Lov. lib. 3. c. 19. *om umyndige og Värger.* Eadem inscriptio in Danske Lov. lib. 3. c. 17. Vnde uerbi etymon sit, uideant alii. *Verger* Saxonibus praefectus, adparitor, teste *Steph.* SKINNERO, a uirga, quae eius muneris fuerit insigne. Inde Austriacis hodieque *Stäbler, Stabsmeister, Stäbelmeister.*

Curator Anweiser. (mm) Tirolensia statuta curiis imperant, ut curatores *Anweiser* nominentur. Tirol. Lands-Ordn. *lib.* 3. *tit.* 52. *Ordnen wir, daß sich die Gerhabschafft* (tutela) *im* 16. *Iahr des Pfleg-Kindes enden. Wo aber das Pfleg-Kind nicht geschickt wär, seine Güter zu uerwalten, so soll ihm ein* curator (*den wir in unserm Land einen* anweiser *nennen*) *zugeordnet werden.* Si uim aestimes uerborum, significatus faciendus esset ex aduerso. Vt *Gerhaber curatoris, Anweiser,* siue institutor, *tutoris* nomen mereri uideatur.

Tutor Malsmann. (nn) Auctoritate scribimus LOCCENII, tutores *Förmyndar uel Malsmann* adpellamus, *in synops. iur. Suec. diss.* 4. *n.* 2. *p.* 91. Explicat uocem idem in *glossario iur. Sueuici u. Mundgicht* et Mallus p. 104. *mala* idem quam loqui ergo *malsmann, uir* qui *loquitur* pro pupillo. Sed cum *mal* frequentius notet *locum iudicii*, coniectari etiam aliquis posset, *malsmann* eundem esse, qui in *iudicio* causas agat pupilli. In quo tutoris officium uersari, constat. Inde etiam tutores pupillorum dicuntur: *Werthalter, Vorsprecher* KLING. *part.* 3. *iur. Sax. tit. de tut. p.* 112.

Tutor baille, balius. (oo) Formulae satis sunt solennes: *in testamento relictus sub* baila *seu tutela Vrbani IV. sed ipse papa* bailam *siue tutelam minus fideliter gesserat* et alius, *rex Carolus praeposuit filio baiulum Arnoldum et alios ministros tutelae puerili congruos.* Quod uerbum Graecis est concinnum, qui et ipsi βαίουλον tutorem dicunt. Quasi *gerulum* pupilli. Loca ante nos congessere CHOPPINVS *lib.* 2. *de morib. Parisc.* 7. *n.* 2. FAVCHET *lib.* 6. *de ses antiq. Franc. cap.* 5. *Ant.* MATTHAEI, *lib.* 1. *tit.* 13. *n.* 5. ALTESERRA *de comit. prouinc. lib.* 2. *c.* 7. Taceo medii aeui glossatores.

DIFFERENTIA II.

Inter tutelam et curatelam num discrimina?

Tit. 13. uerba: tutela uel curatione. *Romanis multa magnaque tutores inter et curatores discrimina* (pp): *nulla inter utrosque habent Germani* (qq). *Quorum hic instituta non solum moribus concinna sunt Europae uniuersae: sed etiam rationes habent, nostro iudicio, consultissimas* (rr). *Licet prouinciae quaedam doctoresque Germani statutis et curtis pigmenta et ipsi adsperserint* (ss) *iuris peregrini.*

Iuris Romani inter tutelam et curatelam discrimina. (pp) Recitabimus illa tantum discrimina, quae faciunt, ad indolem utriusque iuris formamque. I) Tutor datur *personae* pupilli §. 4. *Instit. Q. test. tut.* curator autem bonis et *rerum* administrationi *L.* 20. *ff. de rit. nupt.* adeo ut nubere queat pupilla sine consensu et auctoritate curatoris *L.* 8. *C. de rit. nupt.* et si *minoris* uitae Romani aliquem praeficere uoluerunt, illum non *curatorem* dixerunt, sed *tutorem. Dio* CASSIVS *lib.* 57. sub fin. scribit: *Tiberium Caesarem senatori luxuriose uiuenti tutorem dedisse, quasi esset pupillus.* Addatur *l. pater* 101. *ff. de demonstr.* et THOLOSAN. *lib.* 12. *c.* 1. *n.* 15. II) Deinde tutor *pupillo* datur: curator *minori* pr. Inst. de curat. III) Post tutor etiam obtruditur pupillis *inuitis*; non curator §. 2. *Instit. de curat.* nisi in certis quibusdam causis, quae non ad regulam, sed illius pertinent exceptionem. IV) tutela est *legitima* agnatorum aut cognatorum, non curatela, V) tutor negotiorum pupilli *auctor* et actor esse debet §. 2. *Instit. de auct. tut. l.* 9. *eodem l.* 7. §. 5. *ff. de pact.* sed *moniter* tantum minoris curator et quae sunt eiusmodi. Alias plures differentias recitat summatim VOETIVS *ad* §. 1. *Inst. de curat.*

(qq) Ar-

Differ. II.

Quae cessant apud Germanos,

(*qq*) Argumentorum hic testiumque magna cohors. *Principio* forte, post Romanos, populo alii nulli uerba sunt, quibus tutelam a curatela possunt distinguere. Facundissimis etiam Graecis hic aqua haeret. Vnde THEOPHILVS institutionum interpres *lib.* I. *tit.* 23. latinam uocem retinuit inscripsitque illum *περὶ κουρατώρων* et *Constant.* HARMENOPVLVS *lib.* 5. *tit.* II. *n.* 12. *Ἐὰν ἔχῃ δίκην πρὸς τὸν ἐπίτροπον ὁ ὀρφανός; ἀναγκάζεται αἰτεῖν ἑαυτοῦ κουράτωρα.* Nam apud Graecos *οἱ ἐπίτροποι* continuarunt tutelam ad annum usque aetatis uicesimum. Loca habes apud PETITVM *tit. tutela pag.* 271. Pari ratione nomina. *differ.* I. *litt. bb. cc. dd sqq.* recensita, de tutoribus aeque ac curatoribus adhibentur. Germani hodieque curatores mulierum salutant uerbo *Vormund, eheliger Vormund, kriegerischer Vormund* cetera. *Deinde* nullam inter tutores et curatores differentiam esse, claris uerbis testantur de GERMANIS quidem GAIL. *lib.* 2. *obs.* 96. CARPZOVIVS *part.* 2. *constit. XI. def.* 10. *n.* I. REVTER. *ad ius Austriac. tab.* 2. *n.* 25. SCHILTERVS *exercit.* 37. §. 4. h. m. STRYKIVS plene planeque in *usu moderno uol.* 3. *lib* 26. *tit.* I. §. 6. 7. 8. *sq.*

Gallos,

de GALLIS *Eguinar.* BARO *ad tit. Iust. de curat. Ant.* FABER *ad cod. lib.* 5. *tit.* 29. *defin.* 2. 3. CHARONDAS *de droit lib.* 2. *c.* 7.

Belgas,

de BELGIS GROTIVS *lib. I. introd. c.* 7. *n.* I. CHRISTINAEVS *uol.* 3. *decis.* 148. *n.* 40. et ad *Mechlen. tit.* 19. *act.* 27. *Simon v.* LEEVWEN *cens. forens. c.* 16. *n.* 1. 2. *Simon a* GROENEWEGEN *ad tit. instit Q. mod. tut. fin. p.* 54. RADELANTIVS *in curiae Traiect. decis.* 63. *n.* 3. GORISIVS *tract.* 4. *aduers.* §. 14. GVDELINVS *iur. nouiss. lib.* I. *c. ult. fin.*

Anglos,

de ANGLIS COVVELLVS *lib. I. instit. tit.* 23. CRAGIVS *lib.* 2. *feud. Angl. dieg.* 20.

Suecos,

de SVECIS STIERNHOECK *lib.* 2. *cap.* 2. *p.* 174. *Maiorennes et curatores nostra iura ignorant, pubertatem et tutelam agnoscunt* idem LOCCENIVS *in iuris Suec. synopsi differt.* 4. § II. *p.* 112. 113.

Polonos,

de POLONIS *Andr.* LIPSKIVS *cent.* I. *obseru.* 59. *n.* 9. *ad generalem consuetudinem prouocat, qua tutela et curatela inuicem confundantur, ita. ut qui semel legitimi tutores dati sint, iidem etiam permaneant eodem fere munere curatores* Augustin. KOLVDZKIVS in *promptuario* Polonici iuris p. 443. dicit, quod post quindecim annos tutores bona pueris resignent sed curatorum praeterea nullam facit mentionem, ut opinabile sit, Polonorum iura Suecorum institutis concinna esse, quae adultioribus pueris porro tutorem, nonnisi ob causam, obtrudunt. Idem *Herburtus de* FVLSTEIN *in statutis Polon. p.* 508. Idem *Paulus* SCZERBICZIVS *in stat. Polon. part.* 2. *c.* II.

Hungaros,

de HVNGARIS Stephanus de WERBOECZ *part.* I. *statut. regni Hungariae tit.* III. II2. II3. *sq.* ubi hoc admodum laudabile, quod annorum periodos statuant minoribus alias atque alias, quando res maioris aut minoris momenti uolunt suscipere. Ita anno XIV. tutores habent in causis quibuscunque: anno XVI. super debitis tantum ac pignoris titulo nullis opus habent: anno XVIII. super nullis rebus mobilibus: anno XXIV. omnia bona alienare et uendere ipsi possunt sine ulla tutoris auctoritate.

Bohemos.

De BOHEMIS anonymus in *extractu iuris prouincialis* litt. N. n. 13. p. 169. *pupillus attingens annum XX. uel ueniam aetatis impetrans cessionem bonorum a tutore petit.* et in *Ordin. Morau. prouinc.* 1628. f. edit. p. 160. dicitur: quod Bohemica iura inter potestatem curatoris et tutoris nullum agnoscant discrimen b. m. STRYKIVS *usus mod. lib.* 26. *tit.* I. §. 6. Vnde clarum est, pupillorum et minorum, tutorum et curatorum hic eadem munera esse nominaque idem significantia. Hactenus de ICtis testibus, in uniuersa fere Europa sublatum esse inter tutores et curatores discrimen. Nunc ad ipsa membra discriminum sigillatim.

Curator utraeque datur minoris.

Primo enim curator apud Germanos *personae* minoris datur, quemadmodum tutor. Pendet itaque a uoluntate curatoris minor, si matrimonium inire uelit: si institui in aliquo genere artium: si peregrinari: si figere domicilium, cetera. Id enim in statutis plurium Germaniae locorum traditur, quamuis deinceps ICti in dogmatibus et consiliis academicis Romani iuris glaucomate iterum a uia deflectant aganturque in transuorsum. Imo, si minoris nexus laxior sit, quam pupilli, id non ideo fit, quod apud Germanos aliquod inter utrumque intersit discrimen: sed quoniam primi iudicium maturius est, quam alterius, ut adeo huic uinculo strictiori opus esse uideatur.

Pupilli et minoris nullum discrimen.

Deinde quamuis pupilli et minoris, si causas naturales spectes, sit discrimen: deest tamen illud intuitu tutelae et curatelae. Quemadmodum enim Romani quandoque *minori tutorem* dederunt *l. pater* 101. §. 2. *ff. de condit. et demonstrat.* sic apud Germanos id lege fit communi perpetuaque. Hinc uerba *Unmündig, Mündling, Minderiährig, Pflegkinder, Pflegbefohlne* cetera, pupillum aeque significant, quam minorem. Adeo ut a uoluntate aliena uterque pendere uideatur.

Tutor inuitis datur ut curator.

Praeterea curator non ad arbitrium datur uoluntatemque minoris. Verum obtruditur inuitis et bene rem suam gerentibus. Idque decreto magistratus, ne minor iusto indulgentiorem sibi eligere queat. Taceo prouinciales leges, quia superest publica, uniuersae Germaniae communis. REFORM. *polit. de an.* 1548. *tit.* 31. *et ann.* 1577. *tit.* 32. §. I. *et sqq. daß den Pupillen und Minderiährigen* NB.

Differ. II.

iederzeit biß sie zu ihren reysbaren iahren kommen, Vormunder und Vorsteher gegeben werden sollen. Henr. GIESEBERTVS peric. 11. *statut. artic.* 19. b. m. STRYKIVS *V. M. lib.* 26. *tit.* 1. §. 7. Quo de argumento plenius infra. Porro quamuis agnati aut cognati ad curatelam suscipiendam cogi non possent, quod minoribus esset *testamenti factio* actiua adeoque illi hereditatem deferre possent extraneis: tamen ex aduerso Germanica iura etiam obligant utrosque ad eandem. Ad A. B. tit. 7. hic prouocat b. m. STRYKIVS *V. M. lib.* 26. *tit.* 1. §. 11. neque immerito, quia ille titulus AB. sequitur iuris priuati in patria simplicitatem. Quod alibi demonstraui. Propius ad rem faciunt uerba REFORM. *polit. an.* 1577. *tit.* 32. §. 2. ubi sine ullo discrimine etiam de curatelis imperatur, *daß ihnen die Obrigkeit, wenn angebohrne Freund sich der Vormundschafft, aus rechtmæßigen Vrsachen nicht unterziehen wolten, Vormunder und Vorsteher zu geben uerbunden.* Ipso enim iure apud Germanos, qui sensu Romano tutores sunt, etiam continuare tenentur curatelam Germanicis moribus institutam GAILIVS *lib.* 2. *obs.* 96. *num.* 1. MYNSINGER *ad* §. 5. *Inst. de curat.* MEVIVS *ad ius Lub. lib.* 1. *tit.* 7. *art.* 1 *n.* 13. Et qui liberemus agnatos a curatela, quos ad tutelam obligauimus: cum inter utramque probauerimus nihil in Germanico iure interesse. Prorsus igitur ex indole iuris Germanici *Mind. Landr.* lib. 2. tit. 3. art. 12. disponit: *Alle Vormundere, so Vnmündigen gesetzet, die uerbleiben in Verwaltung solcher Vormundschafft, biß die Pflegekinder ihr mündiges alter* 21. *ausgebracht. Alsdann* (non ante) *die* adulti *ihre* * *Person und Güter uerwalten sollen.* Tandem si Germani dicteria LL. Romanarum usu recepissent: *tutoris auctoritate opus esse ab initio negotii, neque aliquid operari eius consensum; tutoris praesentiam requiri ad actus solennitatem* cetera *l. curatorem* 19. *ff. de auct. tut.* et *l. cum* 17. *ff. de appellat.* quod tamen moribus et integritati aduersum esse putant Germanorum, quibus sufficiat etiam post interpositus a tutore uel eius mandatario consensus CARPZOV. *lib.* 5. *resp.* 86. *n.* 30. SCHILTER *exercit.* 37. §. 110. b. m. STRYKIVS *lib.* 26. *tit.* 8. §. 1. non dubitarem, eodem etiam solennium iure opus fore in rebus a minore gestis. Quoniam illud doctrina secum ferret, tutelae et curatelae modos eosdem esse, iura eadem easdemque rationes. Verum simplicitas Germanorum id respicit, quod gestum est cum illorum consensu, qui legibus requiritur, nullo discrimine facto, utrum consensus statim adfuerit, an accesserit post; utrum a praesente praestitus, an uero declaratus sit litteris aut per mandatarium et procuratorem. Cum ergo hactenus enumerata discrimina potissima sint in LL. Rom. inter tutelam et curatelam, quorum nullum patria iura agnoscunt: quis quaeso de differentia hic dubitabit iuris utriusque ibitq .e inficias, Germaniae institutis inter tutelam et curatelam omnino nihil interesse.

Curator etiam est legitimus.

Curator etiam minor auctor sit actorque.

Differ. II.

Quae causae sublati inter tutelam et curatelam discriminis.

(rr) Vox omnium gentium, uox naturae est. Cum igitur e nota praecedenti constet, sublatum ab uniuersis Europae populis inter tutelam et curatelam discrimen: id quidem credibile est ratione factum fuisse consultissima. Scilicet errarunt, me quidem auctore, Romani in eo, quod iusto citius pueros puellasque suo relinquerent arbitratui, primos post XIV. alteras post XII. annos. Ante enim quam puberes fiunt homines, boni esse solent ignorantia mali: post autem, quam nacti sunt pubertatem, cura opus est, ne in crimina ruant uitamque agant ad libidinem et luxum proiectam. Summatim Romani aetatem, qui freno inprimis opus est, legibus fecerunt effrenem. Erroris fundamentum et radix haud dubie, ut saepe alias, ita hic etiam dogmata physicorum. Quasi scilicet a semine hominis, unde aestimata fuerat pubertas, arguendum esset ad ipsius iudicii firmitatem. Semen eiicimus animalia; uirtutes colimus homines. Nullum itaque a primo ad alterum esse potest filum consecutionis. Quod cum intellexissent populi alii, limites pubertatis, aut, si mauis, uitae, a tutela immunis, ulterius protulerunt. Alii ad XVI. alii ad XIIX. alii ad XIX. alii ad XX. pluresque annos. Quod suo uidebimus loco inferius. Deinde in eo etiam sibi non constiterunt Romani, quod homini, qui pubertatem nactus esset, rectorem dederint bonorum eius, non uitae, aut morum. Curator enim datus fuerat bonis neque huic obsequi oportuit minorem alias. Verum aliae gentes crediderunt, si non maioris, eiusdem certe faciendum esse, ut puer aut iuuenis formaretur ad uirtutes ac bene educaretur, quam eius augerentur seruarenturque bona. Quapropter illi, etiam post pubertatem, hominum uitam, mores, instituta pendere iusserunt a uoluntate aliena, siue tutoris, siue curatoris. Eius enim generis praefectum uerbo adpellare potes *tutoris*, quia *personae* datur: aut etiam *curatoris*, quia datur non pupillo, sed *minori*. Qua caussa ipsae etiam leges haec miscent uocabula dicuntque *minorem* esse sub *tutela l. pater* 101. §. 2. *ff. de condit. et demonstrat.* Praeterea illud sufficere putarunt Romani ad curam minorum, si laesi beneficio gauderent restitutionis in integrum, hinc pleni sunt tituli *ff. et C. de in integrum restitut.* Sed aliae gentes Europae magis consultum fore, existimarunt, ne laederentur pupilli, quam laesos uulneratosque postea demum quaerere remedium.

πρῶτον ψεῦδος Romanorum 1] ubi semen, ibi iudicium.

2] Romanis maior cura bonorum, quam hominis.

3] restitutio in integrum non consulit minori.

(ss) Ni-

Diff. II.III. *Germanorum iura inter tutelam et curatelam discrimina.*

(*ss*) Nihil hic dissimulabo, ne plus tenfibus dare uidear, quam ueritati. Principio sunt quaedam leges prouinciales, quae inter curatelam et tutelam non folum discrimen faciunt: sed etiam in aliis hic passibus leges Romanas κατὰ πόδα fequuntur. Tirol. Lands-Ordn. *lib.* 3. *tit.* 52. *Ordnen wir, daß sich die Gerhabschafft im XVI. Iahr des Pfleg-Kindes enden. Wo aber dat Pfleg-Kind nicht geschickt wäre, seine Güter zu uerwalten: so solle ihme ein curator (den wir in unserm Land einen Anweiser nennen) zugeordnet, der soll, allermassen, wie die Gerhaben, zu handeln und zu thun, in Pflicht genommen werden. Vnd sein Amt weren biß in das XXV. Iahr.* Habes itaque hic discrimen cum nominum; tum etiam personarum. Veruntamen quamuis aetas inter utrumque hic sit diuersa: auctoritas tamen est eadem tutoris et curatoris in minorenni. Simile dubium esse uidetur in Magdeb. Polic. Ordn. de an. 1688. cap. 43. §. 35. cuius uerba haec: *da iemand die Vormundschafft seiner Pflege-Kinder, welche die pubertät uollkommlich erreichet, ferner nicht uerwalten wolte: mag er darzu wider willen nicht gehalten, sondern den unmündigen ein curator bestellet werden. Es wæren denn erhebliche Vrsachen uorhanden, daß der tutor auch die curatel seines Pfleg-Befohlenen biß zu Vollendung deß XXI. iahres über sich behalten müßte.* Verum principio notandum, quod lex haec correctoria sit. Nam an. 1652. publici iuris facta ORDINATIO Magdeb. polic. *cap.* 13. *p.* 71. non folum nihil de hoc discrimine habet; uerum etiam ex aduerso tempus finitae non curatelae, sed tutelae annum illa statuit XXI. idque his uerbis: *Wenn ein Vnmündiger das XXI. Iahr geendet und das XXII. erreichet hat, so soll die Vormundschafft ihre Endschafft erreichen*, cetera. Quid? quod in nouissimo statuto tantum non dicis gratia factum esse uideatur discrimen. Verba enim, *es wæren denn erhebliche Vrsachen uorhanden*, iudicis arbitrio relinquunt, siue attendere uelit discrimini huic, siue minus. Simili modo *Brunsuicensis constitut. tit.* 23. tutores *Vormünder*, curatores *Pfleger* dicit: sed utrisque eandem iurisiurandi formulam praescribit, qua uitae et bonis etiam minoris curatores praeficiuntur. Aliud uero iudicium merentur *curatores absentis, furiosi, bonorum, litis, uentris*, cetera. Nobis enim hic quaestio tantum est de praefecto siue curatore hominis minorennis. Cetera, quae pro discriminibus hisce urgeri possunt, dabimus inferius.

DIFFERENTIA III.

Tutelaria uerba in Germanico iure magis concinna, quam in Romano.

Titulo XIII. ad uerba: liberis impuberibus.

Romani illos, qui sub tutela uiuunt, PVPILLOS *dicunt et* IMPVBERES *(tt), quae uerba naturae sunt, non iuris: contra, Germanorum uocabula rei ipsi concinna sunt (uu).* PATRIS *enim uicariatum exprimunt in tutela, quando nominant tutorem* einen Pfleg-Vater, *pupillos* Pfleg Kinder, Pfleg-Sœhne, Pfleg-Tœchter. *Eodem elogio digna sunt synonyma eorundem alia. Vtpote* unmündig, *qui se per aetatem* TVERI NEQVIT, Mündling, *qui agit sub* MVNDIO *uel tutela,* Wæise, *qui est opis alienae* INDIGVS, *uel patris praesidio destitutus.*

Nomina Romanorum
1) tuor tutela,

(*tt*) Romani *tutoris* uerbo rem ipsam uix reddiderunt, in qua ratio uersatur tutoris. *Tueor* idem, quam *defendo*: sed non folum defendendus est pupillus ab iniuriis aliorum. Curandum etiam tutori, ut pupillus bene instituatur, educetur formeturque. Inde HVBERVS *in digressionib. Iustinian. lib.* 3. *c.* 2. §. 3. *p.* 153. ait: *quanquam tueri forte sit idem, quod defendere. Vellem tamen huic uoci paulo efficaciorem tribuere sensum. Vt non simplex per eam defensio, sed officium prospiciendi pupillo de rebus omnibus ad uitam necessariis contineatur.* Equidem Huberus *tueri* idem esse, quod *alere* ex *l.* 20. *pater ff. de in rem uerso* probat: sed longe significantior est FESTVS, *tueor idem, quod prouideo.* Quicquid sit, consultum forte magis fuisset, facultatem in pupillum expressisse Romanos uerbis aliis *praefecti, uicarii paterni, patroni*, quam defensoris et tutoris.

2) ut et pupillus, impubes concinna.

Eandem censuram merentur uocabula *pupilli* et *impuberis.* Vtrumque enim status respicit *naturalem*, non uero *ciuilem*, aut legitimum. *Pupus, pupa* infans lactis *mammam sugens* VARRO apud *Nonium* MARCELLVM *n.* 675. Inde Germani *buben, bübin, puppen*, quod ultimum hodie uerbum in crepundiis. Poupée *Fr. Gallis* infans. Et Graecis ἥβη *pili sunt, qui parte uerenda succrescunt* SVIDAS et HESYCHIVS h. u. Quorsum HORATII illud facit *lib.* 2. *od.* 8. *pubes tibi crescit omnis* CELSVS *lib.* 2. *c.* 1. *incipiente pube.* Similia loca *Hippocratis* et *Galeni* habes apud ZACHIAM *lib.* 1. *tit.* 1. *quaest.* 6. ἡβάω *gallulo* et *pubescens* ἔφηβος PHILOXENES *in gloss. h. u.* Ad has origines respicit ISIDORVS *lib.* XII. *c.* 2. *p.* 1103. *n.* 33. puberes *a pube, id est, a pudendis corporis nuncupati, quod haec loca tum primum lanuginem ducunt. Quidam tamen pubertatem aestimant ex annis.* Quod cum ita sit, quis quaeso dubitauerit a *pupo* deminutiuum esse *pupillum.* Vt adeo

Differ. III. IV.

adeo infelix hic diuinator sit idem ISIDORVS *lib. 12. orig. c. 2. n. 23. p. 1103.* cum inquit: *pupilli autem dicti quasi sine oculis,* pupillis, *hoc est, a parentibus, orbi. Quorum parentes ante discesserunt, quam ab eis nomina acciperent. Ceteri uocantur orphani, latine orbi.* Vidit enim ipse, quod Romani uerbo destituantur, quo *orphanum* Graecorum significent, quae etiam aduersio est *L.* VALLAE *lib. 4. c. 33.* Quid enim obstat, quo minus et filios familias a *pilo* aut *lanugine* uel puberes dicamus, uel *impuberes*, aut *pupillos?* quamuis neuter eorum agat sub tutela. Frustra igitur WISSENBACHIVS *disp. 7. pr. pupillus est nomen iuris, impubes nomen naturae.* Cum utraque respiciant ad naturam. Neque est, quod *orbi* uerbum substituas, quod adiectiuum, quod rarum, quod aliis rebus commune.

Romanorum nominibus praestant uerba 1) Pfleg-Vater, Versorger, Anweiser.

(*uu*) Nil hic partium studio damus. Velim expendant alii nobiscum uerba, superius *Differ. I.* enumerata, quibus Germani *tutoris* nomen significant. Haud dubie nobiscum sentient; Germanica ibi uocabula *meliora, clariora, significantiora* esse, Romanorum. Tutoris munus in eo uersatur, ut ipse *patris* loco sit pupillo et *patris* sustineat *uicariatum.* Id uero est, quod nomen uult *Pfleg-Vater*, pater uicarius. Sit igitur definitio: *tutor est defuncti patris uicarius, pupillo a lege datus aut permissus.* Hanc principiis iuris et philosophiae longe conuenientiorem esse, ego quidem existimo, quam illam Seruii *l. 1. ff. de tut.* et *§. 1. Inst. eod. tutela est uis et potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui per aetatem se ipse defendere nequit, iure ciuili data et permissa.* Verbatim illam explicat tueturque testimoniis auctorum classicorum HVBERVS *lib. 3. digression. c. 3.* Quae tamen loca ante illum notarunt alii apud *Iac.* BRANDMYLLERVM *disput. 6. p. 658. 659.* Quod dum adsero, non ea propter in religionem impingo, quam debeo legislatori, quo tali genere aliter sentientes impetit HARPRECHTVS *h t. n. 2. Prologi* enim, *rationes, definitiones, diuisiones* legis non lex ipsa, sed legum uehicula sunt et partus scribarum. Taceo, quod in his ratio regnet, non auctoritas. Reliqua Germanorum synonyma, quibus illi *tutorem* significant, digna sunt elogio eodem. Neque uero satis est illis, tutorem *patris loco* habere: nam et *pupillum filii loco* tutori commendant suique illum admonent officii. Dicuntur isti, patrio sermone, *Pfleg-Kinder; Pfleg-Söhne; Pfleg-Töchter; Pfleg Befohlene*, cetera. Addo, quod alio etiam nomine pupillum adpellent *Waisen.* Quod idem est, quam si dixeris: *opis alienae indigum*, siue *patris praesidio destitutum.* Vnde deminutiuum *Waisel, Wäsel*, aut mollius *Väsel, Vasel.* Quae uerba cum in uetustioris aeui monumentis occurrant: certus sum, *uasalli* nomen aliam necquicquam originem habere, quam hanc. Cum rei litterae, litteris res ipsa respondeat. Neque *beneficiarium* alterius agat, nisi *indigus beneficii.* Sed alibi de his.

2) Pfleg-Kinder, Pfleg-Befohlene.

Waisen.

DIFFERENTIA IV.

De nouo genere tutelae pactitiae.

Tit. XIII. §. 3 ad uerba: tutores dare et tit. XXV. §. 9.

Dubium est, num Romanis quarta species fuerit tutelarum, scilicet PACTICIA (*xx*)*: quod dubio caret apud Germanos, qui pupillorum tutelam multoties uiuis promittunt parentibus* (*yy*)*, rogati. Quam spem explere tenentur iuris necessitate. Ratione quidem, nostro iudicio, omnino consultissima* (*zz*).

Num, praeter testamentariam tutelam, sit pactitia LL. Romanorum?

(*xx*) Sunt quidam, qui propterea *quatuor* nobis *species* commendant tutelarum. Principio *testamentarias;* tum *legitimas;* post *datiuas;* demum, quas addere solent, *pactitias* siue *promissas.* Putant enim, fieri etiam potuisse, quod pater uiuus rogasset Titium, ut, se mortuo, filii sui impuberis suscipere et gerere uellet tutelam. Quod si enim uiuo hoc promiserit Titius, mortuo eundem obligari. Quo fine etiam leges commemorant §. 9. *Instit. de excus. tut.* ubi haec uerba: *non excusantur a tutela, qui se tutelam administraturos promiserant.* Eadem formula repetitur *l. 15. spadonem ff. de excus. tut.* et quidem in §. 1. *qui patri promisit, se fore tutorem liberorum, excusari ab hac tutela non potest, etsi aliter habet ius excusationis.* Idem Papinianus *l. 29. sub fin. ff. de testam. tut.* respondit his uerbis: *Ex sententia SCti tutor non erit, qui se testamento tutorem scripsit. Nec tamen admittenda excusatio, quoniam promisisse uidebatur.* Qui enim sua manu scripsit defuncti testamentum, haud dubie adprobauit tacite, quae de se scripsit. Verum dubia obstare uidentur tutelae *promissae* siue *pactitiae.* Quod primo leges non dicant, fieri *pacto* tutorem, sed, testamento uocatum, se excusare a tutela non posse, si uiuo eius fecerit spem *promittendo.* Deinde dogma Romanorum est constans et perpetuum, *pacta nuda siue simplices promissiones obligatorias non esse*, quod dicunt *l. 10. C. de pactis* atque *l. 27. C. de locat. conduct.* Post *triplex* genus tutelae tam altas radices egisse uidetur, ut ferre iam nequeat quartum.

a (*yy*) De

Diff. IV. V.

Pactitia, *tutelarum quarta species, apud Germanos. 1) quia inter eos obligant pacta nuda.*

(*yy*) De Germanico iure nullus hic dubito. *Principio* enim patriae moribus *nuda pacta* et simplices promissiones obligatoriae sunt, quod plene planeque docuit *D. Praeses de iurib. feudo uicinis c. 1. §. 4. lit. x.* et nullo non tempore fuerunt, ut frustra sit SCHILTERVS *dissert. 8. §. 7. p. 295.* qui cum GVDELINO *iur. nouiss. lib. 3. c. 51 n.* 10. perhibet, recentiori demum aeuo Germanos hanc dogmatum Romanorum perfidiam correxisse atque obligationis robur addidisse pactis nudis. Absit, ut maiores nostros, a simplici integritate tantopere commendatos, hac nota uelimus conspergere.

2) exempla supersunt pactitiae tutelae cum apud priuatos,

Deinde exempla passim occurrunt, ubi pater Germanus rogat hominem sibi amicum, ut *tutelam* suis promitteret, si quidem ipse praematura morte esset praeuentus. In priuatis hominibus *promissae tutelae* casum respondit b. m. STRYKIVS *V. M. lib. 26. tit. 1. §. 14. p. 403.*

tum apud principes S. R. I.

Addam ego alium inter proceres imperii. Est autem hic. Christianus I. Saxoniae elector, iam moribundus, rogauit electorem Brandeburgicum, ut filiis impuberibus ageret tutorem. Promisit hoc ille consensitque in contutelam Iohannes Wilhelmus, agnatus. Saxone igitur die XXV. mensis Septembris an. CIƆIƆXCI. obeunte, plures quidem causas sibi habere uisus est Brandeburgicus, ut declinaret tutelam.

Saxoniae tutela delata Brandeburgico electori 1591.

A qua tamen se ideo excusare non posse, dixit: quod uiuo Saxoni obligatus esset promisso. Exemplum hoc ideo hic in medium produco, quod mihi ex actis publicis constet, causam illam inter principes per internuncios legatos, inprimis *Distelmeierum* tractatam tum fuisse ad normam iuris priuati ciuilis. Audiemus uerba Brandeburgici et Saxonici libelli: *Dann obwohlen Ihr. Chur- und Fürstl. Gnaden zum theil ihre eigene Landes-Regierung; nicht weniger auch des Churfürsten zu Brandeburg hohes stattliches Alter hierunter bey männiglichen wohl entschuldiget, und uon dieser gantz beschwehrlichen, mühseligen und gefährlichen* administration *und Vormundschafft abhalten wollen: So haben sich doch Ihr. Chur- und Fürstliche Gnaden erinnert, daß sie uon hochgedachtem Churfürsten zu Sachsen loeblicher Gedächtniß, wenige Tage uor Dero seeligem ableiben, in dero hohen Leibes-Beschwerung ganz Kind- und Väterlich daram ersuchet. In massen auch Ihre Chur- und Fürstl. Gnaden dieselbe getreulich zu uerrichten mit Handgebender Treue gelobet, uersprochen und zugesagt. Dahero dann Ihr. Chur- und Fürstl. Gnaden nunmehro anders nicht gebühren wollen, denn solchem Versprechen ein besonderes, freundlichs, Väterlichs und brüderlichs begnügen zu thun* et quae sequuntur deinceps.

Diff. IV. V.

3) pacta successoria nobis in usu.

Praeterea, cum pacta ualuerint successoria apud Germanos etiam simplicia et unilateralia: non putauerim, tutelas pactitias in Germania ullo unquam tempore in dubium uocari potuisse.

4) tutelae ad ganerbios deuoluatur et simultanee inuestitos.

Taceo, quod dogmata nostratium sint: tutelae onus suscipiendum esse ob *simultaneam inuestituram* etiam ab extraneo itemque a *foederato, dem ganerben*, quod utrumque absoluitur pactis.

5) Germanis nulla tutela testamentaria.

Ad extremum, cum certum sit, nesciuisse testamenta Germanos, non aliud illis superfuit remedium prospiciendi suis de tutore, quam genus tutelae pactitium. Neque est, quod b. m. STRYKIVS hoc genus tutelae *pactitiae* ideo pro imperfecto habeat: quod opus sit eius speciali confirmatione. Quodsi enim *testatoris* confirmationem intelligit, illa opus non esse, affirmaui in iure Germanico: si uero ad *magistratus* respicit confirmationem, illa in omni genere tutelarum hodie est opus. Vt adeo nostrum cum illis pari passu ambulare uideatur.

Pactitiae tutelae aliis praeferantur.

(*zz*) Rationes, quae permouent me ad ita sentiendum, sunt hae. *Principio* in *pactitiis* tutelis opus non est, ut tutela alicui *obtrudatur*, quod iure fit Romano. Minus quidem consulte, quoniam coacta studia pro pupillo speciem fere habent inanium. *Deinde* saepius frustrantur testatores spe sua, siquidem nominatus tutor causam habeat, a tutela se excusandi, quod iterum euenire non potest in tutela pactitia *l. 29. ff. de testam. tut.* atque *l. 15. ff. de excus. tut.* *Praeterea*, si uiuus, tutelae causa, compellet aliquem testator, si annuerit rogationi, illum instruere potest consiliis, quibus optime regere tum familiam possit, patre destitutam, tum relictas opes. Sin minus, prospicit suis de tutore alio. Quae omnia cum ita sint, mallem in mores iret apud Germanos, ut pater suis *pactitia* tutela prouideret uiuus: quam dubiae aleae committeret uotum suum in ultima uoluntate.

DIFFERENTIA V.

Tutorem liberis num det mater?

Tit. XIII. §. 3. *aduerba:* in potestate.

Romano iure liberis TVTOREM DARE ***non potuit*** MATER, ***quia illos non habuit in potestate (aa). Nisi hanc ipsa facultatem acquisiuisset, proposita mercede, liberosque instituisset heredes (bb). Contra utroque iure matrem gratis instruxerunt Germani. Quorum iudicio liberi non minus pependerunt a*** POTESTATE MATERNA ***(cc), quam ab eius ultima uoluntate eorundem tutelae (dd). Ratione forsitan magis iterum consulta (ee).***

(aa) Plu-

Differ. V.

Num LL. Rom. mater liberis dare posſit tutorem? Negatur.

(*aa*) Plurimarum legum teſtimonio firmiſſimum eſt, matrem liberis teſtamento dare non poſſe tutorem. MODESTINVS *l. pater 4. ff. de teſtam. tut.* et *l. 4. C. eod.* ubi uerba ALEXANDRI imperatoris clara ſunt: *mater teſtamento filiis* (liberis) *tutores dare non poteſt, niſi eos heredes inſtituerit.* Cauſae etiam iuris Romani necquicquam obſcurae. *Primo* enim tutela poteſtatem uult, patriae uicariam. Vices autem ſuas nemo alteri demandare poteſt in re, quam ipſe non habet. Summatim, *permiſſum eſt parentibus* (patri et auo) *liberis, quos in poteſtate habent, teſtamento tutores dare*, §. 3. *inſt. de tut.* aſt mater, iure Romano, nullam in liberos habet *poteſtatem* §. 10. *inſt.* de adopt. Deinde *fragile iudicium* eſſe foeminis perhibent, *l. pater ff. de teſt. tut.* et *l. mater C. eod.* BACHOVIVS *ad* §. 3. *inſt. de tut. n.* 5. ut adeo opinabile non ſit, foeminam eligere eum, qui pupillo optime ſit proſpecturus. Demum, quia tutela, Romanorum auctoritate, *uirile officium* ſit *l. 16. tutela ff. de tut.* putant foeminas illa defungi non poſſe, multo minus hanc ſpartam alii demandare. Hactenus regula. Poteſt uero mater liberis tutorem dare, ſi inſtituerit illos heredes *l. 4. C. de teſt.* atque *l. 4. ff. eod.* ubi uerba, *pater exheredato tutorem dare poteſt, mater autem nonniſi inſtituto.* Deinde opus eſt, ut nihilominus in tutorum, a matre nominatorum, *uitam, mores opesque* inquiratur, neque illi ante confirmentur, quam id factum ſit *l. 2. mulier ff. de confirm. tut.* cuius uerba exhibent rei ſummam: *mulier liberis non recte teſtamento tutorem dat. Sed ſi dederit* (inſtituendo heredes) *decreto praetoris uel proconſulis ex* INQVISITIONE confirmabitur. Nec tamen ille ſatisdabit pupillo. Idem fit, ſi dederit mater liberis curatorem.* Addi poteſt l. 1. *teſtamento C. de conf. tut.* Quid hic doctores ex ſuo addant ingenio, parum euramus, requirendo a matre, ut liberos inſtituat *ultra legitimam*, ſi quidem dare illis uelit tutorem ROMANVS *conſil.* 188. *n.* 3. *Phil.* PASCALIS *de patr. poteſtat. part.* 3. *c.* 10. Imo datum ita a matre teſtamento tutorem, potius in *rem* talem eſſe, quam in *perſonam pupilli*, inſtar curatoris. Leges uero cum neutrum dicant, neque conſultum fore exiſtimo, praeſertim in Germania noſtra, ut matrum hic conditiones iuſto duriores reddamus.

Limitationes.

Num tutor dari poſſit a matre liberis non inſtituentis heredes? Opinionum ingens diuerſitas.

(*bb*) Illi facilius hic nobiscum ſentient, qui exiſtimant, matrem etiam iure Romano liberis dare potuiſſe tutorem in teſtamento, licet illos non fecerit, ne in legitima quidem, heredes. Scilicet, perhibent, leges id uelle: ſi mater nominet *liberis tutorem*, eam uel *heredes facere liberos, uel non: ſi primum*, nulla opus eſſe, *inquiſitione*, ſed *confirmatione* nuda: ſi *alterum*, opus eſſe *ſedula inquiſitione* in uitam, mores, opesque dati tutoris. Niſi enim hoc ſtatuatur, putant *matrem* nihil prae *extraneo* habere, nam fas eſſe cuilibet, extraneo cuiuis tutorem dare, ſi eum ſcripſiſſet ſimul heredem *l. 1. ut ne* §. *ſi autem ff. de confirm. tut.* Deinde idem repeti, putant. *l. 4. mater C. de teſt. tut.* his uerbis: *mater filiis tutores dare non poteſt* (ſine inquiſitione magiſtratus maioris) *niſi eos heredes inſtituerit; quando autem eos heredes NON inſtituerit, ſolet datus tutor a praeſidibus confirmari.* Ita ſentiunt DACIVS *ad l. mater C. de teſt tut.* ita Paul. de CASTRO *ad l. 69. peto* §. 2. *mater ff. de leg.* 2. ita Paul. MONTANVS *de tut. c.* 38. 39. Verum alii hic titubant dicuntque, negari quidem *tutelae* conſtitutionem matri, liberos heredes non inſtituenti ultra legitimam, iure ſtricto; ex pietate tamen id quoque dandum eſſe matri, dummodo iudex tum *curatior duriorque in inquiſitione*, utrum pupillo id expediat, ita BRVNNEMANNVS *ad l. 4. C. de teſt. tut.* Breuiter. Dicunt, tutorem matris cum hereditate inquiſitionem mereri *ordinariam:* ſine hereditate uero *extraordinariam* exigere. Rident alii hoc ipſum, quod iudex nunquam officio ſuo defungi debeat cum ſegnitie BACHOVIVS *l. c.* urgentque correctionem in codice pandectarum. Quaſi ſcilicet iure *pandectarum* id nefas fuerit matri: quod ei tamen conceſſum ſit in *codice*, ita HARPRECHTVS *de tut.* idque cum *Accurſio*, quos tamen exſibilat HVNNIVS *uol.* 1. *diſp.* 8. *ad Treutl. theſ.* 2. *quaeſt. XI. p.* 848. qui dicit: *leges illae, quae in priori codice extiterunt, quaeque ſcriptae non ſunt auctore Iuſtiniano legibus pandectarum, utpote illis priores necquicquam derogare.* Eandem quaeſtionem uerbis iisdem exhibet idem in *lib.* 1. *tract.* 4. *reſolut. iur. quaeſt.* 7. unde uerbatim haec exſcripſit. Quid ergo? CVIACIVS ad *l. 4. C. de teſt. tut.* nil dubitat, in morbo deſperato remedium adhibere uiolentum. Quapropter uertit ſtylum expungitque uerbulum NON. Cuius hac in re iudicium ſequuntur *Petr.* FABER ad *l.* 73. *de R. I.* HVNNIVS *ad Treutl. uol.* 2. *diſp.* 8. *quaeſt. XI. p.* 848. 849. Improbat tamen hoc ipſum BACHOVIVS *uol.* 2. *diſp.* 8. *ad Treutl. litt. e. p.* 405. 406. idque propterea: quia haec explicatio legem notet uitio tautologiae. Cum finis legis duos caſus reſpiciat, principium uero ita decidat unum, cetera. Sed nodum in ſcirpo quaerit *Bachouius*. Senſus legis clarus eſt, uerbulo extincto, NON. Lex enim id uult I. *Mater heredes non dat.* II. *Dat uero, ſi heredes liberos inſtituerit.* III *Hoc ſi fecerit, opus eſt tamen praeſidis confirmatione.* IV. *Quod ſi uero Titius nullo ex his interueniente* (ſcilicet, ſi mater non inſtituerit heredes liberos, ſi dati heredes non confirmati ſint) *nihilominus res pupillares adminiſtrauerit, tamen intuitu illius*

Differ. V.

1) affirmant, ne mater nil magis habeat extraneo, ne l. 4. C. de teſt. tut. expungatur,

ne pietas laedatur in matrem,

ne codici derogent pandectae.

II. Qui negant uerbum non expungunt.

Differ. V.

lius tutela non nulla est, sed pro tutelae actione et ipse tenetur.

Germanico iure mater tutorem dat instar patris.

(*cc*) Eo fidentioribus hic esse liceat, quod ipsi ICti Romani id matris prouidentiae dare uideantur. Sed ad rem. Germanici iuris plura argumenta nolunt, quare illud firmiter statuam, *matris* quoque esse; *liberis suis tutores dare*, instar *patris ipsius*. Liceat scribere, quod sentio, pristinis Germanorum moribus, *liberi non minus fere sub matris potestate egerunt*. Ita, ut auribus maiorum non inconcinna esset uox: *matria* siue *materna potestas*. Inde in plerisque Germaniae locis, illis praecipue, a quibus academiae remotiores et ubi minus frequentes homines, iura Romana docti, eadem matris, quam patris est in liberos constante matrimonio *auctoritas*. Inde bonorum reique *familiaris communio*, adeo, ut multa Germanae iura non plus marito in illis largiantur, quam uxori, qua de re in *differentiis* suo loco et D. *Praeses* aduersus *Trebellianiam in fideicomm. cap. 4. segm. 2. §. 5.* Inde *tutelae* liberorum ipso quondam iure matribus delatae. Quod non tam ex lege, quam natura iubente sustinere uiderentur patris demortui uicariatum. Inde uulgi sermone duplicis generis orbos habemus. Vnum patre mortuo, alterum defuncta matre. Et, quod magis est, uiuo etiam patre orbum dicimus ob matrem praematuro obitu praereptam. *Eine Mutterlose oder Vater-und Mutterlose Waise.* Sed magna uis est sermonis, uulgo celebrati in patrii iuris indagandis originibus et reliquiis. Inde regna ac principatus, pristini huius in Germania moris sunt retinentissimi. Vbi enim instituta Franco-Germanica regunt, quamuis ab imperiis foeminarum abhorreant; adprobant tamen ibi *tutelam* et administrationem imperii *maternam*. Quod regnum et principatus a filio, filius a matris auctoritate pendere uideretur. Inde *matri*, auo, auiaeque maternae statutis plurium Germaniae locorum fas est, liberis suis heredes substituere Landg. Ordn. *deß Herzogth. Franck.* tit. 45. §. *wiewohl auch die gemeine Rechte den Müttern, etc. nacherben zusetzen nicht zulassen, so wollen wir doch, daß sie ihren Kindern nacherben sezen mögen.* Idem in iure WVRTENB. part. 3. tit. 12. Inde formulae Germanis solennes, liberos sub potestate uiuere, non *patris*; sed *parentum, matre* non exclusa. *Von Kindern, dieweil si noch unter der Eltern Gewalt* porro *der Eltern Zucht stehen.* Quales passim in iure Franconico, iam laudato occurrunt. Et claris uerbis ex usu patrii iuris scripsit *Petr. Roder.* DEMERADT *part. 3. differ. 2. Franc. iur. n. 4. p. 110.* his quidem uerbis: *in ducatu Franconiae, quia liberi non solum patri; sed et* MATRI SVBIICIVNTVR: *licet non minus matri, auo*

Quia et huic in liberos est potestas. Inde
a) mater liberos regit coercetque aiuo etiam patre.
b) matri eadem iura in re familiari cum patre.
c) patre mortuo matris potestas priuatiua.
d) et matre mortua papillos dicimus et orphanos.
e) matri regna parent filii causa, cui praeest mater.
f) mater substituit liberis.
g) Kinder so unter der Eltern Gewalt stehen.

Lud. opusc. tom. II.

A auiaeque *substituere*. Sed plenius forte de his D. *Praeses* in dissert. *de materna in* B) *liberos potestate*. Nobis haec symbola hic sufficiunt. Vnde satis intelligitur, quod si matri, etiam patre uiuo, potestas in liberos sit apud Germanos, frustra dubitari: *utrum illa liberis uel testamento, uel pacto dare possit tutorem.* Cum illa in eodem cum marito iure uersari uideatur. Tantum abest, Germaniae ICtos in dubio causas habere, quare se eius generis tutelis opponant. Vt potius strictam interpretationem apud nos mereatur, quicquid aduersus iura materna ex LL. repeti solet Romanis.

Differ. V.
b) testes ICti de potestate materna.

(*dd*) Cum in nota praecedenti patriae mores *potestatem* adserant in liberos; ipsi autem Romani in hac posuerint *testamentariae tutelae* fundamentum §. 3. *Inst. de tut.* iam nemo inficias ibit, matri C fas quoque esse, liberis testamento nominare tutorem. Id uero praeterea hic probe notandum, quod ideo in eodem tutelae genere, matris testamento datae, inter Romana et Germanica iura intersit tamen plurimum. Nam Romano iure matri hoc datur non sui causa, sed liberorum ergo, si ab his tutelam mercata sit institutione heredum: contra, Germanorum institutis, hanc facultatem mater D ui suae in liberos potestatis habet, instar patris, ut inter uoluntatem utriusque hic parum aut nihil uideatur interesse. *Ibi* bonorum ergo illa concessa; *hic* ui potestatis in liberos instructa tutela: *illa* curatelae uicina; non *haec*, *illa* consulis uel maioris magistratus auctoritate sustinetur; *haec* opus non habet alieno sustentaculo: illa quasi uirtutis est; haec iuris et imperii. Neque mirum, quod E alia de foeminis ac matribus statuerint Romani; alia Germani. Romana iura mulieres arcent a comitiis: sed mulieres principem locum habent in comitiis Germanorum. Sit ergo, *tutelae dationem* auctoritate fieri reipublicae, etiam in illa personam agere potest mater. *Virile* munus tutelam esse crediderunt Romani, quod pudore mulieris indignum sit, illam negotiari, agere in taber-F nis, cetera: sed mores Germanorum ius fecerunt, quo foeminae officinas habent, agunt trapezitas et maritos non tam subleuant, quam liberant prorsus a cura rerum oeconomicarum. Hamburgi praesertim et in Belgio exempla offendes atque stupesces. Praeterea *lubrica* esse dicunt ingenia foeminarum Romani. Sed Germani firmitatem maturitatemque consiliorum necquicquam in dubium G uocant in sexu sequiori. Foeminam, forte Saxonicam opponis *ex lib. 2. leg. Longob. tit. 10.* Sapit autem utrumque uestigia iuris alibi nati.

Mater testamento tutorem dat iure proprio, non mercenario, ut in LL. Romanis.

Mulierum dura sors apud Romanos, patrio iure illa liberior.

(*ee*) Nam principio matris adfectus in liberos est tenerrimus, ut metui nequeat, illam

Praerogatiuae a matre dati tutoris.

Differ. VI. illam in tutore, liberis nominando, iudicio usuram esse praecipiti et inconsiderato. Deinde irae quoque ac odii causas illa habebit procul in tutoris electione. Tum facultas haec diuinis legibus et decalogo magis est concinna. Praeterea facit ad cultum in liberis excitandum erga matrem. Post mater tutores felicius eliget, ingenii praesertim gnara liberorum, quam magistratus, cui A ignoti mores, bona, fortunae pupilli. Et quae circumspectiones sunt generis eiusdem. Quibus testamentariam matris tutelam cum datiuae praeferrem tum legitimae. Neque tamen haec alio fine urgeo, quam ut intelligant patriae iudices, quo uertere se debeant, si in hoc argumento aliquid est ambiguitatis. Vbi enim usus forensis aliud uult, ibi frustra est de consiliis et rationibus disputatio. *Differ. VI.*

DIFFERENTIA VI

***Num* patrem *aut* tutorem *habenti dari queat* tutor.**

Tit. XIII. §. 3. *ad uerba:* nepotibus uero.

Romani, patre emancipato, nepotes retinuerunt sub potestate (aa): hoc fieri nequit fere apud Germanos. Quod liberi nuptiis emancipentur et re familiari sigillatim instituta (bb). Dubium uero, an mores patiantur Germanorum, ea lege filium familias aut pupillum uel heredem scribere, uel dicere legatarium, ut nominatum in testamento accipiat tutorem? Longulum hic iter Romanis: sed Germanis uia breuior magisque aperta (cc).

Nepotes apud Romanos sub aui potestate.

(*aa*) Liberi iure Romano sub potestate patris egerant usque ad *mortem* illius. Ita tamen, ut pater, immorigerum forte filium, in poenam emancipare atque inuitum expellere posset de sua familia, *l. 132. ff. de V. O. l. 5. C. de emancip.* retento, si illi ita uisum esset, expulsi filio, nepote suo *l. liberum arbitrium 28. ff. de adopt. et emancip. §. 3. inst. de tut.* Quamuis igitur eadem in *nepotem* potestas esset auo, quam patri in filium: patria deinde po- C testas etiam post mortem eius duraret usque ad liberorum pubertatem *l. 1. ff. de test. tut.* adeo, ut etiam exheredatis testamento dare posset tutorem *l. 4. ff. eod.* tamen ex aduerso statutum in nepote, cuius pater, licet emancipatus, fuerat in uiuis. Debuerat enim nepos a potestate aui demortui redire in emancipati patris potestatem *pr. inst. Q. M. I. P. P. S.* et *l. 4. ff. de his, qui sunt sui uel alieni iuris.*

Germanico iure nepos uiuo patre in aui esse nequit potestate.

(*bb*) Mores apud nos ius fecere: quod iamnunc non in patris uoluntate sit, liberos emancipare; sed tamen in facultate liberorum, patrem relinquere eiusque se subtrahere imperio, ut libet lubetque. Imo ipso iure se liberi subtrahunt patri; si nuptias celebrant, si instituunt oeconomiam remque familiarem sigillatim. Frustra sunt, qui hic parentum indulgentiam incusant, aut licentiam libero- E rum. Instar portenti habetur, si quando pater filiam cum genero, aut cum socru filium retinet secum in domo et conuictu. Non, ut acquirat per utrosque; non ut leges utrisque det: sed ut uictu cultuque prospiciat utrisque. Si quid aliud fit, illud pactis debetur, non legibus. Vnde satis manifestum est, fieri non posse, institutis Germanorum, ut nepotes sub aui potestate agant, uiuo il- F lorum parente. Adeoque frustranea sit quaestio: num auus nepotibus uiuo et uegeto patre possit nominare tutorem.

B Sed hoc argumentum prosequitur D. Praeses in *differentiis utriusque iuris circa patriam potestatem.*

Casus, ubi auus, uiuo patre, nepoti scribit tutorem.

(*cc*) Vniuersim loquitur hic GROENWEGEN *de LL. abrog.* ad §. 3. *instit. de tut.* uerbis, quae sequuntur: *quamuis auus hodie in potestate non habeat nepotes: velus tamen a se nepotibus relictis indistincte tutorem et curatorem dare, moribus nostris nihil uetat.* porro ad §. 4. instit. qui testam. tut. addit: *iure ciuili certae rei tutor dari non potest: sed nostris et Gallorum moribus potest. Quia inter tutorem et curatorem sublatum est discrimen.* Ridet haec exagitatque GIESEBERTVS *in Iustin. harm. ad §. 3. instit. de tut.* ubi dicit: *Dubito, an obstet, quod scribit Groenewegen. Quicquid confuse etiam haec uerba sumi concedam.* Recitat etiam casum, quem curia Traiectina respondit, *Wilhelmus* RADE- D LANTIVS *decisione 63. p. 122.* Cum enim testatrix fratris filiam, tutore (*siue patre*) jam instructam, hac tamen lege instituisset heredem, ut acciperet Arnoldum et Ioannem tutores. Ipsa renuit eos accipere, quod tutorem habenti tutor non detur. Ex aduerso autem curia respondit, quod heres scripta adire hereditatem non posset, nisi simul nouis agnitis tutoribus. Eandem igitur rationem esse, putant alii, si auus tutorem det illi, qui patrem habeat. Fieri enim non posse, ut heres in uno aui uoluntati obstrepet, si ex eadem cupiat succedere. Aliam hodie cautelam suggerit in hoc argumento *Paul.* MONTANVS *cap. 8. n. 39. 40.* Scilicet qui patrem aut tutorem habenti dare uelit tutorem Titium. Illum Titio ea conditione fideicommittere posse hereditatem, ut ex eius fructibus filio, patrem habenti, uictum det instar tutoris restituatque uel maiorenni uel emancipato eandem absque detractione Trebellianae. Quod exemplum totidem fere habet uer-

ubi patrem aut tutorem habenti datur tutor.

Differ. VI. VII. uerbis *l. 3. in fideicommissi §. 3. ff. de usuris.* A Vt adeo nil hic usus forensis habeat, quod aduersum sit iuri Romano. Ceterum de quaestione: *utrum tutorem aut patrem habenti, dari queat tutor*, mihi ita, si mores nostrae Germaniae intueor, uidetur. Aut quaeritur de *administratione bonorum*, quod illa in rebus hereditariis nequeat patri aut ordinario tutori committi: et nullus dubito, quia ita patrem aut tutorem habenti dari queat curator. I- B ta enim adpellandus esset: eum illi, qui *bona* tantum procurat, nequicquam tribui uerbum possit *tutoris*, quod supra *litt. ss.* monui. Aut bonorum ille curator simul auctoritatem habere debet in personam scripti heredis, patrem uel tutorem habentis. Et tum quaeritur, *num patrem aut tutorem habenti dari queat tutor?* Et puto, quod etiam fieri possit hoc ipsum, eo quidem effectu, ut nouus hic tutor fit C uel instar contutoris, sine cuius consensu nequeat pater aut tutor agere cum herede: aut, si plus uelit testator, ut heres uel *Differ. V VII.* a potestate patris et tutoris auctoritate dimittatur, uel excidat hereditate. Etiam ad hanc doctrinam casum exigo, quem b. m. STRYKIVS *lib. 25. V. M. tit. 3. §. 4.* respondit. Scilicet negat, fieri potuisse, ut testator neptem suam hac lege institueret heredem, ne pater bonorum hereditatis administrator esset, sed ille, quem in testamento ipse nominauisset. Ratione addita, ne patri adimatur ususfructus. Verum is saluus esse potest patri, licet alius hereditariorum bonorum fit curator. Accedit *nou. 117. c. 1. auth. excipitur C. de bon. quae lib.* Vbi utrumque datur matri, ut patrem *curatione* destituat et *usufructu*. Dummodo ultimum patri relinquatur in legitima. Deinde *caussas* matrem habere uult, quare hoc faciat. Sed id quidem legi citatae minus est concinnum. Conferatur SCHILTERVS *diss. 37. §. 23.*

Quare hic dictis Germaniae esse liceat facilioribus.

DIFFERENTIA VII.

De tutore imparis sortis cum pupillo.

Tit. XIV. §. 1. ad uerba: sed et seruus. *Romano iure tutores esse potuerunt serui. Imo illustris ordinis pupilli subiecti sunt quandoque tutelae alicuius ex infima plebe (aa): prouidentiores in hoc munere Germani, qui moribus, si non lege cauere solent, ne fere tutor inferioris status sit, quam pupillus (bb). Eodem indignum esse rati, si obsequio esset addictus uiri notae minoris (cc).*

Tutores hominibus illustribus praefecti ex ordine infimae plebis. (*aa*) Ipse imperator *§. 1. inst. qui test. tut.* rem decidit: *sed et seruus proprius testamento cum libertate recte tutor dari potest. Seruus autem alienus, cum liber erit.* Quantum uero Romae intererat inter *liberum* D hominem et *seruum*: inter *ingenuum* et *libertum*. Num huc etiam referri possit *L. 1. illustribus C. de tutor. illustrium*, quam *b. m.* STRYKIVS huc retulit *lib. 26. V. M. tit. 1. §. 19.* et uir illustris BERGERVS *in oeconomia lib. 1. tit. 4. §. 2.* ego quidem dubito. Imperator enim ibi non dicit, quod *ex quocunque ordine* illustribus et clarissimis personis dari debeant tutores: sed quod uiri illustres datos tutores debeant E *tentare et sub examen mittere*. Vt taceam RAEVARDI opinionem; posse *ordinem cognatorum* hic etiam intelligi *lib. 1. uar. c. 10.* Non autem miror, Romanos in eligendis tutoribus nullum fere ordinis ac dignitatis fecisse discrimen. Nam omnes socii fuere ciuitatis eiusdem; gentilitiae dignitates uel nullae illis, uel paucae; plebis et patritiorum ea pacta, ne longum inter utrosque crederetur discri- F men; ne promiscua connubia patritiis uiderentur indigna; eadem tribunorum esset auctoritas, quam consulum et senatorum; tutelae ibi *breues*, ut adeo obsequi facilius possent ignobili tutori illustris etiam ordinis puerull cetera. Quae omnia cum ex aduerso se habeant apud Germanos, frustra sunt ICti, qui inde patriae mores corrigere uolunt aut explicare.

(*bb*) Contrarium defendunt CARPZOVIVS *decis. 120. n. 3.* MYLERVS *de pr. et stat. imp. c. 29. n. 13.* BRVNNEMANNVS *ad l. 10 ff. de testam. tut.* SCHRADERVS *de feud. part. 10. sect. 14. n. 16.* Argumenta eorum sunt. Primo, quia exemplum superfit, quod *Marchio Badensis* principibus pupillis nominauerit *cancellarium* suum tutorem, anno 1589. ideo ab ipsa camera S. R. I. confirmatum, testibus SAILERO *in Cammer-Ger. Vrthel. adh. an.* GYLMANNO *tom. 3. symphor.* uerbo, *tutor*. *Deinde* lex nulla superfit prohibitiua, ne tutor et pupillus fortis dignitatisque fint inaequalis. *Post* magis in dubio standum fit decreto iuris Romani, quod nullum hic agnoscat discrimen. Reponit SCHILTERVS *exercit. ad ff. 37. §. n. 12. 13.* ad *primum*, quod una hirundo non faciat uer. Praesertim cum hodierni adsessores supremi in imperio tribunalis saepius a sententiis maiorum abeant ideo, quod illis multoties glaucoma imposuerit caeca iuris Romani superstitio. Ad *alterum*, quamuis lex nulla adsit, ex moribus tamen et reipublicae rationibus intelligi, quid iustum et utile sit, uel secus. Ad tertium, quod iuris Romani in illustrium tutelis nulla fere auctoritas fidesque. Ego certe rationibus moueor, quae sequuntur, ut statuam, nefas esse, ordinis illustris pupillo tuto-

An Germaniae moribus tutorem et pupillum quodammodo aequalis requiratur? Rationes negantium, adfirmantium.

Differ. VII.

Aduersus tutores ignobiles pupillorum ex nobilitate.

rem praefici uirum ex plebe. *Primo* enim Germanis tot ac tanti gradus gentilitiae dignitatis. Quos nefas est, confundere ac praeterire in rebus, quae momenti sunt minoris, aut certe non multo maioris.

Quia a) nobiles ignobilium spernunt connubia, consortia in collegiis,

Sic mores nostri improbant imparis dignitatis matrimonia: unius collegii socii scamnis distinguuntur *der Herren Adelichen und Gelehrten Banck*: excluduntur uiri ignobiles, in gratiam nobilium, a *canonicatibus* ecclesiarum cathedralium: ab ordinibus *equestribus*: a *torneamentis*, cetera.

sacris, equestribus.

Tantum abest, ut non pudeat illos, si nobilis adolescens et iuuenis pendere debeat ab hominis ignobilis, tutoris sui, imperio.

b) tutelae Germanorum serius finiuntur.

Deinde apud Romanos id tolerari potuit facilius. Quoniam tutelae eorundem non exierant limites pueritiae XIV. annorum, ut adeo parum interesset, qui ferulam gereret, si pueriles malitia fuerat coercenda. Sed Germanici tutores, non pueros regunt, uerum adolescentes et iuuenes supra. In adultiori autem aetate ut probrum obiici solet homini nobili, si uiuere eundem oportet ad nutum uiri ignobilis, tutoris.

c) Germanis tot gradus nobilitatis gentilitiae.

Praeterea cum Romanis uix unus et alter gradus gentilitiae dignitatis supra *lit. aa.* totidem hodie sunt apud Germanos. Vt portenti instar sit, saltum committi ab ultimo ad supremum. Quapropter hodie uiui parentes e ciuium quidem ordine eligunt puero nobili, comiti, principi ludimagistros; necquicquam uero praefectos morum *Hofmeister*. Adeo, ut *baro* aut *comes* nonnisi *nobilem*, *princeps* puer *comitem* minimum desideret, ne sparta, ab ignobili exornata, illis sit dedecori. Quod si igitur personae illustres nobiles curatores exigunt, uiuis parentibus; haud dubie spernent ignobiles tutores, quorum potestas longe maior est magisque diuturna.

d) medium aeuum nesciuit est tutelae disparitis.

Accedit *demum*, quod medii aeui monumenta alia tutelarum genera nesciant inter nobiles et illustres, quam *parilis* fortis et dignitatis aequalis. Vt adeo si quid duobus abhinc seculis factum sit ex aduerso, illud abusui debeatur iuris in patria nostra peregrini.

e) a tutoribus diuersi die Vormundschaffts-Rathe. Qui differunt a notitiae gratia tutoribus.

Tandem uix alio fine hodie constituuntur *consiliarii tutelares*, *Vormundschaffts-Räthe*, quam hoc: quod persona pupilli principis indignum sit, tutores habere *subditos suos* et tamen principi tutori uix otium sit, ad tutelae ipsius administrationem. Vt adeo princeps tutor pupillo principi dignitatem praestet tutelarem, consiliariis tutelaribus auctoritatem. Nolim tamen, quod *b. m.* STRYKIVS facit *lib. 26. V. M. tit. 1. §. 19.* eius generis consiliarios conferre cum Romanorum *tutoribus, notitiae gratia* datis. Quorum mentionem faciunt PAVLVS *l. 32. quaero §. 1. ff. de testam. tut.* atque VLPIANVS *l. 14. quod si §. 1. et 6. ff. de solut. et liberat.* Vbi distinctio tutorum his uerbis explicatur: *Sunt quidam tutores, qui* HONORARII *adpellantur: sunt, qui rei* NOTITIAE *gratia dantur: sunt, qui dantur, ut* GERANT. *Et qui notitiae gratia dantur, ad instruendos contutores dantur.* De eodem ALEXANDER Augustus *l. 1. et qui C. de peric. tutor.* ita scribit: *Et qui notitiae causa liberti tutores dantur, quamuis administrandorum negotiorum pupilli facultatem non accipiant, propter * tenuitatem patrimonii sui: periculo tamen omnes sunt obligati.* Quia cessauerint ceteros admonere, aut suspectos reddere. Ratio est in eo quaerenda, quoniam consiliarii tutelares tantum administri sunt principis tutoris, necquicquam eius contutores, instar tutorum, notitiae causa datorum. Deinde tutores notitiae causa dati non administrant bona pupilli: administrant autem tutelam consiliarii tutelares et quae rationes differentiarum sunt generis eiusdem.

f) in honorem pupilli dantur tutores primarii, qui differunt ab honorariis Romanorum.

Ad *extremum* solet etiam quandoque ita consuli honori ipsius pupilli, ut, si forte rerum pupilli intersit, dari tutorem fortis inaequalis: eidem praefici uel adiungi soleat alius ex ordine maiori, qui audire solet *Ober-Vormund*, tutor superior. Confundi et hic a plerisque iterum ICtis solet cum *honorario tutore* Romanorum. Quamuis meo iudicio inter utrumque intersit quam plurimum. Nam honorarius tutor penes Romanos ille erat, cui pater alium in administratione praetulerat *L. 3. si plures ff. de administrat. et peric. tutor.* contra apud Germanos inferior tutor pendere solet a tutore supremo. Deinde *honorarius* apud Romanos ille dicebatur, qui fere *dicis* causa tutor fuerat, siue instar *tituli* honorarii sine administratione *l. ad similitudinem C. de episc. et cler.* et *l. ult. ubi senator uel clariss.* siue, quod praetoris tantum iure honorario sustineretur, ut auctor refert glossae. Multo minus hoc nomen magistratui respondet dem *Vormundschaffts-Amt.* Vt adeo uim adferant legibus Romanis, quotquot hic cogere utrumque uolunt in Germanici iuris harmoniam. Dissentit BERGERVS *in oeconomia h. t.*

g) plura tutelarum genera ferunt apud Germanos nonnisi dignitati pupilli aequalem.

Taceo illos casus, ubi Germanorum tutela fructuaria est; ubi tutor prouinciae imperat; ubi inter ordines agit in comitiis; ubi praestat seruitia ceteraque facere tenetur, quae uix ac ne uix quidem in alium cadunt, quam dignitati pupilli fere aequalem. Neque, quod bene aduertit SCHILTERVS *l. c.* ex aduerso reponere licet, agere tamen in ipsis comitiis et in senatu sanctiori homines ex plebe, per quem prouincia regatur. Aliud enim est, officio defungi rerum administri et mandatarii, aliud in eodem negotio uti propria auctoritate. In *primo* genere uersatur legatus uel senator; tutor autem in *altero*. Quae omnia eo faciunt, ut iuris utriusque manifestae hic sint differentiae.

(*cc*) Quem-

Differ. VII. VIII. *Num causae sint excusandi die Gevatterschafft, quod munus speciei tutelae promissae?*

(*cc*) Quemadmodum uix reperietur A apud Germanos exemplum ullum, ubi liberis nostris testem rogamus ad sacrum fontem, *compatrem* dicimus, qui patris naturalis dignitate multo sit inferior; sic tam raro quoque exempla sunt apud Germanos disparilis tutelae. Nam idem ille testia compater *tutelam* infantuli cum religione quadam promittit in facie ecclesiae. *Er wolle sich des Kindes, wenn es erwachsen, annehmen, solches zur Kirchen* B *und Schulen halten*, cetera: Vt adeo nouum pactitiae siue promissae *tutelae genus* habere uideamur in sacra catechesi descriptum conciliatumque in christiani infantis prima initiatione. Et sane putauerim quoque titulum, quo caussae excusationum a tutela describuntur, neque hic otiosum esse. Vt a sacrae initiationis testimonio pariter excusentur homines ob senectutem, ob numerum initiatorum, *der Tauf-Pathen*, ob absentiam, cetera. Nisi formulis ludere uelimus in ecclesia, quod alienum esse debet ab animi religione. Et nescio, qua ratione et conscientia aliquis excusare se possit a tutela illius, cuius ipse *compater* fuit cuique in actu baptisinatis promisit tutelam, solennibus uerbis a sacerdote requisitis.

DIFFERENTIA VIII.

Num Iudaeus esse possit tutor (*dd*)?

Tit. XIV. §. 1 ad uerba: sed et ser-uus. *Iure Romano Iudaeis esse licuit tutoribus pupillo christiano (ee); cum quod Iudaei ius haberent ciuitatis Romanae, tum quod munerum ciuilium essent capaces: Germani utrumque negant iudaeis, quorum ideo tutelae indignae sunt homine christiano (ff).*

Argumentum forense. (*dd*) Cum hodie Iudaei uiuant ex nundinatione et mercatu, imo societates contrahant ideo cum christianis: facile euenire potest, ut Christianus Iudaeum so- C cium nominet tutorem sui pupilli, ut bona illius felicius procurentur. Vt igitur, quid iuris olim fuerit apud Romanos, quidue hodie sit, constet, inter utrumque iterum quid intersit, est ostendendum. Cum ICti admodum diuersi esse soleant in hoc argumento.

Iudaeus tutor pupilli christiani apud Romanos. (*ee*) Apud Romanos, *Iudaei non Iudaeorum siue paganorum siue Christianorum tutores erunt, sicut reliqua munera ci-* D *uilia administrabunt. Constitutiones enim in iis solis Iudaeos excusant, per quae cultus eorum uidetur inquinari*, scribit MODESTINVS *l. spadonem 15. §. 6. ff. de excusat. tut.* Plura Paulus MONTANVS *de tut. c. 26. n. 12. 13.* idemque *cap. 35. reg. 1. n. 36. 37.* et Samuel PETITVS *in diatr. de iur. princip. ed. c. 6.* Solent quidem alii stare ex aduerso

Respondentur dubia. et dubia mouere, quae sequuntur. *Primo* dicunt, id olim quidem factum fuisse: E hodie autem obstare Iudaeis *L. fin. C. de Iud.* ubi imperator Iudaeos interdixerit *honoribus et administrationibus*, unde ad tutelas filum sit consecutionis firmissimum. *Respond.* Neutrum uerbum posse referri ad tutelam, quae priuatum munus sit, cum lex contra agat de administratione munerum publicorum SCHILTER. *exercit. 37. §. 17.* Deinde urgent christianorum instituta: quibus interdicantur F christiani cum Iudaeis conuersari *cap. Iud. 38. q. 1.* Iudaeis uti medicis *c. nullus 28 q. 1.* ita MONTANVS *c. 4. n. 32. 33.* Verum *respond.* Id quidem omne factum esse aeuo recentiori, necquicquam Romano.

Iudaeus necquicquam tutor pupilli christiani apud Germanos. (*ff*) Quamuis nobiscum hic sentiant GVTTIEREZ *part. 1. tut. c. 20. n. 29.* SCHILTERVS *exercit. 37. n. 18. 19.* b. m. STRYKIVS *lib. 26. V. M. tit. 1. §. 20.* et HOPPIVS *ad pr. Inst. qui test. tut.* habeo tamen, quod in rationibus eorundem desiderare possim. *Principio* enim *Schilterus* opponit Iudaeorum tutelae, quod serui sint, *Kayserl. Maiestaet Cammer-Schlauen* ita *Ius* SVEV. *cap. 76* Verum hoc ego pro errore habeo ICtorum ueteranorum. Nam etiam alibi dicuntur *des Churfürsten in Bayern Cammer-Knecht*, quod HVNDIVS memorat, *in metrop. p. 76.* Imo erroris haec caussa est, quod Iudaei, sacri belli aduersus Turcas proditores, in odium Germanorum incidere Vatinianum, ut parum abfuerit, quin omnes in Germania trucidarentur. Hoc cum imperatori uideretur iniquissimum, ipse Iudaeos in tutelam et protectionem suscepit imperatoriam, pro annuo tributo. Verum, cessante post ordinum et principum in Iudaeos immanitate, etiam protectio expirauit et cum protectione tributum. Quo lumine illustrandi ICti ueteres, quotquot in hoc argumento errare solent *Deinde* illud etiam displicet consilium Schilteri, quod, Iudaei salua tutela, pupillo eius generis alius praefici possit ad educandum et formandum. Hac enim sparta si Iudaeus priuaretur, non tutoris, sed curatoris bonorum illum partes sustinere, existimauerim. STRYKIVS b. m. robur argumenti ponit in *nou. 72.* Cum enim ibi imperator tutores remoueat crediti caussa suspectos: omnino idem ualere in Iudaeo, qui per sacrorum caussas non possit non male cupere christianis. Verum casus esse possunt, ubi et haec ipsa cessat suspicio et ubi intersit Iudaei ipsius, pupilli christiani bona prouide procurari. Quae autem Montanus ex iure canonico laudat, ne christiani conuersentur cum Iudaeis. Illud quidem sciat in Germania nostra re-

Diff. IX. X. ceptum non esse, ut hodieque ex aduerso uideamus, quod non solum homines priuati, sed ipsi etiam principes quandoque conuiuentur cum Iudaeis in nuptiis eorundem aut festis diebus ludisque utantur. Imo Iudaeos hodie muneribus A ornent publicis, *als Hof*-Factors, Commissarien, *Müntz* - Inspectors, cetera. Belgarum mores taceo, ubi fortis sunt longe liberioris. Quae alia sunt, illis calculo etiam nostro subscribimus, ne crambem recoquere uideamus. Diff. IX. X.

DIFFERENTIA IX.

Tutela *num eximat a seruitute?*

Tit. XIV. ad uerba: *taciteliber-tatem accepisse.* *Serui Romanorum cum tutela libertatem acceperunt (hh), quod apud Germanos fieri, opus est nulla ratione (ii).*

Qui seruis commissa tutela? (*hh*) Adeo, ut inter causas manumissionum retulerint Romani tutelam quoque seruorum. Ratio fuerat haec, quod serui Romanorum multoties excellentis ingenii et egregiae uirtutis essent, gnari praeterea rerum uitiorumque pupilli: ut testator, pater, melius suis suadere non posset, quam eorundem tutelam commendando homini exploratae artis et integritatis. Fieri autem nulla potuit ratione, ut a seruo, cuius uita et spiritus a domino pependit, alii iique liberi homines regerentur. Plene doctores ad §. *t. institut. qui testam. tut.*

Qui tutela uix tradatur in homines proprium eineu Leibeigenen? (*ii*) Rationes, quare fieri uix possit, ut apud Germanos tutela liberi hominis committatur homini proprio *einem Leibeigenen*, alterius clienti, plures sunt. *Principio* eius generis homines non ad alias artes educantur, quam ad agriculturam et sordida seruitia alia. Quo rerum statu habiles uix sunt ad suscipiendam tutelam, B tantum abest, ut aliis praeferri mereantur. *Deinde* cum proprii homines sibi uiuant acquirantque, licet glebae adscripti sint, persistere in clientela possunt alterius et tamen praeesse nihilominus alterius tutelae. *Demum* quare a Germanis tutelae inaequalis sortis tantopere alienae sint, exposuimus supra *litt. bb.* Attingit hoc argumentum *Iguinarius* BARO *ad lib. t. inst. tit. 14. p. 41.* idque his uerbis: C *Illud quaeri potest, an in regionibus, quibus manumissio seruorum recepta est et tutela testamentaria* STAT. ARVERN. c. 27. *dominus seruum suum manumittere intelligatur, si eum liberis dederit tutorem. Sed magis est, ut non manumittatur, cum plene seruus non sit: sed adscriptitius et absque manumissione tutelam gerere, queat.* Eadem uero facies seruorum apud Germanos.

DIFFERENTIA X.

Num tutor *dari possit* certae rei?

Tit. XV. ad uerba: *certae causae darinequit.* *Romano iure certae rei uel causae tutor dari nequit (kk): moribus autem Germanorum contingit saepius, ut, pro causarum diuersitate, pupillo etiam sint diuersi tutores (ll). Sigillatim in tutela electorali commendanda hic est doctrina* PRINTZENIANA *(mm), qua ex labyrintho funestissimorum in imperio dissidiorum educimur, instar fili Ariadnei.*

Certae causae quare dari nequeat tutor LL. Romanis? (*kk*) Clara sunt uerba Iustiniani §. 4. D *h. t. certae autem rei uel causae tutor dari non potest.* Idem VLPIANVS *L. 12. ff. de test. tut.* uult: *Certarum rerum uel causarum testamento tutor dari non potest, nec deductis rebus.* Deinde POMPONIVS *l 13 ff. eod.* pergit: *et si datus fuerit, tota datio nihil ualebit.* Rationem addit MARCIANVS *l. 14. ff. eod* hanc: *quia tutor personae, non rei uel causae datur.* Sed excipit casum VLPIANVS *l. 15. ff. eod.* Si tamen *tutor detur* E *rei Africanae, uel rei Syriacae, utilis datio est. Hoc enim iure utimur.* Et alium habet idem in hereditate adeunda *l. 10. pr. de test. tut.* Inde doctorum curae de legibus conciliandis. BACHOVIVS putat *uol. 2. differt. 8. thes. 2.* regulam de *stricto* iure loqui: sed *subsequentes* exceptiones sustineri ex aequitate. Alii existimant, discrimen in re singulari et re uniuersali attendendum, quasi sermo sit tantum de primo *Cunr.* RITTERSHVSIVS ad §. 4. *Inst. Q. test. tut.* Nonnulli etiam inter *administrationem* tutelae et *tutelam* ipsam distinguunt, primam diuidi posse, non alteram, perhibent HVNNIVS ad *Treutl. uol. 2. disp. 8. th. 2. litt. k. quaest. 18.* et quae rationes sunt generis eiusdem. Vnde satis tamen clarum est, quod Romani admodum difficiles fuerint in hoc argumento.

Certae causae datur tutor moribus Germanicis. (*ll*) Fit hoc apud Germanos diuersimode. *Primum* genus est, si alius tutor in feudalibus pupillo datur, alius iterum in allodio. Quo intuitu stylo camerae S. R. I. fere quotidiano fit, ut *tutela diuidatur*, quae alias iure Romano creditur esse *indiuidua:* ut *peculiaris* seu *certae causae* detur tutor. Vtrumque exemplis comprobat ROSENTHALIVS *cap. XII. concl. 10. n 62.* et PISTORIS *part. 1. quaest. 27. n. 7.* Inde formula: *Daß die Frau N. bey der Churbr. Regierung zu ihrer Kinder Vormündern bestellet worden: solches aber auf das in dem Furstenthum Cothen liegende Lehn-*

Diff. X. XI.

Lehn-Gut und dessen administration *nicht zulänglich ist, folglich ihr die Gewalt darüber zu transfigiren ermangelt* CARPZOVIVS *part. 2. def. XI. n. 14. et lib. 5. resp. 80. n. 16.* Alterum est, si pupillus in duobus locis territorii diuersi habeat domicilium. Quamuis enim iure Romano *l. 27 ff. de tut. et curat.* dubia sit FRANZKIVS *lib. 1. resolut. 8. n. 15.* GAILIVS *lib. 2. obseru. 123. n. 6.* in Germania tamen res haec caret ambiguitate, si consideres diuersas prouincias diuersos principes ac dominos habere iurisdictionis, contra apud Romanos omnes iudices in urbe et extra eam eiusdem reipublicae fuisse tantummodo officiales. Vt adeo, tutela in una prouincia constituta, ualere etiam potuerit in altera. Quod apud Germanos se habet ex aduerso. Vbi quilibet iure utitur et iurisdictione, sibi propria. Vt maior caussa aemulationis, si unus alterius iura uelit praeuenire. Accedit demum, quod eius generis uasallus, imo etiam subditus alius, in duobus locis habitans aut persistens in clientela, *duplicem* sustinere uideatur personam, ut, adeo facilius etiam admitti possint *duplicis generis* tutelae ac tutores HEIGIVS *part. 2. quaest. 13. n. 42.* Aug. HOFFMANN *de iure induid. cap. 2. sect. 3. n. 1. 12. 13.* De minoris *Britanniae* moribus testatur ARGENTREVS *ad consuetud. Britan. art. 474. gloss. 2.* de *Galliae* autem regno AVTVMNVS *confer. du droit. ad l. 4. C. de testament. tut.* de *Belgii* consuetudine GROTIVS *lib. 1. introd. part. 7. in fin.* et GROENEWEGEN ad *34. instit. 4. testam. tut.* etiam GORISIVS *lib. 4. aduers.* 14. VOLTIVS ad *tit. inst. Q. test. tut. p. 279.*

De tutelae electoralis diuisione doctrina Printzeniana.

A (*mm*) Litterariae iuuentuti id debemus *maximi nunc rerum consiliorumque REGIS administri*, Fridericianae nostrae arbitri supremi ac curatoris prouidentissimi, *Marquardi Ludouici de PRINTZEN.* Quemadmodum enim excelsi ingenii ea tum uis apud iuuenem fuerat, ut illius specimen edere uellet in cathedra academica: sic in re maximi momenti, quae toties in imperium nostrum cladis et bel-
B li minas sparsit, uiam inuenit, patria iura meditando, qua et AB. sua auctoritas manet et principi pupillo expedita securitas. Scilicet spartam tutelae electoralis ita diuidi posse, docet, ut *suffragium electorale* permaneat quidem proximo agnato: uerum *administratio* territorii et principis electoralis *educatio* nihilominus tribui queat alii. Illi scilicet, quem ultima electoris uoluntas testa-
C mento nominauisset. *Dissertatio* laudata *de tutelis illustrium d. 6. mens. Maii* scripta est habitaque *an.* cIↄ Iↄcxc III. *in Viadrina.* Habemus in illa cum leges, tum rationes, ex natura rei imperiique Germanici erutas, quibus exempla accedunt momentosa principatuum ac electoratuum. Vt spes sit certissima, fore in posterum tranquillam rempublicam, si casus iterum sic tulerit, qui tamen olim
D plures familias et archipalatinatum unius seculi lapsu quinquies acriter concussit turbauitque. Decerperem inde pondera argumentorum: uerum magis consultum erit lectori, si ex ipso hauriat fonte, quem aperuimus.

DIFFERENTIA XI.

Num testamentarius tutor praeferendus legitimo?

Tit. 16. pr. ad uerba: quibus testamento datus tutor non est.

Romanorum iure clarum est, quod testamentarius tutor legitimo semper praeferatur (nn): Germanorum autem instituta multototies spernunt testamentarium tutorem uiamque aperiunt nonnisi legitimo (oo). Exemplis esse possunt tutelae fructuariae, feudales, principum denique electorum (xx). Quamuis non omnium hic eaedem opiniones (pp).

Praefertur testamentarius tutor legitimo LL. Romanis.

(*nn*) Ipse Iustinianus *pr. inst. de legit. tut.* claris uerbis ait: *Quibus testamento datus tutor non est, his* demum *ex LL. XII. tabularum agnati sunt tutores, qui uocantur legitimi.* Idem habetur *l. 6. intestato ff. de legit. tut.* et VLPIANVS ait: *quamdiu testamentaria tutela speratur, legitima cessat,* in *l. 11. si quis ff. de testam. tut.* Rationes faciles sunt intellectu. *Principio* enim tutor uicarium agit patris, huius itaque esse uidetur, cui uices suas uelit committere. *Deinde* in patre maior notitia liberorum, ut sciat, qui demum aptior sit ad regendum illos et educandum. *Praeterea* adfectus patris in liberos naturalis est, non lege adscitus aut iurisiurandi religione. Vt adeo credibile sit,
E fore, ut in electione tutoris, omnia metiatur pupilli salutem.

Sunt Germanico iure casus, ubi nullus locus est tutelae legitimae.

(*oo*) Caussa huius differentiae quaerenda est in hoc. Scilicet apud Romanos, qui bona possedit habuitque, ille plenus eorundem fuit arbiter et dominus. Contra Germanico iure *feuda* habemus, quae finiebantur olim cum morte uasalli *t. F. 1. §. 1.* Vt adeo disponere non posset uasallus de tutela feudali in testamento.
F *Deinde* feuda sub clausula deferuntur: *causa dati non secuta.* Vt adeo domino mortuus uasallus obtrudere non posset tutorem, qui pupilli minus habilis seruitia obiret. Vt taceam, moribus Germanorum, pupillo minus habili, uocatum esse proximum agnatum, successorem

feudi

Differ. XI. XII.

feudi ad fructuariam tutelam, qua ipse seruitiis defunctus est, sed, onere hoc in se suscepto, commodum etiam habuit in feudo utendo fruendoque, quod ius ipsi non potuit auferri. Vt adeo *testamentariae tutelae*, ob causam utramque, locus esse nequiuerit in feudis, ne interesse laederetur *domini et agnatorum*. Plenius haec explicarem: sed uocabit nos locus ad id tractandum inferius ex instituto. Quamuis uero moribus multarum Germaniae prouinciarum *ius commune* hic sequamur: in dubio tamen hodieque eundem esse existimo aduersus testamentariam tutelam, standumque pro legitima. Taceo, quod feuda cum oblata, tum titulo oneroso acquisita, tandem illa etiam, quae ad seruitia tenentur *numaria*, non *personalia*, aliud iudicium mereri uideantur.

Quid de testamentaria tutela principum electorum?

(*xx*) In quascunque tandem formas se torqueant uertantque hic doctores, nihil proficient, nisi locum facient in hoc argumento doctrinae PRINTZENIANAE. Sunt quidem, qui perhibent, *AB. tit. 7. §. 4.* non excludere testamentariam, sed legitimam instituere tantum in subsidium. Ita *Freherus*, *Camerarius*, Mich. *Lassenius*, *Spanhemius*, *Dionys. Gothofredus* integris uoluminibus militarunt in castris patronorum tutelae testamentariae. Sed aduersus illos facit 1) quod ita AB. fuisset e genere rerum superfluarum, 2) quod AB. prouidere ita uoluerit casui, ne in electione Caesaris suffragator esset extraneus, forte hostis, munitus auctoritate testamentariae tutelae, 3) quod ob AB. auctoritatem tutelae non locus maternae, Germaniae alias admodum familiaris, 4) quod tempore AB. Germania necquicquam ignara fuerit uel pactitiae tutelae, uel testamentariae, utramque igitur illa uoluit exclusam lege noua. *Alii* dicunt, tempore AB. eadem in imperio sacra fuisse, quae nunc diuersa sint. Quapropter, statu mutato, temperandam quoque esse AB. tutelam legitimam. Ita BETSIVS *de pact. illustr. cap. 7. p. 259.* Verum satis est, quod triplicis generis sacra hodie tolerentur lege publica: neque principis unius sit, illa damnare in imperio. *Alii* porro hoc consilium impediunt adiungi tamen posse legitimo tutori testamentarium. SCHILTERVS *exerc. 37. §. 37. h. m.* STRYKIVS *lib. 26. V. M tit. 2. §. 9.* Verum, quid si hoc consilium spreuerit declinaueritque legitimus et prouocauerit ad *priuatiuam* tutelam, in AB. constitutam? Alii separandas hic esse putant prouincias reliquas ab electorali. Non enim in primis, sed in ultimo tantum ratione uersari AB. ita LIMNAEVS ad AB. *tit. 7. obseru. 24.* Quid uero, si reposuerit legitimus tutor, omnes principatus cohaerere iure indiuidui; a potiori desumendum esse argumentum. Imo eum de *educatione pupilli* potissima hic cura sit, neque ita huic prospectum erit aduersus agnatum, cetera. Summatim persistimus in dogmate Printzeniano. Quae obmouet ex aduerso *h. m.* STRYKIVS *lib. 26. V. M. tit. 2. §. 8.* illa respondebimus in conflictu.

Glaucomata LL. Rom in hoc argumento.

(*pp*) Si auctoritatibus hic esset certandum, nullus foret litigii finis. Cum ex utroque latere castra sint instructissima. Ita enim testamentarium tutorem defendunt in *feudis landsassicis*. Quia LL. feudales nil hic disponant sigillatim adeoque ex iure illae suppleri debeant Romano *h. m.* STRYKIVS in *exam. iur. feud. c. 7. quaest. 11.* ROSENTHAL *cap. 12. concl. 10. n. 11.* Verum satis est, quod hae in re feudorum ratio ac indoles aliud suadeat. Qua inquita locus non est in feudorum institutis iuri Romano. In feudis imperii atque ipsis principatibus idem sentiunt alii. Licet a PVHEL *c. 4. de tut. n 47.* dissuadeat testamentarios hic tutores, ne offendantur legitimi. Verum non *consultatiua* hic iurisprudentia opus est, sed *legali* ac *forensi*. Taceo, quod in pluribus Germaniae principatibus ordinum auctoritate multoties decisa fuerint tutelaria iura. Vt adeo *tria* testamentariis olim obstiterint in hoc genere tutelae, primo *dominus*, tum *legitimi*, demum *ordines* cuiusque prouinciae. Vbi autem leges Romanae in feudis receptae sunt, siue usu, siue statutis, ibi nil disputamus: cum sententiae nostrae utilitas in casibus exemplisque uersetur ambiguis et ubi iudicia esse solent in triuio.

DIFFERENTIA XII.

Num consultum sit proximos cognatos habere tutores?

Tit. 15. pr. ad uerba: agnati sunt tutores.

Romano iure proximus pupillo SVCCESSOR *tutor fuit eiusdem (qq): abhorruerunt ab his moribus Graeci (rr) et gentes aliae plures (ss), ob pericula pupillo metuenda ab* HEREDIPETIS. *Germanica instituta hoc fere periculo uacua sunt, quod iudex inquirat etiam in tutelae huius generis candidatum (tt).*

Tutor pupilli eius successor iure Romano

(*qq*) Ipse imperator *pr. inst. de leg. tut.* ad leges XII. tabularum hic prouocat, quibus cautum sit, ut proximus pupillo *agnatus* eius tutorem agat, si desit testamentarius. Idem facit VLPIANVS *l. 1. ff. de legit. tut.* cuius uerba sunt: *legitimae tutelae lege XII. tabularum agnatis delatae sunt et consanguineis, item patronis, id est, his, qui ad legitimam hereditatem admitti possunt.* Addit causam legis: *Hoc summa*

principio lege,

Differ. XII. *summa prouidentia, ut, qui sperarent hanc successionem, iidem tuerentur bona, ne dilapidarentur.* Dicuntur autem legitimi Romanis ideo, quod hos lex aut consuetudo uocet, non iudicis cognitio, inquisitio, arbitrium. Ita enim *l. 5. ff. de leg. tut.* habetur: *legitimos tutores nemo dat; sed lex XII. tabularum fecit tutores.* Verum his institutis uixit pristina aetas Romanorum, aliena ab auaritia et habendi cupidine. Quae obseruatio est HVBERI *lib. 8. c. 5. p. 162.* Postquam autem iunioribus seculis, Romae auaritia fidem subuertit probitatemque, ut nemo tutus esset ab insidiis illorum, quos leges uocarunt ad successionem: tum demum et ipsi intellexerunt Romani, minus consultam fore legitimam tutelam agnati

deinde 1) non nisi facta satisdatione,

successoris. Et, quod mihi opinabile est, ex illo demum tempore uenit, ut legitimos etiam tutores cauere et satisdare oporteret *l. 5. legitimos §. 1. ff. de tut. leg.* ut educatio pupilli potius matri committeretur, quam tutoribus legitimis *l. 1. C. ubi pup. educ. debeant* claris uerbis ALEXANDER: *educatio pupillorum tuorum nulli magis, quam matri eorum committenda est,*

2) educatione apud matrem relicta,

quamuis fere olim a tutelae munere ad ius educandi pupillum firmissima fuerit consecutio arg. *l. 1. §. ult. ff. ubi pupill. educ.* quod agnouerunt CVIACIVS *lib. 6. obs. 29.* COLERVS *lib. 1. cap. 13. de aliment. n. 124.* et GODOFREDVS ad *l. 1. C. ubi pup. educ.* quibus HVBERVS *obseru. lib. 3. c. 5.* contradicit quidem; sed conciliantur utrique, si *primos de* pristinis temporibus, *alterum* de ultimis accipiamus. Imo, si fides est RAEVARDO *lib. 1. uarior. c. 10.* in tantum perfidia aucta et legitimorum tutorum, *ut Claudius constitueret, ne tutelae legitimae porro ex lege immediate deferrentur: sed ut consules, non seruato ordine agnatorum, ex illis eligere possent aliquem, qui prae aliis se commendaret industria et integritate.* Quorsum refert illud SVETONII de Claudio *c. 23.* testimonium: *sanxit, ut pupillis extra ordinem* (agnatorum scilicet leg. XII. tabul. sacrum) *tutores a consulibus darentur.* Quod institutum, saluberrimum licet, sustulerit iterum LEO imperator *l. 3. constitutione C. de leg. tut.*

3) non nisi cum adprobatione magistratus,

4) nisi tutrix esse uellet mater.

Tandem, ut legitimis tutelis alius etiam obex obmoueretur, ipsa mater et auia prae illis admissae sunt, ad spartam tutelae suscipiendam *auth. matri et auiae C. quando mulier. tut.* quamuis Romani crediderint antea, *tutelam uirile* munus esse *l. 16. ff. de tut.* imo illud *ultra sexum* foemineae infirmitatis *l. 1. C. quando mulier. tut.* Sed hoc locum exigit alium, ex instituto tractandum. Quae cum ita sint, haud dubie se magis commendabunt instituta populorum aliorum, qui pupilli proximos successores ad tutelas inhabiles crediderunt, tantum abest, illos sola lege absque co-

A gnitione uocatos fuisse. Quamuis enim negetur etiam legitimo tutori educatio: tamen qua tutor alias occasiones potest arripere, ut, spe hereditatis, male faciat pupillo. Differ. XII.

(*rr*) Principio legem Solonis hac in re celebrat *Diogen.* LAERTIVS *lib. 1. segm. 56.* his uerbis: Κάλλιστον δὲ κἀκεῖνο· τὸν ἐπίτροπον τῇ τῶν ὀρφανῶν μητρὶ μὴ συνοικεῖν. Μηδ' ἐπιτροπεύειν, εἰς ὃν ἡ οὐσία ἔρ-

Graeci abhorrens a tutela proximorum agnatorum.

B χεται, τῶν ὀρφανῶν τελευτησάντων. *Praeclare et illud statuit, ut tutor* (siue curator, quia Graeci haec nesciunt distinguere) *cum pupillorum matre non cohabitet. Cauitque, ne is fieret curator* (tutor), *ad quem, post pupillorum obitum, substantia* (bonorum) *spectaret.* Ceterum remotiores tamen agnatos aut consanguineos uocarunt ad tutelam, quod in his suspicio nulla esset insidiarum et tamen adfectus

C maior eorundem in consanguineum pupillum, quam in extraneum. Auctor ETYMOLOGICI: Χηρωσταὶ δὲ λέγονται, οἱ μακρόθεν τοῦ γένους κληρονόμοι. Οἷον ἐπίτροποι, οἱ τοῦ χήρου καὶ ἐρήμου συγγενῶν οἴκου κληρονόμοι. Vnde *Sam.* PETITVS *lib. 6. de LL. Att. tit. 7. p. 491.* scribit: *Quamquam Solonis lege ei non liceret* ἐπιτροπεύειν, *qui proximus heres: tamen remotiores poterant, ubi nulla spes esset, heredes* κατὰ γένος fore. Et

D hoc forte est, quorsum PLVTARCHVS respicit in uita *Alcibiadis, Periclem et Ariphronem illius tutores fuisse, uiros ea tempestate praeclaros,* προσήκοντας κατὰ γένος, magna cum Clinia patre propinquitate coniunctos. Vt adeo exemplum hoc nil aduersum habeat Graecorum institutis, quod existimat hic BALDVINVS: qui potius illud tamen cauerunt, ne tutela agnato deferatur, proximo successo-

E ri. Romanis quoque longe prouidentior est PLATO, qui *libr. 24. de LL. c. 11. pag. 926.* edit. Serranianae aliam suggerit cautelam. Audiemus illum loquentem Latine: *Si pater nullos scripserit tutores, qui genere proximi sunt, duo ex parte patris duoque ex parte matris atque unus ex mortui amicis tutelam suscipiant. Quos legum custodes indigentibus pupillis statuere debent. Nam quindecim eorum,*

F *ceteris seniores, orphanorum quinquennio curam sic habere uolumus, ut terni pro dignitate singulis annis curent et exacto quinquennio similiter quindecim alios.* Id uult sapientiae magister: heredipetarum studia caueri in tutoribus consanguineis, si *plures* uocentur simul, etiam a spe successionis remotiores; si nullum inter *agnatos* et *cognatos* fieret discrimen; si *annis singulis* tutelam illi pone-

G rent deferrentque eam aliis; si *magistratus* omnium faceret haberetque selectum, cetera. Ita cohaeret inuicem iurisprudentia Graeca longeque a Romana distat, ut alii frustra sint, qui cogere uelint utramque in iuris harmoniam.

(*ss*) Ali-

Differ. XII. *Abhorret a tutorib.* legitimis *Romanorum uetust. ac* Italia *Siciliaque.*

(*ss*) Aliquot populorum hic congeremus instituta. De CHARONDA, Italiae antiquae legislatore memorabilem locum habet *Diodorus* SICVLVS *lib. 12. bibliothec. p. 81.* quem integrum exscribemus: Ὁ δ᾽ οὖν Χαρώνδας καὶ ἕτερόν τινα νόμον ἀποδοχῆς ἀξιώτερον ἔγραψε, τὸν περὶ τῆς ὀρφανῶν φυλακῆς. οὗτος δὲ ἐξ ἐπιπολῆς μὲν θεωρούμενος οὐδὲν φαίνεται περιττὸν ἔχειν οὐδὲ ἀποδοχῆς ἄξιον, ἀναθεωρούμενος δὲ καὶ μετ᾽ ἀκριβείας ἐξεταζόμενος, μεγάλην ἔχει σπουδὴν καὶ δόξαν. Ἔγραψε γὰρ τῶν μὲν ὀρφανικῶν χρημάτων ἐπιτροπεύειν τοὺς ἀγχιστεῖς τοὺς ἀπὸ πατρός. τρέφεσθαι δὲ τοὺς ὀρφανοὺς παρὰ τοῖς συγγενέσι τοῖς ἀπὸ μητρός· αὐτόθεν μὲν οὖν ὁ νόμος οὐδὲν ὁρᾶται περιέχων σοφὸν ἢ περιττόν. Ἐξεταζόμενος δὲ κατὰ βάθος εὑρίσκεται δικαίως ὢν ἄξιος ἐπαίνου, ζητουμένης γὰρ τῆς αἰτίας δι᾽ ἣν ἄλλοις μὲν τὴν οὐσίαν ἑτέροις δὲ τὴν τῶν ὀρφανῶν τροφὴν ἐπίστευσεν, ἐμφαίνεταί τις ἐπίνοια τοῦ νομοθέτου περιττή· οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ μητρὸς συγγενεῖς οὐ προσήκοντες τῇ κληρονομίᾳ τῶν ὀρφανῶν, οὐκ ἐπιβουλεύσουσιν· οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς οἰκεῖοι ἐπιβουλεῦσαι μὲν οὐ δύνανται, διὰ τὸ μὴ πιστεύεσθαι τοῦ σώματος, τῆς δὲ οὐσίας ὡς ἑαυτοῖς καθηκούσης, ἐὰν οἱ ὀρφανοὶ τελευτήσωσιν ἢ διὰ νόσον ἤ τινα ἄλλην περίστασιν ἀκριβέστερον οἰκονομήσουσι τὰ χρήματα, ὡς ἰδίας τὰς ἐκ τῆς τύχης ἐλπίδας ἔχοντες. *Charondas aliam* (porro) *legem approbatione dignam de accurata orphanorum tutela perrogauit. Haec quidem, si obiter tantum intuearis, nihil excellens aut singulari adprobatione dignum in se habere uidetur. At si penitius inspexeris et diligentius examinaueris, cum singulari quodam studio, raraque sapientiae gloria coniunctam deprehendes. Haereditaria enim orphanorum bona agnatorum* (paternorum consanguineorum) *tutelae et administrationi; pupillorum uero educationem cognatorum* (propinquorum maternorum) *fidei et curae subiecit. Prima igitur fronte nihil prudentiae et rationis eximiae in lege ista adparet. At si profundius expisceris, omni laude institutum illud merito adficiendum esse animaduertes. Si enim causa inuestigatur, quare alteris patrimonii curam; alteris educationis fidem adsignarit, mirifica legislatoris industria ac prouidentia illucebit. Consanguinei enim materni, ad quorum successionem haereditas pupillorum non pertinet, nullas eis insidias molientur. Paternis uero propinquis insidiarum facultas praerepta est; quod corpus illis non creditum. Interim, cum patrimonium ad illos rediturum sit, quando orphani uel morbo, uel alio casu praedecesserint; fortunas maiori cura fideque spe propriae, si quando sors ita tulerit, successionis administrabunt.* Neque uetustiorum temporum aerugine ubique obliterata haec iura sunt. Ex usu forensi hodierno in ANGLIA scribit *Ioann.* COWELLVS *lib. 1. inst. tit. 15.* uerbis, quae sequuntur: *si quis in socagio feudum tenens moriatur, proximus heres, siue filius, siue filia in custodiam proximi propinqui incidit ex illo latere, quo hereditas minimum descendit. Exempli gratia, si feudum per* * *patrem peruenerit, tum* * *mater, aut, ea mortua, proximus* * *cognatus minoris custos* (tutor) *sit: si per matrem, tum proximus agnatus. Atque haec ratio huius iuris est. Quia ab illis minor est pupillis metus, quibus mors eius minus lucri allatura est.* Qui testium numero delectatur, eadem ille reperiet apud LITLETONVM *de feud. Angl. lib. 2. c. 2.* BRACTONVM *l. 2. c. 37. n. 6.* et medii aeui ICtum *Ranulphum de* GLANVILLA *de LL. Angl. lib. 7. c. 11.* cuius uerba merentur recitari: *Heredes uero Sokemannorum mortuis antecessoribus suis, in custodia consanguineorum, suorum propinquiorum erunt. Ita tamen, ut, si hereditas ipsa ex parte patris descenderit, ad consanguineos ex parte matris descendentes custodia* (tutela) *ipsa referatur. Sin autem ex parte matris hereditas descenderit, tunc ad consanguineos paternos custodia pertinet. Nunquam enim custodia alicuius de iure alicui remanet, de quo habeatur* * *suspicio, quod possit, uel uelit aliquod ius in ipsa hereditate clamare.* Significantior in SCOTIAE iuribus explicandis est his *Thomas* CRAGIVS *lib. 2. feud. diegesi 20. p. 285.* qui rationes prodit omnium manifestissimas. *Cum*, inquit, *in feudis emphyteuticis considerandum est; an hereditas ex parte matris an uero ex parte patris descendat. Si ex parte patris, custodia* (tutela) *pertinet ad cognatum et contra. Nam pupillus nunquam in custodia illius sit, qui proxime est successurus. Licet enim omnis suspicionis causa absit. Quia tamen malo esse licet, suspicio nunquam aberit, si humanitus quid acciderit pupillo. Et etiam uotum captandae mortis in hoc prohibetur. Nihil enim est, quod homo nefarius, si lucelli aut fallendi spes sit, non audeat.* In septentrionalibus quondam regnis eandem prouidentiam fuisse, ne pupilli successores proximi illius gererent tutelam, auctor mihi est *Carolus* LVNDIVS *in proleg. ad LL. Vpland. p. 6.* ubi suos in hoc confert cum Graecis. *Et sicuti*, inquit, *legibus Atticis* ἔγγυοι *distinguebantur a tutoribus, ne forte propior supplantare posset, quem ut heres proximus esset insecuturus: ita quoque iure uetustissimo patrio tutor a nubendi auctore discernitur et* quae sequuntur deinceps.

Anglico iure proximus heres pupilli inhabilis est ad eius tutelam.

Idem inhabilis Scotico iure.

Idem iure Vplandico *inhabilis.*

(*tt*) Scribit *Franc.* ZYPAEVS *lib. 5. iuris Belg. tit. 10. n. 3.* de hac patrii et Romani iuris differentia his uerbis: *Tutela legitima apud Romanos ipso iure defertur; a* * magistratu *tamen, ut decernatur*, mores *requirunt. Et ipsa* constitutio *Caroli V. Augustae 1548. Adeo ut uis ea cesset, quam ius ciuile dat. Tenentur tamen proximi adire magistratum, ut tutores det.* Significantior est HVBERVS *lib. 3. obseru. cap. 4. p. 160.* quando ait: *Quod Raeuardus uult lege Claudia institutum fuisse*, ne scilicet legitima tutela esset absque inquisitione magistratus, *id moribus hodiernis ubique fere*

Locus hodie uix est legitimae tutelae Romanorum.

* *Testantur hoc* 1) Belgae.

Differ. XII. fere est stabilitum. *Vt, si testamento tutor non est datus, officium magistratus sit, dare tutorem. Ceteris quidem paribus ex agnatis cognatisque: sed, pro arbitrio et utilitate pupillorum, etiam * extraneos, nedum * remotiores consanguineos.* Idem uel paria habent GROTIVS *lib. 1. iur. Belg. c. 7. n.* 7. Simon van LEEVWAN *censurae for. lib. 1. c. 16. n. 13.* Quapropter huius tituli de legitimis tutoribus uix ullum esse usum, perhibet GROENEWEGEN ad *tit. inst. de legit. tut.* CHRISTINEVS ad *l. L. Mechlin. tit. 9. art. 3. n. 10.* et *uol. 3. decis. 147. n. 4. 5.* VINNIVS ad §. *ult. inst. h. t.* NEOSTADIVS *decis. 59.* circa fin. In *GALLIA* iisdem moribus uiui, auctores sunt plurimi. *Eguin.* BARO ad *tit. inst. de tut. leg.* breuiter summatimque sententiam fert: *apud Galliam tutela legitima quidem obseruatur moribus, sed a magistratibus confirmari debent.* Luculentior *Ioann.* IMBERTVS in *enchiridio iuris Gallici* in tit. de tutela p. 361. ubi inquit: *Tutela, qua hodie utimur in his Galliae regionibus, quae moribus reguntur, potius datiua censetur, quam legitima. Nam ut legitimi etiam tutores sint, tamen debent in ius uocari, ut aliquem tutorem nominent agnati uel cognati. Ita decernet iudex facta inquisitione et eliget tutorem. Satisdationem porro exiget ab eodem una cum iureiurando.* Addit uero *p. 365. non tam late tamen capienda est legum abrogatio: ut statim, ob usum in uno, ab illis desciscere oporteat omnino.* Legitimus enim tutor manet nihilominus legitimus. Addantur his AVTVMNVS *confer. du droict. D. de tut. et de leg. tut.* REBVFF. *ad constit. reg. de sent. prouis. art. 3. gloss. 2. n. 3.* Ioan. LVCIVS in *placit. cur. lib. 8. tit. 3. pr.* Ioan. GILLET *traité des tuteles et curateles c. 5.* HELO *iurisprudence Françoise lib. 1. tit. 12. 14.* plene Philib. BVGNYON *de LL. abrog. lib. 1. tit. 199.* et *lib. 2. tit. 229.* Renat. CHOPPINVS *lib. 2. de morib. Paris. tit. 7. p. 392.* Vnde etiam illud patet, quod magistratus tutores det, pro numero et ratione suffragiorum pupilli agnatorum aut cognatorum. Vt adeo nimium quantum haec iura distent a Romanis. *Idem ad LL. Andium uol. 1. p. 47.* ait: *Ad haec compertum quidem est nostrate fori disciplina, tutelas a iudice deferri, non a * lege sola uel testatore.*

2) Galli.

3) Germani testibus a) ICtis.

Quid uero hic iuris in nostra Germania? Idem certe, quod Belgis et fere Gallis. Horum enim ICtis ceu antesignanis, usus sum, ut faciliores habeam ciues nostros, si uiderint idem iudicari in uicinia. Accedit, quod Belgae et Galli prouidentiores sint in utriusque patrii et Romani iuris docendis discriminibus, quam fere patitur Germaniae ICtorum religio in leges peregrinas. Colligam tamen patrii iuris doctores, ut quilibet nostris se offert manibus. Vt pateat *primum*, apud Germanos tutelam non *lege* deferri: *deinde* pupilli proximos agnatos aut cognatos non habere in suscipienda tutela ius quaesitum: *praeterea* in magistratus tutelaris solo arbitratu esse, siue eligere tutorem uelit pupillo consanguineum, siue huic extraneum praeferre. Agmen ducat MEVIVS *lib. 1. ad ius Lub. tit. 7. artic. 2. n. 18.* qui caussam hanc ita respondet: *Qua dispositione,* (quod tutela deferenda sit agnatis pupilli) *nec magistratui praescinditur facultas, si ita ex ratione uisum fuerit, * alios dandi tutores, quam consanguinitate deiunctos. Proinde et frustra hinc, tutelam recusandi, caussa petitur, quod ugnati adsint idonei ad illam suscipiendam. Necessitas enim nulla adstringit magistratum, consanguineos dare, non alios.* Imo in poenam incurrit consanguineus proximus, si ipse sua auctoritate sub fiducia legis tutelae munus sibi uellet adrogare. *Lüb. Recht. lib. 1. tit. 7. art. 2.* "Wenn sich "aber einer oder mehr einer Vormund- "schafft unterwunden, ohne Bestætigung "des Raths, soll er dauor in Straff genom- "men werden." Longius abit a iure Romano ius BOICVM *tit. 5. artic. 1.* "Wo der "Vater den Kindern keine Vormünder "setzet: so soll die Obrigkeit die nech- "sten Freund uerordnen. Wo aber un- "ter der Freundschafft nicht taugliche "Personen, oder den Pfleg-Kindern be- "schwerlich und schædlich uermercket "würden, oder weit abgesessen wæren: "sollen Ihnen andere zu Vormündern "gegeben werden." Ex usu inde forensi *Caspar* SCHMIDIVS, Papinianus Boiorum, *tit. 5. comment. art. 1. n. 2. 3. sq.* scribit: *de iure communi triplex tutela: de iure nostro statutario tutela legitima expuncta est. Et duo tantum modi sunt constituendi tutores per testamentum et per magistratum. Ita disponitur non tantum* in ordin. Bauar. 1553. lib. 3. art. 1. *et in* reformatione 1588. tit. 51. art. 1. *sed etiam articulus noster id confirmat. Quae est * notabilis differentia inter ius commune et ius nostrum statutarium, tollens omnem disputationem, de legitima tutela oriri solitam.* Et *n. 37.* ibidem porro casum respondet, huc omnino facientem: *Sed cum articulus addat, quod constitutio siue datio totorum debeat fieri* von den nechsten Bluts-Freunden, *quaeritur, an illud praecisae necessitatis sit? Verum hoc in curiis* (quibus auctor praefuit ultra annos triginta) *nostris non obseruatur. Cum saepe remotiores consanguinei proximioribus in tutela uel cura praeferantur. Praesertim si magis idonei et habiles sint. Quod etiam huic articulo est conforme.* Idem docere non dubitat *Georg.* BEYERVS *ad ff. tit. de tut. p. 443.* uerbis, quae sequuntur: *Ita et legitimi tutores hodie non iure suo, sed ui confirmationis officium suum adipiscuntur. Et puto, hos quoque a magistratu praeteriri posse. Si ita uisum fuerit; si adfuerit aptior et magis idoneus; si rerum pupilli ignarus consanguineus; si absens; si*

Differ. XII.

Meuio.

Papiniano Boiorum.

Beyero.

Differ. XII *si alienae iurisdictionis, si non possideat immobilia* et quae alia sunt generis eiusdem.

b) Legislatoribus. Neque tantum ICtorum haec opinio est, magistratui manus necquicquam esse ligatas, quin, consanguineis neglectis, constituere possint tutores extraneos: ipsi legislatores Germani id fieri iusserunt in statutis. Ex pluribus mentionem faciemus unius tantum uel alterius.

Ernesto D. Saxon. Gothano 1667. *Gothische Landord. part. 3. n. 3. §. 4. p. 207.* "Dafern aber solche Vmstænde uorkommen, derentwegen bey Vormundung "zu Nutze der Vnmündigen nicht allerdings auf die Blut-Verwandnüss und "deren Næhe zu sehen ist: sondern man, "mit Vbergehung der nechsten oder aller Anuerwandten, andere Vormünder "zu geben hat. Ist demnach (*nota iuris tutelaris summam*) was dissfalls der Vnmündigen Wohlfahrt am meisten befordert, fleissig und (*nulla habita ratione consanguineorum*) ohne anderes Absehen zu ermessen."

statuto Lubecensi. LVBECENSIS statuti uerba et interpretem Meuium habuimus proxime. Cuius eo maior nobis ratio esse debet; quo amplior antiquiorque iuris Lubecensis in inferiori Germania est auctoritas. WÜRTENBERGICO iure consanguinitatis nullum fere momentum in tutela, ut adeo proximis cognatis non propior ad illam uia sit,

iure Würtenbergico. quam extraneis, *Ldr. Würteb. tit. 32. p. 74.* "Wenn Waisen oder Minderjæhrige, ohne Testament, oder sonderliche Versehung, ihrer Eltern beraubt, "und also der Pfleg bedürfftig worden: "sollen unsere Gerichte alles *inuentiren*, "und solchen Waisen Vormünder setzen. In welcher Wahl und Verordnung sie fürnehmlich wohl umsehen "und erwegen sollen, solche Personen, "Verwandte oder andere Pfleger zu setzen, die bey Ihnen für fromme, gottesfürchtige, Ehr- und Bidermænner erkannt, auch tauglich und geschickt seyn, "und so uiel immer müglich schreiben "und lesen kœnnen." Recte igitur interpres *Georg. Lud.* LINDENSPVR *in comment. ad ius Würtenb. tit. 32. p. 73.* iudicat: *multa in ordinatione hac rectius et magis caute, quam in iure communi de tutoribus et curatoribus sanciuntur.*

Boico. Vicinam huic principatui Boioariam legibus uiuere iisdem, uidimus paulo supra grauemque testem audiuimus de usu forensi. Concinunt in hoc argumento statuta tutelaria RATISPONENSIA 1659. promulgata: *Vormunds-Ordnung des H. R. Reichs-Stadt Regensburg* §. 1. 21. Alia taceo. Quod ex his abunde iam constet, plerisque Germaniae populis minus probatas fuisse *legitimas* Romanorum tutelas. Adeo, ut illas non tam a lege uoluerint dependere, quam a magistratus arbitratu.

Legitima tutela apud Germanos constricta est cancellis datiuae. Alii tamen eorundem id sufficere crediderunt ad pupilli securitatem, si in tutelis legiti-

A mis ante tutelari sportae se non immiscerent consanguinei, quam formulam tutelarem accepissent a magistratu; si hic eam ante non daret, quam instituta in mores, artes et bona consanguinei inquisitione; si, post haec omnia, futuri tutoris accederet satisdatio et formula iurisiurandi. Quae omnia clare iterum ostendunt, Germanorum instituta longe prouidentiora fuisse in legitimis tutelis, B quam Romanorum. *Differ. XII.*

Quod produnt R. I. 1548. et 1577. Inspiciendae sunt hoc fine LL. imperii Germanici *Reform. Augsb. de an. 1548. artic. 31.* "Von der *pupillen* und minderiæhrigen Kinder Vormunden §. 2. dass auch ein ieglicher "Vormund, er sey gleich 1] durchs Testament oder 2) durch das Recht 3) oder "Richter gegeben, sich der Vormundschafft nicht unterziehen solle, die Verwaltung sey Ihm dann zuuor durch die C "Obrigkeit 1] *decerniret* und befohlen. "Item 2] dass er ein *inuentarium* aufrichte, 3] rechtmæssige *caution* thue, auch 4] "mit Gelübden und Eyden beladen werden, 5] iæhrlich, auf Erfordern, gebührliche Rechenschafft thue, und 6] um seine "Verwaltung Red und Antwort gebe, 7] "alles bey Verpflichtung seiner Hab und "Güter." Eundem cibum iterum iisdem quidem uerbis adponit *Policey-Ordn.* D *Franckf. an. 1577. tit. 32. §. 1. 2. 3.* Quibus limitibus tantopere constrictam existimant legitimam tutelam, ut nomen *datiuae* omnino mereri uideatur. Nam ex his imperii RECESSIBVS, quos dicimus, plerorumque Germaniae locorum desumpta et uerbatim exscripta esse tutelaria instituta, tum didici, cum pleraque inuicem in hoc argumento conferrem. Desiderant etiam alii alia in consanguineo, E si admitti debeat ad tutelam.

Statutum Dresdense. Tutelaria STATVTA DRESDENSIA *ann.* 1661. *c.* 1. §. 3. *Dafern* (de consanguineis sermo est) *sie mit immobilien angesessen oder sonsten kein Bedencken sich ereignet.* Vt eiusdem sint iuriadictionis cum pupillo uolunt alii.

Solmense. *Solm. Ldr. tit. 21. §. 6.* *Dass sie allwegen eingesessene Persohnen und auch sonst begütert, eines erbarn Wandels beglaubt und habig seyn.*

Wormatiense. Vniuersim loquitur *Sat*-F *zung der Stadt Worms* part. 3. lib 4. tit. 3. "Solle für dem Richter kommen und sagen, er sey *legitimus tutor*, der nechst gesippt. Vnd dieweil ihn das Recht zwinge zur Vormundschafft, soll er sein Gemüth zu erkennen geben. Alsdann "soll der Richter ansehen und erkunden "die Geschicklichkeit der Person, seine "Haabe und Güter. Erfind man ihn geschickt und tüglich, so soll der Richter G "Niederlegung, *satisdation* geoannt, uon "Ihm fordern, *cetera*, ohn solche Stück "wære die Vormundschafft nicht kræfftig." Alii legitimam tutelam commendari uolunt nonnisi pluribus, ut unus alterum

Differ. XII. *Rothweilanum.* terum retrahat ab insidiis in pupillum A *Rothweilischger. ord. part. XI. tit. XI.* "Solche Kinder solle man mit dreyen Vœgten beuœgten. Deren zween ihr nechster Vettermag und der drittMuttermag "seyn. Solche Vœgt alle drey sollen mit "den Kindern im Hofgericht seyn und "greiffend Vœgte und Kind an Stab, so "solch Beuœgten geschicht." Idem SOLM. *Mindense.* *stat. part. 2. tit. 21. §. 7.* Plenius *statuta* MINDENSIA tit. 3. art. 4. 5. "Sollen der næchB "sten Anuerwandten uier uon beyden "Seiten darzu gefordert und aufgenommen werden. Wæren nicht so uiel, solle der Rath Amts wegen ehrliebende "Leute oder zwey aus ihrem Mittel erwehlen und in Gelübd und Eyde nehmen. Es sollen aber keine Auslændische, sondern nur Bürger und Bürgerkindere, darüber der Rath zu gebiethen "hat, gesetzet und gegeben werden." Idem iubent leges PORVSSICAE *lib. 2. tit. 6. art. 2. §. 2.* *Differ. XII.* *Porussicum.* Verum labore, plura exscribere testimonia, supersedemus, cum ex illis, quae dedimus, abunde iam constet Germanorum, in legitimis Romanorum tutelis restringendis et temperandis, cautio et prouisio. In dubio certe id uidetur patriae moribus statuendum esse: *ut in tutelis non sanguinis ratio habeatur, uel commodi successionis; sed pupilli tantum. Vt illius uitae, bonorum, fortunarumque prouida adhibeatur procuratio.*

CONSVLTISSIMO CANDIDATO,

IVVENI AMICISSIMO,

S. P. D.

I. P. Ludewig,

DECANVS.

IN decani munere, quo fungor, tu primus fuisti, qui profectus suos ordini nostro probauit, ad summos in utroque iure honores rite capessendos. Sequuti sunt te alii plures, iurisprudentiae cognitione bene instructi iuuenes uirique. Vt in hac mihi sparta et numerum iuris candidatorum gratuler et selectum. In te nunc oculos defigo, qui, finito ICtorum utroque examine, ad publicum nunc prodis litigiosae iurisprudentiae conflictum. Arenam occupas satis difficilem et secus sentientium numero non leui impetitam. Accedit, quod tibi ex utraque etiam scena prodeundum sit cum Romani iuris, tum Germanici. Id uero est, ad quod in DVSBVRGENSI primum, deinde in MARPVRGENSI, demum in FRIDERICIANA, tribus Germaniae academiis, humeros tuos exercuisti, ut par demum sis in utriusque iuris facultate. Neque uero solum in laude es litteratae industriae. Praeterea enim in te maximi semper feci elegantiam et probitatem morum, animique constantiam et integritatem. De qua nota te commendare possum omnibus, quorum interest tui notitiam habuisse curatiorem. Imitaris in eo parentem tuum, uirum honoratissimum. Is enim regi consiliorumque primariis administris, in adsidua illa legatione, qua defungitur, fidem, ingenium, solertiam, dexteritatemque adeo probauit: ut in eadem hac sparta exornanda perstiterit annos fere triginta. Quod testimonium ad omne genus laudis est firmissimum. Fac igitur, ut exemplar bonae mentis, tibi in paterna imagine propositum, nullo unquam tempore dimittas de animo tuo: uerum in eo totus sis, ut ad illud quotidie propius accedas. Sic spem optimi patris explebis, sic et uirtutis et fortunarum tuarum habebis sentiesque uestigia, sic et amicorum tuorum uotis respondebunt rerum tuarum prosperi successus. Seruet te Deus, animique et corporis tui uires augeat protegatque. Vt prospere ad tuos conficias iter, quod cras, summum perendie, es ingressurus. Vale.

OPVSCVLVM IV.

DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI IN TVTELIS MATERNIS,

die II. menfis Nou. cIↃ IↃcc XII.

DIFFERENTIA I.

Romae materna tutela odiofa, non in Germania.

Tit. XV. §. 1 ad uerba: per uirilis fexus.

***M**Atrum apud Romanos dura fors. Nulla earumdem in liberos auctoritas, cultus fere nullus, fucceffio nulla: ergo nullum etiam ius tutelare. Themide inuita matribus quandoque liberorum tutelas princeps dedit extra ordinem. Iuftiniano demum largitore matri et auiae effe licuit tutoribus iure nouiffimo, fi nuptias eierauerint, fi nuncium miferint Velleiano, cetera (aa). Ex aduerfo apud Germanos matri eadem fere in liberos, quam patri, poteftas. Tantum abeft, in munere tutelari liberorum fuftinendo, matri aut auiae alium ullum ex confanguineis, ullo unquam tempore, praelatum fuiffe (bb).*

Romanorum iure quimater nequeat effe tutor?

(*aa*) Principio apud Romanos *mater* A nullo iure effe poterat *tutrix* liberorum. Nam tutelae munus *uirile effe* et ultra *fexum foemineae infirmitatis*, inquit ALEXANDER *l. 1. C. quando mul.* idem fentit Gaius *l. 16. ff. de tut.* Quod adeo certum fuerat apud Romanos, ut neque pater teftamento nominare poffet matrem tutricem *l. 26. ff. de teft. tut.* neque dare eandem magiftratus *l. 21. fcire ff. de tut. dat.* Solus princeps beneficii loco, quando- B que matribus tutelam commifit, quod claris uerbis commemorat NERATIVS *l. 18. ff. de tut.* Foeminae *tutores dari non posfunt: quia id munus mafculorum eft. Nifi a principe filiorum tutelam fpecialiter poftulent.* Quod raro admodum fiebat, eum uel ipfum uerbum *tutricis*, meliori aeuo, effet infolentiffimum. Imo matri a principe fpartam tutelarem eo tantum eafu petere licuit, fi et teftamenta- C rius tutor deeffet et legitimus *l. 2. matres C. quando mulier.* deinde fi mater perdurare uellet in uiduitate et *pudicitiam fuam conferuare intactam et iuramentum praeftet, quod ad nuptias non perueniat*, ut Iuftinianus praecipit *l. 3. C. eod.* nam fi *malunt optare alia matrimonia, tutelam administrare non poffunt l. 2. C. eod.* Vltimis demum temporibus iure id datum eft nouiffimo matribus, ut *liberorum fuorum tu-* D *trices effe* atque exeludere ab hac fparta poffent cognatos et agnatos. Verba *nou. 118. c. 5.* haec funt: *Ex his quae de hereditate foeminarum fcripfimus et in tutela confiftunt. Quo enim gradu ad fucceffionem quis uocatur, eo etiam ad tutelam. Mulieribus interdicimus tutelam, nifi mater, aut auia fuerit. His enim folis fecundum hereditatis ordinem et tutelam fubire permittimus. Cognatis omnibus praeferuntur, teftamentariis tutoribus folis praecedentibus. Defuncti namque uoluntati nolumus praeponi.* Eadem fere repetit authent. *matri C. quando mulier tut.* Neque difficiles funt rationes, ad ftatum reipublicae Romanae pertinentes, quapropter apud eandem maternae olim tutelae exularint. *Primo* enim matris nulla in liberos apud Romanos auctoritas, ut adeo, patre mortuo, familia in partes iret, auiae et matris nulla ratione habita, fub cuius regimine et uineulo liberi quadantenus continerentur. *Deinde* cum apud Romanos diuortia effent frequentiffima, etiam haee matres deftituerunt liberorum ueneratione et tutela. *Poft* etiam foeminarum adminiftrationes rerum negotiorumque, moribus Romanorum, tantum non probrofae fuerant, ut ideo etiam tutelaria munera earundem pudori esfent inconcinna. *Praeterea* matris olim nulla liberorum fuorum hereditaria fuceeffio RANCHINVS *de fucceff. §. 12.* THOLOSANVS *lib. 45. c. 8. n. 3. fqq.* Ad *extremum* cum foeminae perpetuo effent fub tutelis apud Romanos et ideo matres ipfae multoties fub filiorum fuorum agerent tutela et horum in fe agnofcerent poteftatem, loca

Rationes negatae matribus tutelae.

con-

Differ. I.

congessere CARPZOV. *de iure foem. dec.* 3. *pos.* 1. *n.* 6. EYBEN *de tut. foem. part.* 1. *membr.* 2. §. 7. *p.* 328. facile intelligitur, quod fere praeter rem fuerit, personae tutelam committere, quam ipsam oportet perpetuo tutelae subesse. Haec dum cogito, adsentiri non possum RAEVARDO, qui ad *l.* 73. *ff. R. I. p.* 181. existimat, primis temporibus apud Romanos *matrum* tutelas fuisse ordinarias. Adeoque *l.* 1. §. 1. *et l. penult. ff. de legit. tut.* foeminis aliis negari tutelam, necquicquam matri. Neque exemplum *maternae tutelae*, quod LIVIVS *lib.* 39. habet, iura mutat. Cum illud potius inter *exceptiones* et priuilegia, quam ad *leges et regulas* pertinere uideatur. Nisi dixeris, rationes, modo expositas, aliter et olim se habuisse apud Romanos: utadeo maternae tutelae olim eapropter haberi nequiuerint pro inconcinnis. Sed de his nunc dicendi locus non est. Ego miror tantum id, quod ICti adeo faciles fuerint, subscribendo statim sententiae Raeuardi sine examine. In quonumero sunt MONTANVS *c.* 15. *n.* 21. et EYBEN *de tut. foem. part.* 2. *membr.* 1. §. 4. *p.* 333. quamuis addat ultimus: *nisi forsan hic non materna tutela sed educatio materna fuerit intelligenda.* Verum enimuero omnibus hisce rationibus aduersa fuerunt instituta Germanorum, quod nunc uidebimus.

Oppositio soluitur Raeuardi.

(*bb*) *Matrem* principio reipublicae Germanicae liberorum suorum *tutricem* fuisse, e pluribus nobis constant argumentis. *Primum* illa repetenda hic sunt, quae *d. praes.* docuit in *diss.* 5. *litt. cc. de tut.* ubi ostendit, liberos Germanico iure fuisse sub *matris potestate.* Hoc enim si est, materna tutela imitatur paternam, quae non tam auctoritas est tutelaris, quam utriusque parentis in liberos potestas. *Deinde* etiam exemplis id comprobatur omnis fere aeui. Equidem tutelae hominum priuatorum ut raro adnotantur; ita etiam frustra desiderantur in litterariis medii aeui monumentis. Sed uero illustrium personarum foemineas tutelas numerare licet quamplurimas. Quas ante nos recensuere EYBEN *de tut. foem. part.* 2. *m.* 2. §. 7. ex eoque *b. m.* STRYKIVS *lib.* 26. *V. M. tit.* 4. §. 9. 10. 11. 12. *sq.* Quae hic propterea facio maximi. Cum, quod filum argumenti firmissimum, a *maiori ad minus.* Si enim *foeminae* sufficere uidebantur Germanis, ut principum pupillorum animos uitamque regerent et eorundem territoria: quis quaeso dubitabit, hanc magis admissam fuisse in pupillis, hominibus priuatis. Tum ideo, quia principibus familiis raro aut nunquam consanguinei possunt deesse, quod memoriam earundem conseruant tabulae genealogicae: ut matre ad tutelam personae illustris aut principis admissa, certo pateat, exclusos fuisse ab hac sparta consanguineos, proximos eiusdem successores. *Porro* si minus probabile est, foeminam, *feudorum* quoque intuitu, pupilli sui agere tutorem, quam in allodio. Certe de altero dubitari non potest, si constet de primo. Quo fine consuli possunt Germanorum instituta de feudis tam *imperialibus*, quam *landsassicis.* Quorsum exempla congesserunt SCHRADERVS *part* 10. *sect.* 19. *n.* 26. ROSENTHAL *c.* 12. *concl.* 10. *n.* 20. a PVHEL. *cap.* 5. *de tut. n.* 22. ROMANVS *de tut. illustr.* §. 21. Etiam in ipsa Saxonia, obseruantiae forensis testibus grauissimis *Iac.* SCHVLTESIO *ad Mod. Pist. part.* 1. *q.* 27. *n.* 11. SCHNEIDEWINO *pr. inst. qui test. tut. dare poss.* Et quamuis CARPZOVIUS putet, proximos tamen matri adiungendos esse agnatos *part.* 2. *const.* 11. *c.* 11. *n.* 11. 12. idemque STRVVIVS *lib.* 1. *iurispr. tit.* 18. §. 5. Quod ad *fratres* ita restringit, si quaesiuerint hi contutelam, *Ord.* MAGDEBVRG. *cap.* 43. §. 3. *obwohlen die nachgelassene Wittwe, auch so uiel die Ritter-Güter anlanget, Vormünderin seyn mag, so wollen wir doch, daß solchenfals die leibliche Brüder auf ihr Ansuchen zu Mit-Vormunden uerordnen*, ex illis tamen, quae *b. m.* STRYKIVS *l.* 26. *V. M. tit.* 4. §. 21. *p.* 485. congessit, facile est ad intelligendum, non Saxonici hoc iuris esse, uerum id deberi pigmentis, eidem postea adspersis ex legibus peregrinis. Et uero in ipso Saxoniae ducatu tutelae maternae illustre exemplum notaui. Vnde satis clare patet, matrem in principum filiorum tutela consanguineis quibusue imo ipsis fratribus pupilli praelatam fuisse. Diploma die 17. *kal. mensis octobr. an.* CIↃCCLXIX. conceptum his uerbis reperio subscriptum: *Vt contractus iste inuiolabiliter obseruetur presenti littere sigilla uenerabilis domini Cunradi archiepiscopi: Iohannis illustris ducis Saxonie: nec non domine Helene ducisse matris sue, loco iunioris filii eius, domini Alberti, ducis, sigillo carentis, in euidens testimonium sunt adpensa.* Historia rei haec est:

Mater iure Germanico fuerat ex lege tutrix? Quia a) ei in liberos potestas, b) exempla extant omnis aeui,

c) in feudis quoque eius generis tutelae.

Bern-

Differ. I. *Differ.* I.

Bernhardus m. 1212.
Saxoniae elector.

Albertus. I. m. 1260. Saxoniae elector ux. Helena Ottonis pueri duc. Brunsuicensis filia TVTRIX FILII PVPILLI.	Henricus m. 1267. ANHALDINVS princeps

Iohannes m. 1285. quem alii pro fratre iuniori habent, qui ex superiori diplomate refutantur. Dux SAXO-LAVENBVRGICAE ditionis.	*Albertus II.* sub MATRIS *HELENAE TVTELA*. dux SAXONIAE POST ELECTORATVS.	*Bernhardus* m. post an. 1282.	alii *fratres* plurimi, qui tutela potuissent defungi, nisi mater pupilli fuisset praelata.

Plura inde, quae alias sunt ambigua, intelliguntur. *Principio* 1) matrem *tutricem* fuisse, *tum* 2) matris nullum fuisse *contutorem*, 3) *porro* matrem, tutelae causa, contractui consensisse, inito de iuribus, *administrationi* adfixis territoriali, 4) *praeterea* matrem tutricem fuisse in *electoratu*, ut adeo, hanc exclusam uoluisse, putem AB. 5) *post* matrem praelatam esse in tutela ipsi *fratri* pupilli et consanguineis quibusue, 6) *demum* electoralia tum iura fuisse communia Lauenburgico et Saxonico ducatibus, cetera. Et sane eius generis exempla plurima conducerem, si mea interesset, respondere *tutelam maternam*, tot alias dubitationibus implicitam ab hominibus, Romana tantum iura doctis. Praeterea etiam ipsae *leges Germanicarum* gentium supersunt, quae fauent *maternis* tutelis.

d) LL. antiquae Germanorum pro tutela materna.

1) *LL. WGoth.* LEX WISIGOTHOR. *lib.* 4. *tit.* 2. §. 13. his uerbis est concepta: *Patre mortuo, filii in matris * potestate subsistant*, (quidni potius in tutela). *Idem, mortua matre, pater habet Quod pater renuat accipere tutelam, a iudice propinquior ex matre tutor eligatur.* Eadem lib. 4. tit. 3. §. 1. *Licet a patre relicti paruuli pupilli uocentur*, (iure scilicet Romano) *tamen, quia superstes mater erga filios non minorem curam habet, ideo* utroque parente destitutos* D *demum iubemus audire pupillos.* Et lib. eod. tit. eod. §. 3. *Si, patre mortuo, in minori aetate filii relinquantur, mater eorum tutelam, si uoluerit, suscipiat. Si tamen in uiduitate manserit et inuentarium fecerit. Quod si mater alium acceperit maritum, et aliquis de filiis uenerit ad xx annorum aetatem: ipse iuniores fratres habeat in tuitione. Quod si omnes cognati desint, tum detur tutela matri, inuentarium a* E *duobus uel tribus testibus subscribatur.*

2) *Burgund.* Concinunt L. BVRGVNDIORVM tit. 59. his quidem uerbis: *Nepos, amisso patre, cum omni facultate non in aui, sed in matris est solatio et potestate*, quidni magis in tutela. Et *tit.* 85. ubi clarius idem habetur: *Si mater tutelam suscipere uoluerit, nulla ei parentela praeponatur.* Neque alii institutis hodieque reguntur SVECI,

3) *Sueonicae.*

A teste idoneo Io. Ol. STIERNHOEK *lib. 2. iur. Suec. c. 2. p.* 175. ubi inquit: *Sueonica uero iura ad tutelam admittunt non tantum, sed etiam requirunt cognatos simul cum agnatis, nec uiros tantum, sed etiam foeminas. Ita, ut post patrem, mater sit ante fratrem et ante fratris filium soror et eius maritus. Nuptae etiam matri tamen claues reseruantur.* De POLONIAE moribus, quod ibi mater solum postponatur testa- B mentariis, testatur LIPSKIVS *cent.* 1. *obseru.* 60. *n.* 9. *p.* 158. Eosdem etiam HVNGARIAE mores prodit *Steph. de* WERBOECZ *part.* 1. *tit.* 113. *p.* 58. his uerbis: *Si, patre praemortuo et matre superstite, filius et filia illegitimae aetatis, mater sua quam diu nomen et titulum mariti sui gesserit, tutelam filii et filiae gerere ei permittitur. Et e conuerso, si mater decesserit, tutela debetur patri etiam ignobili et rustica pro-* C *genie oriundo. Maior nempe reputatur tutela personae, quam bonorum conseruatio* ANGLI, quamuis excludant matrem a tutela fendi, quod ab ipsa uenit: in paternis tamen feudis eandem ad filii pupilli tutelam, prae omnibus consanguineis, admittunt. *Ioann.* COWELLVS *lib.* 1. *tit.* 15. *instit. Angl. pr.* ait: *si feudum per patrem peruenerit, tum mater, aut, ea mortua, proximus cognatus minoris custos erit.* Alii tamen Anglici doctores casum, quo mater tutrix est, non habent. Interim hae leges sufficiunt ad internoscenda uetustiorum Germaniae gentium iura a Romanis. Sequuntur *demum* leges Germanorum hodiernae. Quae et ipsae *matrum* sustinent tutelas. Principio instituti huius specimen dabo sub FRIDERICO II. imperatore, interprete, eius cancellario, *Petro de* VINEIS *lib.* 5. *epist.* 50. *p.* 623. his fere uerbis: *petiit nobilis uir, ut filiae suae, fideli nostrae, tutrici filiorum suorum, ad prosequendas lites pupillorum in iudiciis procuratores, ab ipsa tutrice statutos, pro quibus cautionem exponet legitimam,* idoneos haberi *mandaremus. Hos, considerantes nobilitatem mulieris, quod pupillorum negotiis se honeste nequeat immiscere* (quod Romani iuris est pigmentum) *et ne foeminae, prosequen-*

4) *Polonicae.*

5) *Hungaricae.*

6) *Anglicae.*

e) LL. Germanorum hodiernae.

Friderici II.

Differ. I.

quendae litis obtentu, in matronalis pudoris contumeliam irruant, si cogantur masculorum conuentibus interesse. Cum et legem meminerimus editam (Romanam scilicet, non Germanicam) *quae propter uerecundiam foeminarum, eas nos finit testibus uel coetui publico demonstrari. His rationibus inclinati, Isabellae, filiae suae de speciali gratia concedentes, ut causas pupillorum in iudicio et extra iudicium per procuratores, ac si etiam ipsa tutrix hoc faceret, ualeat exercere.* Plura inde patent I) matres in tutelis praelatas esse auo, II) tum id iuris fuisse inter homines etiam illustres, multo magis inter illos, qui fuerant de uulgo, III) porro Germanicis moribus foeminam tutricem ea, quae pupilli fuerant, ipsam expediuisse in iudicio et extra illud, post autem Romanas leges foeminis Germanicis pudorem, nescio quem, iniecisse.

statuta prouinciarum hodierna.

Hoc igitur lumen adfundi debet statutis prouinciarum Germaniae hodiernis, quando illa corrupta et infecta sunt principiis iuris Romani degenerantque a patrii iuris uetustioribus institutis.

1) Austriaca.

Initium faciamus de Austria. Oestr. Gerhabsch. Ordn. tit. 3. §. 2. *der Mutter gebühret ihrer leiblichen Kinder Obergerhabschafft. Doch sollen Ihr uon gericht aus ein oder zween unuerdächtige personen zu mitgerhaben zugeordnet werden.* Vltimum Latii sapit rationes.

2) Boica.

Concinit hic uicina BOIOARIA *tit. 5. art. 3. Wo eine Wittib ihren Wittwenstuel nicht uerrücken, sondern sich gern bey ihren Kindern halten wolte und der Vater keine andere Vormund verordnet hätte, die mag, auf zuuorgemachtes* inuentarium, *ihrer Kinder Vormünderin wohl seyn. Doch sollen ihr zween verpflichtete Vormunden zugeordnet werden.* Quod olim non fuit an. 1553. ubi matri tantum dati sunt *Beyständer*, consultores, necquicquam contutores. Vt adeo hac in re Schmidius, interpres sit in foeminas iusto durior.

3) Wurtenbergica.

Proxime autem ad patrii iuris indolem accedit Würtenb. Landr. *part. 4. tit.* 11. 12. Vbi orphani non sunt, nisi orbi parente utroque: matri eadem fere in liberos iura, quam patri: ius tutelare matri competit ui potestatis, non ex lege aut priuilegio.

4) Suevica Rothweilana.

Idem uult das Rothweil. Hofger. *part. 11. tit. 7. daß die Kinder denen ihr Vater und Mutter oder deren einweders von tod abgegangen seynd beuogtet werden sollen.* Vbi eadem utriusque parentis est ratio.

5) Wormatiense.

WORMATIENSE Romanas fere leges tantum hic uertit Germaniee *lib. 4. part. 1. tit. 6. So ein Haußvater tods abgehet und uerläßt eine Wittwe. So ist uon mildigkeit* (priuilegio iuris Romani) *zugelassen, daß die Wittwe Vormünderinn seyn mag. Doch daß sie sich uerzeihe wider in eheligen stath zuthun oder zu uerändern: auch des rechten* Velleiani *genannt. Denn gleich wie die Frau,* A *die in der Eh ist, nicht mag Vormünderinn seyn um argwohnigkeit willen; also auch eine Frau, die ihre Begierde wieder zu heurathen nit abstellet. Will sie aber nicht* ratione praescripta) *Vormund seyn, soll sie um einen andern Vormund bitten. Wo nicht, solle sie des Erbtheils ihrer Kinder beraubt seyn.*

Differ. I.

6) Coloniense.

Nec meliorem notam meretur COLONIENSE p. 43. titulo wenn die Mutter oder Anfrau Vormund. „Wie-B „wohl die Vormundschafft zu führen, „denen Frauenbilden uerbothen (*iure* “*Romano largior, non Germanico*) iedoch „so die Mutter und Anfrau der Vor- „mundschafft sich wolten unternehmen, „dass solle ihnen gelassen werden. „Doch sollen sie sich weiblicher Frey- „heit und fernerer Ehe uerzeihen und „alle ihr Hab uerpflichten. Wo nicht „soll sie den Kindern Vormund bitten C „bey Verlustigung des Erbfalls. *Idem*

7) Welmizheimense.

„*praecipit* WELMIZHEIMENSE *tit.* von Für- „mündern pag. 114. Vnd ob die Mutter „oder Anfrau der Vormundschafft ihrer „Kinder sich wolt unternehmen, dass „solle ihnen zugelassen werden. Doch „mit Verzeihung weiterer Ehe, aller „weiblicher Freyheit, auch Verpflich- „tung aller ihrer Güter. Vnd mœgen „Ihr, ob es für gut angesehen, eine oder D „mehr zugegeben werden.“

8) Monasteriense.

MONASTERIENSIA iura Münsterl. Landr. *tit. 5. p.* 198. nihil habent de materna tutela, quia matri in liberos relinquunt potestatem.

9) Solmense.

Idem etiam SOLMENSIA uelle, existimo *part. 2. tit. 21. §. 2.* quia matri et auiae id quoque largiuntur, ut nominent suis in testamento tutores, de quo plene *d. praef. differ. 5.*

10) Dresdense Saxonicum.

Saxonici iuris speciem habemus in DRESDENSI *statuto tutelari c* 1. E §. 4. „Eine Mutter wird uor andern „Blutsfreunden zur Vormundschafft bil- „lig gelassen. Iedoch dass sie 1) in 4. „Wochen die Bestæthigung 2) bey dem „Rath suche, 3) ein kriegerischer Vor- „mund ihr zugeordnet werde 4) *secun-* „*dis nuptiis* und 5) *SCto Velleiano renunciire*, „6) iedoch ohne Eyd 7) auf vorgehende „genugsame Erinnerung. Hætte sie aber „mit den Kindern zu theilen, so müste F „sie 8) einen *curatorem* ausbitten.“ Quorsum pertinet sententia LIPSIENS. *Scabinor. mense sept. an. 1632.* „Seyd ihr Eurer „Kinder Vormundschafft zu uerwalten „uorhabens etc. So werdet ihr vor allen „Blutsfreunden ausserhalb des vaeterl. „Grossvaters (*quod tamen Dresdense statu-* „*tum eo tantum casu uult, si auus paternus* „*defunctum retinuerit in potestate*) wenn „dieser selbst Vormund seyn wolte, dazu G „billig zugelassen. Ihr seyd aber denen „*secundis nuptiis* und dem Velleiano zu „renunciren auch uon der Obrigkeit „euch bestæthigen und ein *tutorium* aus- „antworten zu lassen schüldig. V. R. W. HELMSTADIENSIVM idem iudicium fuit an.

Differ. I.

1600. m. Nou. *daß die* legitima administratio *Fures Sohnes in Leben und Thal-Gütern Euch* (matri) *vor dem* agnaten *dessen einwendens ohnerachtet zustehe V. R. W.* ita PHILIPPI ad *lib.* 1. *inst. tit.* 15 §. 7. *p.* 243.

dubia iuris Saxonici.

Dubium tamen est ius Saxonicum in hoc argumento. Putat SCHILTERVS *exercit.* 37. §. 50. 51. pristina Soxonum iura a matrum tutelis prorsus abhorruisse *LL. Sax. tit.* 8. §. 4. Laudr. *lib.* 1. *art.* 23. quod uero post etiam admissae sint matres ad hanc spartam, id quidem ex eo tempore factum fuisse, quo receptum fuerit ius Iustinianeum. Quapropter etiam in ipsis Saxonicis feudis materna hodie tutela admittatur P. HEIGIVS *part.* 2. *quaest.* 13. BERLICHIVS *part.* 3. *dec.* 373. *n.* 18. BERGER *in elect. discept. for. process. tit* 9. *obs.* 1. *daß die Mutter auch in Lebens Sachen zur Vormundschafft ihrer Kinder gelassen werden solle. Iedoch die mitbelehnte ihr als Lehens*-curatores *zuzuordnen.* CARPZOVIVS autem excludit in feudis matrum tutelas *part.* 2. *const.* 11. *def.* 11. Verum enimuero *b. m.* STRYKIVS *V. M. lib.* 26. *tit.* 4. §. 21. sentit ex aduerso auctorque est, nihil haberi in Saxonico iure uniuerso, unde constet, *matrum tutelas* ipsis minus probatas fuisse. Fragmenta enim legum Saxonicarum his tantum casibus esse intelligenda, quod agnati tutores sint, si mater id uelit declinetque tutelam, uel matrem tantum habilem existimari, si pater id uoluerit iusseritque uiuus, aut in testamento. Nobis hic locus non est, *ueteris Saxonum iuris* rationes indagare. Mittimus igitur hanc controuersiam, nobis in eo tantum suspectam, quod opinabile non sit, reliquas omnes Germaniae gentes matrum tutelas in deliciis habuisse, solam ab illa abhorruisse Saxoniam. Deinde cum maternae tutelae ipsi Saxoniae principatus paruerint, quis quaeso dubitaret de pari iure priuatorum, quod consecutionis uinculum habes superius *litt. bb.* et exempla primi generis tutelarum apud *b. m* STRYKIVM *V. M. lib.* 26. *tit.* 4. §. 23. 24. Vt taceam mores gentium uicinarum, quae usae sunt iure Saxonico et tamen tutelas habuere maternas.

11) *Statutum* Gothanum *Saxonicum.*

Imo duces Saxoniae pariter maternas tutelas probarunt legibus expressis. Gothl. Lands-Ordn. *part.* 3. *n.* 3. §. 3. *p.* 305. „Ob zwar die Vormundschafften ein mænnliches Amt seyn; so hat eine leibliche Mutter sich der Vormundschafft zu erfreuen. Wenn 1) der Vater dissfalls nichts uerordnet, 2) Sie das XXI. iahr beygeleget, 3) oder andern Falls sie nicht *ueniam aetatis* erreichet, 4) Sie belieben darzu hat, 5) Sie eine gute Haußwirthin, 6) Sie dem Velleiano absage, 7) sich zur Rechnung erklære, 8) vor Vollziehung anderer Ehe einen Vormund bey der Obrigkeit suche.“ Cum igitur hodierna minimum Saxonica iura maternas tutelas agnoscant in allodiis: idem de feudis propterea esset dicendum, quia moribus Germaniae prouinciarum etiam in his salua est matris tutela.

12) *Porussicum.*

Recentiora PORVSSIAE statuta lib. 2. tit. 6. *art.* 2. §. 6. aliqua habent, quae singularia sunt: „Wittwen und Mütter wollen wir zur Vormundschafft zugelassen haben, wenn keine Vermuthungen vorhanden, dass sie wieder heurathen werden. Und sie sich eines erbarn Wesens befleissen. Auch des Verstandes und Vermœgens wæren vorzustehen. Vnd der uerstorbene Ehemann nicht ein anders uerordnet oder sonst erhebliche Vrsachen uorhanden wæren. Doch dass allewege Mituormünder uerordnet und richtige Rechnung gethan werde.“ Brandenburgica iura hic prodit DVSTELMEIERVS part. 3. tit. 7. §. 1. quae orphanos dicunt non illos, qui alterutro, sed qui orbi sunt parente utroq;. Taceo, statuta generis eiusdem.

f] *Rationibus Latis aduersus maternam tutelam locus non est in Germania.*

Ad extremum uero illud potissimum est in hoc argumento, quod *rationes*, maternis tutelis apud Romanos aduersae, locum non habeant in Germanorum institutis. Dedimus illas *diff.* 1. *litt. aa.* singulasque breuiter exigemus ad mores ac indolem nostrae reipublicae. Romae matri nulla in liberos autoritas; in Germania eadem fere matris potestas in liberos, quam patris: Roma matris et liberorum uincula disrupit diuortiis; quae non tolerat Germania: Romae matris pudorem laesit rerum administratio; quod risu explodimus Germani: Romae principio nulla matrum successio; quae matribus semper fuerunt in Germania: Romani tutelas detulerunt ob commoda successionis; Germani adsectum aestimarunt, quo quis esset in pupillum: Romanae mulieres olim in perpetua tutela; sed ab hoc iugo foeminae Germanorum quondam immunes et quae discrimina alia sunt. Vnde facile ad intelligendum: quare apud Romanos maternae tutelae *priuilegii* sint; apud Germanos *iuris:* et quidem *derogatorii* apud Romanos; uerum apud Germanos *originarii:* ideoque in Latio maternae tutelae interpretationem habeant *restringentem*; sed *fauorabilem*, abundantem et extensiuam apud Germanos. Atque haec remedia sunt, multas ICtorum sententias emendandi, corrigendi, supplendi in hoc argumento. Adnecterem his *Galliae* et *Belgii* de maternis tutelis instituta. Verum infra commodior erit occasio, laudandi illarum gentium ICtos.

DIF-

DIFFERENTIA II.

Maternae tutelae rationes num amor uel successio?

Apud Romanos maternae tutelae radix et fundamentum primum hereditaria SVCCESSIO *(cc): necquicquam apud Germanos. Qui pensi tantum habent matrum* AMORES *in pupillum. Vt adeo spartam quoque tutelarum deferant matri exheredi (dd).*

Romani matri tutelam detulerunt ob commoda successionis.

(*cc*) Vniuersim iuris regula fuit apud Romanos: *ut onera tutelae haberet ille, penes quem commoda successionis* l. 1. ff. de leg. tut. Plenius MONTANVS *cap. 15. n. 2. 3.* et d. praeses *diff. 12. litt. qq.* Verum locus hic uult, ut etiam illud constet, Romanos espropter matribus onus imposuisse tutelare, quonism his iure nouo largiti sunt hereditsriam successionem. *Principio* quidem id patet ex regulis modo recitatis, qualis ordo in succedendo, talis etiam in tuendo. Exceptio autem, cum uerba generalia sint, doceri debet, necquicqusm ante statui aut praesumi MENOCHIVS *de arbitr. iud. quaest. lib. 2. cent. 3. casu 150. n. 32.* CORNAEVS *lib. 2. cas. 175. n. 2.* Adeo ut statuto praelatus in successione praeferatur ideo etiam in tutela IASON *lib. 2. cons. 149. n. 2.* MONTANVS *c. 15. n. 4.* *Deinde* etiam de maternis tutelis sigillatim filum hoc consecutionis trahit formstque Iustinianus *nou. 118. c. 5.* mulieri et auiae *solis secundum * hereditatis ordinem et tutelam subire permittimus.* Quae duo apud me tsntum possunt, ut firmiter credam, *matribus* aut *auiae* uix delatas fuisse liberorum suorum tutelas legitimas, nisi horum illis fuerit legitima successio. Vt adeo calculum dare non possim illis, qui sentiunt ex aduerso, Romanos solam matris pietatem hic in oculis habuisse DECIVS *cons. 16. n. 2. 3.* ALEXANDER *lib. consil. 109. n. 2.* HOPPIVS *ad §. 1. inst. de tut. leg.*

Germani matribus tutelam commendarunt intuitu solius in liberos amoris.

(*dd*) Luce meridisna clarius est, Germanos in tutela, mstri deferenda, non *successorias* leges, sed amorem, a natura inscriptum pectori materno, sequutos fuisse. *Principio* enim diximus in *diff. 1. litt. bb.* maternsm tutelam a *potestate* matris prouenire, quam habuerit ipsa in pupillos. Ergo nullus hic mercenarius finis, successio. *Deinde* Germani uniuersim abhorruerunt a tutels proximi successoris, quod habet *dn. praes. differ. 12. litt. tt.* tantum sbest, hanc eos in materna tutela pro causs primaria habuisse. *Tum* matres in Austriacis regionibus, ut ubique in Germania, tutelaria in liberos iura habent: sed tamen illud in Austria publica lege statutum est, *ne unquam uel pater uel mater liberorum suorum sint heredes.* Quam consuetudinem, *da beyderseits Eltern uon ihrer Kinder Verlassenschafft gæntzlich und also auch* in legitima *ausgeschlossen werden, weil keine Erbschafft daselbst in die Schoß fællt*, *irrationabilem* et improbam dicunt domestici etiam ICti, quod problema tractarunt *Ioan. Bapt.* SVTTINGER *in obs. iur. Austr.* uerb. *Erbschafft. Bened.* FINSTERWALDER *lib. 2. obseru. 119 iur. Austr. p. 609.* Nobis sufficit, quod hereditate negata, matribus ideo necquicquam in dubium uocetur tutela. *Porro* illud inprimis maximum habet ea in re momentum, quod Germanica et Francica regna spernant quidem foeminarum successiones: sed tamen tutelas maternas nihilominus usu adprobent fere quotidiano. Exempla suppeditsnt HERTIVS *differt. de tutela regia sect. 1. §. 8. 9. 12.* et plenius idem *in diff. de special. Germ. rebuspubl. sect. 2. §. 18. p. 125. 126.* EYBEN *de tut. foem. membr. 4. §. 19 p. 344.* b. m. STRYKIVS *V. M. lib. 26. §. 11. 12. sqq.* Vt adeo nulla prorsus successionis ratio in maternis tutelis. *Praeterea* idem obtinet in Germaniae principatibus. Licet enim in his olim nonnisi masculorum fuerit successio, aeterni tamen et firmissimi in Germanis iuris tutelae maternae. Quarum ingentem seriem congesserunt praesertim HERTIVS *in special. Germ. rebusp. sect. 2. §. 18.* et b. m. STRYKIVS maxime in *V. M. lib. 26. tit. 4 §. 17. 18. 19.* dummodo mater se non conferat in locum extra territorium pupilli WIEBEL *c. 3 de contract. mul. §. 5. n. 19.* *Post* tutelae maternae ideo etiam ad feuda extenduntur landsassica: quod exclusa uidua a successione, non ideo exclusa esse uideatur a tutela ROSENTHAL *c. 12. concl. 20. n. 20.* SCHRAOER *part. 10 sect. 19. n. 26.* BETSIVS *c. 7. §. 19. 20.* WIEBEL *de contract. mul. c. 3. §. 5. n. 16. 17. p. 86.* Quae omnia si inuicem contuleris, facile patebit, non aliud quid impulisse Germanos ad maternas tutelas, quam *potestatem matriam* probitatemque earundem in pupillos.

DIFFERENTIA III.

An matrem tutricem cietare oporteat nuptias secundas?

Romano iure illis tantum matribus delata tutela, de quarum uiduitate perpetua iudex esse potuit diuinator, aut ubi fides mulieris iurata (ee): contra, Germani in maternis tutelis id tantum cauerunt, ne uidua ante ad uota secunda

iret,

Differ. III. iret, quam liberis primi matrimonii a iudice rogauisset alios tutores (ff). Imo Differ. III. permanet quandoque binuba mater in tutela liberorum, qui bonis destituuntur (gg). Vt adeo mirum non sit, sperni patrio plerumque iure in maternis tutelis secundarum nuptiarum renunciationes (hh).

Matrem eierare oportuit nuptias secundas apud Romanos.

(ee) Claris uerbis id habetur in *l. 3. C. quando mulier. tut.* ratione sequenti: *si pater tutorem non reliquerit: mater autem uoluerit tutor esse, actis coram competenti iudice interuenientibus iuramentum antea praestet, quod ad nuptias non perueniat, sed pudicitiam suam intactam conseruet.* Ratio mihi quidem facilis esse uidetur, quare hoc matres tenuerint uinculo religionis. Nam Romani non id uoluerunt, ut matres pollicerentur, se *ante* non contracturas nuptias secundas, quam a magistratu liberis rogauissent tutores. Verum id iurandum et promittendum fuerat a matribus: *se nulla libidine tangi, habendi uirum; demortui mariti se dolore adfici semper duraturo, ut secundum matrimonium auersentur; imo adfectum in liberos talem esse, qui non toleret amores uitrici alicuius*, cetera. Vidit autem Iustinianus, periuria ita fieri frequentissima. Nam foeminarum Italicarum uolubiles et instabiles animi; multoties quoque mulieres, quod supra dictum est, simularunt hoc tantum, ut bene audirent plebi et mariti defuncti consanguineis et amicis. Ob utramque igitur caussam sustulit iuramenta IVSTINIANVS exegitque tantum simplex promissum. *nou 94. cap. 2.* has nobis prodit rationes: *Quia uero multam habemus formidinem, ne facile ius iurandum per magnum deum detur et hoc praeuaricetur: et toties, praeuaricatam legem et iusiurandum periurum datum, quoties pene datum est: propterea sancimus aliam legem et sufficere abrenunciationem solam sine iureiurando.* Et sane frustra Romani exegerunt iusiurandum a mulieribus in re, quam naturae leges, non permiserunt earundem potestati. Cum natura constet, mulieres uocatas esse ad generandum et educandum. Taceo diuinas leges, quae necquicquam admittere uidentur uota coelibatus et perpetuae uiduitatis.

Germani finiunt tantum ob nuptias secundas maternam tutelam sine noto et iureiurando uiduitatis.

(ff) Germani uiduae matri deferunt tutelam, eousque continuandam, quousque non contraxerit nuptias secundas. Quapropter mater uidua, si nuptias repetierit, non fidem fallit, quam eo tantum fine ac lege dedit, se ante collocari nolle in matrimonium secundum, quam deposuisset tutelam et primi matrimonii liberis prospexisset nouis tutoribus, hisque rationes pupillares reddidisset. Non ergo alia formula utimur Germani in tutelis maternis, quam hac: *Daß die Wittwe die tutel und Vormundschafft ihrer Kinder so lang übernehmen und derselbigen getreulich uorstehen solle, biß sie sich anderweit widerum uerheyrathet, und Ihren Wittwenstuel uerrücket. Welchem nach Sie schuldig seyn solle, die Vormundschafft für der Obrigkeit aufzugeben, neue Vormünder uorzuschlagen, und solchen uon der uon Ihr geführten Vormundschafft Rechnung zu thun.* Si aliud quid in statuta Germaniae prouinciarum, quae *diff. 1. litt. bb.* dedimus, irrepsit, illud refero ad pigmenta iuris peregrini.

Imo contrahens quandoque nuptiis secundis permanet mater in tutela.

(gg) Scilicet accidit quandoque, ut mater ad secunda uota transiens, uel retineat liberorum tutelam, uel curatores tantum sibi adiungat, qui bona liberorum administrent, officia uero tutelaria alia apud matrem binubam persistant. *Primum* fit, quando plena inter coniuges communio bonorum. Tum enim nullis bonorum curatoribus est opus, quod coniux superstes, siue pater, siue mater sit, dominium et proprietatem habeat uniuersorum bonorum *Iustus* VERACIVS *ad consuet. Bamberg. cap. 3. quaest. 4. p. 81. 82.* Alterum accidit ordinarie et communiter, etiam in unione prolium et rationibus succedendi aliis, ubi matrem, paternorum intuitu, diuidere oportet eum liberis suis, quam primum transit ad uota secunda. Quid? quod, separatione etiam bonorum facta, mater eapropter non definat esse tutrix liberorum. Retinet enim suam in illos auctoritatem in regendo et educando eiusque suffragium in hoc genere praefertur curatori, qui bonis magis datus esse uidetur, quam personae. Et si paterna bona liberi non habent, ideo mater, sine curatoris auxilio, plene retinet tutelam et ea lege plerumque secundo nubit: ut maritus liberos prioris matrimonii toleret in familia patiaturque, ut mater eos ibi in conuictu habeat et educatione. *Es wolle der Bræutigam geschehen lassen, daß der Braut Kinder erster Ehe mit denenseinigen* (siue habuerit iam, siue ex nouis nuptiis expectet) *zugleich unter der Mutter Aufsicht erzogen, biß in das sechszehende Iahre ihres Alters freyen Unterhalt geniessen, und so dann uon ihrer Mutter ausgestattet und uersorget werden mögen.* Mater enim apud Germanos pariter alere tenetur liberos suos, si desit auxilium patris. Quod olim apud Romanos fieri non potuit propterea: *quoniam foeminae, praeter dotem, nihil accipere a patribus, dos autem plerumque tantum sufficeret ad sustentationem unius.* Vt adeo mater demum teneretur ad alimenta liberorum, si omnes defecissent patris maiores in linea adscendenti *l. 5. si quis §. 2. utrum ff. de agnosc. et alendis lib.* Ex aduerso apud Germanos, mulier *heres* est pa-

Differ. III. IV.

patris praeter dotem; gaudet illa in libe- A ros *potestate*; neque *pudor* eam retrahit, acquirendi et augendi bona; plerumque uel bonorum communionem habet cum marito, uel in illis usufructuaria est, uel alteram accipit hereditatis partem. Vt adeo matri ad tutelam liberorum neque animus desit neque ratio neque uires opesque. Vt frustra sint, qui patriae hic instituta, obtorto certe collo, cogere uolunt in iuris Romani harmoniam.

Qui apud Germanos renunciationes secundarum nuptiarum sint frustraneae? 1] Gallia.

(*hh*) Mirum ergo non est, renunciationes secundarum nuptiarum pro superfluis et inconcinnis haberi a quibusdam ICtis in Germania et in illis regionibus, quae instituta hic habent cum Germanis communia. De GALLIS testatur IMBERTVS *in enchirid. iur. Gall. p. 362.* ubi inquit: *neque moribus* (Galliae) *nostris mater renunciat Velleiano et * secundis nupti-* C *is.* Similia BOERIVS *ad Bituric. consuet. tit. de l' estat des personnes* §. 6. atque *Ioan.* PAPONIVS *lib. 15. tit. 5. arresto 3.* et *Phil.* BVGNYON *lib. 2. tit. 12. n. 4. p. 233. 234.* cuius uerba sunt: *Nec amplius necesse est renunciare secundis nuptiis. Nam poenas, inflictas secundo nubentibus, praescriptum legis Messianae submouit. Quia praestat nubere, quam uri. Mais suffit de faire bon et loyal inuentaire.*

2] Belgium.

De BELGIS loquun- D tur ZYPAEVS *in notit. iur. Belg. lib. 5. tit. de tut. n. 2.* CHRISTINAEVS *ad LL. municip. Mechl. lib. 19. art. 3. n. 12. in addit.* et DESSELIVS *ad Zoesii tit. 14. inst. lib. 1. p. 92.* neque in Belgio uel Sc̃ti Velleiani uel secundarum nuptiarum renunciationes usurpantur.

3] Germania.

De GERMANIA clare BRVNNEMANNVS ad *auth. matri C. quando mul. tut. n. 5.* inquit: *Saepius animaduerti, hoc* (de secundarum nuptiarum renunciationibus sermo fuerat) *apud nos non obseruari. Sed dari tantum matribus curatorem ad litem. Quod an fiat ex eo, quod iura pupillaria apud nos leui brachio tractentur, an uero ex certa obseruantia, non ausim adse-* B *rere. Et sane, cum renunciatio non impediat nuptias, si, mutata mente, uidua illas uelit eligere, non habebit renunciatio multum roboris. Ideoque apud nos non obseruatur.* Quae hic dicit Brunnemannus, illa hoc lumine sunt illustranda. I) Renunciationes hasce apud Germanos temporarias fuisse, quod ultra mater noluit esse tutor, quam permanserit in uiduitate; perpetuas uero apud Romanos. C Adeoque II) foeminas Romanas binubas periurii reas fuisse, non Germanicas, III) non id tribuendum Germanorum neglectui, sed iuribus potius matrum Germanicarum, IV) habere nos hic omnium uicinorum populorum nobiscum harmoniam, V) alios uix mores sustineri posse in Germania ob potestatem maternam in liberos et successiones bonorum, quibus matres scimus gaudere, D VI) si quid aliud statutum sit in lege prouinciali, hoc deberi pigmentis iuris peregrini. Dissentit EYBEN *membr. 2. tut. foem.* §. 3. sed exempla, ad quae prouocat, respondebimus infra *differ. 6.* ex instituto.

DIFFERENTIA IV.

Num matri in tutela auus praeferendus paternus?

Romano iure dubium est, num auo paterno praeferri in tutela potuerit mater, primo certe fauent maximi momenti argumenta (ii): Germani omnimodo hic stant pro matris praerogatiua. Idque rationibus iuri Romano ualde aduersis (kk).

Romano iure auus in tutela qui matri praelatus?

(*ii*) CARPZOVIVS *part. 2. constit. 11. def.* 13. in eo sententiam reprehendit Bartoli, docentis, matrem in tutela praeferendam esse auo paterno. Idque propterea, quoniam iure Romano nepos in potestate non patris fuerit, sed aui paterni *l. 2. §. nepotibus ff. de uulg. et pupill. subst.* Vt adeo tutor nequiuerit dari nepoti, agenti in alterius, aui scilicet potestate *L. 1. pr. ff. de tut.* Anton. FABER *cod. lib. 5. tit. 17. def. 1. n. 5.* Verum rident hic Carpzouium alii, F quod ipse loqui uideatur de liberis sub potestate auita agentibus, quae res dubio careat. Verum de *emancipatis* sententiam requiri, utrum hi sub matris, an aui potius recidant tutelam. Respondendum uero esse pro tutela matris cum GVTTIEREZIO *part. 1. c. 8. de tut. n. 15.* et MONTANO *c. 15. n. 46.* Neque aliter Carpzouium tuetur ESPACHIVS *part. 2. const. 11. def. 13.* Ex subiecta tamen decisione patet, Carp- E zouium etiam in liberis emancipatis stetisse pro matre aduersus tutelam aui paterni. *Seyd ihr Eurer Kinder Vormundschafft zu uerwalten Vorhabens. So werdet ihr uor allen andern Bluts-Freunden, ausser des uaeterlichen Groß Vaters, wenn der noch am Leben, und selbst Vormund seyn wollte, darzu billig zugelassen V. R. W.* Loquitur enim hic de casu, si uoluerit tutelam auus et si in uiuis sit: quae conditiones frustra desiderantur ab auo, qui pupillos sub sua habet potestate, quae maior longe, quam officium tutelare. Tantum abest, ut hoc sibi potuerit adrogare. Quid uero? Erratne ita Carpzouius in decisione, ex iure Romano petita. Nolim hoc dicere. *Primo* enim auus ante matrem obstrictus fuerat ad alendum nepotes emancipatos, destitutosque bonis paternis *l. 5. §. 2. ff. de agnosc. liber.* *Deinde* mater et auia coniunguntur in *nou. 118. c. 5.* in-

Diff. V. VI.

intuitu iuris tutelaris. Vt ergo auiae tum locus non est ante auum paternum in tutela: ita neque matri. *Post* in *auth. matri C. quando mulier. tut.* matri ante agnatos tutela commendatur et in *nou.* 118. *c.* 5. omnes a latere cognati matri postponuntur. Neutro autem uerbo comprehenditur auus aut proauus. *Taceo*, quod tutela aui instar casus fuerit, quo liberi et nepotes recasuri fuerant sub potestatem illius, qua, per emancipationem, exemti fuerunt. *Ad extremum* BACHOVIVS *uol.* 2. *disp.* 8 *th.* 3. *litt. D. p.* 421. urget iura manumissoris et quasi patroni in legitima tutela. Instar cuius haberi debeat auus.

Germanica iura qui matrem in tutelis praeferant auo?

(*kk*) Testibus primum uti liceat ICtis Germaniae. BRVNNEMANNVS ad *auth. matri C. quando mul. tut. pr.* ita sentit: *Cur mater legitimis tutoribus praeferatur, ratio haec est. Quia eius maior affectio. Et cum mater in succedendo praeferatur auo, idem etiam uerum erit in tutela.* Idem MEIERVS *in coll. Argentorat. lib* 26. *tit.* 4. *th.* 14. Idem TREVTLER. *disp.* 8. *thes.* 3. *litt. D.* atque etiam idem ESPACHIVS *part.* 2. *consilt.* 11. *def.* 13. EYBEN. *de tut. foem. membr.* 3. 11. 12. 13. 14. 17. Rationes, nulli proditae, mihi sunt hae. Quia Germanis primo maternae tutelae non sunt iuris correctorii: deinde moribus Germanorum liberi emancipantur per matrimonium, ut adeo nulla unquam auo in nepotes potestas: post matris in liberos auctoritas in legibus naturae et decalogo est fundata, ante auitam: demum mater liberos Germanicis institutis et alit certo casu et educit, ut adeo omni in tutelia praerogatiua digna esse uideatur: taceo exemplum *diff.* 1. *litt. bb.* allatum, quod auum respicit maternum. Ceterum Frisiae statutum *lib.* 2. *c.* 234. matri praerogatiuam ante auum claris uerbis dare in tutelis, auctor est EYBEN *membr.* 3. §. 17. In feudalibus et Germaniae territoriis dubium est maius, si filio auus *refutauerit* feudum filiumque emancipauerit, ut recte notat SCHRADER *part.* 7. *c.* 6. *n.* 6. Putant enim feudorum magistri, hoc casu negari non posse auo feudi administrationem. Quid uero, si feudum sit nouum? Ego certe etiam tum militarem in castris maternis. Ex rationibus paulo ante laudatis.

DIFFERENTIA V.

Num tutrix etiam sit proauia?

Negant Romano iure tutelam proauiae (ll): quam nos Germanico eidem iure largimur (mm) ex rationibus aduersis Latio.

Romano iure ad tutelam non uocatur proauia.

(*ll*) Excludunt a tutela proauiam siue paternam, siue maternam ex rationibus, quae sequuntur. *Primo* dicunt, *nou.* 118. mentionem ultra auiam non facere. *Deinde* legem Latii correctoriam extendendam non esse ad personas necquicquam nominatas EYBEN *membr.* 3. *de foem. tut.* 51. *Tum* uerbis matri et auiae formulam iungi *his enim* SOLIS, quae particula sit exclusiua GVOELINVS *lib.* 1. *c.* 17.

Proauia qui uocetur Germanico iure ad tutelam?

(*mm*) Rationes sunt hae. *Principio* matrum tutelae Germanico iure non correctorii iuris. Omni enim tempore illas in usu fuisse oportet, quoniam *matriae* potestatis, supra dedimus argumenta. *Deinde* sub auiae uerbo intelligi propterea queunt omnes adscendentes arg. *l.* 3. §. 2. *ff. de sustul. Tum* eadem ratin similium. Quemadmodum enim maternae tutelae radix et fundamentum adfectio et pietas, ita certum est, hanc etiam in proauia maiorem fore, quam in lucripeta consanguineo collaterali. *Post* quorundam memini Germaniae statutorum, ubi in deferendis tutelia mentio fit uniuersim *aller, die sich in auffsteigender Linie befinden, sollen uor andern Anuerwandten zur Vormundschafft ihrer* descendenten *uor allen andern Bluts-Freunden gelassen werden.* Cui uicina Frisiae statuta lib. 2. c. 240. ubi omnes maiorea *alle oeuereldern* absque distinctione sexus ad tutelam pariter uoeantur. Taceo, *d. praef. diff.* 12. *de tut.* ostendisse, plerosque Germanos a tutela successorum heredumque proximorum abhorruisse. Quibus hoc ordine, quo proauia illis praefertur, nihil accidit patrii iuris rationibus aduersum.

DIFFERENTIA VI.

Qui renunciatione opus sit SCti Velleiani?

Romana iura matrum tutelas necessarie adligant ad renunciationes nuptiarum secundarum et SCTI VELLEIANI (nn): Germani opus habent neutro, quod patriae institutis nullo foemineae perfidiae opus fuerit auxilio (oo). In foeminis maxime principibus adhibent alterum quandoque ICti praeter rem et rationem, acti superstitione idoli Romani (pp).

Tutrix Romana nonnisi renuncio misso auxilio Velleiani.

(*nn*) Clarissima est *nou.* 118. *c.* 5. *Matri et auiae solis tutelam subire permittimus, si inter gesta* (in iudiciis) *et nuptiis aliis et auxilio Velleiani SCti renunciant.* Idem repetitur in *auth. matri* et in *l.* 3. *C. quando mul. tut.* Nisi ergo id praestiterit, mater

Differ. VI. ter non admittitur ad tutelam liberorum Petr. HEIGIVS *part. 2. quaest. 13. n. 46.* quod etiam in Saxonia firmat sententia iudiciali CARPZOVIVS *part. 2. const. 11. def. 14.* Olim tamen et quae *Iac.* MAESTERTII coniectura est *in differt. illustr. p. 367.* ante tempora Neronis uel Augusti *l. 2. ff. ad Sct̄. Vell.* hoc beneficium foeminae apud Romanos non habuerunt. Forte, quoniam foeminae olim sub perpetua tutela egerunt, quod postquam usu sublatum fuerat, in eius locum Velleii consulis auxilium hoc successit. Neque id uitio uertendum Romanis. Quod uerecundiae Romanarum foeminarum minus congruere uideretur, si intercederent pro aliis mulieres et alienas susciperent defensiones *l. 18. alienam C. de procurat.* Deinde quod *moribus Romanis ciuilia officia ademta sint foeminis,* quae causa Pauli est *l. 1. §. 1. ff. ad Sct̄. Vell.* imo ipsius etiam Sct̄i *l. 2. §. 1. ff. eod.* quare nefas sit, foeminam alios defendere ac fideiubendo tueri *l. 2. §. 5. ff. eod.* Quod, qua ratione conueniat statui foeminarum Germaniae, iam uidebimus.

Velleiano neglecto tutrices sunt foeminae apud Germanos.

(*oo*) Principio testes audiemus, Ictos Germanos, Velleiano tutricem in Germania raro nuncium mittere neque ideo munus tutelare destitui sua firmitate. BRVNNEMANNVS ad *auth. matri C. quando mul. tut* ita scribit: *Porro* mater et auia, tutrices, *Sct̄o Velleiano renunciare debent. Sed hoc ipsum raro obseruatur. Sed eapropter non poterit uti hoc beneficio, si legi non satis fecit. Omissio ergo renunciationis neque matri prodest neque obest pupillo.* Idem HOPPIVS ad *§. 1. inst. de leg. tut.* Idem REVSNERVS *cons. XI. n. 114. renunciationis solennitates de consuetudine non amplius seruari.* De BAVARIAE institutis loquitur BALTHASAR *tit. 5. resol. 3. n. 16.* cuius uerba sunt haec: *In Bauaria mulier non tenetur renunciare secundis nuptiis nec Sct̄o Velleiano: sed simpliciter se declarat; quod uelit administrare tutelam. Cetera non practicantur nec obseruantur in praxi. Et recte quidem. Renunciatione enim Sct̄i Velleiani, si ea aliquo casu opus est, tunc specialiter renunciare tenetur.* Idem de suo tempore *Casp.* SCHMIDIVS ad *tit. 5. iur. Boic. art. 3. n. 30.* affirmat: *uerum quidem est, quod haec renunciatio neque in tutelis neque in curatelis siue nobilium siue, plebeiarum personarum obseruetur: interim ius sic scriptum.* De BELGIS suis iudicium fert HVBERVS ad *lib. 1. inst. tit. 18. pag. 63.* Sc̄to Velleiano *moribus hodiernis non ab initio tutelae renunciatur; uerum in singulis causis. Quoties usus uenit, ut tutrices pro pupillis fideiubeant.* Planius hic GROENEWEGEN ad *auth. matri C. quando mul. tut. p. 393.* loquitur: *Nostris et Gallorum moribus mater et auia, ut liberorum suorum tutrices sint, Sct̄o non renunciant.* Idem CHRISTINEVS *uol. 3. decis. 149. n. 3.*

A Eosdem GALLORVM mores laudant *Differ. VI.* BVGNYON *lib. 2. tit. 12.* et Ioan. IMBERTVS *in enchirid. p. 174. nec est necesse, ut renuntiet Sc. Velleiano.* Idem AVTVMNVS *confer. du droit, Franch.* uerb. *tut.* PAPONIVS *lib. 15. tit. 15. arrest. 3.* Si desideres causas discriminum iuris utriusque, hae sunt. *Principio* foeminae in Germania, si patriae institutis maiorennes excesserintque annum aetatis XVIII. nullum habent B perfidiae suae priuilegium, sed obligantur contrahendo ac fideiubendo instar uirorum, quod hodieque obtinet NORIBERGAE *in statutis part. 2. tit. 19. art. 5. pag. 119.* de quo RITTERSHVSIVS *ad nou. p 1.* inprimis si foemina exerceat mercaturam, ubi pristinis moribus uiuitur etiamnunc in plerisque celebrioribus Germaniae emporiis SCHILTER *exercit. 28. §. 5. 6.* MEVIVS *ad lib. 1. tit. 10. art. 3. iur. Lubec.* ut adeo C receptio auxilii *Velleiani* nunquam facta esse uideatur per Germaniam uniuersam: multoque minus ita opus illius renunciatione, quod foeminae Germanorum nullo pudore retinentur, quin exerceant opificia et mercatus, in quibus multoties causae ad fideiubendum. *Deinde* in Germania foeminarum non laedit uerecundiam, consulere uiri fortu-D nis fideiubendo. *Post* si Germani foeminis iurisdictionem ceteraque committimus, frustra arguimus sexum foemineum inconsiderantiae et leuitatis. *Tandem* in liberorum gratiam, ut foeminae decipiantur, uix casum metuendum esse ullum adeoque Velleiani hic deesse fundamentum, iudicium est *Pauli* GALLERATII *lib 3. de renunc. c. 2. n. 24.* Quae cum ita sint, fidentior hic sum Ictis E modo nominatis. Existimo enim Germanicas foeminas necquicquam opus habuisse auxilio SC. Velleiani. Quapropter non *desuefacti* ab illo sunt Germani, sed potius certum est, hos Velleianum in patria foeminis inconcinnum, nunquam recepisse. Tenentur itaque tutrices foeminae fideiubendo, licet nuncium non miserint Velleiano. Tantum abest, ut dicere debeamus, omissa Velleiani re-F nunciatione, uitiari ipsam tutelam aut totoriumque cum ROLANDO *lib. 1. cons. 76. n. 7.* CAPYCIO *dec. 50. n. 6. et Paul.* GALLERATIO *lib. 3. de renunciat. cap. 2. n. 24. 25.*

Indignae foeminae illustribus renunciationi Sct̄i Velleiani.

(*pp*) Exempla plura illustrium foeminarum, quae Sct̄o Velleiano nuncium miserint, tutelae causa, exhibet cumulatque SYBEN *de tut. foem. membr. 2. §. 3. p. 351.* Inde reprobat omnes, quotquot existimant, hoc genere renunciationis opus G non esse. Principis foeminae palatini comitis uiduae mandatarium an. 1655. hac formula adligauit CAMERA S. R. I. quam recitat b. m. STRYKIVS *V. M. lib. 26. tit. 4. §. 18. Ihr werdet im Nahmen Eurer Frau Principalin zufoerdrist* secundis nuptiis *und* SCto Velleiano *gebührlich* re-

nunt-

nunciren, *folgends gerichtlich angeloben und in ihre Seele einen Eydt zu GOtt schwehren, daß Sie alles, was ihren Pfleghkindern nützlich ist, thun und handeln wolle.* Quapropter idem principum etiam foeminarum renunciationes necessarias habet hodieque cum in *V. M. lib.* 16. *tit.* 1. §. 7. et in disput. *de tut. mat. princip. imp. c.* 3 §. 6. tum in *notis ad Lauterbach.* in tit. *St. Vell.* Verum pace tantorum uirorum tenebimus tuebimurque contrarium. *Principio* in praecedenti *litt. oo.* docuimus, quod olim foeminae nullum apud Germanos perfidiae suae auxilium: ergo multo minus foeminae principis hoc foret rubor pudorque. *Deinde* auxilium Velleianum obligare ex *recepto*, esse autem illud receptum in Germaniae locis, post Saxoniam, paucissimis, multoque minus inter illustres. *Tum* frustra leuitatis et inconsiderantiae, quod fundamentum auxilii Velleiani, a Germanis foeminas argui, postquam iudicio earundem committantur respublicae. *Porro* causam Velleiani etiam dedecus esse et suspicionem, quoties foemina uirum tueri uelit fideiubendo. Sed uel alterutrum cogitare de principe foemina instar esse criminis sacrilegii? Addunt *denique* Icti Romani alias iuris amantissimi, foeminam principem consiliariis esse instructam, qua illi maioris sint, quam auxilia Velleiana, ita fere HERINGIUS *de fideiuss. c.* 7. *n.* 519. ipseque STRUVIUS *exerc.* 21 *tit.* 1. §. 12. cuius uerba sunt: *cessat SCtum in mulieribus illustribus, quae ipsae territoriis praesunt et regalia habent. Atque ita respondimus m. April.* 1667. Idem TABOR in *not. ad colleg. Argent. ad SCt. Vell. thes.* 5. Vt frustra sit Struuii interpres *Petr.* MULLERUS, quod magistri sui sententias uelit exemplis conuellere, ex *Eybenio* exscriptis. Quamuis enim haec non desint: neque tamen deest responsio ad illa. Quod *cancellarii* imo et iudices quandoque superstitione agantur Romani iuris praeter rem et rationem. Et sane certissimus

A sum, ipsum Vlpianum, qui SCti nobis uerba conseruauit, illud in foeminis Germaniae, principibus praesertim, habiturum esse pro incongruo et inconcinno, si examini eius darentur rationes, cum in hac tum in nota praecedenti a nobis proditae. Robur autem Strykianum corruit hic ideo, quod principes iure priuatorum quidem utantur in contractibus: nequicquam iure B priuato. Et, si etiam hoc daremus, cessat ratio Velleiani in foemina principe, confessio inconsiderantiae et leuitatis. Calculum itaque nostrum habet BEYERUS *in epit. ff. tit. ad SC. Velleianum* §. 2. *litt. a.* ubi iudicium prodit hoc: *Cum foemina princeps siue sua siue tutelae causa expediat res negotiaq; maioris momenti, quam fideiussiones sunt priuatorum: frustra apud illos erit auxilium Velleiani. Dissentit h. m.* C *Strykius. Ea causa, quod illustres etiam foeminae ordinariis utantur iurium beneficiis. Sed de illis hic est quaestio, quae arguunt imbecillitatem iudicii et consilii inopiam. Neutrum diuinare licet de principe foemina. Legis autem ratione cessante, ipsa cessat lex. Quod iurisprudentia nobis esse debeat rationalis.* Cum haec scriberem, manumque uellem mouere de tabula, *uiri illustris* THOMASII se obtulit de *exi-* D *guo SC. Velleiani in foris Germaniae usu*, dissertatio; scripta occasione *Leschassierii*, Icti Galli, qui pariter de renunciatione SC. Velleiani egit ex instituto. Pertinent huc ex illo opusculo, quae sequuntur. Scilicet *primum* illustris auctor nobiscum sentit, quod principe foemina SCtum sit indignum, neque apud eandem opus ideo sit aliqua renunciatione. *Tum*, quod olim SCtum in patria E ipso iure cessauerit in foeminarum tutelis, ut frustra iterum esse uideatur renunciatio. *Porro*, quod renunciationis formulam ea leuitate recitet foemina, quam ipsa inducatur ad fideiubendum. Vt adeo magis foret consultum, uel tollere SCtum, uel omnem uim denegare eiusdem repudiationi.

DIFFERENTIA VII.

Num tutrix mater *esse queat* minorennis?

Romano iure mater, si* MINORENNIS *fuerit, uel* SUSPENDITUR *eousque uel* EXCLUDITUR *prorsus a tutela, si haec semel delata fuit consanguineis (qq): patriae autem instituta tutricem minorennem* TOLERANT *iunguntque illi* ADIUTORES *tutelares. Tantum abest, ut illi iura negent, recuperandi tutelam in aetate perfecta eandemque uindicandi a consanguineis (rr). Impudentiores sunt, qui utrumque hoc in dubium uocant foeminae principi (ss).

Num tutrix esse queat mater minorennis iure Romano?

(*qq*) Ita quidem arguunt Icti ex *l. ult. C. de legit. tut.* In qua ratio, ob quam tutelae munere nemo defungi queat, est uniuersalis, ut adeo ipsam matrem ideo lex excludere, uideatur. Quae etiam ideo magis est attendenda, quoniam se- F pties legitur in principis consistorio confirmata. Est autem haec: *Nemo, neque legitimus in tutelam uocetur, antequam XXV. aetatis annum impleat. Cui enim ferendum est, eundem esse tutorem et sub tutela constitui. Et iterum, eundem esse*

Differ. VII. *esse curatorem et sub cura agere. Haec certe et nominum et rerum foeda confusio. In suo tamen robore permaneant successiones. Ne uideantur eo, quod ad tutelae grauamen non ueniunt, successiones amittere. Recitata septies in consistorio Iustiniani.* Ante autem, quam ederetur constitutio, multoties factum esse, ut tutor esset iuuenis minorennis, ipse duobus in locis prodit imperator. Scilicet *§. 13. inst. de excus. tut.* ubi uerba sunt clara: *minores autem XXV. annis olim quidem excusabantur. Nostra autem constitutione* (l. ult. C. de leg. tut.) *prohibentur ad tutelam uel curam adspirare. Cum sit inciuile, eos, qui alieno auxilio agere noscuntur et ab aliis reguntur, aliorum tutelam uel curam subire.* Idem repetitur circa *fin. inst. de fiduc. tut.* Quid si uero minori data sit tutela per testamentum? Eousque differenda administratio tutelae, quousque peruenerit ad maiorennitatem *§.2. inst. qui test. tut.* Iisdem igitur legibus uiuere debere *matrem* existimant. Vt etiam illa excludatur a tutela ad annum aetatis usque XXV. Quid? quod hoc ipsum in matre tutore desideret *l. 2. in medio C. quando mul. tut.* ut scilicet *mulier, si aetate * maior est, tunc demum petendae tutelae ius habeat.* Ita MARIAN. *lib. 1. consil. 8. n. 7. 8. 9.* et MONTANVS *cap. 15. n. 18. 19.* Idem sententia forensi confirmat FABER *lib. 5. Cod. tit. 21. defin. 3. n. 2.* Idemque GVTTIEREZ *lib. 2. c. 7. n. 37. Ant.* MATTHAEI *ad §. 13. inst. de excus. tut. pag.* 511.

Germanico iure matri tutela non neganda licet minorenni. *Quod uolunt 1) Icti Germani,* (rr) Principio testes adferemus Ictos, qui perhibent, matrem fieri tutricem posse, licet minorennem. BALTHASAR *tit. 5. resol. 3. n. 25. 26.* de moribus institutisque testatur BOIOARIAE his quidem uerbis: *De iure Bauarico minus dubitarem adserere, quod mater etiam minorennis possit esse tutrix suorum liberorum. Cum ei uel adsistentes, si tutrix: uel contutores, si ipsa gerere tutelam uelit, constituantur.* Imo uniuersim in GERMANIA nostra id fieri posse, sibi etiam persuadet BRVNNEMANNVS *ad l. ult. C. de leg. tut. n. 2. Absurdum est,* inquit, *eundem esse tutorem et tamen sub curatela alterius. Quamuis hodie illud absurdum non sit, dum nostris moribus uidua habet curatorem litis et tamen est tutrix liberorum.* Quamuis postea is iterum deflectat a ueritate Germana. Planior EVBEN *de foem. tut. membr. 4. §. 8. p. 339.* ubi iudicium suum ita prodit: *Atque decidenda quaestio; si mater minorennis, an debeat interim curator ei dari usque dum maior facta suscipiat tutelam? Id quod nos adfirmamus.* Eosdem mores adscribit Germanis LEEVWEN *lib. 1. cap. 16. n. 13.* censurae forensis. Alii hoc temperamento hic utuntur, ut quidem, matre minorenni, tutor admittatur legitimus: sed tamen cedere oporteat hunc, quamprimum mater ad perfectam peruenerit aetatem. Forensem sententiam habes in statutis MAGDEBVR. *tit. 43. §. 2. an. 1688. die nachgelassene Wittwe solle Vormünderin seyn, als wenn sie ihr verstorbener Haußwirth darzu verordnet hätte. Iedoch daß sie das 25. Iahr ihres Alters erreichet. Andern falls solle die Verwaltung der Vormundschafft inmittelst bis die Wittwe das 25. Iahr zurücke geleget, der Kinder nechsten Blutsfreunden aufgetragen werden.* Eadem uerba habet editio uetustior 1652. In eandem sententiam Eyben ex eoque b. m. Strykius V. M. lib. 26. tit. 4. §. 33. Richterum laudant: sed primus alterum fallit. Nec desunt tamen doctores alii, qui sentiunt idem. HONDEDAEVS *uol. 1. cons. 89. n. 38. 39.* mater, *completa aetate, ad tutelam erit admittenda, remotis tutoribus interim datis ob eius minorem aetatem.* Ita SPECVLATOR *in tit. de tut. leg. n. 3.* Ita CORNEVS *lib. 2. cons. 17. n. 16.* Ita commentator ad AFFLICTVM *decis. 281. n. 2.* Nunc patrii iuris in hoc argumento rationes. Scilicet *primum,* Saxonici iuris exemplo, nihil habet insolentiae foeminam sub alterius curatela esse et tamen gerere alterius tutelam. Quod etiam agnouit BRVNNEMANNVS *l. c.* Igitur corruit potissima Triboniani, quam hic mouet, difficultas. *Deinde* mulieres elocatae nostris moribus non solum exeunt a patria potestate, sed etiam post matrimunium reputantur maiorennes BALTHASAR *tit 5. resol. 3. n. 25.* et BRANDMVLLER ad *instit. de tut. p. 508.* LEEVWEN *cap. 9. n. 13. Porro* cum materna apud nos tutela radicem habeat potestatis maternae in liberos, quod saepe dictum, tantum abest, ideo eam inde excludi posse, quantum abest, de potestate in liberos aliquid decedere patri minorenni. *Praeterea* matri tutrici plurimum adduntur curatores. Hi sufficient defectui, si quis est in matre minorenni, salua tamen eidem in regendis ac educendis liberis tutela. Accedit *demum,* quod terminus Romanae maiorennitatis iusto sit longior. Cumque Germanorum aetas anno XIIX. fuerit perfecta, hac potius standum esset in sparta tutelari, ne haec aduersus maiorum instituta matribus iusto diutius negaretur. Quae cum ita sint, *b. m.* STRYKIVS *lib. 26. V. M. tit. 4. §. 33.* rigido nimis in Germanos iudicio agit, quando non solum matri minorenni tutelaria iura prorsus negat; sed etiam foeminam maiorennem omni destituit spe, suorum tutelam nanciscendi. Ideo, quoniam agnatis semel tutela fuerit delata. Quod omne hic displicet, cum, quod patrii iuris id euertat rationes; tum quod Icti, leges et iudices mitius cum matre uelint esse agendum; denique, quod religio sit, in dubio

Differ. VII. *2) leges,*

3) rationes,

Differ. VII. VIII.

4) aliorum nobiscum harmonia.

bio duellere matris et pupillorum nexum tutelarem. Addo uicinorum regnorum consensus, in iure ambiguo haud quaquam spernendos. *Lud.* MOLINA *tract. 2. de iust. et iure disp. 221. n. 6.* in his discriminibus ita philosophatur: *suspicor tam in hoc, quam in* CASTELLAE *regnis consuetudinem esse, ut ad tutelam foeminae minorennes admittantur. Et* MONTORROSO *in practica f. 169. adfirmat admitti, etiamsi minorennes sint * uiginti annis.*

Hispanorum. *Gallorum.* *Belgarum.*

Idem de GALLIS ARGENTRAEUS *ad consuetud. Britan. art. 480. gloss. 3. n. 1.* Eosdem BELGII mores agnoscit remque sententia forensi confirmat LEEUWEN *in censura c. 16. n. 13.* in causa uiduae principis Auriacae super tutela filii, pupilli, Guilelmi II. Foeminae enim minorenni non ideo tutela negata; sed, administrationis causa, adiuncti sunt eidem aliquot ex proximioribus contutores.

Num foemina princeps, tutrix fit ante maiorennitatem?

(ss) Fidentior hic aliis est *Ernestus* COTHMANNUS *uol. 1. resp. 42. n. 43. 46. 47. 48. 49.* Prodit is suum hac de re iudicium uerbis, quae sequuntur: *uerum an aliqua hic* (de tutore minorenni scripserat) *exceptio in principibus et comitibus, res maiorem habet difficultatem.* Quae tamen lites plerumque non iure, sed manu; non lege, sed legionibus; canonibus non ecclesiasticis, sed aereis soleant decidi.* Sed frustra hac in re difficultatem quaerunt Icti, quod ab illis pondere rationum et legum, non exercituum numeri et robur expectentur. *Sed simplex et uera responsio, nil causae esse, cur exceptio in persona illustrissima constituatur. Cum et iuris ratio atque auctoritas, qua illa probetur, desit. Quia etiam, ex communi interpretum sententia, tantum abest, ut ex persona illustrissima, intra aetatem minorem, alterius tutelam suscipere possit, ut eam potius inuitam ad annum usque XXV. completum sub tutela esse oporteat.* Ergo huic Icto certum est, tutorem in patria neque inter illustres tolerandum esse minorennem. Quorsum etiam inclinare uidetur *Matth.* STEPHANI *de iurisdict. lib. 2. part. 1. c. 1. membr. 2. n. 140. 141.* Neque excipit ab hac sententia tutrices illustres *b. m.* STRYKIUS *V. M. lib. 26. tit. 4. n. 33. matre minorenni agnati praeferuntur, nec mater postea tutrix esse potest. Quando enim in legitima aetate quis semel exclusus est ab alia, illa exclusio est perpetua.* Verum e-
B nimuero in nota praecedenti *litt. rr.* satis est doctum, quod patria iura spernant hic leges Romanos et certa ratione tutrices minorennes omnino tolerent: idem in principe tutrice magis adfirmandum esse uidetur. Non solum quod patriae iura in illustrium negotiis magis conseruata sint, quam in causis hominum priuatorum: sed etiam, quod foeminae principi semper a latere sint
C consiliarii tutelares, qui lapsus, ex infirmitate aetatis metuendos, facile possunt decliuare. Taceo, ueteres Germanos, principem iuuenem decimo sexto uel decimo octauo minimum anno, sine ullo sexus discrimine maiorennem habuisse. Vt adeo fieri non potuerit casus tutricis minorennis. Et licet iura Romana limites imperfectae aetatis in quibusdam principatibus Germanicis pariter ad
D XXV. protulerint: illud tamen iuris est correctorii, et plerumque leuitati et inscitiae debetur administrorum. Quapropter uel nolim hoc ad tutelaria iura trahere in foeminis praesertim, si illis adsint interea curatores, uel tamen, offendiculo aetatis remoto, obicem illis non ponere, ad adferendam sibi, tempore minorennitatis uel negatam uel suspensam uel diuisam quodammodo tutelam.
E Vt adeo sub ingressum laudatos Ictos triplicis in principes foeminas peccati reos habere uideamur. Exempla et rationes forenses requiri debent ex nota huic proxime uicina.

Differ. VII. VIII.

DIFFERENTIA VIII.

Matri tutrici num prosit minorennitas contracta?

Romano iure dubium est, num foeminae tutrici prosit aetas MAIORENNITATIS CONTRACTA, *adeo, ut illi, nonnisi post* XXV. *aetatis annum, ad tutelam spes (tt): in Germania minorennitatis termini siue* LEGE BREVIORES, *siue* PRIVILEGIO *ac* VENIA AETATIS, *matrem utrinque adiuuant in sparta tutelari citius capessanda (uu).*

Foeminam non iuuat in tutela maiorennitas contracta aut uenia aetatis in iure Romano.

(tt) Aperta est *l. ult. C. de leg. tut.* quam supra *diff. 7. litt. qq.* laudauimus: *Nemo in tutelam uocetur, antequam XXV. aetatis annum impleat.* Et alibi *§. 13. inst. de excus. tut. minores XXV. annis prohibentur ad tutelam adspirare.* Lex igitur prohibitiua est, quam non licet priuatorum institutis migrare. Quid uero si iuueni princeps dederit ueniam aetatis? Hanc enim principem in masculis anno
F XX. in foeminis XIIX. largiri notum est ex *l. 2. omnes C. de his, qui ueniam aet.* Verum enimuero plerique *doctores* existimant, hanc aetatis ueniam non illi prodesse, qui ideo citius adspirare uelit ad suscipiendam tutelam. *Primo* enim ipsum Iustinianum *l. ult. C. de his, qui uen. aetat.* limites ponere ueniae aetatis, quod illa nemini tum prodesse debeat, cum mentio fit, requiri legitimam

Differ. IIX.

timam aut perfectam aetatem. *Deinde* perhibent, uinculum consecutionis nullum fore; imperatorem facultatem dare uolenti et roganti, ut *suis* rebus sufficiat procurandis, ergo eundem alii quoque obtrudi posse tutorem aut curatorem ad disponendum res alienas. *Porro*, post ipsam quoque aetatis ueniam, nihilominus prohiberi minorem, praedia sua alienandi. *l. 2. §. 1. C. de his, qui uen. aet.* aut in tebus suis immobilibus constituendi hypothecam *l. 3. eos C. eod.* quod si ergo in propriis bonis liberas non habeant manus foeminae aut masculi minores, neque eorundem tutelae aut curae dandas esse res alienas pupillorum. *Ad extremum* requiri, ut tutelam gesturus bona pupillo obligari queat hypotheca, quod itidem fieri non possit a minori ex beneficio ueniaque aetatis *L. 3. C. eod.* Ita STEPHANI *de iurisdict. lib. 2. part. 1. c. 1. membr. 2. n. 143.* ARVMAEVS *in discurs. Academ. de iur. publ. uol. 2. disc. 7. th. 21. n. 5.* Quod in foeminis et masculis personarum illustrium non minus uerum esse, iudicant RVINVS *uol. 5. cons. 426. n. 6.* ubi hanc opinionem dicit communem, COTHMANN. *uol. 1. respons. 42. n. 45. 59.* KNICHEN *de Sax. non prouoc. iur. c. 5. n. 18. sqq.* et FINKELTHAVS ex instituto *de uenia aetat. concl. 19. n. fin.* BESOLDVS *in delibat. iur. lib. 1. p. 82.* MYLERVS *in etologia c. 7. §. 3. p. 56.* Illud uero magis inhumanum est, quod licet minorennitatis terminum contraxetint plurima Germaniae statuta ad annum XIIX. uel XX. aut XXI. nihilominus ICti Germani matres Germanicas exclusas uelint ad annum aetatis XXV. usque, iudicentque eas post hoc demum tempus habiles ad suorum liberorum tutelam sustinendam. Quasi scilicet terminum maiorennitatis non Roma statuisset, sed Deus aut natura. Specimen superstitionis, nescio cuius, habemus in statutis MAGDEBVRG. *an. 1652. et 1686. tit. 43. de tutelis.* Licet enim in his oris uiri foeminaeque maiorennes sint post annum XXI. tamen praeterea triennium est expectandum, usque dum suscipere liceat etiam matri, quod stupes, suorum tutelam. Arrige aures: *Iedoch daß die Wittwe alsdenn* (si tutrix esse uelit) *fünf und zwantzig Iahre ihres Alters erreichet habe. Dann sonsten solle die Vormundschafft bey den nechsten Anuerwandten bleiben, biß die Wittwe ihr 25. Iahr zurücke geleget.* Possident musae *du. praes.* exemplum horum statutorum, notulis *mstis* auctum illius, cuius consilio huius prouinciae leges conditae fuerunt. Vnde constat, quo respexerint huius legis consultores. Verba sunt haec: *Textus in L. fin. C. de leg. tut. clarus est, quod esse queat tutor nonnisi natus annos XXV. Nam licet iure Saxonico is, qui XXI. aetatis annum compleuit, pro maiore habeatur: tamen non extenditur hoc ad tutelam,*

Num, contracta minorennitate, anno aetatis XIIX, XX, XXI. matri esse liceat tutrici? Rationes negantium.

A *prout post Baldum in specie tradit Boerius.* Inmassen denn auch die *illatio, quam fecit auctor differentiarum iuris ciuilis et Saxonici lib 2. differ. 47.* allen Rechten zuwider ist. Ita satis fidenter scripsit huius legis consultor. Audiemus, ad quem ipse prouocat, *Nicolaum* BOERIVM *tit. 1. ad consuet. Biturric. §. 6. glossa 2. litt. b. p. 16. 17.* ubi inquit: *Et licet de iure* (Romano) *requiratur, quod mater sit maior XXV. annis* (si B tutelam suscipere uelit suorum): *tamen consuetudine potest etiam mater minor habere tutelam suorum liberorum. Quae scilicet secundum* Baldum cons. 101. l. 2. *pro qua secundum eum facit glossa, quam sequitur ibi* Bart. et dd. l. 2. ff. de eo, quod certo loco, in gloss. 1. *Quae dicit, quod lex, statutum uel consuetudo specialis alicuius loci potest habilitare minorem ad aliquem actum, quod non in alio loco. Licet secus se*C*cundum* Baldum d. cons. 101. *si consuetudo uel statutum disponeret, quod in omnibus negotiis, contractibus et iudiciis ac causis legitima aetas censeatur esse XIIX. annorum. Quod non extenderetur ad tutelam, ad quam de iure communi non admittitur minor XXV. annis, ut probat per decem rationes singulares, ut ibi uide.* Verum enimuero, quamuis Baldi locus aut falsus sit, aut in minus recta classe laudatus; tamen D in sequenti nota uidebimus, quod nihilominus patriae instituta alias prorsus rationes habeant, quae frustra ex ICtis explicantur, Romana tantum iura doctis.

Germanico iure qui 1) uenia aetatis prosit tutrici, ut suscipiat tutelam citius?

(*uu*) Duo hic nobis commonstranda sunt. *Vnum*, quod uenia aetatis a principe impetrata etiam matribus prosit in suscipienda tutela: *alterum*, quod prosit iisdem moribus contracta minorennitas. E Primum quod attinet: *ueniam aetatis siue matri siue etiam*, quod tamen huc non pertinet, *consanguineo collata, eo etiam facere, ut mater tutrix suorum esse, queat ante terminum aetatis, Romano iure legitimum, annum scilicet XXV:* mihi sequentia probantur argumenta. Principio consulemus leges. Superius *diff. 1.* in illis laudauimus die Goth. Lands-Ordn. *part. 3. n. 3. §. 3. p. 305.* ubi uerba habentur; F *doch daß die Mütter (wenn sie Vormünderin werden wollen) das XXI. iahr beygeleget oder NB. andern falls* ueniam aetatis *erreichet hætten.* Memini etiam alius, sed nomen non succurrit. Ceterae autem, quae hunc casum non habeant, meo iudicio, ex hac ipsa debent suppleri. Ratio uertitur in eo, quod aetatis uenia apud Germanos non priuilegium sit, uerum pristini in patria iuris postliminium. Mox eG nim docebitur, Germanos minorennitatis terminum uel iudicis arbitrio reliquisse, uel tamen eundem uix ultra annum aetatis XIIX. protulisse. Cum uero ipsa aetatis uenia in foeminis ante XIIX. et in masculis ante XX. aetatis an-

Differ. IIX.

num neque rogetur a principe neque obtineatur ex intentione ipsius Latii *l. 2. omnes C. de his, qui ueniam aetat.* haud dubie nihil insolentiae habet apud Germanos, si tutelam gerat mater, nata octodecim uel uiginti annos. Quod pristinorum Germaniae iurium integritas hoc tempore ne quidem uenia ulla in tutelis suscipiendis, opus habuerit, adeoque iura postliminii, per aetatis ueniam reducta, periculo careant in negotio per tutorem minorennem suscepto uel nullitatis, uel in integrum restitutionis, quod tantum cauere uoluerunt in praecedenti nota laudati ICti ob *l. 3. C. de his, qui ueniam aetat.* Nunc ad alteram argumenti partem: *num citius matres tutelam suscipiant, ubi termini contracti minorennitatis.* Primum audiemus *ICtos*, post erimus de *rationibus* soliciti. Duumuiri FACHSIVS et REINHARDVS *in iuris Sax. et ciuil. differentia 47. p. 247* rem ita decidunt: *Hinc sequitur, quod de iure Saxonico possit esse tutor, qui est XX. annorum et unius. Cum de iure ciuili requiratur XXV. annorum aetas. Sic et de procuratoribus ad litem. Et ita practicatur.* Idem Georg. SCHVLZE *ad tit. 14. inst. de tut.* ubi ait: *Iure Saxonico efficitur maior, si annum XXI. compleuerit* Landr. *lib. 1. art. 42.* Quo *completo, quin possit esse tutor, non dubitatur.* Taceo alios, qui post XX. aetatis annum negant iuueni Saxonico in integrum restitutionem, quos laudat sequiturque aduerse sententium iudicio confutato, SCHILTERVS *exercit. XI. §. 27. p. 374.* et plenius in amplissimo commentario ad ius Argentoratense, quem conscripsit commendauitque reipublicae tabulario. In quo insignis patriae iurisprudentiae thesaurus hodieque adseruatur. *Iure*, inquit, *Argentoratensi terminus maiorennitatis est XX. annus. An post restitutio tamen locum habeat? quaesitum. Nego.* Quod si uero restitutioni non est locus, caula desideratur, differendae etiam spartae tutelaris. Quamuis etiam *b. m.* STRYKIO *lib. 26. tit. 4. §. 34. p. 509.* calculum in hoc argumento non addam, de quo uidendum postea, tamen de contracta hominum priuatorum tutela recte scribit: *In quibus locis generali lege uel consuetudine minor terminus* maiorennitatis *est receptus, idem quoque matri tutrici prodesse debet. Et ita in Saxonia post annum XXI. et Hamburgi post annum XIIX. tutrix esse potest.* Quaeso, quae ratio? Non una, sed plures, potissimae autem hae. *Primo* termini; quibus iuuenes in Germania anno aetatis uel XVI. uel XVII. uel XIIX. uel XIX. uel XX. uel XXI. uel XXIII. maiorennes fiunt nanciscunturque perfectam aetatem longe uetustiores, quam introductio et admissio iuris Romani in Germania. Quod docere opus non est, cum argumenta *praematurae* in Germania *maiorennitatis* tractauerint GIESEBERTVS *in periculo H. statut. §. 19.* ad uerba: *Vnmündige oeuerst syn de benedden * achtenen iaren syn. De oeuerst achtenen iahr oldyss, de heft de iare syner mündigkeit errecket und ys syner güter, als ein Mündig mecktig n. 232. 234.* usque ad n. 243. 244. RVDINGERVS, qui *obseru. 62.* uarios quoque recenset maiorennitatis terminos diuersos in prouinciis Germaniae. *Thomas* SCHROERVS *in instit. de tut. part 3. quaest. 1. n. 10.* et *Pet. Rodericus* DEMERADT *part. 1. in iuris ciuil. et Francon. diff. 1.* Quapropter in turpi uetustatis ignorantia uersantur ICti, qui existimant, terminos *minorennitatis* post demum contractos esse, quam ius Romanum usu adprobatum fuerit in Germania, adeoque illos habendos esse instar legis derogatorii. *Deinde* cum tutelaria iura non Romanis debeant Germani certumque sit, ob citiorem maiorennitatem citius quoque admissas fuisse cum alios, tum matres ad gerendam tutelam: nil ad nos peregrina Romanorum in hoc argumento instituta. Quae non sustulisse et expunxisse patrias consuetudines, sed his omnino saluis receptas esse, cui quaeso non constat? Vt nihil dicam de aliorum populorum *Graeciae, Sueuiae, Daniae, Angliae, Galliae, Poloniae, Bohemiae Hungariaeque* concentu. Vnde illud patet, solos Romanos, nescio qua causa, iusto tardiores fuisse in termino maiorennitatis. Tandem illi stomachum mouent acerbius, qui, quod hominibus priuatis adseruimus, negare non dubitant foeminis principibus. Scilicet ad hunc illi lapidem offendunt. Licet in plerisque Germaniae principatibus finis sit maiorennitatis aiuius aetatis XIIX. aut breuior, quod plene lateque docent MYLERVS *in etolog.* et de *stat. imp. c. 29. §. 6.* LIMNAEVS *lib. 3. iur. publ. c. 7. n. 41.* tamen hoc in gratiam tantum factum sit principum regentium, neequicquam ultra genitorum, multo minus foeminarum uiduarumque. Hoc iudicio principum foeminarum tutelae obest *b. m.* STRYKIVS *V. M. lib. 26. tit. 4. §. 34.* Verum si ICtus e pristinis patriae instituta lumen habuisset, quod XVIII. annorum maiorennitas non priuilegium fuerit apud Germanos, sed iuris ordinarii tam penes foeminas, quam masculos; quod illo etiam principes utriusque sexus usi sint; quod Germanici termini in minorennitate breuiori maior ratio, auctoritas, cum aliorumque populorum iuribus stabilior concentus, quam Latii ipsius: haud dubie eierauisset opinionem, ex falsa radice et corrupto ortam fundamento sensissetque ex aduerso nobiscum. Quod utinam! intelligerent iudices, ne in rebus, adeo momentosis, unius statim acquiescerent auctoritate: sed in principum illustriumque personarum iuribus rationes tantum aestimarent legum et patriae

II) prosit et tutrici contracta minorennitas.

Quid de maiorennitate personarum illustrium et principum foeminarum sigillatim?

Diff. IX. X. triae institutorum. Neque enim hae sterquilinii lites aut lanae caprinae. Verum in causis hic uersamur, quae secum trahunt grauissima principis pupilli reique publicae momenta. Diff. IX. X

DIFFERENTIA IX.

De tutrice episcopi pupilli.

Romano iure* MATER *tutrix esse potuit pupilli ad sacram* EPISCOPI *spartam consecrati (xx): Germanica instituta* HORRENT FOEMINAE *tutricis auctoritatem in ecclesia (yy).* PVRIORA *tamen sacra episcopatuum tutelas matribus uiduisque minorennium episcoporum pariter largiuntur, instar ciuilis ordinis principatuum (zz).

Vxores et matres sacerdotum tutrices iure Romano. (*xx*) Episcopi hic uerbo utor pro maioris cuiusque ordinis sacerdote. Moribus autem Romanorum sacerdotes uxores habuisse constat et procreasse liberos, qui in spem sacrae quandoque spartae educti propterea que *filii* dicti sunt *sacrorum*, auctore GVTHERIO *de uet. iure pont. c. 7.* quamuis lapidem, ad quem hic prouocat, aliter explicet STRVVIVS *antiquit. Rom. c. 12. p. 561. 562.* Id uero certum est, multoties filios in sacerdotio patri te ipsa uel spe successisse. Quod si euenit tempore pupillaris aetatis, causas non uideo, ob quas negari potuerint matribus iura tutelaria.

Nequicquam iure pontificio. (*yy*) Iure pontificiali hoc fieri nequit ob causas quam plurimas. Nam *primo* ante annum XXXV. nemo promouebatur presbyter *nou. 123. c. 1. 13.* et iure certe canonico episcopum natum esse oportet XXX. annos *c. 7. §. inferiora X. de elect.* Deinde episcopatus candidati personam agit uicarius, a sacro collegio nominatus, uel a pontifice Romano. *Praeterea* a foeminae imperio contubernioque abhorrent clerici et quae offendicula sunt generis eiusdem.

Quid de matre tutrice euangelici episcopi ml adminiftratoris? (*zz*) Eodem anno, quo haec scribimus, mater episcopi pupilli munus ponit tutelare redditque Merseburgensem episcopatum, quem tutrix illa hactenus rexerat. Responderunt idem iam argumentum a PVHEL *de tut. elect. c. 3. §. 17.* et b. m. STRYKIVS *lib. 26. tit. 4. §. 29.* Nobis hac de re ita uidetur. Nihil aut parum certe inter ecclesiasticum et ciuilem principatum hic interesse. *Primo* enim electio siue postulatio in eius generis episcopatibus uerbo competit sacris collegiis, re ipsa necquicquam. Quod nefas sit electoribus uiolare limites successionis naturalis. Adeoque ut legitima tutela obtinebit; ita et huic praeferenda materna. *Deinde* administratio tutelae huius in regendo episcopatu non ea respicit, quae sunt ordinis et dignitatis; sed illa tantum, quae iurisdictionis et superioritatis sunt. Vt clarum inde sit, inter episcopatum et principatum imperii alium, intuitu muneris officiique tutelaris, nihil interesse. *Tum* principis euangelici tutrix pariter ecclesiasticam iurisdictionem cum supremo quidem imperio exercet moderaturque. Instar reginae magnae Britanniae, cui frustra hostes Elisabethae opposuerunt dicterium Paulinum, mulieres sileant in ecclesia, tantum abesse, ut ecclesiae caput arbitrum agat foemina. Euangelici enim distinguere scimus inter ea, quae sunt ordinis et quae iurisdictionis. Primum in mulierem non cadit, sed tamen alterum. Exempla episcoporum minorennium tam apud euangelicos, quam pontificios habes apud *b. m.* STRYKIVM *V. M. lib. 26. tit. 2. §. 11. p. 423.* et THVLEMARIVM de *octouir. c. 27. §. 6.*

DIFFERENTIA X.

Num mulier sit curator?

Romano iure* FOEMINIS *tutoribus esse licuit, non* CVRATORIBVS *(aa): Germanorum uero instituta, discrimine apud illos inter utramque spartam exulante (bb), matri quoque demandant munus curatoris (cc). Quod enim de finienda post pubertatem matris tutela quaedam statuta habent, illud patrias consuetudines euertit et pigmentum est iuris peregrini (dd).

Romano iure num mater aut auia esse queant curatrices? Affirmat glossa. (*aa*) Equidem GLOSSAE hic nobis auctoritas obest. Ita enim ad *auth. matri C. quando mulier tut.* illa se habet: *an idem* (in iure matris et auiae ad tutelam) *in curatela? Quod uidetur.* Primo *ob nou. 94. c. 2. quae uult matres filiorum suorum * curam gesturas.* Idem *quod eadem aequitas sit utriusque, ita creditor et debitor minoris non solum tutela, sed etiam cura interdicitur* et quae sequuntur deinceps. Verum plura sunt, quae faciunt, ut sententiamus ex aduerso. *Primum* ideo *l. 4. C. de curat. furiosi* claris uerbis dicitur, quod ad matrem filiae furiosae *iure non pertineat defensio* siue curatela. *Deinde l. 38. filiae ff. de solut.* habetur, quod filiae orbae pecuunia minus recte soluatur matri, *quia mater iur administrationis non habeat bo-* *Negatiuae rationes.*

Diff. X. XI.

norum filiae. Licet, si uerum fatear, lex haec parum habeat firmitatis ideo, quoniam addit, *si hoc sciuerit creditor matrem administrationem non habere*, adeoque non iuris, sed facti ignorantiam, imo illud potius innuere uidetur, quod casus esse possit, ubi matri competat bonorum filiae administratio. Scilicet, ut nos interpretamur, tempore *annorum tutelarium*. *Porro*, quod *l. 21. ff. de tut.* CVRATRICES non toleret. *Tum* etiam et illud constat ex iure Latii; quod curator non solum obtrusus non sit minori inuito §. 2. *instit. de curator.* sed etiam in adolescentis fuerit arbitratu, quem eligere uellet curatorem, ut adeo nil faceret matris ad hanc spartam uoluntas. *Praeterea*, cum Romano iure adolescentes, pubertatem nacti, togam sumpserint uirilem, iverintque in forum atque procurauerint negotia sua, quod late ex consensu ueterum ostendit HVBERVS *lib. 3 obseruat. iur. c. 14. 15. 16.* indignum illis uidetur fuisse, porro a matris pendere uoluntate. *Post* Romanorum tutela solam fere *bonorum* administrationem respexit *l. 20. ff. de rit. nupt.* in qua foeminarum manus, Romanorum iudicio, indignae ac odiosae. Tantum abest mulierum tutelas, lege tacente, eousque prolatas fuisse. Vnde mihi patria iura cum Romanis confundere uidentur, quotquot matri aut auiae deferendas esse dicunt tutelas.

Tutelae et curatelae sublata discrimina.

(*bb*) Quod plane pleneque cum ex rationibus iuris Germanici, tum ex omnium fere Europae populorum concentu docuit *d. praef. diff. iur. tutel. 2. litt. pp.*

Mater et auia qui Germanice iure curatrices?

(*cc*) Primaria hic argumenta sunt haec. Quod Germani nullo unquam tempore finiuerint *tutelaria* iura pubertate, sed continuauerint eadem per matrem quoque usque ad *maiorennitatem*. Quod *minor* quoque in moribus et uita penderet ab ita dicti curatoris arbitratu, ut adeo matris eadem in *minorem* auctoritas eiusque ratio, quam in *pupillum*. Quod idem uelit Germanici iuris radix et fundamentum in matris tutela, *materna* scilicet *potestas diff. 1.* nonnisi per matrimonium aut maiorennitatem finienda. Quod Germanico demum iure glossae ualeat supra *litt. aa.* laudata auctoritas, parium esse eadem quoque iura et matris eandem in tutela quam curatela praerogatiuam. Atque patriae causa nunc subscribimus ALEXANDRO *lib. 6. conf 22. n. 7.* et MONTANO *de tut. c. 28. n. 74 75.* quod mater non solum continuet iure tutelam

A usque ad maiorennitatem suorum, uerum etiam puberis filii, si absens sit, si patre tum demum orbetur, si mentis fiat emotae, cetera, *curatelam* suscipere et capessere queat neque uel legitimae alio genere uel datiua opus esse, uideatur. In *illustrium* ac principum Germaniae tutelis licet hic nobis esse eo fidentioribus. Quod exempla principum foeminarum cum ex medii aeui notitia, tum quotidie B fere etiamnunc ante oculos nobis uersentur, quae in regendis, tutelari aut curatelae nomine, principatibus non solum ad annum XIIX. sed etiam XXV. usque perstitant neque ullo unquam tempore factum sit, quod pubertatem nacti principes uel matri tutrici nuncium miserint, uel, dimissa tutela materna, alium acceperint curatorem ex consanguineis, uel auctoritatem supremi in imperio magistra- C tus. Cum itaque usus et consuetudo loquantur, non opus argutiis ex AB. et patrii iuris rationibus. Quas tractat *b. m.* STRYKIVS *V. M. l. 26. tit. 1. §. 11. p. 399. 400.*

Praesertim foeminae principes.

(*dd*) Quemadmodum pleraque prouinciarum Germaniae statuta *uersiones* tantum sunt ex Romano iure ac sermone in linguam uernaculam: sic egomet non miror, illa multoties patrii iuris analogiae et rationibus aduersa esse neque etiam u- D su probari forensi. In hac classe reperio certe nostrum pariter argumentum. Licet enim alicubi statutum sit, matrum tutelas finiri pupillorum pubertate: tamen hoc ipsum uel non fieri solet uel, nequit fieri sine patrii iuris euersione. *Vlrik* HVBER *in iurispr. Frisiae lib. 1. c. 14. n. 5. 6.* testis est grauis et rerum gnarus, qui iudicio utitur, nostro conformi. *De Voogdie ouer Zoons bouen 14. en Dochters o-* E *uer de 12. iaren wort aen de moeders ende grootmoeders nergens toegestaen. Dies sodanige Kinderen niet souden konnen worden belet, om andere Voogden te kiesen. Maer het is gebruikelik, dat de moeders ook* nae dien tijt in het bewint uerblijuen. Ende worden sy uoor wettige Voogdessen * allenthaluen gehouden enae gekent.* Scilicet, nullibi quidem curatelam matri demandari: sed tamen stabili communique F usu raceptum esse, matrem eandem et tutricem esse et permanere non minus in exornanda curatela. Et uero instar portenti esset hodie apud Germanos, si pupillus, pubertatem nactus, matrem cogere uellet ad tutelam ponendam et curatorem suo sibi eligere arbitratu.

Maternae tutelae finis pubertas in Germania iuri deberet peregrino.

DIFFERENTIA XI.

Num in patris arbitrio, a tutela matrem excludere?

Romano iure pater uxori non solum praeferre poterat alium in tutela (ee), sed etiam ab hac prohibere eandem (ff): primum patriae institutis dubium est (gg); alterum uero non sine graui matris iniuria potest decerni in Germanico iudicio (hh).

(*ee*) Ita

Differ. XI.

Testamentarius *tutor qui praeferatur* matri *iure Romano?*

(ee) Ita ICti fere omnes colligunt ex *l.* 11. *si quis sub condit. ff. de test. tut.* quod VLPIANVS ibi rem uideatur decidere iuris axiomate: *Sciendum est, quam diu testamentaria tutela speretur* a patre, *legitimam* adeoque etiam maternam, quae legitimae instar sit, *cessare.* BALDVS idem firmat hac similitudine. Quemadmodum heres ab intestato non est, si adsit testamentarius: ita neque legitimum tutorem admittendum esse, si de alia constet patris uoluntate. Accedere putant, quod Vlpianus etiam exclusos uelit legitimos tutores, licet testamentarius se *excuset;* licet testamentum patris *minus* sit *perfectum.* Cuius praecepti ratio non obscura est, cum satis sit, patrem suis metuisse a consanguineo tutore, eumque contraria uoluntate reddidisse suspectum. Vt ideo, legitima tutela praeterita, locus faciendus sit datiuae. Ad extremum solenne esse in iure aliarum etiam rerum, ut prouisio legis cesset *(in materna tutela)* ubi adsit prouisio hominis *l. ult. C. de pact.* idem uerum esse, dicunt, in tutelis et quae sunt generis eiusdem apud ALEXANDRVM *lib. 1. consl. 140. n. 4.* MONTANVM *c. 13. n. 7. 8. et c. 15. n. 40. 41.* et dd. ad *pr. inst. de leg. tut.* Imo integrum esse patri, ut *auiam* aut *proauiam* matri praeferat in testamento, probare uolunt ex eadem iuris analogia. Quamuis uero ex ipso iure Romano aduersus hanc sententiam uaria moueri possint dubia, quod adlegatae leges uetustiores sint *authenticis,* scilicet et *l. 3. C. quando mul. tut.* itemque *nouella* 118. *c. 5.* atque *nou.* 94. *c. 2.* quae matribus et auiae demum tutelas indulserunt atque potuerint correcta esse antiquiora Romanorum instituta; quod materna tutela longe fauorabilior sit, quam legitima ob arctiora inter genitricem et pupillum uincula et quae sunt eiusmodi: cum tamen ICtorum multitudini uisum fuerit aliter, hanc litem nolumus nunc facere nostram.

Num iure Romano patris sola prohibitio obsit *tutelae maternae?* *Rationes negantium.*

(ff) Sunt quidem hic doctores admodum ambigui. Licet enim patri illud dent, quod tutor ab ipso *nominatus matri* debeat *praeferri:* tamen, si matrem in testamento prohibuisset tutela pater neque alio tutore pupillo prospexisset nominatim, tum existimant, prohibitionem patris nil matri obesse, quin ipsa suorum tutelam nihilominus possit capessere. Rationes eorum sunt, quia pater non potest prohibere id, quod leges indulgent eo casu, si desit testamentarius, ita DECIVS *ad l. 2. n. 18. ff. de reg. iur. Petr.* PECKIVS *de testam. coniug. lib. 2. cap. 2. 6.* HVNNIVS *uol. 2. differt. 8. thes. 2. quaest. 20. p. 865.* et ipse etiam Saxonici iuris interpres CARPZ. *de iure foeminar. dec. 2. pos. 1. n. 19.* Addunt alii conditionem, nisi causa patris, ob quam matrem prohibeat, sit grauis et idonea MONTANVS *cap. 15. n. 46.* EVAEN *de tut. foem. membr. 5. §. 7.* Verum non minori numero hoc ipsum etiam patri largiuntur ICti, ut matrem tutela liberorum prohibere possit, quamuis in testamento alium tutorem non nominauerit, aut nominauerit prorsus inhabilem, puta sororem. Ita MENOCHIVS *consil. 682.* et PEREZ ad *Cod. lib. 5. tit. 47.*

Differ. XI. *Rationes affirmantium.*

Summa argumentorum illis haec: *quia hu patriae potestatis sit effectus,* ut impuberibus etiam post mortem queat prospicere tutela; quia matrum tutelae Latio, *foeminis* inimico, sint *inuisae;* quia leges Iustiniani pro matris tutela derogatoriae sint adeoque nequeant patris iura euertere; quia ipsa mater in testamento patrem prohibere possit relictorum liberorum curatela *l. 21. scire oportet ff. §. 1. de tutor. et curat.* ergo idem patri non negandum in tutela. Meum certe calculum his ego rationibus negarem haudquaquam, si ratio id exigeret instituti. Qui enim ex aduerso hic stant, illorum iudicia magis temperata sunt Germanici iuris aequitate, quam occupata rigore iuris Latini.

Sententia nostra.

Germanico iure testamentarius tutor qui cedat materno?

(gg) Diximus in *litt. dd.* sub finem, quod aduersa sententia dubitationibus non careat, ex iure Romano petitis. Sed in patrio iure supersunt longe grauiores. Nam Germanica iura *matres* habent in societate coniugalis in liberos potestatis, qua matrem destituere nequit patris ultima uoluntas. Siue *directo,* substituendo alium tutorem, siue indirecte, matrem tantummodo tutela prohibendo. *Deinde* Germanico iure negatur, quod *materna* tutela iuris sit *correctorii.* Contra potius dicendum est, maternam tutelam ante fuisse, quam patriae innotuerit testamentaria, ut adeo in dubio non haec illi, sed prima alteri praeferenda esse, uideatur. Quo ipso corruunt omnia ex Latio petita argumenta. *Praeterea,* quamuis Romano iure foeminae non fiunt *curatrices l. 21. ff. de tut. et curat.* tamen illas in hac sparta adhibent Germani, quod ostensum *diff. 10. litt. cc.* Quod si igitur patris esset, matrem prohibere tutela pro lubitu; tum certe matri post pubertatem, ultra quam patris se potestas neque iure Romano extendit, aut danda esset curatela, aut negandum utrumque. Primum fieri nequit, quod moribus nostris tutela non finitur pubertate, quia inter hanc et curatelam nihil discriminis *d. praef. in diff. de tut. 2. litt. pp. qq.* neque alterum, ita enim foemina Germanica infelicior esset, quam Romana, id quod est aduersus patrii iuris analogiam et *differentiam I. litt. aa. bb.*

Germanico iure matrem prohibere nequit pater munere tutelari.

(hh) Non opus est, repetere hic loci patrii iuris rationes ex *nota praecedenti.* Quoniam cuiuis facile est ad Intelligendum,

Differ. XII. XIII.

dum, certi iuris esse, si *pater tutorem matri non possit praeferre*: neque *eandem prohibere queat tutela.* Primum itaque si modo euictum est: herbam porrigere oportet Ictos etiam in altero. Accedit, quod in hoc ultimo argumento ipsorum Ictorum in utramque partem graues sint dissensus, quod *litt. ee.* dictum doctumque. Vt in dubio certe omnis ratio uelit, ut illis subscribamus, qui magis uicini sunt patrii iuris analogiae.

Differ. XII. XIII.

DIFFERENTIA XII.

Num pactis *mater* excludi *possit tutela?*

Romano iure fieri non potuit, ut PACTIS *excluderetur mater a munere tutelari (ii): quod tamen gentilitio multoties iure fit apud Germanos, maxime in illustrium et principum familiarum institutis (kk).*

Mater pactis non excluditur iure Romano.

(*ii*) Negat *Petr.* HEIGIVS *part. 2. quaest. 13. n.* 47. quod mater possit excludi pactis gentilitiis a tutela. Rationibus utitur ex iure Romano repetitis. Scilicet ita fieri, ut matre exclusa, tutor sit incertus. *Incertum* tamen *tutorem dari non posse l. 20. tutor ff. de test. tut.* atque *l. 30. duo ff. eod.* Repono. Ad incertitudinem tollendam, sufficere uel consanguineos, uel testamentarium. Deinde, cum talia pacta ius Romanum ignoret, illa gratis non esse effingenda. Fieri ita posse, ut tutelae genera sint quatuor tribusque si addatur *pactitium* et quae sunt generis eiusdem.

Germaniae moribus aliquando matrem a tutelis excludant pacta.

(*kk*) Id quod exemplis tueri possumus et patrii iuris rationibus. Principio Germanos omnino *pactis* dare tutores posse et tutelam fouere quadruplicem *d. praeses* ostendit de *tut. diff. 4. litt. yy.* cui consentiunt ius ALEMANN. *cap.* 99. §. 3. et glossa *Weichbild. ad art.* 26. indeque SCHILTERVS *ad ff. exercit.* 37. §. 64. et HERTIVS *de tut. regia c.* 1. §. 11. si ergo ita constituere licet tutorem, quidni ex ratione eadem a tutela abstinere? *Deinde* ut nuda etiam pacta in aliis negotiis quibuscunque obligatoria sunt: quidni etiam in tutelis? *Porro* sicut illustrium personarum iura apud nos plurimum reguntur pactis et consuetudinibus gentilitiis, quae in illis iudicandis principem habent locum a COCCEII *cap. 29. iurispr. publ.* §. 17. ita mirum non est, si idem fiat in tutelis. *Praeterea* exempla supersunt aliquorum Germaniae principatuum et illustrium dynastiarum, ubi pactis familiae cautum est, ne foemina tutrix sit, sed tutelarem spartam, principibus pupillis, uel agnati exornent, uel ordines prouinciales. Primum etiam agnoscit SCHILTERVS *exercit.* 37. §. 58. *p.* 619. alterum REINKING *de R. S. lib. 2. cl. 2. c. 9. n.* 19. SCHVZIVS *in iur publ. uol. 1. disp. 7. thes. 16. litt. e.* ubi dissidia de Bohemiae regni tutela, quam sibi ordines magna animorum suffragiorumque contentione adrogauerunt.

DIFFERENTIA XIII.

Mater ad tutelam *num cogi possit* inuita?

Romano iure in matris est ARBITRATV, *num* TVTELAM *suscipere* VELIT, *an uero eandem recusare (ll): patriae uero instituta tutelam pro parte habent officii materni, a quo mater se nequit subtrahere (mm).*

Romanis LL. quare matri ad tutelam nulla obligatio?

(*ll*) Verba Iustiniani clara sunt: *si mater* * *uoluerit* pupillorum suorum *subire tutelam*, ita *l. 3. C. quand. mulier tutel.* Rationes sunt faciles: quia *beneficii* loco habetur apud Romanos, si matri indulgeretur sparta tutelae suorum *l. 2. C. eod.* beneficia autem nemini inuito obtruduntur. *Deinde* in eo differt matris tutela a tutelarum generibus aliis, quod illa non habeatur pro *munere* publico, necessarie suscipiendo *l. 214. de V. S.* HVNNIVS *in encycloped. part. 1. tit. 11. c. 3. n. 3.* CARPZOVIVS de *iure foem. dec. 2. pos.* 1. *n.* 24. *Tum*, si quis cogere matrem uellet ad subeundam tutelam, facile esset eidem, se reddere ad hoc munus inhabilem, uel desiderio noui mariti, uel pronocatione ad Velleianum. Nisi enim utrumque eierauerit mater, non potest ad tutelam admitti auth. *matri C. quando mul. tut.* Quapropter ex legum Romanarum indole *maternam* tutelam dicere solent Icti *anomalam, irregularem*, legitimam et tamen *uoluntariam* DECIVS *cons.* 16. *n. 2. 3. sqq.* MONTANVS *cap.* 15. *n.* 8.

Officii materni qui apud Germanos tutela?

(*mm*) Illustre exemplum habet MENOCHIVS *cons.* 270. *n. 3. 4. p.* 175. ubi quaestionem respondet: *utrum mater cogi possit ad tutelam.* Quam ille omnino adfirmat, si iusserit hoc princeps. Quemadmodum dux id fecerit Placentinus. Idem fere EVBEN *de tut. foem. membr.* 5. §. 1. *p.* 345. Ego certe patrii iuris rationes dabo, quae permouent me ad ita sentiendum: *cogi matrem posse a magistratu, ne suorum spernat tutelam.* Sunt autem hae. *Primo* matris apud Germanos tutela

tela non beneficium aut priuilegium est, sed iuris ordinarii pertinetque ad officii materni partes. Quod nefas est, matrem negligere. *Deinde* secundarum nuptiarum et Velleiani renunciatione opus non est apud Germanos in tutelis maternis, quod supra est doctum *diff. 3. litt. ff. et diff. 6. litt. oo. pp.* ut adeo matri occasio non sit, se hac caussa reddere minus habilem. *Post*, remotis Romanorum legibus, ratio exigit pietatis maternae, ut pupillum defendat tueaturque *l. exigendi C. de procurat.* qua etiam Germani stamus iuris integritate, cetera. Quod uero is casus sit rarior, id propterea fit: *quia* minus consultum esse uidetur, cogere aliquem ad munus siue aliud quodcunque siue etiam tutelare. *Deinde* matres Germanae ea adfectae sunt in liberos pietate, ut instar portenti sit, a matre relinqui pupillum sine tutela. *Taceo*, quod tutelae in Germania raro oneris, saepius autem commodi et lucri insignis, utpote in *fructuaria tutela*, de qua alibi forte dicendum: ut adeo, matres praesertim, declinent horreantque spartam tutelarem rarissime.

DIFFERENTIA XIV.

Num a matre **tutrice** ***desideretur*** **inuentarium?**

Errare mihi uidentur in iura Latii, quotquot existimant, matri, tutrici, remissum esse solennis et publica fide scripti **INVENTARII** ***rigorem (nn): contra Germanis et in matres tutrices fidentia est, ut credant*** **PRIVATAE** ***earundem*** **SCRIPTVRVAE** ***et doli suspicionem reuerentia liberorum putent indignissimam (oo): Quod multo magis uerum esse, putamus in*** **FOEMINIS PRINCIPIBVS**, ***quoniam administrorum ibi multitudo doli et fraudis remouet scrupulos (pp). Aliae forte*** **CONSILII** ***rationes sunt, ad euitanda litium pericula ab ambiguo iudice hic metuenda (qq).***

Romano iure qui mater teneatur ad inuentarium?

(*nn*) Illud enim in omnibus tutelis serio ac saepius urgent leges Romanae, ne quis adeat tutelam, nisi ante confecto inuentario. VLPIANVS *l. 7. tutor ff. de admin. et peric. tut.* plene planeque: *tutor, qui repertorium non fecit, quod uulgo inuentarium appellatur, dolo fecisse uidetur. Et pupillo tenetur in id, quod ex iureiurando in litem aestimatur.* Habes itaque hic et necessitatem et neglecti inuentarii poenam. Quid uero inter solenne inuentarium et priuatam bonorum pupilli consignationem intersit, docet *l. 24. tutores C. de administrat. tutor.* his uerbis: *Tutores uel curatores mox quam fuerint ordinati sub praesentia * publicarum personarum, inuentarium rerum omnium et instrumentorum solenniter facere curabunt. Aurum et argentum et quicquid uetustate non mutatur in tutissima custodia collocent. Ex mobilibus aut praedia comparent, aut usuris illa augeant.* Iungi huic potest *l. f. §. 1. C. arbitrium tut.* unde coniecturae esse possunt, inuentarium non ipsum tutorem scripsisse, sed publicas personas, *notarios*, aut *iudices*, aut *actuarios*. Sed clarissima omnium est *nouella 94. in epilogo.* Licet enim de matris ibi tutela agatur ex instituto; his tamen uerbis finitur constitutio: *haec igitur lex* (de materna tutela) *super pietate posita. Quatenus in omni pupillari substantia omnis cautela fiat circa res minorum. Et praecipue, ut cum subtilitate * descriptiones fiant, praesente quoque * clarissimo scriba, cui de talibus cura commissa est.* Quod cum ita sit, forensium et scholasticorum doctorum plerique etiam obligatam esse putant *matrem* ad *inuentarium tutelare.* Quod hoc tutoris officium matri sit iniunctum, tantum abesse, ut eidem sit remissum; quod omnibus tutoribus idem sit commune; quod respiciat commoda utilitatesque pupilli, cetera. Ita GVTTIERREZ *part. 1. c. 8. n 44. 48.* ita DECIANVS *uol. 3. respons. 94. n. 15.* ita BALTHASAR *tit. 5. resol. 3. n. 17. 18.* qui addit: *concordat ius Bauaricum*, ita STRVVIVS *exerc. 31. th. 36* Adeo, ut etiam iuramentum in litem aduersus matrem indulgeant pupillo BALDVS *in auth. eisd. poen. C. de secund. nupt.* PHANVTIVS *de in lit. iur. p. 2. m. 2. n. 173.* HEESER *loc. 6. de ration. n. 144.* qui matrem, haec negligentem, amittere putat liberorum successionem et qui sunt alii sententiae eiusdem.

Num Germanico iure ... ter obstricta sit ad inuentarium?

(*oo*) Principio audiemus Ictos, qui existimant, moribus Germaniae opus non esse solenni inuentario: uerum uel *priuatam* tutricis scripturam sufficere, uel huic accedentem formulam iurisiurandi, quam dicere solent *iuratam bonorum specificationem.* Ita CARPZOVIVS *part. 2. c. 11. def. 7.* ita ante illum BERLICHIVS *part. 2. decis. 160. n. 34.* ubi sententia id confirmatur forensi; ita etiam b. m. STRYKIVS *V. M. lib. 26. tit. 7. §. 13.* cuius uerba merentur laudari: *Non tamen hodie tam rigorose cum matre procedi solet, sed iurata tantum desideratur specificatio.* Verum rationes eorundem uel elumbes sunt, uel tamen patrio iuri non respondent. Dum enim dicunt, et patrem non teneri ad confectionem inuentarii MYNSINGER

Diff. XIV.

cent. 2. obseru. 93. HERING *de fideiuss.* c. 6. n. 78. bene respondet EYBEN *de tut. foem. part.* 3. *membr.* 2. §. 14. nullum consecutionis uinculum esse in hoc argumento. Quod *pater* liberos in *potestate* habeat; non *mater*: primus habeat bonorum pupilli *usumfructum*, non altera: de patre *grauius* iura sentiant, quam de matre: imo etiam patrem multi obligent ad solenne inuentarium in bonis maternis GRAVETTA *consil.* 218. n. 3. ALTORFENSES *l. resp.* 1. n. 1. RAVCHBAR *part.* 1. *quaest.* 30 n. 33. Ita certe ex iuris Romani rationibus. Verum si intellexisset Eyben, quod *diff.* 2. *litt. dd.* attigimus, etiam matri aliquod potestatis genus esse in liberos Germanorum; in plurimis Germaniae prouinciis materna hodieque iura integra esse, ut mater uel domina sit omnium paternorum bonorum, uel minimum usufructuaria: haud dubie consensisset nobiscum, quod supra allegati Icti bonam opinionem male tueantur. *Deinde* cultu, quem liberi matribus debent, moribus est indignissimum, diffidere matri ac uelle, ut in consignatione testes adhibeat publicos. *Tum* parua olim et curta Germanis supellex in bonis mobilibus non mereri uidebatur tam grauem suspicionem et aduersus hanc adhibendam publicae fidei prouidentiam. Opes enim potissimae tum agri et praedia, quae res clam nequibant auferri. *Demum* Germanicae fidei maior integritas, praesertim in personis tam arcte coniunctis, maiorem quoque merebatur animi confisionem; fieri non posse, ut dolo mater laedat pupillum. *Post*, si matri uel contutores, uel adiutores dati sint, quod fere moribus semper fit in prouinciis Germaniae, etiam horum fides sufficeerit matris scripturae. *Accessit* iurisiurandi religio, cui nimium quantum dederunt Germani christiani. Quamuis liberos oporteat pudorem exuisse, qui matrem ad iuramentum urgere uelint, sine doli grauissima suspicione. Haec tamen si eueneri, pium magis esse, existimo, iudici rem demandare ad exigendum *purgatorium*. Quae cum ita sint, *patrii iuris* causa, non *Romani*, satis esse puto, si mater integra fide bona designet describatque priuatim PECKIVS *de testam. coniug. lib.* 5 .*c.* 9. GAILIVS *lib.* 2. *obseru.* 144. n. 15. Ern. COTHMANNVS *uol.* 4. *responf.* 16. n. 86. Mores Galliae taceo, qui pariter matri remiserunt inuentarii solennia PAPON. *decis.* 330.

Quid de inuentario principis tutricis?

(*pp*) Repeti debent patrii iuris argumenta, recitata in *nota praecedenti*, quae hic etiam inueniunt locum. Accedit tamen in *foeminae principis* tutela, quod illustrium personarum maior sit fides, quam hominum ex plebe; quod numeri consilii administrorum uix soleant ferre clandestinam fraudem; quod foemina principe indignum sit, dolum ab illametui; quod status etiam ratio non patiatur, bona opesque principatus prodere inuentario. Hoc lumine collustranda sunt, quae de hoc argumento habet b. m. STRYKIVS *V. M. lib.* 26. *tit.* 4. §. 14. 15. qui pariter hic sentit nobiscum. Quamuis formula tutelaris camerae S. R. I. usitata, *inuentarii* mentionem faciat, quod produnt principum exempla *Meklenburgicae* et *Anhaltinae*. Sed quis nescit, multoties agi iudices et formulas iudiciarias glaucomate iuris Romani?

Diff. XIV.

Consilii rationes pro tutricis inuentario.

(*qq*) Aliud est, sententiam requiri, utrum aduersus matrem, neglecto inuentario solenni, iuretur in litem, an uero credere oporteat pupillum priuatae hic scripturae: aliud iterum, num matri consultum sit, spernere Romanorum decreta, patrii iuris auctoritate niti atque in consignatione acquiescere bonorum pupilli priuata. *Primum* defendi adhuc ex Ictorum auctoritate et Germanici iuris rationibus, a Romano diuersis: quod uero ad *alterum* attinet, in illo nollem consultor esse matri tutrici, ad patrii iuris usum in negligendo inuentario. *Primo* enim non omnium eadem hic est sententia et facile contingit, ut ordini Ictorum academico lis decidenda transmittatur, qui causam respondent ex rigore iuris Romani. *Deinde* matris quandoque interest ipsius, euitare sinistras aliorum opiniones, quasi ex opibus liberorum uellet ditescere, quod omne declinatur, si illa prompta sit ad publicae fidei inuentarium. *Tum* non solum suspicio ita cauetur doli, sed etiam culpae generis cuiusuis. *Praeterea* pupillorum maior quoque causa erit, gratiam referendi matri, tutrici, si inuentarium adsit, ex quo patere potest, qua industria quoue successu rem tutelarem mater administrauerit. *Ad extremum* eum instructior nunc esse soleat Germanorum in *mobilibus bonis* supellex, quam fuerit olim: etiam materia amplior ad peccandum et ideo nouae causae ad fidem inuentarii Romani. *Taceo*, quod ideo multarum Germaniae prouinciarum statuta matres ad publicae fidei inuentarium adstrinxerint, aduersus quae nil ualent rationum, superius laudatarum, momenta. Alia praetereo, quae ad consultatium hic iurisprudentiam pertinent apud COTHMANNVM *uol.* 4. *responf.* 16. n. 85. qui ex nostris rationibus suppleri potest et emendari.

DIF-

DIFFERENTIA XV.

Num exheres sit mater, si petere neglexerit tutorem?

Romana iura matrem pupilli hereditate priuarunt, si illa huic a magistratu non petierat tutorem (rr): Germaniae uero institutis hic rigor iure meritoque improbatur. Cum ex hoc neglectu nulla metuenda sint pericula pupillo (ss).

Poena matris, non petentis tutorem pupillo in LL. Latii.

(*rr*) Clarus est in hac definitione MODESTINVS *l. 2. si minores ff. qui petant tut.* ubi §. 1. uerba habentur sequentia: *Alii uoluntate petunt tutores. Sunt autem, quibus petere necessum est. Puta mater et liberi. Mater enim expellitur a legitima filii hereditate. Quasi existens indigna accipere hereditatem legitimam, negligens ei constitui tutorem.* Idem habetur *l. 3. in locum C. eod* et *l. 2. §. 23. ff. ad SC. Tertull.* Taceo ad LL. hasce commentatores, qui in foris idem inculcant.

Mater a poena immunis iure Germanico.

(*ss*) Aperte *Ioann.* VOETIVS *in comp. ff. lib. 26. tit. 6.* iudicium suum prodit uerbis, quae sequuntur: *Moribus. Licet et hodie pietatis ratio postulet, ut mater tutores uel curatores petat pupillis. Si tamen id neglexerit, non ideo successione priuatur. Quandocunque mortui fuerint illi, quibus prospici non curarunt.* Adiuuabimus sententiam hanc rationibus. *Principio* licet *differ. I.* ostensum sit, plerasque Germaniae prouincias, usu adprobauisse perpetuo tutelas maternas: tamen in nulla fere earum reperi additam poenam priuandae hereditariae successionis, si petere illa neglexerit alios tutores. *Deinde* cum Germaniae institutis mater ipso iure tutrix sit, quid quaeso? opus est, punire eandem, si alios non petierit tutores, cum hoc casu ipsa officio tutelari haud dubie teneatur. *Taceo*, matrum hereditates apud Romanos iuris fuisse derogatorii; necquicquam uero apud Germanos, qui matrem ne antiquissimo quidem iure a successione excluserunt. Vt adeo ea facilitate matrum hereditates tolli nequeant apud Germanos, qua apud Romanos id factum esse, constat.

DIFFERENTIA XVI.

Num matris tutela sit fructuaria?

Romano iure nemo dixerit; matris, TVTRICIS, *esse* VSVMFRVCTVM *bonorum pupilli (aa): instituta autem Germanorum id non solum dant matri* PRINCIPI TVTRICI *(bb); sed idem olim quoque indulserunt foeminis plebeiis (cc). Quae tamen iura materna fere oppressa sunt Carpzouii in foris auctoritate.*

LL. Latii qui tutricis nullus ususfructus?

(*aa*) Legum Romanarum nullum hic pro matris usufructu adferendo praesidium. *Saepius* dictum est, duram in illis matrum sortem; nullam earum ex liberis utilitatem, quibus olim ne mortuis quidem matres successerunt; nulla potestas earundem in natos nullaque auctoritas. *Deinde* etiam tutelae Romanorum gratis susceptae sunt gestaeque. Vt Romani iuris rationes euertere oporteat illum, qui matri exinde quaesiuerit auxilium. Quapropter excusamus seuorem CARPZOVII, cuius stomachus ad fercula Romana fuerat magis adsuetus, quam hunc patrii iuris cibum potuerit concoquere. Acerrime enim inuehitur in ICtos, matri tutrici adferentes bonorum pupilli usumfructum *dec. 2. de iur. foem. pos. 4.*

Principi tutrici quare ususfructus?

(*bb*) Foeminas principes gratis tutrices esse, nemo dixerit. Cum uero earundem tutelae nil peculiare habeant a fructuariis tutelis principum agnatorum: rationes earundem alibi in *fructuariis Germanorum tutelis* habendae sunt ex instituto.

Tutrici plebeiae qui ususfructus iure Germanico?

(*cc*) Immania hac de re inter ICtos magni nominis ac ordinis dissidia fuerunt. Recensebimus lites ex narratione CARPZOVII *dec. 2. de iur. foemin. pos. 4.* postquam quaestionem: *utrum foeminae tutrici ususfructus competat in bonis pupilli?* negauerat ex iure Romano: deinde pergit: at quid iuris in foro Saxonico? Moribus hodiernis matrem tutricem ususfructus in bonis pupillorum participem factam, donec pupilli adoleuerint, iamdudum scripsit *Matth.* WESEMBECIVS *in paratit. ad ff.* quem nostri gregatim sunt secuti. Vt uidere est apud Iacob. SCHVLT. *quaest. practic. 46. n. 21.* et *in addit. ad Mod. Pist. part. 1. quaest. 27. n. 11.* REINH. ROSAM *in addit. ad Moll. part. 2. const. 11. n. 12.* BERLICHIVM *part. 2. conclus. 12. n. 11.* quibus nouissime accedit RICHTER *part. 1. decis. 18.* Sed quam periculose (Carpzouio scilicet iudice, cuius haec uerba sunt) hoc dictum et scriptum sit, demonstrari posset abun-

Diff. XVI. de

Sed inculcaui hoc thema alibi, inprimis in *reſponſ. iur. elect. 70. lib. 6.* Multum anxius eſt Richterus, ut obicem mihi hic ponat et deſtruat, quod ſtruxi. Verum ad ſolam nos remittit obſeruantiam, plurimis dominorum Ienenſium reſponſis firmatam. Sed num dicaſteriis aliis, quibus id ſuſpectum eſſe uidetur, omnis detrahenda fides? Hactenus Carpzouius, qui poſt ad quaeſtionem dilabitur: *utrum doctori, conſuetudinis teſti, ſit credendum* et quae eius generis alia. Verum enim uero et Carpzouius et huic aduerſi ICti de hoc argumento diſputarunt ſine lumine et ratione patrii iuris.

Noſtrae ſententiae rationes pro tutricis uſufructu.

Principio enim ex patriae inſtitutis mater pupillos pariter habet in ſua poteſtate, ut adeo huius uſusfructus eodem iure, quam patri debeatur. Recte BERLICHIVS *part. 2. concl. 12. n. 14.* ad noſtramque mentem ſcribit: *Mater in foro Saxonico* (Germanico fere uniuerſim) *tutelam liberorum iure* paterno adminiſtrat et tamdiu fructus e bonis liberorum ſuorum lucratur, donec liberi ab ea ſeparentur.* Id quod ad *auiam* quoque proſicit extenditque SCHVLTESIVS *part. 1. quaeſt. 27. n. 11. p. 103.* *Deinde* antequam ius Romanum in patria tam altas egit radices, communio bonorum apud Germanos habuit locum hodieque in plurimis Germaniae prouinciis illa in uſu eſt. Vt uel ideo matri tutrici negari nequeat uſusfructus, priſtini certe iuris reliquiae. *Porro* ſtatutis Germaniae quam plurimis mater eſt bonorum mariti heres uſufructuaria et multo magis, ſi ei impoſitum ſit tutelae onus et educationis. Ad *extremum* quondam omnem in Germania legitimam tutelam comitem ſecum habuiſſe uſumfructum, ex innumeris locis exemplisque docerem, ſi noſtri id eſſet inſtituti, ut nil inſolentiae habeant eius in tutela materna reliquiae. Atque hi demum fontes ſunt, unde ſententia fluit, *patrii iuris rationibus matri uel auiae tutrici* non in dubium uocandum eſſe *bonorum pupilli uſumfructum*, quamdiu quidem durauerit uel tutela, uel huic adnexa curatela. Quae ultima non ſolum annis finitur, ſed etiam pupilli pupillaeue matrimonio. *Taceo* idoneos obſeruantiae teſtes, quos, religio ſit, poſtponere Carpzouii ingenio, tincto peregrinarum legum pigmentis *part. 2. conſt. 10. def. 13.* *Weſenbecius* ex uſu ſcripſit. *Richterus* ad praxin ſe refert plusquam quadraginta annorum. Laudat praeterea forenſes ſententias ex ipſis iudiciis electoralibus. Ex quarum auctoritate etiam ſcripſit STRVVIVS *exercit. XII. theſ. 5.* et NEVENHAN *de iur. uiduit. ſect. 20. 21.* MEVIVS has quoque reperit in *iure Lubecenſi* reliquias *part. 2. tit. 2. art. 8. n. 10. 11. 12.* quod matri forte etiam non tutrici uſusfructus debeatur bonorum pupilli. Easdem prae ſe fert teſtimonium SVATENSIS ſenatus an. 1671. *So lange eine Frau in unuerrucktem Wittwen-Stand ſich befindet, hat ſie 1] die freye* adminiſtration *aller Güter, und 2] die Abnützung* (uſumfructum) *zumahlen 3] unberechnet.* Alia plura taceo. Vnde facile conſtat, ueteres ICtos Saxones praeferendos hic eſſe recentioribus. *Illi* enim propius abfuerunt a priſtini iuris integritate atque ad illud frequentius reſpexerunt: *hos* autem praecipites egit iuris Romani ſuperſtitio, quo a priſtinis moribus ſunt deſuefacti. Vt adeo non potuerit non in peius ruere Saxonica iurisprudentia. Exemplo eſſe poteſt DECISIO *electoralis 62.* quae matrem uſufructu deſtituit locumque fecit legibus Latii. Quae omnia cum ita ſint, fruſtra ICti titubant hic maluntque ἐπέχειν, quam offendere decidendo. In quo numero ESPACHIVS *ad part. 2. Carpz. conſtit. 10. def. 13.* Neque etiam opus eſt, ut adſentiamur LAVTERBACHIO *de uſufruct. nat. theſ. 7.* et Struuiano interpreti MVLLERO *exerc. 12. th. 5. p. 740.* qui in *dubio* facere malunt cum iure Romano, quod putant magis eſſe ſecurum: cum plana nunc ſit noſtra deciſio poſitaque extra aleam. Spernimus etiam figmenta rationis alius uſusfructus materni. Scilicet, quia mater teneatur alere liberos et educare. Adeoque matri non plus tribuendum ſit, quam ad hoc requiratur. Ita fere GAILIVS *lib. 2. obſeru. 144.* MVNSINGER *cent. 5. obſeru. 37.* aliique. Verum quid opus tum eſſet matris praerogatiua, cum in officiis iuribusque ſimilibus omne genus uerſetur tutelarum.

Diff. XVI.

OPVSCVLVM V.

DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI IN TVTELA ATTILIANA,

die IIX. mensis Apr. cIↃ IↃcc XIII.

DIFFERENTIA I.

Qui tutelae datiuae olim iuris non fuerint Romani?

Lib. I. tit. 20. ad uerba: tutore Attiliano et L. Iulia et Titia.

IVre ROMANO *uetustissimo pupillis nulli quondam tutores (aa), nisi uel sanguinis ratio, uel ultima parentum uoluntas quosdam uocauerat ad spartam tutelarem.* DATIVA *enim tutela in urbe auctorem demum habuit Attilium (bb), postea extra hanc in prouinciis quoque Iulium et Titium (cc). Vt credibile sit, eousque in curandis pupillis uel solam uirtutem regnauisse (dd), uel principis aut magistratus prouidentiam (ee), quemadmodum de Graecis accepimus ac Iudaeis. Contra* GERMANI *principio reipublicae in usu habuerunt, ut singuli* MAGISTRATVS *curarent, ne pupillis singulares deessent tutores (ff). Vltimum prouide magis est factum (gg) meritoque olim ponendum inter ueteris Latii desideria.*

Romae qui olim caruerit tutelis datiuis?

(*aa*) Quod non difficile est ad probandum. *Principio* alius generis tutelae ignarus est codex XII. tabularum, quam *testamentariae* et *legitimae*. Deinde *datiuae* tutelae origines ultra Attilii tempora neque Iustinianus quaerit *pr. inst. de Attil. tut.* neque VLPIANVS *in fragment. tit. XI. §. 18.* Tum *datiua* et *Attiliana* tutela in iure habentur pro synonymis. Quod fieri non potuisset, si ante Attilium a magistratu dati fuissent tutores atque ipse tantum ostendisset modum illos dandi. Post, plures populi alii *datiuos* ignorarunt tutores exemplo Ebraeorum et Graecorum, ubi pupillorum cura fuerat apud principem, quod statim docebitur. Demum credibile non est, Romanos habuisse legitimos tutores, si quidem principio rerum in usu apud ipsos fuissent datiui. Causas repete ex *differt. dn. praes. de tut. leg. differ. 12.* Ad extremum cum Attilius tantum *Romae* prospexerit datiuis tutoribus, non *prouinciis* Romanis, quae illo tempore hoc tutelae genus desiderauerunt; eo magis opinabile est, Romam ante illum in datiuis tutelis feliciorem non fuisse, quam prouincias [*].

Attilio quae aetas?

(*bb*) In auctore huius legis indicando non conueniunt ICti. Principio enim eius iuris nullus superest chronologus. Deinde alii pro *Attilius* legere malunt *Acilius*, quae lectionis uarietas coniecturarum numeros auget. Post cum Attiliorum nomen et ipsum pluribus sit diuersarum aetatum ICtis et magistratibus commune: uix patet uia ad emergendum, cui demum lex tribui debeat de Attiliano tutore. Quicquid sit; non tamen reperitur, qui Attilium uel Attilianum tutorem ultra seculum quintum urbis conditae reiiciat. Vt adeo tanto temporis interuallo caruisse oportuerit Romam tutelis datiuis. *Franc.* BALDVINVS *instit. de Attil. tut. pr.* satis fidenter: *L. Attilius tribunus plebis cum C. Marcio collega auctor fuit huius plebiscitii* (ita legem adpellat) *M. Valerio et P. Decio Conss. anno ab urbe condita 443. Alius fuit apud Romanos L. Attilius tribunus militum consulari potestate: alius L. Attilius trib. pleb. qui auctor fuit, ut omnes illi Campani, qui sese dediderant, Fuluio proconsuli uenderentur.* Verum recte MONTANVS *cap. 19. n. 1. 2. p. 275.* hac in decisione desiderat testes fide dignos. HOTOMANNVS *pr. inst. de Attil. tut. p. 79.* hac in re titubat: *Lata fortassis*, inquit, *uel ab Attilio Calatino uel a C. Attilio Regulo, qui bello Punico primo* con-

[*] Nolim enim cum HOTOMANNO *pr. inst. de Attil. tut.* ita sentire, ut existimem, illo tempore Romae prouincias nullas subditas fuisse. Cum Attilia lex minimum XII. tabulis sit recentior.

Differ. I.

consulatum gesserunt. Nam eo tempore et tribuni plebis [*] *erant et populi Romani imperium nondum extra* [**] *Italiam propagatum. Quae duo huius legis tempore fuisse oportet.* Id certum est, quod minimum *an. V. C. 567.* lex Attilia iam tum Romae fuerit in usu. Scribit enim illo tempore LIVIVS *lib. 39. cap. 9.* de Hispala nobili scorto: *Quin eo processerat consuetudine capta, ut post patroni mortem, quia in nullius manu* (tutela) *erat tutore a tribunis et praetore petito, quum testamentum faceret, unum Aebutium amatorem suum institueret heredem.* Quamuis enim hic locus non de pupilli, sed mulieris tutore agat: nemo tamen dubitare potest, quin ad legem ille pertineat Attilii. Partim, quod *tribunorum* et *praetoris* magistratuum tutelarium faciat mentionem: partim, quod VLPIANVS *in fragment. tit. 11. §. 18.* clare scribat: *Lex Attilia iubet * MVLIERIBVS pupillisue non habentibus tutores dari a praetore et maiori parte tribunorum plebis. Quos tutores Attilianos adpellamus.* Vt adeo mulieres pupillosue uno eodemque tempore accepisse oporteat tutores datiuos.

L. Iuliae et Titiae quae datiua tutela?

(*cc*) Non solum hoc dicit h. l. Tribonianus: uerum ei quoque VLPIANVS adsentitur. Qui clarius, quam ille scribit *in fragm. tit. 11. n. 18. Sed quia lex Attilia ROMAE tantum locum habet, lege Iulia et Titia perfectum est, ut in PROVINCIA quoque similiter a praesidibus earum dentur tutores.* Quo die et consule lex lata sit, nemo prodit, ne quidem Ant. *Augustinus.* Nostra non interest, ut in eius aetatem solicite inquiramua. Cum satis inde constet, quod mulieres et pupilli ante eandem regerint diu sine honorario tutore.

Tutela quondam uirtutis non legis.

(*dd*) Vt scilicet aliquem tetigit commiseratio, ut sua ope *orphanis* adesset. Quorsum sacri codicis loca faciunt, quae auxilia, orphanis praestanda, tam solicite commendant. Quibus certe elogiis non adeo opus fuisset, si quilibet pupillus apud Ebraeos tutorem habuisset honorarium, id est, uulgi sermone, datiuum.

Datiua quondam tutela caruere pupilli 1] apud Ebraeos.

(*ee*) Varia sunt genera coniecturarum, quae permouent me ad ita sentiendum. Certe *datiua* siue honoraria tutela caruerunt Ebraei. Inde Ebraeorum praecepta et magnus orphanorum fauor. Illa hic dabimus summatim. Principio inquit Deus: *filius clamat ad patrem; uxor ad maritum; orphanus ad ME* (quidni ad tutorem) *et ego exaudiam, quia misericors.* Deinde *ab orphano debitum exigens, quamuis ex instrumento agat publicae plenaeque fidei, tenetur tamen actor praestare iusiurandum, quod litem temere non excitet pupillo.* Post *causis pupilli iudex subueniat ex officio, licet hoc non fiat alias.* Praeterea *iudex pecuniam pupilli mutuo det possessori rerum immobilium, qui illam pro foenore annuo accipiat* (quae alias sparta est tutoris). Tum *pupilli habeantur in sancto, imo etiam anteire sanctum in uno.* Post, *qui pupillum siue orphanum laeserit, atrocissimam luat poenam.* Exscripsimus haec Iudaica instituta ex HOTTINGERI *iure Ebraeorum sect. 6. §. 65. p. 75.* Vnde facile constat, tanta commiseratione, fauore, prouidentia opus non fuisse, si quidem pupilli, instar Romanorum, habuissent tutores, quos laesi potuissent conuenire. Quapropter in nimio mihi peccare uidentur, qui sacri codicis sententias urgent in nostris rebus publicis, quae pupillis lege prospiciunt *tutela datiua*, ut parum deterior, si non felicior, sit eorundem sors, quam plurium liberorum, agentium sub patria potestate. CONSTITVT. MAGDEBVRG. *cap. 43. Es hat GOTT selbst der Obrigkeit und denen Gerechtshabern ernstlich befohlen, daß sie sich der unmündigen und minderiæhrigen Personen, Sachen und Güter* (deficientibus scilicet tutoribus) *treulich befohlen seyn lassen sollen.* Quod, dum mecum cogito, nolim, filum hoc consecutionis a Iudaica republica ad Magdeburgicam, laudibus extollere cum *b. m.* STRYKIO *lib. 26. V. M. tit. 1. §. 2. p. 382.* Neque a 2] moribus Ebraeorum aliena fuerunt instituta Graecorum. Nam et horum pupillis tutor fuerat princeps, nisi pateraliter prospexerat in testamento. Ita SOLON: Ὁ ἄρχων ἐπιμελείσθω τῶν ὀρφανῶν, *archon orphanorum curam habeto.* Habent id DEMOSTHENES ad *Makartatum*, ISAEVS *pro Apollodori hereditate* atque AESCHINES *aduers. Timarchum* τοὺς νόμους λέγων, οἳ κελεύουσι τὸν ἄρχοντα τῶν ὀρφανῶν ἐπιμελεῖσθαι, *leges nominans, quibus iubetur archon curam habere orphanorum.* Taceo POLLVCEM *lib. 8. c. 9.* aliosque. Quae loca congessit *Sam.* PETITVS *LL. Attic. lib. 6. tit. 7. p.* 491. 492. Quod cum ita sit, mirum non est, ipsos Romanos, Graecae iurisprudentiae imitatores, antea nesciuisse datiuos, siue honorarios tutores, quam legem hanc eis dedisset Attilius.

2] apud Graecos.

Germanis qui non deesse potuerint tutores datiui?

(*ff*) Coniecturis hic agendum est. Sunt autem hae. *Principio* Germani quondam principe aut rege caruerunt, a quo cura expectari potuisset orphanorum, descripta in notula ee. *Deinde* tutelae Germanorum quondam fuerunt fructuariae [†]. Quapropter non potue-

[*] Nam in lege Attilia mentio fit *maioris partis tribunorum plebis.* [**] Datiuae enim tutelae post demum prolatae sunt extra Italiam in prouincias ex *L. Iulia* et *Titia* teste Iustiniano *pr. inst. de Attil. tut.*
[†] Quod plene docuit ostenditque *dn. praes.* cum ex legibus Germaniae antiquioribus, tum ex plurium Europae populorum usu hodierno in *dissertat. de tutela fructuaria diss. 1. sq.*

Differ. I. II.

tueruntr deesse, qui spartam rutelarem, adnutum iudicis, obirent. Vradeo uix opus esset, causas statuere et indulgere excusandi se a tutela [*]. *Tum* omnibus iudicibus id darum est legibus antiquissimis, ut orphanis prouiderent tutoribus LL. WGOTHOR. *lib. 4 tit. 3. l. 3.* *Porro* ex eadem lege pater, quod alii etiam a iudice confirmati sint et legitimi tutores et restamentarii; ur adeo multo magis curandum fuerir iudicibus, de hac sparta conferenda, si desuerunt utrique. *Demum* hodieque quamplurima prouinciarum Germaniae staruta uolunt, ut, mortuo parre relictisque pupillis, cognati et uicini hoc iudici nuncient, ab eoque expectent tutoris adpellationem. Taceo formulam MARCVLPHI *c. 24. edit. Baluz.* et *c. 74. edit Lindenbr.* ubi iudex ex officio agit nominatque ex decreto tutorem pupillo, cui fuerat patruus. Quod factum non fuerat Romae, ubi legitimum lex uocauerat, non iudex.

Differ. I. II.

Num principis aut magistratus tutela prospectum sit pupillis?

(*gg*) Non hoc difficile est ad indicandum. *Principio* enim regis aut magistratus maior cura, quam ut inuigilare possint cuiusque orphani rebus fortunisque. Inde rantae codicia sacri de orphanorum infortuniis neglectuque querelae. Adeo, ur forte orphanorum non peior esse crederetur inter mortales, rege solum tutore aut magistratu. *Deinde* actio rutelae quo quaeso! casu successuque institui potuit aduersus magistratum: quae tamen facillima est aduersus hominem tutoremque priuarum. *Porro* quotus demum quisque magistratua habilis est rerum etiam oeconomicarum administraror? Verendum potius est, ut, nisi aliter, imperitia certe peccet rebusque sic pupillaribus adferat detrimentum. *Tandem* ipsa curandorum pupillorum multitudo solertissimos quosque magistratus oppimeret, quin satia esse possent omnium uniuersae ciuitatis aut pagi pupillorum tutelae.

DIFFERENTIA II.

Germanis qui omnibus tutela datiua?

Lib. I. tit. 20. ad uerba: si cui nullus omnino tutor.

Romano iure DATIVAE *demum tutelae locus est, si tutores desint alii, testamentarii et legitimi (hh), quorum neuter opus habet iudicis aliqua auctoritate: quam contra requirunt Germani in omni genere tutelarum (ii), quae* IVDICIS *demum* CONFIRMATIONE *solent corroborari. Hoc igitur intuitu Germanis* VNICA *tantum species tutelae (kk), scilicet* DATIVA. *Inde uincula consecutionis firmissima. Quod omnis generis tutori opus sit* TVTORIO, *id est, tutelae commissae testimonio iudiciali (ll): tum ante nefas sit,* AGERE *aliquid nomine pupilli, quam iudex testamento aut sanguine uocatum tutorem confirmauerit (mm): post neque antea* HYPOTHECAE *iure gaudeat pupillus (nn): neque tempus ante tutori cedat, excusandi spartam tutelarem (oo).*

Legitima et testamentaria tutelae qui non datiuae?

(*hh*) Si enim tutor uel *testamento* niti poterat, uel sanguinis *proximitate*, iua tutelae habuerar quaesitum, quod ipsi auferre non potuit magistratus. Cuius neque opus fuerat uel inquisitione, uel confirmatione Nam in *testamentaria* tutela sibi tribuere debuit testator, quare non elegerit meliorem: in *legitima* sanguinis rationem tantum posse, crediderunt, ne pupilli laederentur et spem hereditatis facere, ut bona pupillaria nonnisi prouide administrarentur. Postea tamen, ciuibus in peiora ruentibus, satisdationem aliaque exacta fuisse per iudices tam a *legitimis* tutoribus, quam a *testamentariis*, dictum est doctumque a *dn. praef. de legit. tut. differ. 12. litt. qq.* Quibus addi potest MONTANVS *cap. 19. n. 11. 12. 13. sqq.*

Qui omnis tutela, siue legitima, siue testamentaria,

(*ii*) Tam enim soliciti esse solent Germani, ne pupillus, uel bona pupillaria damno aliquo adficerentur, ut neque parentum dexteritati arbitrioque neque uinculo sanguinis fiderent, uerum hanc imponerenr legem magistratibus, ut in mores futuri testatoris curate inquirerent, siue is testamento, siue sanguine uocatus fuisset ad spartam tutelarem. Volunt hoc leges imperii publicae REF. AVGVST. *1548. artic. 31.* atque POLITICA ORDINAT. *Francof. 1577. tit. 32.* uolunt omnia prouinciarum Germaniae statuta, quibus extranea regna accedunt in confiniis. Quod argumentum late pleneque exposuit *dn. praeses de tut. legit. diff. 12. litt. tt.*

Germanis sit datiua?

Quare sic audiat intuitu?

(*kk*) De sensu loquimur iuris Romani. Vbi neque in *legitima* neque in *testamentaria* tutelis opus fuerat aliqua inquisitione. Qua tamen opus est utrobique in foris Germaniae. Deinde excludi posse a magistratu *legitimum* tutorem, si alii adsint magis idonei, pariter cautum est in plurimis prouinciarum Germaniae statutis. Quorum uerba narrauit *dn: praef. de*

[*] Quoniam tutela Germanorum fuerat lucratiua. Neque enim aduersabitur aliquis administrationem rei pupillaris, cuius ipse habet usumfructum.

Diff. II. III. *de tut. legit. diff.* 12. Hoc uero ultimum quando in *testamentariis* tutelis rarius accidit: ideo alii ICti Germani *duo* statuunt docentque genera tutelarum, unum *datiuae*, alterum *testamentariae*. In quo numero sunt VINNIVS *ad §. 3. inst. de leg. tut. n. 2.* atque *§. fin. de tut.* ubi inquit: *apud nos duo fere sunt tutorum genera. Scilicet testamentariorum et datiuorum. Nam LEGITIMORVM uix usu seruatur*, et SCHMIDIVS, Boici iuris peritissimus interpres, cuius uerba recitat *dn. Praef. de tut. leg. diss.* 12. Alii contra superesse putant tutelam generis tantum unius, scilicet *datiuam*, ita enim adpellare solent etiam testamentariam. BVGNYON *lib. 1. decis.* 199. *et lib. 2. p. 466.* testatur, *omnes tutores* in Gallia esse datiuos. Nec proprie dicendo ullos esse aut testamentarios, aut legitimos. Cum a iudice confirmandi sint utrique praeuia inquisitione.

Tutorio credendum non sanguini aut testamento in tutelis. (*ll*) Recte atque ad hanc mentem scribit iudicatque BERGER *lib. 1. oeconom. tit. 4. p. 160. Ex quibus dimanat*, inquit, *ad legitimationem tutoris testamentarii non sufficere productionem testamenti: sed necesse esse, ut producatur TVTORIVM uel solenne, uel eius epitome, ein* Extract *aus dem Vormundschaffts-Buch, quamuis testamentum non producatur.* Idem LAVTERBACH *ad tit. ff. de administr. tut.* §. 7. et b. m. STRYKIVS *lib. 26. V. M. tit. 3. §. 6. p. 435.* Verius hoc est in tutore legitimo, cui necquicquam satis est, probauisse *sanguinis proximitatem.* Quod secus fuerat Romae; ubi qui alterutrum concesserat, eundem etiam oportuerat concedere spartam tutelarem aut probare, eum se a tutela excusauisse. Miscent igitur GAILLIVS *lib. 2. obs. 107. n. 6.* et MYNSINGER *cent. 2. obs. 37.* nostra iura cum Romanis, quando ad *legitimandum* tutorem hodieque satis esse putant exhibitionem testamenti.

Ante confirmationem non tenentur tutores (*mm*) *Tutores sine discrimine ante confirmationem regulariter tutelae nomine non tenentur*, iudicium est BERGERI *lib. 1. oeconom. tit. 4. p. 160. n. 2.* Nisi tutor datus testamento legitimo, per *moram non petitae* confirmationis, damnum dederit pupillo MEVIVS *ad ius Lubecense lib. 1. tit. 7. art. 2. n. 24. 31.* DECIVS *cons.* 297. Datus enim in testamento minus perfecto ante non tenetur de neglectis, quam sit confirmatus CLARVS §. *testamentum q.* 10. *n.* 4. Imo, si ante, qualitercunque datus sit, se immisceat rebus pupillaribus, quam a magistratu fuerit confirmatus, poenae obnoxius est iure LVBECENSI *lib. 1. tit. 7. art. 2. Wenn sich einer oder mehr einer Vormundschafft* (cuiuscunque illa sit generis) *unterwunden, ohne Bestäthigung des Raths, soll er dauor in Straffe genommen werden.* Actus etiam ante confirmationem gesti nulli sunt carentque uiribus MYNSINGER *lib. 2. obseru. 37.* SCHRADER *de feud. part. 10. sect. 20. n. 109.* nisi in mora periculum GVTTIEREZ *de tut. c. 5. n.* 10. BOERIVS *decis.* 124 *n. 9.* neque actus damnum adferat pupillo, sed e re sit illius, actum subsistere MONTANVS *de tut. c. 32. reg. 3. n. 8. Guido* PAPAE *decis.* 330. *n. 6.* Potest tamen hoc casu tutor nondum confirmatus conueniri actione *negotiorum* gestorum, non uero actione *tutelae. Ioan.* VOETIVS *lib. 26. ff. tit. 3. n. 1.*

Neque impune se immiscens tutelis *nihilque agunt.*

Neque incipit ante tacita hypotheca. (*nn*) Hypothecam tacitam, quae pupillis in bonis tutoris competit *l. 20. C. de administr. tut.* demum incipit a die confirmationis. Ita *O. P. S. tit. 45. §. ob wohl auch* iudiciumque BERGERI *lib. 1. oeconom. tit. 4. p. 160.* Quod omnino est concinnum illis, quae diximus in paragrapho praecedenti

Neque ante se excusare opus est. (*oo*) Neque ante se excusare a tutela tenetur, quam urgeatur ab aliis magistratus confirmatio *l. 2. C. de confirm. tut.* BRVNNEMANNVS *ad l. 1. C. de confirm. tut. Ioan.* VOETIVS *lib. 26. tit. 3. n. 1.* Nisi sit in numero simul proximorum agnatorum, quibus pleraque Germaniae statuta hanc legem imponunt, ut adeant magistratum ab eoque rogent expetantque pupillis tutorem. Dissentit *Ant.* FABER *error. pragm. chil. 1. decad. 3. error. ult. p. 73.* Quia existimat, confirmatione tutoris iure opus non esse, ne quidem apud Germanos, sed tantum uitio hominum pragmaticorum irrepsisse in curias Germaniae.

DIFFERENTIA III.

Qui confirmatio tutelae sit apud Germanos inquisitio?

Lib. 1. tit. 20. § 3. ad uerba: ex inquisitione. *Romano iure, quoties opus est in tutore minus recte dato iudicis auctoritate (pp), toties requiritur illius uel confirmatio tantum (qq), uel inquisitio (rr) atque decretum (ss): legibus autem Germaniae utrumque requirit omnis tutela. Siue enim recte sit data, siue secus, confirmatione opus habet illique adiuncta semper inquisitione (tt) in bona, uitam, fortunasque futuri tutoris (uu); licet ex aduerso id iusserit parens testator. Quapropter nolim adsentiri b. m.* BRVNNEMANNO *(xx), qui inter confirmationem siue inquisitionem tutelae non recte datae et inter decretum, quo administratio tutelae conceditur, adhucdum superesse credit discrimen. Neque*

Differ. III. *que etiam* MIXTAE *tutelae uerbo (yy) opus esse uidetur, quod nomen placuit Hubero.* *Differ. III.*

Qui nulla magistratus auctoritas opus in tutelis?

(*pp*) Diximus in *differentia* praecedenti, quod in *testamentaria* aut *legitima* tutela communiter non opus fuerit ulla iudicis auctoritate, quia haec tutelarum genera substiterunt nullo facto accedente iudicis. Si uero defectus fuerat aliquis in illo, qui uel nominauerat tutorem, uel cui nominauerar, uel in nominandi modo, tum non perstitit tutela, nisi magistratus tutelaris eandem habuisset ratam. Quorsum *tituli in ff. et C.* faciunt singulares de *confirmando tutore.*

Quando opus magistratus confirmatione?

(*qq*) Auctoritatem suam quando interponit iudex in tutelis, tum quidem it per gradus. Aut enim defectus est in *modo* dandi, tum, si cetera se bene habeant, datum tutorem confirmat tantum, sine ulla in nominari tutoris uitam, famam, bona, fortunasque inquisitione. Quoniam iura praesumunt, *idoneum* fuisse darum. Quorsum pertinent *l. 1. 3. ff. de confirm. tut.* aut desideratur aliquid in illo, cui datur tutor, utpote si liberi emancipati §. *ult. inst. de tut.* aut si filii naturales, quibus a patre aliquid relictum *l. 7. ff. de conf. tut.*

Quando magistratus opus sit inquisitione?

(*rr*) Scilicet si nominatus testamento tutor in peiorem ruat fortunam, quam cognita fuerat patri *l. 8. in confirm. et 10. ff. de conf. tut. et l. 2. C. eod.* si dederit tutorem alius, quam pater, utpote patruus, mater, alii *l. 1. 2. 5. ff. eod.* si pater dederit filio naturali, cui tamen nihil reliquit *l. 7. ff. eod.* tum demum nuda non sufficit confirmatio, sed inquisitione opus est in bona uitamque futuri tutoris.

Quando illius decreto?

(*ss*) Cautio haec fuerat maxima, ut, si forte in tutorem minor magistratui fiducia esset, tum res pupillares illi ante non demandarentur, quam publice facto inuentario essent descriptae. Quorsum laudat ACHILT. *exercit. 37. §. 50.* cum aliis *l. fin. §. 1. C. arbitr. tut.* atque *l. ult. C. de magistr. conuen.* Quae tamen non adeo sunt luculentae, ut clariora hic loca omnino desideremus.

Germanica iura qui uelint in legitimo tutore inquisitionem?

(*tt*) Pertinet huc locus in *formulis* MARCVLPHI *Sirmondicis num. 24. p. 481.* Vbi pupillo pater non dederat tutorem testamento. Quapropter *iudex prouinciae cum primatibus, motu proprio deferunt patruo tutelam. Sed ita tamen, ut antea bona pupillaria describerentur in publice facto inuentario. Imo tutelaria conficerentur instrumenta. Quorum exemplum unum nouus tutor acceperat, alterum, nomine pupilli, alius.* Vnde haud dubie constat, primo patruum non ipso iure tutorem fuisse; tum praecessisse inquisitionem; hanc insecutum fuisse decretum. Vt adeo patrui tutela magis *datiuae*, quam *legitimae* loco haberi uideatur.

Iisdem hodieque moribus uiui in Germania, Belgio, Gallia et alibi, ostendit docuitque *Dn. Praef. de tut. legit. diff. 12. litt. tt.* Scilicet Germani in hoc esse uoluerunt prouidentiores, quam Romani. Ne scilicet multum fiduciae haberent in sanguine proximos, nisi de probitate eorundem, per inquisitionem, cognita haberent indicia. Quod ad *testamentariam* attinet tutelam, forte in illa grauius fuit, patris iudicium suspicionia arguere ac mittere sub iudicis examen.

Qui in testamentario?

Sed tamen etiam de hoc tutelae genere ait Reform. Augsburg *de an. 1548. art. 31. daß auch ein ieglicher Vormund, er sey gleich* NB. *durchs Testament oder durch das Recht* (legitimam uult) *oder Richter* (sigillatim de datiua) *gegeben, sich der Vormundschafft nicht unterziehen solle. Es sey ihm denn die Verwaltung zuuor uon der Obrigkeit decerniret und befohlen.* Plura *Dn. Praef. de tut. leg. diff. 12.* Vnius certe generis decreto ac inquisitioni subsunt tres tutelarum species. Quare nullus dubito, magistratus inquisitione opus etiam esse in testamentario tutore, quae nisi ludere debeat operam, hunc habere debet successum, ut iudex abire a patris uoluntate possit atque pupillo alium praeficere tutorem. Causas scire uis utriusque hic iuris differentiae. Repeto ea, quae in *differentia l.* scripsi: apud Germanos rem tutelarem olim fuisse penes principem, aut huius uicarios magistratus. Vt adeo hi liberas manus etiam post retinerent in aestimandis tutoribus eorumque uita ac bonis, licet uel testamento, uel sanguine uocati fuissent. Vt frustra sit *Ant.* FABER *chil. 1. decad. 3. pragm. errore ult. p. 73.* qui huius originem et fundamentum ponit in curiarum ignorantia. Quas tituli de *confirmando tutore* deceperint, quasi hi utriusque etiam generis tutoribus scripti fuissent.

Causae inquisitionis in omni genere tutelarum?

Num nostra confirmatio tutelaris differat ab inquisitione Romana?

(*uu*) Ad nostram hic mentem philosophatur STRVVIVS *lib. 1. tit. 7. iurisprud. §. 7.* *Hodie*, inquit, *inter testamentariam absolutam et hanc confirmatam non intercedit differentia. Cum etiam testamentarius tutor perfecte et sine defectu datus confirmandus sit per decretum a magistratu. Et hic in personae habilitatem inquirere debeat.* Causam aperit SCHILTERVS *ad fin. instit. de tut.* et quidem hanc: *Germanicum forum recepit quidem ius hoc Romanum, sed ita, ut a regula iuris gentium minus recederet atque utriusque generis tutores siue testamentarios siue legitimos a magistratu confirmandos esse iuberet. Non omnimodo; sed cum* inquisitione, hoc est, ut in personae habilitatem inquirere ius sit.* Ne exceptis quidem testamentis illustrium

Diff. III. IV. um personarum, quod sibi persuadet ANDLER *lib. 2. iurisprud. tit. 5. n. 26.* Nisi testator claris uerbis iubeat, subire tutelam illum, quem nominauit, sine ulla magistratus inquisitione SCHNEIDEWINVS *ad pr. inst. de legit. tut.* et CARPZOVIVS *lib. 2. respons. 82. n. 2.* Nam tum demum existimant, tutorem propria auctoritate bonis negotiisque se immiscere posse. Adeoque in iudicio ille testamento opus habebit, non formula tutelae iudiciali, siue tutorio. Qua de re tamen egomet omnino dubitauerim. Quoniam lex Germanorum adeo prouida est, ut, in fauorem pupilli, ne quidem fidere parenti testatori uelit, sed in omnis generis tutela adiunctum exigat iudicium magistratus. Quam pro pupillis factam prouidentiam uix euertet ultima parentis uoluntas. Neque enim hic de otiosa ceremonia agitur, uel solennibus nudae confirmationis, ut dari possit locus contrariae patris dispositioni: sed de iudiciali examine, utrum dignus sit candidatus spartae tutelaris. Taceo, pupillorum iura, quae legibus cauta sunt, in damnum illorum tolli non posse patris decreto.

Num haec prohibere possit parens testator.

Num tutore rite dato alia confirmatio, quam si datus sit secus.

(xx) In commentario ad *l. 1. C. de confirm. tut. n. 26.* Quem aduersus alios ICtos tuetur *b. m.* STRYKIVS *lib. 26. V. M. tit. 3. §. 4. p. 431.* Videbimus nos, ex quibusnam hoc fiat argumentis. *Primo* dicit hodiernam confirmationem tutelarem non pertinere ad constitutionem tutelae, sed tantum ad illius exercitium. *Repono*, negari hoc, quoniam manus ligatae magistratui non sunt, quo minus tutores recte datos ille reiiciat, si non sustinuerint tutelare examen. *Deinde* putat, hodierna confirmatione non opus esse tutori honorario. Quod nos iterum negamus. Cum nostrum non sit, distinguere, ubi lex non distinguit, quae sine ullo discrimine tutores omnes subiicit iudicio et examini magistratus. *Tum* perhibet, eum, qui Romana opus habuerit confirmatione, ante hanc agere, aut administrare non potuisse, secus se rem habere in Germania. Verum supra ostendimus, poenis subiici apud Germanos tutorem, qui ante confirmationem magistratus se tutelae immiscuerit. *Porro* credit, tutores in Germania testamento aut lege uocatos *ipso iure* tutores esse, adeoque periculum tutoris esse ante confirmationem. Verum et hoc supra negauimus. Quoniam, instar iuris Romani, tutores nostri ab omni periculo liberi sunt, usque dum a magistratu confirmentur. Quis enim, ut se immisceant tutelae, officii eorundem esse dixerit, cum illos prohibeat hoc facere lex manifesta. *Praeterea* quod de excusandi officio ac tempore adfert, quasi nostri tutores opus haberent ante confirmationem se excusare, illud quidem pariter est negatum superius. Cum uerius sit, illos tempus expectare posse, quo a magistratu uocantur. Cum certi esse nequeant, utrum admissurus illos sit magistratus, an reiecturus. *Vltimum* quod urgetur, non ad discrimina confirmationis pertinet, uerum ad limites illius. Quoniam scilicet apud Romanos opus tantum habuerunt confirmatione testamentarii tutores: eum ex aduerso Germanorum instituta a quouis confirmationem et inquisitionem exigant, id est, examen iudiciale. Diff. III. IV.

Num dentur tutelae mixtae apud Germanos?

(yy) Sententia est HVBERI *lib. 26. ff. tit. 3. n. 4.* quam his prodit uerbis: *Cum tres sint tutelae species testamentaria, legitima, datiua; quartam speciem num faciet CONFIRMATA, an referenda ad alterutram? Nihil erret, opinor, qui propriam statuat speciem tutelam confirmatam, quasi MIXTAM e testamentaria et datiua. Vt tamen plus operetur magistratus auctoritas, quam uoluntas testatoris.* Alii hoc tantum nomen concedunt, si tutoris non confirmatione nuda, sed *inquisitione* simul fit opus. Verum enimuero quoniam Germanico iure in omni genere tutelae requiritur *inquisitio* magistratus, quod supra dictum: deinde apud illos testamentum et sanguinis uicinitas non faciunt tutelam, sed decretum magistratus, qui ab utriusque generis iure ex caussis idoneis potest abire: igitur id uelle uidentur Germanica instituta, ut omnem quidem tutelam dicamus *datiuam*, sed uiam ad hanc statuamus *triplicem*, scilicet *testamentum*, *sanguinem* iussumque *magistratus*. Quamuis recte moneat *b. m.* STRYKIVS *lib. 26. V. M. tit. 3. §. 6. p. 435.* quod ultima, datiua scilicet, confirmatione non indigeat, quod eo ipso, quo dentur, ipsis quoque administratio concessa esse uideatur. Vt adeo scriptor REFORM. AVGVST. *tit. 31. §. 2.* frustra existimet, *daß auch ein Vormund, durch Richter gegeben, des Obrigkeitlichen Decretes erwarten müsse.*

DIFFERENTIA IV.

Quis dare possit tutorem?

Lib. 1. tit. 20. §. 3. ad uerba: *deinde praetoris.*

Romano iure tutoris dator non quiuis erat iudex, aut magistratus (aa), uerum ad hanc spartam opus fuerat singulari priuilegio (bb): in Germania autem tutoris dationem habet quilibet iudex etiam inferior (cc). Alia paulo est ratio in illis ciuitatibus, ubi peculiaris est magistratus tutelaris, ein Vormundschaffts-Amt (dd). Habet etiam hic aliquid peculiare curia feudalis (ee).

(aa) Est

Differ. IV. Qui tutores non dederint apud Romanos magistratus?

(*aa*) Est hoc facile ad intelligendum. Habemus enim principio legem singularem *6. §. 2. ff. de tut.* interprete Vlpiano: *Tutoris datio neque imperii est neque iurisdictionis: sed ei SOLI competit, cui NOMINATIM hoc dedit uel lex, uel senatusconsultum, uel princeps.* Cum ergo apud Romanos non omnes uel iudices, uel magistratus fuerint tutelares, sed ex utrisque tantum illi, quibus singulatim sparta, tutores dandi, fuerat commissa ac demandata: filum consecutionis manifestum est, quod omnes non habuerint, quod aliqui tantum accepere priuilegio. Ex uulgi enim sermone intelligimus, quod regulam firmet exceptio. *Porro* neque ratio obscura est huius apud Romanos prouidentiae. Quoniam imperium et iurisdictio uersabatur tantum in rebus causisque litigiosis, ubi si forte causae uulneratae fuerant, partibus non poterant deesse remedia ad medelam: ex aduerso si male prospectum pupillis, hisce neque uires erant neque uiae, unde sibi consulerent. Vt adeo in datione tutoris maiori opus esse uideretur cautione, quam in iure partium dicundo. Accedit *praeterea*, quod reipublicae damnum maius sit, si negligantur pupilli, quam si forte unius uel alterius causae priuatae ex uoto partium minus recte decidantur. Vt adeo in prima sparta difficiliores essent Romani, quam in concessione alterius. *Tandem* rei lumen adfert collatio cum iuribus eius generis aliis. Nam quemadmodum adoptio, emancipatio et manumissio magistratui competiit nonnisi ex speciali concessione, *l. 2. C. de officio eius, qui uicem alicuius iudicis et §. 4. inst. quibus ex causis manumittere non licet:* ita neque tutoris *datio* in iudicis aut magistratus ullius potestate, nisi illa tributa alicui fuerat nominatim et extra ordinem. Opponit huic doctrinae humanissimus ICtus, doctor meus, *Gerardus* NOOD *lib. 1. de iurisdict. c. 1.* legem *3. C. de confirm. tut.* his uerbis, iudicio illius, conceptam: *si, ut proponis, pupillo, cuius meministi, pater inutiliter testamento tutores dedit et, priusquam hi confirmarentur, alii ab eo, cuius iurisdictio est* (pro, cuius interest) *dati sunt.* Quibus uerbis respondet *l. 3. §. 5. ff. iudicatum solui*, ubi idem Vlpianus: *tutori agendi facultas datur, cui a parente maioreue parte eorum, CVIVS EA IVRISDICTIO fuit, tutela permissa erit.* Eadem formula habetur *l. 3. ff. de postul.* Verum ipse dissoluit nodum, quando negat, hanc ueterum ICtorum mentem fuisse, quod *tutelae datio* non sit *iurisdictio*; sed eosdem id tantum uoluisse, spartam tutores dandi non esse *ordinariae* iurisdictionis.

Differ. IV. Quinam olim magistratus dederint tutores? Rex, Praetor, Praeses, Princeps,

(*bb*) Ibimus hic per summam. *Principio* rerum Romanarum sparta tutelaris fuerat apud REGEM, quod defendimus *diss. 1.* *Deinde* ex L. Attilia PRAETOR cum tribunorum maiori parte nominauit tutores intra urbem, extra eandem uero L. Iulia et Titia [*] PRAESES prouinciarum. *Mox* etiam tutores constituit PRINCEPS ipse, SPARTIANVS *in Hadriano c. 16.*

Consules,

Post hoc munus demandatum est *consulibus* a Claudio Caesare, teste in eius uita SVETONIO *c. 23.* Licet Raeuardi alia hic explicatio sit, quam laudauit *dn. praes. de legit. tut. diss.* 12. Inde PLINIVS *lib. 9. epist.* 13. scribit: *datum se a consulibus tutorem Heluidii filiae.* Tum M. Antonius hanc delegauit curam praetori. *Iulius* CAPITOLINVS in eius uita *cap. 10.*

Praetor tutelaris,

PRAETOREM TVTELAREM primus fecit, quum ante tutores a consulibus poscerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur. Statuit etiam, ut omnes curatores acciperent, non redditis causis.

Praefectus urbi,

Praeterea haec etiam facultas, tutores creandi, tributa PRAEFECTO urbi *§. 4. instit. de Attil. tut.* atque *l. Titius 45. §. 3. ff. de excusation.* Demum fecerunt iura in tutelis discrimen, utrum pupillus in numero personarum illustrium esset *l. 1. C. de tut. illustr. personar.* utrum magnae pupilli facultates et bona *§. 5. inst. de Attilian. tut.* Huius enim tantum generis tutores dari nequibant, nisi a laudatis officialibus.

omnes fere magistratus,

Alii poterant dari a *defensoribus* ciuitatum, ab *episcopo*, a *magistratibus* municipalibus aliis *§. 5. inst. eod. l. 3. ff. de tut. dat.* imo a publicis personis quibuscunque *l. 30. sancimus C. de episcop. aud.* sed tamen uix aliter, nisi praesidis prouinciae iussu fuerint instructi *§. 3. inst. eod.* Quod iudicium est summi ICti NOODII *lib. 2. de iurisdict. c. 8.*

postquam pupillis securitas in satisdatione.

Ex illo autem tempore, ex quo tutores omnes *satisdare* ac fideiubere oportuit, uix puto praesidis aliquo iussu siue mandato opus fuisse. Partim, quod pupilli securi erant ex fideiussione tutelari, ut adeo tanta sollicitudo in examine eorumdem non requireretur; partim etiam, quod *l. 30. C. de episc. aud. et §. 5. instit. de tut. Attil.* omnem praesidis iussum uidentur excludere.

Apud Germanos quare omnis iudex sit etiam tutelaris?

(*cc*) Docent hoc cum leges, tum mores Germanorum. *Primum* uolunt probare ex ORDIN. POLIT. FRANCOF. 1577. tit. 32. §. 1. uerbisque: *Wenn aber nun den Obrigkeiten zustehet, Einsehen zu haben, damit die Pupillen nicht benachtheiliget werden.* Et porro: *Wollen wir allen und ieden* etc. *uon Adel und* communen *befohlen haben in ihren Obrigkeiten und Gebiethen zu uerordnen, daß den Pupillen iederzeit Vormünder gegeben werden.* Ita HOPPIVS

Probatio Hoppii infirma.

[*] *Aug. et Tito Coss. an. urb. 772. concepta*, calculo *A. Matthaei h. l.* Qui tamen ipse uidit, ante haec tempora praesidum fuisse, ut darent tutores.

Differ. IV.

PIVS *ad pr. inst. de Attil. tut.* nimis fidenter: *procul dubio ergo magistratui municipali hoc ius competit, quia magistratibus in uniuersum omnibus in* reformatione Francofurtana *iniungitur, ut pupillis prospiciant de tutoribus.* Equidem meo iudicio filum hoc consecutionis satis est infirmum. Cum, quod nomen *Obrigkeit* communi iudici tribuatur nonnisi improprie; tum quod lex imperii hic intelligere queat magistratus nonnisi tutelares.

Sincera magis

Aliis igitur opus est fontibus, unde constent huius argumenti rationes.

a) ex STATVTIS *Germaniae.*

Principio enim concors est diuersarum Germaniae prouinciarum institutum, ut pupillos *iudicibus* commendent communibus ac ordinariis sine ullo discrimine. Ex quamplurimis statutis laudabimus aliqua.

Boicis.

Bæyr. Landr. tit. 5. art. 2. Stirbt ein Vater und hat seinen Kindern keinen Vormund gelassen, so soll die Obrigkeit, unter welcher der Vater zu Zeit seines Absterbens sein Hæußlich Anwesen gehabt, denselben Kindern Vormünder ordnen. Obgleich die Kinder an andern Orten in Diensten wæren oder sonsten wohneten. Inde *Casp.* SCHMIDIVS *ad tit. 5. art. 2. n. 1. p. 315.* in patrio (Boico) *iure quilibet magistratus, qui BASSAM iurisdictionem habet, pupillis et minoribus, suae iurisdictioni subiectis, tutores, uel curatores constituere potest.* Similia his ante illum BALTHASAR *tit. 5. practicar. resolut. 2. n. 2. 3.* Quilibet *iudex loci in Bauaria constituere potest tutorem, quantumuis magnae sint pupilli facultates. Consuetudo uult, ut datio tutoris ad simplicem siue BASSAM iurisdictionem pertineat.*

Wurtenbergicis.

Idem uult statutum Wurtebergicum. Würtemb. Landes-Ordn. *tit. 32. Anfænglich sollen unsere Amt-Leute und* Gerichte in allen unsers Hertzogthums Stædten, Dörffern, Aemtern bey ihren Amts- und* Gerichts-Pflichten Aufmercken haben, wo sich ein Fall zugetragen, daß Wæysen oder Minderiæhrige ihrer Eltern beraubet, Vormünder zu erwehlen und zu uerordnen.* De usu forensi testantur BESOLDVS *de tutelis cap.* 17. et LAVTERBACH. *in diss. ad ius Würt. part. 2. th. 34.* qui addit, quod neque in pagis id denegandum sit sculteto et scabinis.

Iuliacensibus. Monasteriensibus

Statuta IVLIACENSIA tit. 14. *Minder-Iæhrigen sollen durch Richter und Schöpffen Vormünder gegeben werden.* MONASTERIENSIA tit. 5. *Von Uns oder dem Gericht, darunter der Verstorbene gehörig gewesen, Vormünder zu bestætigen.*

Magdeburgensibus.

MAGDEBVRGENSIA *cap. 43. §. 5. daß die Obrigkeit oder der Gerichts-Herr Vormünder benennen.* Taceo singularia statuta alia, quorum nomina titulosque recitat GIESEBERTVS *pericul. 2. statut. art. 20. n. 87. 88. p. 78. 79.*

b) TESTIMONIIS *forensibus.*

Neque hic muti sunt ICti Germaniae etiam in illis locis, ubi deest constitutio singularis. Vsu enim uenisse aiunt, ut hodie *ius tutelare* cohaereat cum iurisdictione etiam inferiori ac ciuili. Ita ZANGERVS *part. 2. de except. c. 8. n. 10.* BERLICHIVS *part. 2. concl. 18. n. 10.* CARPZOVIVS *in process. ciuil. tit. 5. art. 3. n. 39.* ubi ita sentit: *tutorem dandum a iudice pupilli ordinario, quamuis iurisdictionem tantum habeat inferiorem.*

c) RATIONIBVS *iuris Germanici.*

Quam uero dices subesse rationem utriusque iuris differentiae? Aperiam coniecturas. Principio enim iudices Germaniae plerique suo, non principis, aut reipublicae nomine ius dicunt et illis quidem, quos recte *subditos* suos adpellant, *Gerichts-Vnterthanen.* Quapropter illis omnino plus est dandum in suae iurisdictionis pupillos, quam Romanis officialibus [*]. Deinde cum Germanis, praesertim in pagis, tantae non fuerint opes, neque crediderunt maiorum magistratuum iudicio opus esse in deferendis tutelis. Taceo, quod in agris et uillis tam facilia non sint spolia tutorum, in quibus tamen maiorum nostrorum uersatae sunt fortunae. Demum pupillis cauetur satisdatione: ut adeo tanta illis hodie pericula esse nequeant a perfidia tutorum.

d) GENTIVM *aliarum consensu.*

Sentiunt nobiscum in his moribus etiam populi et ICti plures extranei. Vtpote BELGAE, *Paul.* VOETIVS *ad §. 4. inst. de Attil. tut. n. 4. Ioan.* VOETIVS *lib. 26. ff. tit. 6. n. 5.* GROENAWAGEN *ad §. 4. inst. de Attil. tut.* GVDELINVS *lib. 1. iur. nouiss. c. 18. n. f.* De SVECIS scribit LOCCENIVS *in synopsi iuris Suec. dissert. 4. n. 8.* quod *indicii* siue iudicis sit prospicere de tutelis. Idem de ANGLIS adfirmat COWELLVS, quamuis [**] addat rationes quasdam singulares. De GALLIS paria habet *Eguinar.* BARO *ad §. ult. instit. de Attil. tut. p. 49.* quod quilibet in Gallia iudex tutores det intra limites suae iurisdictionis.

Quid si alta et bassa iurisdictio sit diuersorum?

Adeo certi sunt in hac sententia Galli, ut casum, quando duo inuicem iudices, unus *superior*

---

[*] In *iudiciis* landsassiorum nobilium accedit illud, quod iurisdictioni eorundem addicti subditi plerumque illis tributarii sint censitae. Vt adeo eorundem intersit, curare, ut bona pupillaria rite administrentur neque patiantur tutorum perfidiam. [**] Locus illius *lib. 1. tit. 20.* habetur, dignus quem in margine exhibeamus per epitomen. *Datiuos.* inquit, *tutores aliquando habemus. Si pupillis nulli tutores, non raro contingit, at iudex* ECCLESIASTICVS *illis custodem det* (instar l. 30. C. de episcop. aud.) *qui et personis et patrimonio eorum prospiciat donec annum compleuerint aetatis suae decimum quartum. Hocque testatum sit nonnunquam instrumento authentico sigillato. Ad tale tamen munus leges nostrae neminem compellant* (neque id fit Venetiis, prouide prudenterque) *sed iudices potius eos eligunt atque mouent, quos ad hoc officium amor prouocat.* REX *potest in litteris suis patentibus uniuersalem tutorem minori constituere uel plures. Imo his dare potestatem, ut* SVBTVTORES *nomineat substituatque. In curiis etiam baronum aliarumque libertatum non raro custodes uel gardiani* (id est tutores) *per senescallum uel magistratum municipalem dantur.*

Differ. IV.

rior inferiorque alter de iure, tutores dandi, litigent, hac respondeant ratione. Vt *inferiori* iudici adscribant munus, tutores dandi, abiudicentque hanc facultatem in dubio iudici superiori. Narrat controuersiam instruitque eandem argumentis *Ioan.* BASSIANVS *ad consuetudines Aruenor. c. 1. artic. 12. n. 6. 7.*

Magistratus tutelares die Vormundschaffts-Amter.

(*dd*) In plerisque Germaniae ciuitatibus maioribus *senatus* quidem et *iudex* ordinsrius tractant causas tutelares uniuersim; ast uero eadem cura sigillatim tangit *praefecturam*, quam dicunt, *tutelarem, das Vormundschaffts-Amt, oder das Wæysen-Amt, oder auch die Weysen-Pflege.* Huius collegii est, in cuiuscunque tutoris inquirere uitam, mores, fortunasque; petere s tutoribus satisdationem; admonere eos officii tutelaris; exigere iusiurandum aut fidem manu stipulatam; petere rationes bonorum pupillarium et, si quando decisione opus sit in causis tutelaribus, hanc ad senatum aut iudicem ipsum deferre sb eoque illam expectare, cetera. Exemplis rem docebimus primumGermaniae, tum exterarum prouinciarum. Ceteris fere hic illustrius est institutum ciuitatis Noribergensis, quae *praefecturam tutelarem* accepit a Venetis an. 1506. Quas leges exhibet WAGENSEILIVS *hist. Noriberg. c. 25. p. 201. sqq.* et ex epistola *Christ.* SCHEVRL *de reg reipubl. Noriberg c. 19.* praefecturam hanc *das Ober-Vormundschaffts-Amt* describit *Io. Hier.* WVRFBAIN *diss. iuris Noriberg. classe 2. §. 7.* his quidem uerbis: *Supremi olim tutores tres erant ex numero senatorum. Hodie plerumque quatuor. Qui collegium tutelare constituunt. Neque ea tractant, quae sunt contentiosa, sed tantum uoluntariae iurisdictionis. Nisi enim hanc tutorum uigilantiam a senatu Veneto patres conscripti an 1504. mutuati essent, multa defunctorum elogia suppressa iacerent* [*]. Sed uero hos collegii tutelaris socios a senatu pependisse in causis tutelaribus maioris momenti, ut uere tutelsris magi-

Noribergae.

A stratus dici nequeat, docuit me *dn. p. aes.* ex codice iuris Noribergensis msclo [**]. De collegio tutelari RATISPONENSIVM extant leges singulares an. 1542. 1590. et an. 1658. promulgatae; unde intelligitur, quod illud habeat facultatem: *die gewœhnlichen Vormundschaffts-Eyd, an statt E. E. Raths abzunehmen*; porro tenentur tutores, numos et opes pupilli apud collegium tutelare deponere, neque B sine consensu eius mutuo dare pecuniam pupillarem, *alle Gelder*, pretiosa *sollen in der Vormund-Stuben den Vormund-Herrn niedergeleget und zum besten der Pupillen ausgeliehen werden*; praeterea institutur, *daß sich kein Vormund mit seinen erwachsenen Pupillen ausser der Rath-Stuben berechnen solle*, et quae sunt eiusmodi. Vnde iterum constat, quod collegia tutelaria multum detraxerint cum tutori- C bus, tum iudicibus ordinariis. Neque tantum eius generis collegia tutelaria sunt in ciuitatibus imperialibus, *denen Reichs-Stædten*; uerum etiam in municipalibus, *gemeinen Land-Stædten*. Sic an. 1661. Dresdensis senatus collegium constituit aperuitque tutelare. Quod ex *cap. 6.* intelligitur *der Dreßdischen Vormundschaffts-Ordnung* p. 31. §. 1. *damit die Vormundschaffts-Sachen um so uiel* D *mehr zu Werck gestellet werden mögen: so wollen wir der Rath sonderliche hierzu geschickte Personen deputiren und uerordnen, auch denenselben einen gewissen* Actuarium *zu ordnen. Welche hinfuhro die Vormundschaffts-Sachen uerwalten*, expediren *und denenselben abwarten sollen. Denenselben auch eine Besoldung machen, auch was etwan ein Mündlein uon Hundert hiezu erlegen, uerfügen* et E quae sunt generis eiusdem [***]. Idem collegium tutelare alitur hic loci stque in Germaniae ciuitatibus innumeris slis. His institutis concinnae sunt *camerae tutelares* apud Belgas. Loquatur ICtus utilis et eruditus *Ioan.* VOETIVS *lib. 26. tit. 5. p. 188. Moribus hodiernis tutorem dant*

Ratisponae.

Dresdae.

Camerae pupillares in Belgio

[*] Habent enim id Veneti, quod procuratores D. Marci non solum magistratus sint tutelares, uerum etiam executores testamentorum, in piis maxime causis donationibusque praestandis soluendisque legatis ceterisque rebus obseruandis, quae testator ultima probauit uoluntate. Qua in re mores Venetorum non minus imitatur Noriberga. Adeo, ut magistratus tutelaris, *das Nürnbergische Vormundschaffts-Amt*, hanc quoque curam habere uideatur. [**] Vbi habetur senatus consultum an. 1568. his uerbis conceptum: "Raths Verlass. Vf der Herrn Obersten Vormund schrifftliche Beschwehrung. Wiewohl biss- "hero gebræuchlich gewesen, wenn Vormund uon ihren Pfleg-Befohlenen Kinder wegen Verpfændung "oder Verkauffung thun wollen: dass allewege aus dem Vormundschaffts-Amt der obersten Vormund "einer mit an das Stadt-Gericht geben und dasselbe ansagen müssen. Welches aber denenselben an ihrer "*reputation* uerkleinerlich. Neben dem, dass die Herrn Ober-Vormund offt lang an den Schramen des "Gerichts warten müssen. Dannenhero es in Zukunfft genug, wenn der Vormundschafft-Schreiber in "solchem Falle einen Zettel schreibet. Der solle, wenn solchen der Vormund bringet, am Gericht an- "genommen werden." Vnde facile patet, collegio huic fuisse iurisdictionem tutelarem nonnisi limitibus circumscriptam senatus. [***] Alia harum legum capita in margine hic damus per summam: "Sollen sich fleissig erkundigen durch die Viertels-Meister, ob Vnmündige uerhanden. Sollen ordentli- "che Vormundschaffts-Bücher halten, uon denen Vormunden iæhrliche Rechnung fodern und selbige "*examiniren, defecta* ziehen und entscheiden. Solche auch wenn sie *iustificirt*, unterschreiben. Sollen "dieienige, die sich der Vormundschafft wegern, mit einem silbernen Schock Straffe belegen. Bedenck- "liche Sachen sollen sie uor den Rath bringen. Sollen denen Vormunden nach abgelegter Vormund- "schafft einen *recompens* ausmachen, *cetera*.

Differ. IV.

dant camerae pupillares cuiusque loci. *Quibus iniunctum est, ne detrimentum capiant pupilli. Vel, si camerae pupillares ibi non sint, magistratus ipsi. Vt tamen utrique audiant pupilli cognatos ex iisque creent tutores, si ipsis uisum fuerit e re.* Idem *Hug.* GROTIVS *ad iurispr. Holl. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 17. GROENEWEGEN *ad* §. 4. *inst. de Attil. tut. Paulus* VOETIVS *ad* §. 4. *inst. de Attil. tut. n.* 4. DESSELIVS *ad Zoes. instit. lib.* 1. *tit.* 20. *p.* 104. Idem de moribus GALLIAE testantur MASNERIVS *in praxi for. tit.* 5. *n.* 17. et IMBERTVS *in enchir. u. tut.*

et Gallia.

A praefecto tutelari pendent tutelares magistratus.

Quemadmodum uero collegia haec et camerae tutelares a cuiusuis loci iudice atque senatu pendent: sic contra alibi iudices in caussis tutelaribus pendent a tutelari praefecto. Exemplo sint leges DANICAE *lib.* 3. *cap.* 17. §. 2. his uerbis: *magistratus ex consensu PRAEFECTORVM TVTELARIVM, ubi locorum constituti sunt, tutorem dabit eiusmodi, cui bona pupillaria sub periculo magistratus committi possint.* Quod ideo factum esse, puto. Quoniam praefectus talis refert principem, cuius olim auctoritate dati sint tutores, quod dictum est *differ. I.* superius. Hodieque tutor a principe siue rege ipso datur in regno *Poloniae.* De quo instituto DRESNERVS *in instit. iur. Polon. lib.* 1. *tit.* 26. Idem de *Hungariae* rege, qui dator fit tutorum, adfirmat WERBOECZ *in iure Hung. part.* 1. *tit.* 115. *p.* 59. cuius uerba dabimus in margine [*]. Idem de HISPANIA testatur GVTIERREZ [**]. Quod omnino trahi non potest ad tutelam clientelarium [***] feudorum, de qua in nota proxime subsequenti.

Praefectus a rege, qui dator tutelarum in Dania, Hungaria,

et Polonia,

Hispaniaque.

De tutela DATIVA uasalli.

(*ee*) In feudis ipsum dominum tutorem uasalli esse LEGITIMVM eundemque fructuarium, *dn. Praes.* docuit *in tut. fructuar. diff.* 2. *litt. ll. mm.* Suggerit ipse etiam locum in argumento eodem (†), nequis ambigere possit iisdem quondam moribus quoque uixisse uasallos Halenses. Verum est hic sermo de DATIVO uasalli tutore sigillatim. Vbi nullus dubito, ius *dandi* esse penes dominum; si alius non adsit iudex, qui idem

A sibi adrogauerit. Quid uero, si est ultimum? Quaestionem profert respondetque HORNIVS, *ICtus* Vitebergensis *cap.* 6. *iuris feud.* §. 18. 19. his fere rationibus uerbisque: *Saepe uasallus alium habet IVDICEM aliumque feudi DOMINVM: uter itaque ius habebit dandi tutorem eius generis pupillo. Primo* id tribuit negatque *alteri.* Quoniam tutor detur personae, in quam nihil iuris domino.

Differ. IV.

Nam illa sit domini an iudicis?

Pro iudice argumenta.

B *Deinde* moribus Germaniae datio tutoris ordinarie competat iudici. Quapropter huic relinquenda sit potestas tutelaris, usque dum ex aduerso aliquid probet dominus. *Tum* in arbitratu domini esse, putat, feudis singularem nominare tutorem, qui tamen detur potius rei, quam personae. Verum enimuero non possum, quin hic sentiam contendamque ex aduerso: quod in uasalli dativa tutela *dominus iudici* omnino sit praeferendus. Nam *principio* domini magis interest, ut pupillus uasallus bene educatur formeturque litteris, armis ac uirtute, quam iudicis, cuius hic caussae sunt generales. Contra dominus a uasallo demum *seruitia* expectat expetitque clientelaria, prouocatque illa feudi utilitate. *Deinde* in plurimis aliis regnis usu uenit, ut uasallis pupillis tutorem

Pro domino argumenta.

Quia a) huius interest magis quam iudicis.

D det nonnisi dominus aut praepositus feudalis. De GALLIS testimonium habent REBVFF. *tit. de sent. prouis. art.* 3. *glossa* 2. *n.* 12. ex eoque MONTANVS *cap.* 20. *num.* 5. De ANGLIS exempla ac leges, quod dominus uelipse sit tutor uasalli, uel nominet ei tutorem alium, exhibent suppeditantque GLANVILLA *lib.* 7. *c.* 9. LITTLETON *lib.* 2. *c.* 4. COWELLVS *lib.* 1. *tit.* 17. §. 1. Quae iurium harmonia sperni

b) moribus hisce aiunt respublicae aliae.

E non debet, cum eodem nobiscum uterque populus utatur argumento. *Praeterea* cum uasallus pupillus habeat dignitatem resque illius plurimum sint maioris momenti, quam ut communis iudicis prouidentiae dari queant eiusque tutori; eius honor et amplitudo bonorum exigere uidentur, ut tutorem accipiat domini feudalis auctoritate munitum. Argumenta his uicina habes apud *dn praes.*

c) honor id exigit opesque uasalli.

[*] Verba illius sunt haec: *Tertia tutela dicitur datiua. Quia DATVR a principe. Quae etiam PRINCIPIS TVTELA nuncupatur.* Princeps ipse tutores orphanis dat designatque. [**] *Part.* 1. *c.* 16. *n.* 23. his uerbis: „tutor magnatis per solum datur regem. Vnde in Hispaniae regnis nec auditores regni, nec regis praetores, nec domini uasallorum absque regis commissione possunt tutore magnati prouidere." [***] Quoniam Polonia fere nescia feudorum. Quod nobilium ibi landsassiorum fundi allodiales. Idem fere de Hungariae regno, iuris feudalis pariter nescio, est repetendum. Taceo, quod neuter ICtus de uasallis agat: sed de pupillis eorumque tutoribus scribat uniuersim. Quo ipso nouum differentiae I. robur accedit, principem uel regem ipsum quondam fuisse magistratum tutelarem. [†] Ita enim annales Halenses CODICIS MCSTI: „an. dom. 1318. am Tage „Johannis Baptistae hat der Erbare Rath zu Halle Borckard dem Bischoff zu Magdeburg mit Verwilli„gung des Capitels und des Stiffts zu Meissen Edel-Leuten abgekauffet die Vormundschafft vor 500. „Stendalische Marck lötigs Silbers, eine Marck facit 9. Fl. fünfft halb tausend Gülden auf einen Wie„derkauff. Wenn zu der Zeit ein Mann uerstarb, der Thal-Güter hatte und liess Lehens-Erben: so „war der Bischoff von Magdeburg, als Lehen-Herr, Vormund der Kinder und that die Güter zu uersie„den (*ui tutelae fructuariae*) wem er wolte. Aber ietzund und seithero hat ein Erbar Rath zu Halle „ganze Vollmacht der Vormundschafft *et quae sequuntur deinceps.*

Diff. IV. V.

dn. praef. in tut. leg. diff. 1. Inde est, quod hodieque leges Franconicae uelint, ut pupilli maioris ordinis aut opum tutorem accipiant non a iudice communi (**), sed a supremo prouinciali, *dem Land-Gerichte.* Quorsum etiam locus facit GVTIERREZII *part. 1. c. 16. n. 23.* quod magnatum pupilli in Hispania tutorem non a iudice accipiant, sed ab ipso rege. Haud dubie, quod tum et cura et opes pupillorum momenti maioris. Neque uero est, quod argumenta extimescamus sentientium ex aduerso. Sit enim, tutorem *personae* dari, quod et nos uolumus. Falsum uero est, quod in hanc nil iuris sit domino. Nam in Germaniae territoriis et in Saxonia inprimis, de qua agit Hornius, nobis aduersus, omnis uasallus simul et subditus est. Vt adeo clientelare uinculum omnino etiam tangat personam. Taceo, quod persona uasalli etiam alibi domino obstricta sit non absolute, uerum sub modo, scilicet intuitu feudalium seruitiorum, ne his personam suam uel indignam reddat, uel inhabilem. Quod utrumque caueri debet in pueritia et adolescentia, ne ista aetas uel in praecipitia ruat criminum, uel socordia contabescat. *Deinde* in Germania tutores omnino dantur a communibus iudicibus. Sed eo tantum usque hoc uerum est, nisi aliud uelint rationes, quas diximus esse in uasallo. *Vltimum* frustra monet Hornius, quod tamen *feudi intuitu* sibi prospicere queat dominus alio tutore. Id enim quaeritur hic, quinam tutor pupilli personam obstrictam habeat. Hornius pro iudice stetit, quia iura haec indiuidua sint, nos pro domino. Taceo, quod, allodii intuitu, etiam iudex sibi cauere possit singulari tutore. Vt adeo telum remittere queamus aduersus iura domini emissum. Ceterum, quod ordinibus imperialibus (*denen unmittelbaren Reichs-Ständen*) tutores det, si principes sint aut possessores *von Fahnleben*, imperator, opera iudicii aulici, sin minus, *camera imperialis:* id quidem notum est iuris publici tironibus, quo de legi potest GYLMANNVS *symphor. tom. 3. uoc. tutela* BLVMIVS *tit. 42. §. 11.* Verum illud fuerat addendum, quod tamen aliter se res habeat, si in prouincia illud usu uenit, ut principi minorenni *tutores* nominentur ab ordinibus prouincialibus: quo casu confirmatio tantummodo relinquitur imperatori. In dubio certe, si statum cogito rei Germanicae, putauerim coniecturas militare pro ordinibus. Quia hi quondam, extincta principis stirpe, alium sibi nominauerunt, quem tantummodo confirmauit rituque clientelari inaugurauit imperator.

d) dissoluuntur argumenta aduersa.

DATIVA tutela num Caesaris uel ordinum prouincialium.

DIFFERENTIA V.

Num tutorem dare queat notarius aut comes palatinus?

lib. 1. tit. 20. §. 4. ad uerba: magistratus iussu praesidum.

Romano iure* PRINCEPS *tutores dare potuit ubique locorum (ff), praeteritis magistratibus tutelaribus (gg), imo hac facultate instruere poterat suum* PROCVRATOREM *(hh): neutrum patiuntur rationes reipublicae Germanicae (ii). Inde frustra sunt patriae ICti, qui spartam, dandi tutores, tribuunt imperialibus* NOTARIIS*(kk), aut* PALATINIS *comitibus (ll), licet formula hac utrumque honestauerit princeps (mm).

Imperator qui tutelas det ubique locorum?

(ff) Manifesta est *l. 6. si duas ff. de excus.* In qua MODESTINVS ait: *Si duas habenti tutelas aliae duae simul superinductae fuerint, quae est ordine tertia, auxiliabitur ei, ad remissionem quartae, etsi IMPERATOR fuerit, qui quartam iniunxerit et antequam cognoscat imperatoris mandata, promotus erit ad aliam.* Vnde facile ad intelligendum est, quod maior ratio fuerit dubitandi, utrum aliquis se a tutela excusare posset, si demandauisset illi eandem imperator.

Praeteritis tutelaribus magistratibus.

(gg) Quod aliter esse non potuit. Quoniam omnes magistratus principis Romani fuerunt officiales, ut adeo horum iurisdictio quiesceret, si ipse eandem uellet exercere. Breuiter magistratus Romani iurisdictionem habuerunt *cumulatiue* talem, non *priuatiue.* Quod ultimum dici tantum potest de magistratibus Germanici imperii STRVVIVS *cap. 6. feud. thes. 18. n. 5.* ex eoque b. m. STRYKIVS *c. 8. exam. feud. quaest. 26.*

Procurator Caesaris qui esse potuerit tutelaris?

(hh) Colligunt hoc inde, quod *procurator Caesaris* instrui potuit auctoritate, quam habet *praeses prouinciae.* Dicunt hoc *l. 4. C. ad L. Fab. de plag.* atque *l. 2. C. de poenis*, ubi Antoninus: *procurator meus, qui* (uel quando) *uice praesidis non fungitur*) potest autem fungi, si iusserit imperator

[**] Land-Ger. des Herzogth. Francken *part. 3. tit. 8.* Dieweilen mehrmahlen in Aufnehmung der Vormünder und Curatoren, wenn selbige allein auf unser Land-Gericht gestellet würde von wegen ferne des Weges den Vnmündigen grosse Kosten gemachet werden musten: so wollen wir, dass in Zukunfft die Aufnahm der tutorn in unserer Stadt Würzburg von dem Landrichter geschehen solle. Ausserhalb von ieden Ortes Beamten biss auf 500. Fl. vermögens. Denn wenn die Pflegschafft höher wære, solle die *datio* vor unserem Land-Gericht geschehen.

Differ. V.

rator) *exilii tibi poenam non potuit irrogare.* Fieri itaque omni iure existimant, ut *notarii* et palatini comites, si quidem uoluerit hoc sigillatim Caesar, recte dent tutores. Quod mox confutabimus.

Num ubique locorum tutores dare possit imperator in prouinciis Germaniae?

(*ii*) Rationes sunt hae. *Primo* iurisdictio uel domino territorii competit, uel iudici landsassio. Vtrique certe illa concessa est *priuatiue.* Adeo, ut, recte sentientium iudicio, pridem explosa sint *Reinkingiana* adserta; suspendi curias omnes in Germania, si ipse imperator rem tractare uellet iudiciariam. Quantum enim abest, ut Germanici uasalli non suo, sed Caesaris nomine faciant sementem metantque, uel metere queat imperator aut princeps in uasallorum agris, in quibus illis est dominii societas, id est, utile aut usufructuarium, tantum abest, dominum rem iudiciariam post exercere posse, quam illam detulit uasallo clienti. *Deinde* res tutelaris hodie in fructu est, quoniam pro tutoriis soluuntur iudiciales sportulae. Igitur uasallo ius auferret dominus, si utilitatem, quam ei dedit, deminueret. *Praeterea* cum imperii ordinum feuda sint oblata, quod, post HERTII doctrinam, nemo audet negare, Caesarem probare oportet, hanc sibi facultatem ab ordinibus esse oblatam. *Taceo*, quod utili dominio adnexa superioritas ordinum excludat Caesaris in conferendis subditorum tutelis consortium. *Porro*, cum hodie omnis tutela danda sit cum causae cognitione et inquisitione magistratus, haud dubie tutelarem spartam referemus ad iurisdictionem contentiosam, alienae potestatis exclusiuam. *Ad extremum* e re est iudicis illius, cui pupilli parent ut subditi, ne bona eorundem a malo administratore atterantur. Vt adeo interfit iudicis uasalli, ne in tutelis subditorum suorum habeat consortem. Quod cum ita sit, corruit etiam quaestio altera de Caesaris procuratore. Huic a primo dari non potest, quod ipse non habet quodque negant ei consuetudines rationesque nostrae reipublicae.

An tutorem dare queat notarius?

(*kk*) Argumentum hoc, quod *notarii* non sit ea facultas, uel tutorem adpellandi, uel curatorem, ante me iam respondit *dn. praeses* in diss. de *pseudo tutore notarii*, ut uerbulum nolim addere.

Differ. V.

Num tutorem recte det comes palatinus?

(*ll*) Argumenta, quibus *notario imperiali* negata est potestas, dandi tutores, repeti etiam pleraque, si non omnia, possunt in *comite* palatino. Vnde malumus etiam hic remittere lectorem ad *dn. praes. pseudo tutorem*, quam cibum adponere eundem.

Quid iuris, si potestate tutelari sigillatim illos instruxerit imperator? Rationes affirmantium?

(*mm*) Sunt quidem ICti Germaniae, qui inter ipsos notarios et comites palatinos ita distinguunt putantque, non quidem *notarii* aut *comitis* palatini cuiusuis esse, dare tutores: sed tamen illis hoc negari non posse, qui ad hanc spartam, aliis conferendam, in formula palatina, quam *comitiuam* dicunt, sint uocati. Atque ad ita sentiendum mouentur primo, quod *l. 4. non ualet C. ad L. Fabiam de plag.* atque *l. 2. procurator C. de poen.* de Caesaris procuratore adfirment, hunc quidem praesidis prouinciae uicibus non fungi, nisi iusserit hoc sigillatim imperator. Deinde in aliis regnis, Anglia (*) scilicet et Dania (**), dictum sit superius, illa regi deferre ultimam tutelam et ab hoc nominari praefectum tutelarem. Hae rationes sunt, quas respondebimus deinceps. Nam doctorum auctoritates nullius hic nobis sunt momenti. Quoniam coecus coecum ducit et numerus magis apud illos regnare solet, quam ratio (***).

Rationes negantium.

Quemadmodum uero ex causis, *litt. ii.* adlegatis, satis constat, quod cum Caesaris non sit, tutores dare subditis Germaniae prouinciarum: ita facile ad intelligendum, illum neque hanc spartam, quam ipsi non habuere, aliis demandare potuisse. Vt igitur nil restet, quam dissoluamus dubia, principio aduersus nostram sententiam allata. *Principio* a potestate Romani ad potestatem Germanici imperatoris nullum est uinculum consecutionis. Praesertim in re iudiciaria, quae nostris principibus non cumulatiue, instar Romanorum, sed priuatiue est concessa. Neque deinde plus uirium in nostra republica habent regna extranea Angliae ac Daniae, quae imperii quondam fuerant absoluti. Opponimus tamen illis regnum Hispaniae, ubi claris legibus est constitutum, *ne comes palatinus*, multo minus publicus notarius, *tutores adpellent* (†). Quod si ergo Hispaniae ordines hanc auctoritatem hominibus non dant

---

(*) In differ. 4. in notulis ex testimonio Anglici ICti Cowellii. (**) Regalis enim praefecti tutelaris mentionem faciunt *Danicae leges lib. 3. c. 17. §. 2.* (***) Exemplum nobis sit *Ortholphus* FOMANNVS, qui *thes. 34. de comitib. palat.* inter priuilegia eorundem refert hoc, quod possint *tutores et curatores confirmare.* Sed eius rationes sunt ualde clumbes. *Ita enim*, inquit, *habent diplomata: ut possis ac ualeas, tutores et curatores confirmare. Bene. Nam publice interest, ut pupilli commode educentur et bene regantur, tum ut bona eorum non dilapidentur.* Quasi scilicet diceres, interest reipublicae, ut proba illius sit moneta. Ergo ius monetandi est penes comites palatinos.

(†) *Ioan.* GVTIERREZ *part. 1. c. 16. n. 21. p. 61.* testis est, cuius uerba sunt haec: *Poterant etiam iure communi tutores et curatores dari a iudicibus cartulariis habentibus potestatem a principe uel a comite palatino, cui princeps concessit.* Vt tenet *Bartolus* in l. 1. n. 3. ff. de tutorib. dat. ab his, *Angelus* in §. action. n. 70. inst. de action, *sed hodie iure nostro regio non procedit haec doctrina. Attenta lege duodecima* PARTITAE, *quibus tribus iudicibus id conceditur, non aliis.*

Differ. VI. dant palatinis, multo minus illi hoc expectabunt a principibus Germaniae. WITTEBERGENSIVM sententiam anno 1708. ex aduerso latam recitat confutatque sigillatim *dn. praef. de pseudo tut. notarii* §. 27. Quo et in principio huius differentiae prouocauimus eoque prouocamus ad extremum. Differ. VI.

DIFFERENTIA VI.

Num in datione tutoris discrimen pro modo facultatum *pupilli?*

Lib. 1. tit. 20. §. 5. ad uerba: usque ad quingentos solidos.

Romano iure si pupilli facultates non adsurrexerunt ad QVINGENTOS SOLIDOS *(aa), quilibet ei magistratus recte dabat tutorem, ui ordinariae propemodum iurisdictionis (bb): uerum Germanica instituta eadem prouidentia* PAVPERVM *bona curant, quam* DIVITVM. *Vt adeo exulet apud illos tutelare discrimen pro modo pupillarium bonorum (cc). Nostro iudicio recte et prouide. Quoniam pauper in re minima iacturam sentit maiorem, quam in maxima homo opulentus (dd) ac pecuniosus.*

Solidus num 2½ thaleros faciat usu curiali?

(*aa*) Nolo in solidis conferendis cum nostri eeui moneta tempus perdere, quando neque dum conueniunt inter se *rei numariae* scriptores, quorum rationes subduxit aestimauitque pretio aeris in Belgio signati *Ioan. Frid.* GRONOVIVS *lib. 4. de pecunia ueter. cap. 15.* Cuius iudicio scribit SCHILTERVS *in exercit. ad ff. 6. §. 18.* atque *exercit. 19. §. 17.* Tandem *exercit. 43. §. 11.* inquit: *SOLIDVS uiginti denarios siue DVOS thaleros et duodecim grossos. Quingenti igitur solidi ualent 1250. thaleros 625. ducatos Hungaricos. Quos usus fori substituit solidis Romanis atque eo ipso a constitutione Iustinianea recessit et quantitatem minuit, quum quingenti ducati Vngarici minus faciant, quam solidos quingentos. Deficiunt enim 125. ducati Vngarici* (*). Atque ita frustra in foris sunt argutiae studiosorum antiquitatis. Quoniam *usualis* interpretatio superauit doctrinalem atque errori fecit patrocinium (**).

Tutor quare a quauis publica persona detur, si bona non sint 500. solidorum?

(*bb*) Ita enim *§. 5. inst. de Attil. tut. si facultates pupilli uel adulti usque ad 500. solidos ualeant, DEFENSORES ciuitatum una cum eiusdem ciuitatis ANTISTITE uel alias PVBLICAS PERSONAS, id est, magistratus tutores et curatores creare.* Ipsa autem constitutio habetur *l. 30 sancimus C. de episcop. aud.* his uerbis: *Si quidem usque ad 500. aureos apud* DEFENSOREM *ciuitatu aut* MAGISTRATVM MVNICIPALEM *una cum eius EPISCOPO aut aliis etiam PVBLICIS PERSONIS fieri creationes tutorum et curatorum.* Qui textus inuicem uidentur pugnare. *Primus* enim id uelle uidetur, *publicas personas*, sine consilio et societate episcopi, magistratuum uel alius tutores dare potuisse: alter uero, potuisse illas tutores quidem dare, sed nonnisi in societate et consortio magistratuum. Taceo, quod constitutio *magistratum* municipalem distinguat a personis publicis: institutiones autem magistratus nomine significent publicas personas. Vt adeo quemadmodum in aliis pluribus, ita hic etiam Tribonianus doceat, quam infelix fuerit ac turbidus epitomator. Neque uero insolentiae aliquid habet institutum hoc in iure Romanorum, quod iura uarient pro modo facultatum: nam et donationes et iudices quidam certas summas habent, quas non possunt excedere.

(*cc*) Scilicet quilibet iudex pupillis, iurisdictioni suae addictis, dat tutores, quamuis bona pupillaria quingentos solidos aut summam aeris maiorem excedant. Neque est, quod nobis hic opponamus constitutionem WVRZBVRGENSEM iudicii *prouincialis Franconici* (†), qua totidem

Quiuis iudex tutorem qui det sine pupillarium facultatum discrimine?

(*) Qui ergo *aureos Rhenanos Goldgülden* interpretantur solidos Iustinianeos, illi grauius peccent, quod notum sit, Rhenanos aureos Hungaricis esse aliquot denariis uiliores. Ceterum hoc est uerissimum, quoties leges imperii publicae et priuatae uerbi mentionem *gülden* faciunt, toties aureos intelligi Rhenenses *Geldgülden*, oel *gülden Rheinischer wehrung*. (**) Loco *solidorum* quingenturum, qui hic hominantur, *l. 30. sancimus C. de episcop. aud.* extat nomen *aureorum*. Vt adeo, *aureorum solidorum*, legendum esse, uideatur. Quo ipso tamen iterum nouae oriuntur ad ambigendum et litigandum causae. In qua opera nostrum nunc non uersatur institutum. (†) *Land-Gerichts-Ordn. des Herzogth Francken* part. 3. tit. 2. p. 133. institutum prodit, his uerbis conceptum: "Dieweilen mehrmahlen in Aufnehmen „der Vormünder, wenn dieselbe allein auf unser Land-Gericht gestellet wurde, grosse Kosten, sonderlich „bey geringen Vermœgen der Pfleg-untergebener Güter gemachet werden musten. Solchen zu geringern setzen wir, dass in unserer Stadt Würzburg *datio tutoris et curatoris* allewege von unseren Land-„Richter geschehen solle. Ausserhalb aber solle solches ieden Orts Beamtem mit rath und zuthun „Schultheisen, Bürgemeister, Raths oder Gerichts des Orts, da die Güter gelegen, biss auf 500. Gülden „Vermœgens ungefæhrlich angeschlagen, zugelassen seyn. Wo aber die Pflegschafft solche Summen „übertreffe, solle die *datio tutorum et curatorum* allhier von unserm Land-Gericht geschehen. Und „sollen die Beamte solche hieher an unserm Land-Richter weisen." Dubium est, num sub uerbo *Gülden* intelligantur *Gold-Gülden oder Reichs-Gulden*. Primo generi propius accedunt solidi Iustinianei; ultime usus monetarum in Franconia. Vtrumque patrio legislatore fere indignum est, ut numeros Romanos adfectet sine calculo et ratione.

Differ. VII. IIX.

tidem fere uerbis habetur, quod si bona pupillaria summam habeant 500. aureorum, tutor non a iudice dari queat, sed tantum a prouinciali praefecto. Hoc enim non est institutum Germanici, sed peregrini tantum iuris adprobatio in Germaniae curia. Sufficit enim, quod per uniuersam Germaniam nulli iudici disputetur tutoris *datio*, quam etiam amplae sint pupilli facultates, nisi receptio hic probetur iuris Romani, patriae institutis derogatoria. Ex usu itaque scribit HVBERVS §. 4. *instit. de Attil. tut.* his uerbis: *Cum reipublicae alia inter nos, quam Romanos sit ratio, non est mirum, facultatum discrimen euanuisse. Nam ubique locorum a magistratu per ciuitates et territoria indistincte creari uidemus tutores.*

Apologiae pro Romanis epitome eiusquedissolutio.

(*dd*) Equidem scio, Romanorum haec instituta aliquibus probari. *Principio*, quoniam in paruis non tanta metuenda sint damna: *deinde* corrumpendi iudicis eo maius periculum, quo maiores pupilli facultates: *tum* impensas in tutore a praeside expectando uix mereatur curta pupilli supellex: *tandem* Romani etiam ad summas bonorum respexerint in donationibus, in eligendo iudice rebusque aliis. Sed haec fere omnia eo faciunt, ut damna aestimentur a summis et quantitate numorum, non autem a statu personarum, quae ista patiuntur. Quod nostro nos iudicio improbauimus.

DIFFERENTIA VII.

Num tutoris datio *sit penes episcopum?*

Lib. 1. tit. 20. §. 5 ad uerba: religiosissimo antistite.

Romano iure tutoris etiam DATIO *fuerat penes antistitem*, EPISCOPVM *(ee): non Germanico (ff) idque magis consulte (gg).*

Qui tutoris datio penes episcopum?

(*ee*) Ita enim *l. 30. C. de episcop. aud.* tutoris dationem esse quoque ad *religiosissimum ciuitatis episcopum*. Quod repetit Iustinianus §. 5. *inst. de Attil. tut.* Neque miror, hoc datum esse episcopis. *Primo* enim notum est, quod episcopi singuli curias habuerint, in quibus instar iudicis laici, causas partium audire, decidere [*], et ciuilibus magistratibus demandare potuerunt executionem, praecepto ARCADII *l. 8. episcopale iudicium C. de episc. aud.* *Deinde* Romani tantam habuerunt in episcopos fiduciam, ut omnino crederent, non melius prospici pupillis, quam si tutores acciperent iudicio et auctoritate episcoporum. *Porro* cum tutoris datio esset iurisdictionis extraordinariae, hac instrui poterant episcopi, nulla iudicum uel magistratuum iniuria.

Apud Germanos qui tutoris datio non sit penes episcopum?

(*ff*) Ratio nostrae reipublicae, Latio aduersa, est haec. Quoniam *tutoris datio* apud Germanos iurisdictionis est ordinariae. Adeoque hoc coniunctum esset cum iudicis ordinarii iniuria, si idem sibi adrogaret episcopus. Deinde prouinciales quoque Germaniae ordines iurisdictionem atque huic adnexam tutelae dationem habent patrimonialem. Quapropter neque Caesaris neque principis territorialis est, haec iura illis uel auferre, uel, episcopi concursu, attenuare ac deminuere. Neque est, quod formulam quis aduersus me urgeat, productam *differ. 4. litt. cc.* Nam, ubi tale quid in patria occurrit, illud LL. Latii debetur peregrinis.

Et quam recte hoc negetur episcopis?

(*gg*) *Principio* enim prouidendum est, ne sacri antistites se ciuilibus ingerant negotiis turbentque rempublicam. *Deinde* electio idonei tutoris, ab illo expectari non potest, qui rationes nescit negotiorum ciuilium. *Tum* difficile est, aduersus episcopum agere, si is pupillo non ripte prospexerit in dando habili tutore. *Post* opus est *tutorii* aut *curatorii* formulis iudicialibus, quae non expectantur ab episcopis. *Tandem* mulctis cogendi tutores ad suscipiendam tutelam, ubi per ambages itur, si episcopus demum implorare debet iudicem, ne cassa sit episcopalis cognitio aut constitutio *L. 8. episcopale C. de episcop. aud.* Ceterum alia est ratio in Germaniae episcopis, quibus uel iurisdictio est concessa, uel suprematus. Tum enim omnino dabunt tutores, non uero, qua episcopi, sed qua *principes* uel *iudices* rerum ciuilium.

DIFFERENTIA IIX.

Qui teneantur petere *tutores?*

Lib. 1. tit. 20. §. 6. ad uerba: naturali iure conueniens.

Romano iure MATER *tantum, ob priuilegia successionis et* LIBERTI *ob manumissionis beneficium pupillo tutores petierunt ex* LEGIS *necessitate (ll), quam-*

[*] Ex instituto GOTHOFREDVS hoc argumentum tractauit in fine commentarii codicis Theodosiani, quem inscripsit *extrauagantem de episcopali iudicio.* Vbi illud maximopere cum eodem miramur: quod, una parte ad episcopum prouocante, eius iudicium declinare, nefas fuit alteri. Vt adeo superstitio episcopis dederit *iurisdictionem concurrentem.* Quamuis diuersis illi temporibus satis quoque usi sint diuersis.

Differ. IIX. *quamuis postea limites poenae non petiti tutoris ad quosuis prolatae sint heredes* (†), *dubium an ad omnes simul, an uero tantum ad quemque proximum* (mm): *Germanica instituta idem officii genus imponunt* OMNIBVS *pupilli* CONSANGVINEIS *idque simul* (nn), *imo etiam* IVDICIBVS (oo) *et tutelaribus* PRAEFECTIS (pp). *Magis ob pietatem, quam lucri memoriam.* *Differ. IIX.*

Clausula hereditatis priuatoria, si petere neglexerint tutores.

(*ll*) Ita enim MODESTINVS *l. 2. si minores ff. qui pet. tut.* inquit: *alii pupillis VOLVNTATE petunt tutores: alii ex legis SANCTIONE, puta mater et liberti. MATER expellitur a legitima hereditate, qua indigna habetur, si liberis* (etiamsi sint naturales *l. 8. C. eod.*) *tutorem* petere *neglexerit, uel si ex studio malos petierit. LIBERTI autem, ex his causis accusati, apud praesidem puniuntur, ut emendentur.* Idem repetit TRYPHONINVS *l. ult. ff. eod.* et VLPIANVS *l. 2. §. 23. ff. ad SCt. Tertull.* qui petere iubet a magistratu quouis tutelari. Idem iudicium de *auia l. 2. §. 28. ff. ad SCt. Tertull.* Nisi matrem casus impediuerit, quo minus peteret *l. 8. cum a matrib. C. qui pet. tut.* Causa in utraque persona est facilis ad indagandum. In matre enim id propterea fit, quia eius hereditas apud Romanos habetur instar priuilegii aut beneficii *pr.* et *§. 1. 2. sqq. inst. de SCto Tertull.* In *liberto* punitur animus ingratus et immemor beneficii manumissionis.

Excidit pupilli successione, quotusquisque ei non petit tutorem.

(†) Id enim factum est constitutione demum nouissima, praeter ueteris iuris, ut uidetur, rationes. Qui illas tantum destituere uoluit hereditate pupilli ob non petitum tutorem, quae ad illius successionem essent uocatae. Quod monitum est notulae praecedentis. Verum Theodosius et Valentinianus *l. 10. C. de legit. heredib.* praeceperunt his uerbis: *Sciant, qui* (sine ullo discrimine sexus aut causae) *ad successionem uocantur pupilli mortui, si tutorem ei non petierint intra annum, omnes eius successionem, si impubes moritur, denegandam esse.*

Poena haec an maneat tantummodo proximum?

(*mm*) Ita enim colligunt doctores, quod poena non petiti tutoris illum tantum maneat, qui *gradu* sit proximus pupillo, quo demum mortuo, ad hoc officium uocetur sequens. Alii tamen existimant, *uno* anno elapso neglectoque a proximo, obligari sub formula commissoria uicinum, ut petat pupillo tutorem, quamuis propior gradu consanguineus sit superstes. Licet negent ultimum alii. In utramque partem sententias laudat PORTIVS *lib. 5. conclus. c. 4.* MONTANVS *cap. 18. n. 8.* Rationem addo, quoniam iure ueteri nullus consanguineus ex legis sanctione poenam priuationis hereditariae meruit, si pupillo non petierat tutorem. Vt adeo *l. 10. C. de hered. leg.* sit pristini iuris derogatoria. Taceo poenalis etiam legis eam esse indolem, ne limites eius proferantur.

Germani obligant omnes simul propinquos ad petendum pupillo tutorem.

(*nn*) Quaerunt enim huius officii fundamentum Germani non in successionis lucro, aut accepti beneficii memoria, sed in pietate inter consanguineos pariter colenda. Adeo, ut, si desit officio suo proximus, huic uicinus propterea non excusetur, si et ipse petere neglexerit pupillo tutorem. Sic TIROLENSIA statuta mentionem faciunt *der nechsten Freund* uniuersim [*], idem MONASTERIENSIA [**]. Clarius COLONIENSIA [***], quae etiam officium, pupillis petendi tutorem, proferunt ad quoscunque *uicinos.* Taceo aliorum locorum statuta alia. Scilicet curiae Germanorum iudicium hic fere probant PLATONIS [†], qui omnibus *consanguineis* atque *adfinibus* pupilli hanc legem dat, ne huic petere negligant tutorem. Quem ipse neglectum in singulis animaduertit punitumque eundem uult mulcta quotidiana unius drachmae.

Iudices dent tutores petantque.

(*oo*) Ad Germaniae etiam instituta scribit HVBERVS in *praelect. ad ff. lib. 26. tit. 6. n. 3. apud nos IVDICES pedanei pagorum, uicini et uespilliones iubentur etiam magistratus facere certiores, ut dent pupillo tutores. Est tamen praeceptum sine poena certa.* Claris uerbis id iubet *Würtenb. Lands-Ordn. tit. 32. §. 1. Anfænglich sollen unsere* Amtleute und Gericht *fleissiges Aufmercken haben, wo sich der Fall zugetragen,*

[*] Tyrol. Lands-Ordn. *lib. 3. tit. 46.* "Wo die Eltern ihren Kindern keine Gerhaben gesetzet, sollen uon der ordentlichen Obrigkeit, auf Anruffung der uerwæyseten Kind næchsten Freunde, oder wo das Anruffen nicht geschehe, durch die Obrigkeit selbsts taugliche Gerhaben gesetzet werden." [**] Munsterl. Land-Ordn. *tit. 5.* "Da den Kindern im Testament keine Vormünder uerordnet, daß in dem Fall die næchste Bluts-Verwandten uns oder dem Gericht solches zu uermelden und anzubringen schuldig seyn sollen. In sechs Wochen bey Verlust der *Succession.* Wæren die nechste Anuerwandte ausserhalb unsers Stiffts gesessen, solches soll die Obrigkeit für sich selbst, oder auf Anzeig deren in Stifft gesessenen Anuerwandten Macht haben, Vormund zu bestellen." [***] Cœln. Gerichts-Ordn. *tit. de tut.* "Es sollen auch die Gesippten (*consanguinei uniuersim*) oder, so keine uorhanden, die nechste Nachbaurn schuldig seyn, innwenndig Monats-Frist, nach Absterben der Eltern den Todes-Fall den Gerichten des Orts anzuzeigen, damit die Kinder mit Vormunden uersehen werden mœgen." [†] *Lib. 6. de LL.* his uerbis: *Si orphanorum tutor mortuus, cognati atque affines ex utrinque parentibus usque consobrinos et patrueles, qui praesentes sunt, petant alium intra diem decimum. Alioquin drachma quotidie multentur singuli, quousque orphanis tutorem praeficiant.* Cuius loci me admonuit SCHILTER *exercit. 37. thes. 77.*

Diff. IX. X. *gen, daß Weysen der Pfleg nothdürfftig werden, als bald und ohne einigen Verzug Pfleger und Vormünder zu erwehlen und zu verordnen.* COLONIENSIA statuta [*] etiam *uicinis* quibusque hanc legem dant, ut pupillos significent iudici ad dandum eis tutores. Inprimis etiam *iudices* officii hic sui admonent MINDENSIA [**]. Addunt VINARIENSIA [†] sigillatim, frustra esse *iudices*, qui, forte LL. Romanis occupati, nolint tutores ante dare, quam pupillis expetantur precibus consanguineorum. Damnat hoc in iudicibus legislator, iubetque illos, ut tutores dent, licet non sint rogati. *Diff. IX. X.*

Tutelares praefecti pupillis petant tutores.

(*pp*) Iubentur praefecti tutelares, *die Vormundschaffts-Herren*, omnes in urbe pupillos explorare curareque, ut accipiant tutores uel ab ipsis, uel a senatu. Nam curiis tutelaribus quandoque tantum prouidentia incumbit, senatui uero auctoritas dandi ac constituendi tutores. Singulare statutum DRESDENSE (††), quod uult, ut praefecti tutelares apud tribunos urbis requirant notitiam pupillorum, qui agant sine tutela.

DIFFERENTIA IX.

Num petere oporteat tutores, si pupillo testamentarii aut legitimi?

Ad locum eundem.

Romano iure tum demum pupillo tutores petiti sunt, si DEFVERVNT *ei legitimi aut testamentarii (qq): moribus Germanorum magis est concinnum,* NEQVE TVM *aliquem* EXCVSARI *a petendo, nisi tutores auctoritate iudiciali sint* CONFIRMATI *(rr).*

Petitione opus non est, si tutores sint legitimi aut testamentarii.

(*qq*) Dicit hoc *l. 2. si minores ff. qui pet. tut.* Si scilicet non habent eos tutores, qui ex *legibus* sunt et clarius *l. un. C. Theod. qui pet. AVOS quoque et AVIAS postulandi teneat necessitas, si TESTAMENTARII et LEGITIMI defuerint.* Et uero cum proximi consanguinei ipso iure ac *lege* tutores sint et testamentarii ipsa testatoris *uoluntate*: quilibet intelligit, quod in casu utroque pupillis opus non sit alius prouidentia. Qua in re, omnino miror, fluctuauisse quondam *Bartolum, Baldum* et *Albericum* ad *l. matres C. ad SCt. Tertull.* referente id MONTANO *c. 18. n. 39. 40.*

LL. Germ. quare petendi tutores etiam si pupillo aut testamentarii?

(*rr*) Principio enim apud Germanos nemo tutor fit ex *lege* aut testatoris *uoluntate*, sed tantum ex iudicis auctoritate, quod dictum est doctumque *differ. 2. litt. ii.* Cum itaque in neutro uel mater, uel consanguinei alii securi sint, esse ita pupillo tutorem: non cessabit apud illos *petendi* officium, ut a iudice confirmentur. *Deinde* in pluribus ideo statutis aperte definitum est, ut uideant illi, quos cura haec tangit, num ex testamento aut lege dati susceperint tutelam iudicis auctoritate. Quapropter *Bartolus* forte et *Baldus*, quos in nota praecedenti laudauimus, iuris id esse Romani crediderunt, cum uiderint, illud respondere sui aeui prouidentiae. Quod lumen addi debet MONTANO *cap. 18. n. 39. 40.*

DIFFERENTIA X.

Num excidant hereditate, qui neglexerunt petere tutores?

Ad locum eundem.

Romano iure HEREDITATE *pupilli* EXCIDERVNT, *qui illi non petierunt tutorem (ss): Germanis haec lex uisa est* IVSTO DVRIOR, *cuius loco* MVLCTAM *substituerunt aut poenam, iudicis arbitrio definiendam (tt).*

Poena non petentium tutorem amissio hereditatis. a) quare in matre hoc iniustum.

(*ss*) De MATRE, pupillo tutorem non petente, res est testatissima ueteri etiam iure Romano *l. 2. si minores ff. qui petant. tut.* inquit MODESTINVS: *mater expellitur a legitima filii hereditate, quasi existens indigna accipere hereditatem legitimam, negligens, ei constitui tutorem.* Et non solum, si non petierit, sed etiam si dimiserit, petieritque non alium, uel si ex studio malo petierit. Quod repetit TRYPHONINVS *l. 4. credendum est ff. eod.* Praefertim si illa ad *nuptias secundas adspirauerit, periturii*

---

[*] Quorum summam dedimus in membro praecedenti. [**] Lands-Ordn. *lib. 2. tit. 3. art. 1.* "Erst-"lich sulle die Obrigkeit sich erkundigen, ub denen Vnmündigen Vormünder gegeben worden." [†] Weimarisch. Lands-Ordn *part. 3. art. 3. n. 6.* his uerbis: "Vnd wiewuhl der Mundlinge nechsten Anuer-"wandten, den Rechten nach, gebühret, um Beuormundung derselben anzuhalten, iedoch soll, damit die "Mündlinne nicht Noth leiden mægen, iedesmahl nach Ablauff eines Monaths, nachdem die Verwæy-"sung sich zugetragen, uon deren Befreunden um die Beuormunderung nicht angehalten wird, dazu nichts "destuweniger, bluss uon Amts wegen, sodann unuerzüglich geschritten werden." [††] Cap. 6. Dresd-disch. Vormundschaffts-Ordn. §. 3. est haec: "Ingleichen sollen sie (die Beysitzer des Vormundschaffts-"Amts) die Viertel-Meister in der Stadt, wie auch die Richter auf den Gemeinen in den Vorstædten uor "sich fordern, und uon ihnen mit Fleiss erforschen, ub in ihren Vierteln und Gemeinden etwann Vn-"mündige nurhanden, welche mit Vormunden noch nicht uersehen. Vnd da dergleichen sich befunden, "sollen sie schleunige Verfügung thun, damit sie Beuormundet werden.

Differ. X.

rii rea, *neque fecerit liberis suis ordinari tutorem*, quod Augusti addunt *l. 6. omnem C. ad SCt. Tertull.* Pristinae etiam leges in matrem uibrarunt poenam *infamiae* feceruntque eam *intestabilem*, ob hunc neglectum, id quod posteri imperatores sustulerunt, de quo GOTHOFREDVS ad *l. un. C. Th. qui petant* ex eoque SCHILTERVS *exercit. 37. §. 76.* Idem etiam dicitur de AVIA in *l. 2. §. 28. ff. ad SCt. Tertull.* atque haud dubie lex eadem ferit *proauiam* et ulteriores sexus foeminei adscendentes. Ratio intellectu non est difficilis. Cum enim *mater* et *auiae* quondam ab omni liberorum successione fuerint exclusae, postea uero ex legis indulgentia admissae ad eandem, quod tirones norunt ex *pr.* atque *§. 1. 2. 3. instit. de SCto Tertull.* regula et axioma iuris esse uidebatur, ut excludi ab illa iterum possent ex causa leuissima, ob quam scilicet beneficia et donationes reuocarentur. Quod cum ita sit, causas forte non habuerunt imperatores, quare hanc poenam *ad omnes sine discrimine ullo proferrent, ut successione pupilli caderent, quotquot intra annum tutorem ei non petiissent*, ut habet *l. 10. sciant C. de legit. hered.* atque *l. un. C. Theod. qui petant.* qui auum nominatim subiicit huic poenae. Certe praeter rem. Quoniam harum personarum successio ex iure est ciuili primaeuo et fundamentum habuerat partim in patria potestate, partim in repetitione bonorum auitorum: quo utroque elogio destituuntur matres. Vt adeo illi eadem facilitate priuari non possent successorio iure. Verum sufficit; legem ita uelle. Id uero inter ICtos disputatur, num ob hanc causam etiam mater atque personae aliae destitui debeant legitima. Plerique hoc adfirmant cum PORTIO *lib. 5. conclus. cap. 5.* atque MONTANO *cap. 10. n. 10.* imo et VOETIO *lib. 26. tit. 6. n. 3.* Verum, meo iudicio, standum est ex aduerso. Partim, quod causae exheredationis in legibus expressae *nou. 115.* non debeant adaugeri: partim, quod leges poenales non mereantur interpretationem *extensiuam*: partim etiam, quod, masculorum intuitu, lex haec noua sit, ueteris iuris derogatoria. Quo lumine subscribi potest decisioni *b. m.* STRYKII *lib. 26. V. M. tit. 6. §. 4.*

b) iusto durior in auo et consanguineis.

Num etiam priuari debeant legitima?

(II) Tuebor me *primum* auctoritate statutorum, quae nolunt *poenam priuationis*; sed mulctam indicunt aut iudicialem *uituperationem*; ut habetur in VINARIENSI Saxonica [1]. Idem habetur in LVBECENSI [2]. *Deinde* in praesidium uoco auctoritatem ICtorum, quorum aliqui tantum in eo errant; quod existiment hanc *priuationis poenam* desuetudine sublatam fuisse, cum mea potius sententia sit, illam in patria nunquam fuisse receptam. Loquatur primum VOETIVS meus *lib. 26. tit. 6. n. 4. ut tamen neque mater neque ullus alius, ob non petitum tutorem nunc successionis spe non excidant: Dum poenae legales, aliquem priuantes iure suo in desuetudinem abierunt, sed tantum leuior poena pecuniaria ueniat irroganda.* Idem habent ante illum LEEVWEN *lib. 1. censurae c. 16. n. 10.* [3]; porro *Regnerus ab* OOSTERGA [4], quem haec ratio mouet; quod hac in lege inter delictum et poenam grauissimam nulla sit proportio; inter abrogatas etiam poenas hanc refert GROENEWEGEN [5]. Neque de Belgii tantum moribus, sed de usu hodierno uniuersim loquitur WISSENBACHIVS [6]; quod ordinarie poena cesset priuationis eique substituenda sit, arbitrio iudicis, mulcta. Idem confirmant Galliae moribus IMBERTVS [7]; consentiunt MASVERIVS [8] aliique. *Praeterea* plures etiam patrii iuris rationes suadent, ut hunc Latii rigorem in nostra republica temperemus. Nam *principio* ipsum ius Romanum olim *matrem* solam priuationis poena adfecit, quod huic successio deberetur tantum beneficio aut priuilegio, quod *supra* dictum est. Verum apud Germanos *mater* eodem prorsus iure quam pater succedit liberis suis. Quod docent communio bonorum, potestas materna et quae aliae supersunt

Num iure Germ. excidat pupill. hereditate, qui illi tutorem petere neglexerit? Negatur hoc 1) auctoritate statutorum.

2) testimonio ICtorum.

3) rationum *momentis.*

[1] Weimar. Lands-Ordn. *part. 3. art. 3. n. 6.* "Wenn die nechste Anverwandte die Ansuchung um "die Bevormundung der Vnmündigen uersæumen, ist ihnen derenthalben Vorhalt und Verweiss zuthun, "sie auch nach Gelegenheit willkürlich zu bestraffen." [2] *Lib. 1. tit. 7. art. 12.* uerba sunt haec: "Eine "iegliche Wittfrau solle nach Absterben ihres Ehe-Mannes, binnen ein uiertel Iahr Vormünder uor sich "und ihre Kinder erwæhlen; und uom Rath bestættigen lassen, bey Strafe gemeldtes erbaren Raths." Quam poenam MEVIVS *in comment. ad h. l.* esse uult arbitrariam. [3] Verba LEONIS sunt: *Non quidem sub poena priuandae et amittendae successionis* l. 2. et ult. ff. qui pet. tut. *quae, inter alias leges priuantes aliquem iure suo, a moribus recessit: sed poena aliqua pecuniaria statuto comprehensa*, aut definienda arbitrio iudicis. [4] In *censura Belg. ad ff. lib. 26. tit. 6.* his uerbis: *Sed quid si neglexerit mater? Haud tamen moribus amittet successionem legitimam. Quae iure naturali debetur eoque nec temere debet priuari. Sed neque alii priuantur successione, si pupillo tutorem petere neglexeriat, quum nulla hic seruaretur proportio inter delictum et poenam. Ceterum alia poena pecuniaria plectendos esse notaui* ad §. 3. inst. de legit. agnat. tut. • [5] De LL. abrogat. ad *l. 8. C. qui pet. tut.* [6] Verba eius sunt *in comm. ad ff. disp. 50. n. 21. poena illa*, inquit, *exoleuit moribus hodiernis. Alicubi mulcta pecuniaria plectuntur.* [7] In ENCHIRIDIO IVRIS GALLIAE p. 364. his quidem uerbis: *Nec etiam moribus nostris donationem, a uiro in se collatam nec filii successionem amittit* MATER; multo minus consanguinei; *si intra annum tutorem filio non petierit. Mulctatur tamen mater huius segnitiei nomine pecunia pro iudicantis arbitrio.* [8] *In praxi tit. de tut.* quem laudat Imbertus.

Differ. X. persunt eius generis reliquiae (9). Si itaque rationem consulas, Augusti praeter rem fecerunt, quod huius poenae limites, forte in curia ueteris iuris, protulerunt ad *auum* et *masculos*, originario iure pupilli successores. Quo poenae abusu intellecto, eam recte spernunt Germani. *Deinde* cum in Germania tutelae non solius oneria sint, ut apud Romanos, sed commodi insignis, quoniam tutoribus uel salaria aut honoraria constituta, uel bonorum pupillarium usufructus, quod nuperrime *dn. praeses* docuit in *tutela fructuaria*, igitur, ipsius CARPZOVII (10) et HVBERI (11) contra sententium ICtorum iudicio, raro accidit, ut pupilli maneant sine tutore. Quo ipso intelligitur, Germanis caussa nunquam fuisse, quare, tam graui ac enormi poena proposita, homines cogerent ad petendum pupillis tutores. *Porro* cum hodie Germanico iure tutelae datio iudicis

A sit cuiusuis etiam inferioris (12), his certe ignoti esse non possunt casus, ubi opus fuerit tutela. Contra apud Romanos hi latere potuerunt magistratus tutelares, quorum fuerant pauci ac plurimum tales, qui mole negotiorum grauioris momenti occupati et tantum non oppressi fuerunt. *Accedit*, quod, iudicio Germaniae curiarum, magistratus et iudicis cuiusque sit, pupillos indagare eisque B prospicere tutoribus, consanguineorum rogatione neque expetita neque expectata (13), adeo ut in neglectum eorundem animaduertant actione de syndicatu (14). Quo rerum statu iterum non opus est tanta consanguineorum poena, non petentium tutores. Atque ab hac opinione non dimouent nos, quae urgentur a parte aduersa. *Principio* enim statuta laudant MAGDEBVRGICA (15), HAMBVRGENSIA (16) et locorum aliorum, ubi lex haec commissoria sit adprobata. *Respond.* *Differ. X.*

4) *dissolutio contrariorum.*

(9) Plura *dn. praes.* congessit *in tutel. matern.* *diff.* 1. *litt. bb. sqq.* et de *tutelis* uniuersim *diff.* 5. *litt. cc.* Accedit, quod mater ipso iure uocetur ad tutelam moribus Germaniae, ut adeo sufficiat, illius periculo iacere bona pupilli *dn. praes. de tut. mat. diff.* 15. (10) In duobus locis CARPZOVIUS tractat hoc argumentum. Principio in *part.* 2. *const.* 11. *def.* 15. ubi inter alia dicit: „Quod nec aliter „se habet in foro Saxonico, ubi mater, si nolit esse tutrix, petere tenetur liberis tutorem, nisi incidere ue„lit in poenam amittendae successionis. Dummodo mater sit maiorennis; dummodo ei non praefe„rantur alii in tutela: dummodo pupillus non factus sit ante maiorennis, quam moriatur: dummodo „neglectus a matre purgetur intra spatium anni.“ Quae omnia Romana sunt, non Saxonica. Atque hactenus docet Carpzouius: mitior autem ille est, quando decidit. Nam *part.* 3. *decis.* 286. qui alter locus est, *n.* 9. *et* 10. ita inquit: „Sed quicquid sit, casus hic forta rarius in masculis agnatis et cognatis. „Quod si anim popillus locuples est, uix moram contrahet agnatus, quo minus cito compos fiat bonorum. „Ex quorum administratione commodum habet moribus hodiernis, *et quae sequuntur.* *Inde sententiae „scabinorum Lipsiens.* 1650. Dafern ihr etwa sonsten erhebliche Vrsacban [*quorsum pertinet ignorantia „iuris*] warum ihr denselben keine Vormünder bestætigen lassen, so mœchte eueb die Erbschafft mit „Bestand rechtens nicht entzogen werden.“ Scilicet, licet uideant ICti rationes inconcinnas, nolunt tamen obuiam ire iuri Romano aperte, uerum subuertunt illud per cuniculos, limitando, dubitando, restringendo, cetera. Carpzovii auctoritas fefellit ICtos, magis Germanos BEYERVM Wittebergensem, KRESSIVM aliosque. (11) In *praelect. ad ff. lib.* 26. *tit.* 6 *n.* 2. inquit: *apud nos abrogatum esse, nemo dixerit* (ast tantum nos Belgii ICtorum congessimus cumulum). *Quia uerum non est, poenas legales aliquem iure suo priuantes abolitas esse. Non memini unquam huius rigoris exemplum euenisse.* (12) Quod omnes Germaniae ICti largiuntur, de quo supra *diff.* 4. *litt. c.* (13) Testantur hoc leges imperii publicae ac Germaniae uniuersae communes R. I FRANCOF 1577. tit. 32. § 1. „Wenn aber nun den Obrigkeiten zustehet, in dem gebührlich und billig Einsehen zu haben, damit die „minderiæhrige Kinder unbetrogen bleiben: so wallen wir ernstlich auferleget und den Obrigkeiten „befohlen haben, dermassen Versehung zo thun und zu verordnen [*non expectata aut requisita consanguineorum rogatione*], dass denen Minderiæhrigen iederzeit Vormünder und Vorsteher gegeben werden. Eadam uerba sunt R. I. AVGVST. 1548. tit. 31. Ex prouincialibus statutis fere innumeris laudabo BREMENSIA ex *codice mscr. dn. praes.* qui quo uetustior, eo etiam fide est dignior. Ita autem uerba eius sunt *tit.* 16. §. 71. „Hadde ein Mann Kinder und neen Wyff, offte ene Frauwe Kindere und neen „Mann und die Kindere Vormündig wehren und stürve da geyges dodes, also, dass se nemand tho deme „rechten Vormünder gekobren hædden; so schœlen de Rahdtmannen binnen nægesten viertein Nach„ten (*numerat more Germanorum antiquo noctes*) wenn er se dat geforschet, twe bedarffe Mann dartho setten.“ Nil hic de petitione consanguineorum, multo minus de poena, nisi petierint: potius hoc officium senatui iniungitur nominaturque tempus legale quatuordecim tantum dierum. (14) *Petr.* MVLLER *ad Struu. exercit.* 31. *act.* 6. §. 32. Nota: „Iudex, nemine petente, administrationem tutori „iniungere ex officio omittens, de syndicatu conueniri potest ob damnum, pupillis datum.“ Inde recte BEYERVS *posit. ff. lib.* 26. *tit.* 6. *n.* 6. indicat: „Magistratus ex officio ad constituendos pupillis tutores et curatores magis obligatur patrio iure, qoam Romano.“ Quamuis enim haud negem, etiam apud Romanos demum iudicis fuisse, tutores dandi, licet non rogatos: nego tamen hoc patere ex *l.* 1. *ff. de iurisd.* atque *l.* 13 §. 1. *ff. de offic praesid.* Imo cum integri anni spatium haberint illi, penes quos petendi fuit officium *l.* 10. *C. de legit. hered.* atque *l.* 2 §. 43. *C. ad SCt. Tertull.* quilibet intelligit, eousque minimum ex officio iudicem dare non potuisse tutorem pupillo. (15) Cap. 43. „der Policey-Ordn. §. 5. Solle die Mutter bey „Verlust ihres Erbtheils, welchen Sie non den Kindern zu gewarten, gehalten seyn, binnen halber Iahres „Frist bey der Obrigkeit auzusuchen, dass denen Vnmündigen die nechste Anuerwandte oder andere „zu Vormunden gegeben vverden.“ Verum *poenalis* haec formula in ueteri iure Magdeburgico 1652. sancito *der alten Magdeburgischen Policey-Ordnung* cap. 13. *von Vormundschafften* non habetur, ut adeo insolentia debeatur legibus Romanis. (16) Part. 3. „Hamburg Stadt-Rechte tit 5 §. 5. Wurde aber die „Mutter sich vviederum uerheyrathen: salle sie die Vormundschafft ihter Kindar, auf vorhergehende „Schluss-Rechnung, den andern Mit-Vormundern abtreten, und denselben die Guter einantvvorten, „Vnd

Respond. Vt in centum locis aliis scriptores statutorum nil egisse, quam ut nobis darent Iustinianum Germanice loquentem. Adeoque talia instituta non ex indole reipublicae nostrae fluunt, sed ex patrii iuris neglectu atque Latii superstitione (17). *Deinde* ICtos opponi hic posse ICtis perhibent. Nam in Germania CARPZOVIVM (18), in Belgio HVBERVM (19) sentire, putant, ex aduerso. *Respond.* Maiorem tamen numerum in castris os- B fendi (20) atque ipsos illos ICtos agnoscere, se destitui hic sententiis curia- A libus (21). *Tandem* regula hac rem confi- cere uult *b. m.* STRYKIVS (22): tam diu curias hic sequi debere ius Romanum, quam diu de abrogatione illius non constet. *Respond.* Nostro iudicio regulam minus probari. Cum, quod abrogatione iuris opus non sit, cuius negatur desideraturque receptio; tum, quod satis hic sit indolis tutelaris diuersitas Romae et in Germanis. Atque haec est, in qua eruenda et explicanda principio huius argumenti fuimus occupati.

DIFFERENTIA XI.

Num etiam minori peti queat curator?

ad locum eundem.

Romano iure CVRATOR *pro minori neque* DEBVERAT *(uu) peti neque* POTVERAT *(xx): utrumque, existimauerim, iuris esse Germanici (yy). Idque, nostro iudicio, prouidentissime (zz).*

Num iure Rom. petere oportuit curatorem minori?

(*uu*) Clara hic est *lex 2. §. 4. ff. qui petant tut.* ubi inquit Modestinus: *Haec quidem de tutoribus*, opera consanguineorum petendis pupillo: CVRATORES *autem minores sibi ipsis petent. Si quidem adsuerint, per se ipsos: si autem absuerit aliquis eorum, petet per procuratorem.* Imo si forte creditoris aut actoris intersit, ut minor curatorem habeat, non ipse eum petet a iudice, sed, uerbis Antonini, *l. 1. C. qui pet. tut.* dicitur: *admone adolescentem, aduersus quem consistere uis, ut curatores SIBI dari POSTVLET: qui, si in petendis his cessabit, potes tu competentem iudicem adire, ut in dandis curatoribus officio suo defungatur.*

Num liceat petere alieni curatorem?

(*xx*) Neque id ipsum est obscurum. Nam aperte Modestinus *l. 2. §. 5. ff. qui pet. tut.* dubium hoc respondet, his quidem uerbis: *An autem alius petere CVRATOREM possit minori, quaesitum est. Et VLpianus egregius ita scribit:* NON LICERE ALIVM EI PETERE, *sed ipsum sibi ipsi.* Imo tutor, *finita tutela, admonere debet pupillum suum, puberem factum, ut sibi curatores peteret, nisi teneri uelit tutelae iudicio*, uti decidit Vlpianus *l. 5. ita §. 5. ff. de administr. tut.* Vnde facile est ad intelligendum, non solum poena liberos esse consanguineos et matrem, si pupillo, sibi cognato, curatorem neglexerint petere. Verum nefas esse factu, si peterent.

Quare Germanico iure etiam curator petendus sit minori? Affirmentium rationes.

(*yy*) Non clarius causae patent, quam si rationes utriusque reipublicae tutelares inuicem conferantur. *Primo* apud Romanos curatoris rogatio consilii fue- D rat: Germanico iure est necessitatis ac praecepti. Vt adeo eandem quis pietatem minori probet, petendo ei curatorem, quam tutorem pupillo. *Deinde* nota iuuenis, in peiora ruentis, fuerat, uiuere sub curatore: quod in Germania aliter se habet, ubi curatores sunt legitimi. Quapropter adolescens offendi non potest, si ipsi consanguineo petitus fuerit curator. *Post* Romani puberes E factos tali iudicio aestimarunt, ut quoties opus esset, sibi possent eligere curatorem: sed Germani tantam in puberes fiduciam non ponunt. Quare uoluit, ut hi ex nutu pendeant aliorum, uel iudicis, uel consanguineorum. *Praeterea* Romano iure differt curator a tutore; non

„Vnd, im Fall sie, ehe denn solches geschehen, euch vvas nach zugelegter Rechnung sie den Kindern „schuldig blieben, vœlliglich bezahlet, die endere Ehe vollziehen vvurde: soll sie demit ihren Mütter- „liehen Erbfell zu derselben Kinder Gütern vervvircket baben. Etiam hoc statorum est recentioris eeui. Possidet enim *du. praes codicem mscr. iuris Hamburg.* ueteri lingue Saxonice conceptum an. 1427. in quo meter ipso iure est tutrix retinetque bona liberorum, licet transeat ad secundas nuptias. Dummodo nil dissiper uel alienet de pupillaribus bonis. Habendum igitur ius hoc nouellum petiter pro partu Iustinianeo. (17) Argumentum momentosum est, quoniem ueritas haec ex utriusqoe statuti historie elare elucet. (18) *Part 2. const.* 11. *defin.* 19. atque ello loco *part. 3 decis.* 286. Vtrumque dedimus supra in notulis n. 10. (19) In praelect *ad ff lib* 26. *tit:* 6. *n.* e. Verba habes superiue in notula ii. (20) De quo nemo dubitebit, qui legerit supra nomine *Voetii*, *Leonis*, *Oostergae*, *Groenewegii*, *Wissenbachii* aliorumque. (21) Ostendimus illud in utroque cum *Hubero*, tum *Carpzouio in notulis* 10. *et* 11. Vbi inprimie notandum est, licet Carpzouius sine auctoritete aliorum rationeque scripserit, ipsum tamen alioe omnes, suo in forensi iurisprudentie principetu, occupauisse. Teceo, quod ante b. m. *Strykium* et *Schilterum* nemo fuerit in Germenia, qui rationes nostrae reipublicae contulit cum Romana ab eeque ausus fuit, latum unguem reeedere. Forte hec lyea oberraremus eriemnunc, nisi *Belgici* et *Gallici* ICti nobis torporem excussissent (22) Ita enim *lib.* 26. *V.M. tit.* 6. § 1. de hoc iudicat argumento: ***Sic igitur tam diu pro iure communi pronunciandum, donec diuersum reperiatur statutum uel alia ratio poenam huius tituli plane absorbeat***

Differ. XI. XII.

non Germanico. Vt adeo, qui in legibus petere iubentur unum, iubeantur A etiam petere alterum. Postulata haec sunt, quae forte alia occasione comprobabit *dn praef. in curatelae differentiis.* Respondebimus tamen singula in conflictu. Ne quid noui aut insufitati uideamur protulisse, prouocamus interim ad SCHILTERVM *exercit.* 37. *§. 78. 79. 80. sqq. b.m.* STRYKIVM *V. M. lib. 26. tit. 6. n. 3.* et VOETIVM meum *lib. 26. tit. 6. n. 4.* Qui B sentiunt nobiscum. Et ante illos MONTANVS *cap. 18. n.* 11. his uerbis scripsit iudicauitque: *Vt autem tutorem petere tenentur pupillo, eadem ratione et* CVRATOREM. *In casibus, quibus is curator puberi est necessarius.* Sed ibi loquitur ille de curatore minoris. Certior est GROENEWEGEN *ad l. 6. qui pet. tutor* (23). Verum quid ad haec ICtus humanissimus, *Vlricus* HVBERVS (24)? Impetit ideo Groe- C newegium et fatcor, dum hoc facit, principia fouet, quae non frustra rideret iurisprudentiae forensis studiosus. *Principio* enim frustra hic ab eo requiritur iuris Romani *abolitio*, cum fieri non potuerit, ius hic Romanum in nostra republica unquam esse receptum. *Deinde* putat,

Rationes negantis Huberi.

in arbitrio puberum esse, uelint nolint habere curatores, quod rationes omnes euerteret patriae consuetudinum et legum imperialium in causa tutelari. *Post* iudicio relinqui ipsius minoris, quem curatorem uel dimittere uelit, uel nominare. *Denum* non peccare putat matrem, si haec ad secundas nuptias ierit reliqueritque duodecim annorum filiolas sine cura. Vtinam ICtus summus insolentissimae doctrinae uel statuta laudauisset, uel testes, uel rationes. Sed, nisi fallor, uir doctissimus abreptus est nimio Romani iuris amore atque odio, quo prosequitur dogmata Groenewegiana. Nostri hic instituti non est, ut prolixiores simus in re, cui lucem iam dedit *dn. praef. differt. de tut. legit. diff.* 2. dabitque maiorem in *differentiis circa curatelam.*

(zz) Ostendit hoc plane pleneque *dn. praef. in tut. legit. diff.* 3 *litt. qq.* Et sane, si ulla res est in uniuersae Romanae iurisprudentiae ambitu, ubi ne uestigium quidem ullum uel ingenii uel rationis reperitur, hanc esse puto, quod prudentiam animique uires posuerint Romani in lanugine finiuerintque tutelam pubertate.

Contentio LL. Rom et Germ. de aequitate.

DIFFERENTIA XII.

Intra quod tempus peti debeat tutor?

Ad locum eundem.

Romano iure ANNVM ***indulgent, ex quo demum in mora constituuntur puniunturque illi, qui pupillo tutorem petere neglexerunt (aa): Germanica iura spatium hoc contrahunt dantque huic officio*** MENSES ***tantummodo, unum aut dues (bb). Idque prouidentissime (cc).***

Spatium petendi tutorem annuum iure Rom.

(*aa*) Siue MATER iubeatur petere, siue D CONSANGVINEI AC HEREDES. De ultimis loquitur *l.* 10. *sciant C. de legit. hered.* his uerbis: *si tutorem pupillo non petierint intra* ANNVM, *omnem eius successionem denegamus* in pupillaribus bonis. Ob rationis paritatem idem terminus etiam in matre habetur, pro legitimo. Numerant uero annum a tempore non *scientiae* mortis, sed a morte ipsa ALEXANDER *lib. 6. cons.* 185. et MONTANVS *cap. 18. n. 32.* E Deinde quaerunt, an intelligi debeat annus *perfectus* siue completus? Quod

omnino adfirmauerim, cum lex sit poenalis adeoque spatium nequeat contrahi, nisi a legislatore.

(*bb*) Quod patebit ex statutorum enumeratione. *Dies* XIV. habent BREMENSIA (26) et PORVSSICA (27): *menses* autem TRES indulgent HAMBVRGENSIA (28) et LVBECENSIA (29): ulterius adsurgunt dantque *semestre* spatium MAGDEBVRGENSIA (30), qui terminus prolatus est ideo in constitutione nouella, quia formulam addidit priuatoriam.

Breuius longe iure Germanico.

(*cc*) Quis

(23) Verba eius sunt: *Hodie sicut tutores ita et* CVRATORES *filiis petendi necessitas matri imposita est.* (24) In *praelect. ad ff. lib. 26. tit. 6. n. 4. 5. 6.* Verba dabimus in epitome: *De nostra aliisque gentibus* (postulamus hic unicam gentem, quae ineptias Romanorum tolerauerit, dixeritque sui iuris pueros ob succrescentem lanuginem), *quae iure scripto* (Romano) *utuntur, si statuto non sit abolitum. Ita nos seruamus, pro impuberibus petunt propinqui: puberes ipsi petunt tutores* (curatores). *Ipsi, ut impetrantes et requirentes in iudicio collocantur, non mater aut alii pro ipsis. Vnde fluunt hae positiones.* Matrem quae transit ad secundas nuptias, *non cogi liberis suis petere curatorem. Liberos pubeses non cogi, ut matrem habeant curatorem. Inuito aeque hodie datur tutor.* Et quae sunt generis eiusdem. Qua doctrina uix esse potest aliquid insolentius. (26) Accedunt fere hi ad spatium Platonis, qui non maius interuallum hic dedit, quam *decendium.* Quod uidimus supra. Verba Bremensis legislatoris ex codice uetustissimo eoque msc[to] laudauimus supra *in notula* 13. (27) *Lib. 2. tit. 6. art. 2. §. 5.* „Wir ordnen und „wollen, dass die Mutter, Gross-Mutter, gesipten Freunde, auch, auf den Fall, wenn keine uorhanden „wæren, alsdenn die nechsten Nachbaren schuldig seyn sollen inwendig 14. Tage oder auf længste 3. Wo„chen, nach absterben der Eltern der Obrigkeit Vormünder vorzuschlagen.“ (28) *Part. 3. tit. 6 art.* 10. (29) *Lib. 1. tit. 7. artic.* 12. (30) Verba dedimus *ex cap.* 45 *§. 5.* superius *notula* 19.

Differ. XII. Contentio pro aequitate iuris Germanici.

(cc) Quis enim dubirabit, periculo inuolui bona pupillaria ipsumque pupillum, si tanto tempore desit tutor. A Neque enim ante illud tempus iudices tutelares officio tutelae dationis defungi potuerunt non implorati. Maiori iraque prouidentia Germani sparium contraxere, ne iusto diutius ageret pupillus sine tutore. Dices, poenam priuandae hereditatis infligi ita iusto maturius. Verum enimuero id est, quod supra iam B ostendimus, exulare formulam priuatoriam in patrio iure. Contra prudenrius agi, quod huius neglectus poena telinquatur iudicis arbitrio, qui eandem pro temporis breuitate aut longitudine uel minuere potest, uel intendere et adaugere. Taceo, quod iure Romano etiam illud sir ualde inhumanum, quando annus cedit a tempore mortis, non autem scientiae heredis, tutorem petituri. Quo ipso fieri potest, ut unius uel alterius diei mora, aliquis excidat opulenta et pecuniosa hereditate.

* * *

CONSVLTISSIMO IVVENI,

ARNOLDO GVILIELMO A IVCHEN,

S. P. D.

PRAESES.

TE autem dimitterem ego sine litterarum uirtutumque tuarum elogio? Non rogatus, sed sponte tibi adsum testis, quam bene laudabiliterque confeceris academicorum studiorum rationes. Est tibi animus rectus sibique constans, solers quoque, idemque amans atque tolerans laboris, cultuque litterarum et iurisprudentiae lumine subactus et illustratus. Multum naturae debes, non minora idoneis doctoribus, pleraque uigiliis et oleo, quod in scholis et academiis studio dedisti litterarum et iurisprudentiae. Felicem te dico, quod, antequam te huc conferres, doctores nactus es in iuris arte principes. His enim elogiis omnino ueneramur Lugdunensis academiae illud par. Quibus iuris quid debeat nostra aetas, illi demum intelligunt, qui in scriptis eorundem legendis animum defixere. GERARDVM NODTIVM uolo et IOHANNEM VOETIVM. Quorum primus in scholis regnat; alter in curiis. Ille ueteris Latii nobis thesauros aperit purgatque iurisprudentiam Romanam, interpolatione Triboniani, imperitia scribarum atque interpretum ignauia ualde turpatam de solioque deiectam, cui tot sententias ac leges restituit attulitque medicas manus illis, ubi aqua haesit iurisprudentiae superiori aeuo magnis luminibus. Alter uero nostrae ac Romanae reipublicae diuersam faciem, temporum consiliorumque discrimina docet, cum alii contra uulnerauerint iuris prudentiam nostram, cogendo Romani et Germanici iuris principia in unam harmoniam. Factum igitur est, ut ex utriusque doctoris institutione, quam musis tuis iunxisti, in utriusque proficeres iurisprudentiae facultate. Quo ingenii tui

 tui cultu meum tibi consilium non displicuit, quo auctor tibi fui, ut in arenam conflictus inauguralis argumentum produceres, in quo utrinque humeros tuos posses exercere. Filum igitur differentiarum iuris Romani et Germanici, quod trahere coepi, felici tu auspicio continuauisti. Egomet tuis addidi quaedam symbola, nostrae prouinciae iuribus uicina. Gratulor igitur industriam tuam uoueoque, ut iamnunc a scholis ad curiam transeas, spartamque consequaris, quae profectuum tuorum respondet rationibus. De quo rerum tuarum successu egomet eo minus dubito, quo certior sum, litteras uirtutemque tuam omni fortunarum genere esse dignissimam. Halae Venedorum die VII. mens. April. Differ. I.

cIↄ Iↄcc XIII.

OPVSCVLVM VI.

DIFFERENTIAE IVRIS ROMANI ET GERMANICI *IN* FRVCTVVM ATTRIBVTIONE *(aa)* TVTELAE VSVFRVCTVARIAE.

die XXXI. mensis Dec. cIↄ Iↄcc XII.

DIFFERENTIA I.

Num tutori concedendus sit usus fructus bonorum pupilli?

Improba est Romano iure TVTELA QVAESTVOSA. *Onus illius subeundum gratis, nulla lucri proposita spe (bb). Contra, moribus Germanorum adsignatus tutori usus fructus bonorum pupilli isque uel totus, uel aliqua illius pars. Erat nobis hic plerarumque Europae gentium magna et incredibilis consensio (cc). Quae lumen adfert uetustioribus patriae institutis, ubi illa uel temporum aerugo obliterauit, uel expunxit auctoritas iuris peregrini (dd). Scio, migrauimus mores (xx), quorum reliquiae supersunt in Germanici tutoris salario (ee). Quam bene aut male id factum sit, in margine notamus (ff) in ipsoque differemus conflictu. Prodest tamen haec ueritas etiamnunc curiis nostris: ne tutorum salaria porro inter res, odio dignas, referant aestimentque illa lance iuris derogatorii (gg). In quo quidem errore si non omnes, plures certe patriae ICti hodieque uersantur (hh).*

RATIO INSTITVTI. (*aa*) Principio institueram, periculum facere inauguralis conflictus in hoc tantum argumento: ut in *praerogatiuam* inquirerem, quam certa anni tempora haberent in *fructuum diiudicatione.* Varia hanc in rem congesseram legum, sententiarum et statutorum genera, quae satis iam esse uidebantur ad *inauguralis dissertationis* adparatum. Sed cum a calce operis proxime abessem, opusculum de *iure serentis* in manus meas uenit, disputatum a *Ioan. Petro* THIELIO, praeside uiro illustri a COCCEII. Perlegi illud neque sine animi quodam cruciatu deprehendi, actum me fere egisse, cum pleraque mei instituti ab auctore illo iam essent occupata. Adii consuluique *promotorem meum*, ut, quid consilii capiendum sit, ab illo expectarem. Expendit ipse rerum difficultatumque argumenta meque hoc iudicio dimisit: *fieri non posse, ut sententiarum doctorumque tricis irretitum thema*

in

Differ. I.

in firmo talo poneretur, nisi Romana hic iura a patriae institutis inuicem curate separarentur. Addidit, ultima certe longe hic aequiora esse, quam prima. Latii enim ICtos fructus omni tempore pro *parte fundi* habuisse: contra in patriae institutis *industriae, feminis, impensarum, temporis* ipsius, quo alter fructus spe iam praeceperit, rationes haberi. Idemque non in fructibus tantum industrialibus et naturalibus: sed etiam in ciuilibus esse tenendum. Ariadneum hoc filum ambabus manibus prehendi animumque in pristino labore iterum defixi uiamque secutus sum, indice digito mihi ostensam. Voluit autem dn. praeses, ut lucubratiunculam meam ordini adligarem *differentiarum iuris Romani et Germanici* eamque cum *argumento tutelari*, quod continuare ad finemque perducere instituit, non minus connecterem. Parui consilio idque eo promptius, quoniam dici non potest, quantum mihi lumen dederint, iurium supra indicatorum differentiae. Vnde facile mihi fuit, dissentientium opinionum dare causas, in decidendo rationibus uti plania et stabilibus neque in maxime ambiguis, ut alii, haerere ac titubare. Ante ergo de generibus tutelarum, ubi opus est iudicio de attribuendis fructibus, agemus: quam ad ipsam attributionem eorundem deueniamus. Deus adsit dicentis.

ROMANAE LL. TVTELAS nesciunt fructuarias.

(*bb*) Non solum leges hic clarae sunt: uerum etiam non obscurae rationes. Principio TRYPHONINVS, *l. 38. qui sine usuris ff. de negot. gest.* de tutoribus constitutum esse, dicit, *quod cum gratuitam, certe integram et abstinentem omni lucro praestare debeant fidem.* Et SCAEVOLA *l. 58. qui negotiationem ff. de adminiftr. tut.* uniuersim inter iuria regulas hanc refert: *quod lucrum facere ex tutela nemo debeat.* Nisi pacto eidem adsignatum fuerit salarium *l. 33. a tutoribus ff. de adminiftr. et peric. tut.* quae exceptio regulam non concutit, sed firmat. Deinde etiam opus non fuisset, inter priuilegia et beneficia referre causam, qua quis a tutela potuit se excusare: cum fieri nequeat, ut tutelam quis horreat, quae illi pupillarium bonorum adfert usumfructum. Taceo, quod Romani tutelae fundamentum esse uoluerint uel solam pietatem, uel reipublicae iussum, uel spem successionis futurae; non locationem operarum, mercede compensandam. Vt alia munera, sic et tutelae apud Rom. abfuere a quaestu et salario. *Mod.* PISTOR. *conf. 1.* AERLICH. *p. 1. dec. 134.* BALTHASAR. *iit. 5. ref. 12.*

TVTELA FRVCTVARIA PLERAEQVE EVROPAE SOLENNIS.

1) LL. Gothorum.

(*cc*) Germanicarum gentium haec fere ubiuis instituta fuere, ut tutoribus bonorum pupilli uel totum usumfructum darent, uel eius aliquam partem. In LL. WISIGOTHOR. *lib. 4. tit. 3. §. 3.* aperte dicitur: quod *tutori, de fructibus* bonorum pupilli *partem decimam praesumendi, negandum non sit.* Quibus institutis hodieque posteri Gothorum utuntur Hispani.

Differ. I.

2) Hispanorum.

Apud quos cuiusuis generis tutoribus decima adsignatur pars usufructus de bonis pupilli, testibus luculentis et grauibus *Ant.* CORDVBA *ad l. si quis §. si mater n. 37. §. de lib. agnosc.* GARSIA *de meliorat. c. 20. n. 13.* ESCOBAR. *de ratiocin. c. 27. et 28.* GVTIERREZ *part. 3. c. 2. n. 17.* imo lege TAVRINA expressa *l. 3. tit. 7. leg. 2.* Lusitani, *lib. 1. tit. 65. §. 56.* constitutionum, usumfructum tutoris contraxerunt ad *partem uicesimam, quod testantur* MENOCHIVS *conf. 228. n. 77.* MOLINA *tom. 1. disp. 3. n. 4. Ren.* CHOPPINVS *de morib. Parif. lib. 2. tit. 7. n. 19.* CHRISTINAEVS *ad LL. Mechlin. 19. artic. 11. 12.*

3) Lusitanor.

4) Francorum. Gallorum.

Franci eosdem mores haud dubie attulerunt in Galliam. Cum ibi hodieque supersint reliquiae pristini iuris, quo tutores capiunt usumfructum omnem bonorum pupilli. Ita *statutum* BITVRICENSE *tit. 1. §. 11. pag. 22.* item, *que le baillistre de son droit durant le temps de son bail, faiet le fruicts siens des heritaiges du mineur, quil a en bail. Et aussi tous les meubles du dit mineur luy appartiennent et les fait siens sans ce, quil soit tenu en rendre compte.* Durum certe institutum hodie id poterat uideri. Quoniam maior nunc esse solet mobilium rerum adparatus, quam olim tulit curta ueterum supellex. *Nicolaus* BOERIVS in *comment. ad* hanc legem *p. 23.* perhibet quidem, eandem solummodo in usu esse inter familias nobiles: adeo, ut nobilis pupilli tutor ignobilis siue ex ordine ciuium hoc tutelae commodo non soleat gaudere: sed ipse non aliam nobis rationem suggerit, quam autoritatem iuris Romani. Quod haud dubie in hominibus plebeis uetustiora suppressit expunxitque. Ipsum enim statutum nullum habet eo in iure discrimen.

Bituricensium.

Aurelianensium.

Intelligitur hoc ex consuetudinibus AVRELIAE, ubi *tit. 1. §. 29.* iuris eadem proditur ratio, his quidem uerbis: *Qui legitimam tutelam suscepere, quae custodia nobilis* (non gentis, sed commodi tutelaris ergo) *adpellatur, mobilia bona fundorumque fructus sibi acquirunt usque in id tempus, quo minores legitimam aetatis metam excesserint* (masculi XX. foemina XIV. annos). *Eiusque rei causa ipsos alere et educare debent eisque omnia necessaria suppeditare.* Neque haec nobilium tantum iura sunt: uerum etiam hominum ex plebe et infima sorte. Quod declarat *Pyrrhus* ANGLEBERMEVS ad *consuet. Aurel. tit. 1. §. 29. p. 19.*

Andegauensium.

Ab his aliquantum differunt ANDEGAVENSIVM consuetudines. Fructuariam enim tutelam dant tantum *patri, matri* ac *domino*, id quod plene exposuit *Ren.* CHOPPINVS *lib. 2. de feud. Andegau. tit. 2. p. 57. 58. seqq.* Idem fere de Burgundiae moribus cum statuta produnt, tum eorum in-

Burgundorum.

Differ. I. interpres CHASSANAEVS *rub. 6. §. 4. p. 852.* A

Parisinorum. *853.* Praeterea autem *Parisini auum et auiam* quoque ad iura uocant tutelae fructuariae, quod ex instituto tractat *Eguinar.* BARO ad *lib. 1. inst. tit. 20.* ubi in hac re inuicem confert statuta *Parisinorum, Aruerniae, Bituricensium, Andegauensium, Meldensium*, quibus omnibus in usu esse dicit fructuariam tutelam. De Gallis uniuersim loquitur *Fr.* BALDVINVS ad *tit. de tut.* cum eoque MONTANVS *cap. 23. n. 23.* B CHOPPINVS *lib. 2. de morib. Paris. tit. 7. n. 1. 2. 19.* quamuis infra dispiciendum de illo sit, an recte improbet hunc morem postuletque eum impietatis. A Gallia trans-

5) Britanniae. iicimus in BRITANNIAM. Principio de ANGLIS quidem est testatissimum, quod ibi tutelam uasalli pupilli habeat *dominus* iure fructuario. Adeo, ut non solum fructus feudi is omnes accipiat de fundis pupilli, usque dum ad legitimam C peruenerit aetatem, quae in mare esse solent XXI. in foemina XIV. anni: sed etiam ne quidem ideo alere teneatur pupillum, si huic aliunde sit, quo uiuat. Conferri hac de re possunt GLANVILLA *lib. 2. c. 3. et lib. 7. c. 9. Io.* COWELLVS *lib. 1. instit. tit. 17. 19. 21. 22.* dn. praeses de iure *ualetudinarii militum emeritor.* cap. XVIII. lit. a.

6) Scotiae. Eadem tutelaria iura SCOTI habent sequunturque illa etiamnunc. Quod ex D instituto descripsit *Thom.* CRAGIVS *lib. 2. de iure Scot. c. 20. p. 287.* et *du* FRESNE in u. *warda.* Quamuis autem frustra sint Britanni, quod fructuariae tutelae origines

7) Normanniae. tribuant NORMANNIS, quasi Wilhelmum conquestorem illa haberet auctorem: hoc tamen certum est, quod ipsi etiam Normanni gratuitas tutelas improbauerint tribuerintque pariter tutori, domino, bonorum pupillarium usumfructum. E Verba *LL.* NORMANN. *artic.* 215. haec sunt: *Le Roy ha la garde et fait les fruicts siens de tous les autres fiefs nobles, rotures, rentes et reuenuz tenuz d'autres seigneurs, que luy mediatement ou immediatement.*

8) Siciliae. Eadem quaestuosae tutelae compendia secum Normannos in Siciliam attulisse utramque atque ibidem introduxisse, perhibet *Ren.* CHOPPINVS *lib. 7. de doman*

9) Istriae. *Franc. tit. 7. n. 9. p. 599.* De ISTRIAE, Ita- F liae prouincia, memorabilem in hoc argumento locum habes apud *Paul. de* CASTRO *uol. 2. consil. 374. n. 1. 2.* quem hic exscribimus: *Praesupposita consuetudine, uigente in* Canodistria: *quod tutores super lucrantur fructus quorumcunque bonorum pupilli et in quocunque loco positorum et quoscunque reditus. Solutis tamen debitis et cum onere ministrandi uictum et uestitum pupillis* et quae sequuntur dein- G ceps. Vt egomet firmiter credam, hanc iuris partem Istriae populos Gothis de-

10) Augustae. bere, genti Germanicae. Eadem uallis Augustanae instituta enarrat FABER *codicis Sabaudici lib. 5. tit. 26. n. 3. p. 565.* his uer-

A bis: *Non idem est* (de turpi lucro tutoris scripserat de bonis pupilli) *si proponas ex Augustanae uallis prouincia plures de bonis pupilli transegisse. Postquam placuit iure consuetudinario totius prouinciae, ut non cogantur rationes reddere, nisi administratae proprietatis: fructus autem omnes suos faciant, quicunque, deductis pupilli impensis, supersunt. Et hanc tutorum consuetudinem abrogari, nunquam fuit pos-* *Differ. I.*

B *sibile.* In Suecico hic iure muti sunt eorundem doctores: sed tamen *Henric.* GIESEBERTVS *in peric. statut. II. art. 24. n. 300. 301. sq.* ad *Suecicas* et *Danicas* leges prouocat, quibus pariter adprobatum sit, aliquam fructuum partem de bonis pupilli tutoribus tribui pro operis praestitis tutelaribus. *1) Suecicae et 2) Daniae.*

Neque BELGICA statuta ab honorario aliena sunt, tutoribus tribuendo ex parte fructuum bonorum pupilli, C quod docent CHRISTINAEVS *ad consuet. Mechlin. tit. 19. art. 11. n. 3.* praesertim si pater aut mater tutores ZYPAEVS *in notit. iuris Belg. tit. 10. de tut. n. 2.* Verum satis exemplorum est, ab extraneis regnis conductorum: nunc ad Germaniae ipsius singularia quondam instituta in tutelis fructuariis. *3) Belgii.*

(*dd*) Cum patriae Germanorum, late patenti Europae, *fructuariae tutelae* ad- D modum solennes, quod uidimus in nota praecedenti? haud dubie uera GIESEBERTI coniectura, quam *periculo II. statut. art. 24. n. 306.* prodit his quidem uerbis: *Teutonum nostrorum communia iura tutoribus omnes fructus bonorum pupilli tribuisse, non dubito.* Sed facilius hoc est ad dicendum, quam ad comprobandum. Primum fecit Giesebertus: nos in alterum inquiremus solicitius. Principio E LL. congeremus, quarum etiam non infima pars laudata est in nota praecedenti, quae hanc scenam non minus possunt instruere. **IN GERMANIA QVI FRVCTVARIAE TVTELAE IVRIS OLIM COMMVNIS?** *1] hac de re leges antiquae.*

In illis loquatur praecipue SPECVLATOR *Saxo* idque locis diuersis Sachs. *Saxonicae prouinciales.* Landr. *lib. 1. art. 23. Wo die Söhn binnen ihren Iahren seyn, ihr eltester ebenbürtiger Schwertmag nimmt das heergewett alles zu sich und ist der Kinder Vormund daran, biß sie zu ihren Iahren kommen. So soll ers ihnen darnach wieder geben und darzu alles* F *ihr Gut.* Et porro: *dem so deß Kindes erbe ist, soll sein Vormund von Iahr zu Iahr des Kindes Gut berechnen. Wo aber der Vormund auch Erbe mit ist, so darf er niemand deß Kindes Gut berechnen.* Id uult compilator Saxo: quod extraneus quidem tutor teneatur ad rationes reddendas, non autem proximus consanguineus, quod ei tutela fructuaria. Eadem G uult Ldr. *lib. 2. artic. 58. Arbeitet ein Herr* (dominus feudi) *oder ein Mann* (tutor legitimus) *seinetwegen* (qua tutor pupilli) *Acker, Garten oder Baum-Garten: so nimmt der Herr* (idem de agnato tutore iudicium) *die Frucht herab.* Lumen enim

Differ. I.

nim ex nota praecedenti his legibus accedit, licet uerba earundem aliquantum ambigua esse uideantur. Quapropter omnino calculum damus SCHILTERO, qui *exercit. 3. §. 10. ad ff. p. 57.* scribit: *Etsi tutores extranei etiam Saxonico iure careant usufructu, aliud tamen Saxonibus uidetur saltem circa tutores proximos agnatos. Sic glossa Germanica lib. 1.* Landr. *art. 11. litt. e.* der ungezweyte Bruder darf seinen Brüdern nicht rechnen. Codex iuris Saxonici MSC. *dn praef.* c. 40. §. 5. rem hanc ita declarat: *De Vormund sol den Kindern alle Jahr berechin und iren Erben: ob man icht dor übrig hatt, daz man daz auch in der Kinder Nucz wende. Daz man en daz alles widergebe. Nun spricht man, welch Vormünder ein Erbe selbir ist; dem bedarf man nicht berechin.* Idem, quod supra dictum: extraneus ad rationes tenetur, non legitimus tutor, qui tutela utitur fructuaria. Ne tamen quid dissimulem, codex msc. id negat additque *das doch nicht ist. Wen ab her stürbe und ein ander neher Erbe were darzu, wen des der Kinder Vormund waz. Darum sal man alle Jare den Kindern berechin und iren fründen. Ist ein Vormunde Erbe dazu, irstirbet es yn an, her uindet sinen nucz daran.* Quicquid sit, siue haec ita intelligas, quod etiam tutor consanguineus ideo ad rationes reddendas teneatur, quia ipsi negetur ususfructus, siue rationes tantum sortis, non fructuum exactas esse, perhibeas: nobis certe satis est illud, quod noster compilator diuersas sententias recensuerit, primo eorum, qui proximum consanguineum a rationibus tutelaribus crediderunt immunem: deinde aliorum, qui has etiam ab eodem exigere solent. *Primum* nos ad iura pristina referimus; *alterum* ad recentiora, legibus Romanis infecta. Neque uero nostra refert, quid mutatum sit postea: cum hic uersemur in pristini iuris Saxonici exponendis incunabulis. Manifestior fructuaria tutela in feudis Germanicis. Horum enim ususfructus in bonis pupilli uasalli defertur domino

Feudales.

tutori, Sachs. Lehenr. *cap. 26.* codic. msc. *dn. praef.* cap. XXIX. *De Here iß ymber der Kinder Vormunde in deme Gude, dat it Kind uon eme heuet. De wile he dat anenelle unuerleghen heuet* (falso codex Schilteri *und uerlegen*). *Ende scal dat ghelt des gudes nemen. Wenn e it Kind to sinen Iaren keme.* Id est, *dominus pupilli uasalli tutor est in feudo, quod ab eodem habet pupillus. Quamdiu non facta est inuestitura renouatio. Feudi reditus ad illum pertinent usque ad pupilli legitimam aetatem.*

LL. Sueuicae.

SVEVICVM ius clientelare casus inuicem seiungit. Quod si enim pupillo uasallo agnatus sit, qui et ipse sit cliens, aut habilis ad praestandum seruitia, tum is tutelam suscipit, cum eaque bonorum feudalium nanciscitur usumfructum: sin minus, in domini est arbitratu; num uel ipse tutela desungi feudoque uti frui uelit, uel utrumque alii deferre. Vsque dum pupillus ad legitimam peruenerit aetatem. Verba habentur *cap. 55. iuris* SVEV. *§. 1. p. 68. edit. Schilt. Stirbt ein Mann und lesst Kinder hinter ihme, die unter ihren Iahren sind, der Herr leihet einem andern die aneuelle. Ob es nicht Vormünder hat, die des Herren Mann seyn* et quae sequuntur deinceps. Illustrat haec loca SCHILTERVS ad *ius Alem. cap. 49. p. 278.* et ad *cap. 55. p. 296.* qui tamen, praeter Cragium, alios laudare nesciuit. Licet uero, quod inferius dicemus, Saxones et Sueui migrauerint ueterum instituta nesciantque hodie tutelas fructuarias: in quibusdam tamen locis reliquiae earundem hodieque inueniuntur. Quarum spicilegia hic colligemus. Ita Silesiae, quae olim iuri paruit Saxonico, principatus habet, ubi tutoribus pro administratione tutelae adsignatur tertia ususfructus pars bonorum pupilli. Schles. Landes-Ord. tit. 18. §. *Von Wæysen der Fürstenthume Oppeln und* Ratibor. apud SCHIKFVSIVM chron. Siles. lib. 3. p. 464. *Iedoch sollen die Vormünder uor die gehabte Mühe den dritten Theil aller Zugænge der Wæysen bey sich behalten.* De MORAVIAE marchionatu clare BETSIVS *cap. 7. n. 19. p. 162.* ait: *In Morauia proximi agnati tutelas suscipiunt etiam sine grauamine reddendarum rationum aut reliquorum restituendorum. Sola conseruatio sortis illis incumbit et alimentatio pupillorum.* In BOIOARIAE ducatu ita sentit SCHMIDIVS *ad tit. 5. art. 16. Nostra opinione non minus decima tribuitur tutori. Ita ut 200. habeat, si bona pupilli aequent* 4000. Quamuis autem moribus nostri aeui fructuaria patriae tutela, si parentes tutores exceperis *dn. praef. de tut. matern. diff. 16.* temperata sit, tutoribus passim adsignato salario: inter *personas* tamen *illustres* hodieque supersunt fructuariae tutelae singulares reliquiae. Quod enim *d. praef.* alibi dixit, illud etiam hic repetendum est; *in illustrium personarum* iuribus pristinas patriae consuetudines usu conseruatas esse, quae in hominibus plebeiis oppressae sint Romanarum legum superstitione. Illud quotidiano usu est cognitum: quod *princeps aut comes tutor adparatu et lautitia uiuat regatque territorium tutelare, quam ipse heres successor; quod collectas scribat; consumat reditus; imperet mutetque pro arbitratu; sitque a rationibus reddendis alienus.* Rem hanc stipabimus ICtorum testimoniis. KLOCKIVS *uol. 1. cons. 6. n. 90. Wie denn ohne das* in tutelis illustrissimorum pupillorum *dem Herrn Vormünder aus der verpflegten iungen Herrschafft* intraden *und Einkommen, sonderlich da sie nothwendig mit der Hofhaltung dahin rücken und dero uormündlichen Lande und*

Differ. I.

a] instituta Germaniae hodierna.

Silesiae.

Moraviae.

Boioariae.

praesertim inter personas illustres.

Differ. I.

Mitregierung abwarten müssen, aller unterhalt zu reichen seyn wird. Quemadmodum enim ipsi principes heredes raro thesauros colligunt, uerum plerisque hoc ad laudem sufficit, si impensis et lautitiae respondeant reditus territorii: ita idem euenire etiam solet principi tutori. Qui plerumque eum instituit adparatum uiuendi et regnandi, ne redituum quid superesse aut redundare queat. Idem contradictor FRITSCHII *uol. 1. conf. 23. n. 40.* *Ist in Teutschland gebräuchlich, wenn Fürsten, Graven oder Herren ihrer unmündigen Brüder oder Vettern Vormundschafft über sich nehmen, Land und Leute zu regieren: sie zur* compensation *eine Ergötzlichkeit haben, und nicht schuldig seyn alles zu berechnen und Erstattung zu thun. Exempel haben wir an denen Erz-Herzogen in Oesterreich; Herzogen zu Sachsen; an den Grauen zu Schaumburg, Gleichen und andern mehr. Vnd weil solcher Gebrauch in Teutschland landkundig und offenbahr, auch Churfürsten und Grauen wohl bewust, so darff's keiner weitern Beweisung.* Quapropter ex usu imperii pragmatico sentit *v. ill. a* COCCEII *c. 9. iurispr. publ.* §. 14. *p.* 407. dum ait: *Ratione principatus tutor rationes non reddit* (quoniam eius tutela fructuaria). *Neque meminimus, rationes unquam petitas, nedum redditas fuisse* [*]: Paria habet *b. m.* STRYKIVS *lib. 27. V. M. tit.* 5. §. 4. quod scilicet illustrium personarum tutoribus illustribus alimenta (mallem usufructus) debeantur de bonis pupillaribus territorii. Idem BRVNNEMANNVS *conf. 2. n. 160.* et ICti etiam extranei SVRDVS *de alim. tit. 9. quaest. 44. n. 1.* MENOCHIVS *conf. 28. n.* 31. 50. aliique. Accedunt demum rationes, nostrae reipublicae diuersae a Romana. Romae enim pleraque munera, quidni et tutelae? gratuita; Germania autem non uult, ut alicui officium, ne tutelare quidem, fit damnosum: Romae decus fuerat, spartam exornare de bonis propriis, neque oneri esse, petendo a republica salarium; Germanis sordet sparta, quae sine spe aeris et salis: Romae operarum pro merecede locatio instar fortunae fuerat seruilia; non Germaniae, quae maximi illas artes facit, quae docent ex operis acquirendi opes et facultates et quae differentiae generis eiusdem. Vnde clare patet, quod mirum non sit, fructuarias tutelas Romae sorduisse, necquicquam Germanis.

3) rationes fructuariae tutelae apud Germanos.

(*xx*) In eo facile conueniunt Doctores, quod, praeter matris aut patris tutelam, alia nulla hodie apud Germanos sit fructuaria. ZOBEL *in different. iur. Sax. et ciu. 43. n. 8.* COLERVS *de process. execut. part. 2. c. 3. n.* 301. BERLICHIVS *part. 1. concl.* 12. *n.* 17. CARPZOV. *part. 2. Const.* 11. *def.* 1. *n.* 6. 7. 8. RICHTER *part. 1. decis.* 13. *n.* 22. HEESER *de ration. redd. loco* 11. *n.* 124. *b. m.* STRYKIVS *V. M. lib. 27. tit. 4.* §. 2. Sed unde quaeso tam facilis iurium commutatio. Forte instituta Romanorum de *gratuitis tutelis* uisa sunt humaniora Germanis, quae sequerentur. Vel, auctis per commercia praediorum pupillarium reditibus, hi iusto maiores uisi sunt, quam ut integri adsignari possent tutoribus pro operis tutelaribus. Igitur parte tantum aliqua contentos esse oportuit tutores, uel, eius loco, illis adsignatum fuit salarium, a iudice definiendum, pro ratione operarum tutoris et pupillorum facultate MENOCHIVS *de arbitr. iud. quaest. casu* 512. *n.* 11. 12. FINKELTHVSIVS *obseru. 62. n. 25.*

Differ. I. Fructuariae tutelae, qui sublatae a Germanis desuetudine?

(*ee*) Radicem et fundamentum salarii tutelaris fructuariam Germanorum tutelam fuisse, diximus in nota praecedenti. Vrinam hoc lumine scripsissent ICti, quibus opuscula debemus de *salariis tutorum* singularia. *Luderus* MENCKE *disputationem XI.* et pariter MOLLENBECCIVS academicam dissertationem occuparunt hoc argumento de *tutorum et curatorum salariis.* Qui ideo hic merentur laudari. Ibimus nos per prouincias Germaniae, ut iuris Germanici de tutelari salario uideamus harmoniam. In Saxonia inprimis *ex iustis caussis pro qualitate laborum patrimonii et conditionis pupilli aliarumque circumstantiarum certum salarium constitui ex bonis pupilli uel ipsa testis est experientia*, dogma est MENCKENII, primarii apud Lipsienses antecessoris *disp. n. thes* 14. *in fin. p.* 387. qui in partes suas uocat SCHILTERVM *exercit.* 37. §. 9. *et* 177. atque ANDLERVM *lib. 2. tit. 5. n. 38.* sed neuter aliquid habet de Saxonia sigillatim. Propius ad institutum accedunt BERLICHIVS *part. 1. dec.* 134. quae rota est de salario tutoris, firmato sententia forensi, et FINCKELTHAVS *obseru. 62. n. 25.* In statutis WVRTENBERGICIS *Lands-Ordn. tit.* 40. ita disponitur: *Wiewohl solch Vormundschafft zu recht* (iure Romano) *keinen Gewinn oder Belohnung leidet, darum auch kein Vormund einigen Sold beischen oder empfa-*

De tutorum apud Germanos salario.

In Saxonia.

Wurtenbergicis.

---

[*] Sed tamen rationum, a principe tutore requisitarum, exemplum habet SCHILTERVS *lib. 1. iur. publ. tit. 12. p.* 123. Vbi pactum recitat inter Wolffgangum et Rupertum archipalatinos an. 1543. „Wo der Hertzog Wolffgang von seinem Vetter Hertzog *Ruperto*, als Vormund Rechnong baben wol„te: so solle S. L. dieselbe bey Leben gebührlicher weise suchen und fordern. Die Erben aber „sollen solche zu thun nicht schudig seyn.“ Addi potest, quod etiam FRITSCHIVS *uol. 1. conf.* 23. *n.* 101. responderit pro comite, ab agnato tutore rationes requirente. Memini etiam nouissimae tutelae apud Wurtenbergenses, ubi minae sparsae sunt aduersus administratorem in reddendis rationibus. Verum his omnibus glaucoma obfuisse puto iuris Rom. quin rationes intelligerent patriae institutorum.

Differ. I. empfahen solle: so wollen wir doch hiemit A zulassen, daß einem Vormund, der trenlich vorstehet, eine ziemliche Belohnung bestimmet und in seiner Rechnung passires werde. Besoldus, Plebstius, aliique interpretes hanc legem ex iure Romano illustrant: sed requiritur hic potius patrii iuris sedula indagatio. Vicina BOIOARIA Land-R. tit. 5. artic. 14. is est: Einem Vormund oder seinem Erben solle nach Beschaffenheit des Vermoegens; des Pupillen Standes; auch B gehabte Mühe eine gebührende Verehrung vor gehabte Mühe, Verrichtung und Sorg gegeben und NB. die Vormunde, bey Antretung der Vormundschafft, darauf vertrœstet werden. Arbitrio iudicis summa definitur: sed, pragmatico SCHMIDII iudicio, usufructus adsignanda decima pars ad tit. 5. artic. 14. n. 13. Addatur KHRAISSERVS ad instit. iur. Boic. lib. 1. tit. 22. p. 50. et BALTHASAR, qui tit. V. resol. iur. Boic. C 12. n. 1. p. 480. iuuenes et adolescentes grauissimis uerbis compellat: ut legis prouincialis sint memores; gratiam referant tutoribus non uerbo, sed re ipsa, salarium soluendo tutelare. Qui hoc ipso a Schmidio alienus est, cuius iudicio Boica haec constitutio esset in gratiam iuris ciuilis abroganda. Idem fere habent sequunturque statuta TIROLENSIA lib. 3. tit. 5. Von der Gerhaben Belohnung. Daß den D Vormundern nach Verfliessung eines Iahres, nach dem Brauch ieden Ortes und nach Gelegenheit der Sache eine Belohnung bestimmt werde. Vnd sich der Gerhab damit begnügen lasse. De FRANCONIAE statutis, nescio, quid iudicandum sit. Concedunt enim ipsa quoque salarium tutori: sed non ultra duos numos, quam ampla etiam sors fuerit pupilli. Frænkl. Würzb. Land-Ger. Ordn. part. 3. tit. 22. §. 2 E „Wenn die substanz der Pupillen sich „auf 1000. Gulden oder NB. auch darüber „erstrecket, auch an liegenden Güthern „gantz oder mehrentheils bestehen soll„te, daß einem Vormund zu warten und „einzubringen zween Gulden in seiner „Iahr-Rechnung zu führen nachgegeben „werden solle. So das Vermœgen dar„unter, nur ein Gülden. Es solle auch „die Tax dieser Besoldung nicht über- F schritten werden." Sed haec lex emtioni similis pro numulo uno, ut adeo operas tutoris potius ludere, quam compensare uideatur. Si uero aliquid aequitatis habuit olim in magno pretio argenti, hodie illa certe ridicula est in tanta eiusdem uilitate. Quicquid sit, idem tamen fere habent statuta etiam ARGENTORATENSIA apud Demeratium part. 1. diff. 4. n. 25. p. 25. his uerbis: „Dem Vogten G „solle man, so das Guth unter 100. Gul„den werth, schencken eine Kappe, (alii „legunt einen Koppen) und ein halb „Viertel Weins oder ein Ortsgülden da„für. So es aber darüber, dem sollen

Boioaria. *Tirolensibus.* *Franconia.* *Argentoratensibus.*

„des Iahrs 2. Kappen und ein gantzes Differ. I. „Viertel Wein geschencket werden. „Ists aber über 200. pf. bis in 1000. Gülden „ein paar Hosen oder einen Gülden dafür cetera." Pertinent haec ad parsimoniam uetustatis, paruo contentae. Hodie sine dubio aut sublata lex prorsus, aut prolata ad fines honorarii ampliores. Reformatio, quae audit FRANCOFORTENSIS part. 8. tit. 13. salarium, tutoribus adsignatum, indulgentiae legum Romanarum tribuit, non uero, ut par erat, rationibus patriae statutorum: Verba ante me b. m. STRYKIVS exscripsit lib. 2. V. M. tit. 4. §. 3. quae nolo repetere. Rectius HAMBVRGENSES salarium tutoris ex institutis ueterum tuentur part. 3. artic. 6. §. 20. his fere uerbis: Obwohlen die Vormunder nach denen gemeinen geschriebenen Rechten keine Belohnung: dennoch, weil dißfalls von unsern Vorfahren (more maiorum) aus vernünfftigen Vrsachen, damit ieder so uiel williger gefunden werde, ein anders uerordnet: so lassen wir es dabey, daß denen Vormunden bey ihrer Schluß-Recnung eine ziemliche Belohnung wiederfahre und gefolget werde. Prouinciae Magdeburgensis statuta tutoris salarium uirtuti et liberalitati relinquunt pupilli cap. 43. §. 22. Der Vormnnd ist seiner Mühewaltung halben ein recompens zur Ergötzlichkeit anzusetzen nicht befugt. Iedoch wird sich NB. ieder Pflegbefohlener gegen seinem Vormund, der ihm wohl vorgestanden, danckbar zu erweisen wissen. Putauerim tamen ad hoc ipsum obligationem non tantum naturalem esse, sed etiam forensem. Neque de re ipsa hic disputari, sed tantum de summa, uel aequitate pupilli, uel magistratus iudicio determinanda. Mouent me ad ita sentiendum primo, quod Germanici iuris, hactenus recensiti, hoc ratio uelit; deinde haec §. 22. noua sit neque in editione 1652. habeatur, adeoque pristino iuri tutelari sit derogatoria; demum, quod, Bergero interprete in iuris oeconomia, quondam in ciuitate Halensi moribus recepta fuerint tutorum salaria. Archipalatini principis electoris idem de salariis tutorum habes mandatum an. 1579. promulgatum apud GIESEBERTVM peric. 2. stat art. 24. n. 299. PORVSSICA constitutio de hoc argumento lib. 2. tit. 6. art. 12. §. 5. est haec: Vnd ist nicht unbillig, auch der Obrigkeit unbenommen, denen Vormunden entweder gewisse salaria zu setzen, oder eine ziemliche Belohnung zu geben. Taceo genera eiusdem consuetudinis alia.

Francofortensibus. *Hamburgensibus.* *Magdeburgicis.* *Archipalatinis statutis.* *Porussico iure.*

(ff) Verum consultum magis sit, tutelas gratis administrari; an uero proposita salarii aut fructuum spe: non omnium eadem est opinio. Primum Romani fecerunt: alterum Germani, quorum nos instituta tuebimur rationibus. Qui in Romanis castris militant, illi pietatem commen-

Num gratuita tutela praestet fructuaria? *Pro prima.*

Differ. I.

mendant extolluntque ll. ciuilium, quod tutoris pretium uirtutem esse uoluerint, non salarii aut fructuum lucra. Inde querela *Casp.* SCHMIDII ad *tit. 5. iuris Boici art. 14. n. 1.* *Optandum quidem esset, ut iuris communis dispositio* (de gratuitis tutelis) *adhuc hodie obseruaretur in toto mundo. Quod ex eiusmodi peruersis consuetudinibus* (salaria tutorum intelligit) *orta fuerit tutelarum et curatelarum pessima nundinatio. Ita, ut quilibet ineptissimus se tutelis ultro intruserit. Cum secundum locorum consuetudinem 10. uel 20. partem fructuum imo in quibusdam locis omnes fructus uel pingue salarium lucrentur.* Idem quoque iudicium est PEREZII ad *tit. ff. de adm. tut.* idem HVBERI *digress. lib. 3. c. 1. §. 3.* qui rectae rationi hoc putat aduersari.

Pro ultima. Verum enimuero uti coniecturis non adsequor, quomodo salaria in causa esse queant *ineptorum tutorum*, cum magistratui potius incumbat prouidere, ne ineptus ad tutelam admittatur: ita plures rationes sunt, quae fructuarias tutelas commendant. *Principio* leges naturae iubent, ne alicui officium suum sit damnosum *l. sed et ff. quemadm. test. aper.* id quod fieri solet in gratuitis tutelis. *Deinde* ad pietatem in pupillos sufficit, si res eorum non peiori sint loco, quam hominum adultorum. Quod fit, si operis tutelaribus modicum respondeat salarium, aut eius loco pars ususfructus. *Praeterea* maiorem in tutela fructuaria requirere licet industriam, quam in gratuita. *Tum* minores erunt excusandi se a tutelis causae. *Post* excitabit honorarium tutores ad promptius, curatiusque tutelam administrandam. *Porro* ut mores Romanorum migrauimus in eo, ne publicum munus ullum sit gratuitum: ita eaedem quoque nobis causae, ut gratuitae pariter exulent tutelae. *Tandem* cum tot hodieque sint perfidiae tutelaris exempla illamque multi hoc tegumento inuoluant, se aliter sibi consulere nesciuisse fecisseque, quod tribuatur Israelitis Aegyptiorum honestis spoliatoribus ob mercedem negatam operarum: etiam hoc nobis commendare debet tutorum salaria. Valet enim hic idem, quod SEKENDORFFIVS monet de salario quaestorum, ne tenuitate eius ansam habeant ad delinquendum. Opinabile enim non est, esse in alienis facultatibus et uiuere suis, DIO *lib. 52.* *Demum* hodie pleraeque, si non omnes tutelae, datiuae sunt, quae iussu magistratus imponuntur, nulla spe proposita successionis, quae apud Romanos in legitima tutela plerumque usitata, solatium fuerat in operis gratuitis pro pupillo, hereditatis causa, suscipiendis. *Taceo*, quod Romanorum tutelae minus fuerunt diuturnae, quam apud Germanos: ut adeo in his grauiores et longiores operae mercedem omnino mereri uideantur. *Ad extremum* aliud quid pro salariis tutelaribus adlegare nescit GIESEBERTVS *peric. 2. stat. art. 24. n. 291.* quam sententias sacri codicis aduersus ingratos *Sap. 16. u 29. Prouerb. 18. u. 13.* Vt adeo pupillus conscientiae pessime consulat, qui operis sui tutoris satisfacere nolit sufficienti honorario: quamuis stricto iure ad illud necquicquam teneatur.

Differ. I.

Salarium tutelare non iuris derogatorii in Germania.

(*gg*) Speciminis loco aliquas dabimus sententias, quas peruerse responderunt ICti, ideo, quoniam salaria tutorum ex auctoritate LL. Romanarum inter res odio dignas retulerunt.

1) debetur regulariter, I. Scilicet etiam in Germania *regulariter* salaria peti non posse dicunt, quia in se munus hoc sit gratuitum MENCKE *thes. 5. et 8.* Verum *regula* sumitur ab indole rei, qua Germanorum tutelae sunt fructuariae: deinde cum patria consuetudine tutelae raro gratuitae sint, exceptio maior non esse debet, quam regula.

2) uersatur in captando lucro, II. Salarium tutoris in damno potius uitando, quam lucro captando uersari existimant FABER *in Cod. lib. 5. tit. 17. def. 1.* MENCKE *thes. 12.* Quod iterum nego, quoniam Germanica iura in fructuariis tutelis commoda atque lucra non inuident tutori.

3) priuilegium habet in concursu, III. Perhibent in creditorum concursu tutelare salarium ad classem referendam chirographariorum *Idem thes. 26.* Sed iterum falsa causa subest, scilicet, quod salaria haec decernantur extra iuris (puta Romani, non Germanici) ordinem et quae sunt generis eiusdem.

4) exigit illud tutor absque conuentione, 5) cum agnatis, 6) etiam diues, 7) si absit dolus, 8) nulla pudoris laesione. IV. Tradunt porro, salarium sibi tutorem constituere non posse, si iam munus tutelare adiuerit. V. Neque proximorum agnatorum arbitrio id fieri, sed decreto magistratus, VI. non deberi illud a pupillo parum opulento, VII. non deberi, nisi exploratae industriae specimine edito a tutore, VIII. referendum illud inter patriae opprobria et quae alia sunt, facilia ad confutandum, si animus probe instructus sit, superius iacto fundamento. Vnde satis constat, quantum intersit cum iudicis forensis, tum causarum patroni, utriusque iuris differentias bene cognitas intellectasque habere.

Seculorum, non hominum uitia.

(*hh*) Parco nominibus maximorum ICtorum. Quibus ne quidem illud uitio dandum est. Cum illi oculos animosque defixerint in legibus tantum Romanis, uetustiorum patriae consuetudinum, unde nobis lumen, prorsus ignari. FRITSCHIVS tamen prae aliis hic stomachum nobis mouit, quoniam *consilio 23. p. 340. n. 156. 158.* id agit ex instituto, ut fructuarias tutelas etiam apud principes et comites damnet destruatque, contra patrii iuris rationes et pragmaticum usum Germanici imperii. Rationes eius sunt; I. Quia principes iure priuato utantur. *Resp.* Saluo tamen patrio iure. Quicquid sit de quaestione indaginis

Diff. II. III. ginis altioris. II. Quia consuetudo fru-ctuariae tutelae a priuatis hominibus ne-queat extendi ad principes. *Respond.* Imo a principibus, (ubi fructuariæ tute-A læ omni tempore uestigia clariora) filum est consecutionis ad homines priuatos, cetera. Diff. II. III.

DIFFERENTIA II.

Tutelis Patronorum & domini feudi diuersa fundamenta.

Tit. 17. ad uerba: *patronorum tutela.*

Confertur uulgo tutela PATRONI *in libertos cum* DOMINI *tutela fructuaria in uasallum minorennem (ii). Vtraque autem differt inuicem quam plurimum, quod uidebimus. Radix & fundamentum iuris tutelaris patroni est* SVCCESSIO *(kk): alia domino in hoc munere causa. Cuius non solum interest, ut bene* EDVCATVR *pupillus cliens, ad seruitiaque, olim præstanda, reddatur habilis (ll): sed etiam* FRVCTIBVS *fundi clientelaris usque is careat, donec aetate ad seruiendum maturescat (mm).*

Patronorum & domini feudalis conferuntur tutelae.

(*ii*) Hoc collationis genus instituit ex ueteribus *Io.* FABER *ad l. 1. inst. tit. 17. n. 2. p. 64.* ratione, quam damus: *Per hunc §. posset fundari, quod si uasallus, qui nihil possidebat, nisi feudum, moriatur, relicto pupillo, nullis agnatis existentibus, qui in feudum possunt succedere, quod tutela tum pupilli pertineat ad dominum feudi, qui successurus est per hanc litteram.* Sed propius ad rem accedit *Georg.* SCHVLZE ad *lib. 1. tit. 17.* his quidem uerbis: *Iure feudali exemplo huius legitimae patronorum tutelae, si uasallus moritur, relicto filio impubere, nullis agnatis, qui in feudis succedunt, existentibus, tutela pupilli ad dominum feudi, ad quem feudum reuersurum est, pertinere uidetur.* Arg. cap. un. de success. fratr. 2. F. 11. *Adde, quae plenius dixi ad tit. 15. litt. b.* Quem, uti in usu iuris hodierno alias, ita hic quoque exscribit, tacendo nomen eius, b. m. HOPPIVS *adh. t.* Et SCHRADERVS *part. 10. sect. 19. n. 70.* hoc argumentum ita respondet: *quemadmodum a liberto ad uasallum; ita a patronorum tutela ad tutelam domini bona conclusio.* Sigillatim *Nic.* EVERHARDVS in topica legali, arg. a *liberto ad uasallum.*

Patronorum tutelae unicum fundamentum successio.

(*kk*) Dicit hoc ipse imperator. Neque enim uerba XII. tabularum patronis tutelam libertorum deferre, agnoscit. Quod uero certum sit, patronos *succedere* in bona pupillaria libertorum; ideo putat, firmum esse consecutionis uinculum, quod iisdem etiam ob causam eandem tribuenda sit tutela. Idem VLPIANVS *l. 3. ff. de legit. tut.* Quia regula iuris uera sit uniuersim, ut *onus sentiat, qui sentit commodum l. secundum nat. ff. de R. I.*

Dominicae tutelae causa *a) pupilli ad uirtutem militarem* educatio.

(*ll*) Claris uerbis hoc scribit Angliae Ictus, *I.* COVVELLVS *lib. 1. institut. tit. 17. §. 2.* quem locum recitamus: *Hoc custodiae (tutelae fructuariae) ius ab hac ratione proficiscitur. Quod cum is, qui per seruitium militare tenet, militis loco dominum* B *sequi teneatur: nemo praesumitur pupillum in actibus bellicis solertius uelle instituere & educare, quam ipse dominus.* Idem *de forti* SCVTO *c. 44.* et historicus VERGILIVS *lib. 16. p. 570.* Inde causae ad scholas et academias equestres, in quibus pupilli uasalli ad uirtutem et artes militares formentur educanturque.

b) negatur ususfructus feudalis cessantibus seruitiis.

(*mm*) Indolem *tutelae dominicae* repetere nos oportet ex legibus peregrinis, C quoniam hoc iuris genus in plerisque Germaniae locis sublatum est consuetudine. Ita autem CRAGIVS *lib. 2. dieg. 20. p. 284.* illam describit: *Haec uera est omnium feudorum conditio, ut uasallus domino militares operas praebeat: quibus certe nec pupillus sufficit nec minor. Dominus ergo tempore illo, quo seruitiis uasalli eum carere oportet, fructus feudi sibi uindicat. Quibus uel ipse gaudet, uel pro illis ali*-D *um conducit, qui seruitiis feudalibus defungatur.* Idem FLETA *lib. 1. c. 11.* idem GLANVILLA *lib. 7. c. 9.* idem LITTLETON *lib. 2. c. 4.* idemque, quo teste scribimus, *Io* COWELLVS *lib. 1. tit. 17. § 1. p. 34.* In beneficiatis feudis iuris huius rationes sunt manifestae: quod, cessante onere, cesset commodum; quod commodo cessante, cesset onus: quod causa sublata, tollatur effectus: quod regula sic clara sit, causa E dati non secuta & quae sunt generis eiusdem, quae dominum excusant in huius iuris exercitio. Quod uero in Germaniae locis plerisque hoc sublatum sit, si feuda exceperis illustrium, illud propterea euenit, quoniam pleraque Germaniae feuda titulo acquiruntur oneroso, emtionis aut donationis propter causam: deinde pleraque landsassica feuda oblata sunt, quorum multitudo indolem fere F expunxit *feudorum beneficiatorum.* In quibus tamen neque in ipsa Germania aliquid iniquitatis habere uidetur domini fructuaria tutela.

DIFFERENTIA III.

Legitimus et testamentarius postponuntur domino *tutori.*

Patronorum tutelae ideo locus, quod desit liberto alius tutor uel legiti-

 mus uel testamentarius (nn): uerum utique dominus in fructuaria tutela antefertur (oo).

Patroni tutela subsidiaria est.

(*nn*) Rem hanc uerbis complectitur paucissimis, apertis tamen et claris BALDVINVS ad *tit. inst. de tut. patr.* ubi notat haec: & *profecto non poterat hic esse alius, cui patronus cedere deberet. Cum nec agnatos habeat libertus: nec sit in potestate patris, quo tutorem testamentarium accipiat.* Rationes adferri *d. praef.* dabit in *differentiis iuris R. et G. in seruitutibus.*

Domini tutela et testamentariam excludit et legitimum tutorem.

(*oo*) Variant quidem hoc in iure Germanicarum gentium instituta. *Alii* enim ad tutelam *dominum* uocant tum demum, si nullus adsit agnatus feudalis successor, quibus moribus uixere *Sueui*, quod dictum est doctumque *diff. I sup. Alii* uero excludunt a tutela ipsos agnatos dominoque eandem prae his solent deferre. Anglo-Saxonum iura prodit CRAGIVS *lib. 2. dieg. 20. p. 286.* his uerbis; *Cum uasallus feudi militaris heredem minorem relinquit, tutela et ipsius pupilli et feudalium bonorum eius pertinent ad dominum. Licet alios tutores aut testamentarios, a patre institutos habeat aut agnatos, qui sunt legitimi. Nam domini cura alios omnes excludunt.* Agnatis enim reponere potest dominus, quod frustra in feudum aliquod urgeant ius, antequam nata illis successio, quae omnino expectet pupillum: deinde interesse domini, ut bene educetur uasallus minor, quapropter tutelaria iura diuelli non debeant ab onere curaque educationis.

DIFFERENTIA IV.

Alimenta *quae pupillo negentur, si ei opes alias?*

Fructuarius tutor, dominus, alebat tantummodo pupillum ex fructibus feudi, si, unde uiueret, illi defuerat allodium (pp): cuius discriminis nescium est ius Romanum (qq).

Alimenta pupillo debentur deficiente demum allodio.

(*pp*) Aperte CRAGIVS *lib. 2. feud. dieg. 20. p. 288.* inquit: *Hoc etiam feudatii dominus habet, quod, cum alioquin pupillum alere et educare pro dignitate teneatur ex fructibus sui feudi, si pupillus aliunde habeat, unde commode sustentari possit: in eo casu dominus de alimentis ei praestandis non tenetur. Nisi et ea* (allodia) *eiusdem domini custodiae uelit subiicere, ut Normannicae constitutiones uolunt. Nos pupillum, ut haec subiiciat, cogere non solemus: sed, aestimatis eorum fructibus, quod superest ad plena alimenta arbitrio senatus a domino exigimus.* Neque aliter mores se habuerunt Germanorum in feudis beneficiatis. Quoniam uasallus uel aetate uel alio casu ad seruiendum inhabilis neque fructus feudales meretur, instar militis, ualetudinis caussa dimissi. Cui stipendium iure negatur, neque ualetudinarium illi succurrit, nisi ob caussam egestatis. Alia nostris hodie feudis est ratio, quae plurimum uel *beneficiata* sunt, uel titulo acquisita *oneroso.* Vt adeo necquicquam dici possit, quod propter seruitia tantummodo sint collata. Quae tamen ratio et fundamentum est fructuariae tutelae.

Romanis feuda nulla.

(*qq*) Feuda Romanis ignorata fuisse, certum est. Vt adeo feudi et allodii nulla opus fuerit separatione. Scio, quid de agris limitrophis et beneficiariis Romanorum sentiendum sit et quid illi commune habuerint cum feudis. Verum nulla ratio patitur, ut in his obtinuisse credamus fructuariam eius generis tutelam.

DIFFERENTIA V.

Vbi educari *debeat pupillus?*

Romana iura pupillum non obligant, ut educetur apud tutorem (rr): quod tamen Germanica instituta uolunt in tutelis fructuariis (ss).

Educatio aliena a tutore.

(*rr*) Est enim iudicis, siue praetoris siue praesidis, decernere, apud quem educari debeat pupillus. Saepe matri, non nunquam etiam aliis committitur educatio, excluso tutore. Ita Vlpianus *l. 1. pr. ff. pr. ubi pupillus educar. debeat* et clarius Alexander *l. 1. educatio C. eod.* Quibus legibus haud dubie caussam attulere Romanorum in educendo pupillo malitia et improbitas atque insidiae decantatissimae heredipetarum.

Educatio comes tutelae fructuariae.

(*ss*) Neque caussis suis haec instituta destituuntur. Nam interest omnino domini, ut pupillus cliens ad artes et uirtutem formetur, quae habilem reddant ad olim condigne praestanda seruitia. Quapropter domini uoluntas hic consiliis aliorum est praeferenda. Hos Angliae mores late exponit tueturque CRAGIVS *de feud. Scot. lib. 2. c. 20. p. 287.* Verum in Germanico imperio id iuris est ualde ambigui. Memini, fuisse aliquem principi,

Differ. VI. VII. cipi, Romanis sacris addicto, auctorem consilii, quo euangelica sacra posset in territorio suo breui, nulla uiolentia adhibita, extinguere. Id scilicet fuerat, ut princeps rutelam sibi legitimam adrogaret in subditis et uasallis. Ita enim ex imperio tutelari pupillos imbui posse principiis pontificiae catecheseos. Neque metum esse ullum, fore, ut principia, quibus pueri imbuti sumus, deponamus uiri aut iuuenes. Verum in Germania nostra hoc dari propterea nequit domino. partim, quod seruitia militaria non requirunt artes catecheticas. Partim, quod feuda nostra uel oblata uel emta sint, utrinque eapropter indigna eo rigore. Partim, quod dominicae tutelae uel desuetudine sublatae, uel ne receptae quidem in tanta ordinum prouincialium libertate. Partim etiam, quod pragmaticae leges uelint, paria utrisque sacris iura sint, libertas, immunitas, ut adeo nefas sit onerare subditorum et uasallorum pupillos *dominica* tutela. Differ. VI. VII.

DIFFERENTIA VI.

De fine *tutelis* diuerso?

Tempus tutelare patronis ordinarium est (tt): dominus autem pupillos, si masculi sint, in tutela retinet ad annum aetatis XXI. uel XIIX. (uu); si foeminae, obstringitur ipse annos XIV. natis maritum quaerere illasque elocare (xx). Quod si facere neglexerit, foeminarum ipso tum iure extinguitur tutela.

Patronorum tutela finitur XII. aut XIV. aet. anno. (*tt*) Regula iuris est, cum lex non distinguat, neque distinguere, fore nostrum. Deinde ratio tutelae patronorum pariter expirat in pubertate. Qua etiam liberti condere testamenta possunt patronosque destituere hereditaria successione §. *1. 2. sq. inst. de success. libert.* Plura addere in re, desuetudine apud nos sublata, operae pretium non est.

Non tutela domini, quae perdurat ad an. XIIX. aut XXI. (*uu*) Loquatur in hac re iterum CRAIGIVS noster *lib. 2 de feud. Scot cap 20. p. 288.* ubi ita inquit: *In militari feudo, quamdiu XXI. annum non impleuerit et foemina XIV. tamdiu sunt in dominorum* (tutela) *custodia. Ratio aduersitatis est haec. Si foemina nupsit, tum maritus illi instar tutoris* et illius, qui domino praestat seruitia. Addit idem principio huius diegeseos, quod ueniam quidem aetatis aliquando impetrent pupilli XVIII. aetatis anno, quod tamen improbat maximopere. Nemini ignotum est, quod in hoc termino fructuaria tutela respondeat iuri Saxonico, quod certissimum est insulam Britanniae Saxonum uiuere institutis. Is enim populus patrias leges in Angliam attulit ex eaque illae etiam in minus excultam Scotiam transmigrarunt. Dicet tamen alibi *dn praes.* quod terminus hic iusto sit longior. Cum certo constet, Germanicas quondam gentes annum aetatis XVIII. ad iura maiorennitatis habuisse sufficientem.

Matrimonium uasallae qui nullum, sine consensu tutoris domini? (*xx*) Cum domini omnino intersit, ne foemina cliens homini nubat uel inimico uel minus tamen grato: ius illius tutelare eo etiam profertur, ut *pupillam* cogere possit ad dandam connubii fidem illi, quem ipse nominauit. Adeoque *dominica* tutela coactis gaudet matrimoniis, quae utroque alias iure libera esse debent. Verum enimuero ne dominus hic aliquid ex fraude agere possit, ius illius uariis circumscriptum est limitibus, ut *legum* fere *systema* absinluat *dominica maritatio*, quam dicunt, militarium uasallarum. Occupat illa *diegesin* XXI. in uolumine CRAGIANO. Vnde quaedam excerpemus neque tamen aliter, quam per epitomen. *Vltra XIV uel, in casibus quibusdam, ultra XVI. aetatis annum non differat matrimonium pupillae dominus, alias ipse et tutela excidit et iure maritandi pupillam.* Deinde *pupillae ne offerat maritum dispariis cum ipsa fortis aetatis dignitatisque.* Praeterea commendatus *maritus uitio non laboret corporis aut animi.* Post *si pupilla nubit alicui, domino inscio, cadit illa feudo, aut sponsalia sunt nulla* et quae sunt eiusmodi. Et sane quaeri solet, utrum in principatibus Germanici imperii, ubi promiscua obtinet successio, foemina successor in matrimonio opus habeat consensu imperatoris. Quod omnino affirmarem, siquidem Germaniae principatus aestimandi forent iure feudorum beneficiatorum. Instar Gallicorum feudorum, ubi regis consensu omnino est opus. Quod illustre illud Britanniae minoris exemplum doceuit, cuius princeps Anna propterea nouo marito Maximiliano imperatori nuntium misit, quod consensum a rege habere non posset ad matrimonium hoc consummandum. Agere de hoc argumento *dn. praeses in differentiarum systemate titulo de nuptiis.* Idem iudicium merentur feuda landsassica, quae et ipsa fere in omnibus Germaniae prouinciis in numero sunt feudorum oblatorum.

DIFFERENTIA VII.

Num ius tutelare competat patronae?

Romano iure patrona excluditur a iure tutelari libertorum (yy): non Germanico, ubi dominae esse licet tutrici minoris uasalli (zz).

 (*yy*) Ver-

Diff. IIX. I.

Nefas est, tutelam liberti gerere patronam.

(yy) Verba imperatoris clara sunt: *si a foemina impubes manumittatur, ipsa ad hereditatem uocatur, cum olius sit tutor* in fine *tit. instit. de patron. tut.* Nam *tutelam patroni filius, hereditatem patrona obtinebit L. 1. §. 1. ff. de tut. legit.* Quia apud Romanos tutela officium uirile *l. ult. ff. de tut.* quod plene docuit *dn. praes. diff. 1. de tut. matern. litt. aa.* ubi quoque rationes eruuntur, Romanis peculiares.

Dominae qui esse liceat tutrici sui uasalli?

(zz) Recte *Ioan.* FABER ad *tit. inst. de patron. tut. n. 3. 4.* inquit: *quod si mulier succedit habenti merum imperium, quod iudicare possit siue per alium, siue ipsa*, idem iudicium est de tutelis. Significantissimum hic est *cap. 4. dilecti X. de arbitris.* Vbi papa differentiam utriusque iuris clare definit ratione eadem. Quod quidem leges Romanae foeminas arcere soleant a publicis muneribus iudiciisque *l. 12. ff. de iudiciis, moribus foeminae iudices esse nequeunt, non quod iudicium non habent, sed quod id non receptum sit:* cumtamen Germani & Franci foeminis deferant fundos cum iurisdictione in subditos, neque illis leges obesse patrias, quo minus iudiciis queant defungi. Sic in Angliae praefertim regno nullum dubium est, quin et regina et dominae aliae tutrices esse queant suorum uasallorum idque iure fructuario. Accedunt liberiora foeminarum Germaniae iura, quam Latii. Quae indagauit exposuitque *dn. praeses in diff. 1. de tut. matern.*

Diff. IIX. I.

DIFFERENTIA IIX.

Num patronorum tutela in posteris libertorum?

Romano iure successionem indeque pendens ius tutelare patronus tantum habuit in liberto, non in posteris illius (aa): ultimum tamen quodammodo dici potest de moribus Germanorum in homines proprios (bb).

Liberti liberis nullus nexus.

(aa) Liberti enim filius erat homo ingenuus. In quem nihil iuris supererat genitoris sui patrono. Non opus est, in re clara testibus, quos tamen habes apud doctores ad *tit. instit. de success. libert.* et ad *tit. ff. de bonis libertor.* itemque ad *C. tit. de operis patrono praestandis*, cetera.

Libertorum onera omnes afficiunt eorundem posteros.

(bb) Moribus enim Germaniae factum est, ut serui quidem omnes manumitterentur, ita tamen, ut posteri manumissorum nexu aeterno domino siue patrono permanerent addicti. Quamuis enim proprii homines, iudicio plerorumque Germaniae ICtorum, habeantur pro liberis: illi tamen uinculis adligati sunt plurimis. *Principio* glebae adscripti sunt, quam si relinquunt, domino insalutato, ab hoc uindicari possunt instar serui fugitiui. *Deinde* ad operas domino tenentur indefinitas, ut uix illis tempus supersit ad uictum et cultum. *Post* mortuis dominus succedit uel uniuersim, uel in certa bonorum specie aut parte. Quod argumentum late tractant *Stammius* et *Husanus;* sed nouissime haec iura ex medii aeui notitia illustrarunt ex instituto *Dattius* et *Pottgieserus.* Nullus itaque dubito, cum liberti et patroni nexus in Germania aeterni sint, transeantque ad posteros omnes; neque illis denegandum esse ius tutelare. Quod tamen negligi hic solet ideo, quoniam domini maior auctoritas in hominem proprium, quam tutoris in pupillum. Deinde curta hominum adscriptitiorum supellex uix meretur, ut dominum habeant tutorem. Vt adeo frustra sint, qui audent nobilibus dynastis haec iura in dubium uocare. Ceterum id contra meretur notari, quod si tamen homines proprii literas obtineant manumissionis *Lass-Briefe:* manumissi priuilegia nanciscantur ingenuorum, ut adeo in his nulla patronorum tutela superesse, uideatur.

DE FRVCTVVM (aa) ATTRIBVTIONE (bb) SIGILLATIM (cc)

DIFFERENTIA I.

Fructus pendentes industriales cui cedant?

Fructuum industrialium attributio apud Romanos.

I) ROMANO *iure fructus etiam industriales, nondum a stipite separati, pro fundi ipsius parte habentur (dd) ceduntque soli domino (ee); non usufructuarii (ff), non conductoris (gg), non emphyteutae aut uasalli (hh), non uenditoris (ii), non fiduciarii (kk), non emtoris uitalitii (ll), non uiduae (mm), aliisque eius generis heredibus, quibus tantum restituuntur in fructus factae impensae*

Differ. I. *Differ. I.*

pensae (nn) : uerum enimuero alia hic longe instituta GERMANORVM.

II) GERMANOS, *utpote a] Soxones,*

Leges enim SAXONICAE OPERAS *hic in pretio habent, fructusque tribuunt heredi illius, qui semen rastro subduxit agrumque ad id nouauit iterauitque (oo), quos mores usu quoque adprobant populi alii (pp). Ratione, nostro iudicio, consultissima (xx), quicquid rideant hic redarguantque alii. In*

b] Venedos Brandeburgicos,

BRANDENBVRGICO *autem ducatu respicitur ad fructuum* MATVRITATEM. *Ob quam a medio* IVLII *ad medium* AVGVSTI, *utpote tempore frumentationi uicino, fructus adsignantur heredibus defuncti (qq), necquicquam domino nouo. Quod ipsum quoque ratione destituitur haudquaquam (xxx) Alios*

c] Longobardos,

porro mensium limites habent LONGOBARDI *&* *ipsi Germani. Quod si enim uasallus, idem de aliis iudicium, intra* MARTII *mensis principium finemque* AVGVSTI *decesserit, fructus heredibus defuncti pariter adiudicantur, non beneficiario successori (rr). Horridam et tantum non brutam hanc legem dixerunt interpretes (ss). Contra nobis illa uidetur aequissima. Cui idem cum Saxonica fundamentum. Quando intra initium Martii et finem Augusti, in Italiae oris, cum operae absoluuntur agrariae, tum fere messis (tt). Ab hoc autem climate quando Germaniae regiones sunt alienae (uu): merito ignorantiae accusatur iurisprudentia forensis, quod nescierit in peregrinae legis rationem indagare eandemque temperare natura loci ac coeli Germanorum (xx). Praesenserunt hoc illi quodammodo, qui tempus fructuum attribuendorum in Germania prorogarunt ad anni ipsius tam exitum (yy) quam principium (zz),*

d] alios populos Germaniae.

ne fructus hyberni apud nos temere excluderentur. Ceteri, qui statos menses aut operarum mensuras non habuerunt, inter nouos dominos pristinorumque heredes fructus industriales diuidendos esse, iudicarunt pro rata parte temporis aut operarum (aa). Tantum abest, ut Germani probauerint Romani iuris decreta in hoc argumento (bb).

Nexus dicendorum cum tutela fructuaria.

(*aa*) Diximus hactenus, quod Germanica instituta pro operis, a tutore praestitis, eidem usumfructum largiantur bonorum pupilli uel omnium, uel certae ac definitae partis. Exigit igitur huius argumenti ratio, ut, quid in fructuum attributione sit dicendum, sigillatim exponamus Quod ex instituto in causa etiam tutelari praestiterunt BAECA in libro *de decima tutori praestanda c. 22. 23. 32.* et *Ioan.* GVTIERREZ *de tut. part. 3. c. 27. n. 26.* Quamuis neuter nobis prodesse multum possit, quorum opera intra pomoeria tantum uersetur iuris ciuilis, cum ex aduerso nostri hic instituti sit, docere patrii et peregrini iuris differentias.

Casus in fructuum attributione multiplices.

(*bb*) Casus esse hic possunt multiplices in argumento tutelari. Quod si enim tutor fructuarius *accedit* ad tutelam, necessum est, ut iura ei cognita sint, qui fructus illi principio debeantur; deinde, pupillo uel ipso tutore *mortuo*, quaestiones occurrunt iuris eiusdem; quid? quod etiam, *aetate legitima* accedente, tutela finiri nequeat sine lite, nisi utrique sibi constent in fructuum distributione.

Argumenti Fructuarii 1) frequentia,

(*cc*) Equidem in *titulo inst. de usufructu* argumentum hoc potuisset tractari: sed dedit hoc *dn. praeses* nostro desiderio, quod *ad diff. 1.* exposuimus. Et sane uix in uniuersa iurisprudentia argumentum, quotidie fere obuium, occurrit, maioribus implicitum ac tantum non obrutum difficultatibus: quam nostrum, quod est *de fructuum attributione.* Neque enim solum hoc iure opus est, in *emtione; locatione; possessione* b. f. pignore *antichretico;* pactis de *retrouendendo; fideicommissis; legatis; dotibus; dotalitiis, emphyteusi,* quae loca occurrunt in legibus Romanis, quae enumerant *Ioan.* KOEPPEN *part. 1 decis. 30* et uir consultiss. THILLE *de iure sem. sect. 2. n. 3* uerum etiam in caussis, patriae fere propriis, utpote in *fructuariis* tutelis; in *successione* feudi et hereditate *allodii;* in *precariis; maioratibus; salariis; retractibus gentilitiis;* contractibus *libellariis;* precariis *conductionibus,* ceterisque rebus, quae Romano iuri aut prorsus incognitae aut a nostris aliquantum fuerunt alienae. Et sane *publici, feudalis* et *ciuilis* iuris haec argumenta sunt frequentia et grauia, ut adeo cuiusque intersit, in illis esse cum iudicio uersatum. Accedit ingens *iurium* et *doctorum* uarietas et dissensus. Quodalii hic ius *naturae* urgeant; alii ius *Romanum;* plures iure *feudali* delectentur; nonnullis patriae institutis, *Saxonicis* praesertim, in deliciis; multi sola rem conficere uelint *consuetudine;* magis demum sinceri aperte scribant, rem hanc certis destitui principiis et ad quaestiones pertinere *uoluntatis*, ut, quicquid tandem senseris, defendere queas legum et ICtorum auctoritate. Qui de his tricis dubitat, ille, uelim conferat de hoc argumento CVIACIVM *lib. 4 tit. 50. de fructibus feudi*, qui fauet *l. diuortium* id est *l. 7. §. 1 ff. soluto matrimonio dos quemadmodum petatur,*

2) grauitas,

3) difficultas,

4) doctorum uarietas.

Differ. I. *Differ. I.*

tur, TIRAQVELLVM deinde *de retractu conuentionali* §. 5. et *Rol. a* VALLE *uol. 2. conſ.* 27. qui primo in fructuarium duriores. Vtrumque iterum diſplicet MOLINAEO *tit. 1. conſuet. Pariſ.* §. 1. *Hartm.* PISTORIS *lib. 1. quaeſt. 24.* ex inſtituto, *Ioan.* KOPPENIO *part. 1. dec. 30.* qui omnino ſunt conſulendi. Ab his quoque abeunt HENELIVS *de iure dotalitii cap. 8.* qui ceteris eſt inſtructior et MYLERVS in *gamologia cap. 14.* BOCERVS *de fructibus rei alienae*; BVSIVS in *ſubtilitatib. iuris lib. 4. c. 13. 14.* ſibi inuicem iterum contrarii. FRITSCHIVS in *uol. 1. conſilior. 11. et 12.* nihil quidem de ſuo addit, ſed tamen utrumque eſt de hoc argumento multiplex et uarium. Mouit forte hoc *Ioan. Petr.* THIELIVM, ut denuo ſub incudem uocaret hoc thema atque illud reduceret ad principia, quibus imbutus eſt, *Cocceiana*. Taceo alios, praeſertim Hiſpanos, qui inſtruunt magis hunc locum aliorum auctoritate, quam diſponunt conficiuntque. In quorum numero *Ioan.* COPVS, qui de *fructibus* commentatus eſt ex inſtituto, porro MENOCHIVS; TVSCHIVS; del CASTILLO; COVARRVVIAS et iuris promi condi alii generis eiusdem.

Ll. Rom. fructus pars fundi.

(*dd*) Vniuerſim ſcribit GAIVS, *fructus pendentes pars fundi uidentur* l. 44. fructus *ff. de R. V.* imo *una res cum fundo* l. ſi fraudator 25. §. *pen. ff. quae in fraud. credit.* Quod ſigillatim hic de fructibus dicitur *agri* et *uindemiae* idemque *l. qui ſcit. 25. §. 1 ff. de uſur.* repetitur, ut accipi non poſſint de fructibus aliis, quam *de pendentibus induſtrialibus*. Quoniam *de naturalibus* minor eſt ratio dubitandi; *ciuiles* autem ante non debentur, quam uenerit dies; ſeparati ac *percepti* habentur inſtar rei mobilis. Quae adſertiones, eum clarae ſint, non opus teſtium auctoritate. Neque hic de iure *ſeminis*; ſed de iure *ſoli* praecipitur.

Rom. iure fructus domino cedunt ordinarie,

(*ee*) Ex hac itaque Romani iuris philoſophia, quod *fructus fundi pars ſint*, recte arguitur per *Cocceiana principia* a THIELIO interprete *ſect. 3. §. 4. 5 ſqq.* quod Romano iure fructus domino cedant *ordinarie*; quod ſi cedere hi debeant alii, tum opus ſit uel *facto* domini, uel *legis* expreſſa diſpoſitione; quod, tempore fructuarii finito, ſtatim fructus redeant fundi domino, *excluſis* fructuarii *heredibus*; quapropter id uerum ſit inſtar axiomatis legitimi. Vt in leges Romanas peccent, quotquot et quam etiam multi ſentiant ex aduerſo. *Inductione* idem comprobat ex omni genere iuris fructuarii.

non 1) heredibus uſufructuarii.

(*ff*) Ita, VSVFRVCTV finito, fructus pendentes, etſi *maturi* ſint, pertinere ad dominum ſoli, necquicquam ad uſufructuarium *L. 12. arboribus §. 5. ff. de uſufr.* Iulianus diſputat, *ſi fur decerpſerit uel deſecuerit fructus maturos pendentes, cui condictione teneatur?* DOMINO *fundi, an* FRVCTVARIO? *Et putat NB. quoniam fructus non fiunt fructuarii, niſi ab eo percipiantur, magis proprietario condictionem competere. Fructuario autem furti tantum actionem.* Idem *L. 13. ſi fructuarius ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* olea, quae ſponte decidit, neque a fructuario percepta eſt, non eius eſt, ſed domini ob cauſam eandem.

2) non conductori,

(*gg*) Quamuis de colono, ſiquidem ſacto locatoris, uenditione rupta fuerit conductio, maxime diſputent. Neque tamen huic, ſed domino fundi fructus eſſe adſcribendos, ex ratione patet iuris Romani. Eius enim generis conductori proſpectum eſt, ut repetat *mercedem* agatque ad *intereſſe*, ut caſus ſunt in *l. 24. ſi in lege §. 4. ff. loc. cond.* et in *l. 32. qui fundum ff. eod.* Neque colonus meſſis dominus eſt, antequam eandem perceperit. Inde Labeonis deciſio *l. 60. cum in plures §. 5. ff. eod.* hac nititur ratione: *meſſem ſuſtuliſti, cum alienam eſſe non ignorares. Condicere tibi frumentum dominum poſſe et, ut id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum.* Idem fere *l. 61. ſi ſeruus §. 8. ff. de furtis* dicitur, quod fructus non coloni ſint, uerum pars fundi ſolo cohaereant et ſint fundi, id eſt, domini locatoris. Nam coloni ius dominii incipit, poſtquam fructus decerpti uel a fundo ſeparati *l. 26. ſi apes §. 1. ff. eodem.*

3) non heredi uaſalli et emphyteutae,

(*hh*) Imo, quod mireris, in ipſis feudorum rerumque emphiteuticarum fructibus eadem quondam ualuit ratio, ut illi cum fundo feudali ceu pars eius domino cederent uel agnatis, nilque uaſalli heredibus relinqueretur *2. f. 28. ſub fin.* Vsque dum legis Romanae auctoritatem uicerunt ueteris Germaniae inſtituta.

4) non uenditori,

(*ii*) In emtione uenditione fructus pendentes *emptoris* eſſe, decidit *l. 13. Iulianus §. 10. ff. de act. empt.* his uerbis: *ſi fructibus iam maturis ager diſtractus ſit, etiam fructus emtori cedere, niſi aliud conuenit, exploratum eſt.* Idem dicitur *l. 16. poſt C. eod.* ubi additur, ſatis eſſe uenditori, ſi impenſae ipſi reſtituerentur. Quod etiam clari eſt iuris alias *l. 46. quod ff. de uſur.* Easdem cauſas allegare poteſt *reemptor* in pacto de retrouendendo. Quicquid dixerint ſcripſerintque doctores ex aduerſo. Quos Romano iure omnino improbamus, licet illis ſubſidio eſſe queat patriae conſuetudo.

5) non fiduciario,

(*kk*) Licet quoque Icti fructus inter fiduciarum et fideicommiſſarium heredes uelint diuiſos: contradicit illis tamen *l. 42. Herennius ff. de uſuris.* Ita enim ibi Modeſtinus reſpondet: *fructus, qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium ex terra percipiuntur, ad fideicommiſſarium pertinere. Licet maior pars anni ante diem fideicommiſſi cedentem praeteriiſſe dicatur.*

6) idem in

(*ll*) Non enim adparet rationis aliqua diuer-

Differ. I. contractu uitalitio.

diuersitas, quare emtor fundi ad dies uitae, si mortuus fuerit fructibus maturis, eos deferre debeat ad heredes. Quin certi potius iuris sit, eodem resoluto iure emtoris, eum ipso fundo recidere ad uenditorem. Licet huic opinioni admodum contrarii esse soleant doctores.

7) non debentur fructus heredibus uiduae in dotalitio.

(mm) Neque uiduae illustris heredes, Romani iuris rigore, aliquid de *fructibus pendentibus* accipient, quod *regula* ueritatis aeternae, *fructus esse partem* fundi et redire ad dominum soli, quod etiam agnouit HENELIVS *c. XI.* §. 9. Quamuis ipse putet, durum hoc esse, si fructus iam sint maturi aut a maturitate non multum absint RAVCHBAR. *lib. 2. quaest. 22. n. 19.* Quod tamen in utroque non temere reprehendit MYLERVS *Camelog. c.* 14. §. 15. Nam maturitatis causa Romanae leges nequicquam abeunt a regula semel praescripta, quod *fructus fundi pars sint.* Quod offendere licet in *l. 13. Iulianus* §. 10. *ff. de act. emt.* et *l. 42. Herennius ff. de usuris.* Licet olim dubitauerit Labeo *l. ult.* §. *pen. ff. quae in fraud. cred.*

Impensas fructuum restituit dominus.

(nn) Omnium clarissima est *l. 36. si a domino* §. *ult ff de heredit. petit.* his uerbis: *Fructus intelliguntur deductis impensis, quae quaerendorum, cogendorum, conseruandorumque eorum gratia fiunt. Quod etiam uerum est in praedonibus.* Idem confirmant *l. 7. fructus pr. et* §. *fin. ff. soluto matrim.* atque *l. 46. quod ff. de usur.*

Germani fructus adiudicant non fundo, nec femini sed operis.

(oo) Germanorum instituta fuerunt haec. In fructuum *industrialium* attributione neque ius *fundi* aut *soli* esse attendendum neque subtilitatem iuris *seminis*, quod etiam improbat *l. 25. qui scit. ff. de usuris.* Verum quando *industriales* fructus hominum *industria*, non bonitate uel soli uel naturae producantur: aequum etiam fore, fructus illi cedere, qui in operis praestandis industriam suam absoluisset. Accedit, quod in Germaniae oris haud dubie solum minus foecundum sit, quam in Latio, ideoque frequentiorem etiam, quam ibi, requirat culturam: ut Germani utrinque causas haberent, plus dandi operis, quam pretio agrorum in fructuum attributione. Ita enim SPECVLATOR Saxo *lib. 2. art. 58.* dicit: „Des Mannes Saat, die er mit seinem Pflug würcket, die ist verdient, als „die Egde darüber geht, und des Gartens, als er gerodet, gesaeet und gebarcket ist. Ob ein Kind zu seinen Jahren „kommt ehe dem Tag, da das Guth am „Lehen verdienet ist. es soll den Zinss „daraus nehmen. Hat es aber seine Jahr„zahl erst nach dem rechten Zinss Tag, „das Zinssgeld nimmt es nicht. Das Guth „verleurt es aber dadurch nicht. Diss „rede ich darum. *En causam responsi, „quae fructuaria tutela.* Dann arbeitet „ein Herr oder ein Mann *(tutor siue dominus siue agnatus)* von seinet wegen Garten oder Baumgarten oder Weingarten, und beschicket sie bis auf S. Urbans „Tag (d. xxv. Maii,) so nimmt der Lehenherr *(idem de agnato iudicium)* die Frucht „herab. Hat auch der Herr lassen saen „des Kindes Land, ehe es sich beiahret, „er behalt die Saat (Erndte) mit Recht. „Aber nicht die Stuppeln, noch die „Weinstauden, wenn sie stehen in der „Erden und seyn zu den Weinstaeben „gebunden. Iahret sich aber das Kind „vor dieser Zeit, der Herr hat verlohren „seine Arbeit *(qui hoc intelligatur de impensis, quae restituendae)*, die er an das „Guth geleget hat, und das Kind gilt die „ihm nicht." Idem *lib. 3. art. 76.* de marito herede mulieris in fundo, quem aratro subduxit: *Nimmet ein Mann eine Wittwe, die eigen oder Lehen oder Zinss-Güther zur Leibzucht hat. Was er also in dem Guth mit seinem Pflug arbeitet, stirbt das Weib, ehe er was besaeet, er solle es vollends arbeiten und saeen und auch abschneiden, Zinss und Pflicht aber solle er dauon geben. Stirbt aber die Frau nach der Saat, als die Egde das Land bestrichen hat: die Saat ist ihres Mannes und er ist niemand dauon Zinssen pflichtig.* Idem suo post iudicio firmauit Saxoniae elector AVGVSTVS *part. 3. const. 32.* §. 2. his quidem uerbis: *Nach Saechsischen Lehn-Rechten aber, was die Egde bestrichen hat und unterbracht ist, bey Leben des Verstorbenen: Solches, weil es des Verstorbenen erworben Guth, auch bey seinem Leben beschickt worden, folget und bleibet den Erben. Welches auch statt hat, da gleich die Lehn-Güther den Frauen zum Leibgeding vermacht. Also auch, da ein Garten bey des Verstorbenen Leben gerodet, gesaet, gebarcket, folgen die Garten Früchte den Erben. Gleichfals da ein Weib liegende Gründe hat und verstirbet nach der Saat Zeit, so behelt der Mann die Früchte.* Neque est, quod utramque constitutionem ad feuda restringendam esse perhibeas, quoniam illa uersetur in iure correctorio aduersus leges Romanas. Nam *primo* ratio patrii iuris est generalis eademque in usufructuario quouis, quam in uasallo: *deinde* magis probabile est, usufructuarium fructibus pendentibus destitui, quam uasallum, quia ultimi iura maiora sunt, quam primi: *praeterea* ipse SPECVLATOR etiam de allodio regulam uult intellectam *lib. 3. art. 76. post* fallit regula in uetustioribus patriae institutis, quod illa restricta sint et correctorii iuris facta, ex quo postea receptae fuerunt in Germania leges Romanae, quod *dn. praeses* monuit ostenditque *diss. 1. different.* 1. Tacco interpretationem usualem, quae in scholis euriisque ad hanc regulam pariter exigere solet allodia, testibus ZOBELIO *part. 3. diff. 27. n. 1.* et REINHARDO *part. 6. diff. 11.* CARPZOVIO *part. 3. constit. 32. def. 5. n. 5, 6.* et de usu iuris Saxonici communis STRVVIO *exer.*

Verba iuris SAXONICI 8) uetustioris.

2) electoralis.

3) communis hodierni.

Differ. I.

exercit. 12. *th.* 18. RICHTERO *dec.* 56. *n.* 4. 5. Ceterum qui SPECVLATOR Saxo *lib.* 2. *art.* 58. ad *uineas* quoque idem extendat ius, propterea possis requirere, quod Saxoniam aeuo, quo ille scripsisse fertur, scimus fuisse *inuineam*. Festum *S. Vrbani* allegat speculum, post quae tempora uuae cedant heredibus cultoris *l. c.* Signant uero Saxonici Icti *diem* XXV. mensis *Maii* (*), quod ille euangelicis notus magis sit, quam fasti et calendaria sanctorum. Ita CARPZOVIVS *part.* 3. *const* 32. *def.* 8. *n.* 8. et ante illum *Hartm.* PISTORIS *lib.* 1. *quaest.* 24. *n.* 93. et BERLICHIVS *part.* 3. *concl.* 43. *n.* 63. Quod extra Saxoniae electoratum sententia forensi confirmat RICHTER *decis.* 56. *n.* 5. eumque sequitur hic STRVVIVS *exercit.* 12. *th.* 18. Vnde frustra CARPZOVIVS *p.* 3. *c.* 32. *d.* 8. *n.* 11 ait: *concesserim tamen, aliud dicendum esse in prouinciis Thuringiae, ubi tempus* der Rurern *ex longo interuallo sequitur festum Vrbani, per sex scilicet hebdomadas aut circiter.* COLERVS enim, quem ibi citat, *part.* 2. *de process. execut. c.* 3. *n.* 303. loquitur tantum de statutis *Ienensibus* sigillatim, quae postremam adhibitam esse curam, uolunt, *die Rubre*, necquicquam de cetera Thuringia RICHTER *decis.* 56. *n.* 5. Quae cum ita sint, causam non habet V. C. THIELIVS, quare *sect.* 4. §. 6. perhibeat, Saxonicis doctoribus ea in re non conuenire.

etiam in uinetis.

Porussici iuris cum Saxonico concentus

(*pp*) Saxonica instituta etiam, praeter Saxoniam, sequuntur prouinciae aliae. In Porussiae regno loquitur Landr. *lib.* 3. *tit.* 3. §. 10. 11. *Dieweilen das Sæchsische Recht ein anderes eingefuhret, wollende, daß dasienige, was die Egde bestrichen, zum Erbe des* usufructuarii *oder zu der Frauen Leibgeding gehæren solle, und solches auch der Billigkeit gemæß, als lassen wir es dabey bewenden. Vnd solle hinführo demselben nach in unsern ober und unter-Gerichten also gesprochen werden.* Addo regalem constitutionem in ducatu Magdeburgico, quae est haec (a): Taceo consuetudines et statuta, Saxoniae uicina; quoniam, si BVSIO est fides ad *l. defuncta* 58. *n.* 7. *ff. de usufr.* ipsa Transisolaniae prouincia in fructibus attribuendis sequitur has regulas iuris Saxonici. Cuius loci nos admonuit HENELIVS

Magdeburgici

et cum Transisolano.

A *c.* XI. *de dotal.* §. 4. *p.* 411. ex eoque THIELIVS *sect.* 4. *n.* 4.

Differ. I.

Lex Saxonica liberata ab iniquitate.

(*xx*) Icti praesertim humaniores summopere in haec Saxonum instituta inuehuntur. *Principio* existimant, absurdum esse, quod rem, quae nondum sit, futuros nempe fructus, idque ob rem, quae pereat, id est, semen, quod uertatur, tribuant ei, qui dominium amisit. *Resp.* Vtrum fructus lateant in semine, quaestionem B esse candore Germanicorum subtiliorem. Quibus uitio dari non possit, quod huic nihil dederint philosophiae. *Deinde* in nimio propterea hic peccari, credunt, quoniam Romani fructus ne quidem *maturos* et frumentationi proximos negauerint fundi domino, tantum abesse, ut negari possint, qui uix sint nati. *Respond.* De maturis ipsos etiam ICtos Romæ dubitauisse, *L. si fraudator §. per ff. quae in* C *fraud. credit.* Vtrum illi recte heredibus fructuarii negarentur. Verum plus roboris dederunt Romani regulae, quam exceptionis aequitati. Taceo soli, operarum, foecunditatis discrimina in regionibus Germaniae et Latii. In locis certe innumeris patriae nostrae experimur et olim magis experti fuerant maiores nostri, quod fructus multoties uix operis, stercorationibus et semini respondeant, D tantum abest, ut superent illa toties, quoties sperare licet in regionibus transalpinis. Accedit, quod Itali in cultura agrorum seruis usi sint plerumque, Germani uero in agricultura famulos habeamus mercenarios, quorum stipendia itidem pretia augent operarum et agriculturae. Et, quod potissimum est, Italiae agri in tanta hominum opulentissimorum multudine in magno pretio fuerunt, ut adeo E soli domino plus dandum esset, quam eius cultori: contra in tantis Germaniae desertis agrorum quondam pretia uilissima. Vt in medii aeui catastris inueniamus, eosdem saepius hominibus gratis aut pro uilissimo canone datos esse, ne cultoribus destituerentur. Quae omnia eo faciunt, ut causas intelligamus, quare colonaria Germanorum iura a Latinis, in fructuum attributione fecerint secessum et qui Romani praetulerint soli dominum, quem nos posthabemus operarum cul-

---

(*) Nescio egomet, qui factum sit, quare omnes Icti Saxonici pro die festo S. *Vrbani* habeant XXV. *Martii*, cum tamen *Maii* mensis dies XXV. sanctus sit huic antistiti. Sed glaucoma oculis eorundem obduxit RICHTERVS *decis.* 56. *n.* 5. quem, ut fieri solet, caeco gressu sunt sequuti. Error est, quem facilius errauerit doctor, quam agricola. (a) *Nachdem Seine Kænigliche Maiestæt in Preussen, Vnser Allergnædigster Herr, etc. etc. Den* §. 37. *und* 56. *aus dem* 44. *Capitul der Magdeburgischen Policey Ordnung vermittelst deroselben an Dero Magdeburgische Regierung unterm* 26. *Septembr. iüngsthin abgelassenen Allergnædigsten Rescripts dergestalt declariret, daß in Dero Herzogthum Magdeburg und Graffschafft Mansfeld Magdeburgischer Hoheit, dasienige was die Egde vor des Vasalli Tode bestrichen, zu dem* allodio, *und also des Verstorbenen Land-Erben gehæren, auch hinkünfftig bey dergleichen Begebenheiten darnach iedesmahl gesprochen werden solle; Als wird Seiner Koniglichen Maiestæt hierunter führende allergnædigste* Intention *und Willens-Meynung hiermit zu eines ieden Wissenschafft gebracht. Vhrkundlich unter dem Königlichen Preußischen Regierungs-Secret des Herzogthums Magdeburg. Geben Halle den* 21. Octobr. 1710.

Differ. I.

cultori. Et ſane, ſi uerum eſt, quod HVBERVS aduerſus Vinnium et Bachouium tuetur *lib. 4. digreſſ. c. 23.* ipſos etiam Romanos, *culturae* ergo, fructus adſignauiſſe b. f. poſſeſſori: nemo miretur, magis idem in ius iuiſſe apud Germanos. Quae Hugo GROTIVS *lib. 2. o. ſſ. §. 22.* pro communione fructuum inter dominum & ſoli & ſeminis diſputat reponitque PVFENDORFIVS *lib. 4. c. 7. §. 5.* pro ſoli domino: illa parum hic adferunt momenti. Quia diſputant primus de iuris, alter fere de conſilii rationibus, utrique modo a republica abſtracto. Quod noſtri non eſt inſtituti.

Leges Marchiae Brandeburgicae *in fructuum attributione a medio* Iulii *ad medium menſis* Auguſti.

(*qq*) Scilicet in Marchia BRANDENBVRGICA eſt hoc admodum ſingulare: quod temperet hæc quodammodo triplicia hic iura *ciuilia, Saxonica* et *feudalia.* Habet enim, inſtar iuris CIVILIS, pendentes fructus pro parte fundi; niſi *maturi* fere ſint propiusque accedant ad meſſem, quod fieri putant a medio menſis *Iulii* ad medium *Auguſti* menſis. Intra quae tempora ſi fructuarius moriatur, fructus pendentes non pars fundi ſunt et ſolo cedunt, uerum heredibus attribui debent fructuarii, inſtar iuris SAXONICI. Et cum haec inſtituta *menſibus* alligentur, in eo iure imitantur LONGOBARDICA. Recitabimus hoc fine uerba DIESTELMEIERI *part. 3. tit. 3. §. 7.* quae aliorum induſtriam, ut in iuris Marchici aliis plerisque, ita etiam in hoc argumento excitarunt. Sunt autem haec: *Circa fructus poſt mortem uaſalli in fundo feudali ſtantes* (pendentes) *hic in marchia recepta eſt conſuetudo. Vt, ſi uaſallus moriatur* I) in der Neumarck *&* *tractu* Stolpen *poſt* LAVRENTII (id eſt die x. Aug.) II) in der Mittel-Marck und Prignitz *poſt* MARGARETHAE (id eſt die XIII. Iulii) III) *in der Altenmark poſt* IACOBI (id eſt die XXV. Iulii), *tunc fructus adhuc ſtantes* (pendentes) ſo im Felde ſtehen, oder am ſtecken hangen, deſsgleichen Fiſche in den Teichen, *pertinent ad heredem allodialem. Sin uero moriatur ante iſtos dies, tunc fructus cenſenter pars fundi et pertinent ad feudi ſucceſſorem.* Neque tamen adeo ſuperſtitioſos fuiſſe, exiſtimo, feſtorum dierum terminos, ut potius regulae in his caſibus ualuerint, quæ parum differunt, nihil differunt & modicum non curare praetorem dd. ad *l. 4. ff. de in integr. reſtitut.* et *l. 9. §. 5. ff. de dolo malo.* Quapropter mirum non eſt, *Scabinos* BRANDEBVRGENSES fructus addixiſſe in feudo allodialibus heredibus, licet uaſallus mortuus ſit X *Iulii* triduo ante diem feſtum Margarethae. Sententiam ipſam habes apud SCHEPLITZIVM ad *promptuarium Clammeri tit. 3. n. 23.* his uerbis: *Sprechen wir Schœppſen beyder Stædte Brandeburg zu einer Belehrung des Rechten etc. da im Iulio dieſes Iahres eurer Hauß-Frauen Vater in dem See tod gefunden worden; ſo ſeyn euch nunmehro alle Winter- und Sommer-Früchten ins Erbe heimgefallen. Vnd iſt der, welchem das Schultzen-Gericht V. C. D. zu angefalle gegeben wird, derſelben Früchte ſich anzumaſſen, nicht befugt. V. R. W.* Die 23 Sept 1592. Quod cum ita ſit, recte iudicat KOEPPEN *deciſ. 30. n. 45.* quod ideo non opus Marchiæ Icto, ut ſolicitus ſit circa explicationem 2. *F. 28. §. ku conſequenter.* Errare enim Scheplitzium exiſtimo, quod ipſe, ex ſententia Brandeburgenſium Scabinorum arguere uelit, in Haueibergenſi tractu obtinere ius feudale commune: quando ei ſententiae alias cauſas dedimus, quam ex 2. F. 28. Vt adeo, noſtro iudicio *uir cl.* THIELIVS cauſam non habeat, quare *ſect. 4. §. 7.* ipſi uelit ſubſcribere. Verum ſatis de his, cum idem argumentum plenius tractent KOHLIVS ad *conſ. Marcb. quaeſt 9. n 9.* MULLER *Reſolut. 74. n. 11.* his contraria in Marchia Brandenburg. habet SCHRADER. 2. *part. 9. part. ſect. 3. n.* 100. 141.

Venedorum lex ab iniquitate liberata in fructuum attributione.

(*xxx*) Facilior eſt ad defendendum Marchiae haec conſuetudo. Nam propius accedit ad rationes iuris Romani Non *ſeminis* tantum aut *operarum* cauſa, fructus ſeparat a dominio ſoli: uerum ob *maturitatem* et frumentationis accedentem proximam ſpem. Quod ſi igitur ulla ratione Saxonicam legem tuiti ſumus: multo magis ualebit haec ipſa in laudato Marchiae inſtituto. Accedit *primo,* quod ipſis Latii Ictis aqua haeſerit, ſi fructus maturi iam eſſent morte fructuarii, utrum eius negari poſſent heredi *l. ſi fraudator §. pen. ff. quae in fraud. cred.* Vt mirum non ſit, eadem ueſtigia reperiri in Germanis. *Deinde* uulgi ſermone dicitur, quod paulo ante tempus ſit factum, id factum eſſe cenſeatur in tempore, HENEL. *cap. 11. dotal. §. 9. p 423.* SPRENGER *de modico c 7. n 1.* Facilius itaque dari poſſunt tribuique fructus inſtantes illi aut eius haeredibus, qui illos mox colligere poterat et de fundo ſeparare. *Porro* antequam ad maturitatem peruenere fructus, caſus eſſe queunt plures, quo illi poſſunt amitti ac diſperdi. Quapropter fortunam quodammodo emit dominus ſoli, impenſas operarum & ſeminis ſoluendo, ut minus ei lucrum poſſit inuideri. Contra ſe res habet, ſi fructus iam colligendi omniaque conſtituta ſunt in uado et quae rationes generis eiusdem. Inprimis autem ſi illi loco alimentorum et ſpe quadam ita præcepti ſint, ut contractum inde ſit aes alienum, aut ſi onera præſtanda fuerunt et ſoluta ſunt intuitu eorundem: grauius certe eſt, bonis, tam diu expectatis, repente et caſu uix praeuiſo deſtitui. Quibus cauſis plures etiam Germaniae Icti permoti ſunt, ut in hoc argumento Marchiæ principiis uterentur, non ex legislationis auctoritate, ſed propter ſolam

Differ. I.

uim rationis. TIRAQVELLVS *de retract.* § 1. *gloss* 7. *n.* 44. RAVCHBAR. *part.* 2. *quaest.* 22. *n.* 19. Quicquid ex aduerso disputet sentiatque MYLERVS *c.* 14. *gamol.* §. 15. *pag.* 388.

Fructuum attributio FEVDALIS *a Martio mense ad* Augustum.

(*rr*) In iure quidem feudali textus est notissimus, tot uero irretitus difficultatibus, ut eluctari nequeas, si duci uelis ab interpretibus. Locus occurrit 2. *F.* 28. §. *His consequenter.* Verba sunt, quae sequuntur: *Si uasallus decedat sine herede masculo et feudum ad dominum reuertatur, sic distinguitur. Quod si ante* MARTIVM, *omnes fructus illius anni ad dominum pertinebunt. Si uero post kalendas Martii usque ad Augustum: omnes fructus, qui interim percipiuntur, ad heredes uasalli pertineant. Si uero post* AVGVSTVM, *omnes fructus anni percipiet dominus. Quidam tamen dicunt, quocunque tempore anni decedat, omnes pendentes fructus* (ex decreto iuris Romani) *ad dominum pertinere.* Nemo, opinor, hanc legem intellectu dixerit difficilem, qui legerit eandem animo non occupato alicuius interpretis commento.

Interpretum de 2. F. 28. sensus multiplices.

(*ss*) In *quatuor* fere partes abeunt ICti, qui huius legis inquirunt momenta. Alii enim *rident* eandem ac prorsus improbant: alii *duram* habent, tolerant uero: alii medelam illi adferunt, aliter eandem *explicando:* paucissimi sunt, qui *rationes* eius adsequuntur, quibus possint subscribere. De singulis dicemus aliquid, sed non nisi per summim. *Principio* exsibilant legem, illorum iudicio, brutam & alienam ab omni ratione *Fr.* HOTTOMANNVS ad 2. *F.* 28 §. *si ante Martium p.* 441. qui uerbis scribit, quae sequuntur: *Vitia sunt in hac feudistarum disputatione quamplurima. Primum ambiguitatis, quod in hac graui et quotidiana controuersia nihil constituti iuris habent ac non tantum perplexe, uerum etiam repugnanter et contrarie respondent.* Nam si usus fructus feudi ad uasallum pertinet, *ut dictum* 2. *F.* 23. §. *fin. quid ita regulam ueterem non sequimur, quae in paribus caussis paria desiderat iura. Constat autem, ut quocunque tempore moriatur usufructuarius, omnes perceptos fructus heredi relinquat; pendentes uero et stantes ad proprietarium, etiamsi fructus sint maturi l.* 25. §. 1 *ff. de usur. l.* 12. §. 5. *de usufr.* Et mox: *quare, quae sola sententia hoc casu repudiatur, ea sola mihi probatur: ut quocunque anni tempore uasallus decedat, omnes et pendentes fructus ad dominum pertineant: qui uero percepti sunt, ad uasallum.* Idem fere iudicium aduersus hanc legem produnt alii. CVIACIVS *lib.* 4. *feud. tit.* 30 *ait: quicquid dixeris senserisque hic, proportio non est aequa; melius igitur est, sequi legem diuortium et fructus omnes pendentes et perceptos diuidere pro rata anni.* Neque mitior hic iudex MOLINAEVS ad *consuet. Paris. tit.* 1. §. 1. *gloss.* 8. *n.* 11. *p.* 114. quod uerba eius ostendunt, quae sunt haec: *praecedens* (in §. his consequenter,) *distinctio* (pro mensium diuersitate) *est falsa in iure et irrationabilis. Nec potest obtinere, nisi sicubi inoleuerit talis consuetudo localis. Quae tamen in aliis locis minime est curanda.* Idem Did. COVARRVVIAS *lib.* 1. *resolut. tit.* 15. *in fin.* Taceo nomina ICtorum ueteranorum BALDI ad §. *hos consequenter;* ISERNIAE ad eandem §. *col.* 2. aliorumque. His 2) mitiores sunt, qui perhibent, legem, quamuis duram, legem tamen esse ideoque non ob *rationis* uim, sed auctoritatem *legislationis* obligatoriam. Neque enim in ipso iure Romano omnium dari posse rationem *l. non omnium* 20 *ff. de LL.* His accedere, quod feudorum instituta pro fundamento habeant consuetudinem et quidem gentium, ab animi cultura alienissimarum, ubi mores nequeant ad examen exigi subtilioris philosophiae. Ita *Frid.* SCHENCKIVS *lib.* 3. *tit.* 6 *n.* 2. de commoda ratione desperat. *Restat*, inquit, *ut cum ICto dicamus, non omnium, quae a maioribus constituta, rationem reddi posse* et *cum* BALDO cons. 276. part. 5. *praedicemus, in feudis non esse curandam strictam rationem, sed strictam consuetudinem.* Apertus etiam hic *Vdalr.* ZASIVS *part.* 10 *feud. n.* 109. post enim, quam aliorum sententias recitasset, ita perorat: *Multa in hoc titulo dici possent. Sed dum omnia sequi conamur, nihil adsequimur.* Taceo alios. Plerique tamen legem hanc 3) adiuuare uolunt *explicando;* ne scilicet sine ulla eam ratione dimisisse uiderentur. Dici non potest, quam hic multiplices ICti et uarii sint, ut adserere non audeam, me ex innumeris fere opinionibus hic alteram partem congessisse. Licet in *ueteris, medii* et *recentioris* aeui doctoribus euoluendis nullis egomet pepererim operis. *Principio* I) sunt, qui *ultima* legis uerba primis uelint praelata. Idque propterea, quoniam *feudista* ultimo eadem loco referat, imo res ipsa tum accedat ad iuris Romani harmoniam, quod ipsis controuersiis feudalibus non raro succurrat. Ita sentiunt BACHOVIVS *ad Treutl. uol.* 1. *disp.* 16. *thes.* 9. *p.* 640. 641. sententia 2. F. 28. est *iniqua et insubtilis quaeque a iure abit et ratione. Et ideo fortassis dicendum, sententiam illam in iure feudali referri magis, quam probari, cum praesertim subiiciatur alia sententia, quae fructus pendentes domino tribuit, quae iure Romano adiuuatur.* Idem ante eum ISERNIA *in cap.* 1. §. *quis uero de pace un.* COVARRVVIAS *lib.* 1. *resol. c.* 15. *n.* 14. VALASCVS *in part. c.* 22. *n.* 5. et MOLINEVS *tit.* 1. §. 1. *gl.* 8. *n.* 1. De forensi etiam usu testatur SANDE *ad consuet. Geldr. tit.* 2. *c.* 5. §. 1. *n.* 5. his verbis: *estque* haec explicatio, *nostris moribus recepta.* Retinent deinde primam sententiam alii eamque tueri audent rationibus her-

1) *legem exsibilant brutam*

2) *Legem dicunt durissimam.*

3) *uulneratae legi medela ex* sensibus *interpretum.*

a) *quod* 2. F. 28. §. conf. *ualeat sententia non prima, sed ultima.*

Differ. I. b) quod una pars anni heredibus danda sit: altera successori feudali.

hermeneuticis. Sunt, qui existimant, uoluisse hic feudistam annum diuidere eiusque *primam* partem semestrem a *Martio* ad *Augustum* heredibus uasalli tribuere; *alteram* uero a *Septembri* ad *Februarium* domino aut successori feudali. ALVAROTTVS *ad 2. F. 28. uers. sed ego.* cum eoque SCHNEIDEWINVS *part. 2. feud. c. 4 n. 26.* Quae proportio arithmetica fit, nilque ideo habeat iniquitatis, quod spatium semestre cuique attribuatur. Cetera ludibrio mortis tribuenda et uasallo, intempestiue mortuo tribuendum esse, quare non *opportuniori et magis quaestuoso obitu heredi suo uoluerit prospicere. Sed cum mors ad tales querelas minus attendat, aequi bonique consulendum esse, quicquid alea attulerit.* Ita fere ludit FORCATVLVS *in comment. feud. c. 8. n. 14.* Ad Siculas pertinet gerras, quod dicunt nonnulli, feudistam ideo a Martio mense auspicatum esse fructuum tributionem, quia *mundus Martio mense creatus sit propter herbarum et florum pubem* Raph. CVMANVS *cons. 99. col. 2. §. ad ult.* INTRIGIOLVS *de feud. quaest. 57. n. 66.* Maiorem speciem habet illud. Propterea tempora aestiua data fuisse uasalli heredibus. Quod Martio mense miles, in quo numero sit uasallus, facere impensas debeat ad militarem adparatum. Atque ad has compensandas fructus pendentes instar allodii habitos esse, ne feudalium seruitiorum ergo eius disperderetur allodium ALEXANDER ad *l. diuort.* principio *ff. soluto matrim.* Mart. LAVDENSIS *lib. 3. feud. tit. 6. n. 1. 2. p. 564.* Propius ad rem accedit SONSBECIVS *part. 10. feud. n. 10. 11.* ubi caussam, quae illi probetur, recitat hanc: *Et ratio est, quia in Martio semina proiici in terram plerumque incipiunt et fructus pupullascere et nasci, si qui ante sati sunt. Cuius ratione sibi uasallus statim ius acquiret ad Septembrem, quasi semel coeptam deberi.* Aliqui ita diuinare uolunt. Respexisse feudistam ad *l. 58. defuncta ff. de usufr.* ubi pariter quaeratur, utrum fructuariae heredi pensio danda, licet ante Martium illa decesserit. Quos scrupulos remouet HOTTOMANNVS *ad 2. F. 28.* uerba: *stante Martium.* Quid quod? coniecturae sint, cum *Martio* mense portio canonis fundorum priuatorum reipublicae fuerit soluta, quod patet ex *l. 19. C. Theod. de exact.* feudistam intuitu canonis a uasallo tum praestiti, heredi illius fructus adsignauisse. *Ad extremum* ad eorum factorum hic rationes respici putant, ubi annus decem mensibus absolutus eorumque primus fuerit *Martius* indeque a septimo numero adpellatus September, qui uero aliis anni totius audit ultimus. Quapropter 2. F. 28. uasalli heredibus omnes fructus adsignentur illius anni, in quo uasallus decesserit; uerba autem, *si post Augustum mortuus sit,* id tantum uelle, putant, quod fructus,

c) quod orbis conditus Martio mense.

d) quod a Martio mense upus sit castrensi adparatu.

e) Martio mense fructus pullulascant.

f) respexerit feudista ad l. 58 ff. de usufr.

g) ex l. 19. C. Theod.

h) quod anni finis September.

qui in sequenti anno demum maturescant, licet in priori acceperint culturam, non uasalli heredibus cedant, sed domino fundi aut successori feudali. Ita fere ALVAROTTVS; LAVDENSIS; SCHNEIDEWINVS; ROSENTHAL *c. 10. concl. 42. n. 8.* innumerique alii, quod aliud non uideant remedium, conciliandi textum aequitati ac sanae rationi. Verum satis est opinionum. A quibus abrumpo, ne stomachum moueam lectori enumeratione commentorum, quibus ICti hanc legem misere lacerarunt.

Differ. I.

(II) Egone autem primus sim, qui huic legi medicas afferam manus aequitatemque illius tuear aduersus iudicia aliorum praepostera et peruersa. Scilicet *primo* illud adsero, feudistam in fructibus feudi, uasallo liberati, a iuris Romani ratione fuisse alienissimum, qua fructus cedere debeant domino soli. Illud ex ipsa textus *2. F. 28. §. bis conf.* clausula patet, ubi regula iuris Romani habetur, nequicquam uero adprobatur. *Deinde* radicem et fundamentum legis feudalis non in Italia natum, sed in Germania. Vbi hodieque instituta uigent in Saxoniae aliisque curiis, his similia, de quo supra *diff. 1. litt. oo. et qq. Scilicet in fructuum attributione maioris semina et operas habendas esse,* quam loci ac soli dominium. *Post* non inceptas operas in hoc argumento sufficere: uerum requiri perfectas et absolutas; *praeterea* mense Martium et Augustum limites esse, in attributione fructuum, iuri huic omnino concinnos. Atque in hoc ultimo nobis opera nunc ponenda est. Hic rhodus hic salta. Scilicet illi etiam ICti, qui aliis in hac caussa fuerunt magis acuti et perspicaces, hoc tamen explicare nesciuerunt, quare fructus post *Augustum* mensem domini sint aut successoris feudalis, non heredum uasalli, licet hic in his colendis tot mensium posuerit operas. Exemplum unicum inprimis urgent, quod est de *uindemiis.* Fieri enim non posse, existimant, ut hoc tempore maturescant uuae. Quae ideo relinquendae essent domino, perditis uasalli operis impensisque. SONSBECIVS *part. 10. feud n. 11. p. 165.* ita iudicat: *quod tamen non obtinet in uuis et oliuis. Quae mense Septembri uix tum aliquando maturuere. Sed tamen in his quoque uasalli heredes etiam post Septembrem succedere puto ob rationem eandem.* Grauiter Mart. LAVDENSIS *lib. 3. tit. 6. p. 565. 566.* hic philosophatur: *Si intelligeres, quod si uasallus decederet post* Augustum, *uindemia sit domini; non posset stare & ueniret magna iniquitas. Si enim uasallus toto anno uineam et oliuas coluisset et moreretur, quando tamen uua esset colligenda, quod heres suus priuaretur ea. Cum tamen non priuaretur, si tempore, magis a uindemia remoto, decessisset minusque in eius contulisset culturam.* Accedit, quod Itali

2. F. 28. §. his consequentes noua prorsus APOLOGIA.

Oppositio I. tempus uindemiale post Augustum: durum ergo, post si fructibus destitui uasalli heredem.

Differ. I.

Itali sic scribant, haud dubie loci ac coeli in Longobardiae oris admodum gnari. Praeterea cum reditus Italiae ex uino alios fere omnes uincere soleant: eo iniquius actum esse, uidetur cum uasallo, si heres eius hoc fructus genere destituatur.

Repositio. Verum enimuero rationes eruendae nunc sunt, quae liberant textum ab omni reprehensione. Scilicet *primo* nos *l. 2. C. de feriis* docet, quod uuae in Italiae regionibus colligi possint mense Augusto, imo, quod colligi tum debeant, quia non alio fine princeps subditis illo tempore concessit *ferias uindemiales*. Exscribam uerba legis, quae sunt haec: *A decimo kalendarum Septembris* (id est die XXIII. Augusti) *usque in idus Octobris uindemialis feria concedatur*. Accedit, quod haec lex, quamuis Theodosii nomen ferat, illius tamen non sit, cum ob styli barbariem, tum ob adsignatum ei ordinem, quodque in uetustioribus exemplis desideretur, ALCIATVS in *parerg. iuris lib. 6. c. 9*. Quapropter recte eam ex Iustinianeo codice expunxit deditque Theodorico, Gothorum regi CVIACIVS *de praescr. diuers. temp. c. 13*. Cuius etiam coniecturam non solum litterae firmant initiales, quae fallere alios potuerunt, ut THEOD. legerent THEODOSIVM, cum legere debuissent THEODORICVM: sed etiam huic consentiens Gothicum institutum in codice WGOTH. *lib. 2. tit. 1. lege* XI. quamuis temporis adsignatio aliquantum sit diuersa. Ad messem et *uindemiam, ferias, iudiciariam curam relaxauisse*, testis etiam est MINVTIVS *Felix* mox ab initio. Sed his *Iulium* et *Augustum* menses ibi tribuit OVZILIVS. Vt adeo SENECA in uita *Claudii* utrasque uideatur uoluisse et *messiuas* et *uindemiales*, quando industriam Claudii iudicis ita describit, quod in feriis generis neutrius haberit iustitium. Ita enim Claudius Herculem alloquitur: *Ego te, Hercules, sperani mihi adfuturum apud alios. Nam, si memoria repetis, ego eram, qui tibi ante templum tuum ius dicebam totis diebus* (feriis) *mense Iulio* (messiuis) *et Augusto* (uindemialibus). *Tu scis, quantum illic pertulerim, quum causidicos audirem. In quos si incidisses, maluisses cloacas Augiae purgare. Multo plus ego stercoris exhausi.* Adde, si lubet, *Petr.* PITHOEVM *aduers. cap. 20*. Quod si igitur *uindemiales feriae* celebratae sunt mense Augusto, non uideo, quo iure quis *uineae* fructus negare possit heredibus uasalli, demortui etiam post eius mensis exitum. Si quidem religio ipsi sit, a *2. F. 28. §. bis conf.* uel latum unguem recedere. *Sed urges?* tempus tamen hoc, teste experientia, nimis esse praematurum. Cum uuas hodie Itali uix colligere soleant ante medium Octobrem. *Repono*. Vitium quaerendum esse in calendariis Romanorum, de quibus, nostri quidem argumenti caussa, querelam mouit Caesar apud SVETONIVM *cap. 40.* in uita eius. *Iampridem*, ait, *uitio pontificum per intercalandi licentiam, fastos adeo turbatos: ut neque messium feriae aestati neque uindemiarum autumno competerent*. Haud dubie igitur legislator feudista tempore uixit, quo Augustus mensis in calendario nominatus est iusto serius. *Deinde* sufficit, quod uuae sub exitum Augusti in Italia maturae sint colligique possint. Iuri enim eorundem nihil obest, quod alii differant uindemias diutius, ut uuae acerbitatem ponant tractuque temporis quodammodo mitigentur. Quorsum faciunt PLINII querelae *lib. 18. c. 31. uindemiam antiqui nunquam existimauere maturam ante aequinoctium: iam passim rapi cerno*. Cum igitur et ipse textus *2. F. 28. §. bis conf.* ex moribus desumtus sit, qui fuerunt in consuetudinem; feudistae eo minus adfingendum est, quod uuis uinoque destitutum uoluerit uasalli heredem.

OPPOSITIO II. *Alterum* dubium grauius est: sed leuius dissolutu, quamuis ante nos nemo fuerit, qui hic non esset mutus. De *fructibus hybernis* fuerat dubitatio, cui demum illi essent tribuendi? Sit enim mense *Octobri* uel *Nouembri* ideo fruges seri, ut altero anno in aestate maturescerent. Num uasalli heres accipiet inde natos fructus, an uero *dominus*? Non *primus*, quid si enim uasallus mortuus sit mensibus Nouembri, Decembri, Ianuario, aut Februario, quibus mensibus illius heredi fructus negantur: neque *alter*, quia ipse operas non fecit, quae Germanico iure comites habent fructus. *Repono*. Salua res est. Nam lis hic de lana caprina. Itali quippe non gaudent fructibus hybernis. Italia enim nimio calore infecta illos neque exigit neque fert. Non *primum*, quia fere omnia fructuum genera spatio ibidem trimestri maturescunt: neque *alterum*, quia maturitatem acciperent praepostera. Quod ipsa quandoque experitur frigida Germania, si aer in autumno, ad hiemem uergente, solito est calidior. *Da sich das Getraydig überwächset*. Quae cum ita sint, facile patet, quod coeli apud nos alia facies, ubi reditus, quos in praediis facimus ex fructibus hybernis, aestiuos multoties superent relinquantque post se longo interuallo.

[uu] Quod patet ex *nota praecedenti*, ubi Italiae et Germaniae instituta est in hoc genere collatio. Germaniae messes sunt magis lentae: breuiores Italiae. Germaniae hyberni fructus in deliciis: non Italiae. Frustra itaque sunt, qui res, toto coelo diuersas, cogere in harmoniam et iisdem continere uelint iurisprudentiae limitibus. Cum iuris prima elementa sint, spectandam in quauis lege indolem reipublicae. Hoc, qui neglexerit, empiricos imitatur, qui diuersis tempera-

Margin notes:

Vuae colligi possunt etiam in Augusto, quod dicit

o] Lex 2. C. de feriis

quae non Caesaris R. Sed iu Longobardiae R. Theoderici.

b] feriae uindemiales apud Senecam.

c] calendariis corruptissima.

d] uindemiae plerumque praecipitatae.

redem uasalli destitui fructu hyberno der Wintersaat.

Repono. Italia solum a fructibus hybernis alienum.

Collatio Italiae et Germaniae in re frumentaria.

Differ. I.

Differ. I.

peramentis eandem obtrudunt medici- A nam.

Sub peregrino iure ingemiscit Germania.

(*xx*) Peccant hoc errore ICti quotidie, non in *priuato* solum iure; uerum etiam in *publico*: ut Germanis ius dicant peregrinum siue Romanum siue Longobardicum conatu caeco inconsiderantissimoque. Licet reipublicae rationes aduersae sint ciuiles, publicae imo et naturales. Exemplo nunc regulae Italicae sint de fructuum attributione Ita enim B multis et, post *Saxones* atque *Venedos*, tantum non omnes, iudicio utriusque reipublicae ignaro, uasalli post Augustum defuncti heredes, omni genere fructuum destituerunt, licet ex ruricolarum philosophia constet, uel in ipsa Germania eosdem in aliis atque aliis locis serius aut citius maturescere. Catalogos ICtorum, qui *2. F. 28. §. his consequenter* Germaniae dictam esse, crediderunt, quo fine confi- C cerem, cum difficilius reperire liceat aliquem, qui senserit aliter. Ipse MINCVCIVS *lib. 3. tit. 12. c. 3.* eadem oberrat lyra, quamuis nugas quasdam adsuat doceatque me hoc etiam in argumento, quod fimia feudistae sit Longobardi. Vixque operae fuerit pretium, ut a ICto euulgaretur. Quicquid sentiat ex aduerso Schilterus. Neque aliud quid habet BARATERIVS *tit. 14. c. 51.* uix dignus iudicio melio- D ri. Verba de Germaniae foris desperata sunt *Hartm.* PISTORIS *lib. 1. quaest. 24. n. 43. Communis haec interpretum sententia etiam apud nostros consuetudine probata usuque recepta. Oleum igitur atque operam perderet, qui eandem uellet corrigere aut contra niti.* Addit *l. 23. ff. de LL.* minime esse mutanda, quae interpretationem certam semper habuerunt. Ego autem putauerim, Germanos iura recepisse E peregrina, salua ueritate et rationibus suae reipublicae, ut adeo error interpretum Germanis ius necquicquam facere queat.

Qui ICti limites textus 2. F. 28. uelint protatos?

(*yy*) Prae aliis se hic commendat iudicium VVLTEII. Quamuis enim ipse ea, quae de rationibus coeli et soli Italiae diximus, non penetrauerit, discrimina tamen utriusque regionis quodammodo praesensit *lib. 1. feud. c. 11. n. 110. p. 781.* ubi F illius sententia est haec: *Valde tamen placet, quod nonnulli in Germania et praesertim in regionibus septentrionalibus fructus etiam mense Septembri adhuc pendentes heredi uasalli adiudicandos censent. Idque propterea, quod in his terris non aeque cito fructus maturescunt.* Cui etiam suffragatur SCHEPLIZIVS ad *Clammerum tit. 3. n. 26.* HORNIVS *iur. feud. c. 15. §. 14.* et uir illustris a COCCEII in *hypom. feud. tit. 11. §. 2.* G his uerbis: *pendentes fructus ad heredes uasalli pertinent, si uasallus ante Augusti finem, uel etiam NB. si tardius maturescunt, postea a quoque decesserit.* Et plenius in *dissert. de iure seminis sect. 6. §. 5. 6.* Contra autem SONSBECIVS *part. 10. n. 12. p. 165. sed dicet aliquis, quid si uasallus ante Martium in hyeme seminasset, ut fere fit mit der Winter-Frucht et ante Martium decederet, anne iam dominus fructus lucri faceret, exclusis heredibus uasalli? Dicendum quod sic. Sed iam dominus restituet heredibus uasalli impensas, factas a uasallo in serendo. Nam licet hyeme semen iactum sit: istud tamen ante Martium natum quodammodo non censetur et ideo dominus et agnatus cum suo feudo sibi uindicant.* Quamuis, si aestimare liceat ueritatem, numero ita sentientium, certus sim, quod Sonsbeciana classis superiori in hoc argumento sit postponenda. Ita enim *Hartm.* PISTORIS *lib. 1. quaest. 24 n. 48. Quin imo, ut ista iniquitas euitetur, iam citati interpretes communiter concludunt, non solum uasallum, qui ante finem Augusti decedit, omnes fructus illius anni siue mense illo siue etiam postea colligi soleant, ad heredes transmittere. Sed et etsi post Augustum mense Septembri decesserit, tamen nihilominus omnes illius anni fructus, qui tardius percipi solent, ad heredes eius pertinere. Vt sunt fructus uindemiae et similes. Quoniam iniquum sane esset, si uasallo, qui integro anno uineam coluerat et expensas fecerat, defuncto, heredes eius excluderentur uel a domino uel ab agnatis. Pro quo optime facit, quod fructus maturi et de proximo colligendi pro collectis haberi debeant.* Eos quoque sequitur STRVVIVS *cap. 15. thes. 16. n. 4 p. 581.* Addit LYNCKERVS in *analect. c. 15. aph. 16. n 3. Quamuis haec distinctio temporum, in Germania et alibi passim usu recepta sit*, teste ROSENTHALIO *lib. 10. concl. 42. n. 36. tamen plerisque iniqua esse uidetur. Quoniam uuae et oliuae non in Augusto, sed in Septembri et Octobri colligi solent. Quapropter uerba illa:* omnes fructus totius anni percipiet dominus, *de fructibus anni* futuri, *a mense* Septembri *inchoandi, accipiunt*, cetera.

Longobardici et Saxonici iuris hic magna harmonia.

(*zz*) Eadem fere utriusque est ratio iidemque authores. Quod cum fructus cedere debeant *operis* et *sationi*; has qui praestiterit, respiciendum atque fructus his tantummodo adsignandos esse. Vt adeo textus feudalis a Saxonico iure uerbis discrepet, re ipsa cum eodem bene conueniat. Quod cum THIELIVS *sect. 6. §. 11.* uiderit, nos eo remittimus lectorem.

QVINTA classis attributionem fructuum constituit in diuisione pro temporis rata parte. Idque facit 1) quod ab a iura omnia sint iniqua.

(*aa*) *Quinta* demum classis eorum est, quibus in *fructuum attributione* ius CIVILE displicet, quoniam operas ludat fructusque adscribat *glebae sup. litt. dd.* neque SAXONICVM probatur, quod sit prouinciae singularis et durissimam domino fundi det legem iustoque indulgentius contra sit in fructuarii heredes *litt. oo.* multo minus BRANDEBVRGICVM, cum hoc fortunis ludat nunc dominum, nunc fructuarium eiusque heredes, quia horulae unius

Differ. I.

unius momentum uni dare omnes fru-
ctus queat uel auferre *supra litt. qq.* quod
tamen momentum fallax sit, neque SENE-
CAE iudicio in *Claud. Caes. pr. hora certa
dici queat et facilius inter philosophos,
quam inter horologia conueniat:* minime
autem omnium instituta LONGOBARDICA
esse uidentur tolerabilia, quae a maiori ad
minus argumenta euertant et sanae ratio-
ni indicant bellum *supra litt. ss.* Quod
cum ita sit, nouum ipsi fundamentum B
struunt, in *fructuum attributione* sedulo
et semper obseruandum. Scilicet quo-
cunque tempore uel fructuarius moria-
tur uel uasallus, inter heredes utriusque
ac dominum, pro *rata temporis parte,
fructus semper* ex aequo et bono *esse diui-
dendos.* Qui calculus facilis sit, si primum
menses, post dies, demum horae, &, si o-
perae pretium foret, etiam momenta nu-
merentur, quae uixerit isto anno defun- C
ctus et quae domino uiuenda supersint.

a) adprobet hoc ipsum Papinianus.

Quam etiam regulam firmant multis rati-
onibus. *Principio* in auxilium uocant
auctoritatem Papiniani *l fructus* §. 1. *di-
uortio ff. soluto matrim.* ubi uerba clara
sint: *Diuortio facto fructus diuidi, non ex
die locationis sed habita ratione praeceden-
tis temporis, quo mulier in matrimonio fu-
it. Itaque si fine mensis Ianuarii diuorti-
um fiat et quatuor mensibus matrimonium D
steterit, uindemiae fructus et quarta portio
mercedis instantis anni confundi debebunt,
ut ex pecunia certa portio uiro relinquatur.*
Addit ICtus sigillatim, quod eadem di-
uisionis institui debeat proportio in a-
gris, unde *bis* in anno fructus capiuntur;
in aliis, ubi *ne quotannis* quidem, ut in *syl-
ua* caedua; in *pecoribus; seruis; pensio-
nibus; censibus;* in *metalli fodinis;* re-

3) inde aestimari possint omnis generis fructus etiam percepti et naturales ac ciuiles.

busque generis eiusdem. Vnde nouum E
deinde huic opinioni est patrocinium.
Cum enim sententiae aliae Germanorum
Saxonica, Veneda, Longobardica multum
relinquant dubii, utrum illae tantum de
industrialibus intelligi debeant fructibus,
an uero limites earundem ad *naturales*
quoque et *ciuiles* imo et *perceptos consum-
tosque* proferendi: contra in ultima hac
computatione, ad ratam temporis par-
tem, instituta, nihil relinqui ambi- F
guitatis, dicunt, quod omnia et sin-
gula fructuum genera hoc censu aesti-

4) magna adsit ratio aequitatis.

mentur diiudicenturque. *Praeterea* non
aequiorem iuris mensuram uel dari un-
quam uel sperari posse, autumant, quam
hanc, quae fiat ad temporis ratam. Ita
enim commoda et damna utrique eadem
esse neque caeco fortunae lusu utrum-
que obuenire alterutri. Accedere, quod
tempore hyberno fructuarius plerum-

A que aes alienum contrahat, alimento-
rum et onerum causa, ob spem, ut larga
messis illud iterum extinguat, qua frustra-
ri eundem, prorsus fore iniquissimum.
Contra eadem forte iniquitas, messe iam-
nunc a fructuario aut eius heredibus
facta, si agri steriles et nudi, uacua &
exhausta horrea relinquantur, ut nouus
dominus non solum praedia deserta et
omni frugum genere destituta accipiat
B cogaturque fundum suis denuo sumti-
bus instruere uictu hominum et pecu-
dum, stramine, stercore, semine rebus-
que aliis: uerum etiam onera, census,
collectas, tributa gratis praestare anno
fere integro, antequam nouos fructus ac-
cipiat. A quibus iacturis omnino me-
tuendum est, ne opes exhauriantur do-
mini ipseque fundus disperdatur. Inde
cautum est MAGDEBVRG. *statut. c. 29.* §. 10.
C ne domino relinquatur fundus, fructibus
destitutus [*] et quae leges colonariae

5] sententia sit auctoritate usque fori et ICtorum testatissima.

sunt generis eiusdem. Ad *extremum*
hanc quoque de fructibus, inter uasalli
heredem et agnatos feudi successores di-
uidendis, plurimos, Germaniae etiam,
ICtos probare dicunt idque uel omnino,
uel hac tamen lege, ut 2. *F. 28.* §. *his conse-
quenter* de solo casu, quoties *domino* feu-
dum aperiatur, intelligant; alias, si agna-
D ti adsint, relictos uelint fructus *iuri diui-
sorio* hactenus explicato. Vnus certe
CVIACIVS *lib. 4. feud. tit* 30. eiusdem opi-
nionis stator adsertorque sufficere nobis
potest prae centum aliis. Cum enim
alii ICti uel in ciuilibus tantum, humani-
ori studio temperatis, excellerent; alii
tantum in clientelaribus; Cuiacius par
fuit in utriusque iurisprudentiae facul-
tate. Succedant ei in Germania SCHRA-
E DER *part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n 82. 83.* qui
hic amplus et uber adseclasque laudat
Alb. BRVNVM *cons.* 106. et WESENBECIVM
ub. 2. cons 93. n. 8. 9. 10. qui hanc quoque
sententiam, dicat, esse communem.
Illud prorsus est singulare, quod SCHRAD.
part 2. part. 9. sect. 3. n. 100. 101. 102. *p.* 539.
habet de Marchia Veneda his quidem

Marchiae Brandeburg. constitutio 1527. singularis.

uerbis; *Ex hoc infertur, quod in marchia
Brandeburgensi, uasallo defuncto et feudo
F agnatis aperto: fructus ultimi anni inter
heredes uasalli et successores feudi diuiden-
di sint. Quodque nulla ibi consuetudo in-
duci possit in contrarium. Eam ob causam,
quia in constitutione Ioachimi, marchionis
Brandenburgici, cum marchiae ordinum
consensu functum est, quod in marchia et lo-
cis ad illam pertinentibus, in omnibus cau-
sis, praesertim uero in successionibus secun-
dum ius Caesareum et scriptum pronunciari
debet. Sublatis omnibus in contrarium con-
sue-*

[*] "Da iemand seinem Herrn den Acker oder Hof aufsagen oder solchen liegen lassen will: soll er "denselben nicht ledig; sondern 1] mit denen Zinsen 2] die Winter-Saat besetzet, wie auch 3] dem Stroh "auf dem Hofe § 12. verlassen." Idem alibi in elocatione aut uenditione fundi memini esse constitutum.

Diff. I. II. *Differ. I. II.*

suetudinibus et priuilegiis. Vt clara uerba sunt constitutionis publicatae 1527. Quomodo autem haec conciliari debeant illis, quae supra *litt. qq.* de fructuum attributione marchica diximus, illud ego quidem non uideo.

Germaniam in fructuum attributione *toto coelo alienam esse a iure* Romano *aduersus Ictos Germanos.*

(*bb*) Non igitur illorum Ictorum non possum non improbare sententias, qui in Germaniae foris causisque circa fructuum attributionem principia sequuntur iuris Romani: cum patriae hic non desint nobis instituta. In horum numero inprimis est *Mylerus ab* EHRENBACH *c. 14. gamolog.* §. 14 *p.* 336. cuius iudicium est hoc: *Quantum ad fructus industriales pendentes, si uidua moriatur messe aut uindemia nondum peracta, nihil horum fructuum ad heredes uiduae illustris transit, sed omnia cedunt domino proprietatis.* Addit deinde sententiae suae causas. Quod ea, quae ex rebus nostris proueniant, naturali iure, nostra fiant *l. 10. adquiruntur ff. de A. rer. dom.* quod fructus non iure seminis, sed soli debeantur *l. 25. qui scit.* §. 1. *ff. de usur.* quod fructus fundi pars *l. fructus 44. ff. de R. Vind.* Non enim hic opus est uel iuris naturae dogmatibus uel decretis rationibusque legum Romanarum: cum patriae consuetudines statutaque Germaniae prouinciarum clare nos doceant, quod ab hac doctrina absint longissime. Idem reponere liceat *uiro iuris consultiss.* THIELIO, qui, *sect. 3 de iure feminis*, acute curateque in Romani iuris inquirit rationes in Germaniaque illi locum toties facit, quoties claris uerbis non aliud quid receptum ac institutum esse, uideatur. Ante eum idem quoque docuerunt alii cum *feudalium* tum *ciuilium* ac *publicarum* causarum patroni.

DIFFERENTIA II.

Diuisio *fructuum num* regula *sit an* exceptio?

Regula Rom. fructus pars fundi: *sed Germ.* fructus diuidantur *pro rata.*

Romano iure fructuum diuisio pro rata temporis parte referri debet inter PRIVILEGIA ***dotis (bb), salarii (cc), cetera (dd): praeterea uero Germani illam pro*** LEGE ***habent (ee) in fructuaria tutela (ff); in locatione (gg); in emphyteusi (hh); maioratibus (ii); in feudis (kk); in emtione uenditione (ll); in fideicommissis (mm); in uidalitio siue dotalitio (nn); in beneficiis ecclesiasticis (oo); in retractu (pp), in genere ususfructus quocunque (qq), inque aliis iuribus, quae sunt eiusmodi.***

Diuisio *fructuum pro rata qui in* DOTIS *redditione ex priuilegio?*

(*bb*) Singulare prorsus est in iure Romano, quod in aliis casibus fructus *pars soli* habeantur, cedantque soli domino, ut uidimus *supra litt. dd.* solius dotis alia omnino ratio. Quoniam, si hanc reddat uxori post diuortium maritus, illius fructus siue *pendentes* sint siue *percepti*, siue *naturales* & *industriales*, siue *ciuiles* (*) inter utrumque, pro temporis rata parte, sunt diuidendi. Ita *l. 7 fructus* §. *Papinianus* uel *diuortio ff. soluto matrim.* idem quoque intelligitur ex *l. un.* §. 9. uerbis, *foetus autem* &c. *C. de R. ux. act.* Quas ex instituto explicat tuetur que CVIACIVS *lib. 14. obseru. c.* 22. Qui tamen in has leges iusto est indulgentior, quod earundem etiam limites extendat & ad iura proferat usufructuarii *l. feud. tit.* 30. Rectius idque ex mente etiam Ictor. aliorum THIELE *sect* 3. §. 4 iudicat: *Est unum genus, quo fructus pendentes, finito licet iure ultimo, adhuc tamen ei debentur pro parte anni, non fundi domino. Scilicet quoties illi debentur tantum pro rata oneris quotidiani, quod uicissim praestatur. Vt fructus dotis. Atque haec est species singularis nec proinde ultra fines suos sine ratione extendenda.*

L. diuortio *pertinet ad salaria.*

(*cc*) Si scilicet salarium post spatium *trimestre, semestre* aut *annum* soluendum sit, unde barbare *deseruitum* id dicimus tempus, quod rerum administer post solutionem factam superuixit. Neque immerito. Nam salarium, intuitu continuarum operarum, quotidie deberetur: ut eius tantum dilata esse uideatur solutio. Instar mariti, qui uxori alimenta praestat quotidie: ut adeo illi ususfructus dotis quotidie deberi, uideatur. Hoc lumine accipi uelim, quae docuit *Matth. ab* AFFLICTIS ad 2. *F.* 28. §. *his consequ.* & BERLICHIVS *part.* 3. *concl.* 43. *n.* 12. Aliter se res habet, si principio statim salarium ipse officialis anteceperit, tum enim heredes eius reddere potius deberent, quod restat de tempore anticipato; tantum abest, ut aliquid ultra sibi possint adrogare. Quamuis moribus, quoniam, qui hic ius dicunt, & ipsi sunt officiales, ex aduerso uiuatur, habeanturque in salariis anni *coepti* pro *absolutis.* Imo praeterea annus, qui *gratiae* olim fuerat, hodie et ipsa in ius iuit. Quod tum demum recte fit, cum quis, heredum causa antecessoris sui, tam diu frustra munere suo est defunctus, quam longum fuit

tempus

---

[*] Illos enim, qui *legem hanc diuortium* tantum intelligunt de perceptis, iure meritoque confutarunt *Hartm.* PISTOR. *lib.* 1. *quaest.* 24. *n.* 14. et BERLICHIVS *part.* 3. *concl.* 43. *num.* 19.

Differ. II.

tempus gratiae praedecessoris. Huic enim debitum ex iuris necessitate soluitur, quod gratiae nomen non meretur.

In ceteris instituta.

(*dd*) Vbi debita sunt quotidiana, utpote in locatione *aedium* uel *operarum*, in usuris cetera. Neque enim opus est in singulis occupatum esse sigillatim. Cum, ex uniuersim datis praecepitonibus, singularia facilia fiut ad respondendum ac diiudicandum.

Quare ibi Germani *ubique fere* l. diuortio *sequi emalint praecepta, quam regulam iuris* R. fructus fundi *pars?*

(*ee*) Id scilicet est, quare post CVIACIVM *lib. 5. iur. feud. tit. 30.* plerique Germaniae iureconsulti, quoties super fructibus inter dominum aut possessorem nouum et ueteris heredes aut creditores instituenda quaestio, malint *diuidere fructus* pro temporis rata parte, id est, sequi *legem diuortio ff. soluto matrim.* quam regulam iuris Romani, quod fructus *pendentes et naturales* omnes domino cedant nouoque possessori sintque fundi pars *l. 44. fructus ff. de R. V. l. 25. §. pen. ff. quae in fraud. credit.* Atque in hoc numero sunt BERLICHIVS *part. 3. conclus. 43. 44. 45. Hart.* PISTORIS *lib. 1. c. 24. n. 7. seq.* SCHRADERVS *part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 83. Ioh.* KOEPPEN *decis. quaest. 30. n. 8.* Lex diuortio *in dote inter maritum et uxorem clara est: numne autem etiam in aliis contractibus et iuribus in quibus resoluto iure possessoris in diuidendis fructibus inter diuersos successores agitur, obtinet? Quod aequitatis* (puta Germanicae) *ratio omnino suadere uidetur.* Firmamenti loco addi debent, quae scripsimus ad *diff. 1. litt aa. ult.*

Num TVTOR fructuarius diuidat *annuos fructus pupillo?*

(*ff*) Rem hanc ita decidit BARCA de *decim. tutoris c. 32. n. 8.* Aut fructuarius tutor fructus percepit, aut non percepit; et, si hoc, aut fructuum dies cessit: si primum, fructus utrinque tutoris sunt, non pupilli. Ea enim, quae lege deferuntur, etiamsi non agnita, deferuntur ad heredes. Quodsi tamen pendentes sint fructus, licet maturi, dies etiam nondum uenerit, licet cesserit: tum fructus huius generis esse, putat, pupilli.

Rationes negantium.

Rationes eius sunt. *Primo*, quia idem obtineat in usufructuario §. 36. *Instit. de rer. diuis. Deinde* quia lex *diuortio ff. soluto matr.* sit correctoria, quae ultra dotem non debeat extendi. *Tum* quia hic agatur de commodo pupilli, cuius interesse admodum sit fauorabile. *Demum*, quia et ipsum tutoris salarium sit iuri ciuili Romano aduersum adeoque interpretationem habeat restringentem.

Affirmantium rationes.

Verum enimuero nullus egomet dubito, decisionem hanc cum aequitati, tum Germanico iuri esse aduersam. *Primo* enim apud Germanos in dubio fructus sunt, pro temporis rata parte *diuidendi*, quod doctum et dictum est saepius. *Deinde* tutori ususfructus in bonis pupilli debetur instar *salarii* pro operis praestitis tutelaribus. Quapropter cum hae diuisionem accipiant: neque a fructuum diuisione iudex esse debet alienus. *Praeterea l. diuortio ff. soluto matrim.* eadem ratio in nostro hoc casu, qui fere occurrit in dote. *Post* negatur, quod *l. diuortio* apud nos sit iuris correctorii, quin potius cum Germanorum institutis optime illi conueniat. Negatur *praeterea*, quod uel tutorum ususfructus in classe sit correctorii iuris, cum Germanorum instituto debeatur ordinarie. *Tum* salarii etiam causa est fauorabilis cessatque priuilegium, quoties duo sunt *priuilegiati. Demum* frustra hic Romani iuris rationes urgentur. Quoniam nos causam respondemus ex patriae institutis. Ad nostram itaque mentem, non ad rationes plane nostras *Ioan.* GVTTIEREZ *part. 3. de tut. cap. 43. n. 2. p. 306.* scripsit: *Teneo, pro rata laboris tutoris et curatoris, deciniam de his fructibus pendentibus tempore eius mortis pertinere ad heredes tutoris* et *curatoris praedefuncti.* Idem *ibid. c. 39. n. 16. 17.* Quod tutoris heredes ideo habeant ius retentionis; quod actione tutelae contraria ius suum possint experiri, quod in messe et uindemiis iungere pupillo possint custodem, ne in diuisione fructuum ullatenus laedi queant.

Fructuum diuidicula *in* conductore.

(*gg*) In reliquis membris auctores laudabimus, eum rationes desumendae sint a patriae iuris institutis, quae in deliciis habent *fructuum diuidiculam.* Itaque *mortuo* colono *ant eo, qui* libelli *uel* precariae *iure possidet fructus nouissimi anni, pro rata temporis, quo ius in persona eius substitit,* ad eius *pertinere heredes* decidit BERLICHIVS *part. 3. concl. 43. n. 13.* idemque KOEPPEN *decis. 30. n. 13.* Quae autem obmouet THIELIVS *sect. 3. n. 8.* illud largimur ex principiis iuris Romani.

Emphyteutae *heredi fructuum diuidicula.*

(*hh*) Hanc spartam occupauit solicite *Hartm.* PISTORIS *lib. 1. quaest. 24. n. 26. 27.* Quia in regula foro sit: *ut resoluto eo iure, pro rata temporis, quo ius possessoris constitit, fructus tam percepti, quam pendentes ad ipsum pertineant.* Quae regula sufficit, iudicio institutorum Germaniae adprobata. Vt adeo non opus fuerit, auctorem in lege *diuortio* aliud fundamentum quaerere, quam onus matrimonii a marito latum sibique nouos excitare aduersarios. Idem SCHRADERVS *part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 87.* KOEPPEN. *decis. 30. n. 20.* BERLICHIVS *part. 3. concl. 43. n. 9.* Quamuis ex iuris Romani principiis ingens sit dissentientium numerus. Qui tamen in eo falluntur, quod confundant emphyteutam, id est, dominum cum usufructuario.

Idemque in Maioratu

(*ii*) Vbi apud Hispanos *fructuum diuisionem* inter nouum dominum et pristini heredes commendant COVARRVVIAS *lib. 1. uar. res. c. 15. n. 14.* MOLINA *lib. 3. primog. c. 11.* toto. Taceo nostratea *H.* PISTOR. *lib. 1. c. 24. n. 33.* SCHRADERVM *part. 2. part.*

Diff. II. III. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 89. KNIPSCHILD. de fideicommiss. cap. 10. n. 61.

Fructuum diuiso in feudis. (*kk*) Nisi aliter id esset positiua lege constitutum. Quod uidimus *differentia I.* tota. Nam uasallus feudo non gratis utitur; sed propter operas, olim certe fere quotidianas. Vt adeo idem hic iudicium fuerit, quam supra *litt. cc.* diximus in salario.

Idemque in emtione. (*ll*) In iure Romano contra sensimus *diff. 1. litt. ii.* Sed tamen Germaniae fora ex patriae usu fructuum etiam hic amant *diuisionem* pro temporis rata parte, quod tuentur *Mod.* PISTORIS *cons. 56. n. 24.* et KOEPPEN. *decis. quaest. 30. n. 10. 11.* Idque praesertim etiam in pacto de retrouendendo, in quo sigillatim, post uariorum sententias recensitas, fructuum diuidiculam adprobant *Hart.* PIST. *lib. 1. quaest. 24. n. 12.* BERLICHIVS *part. 2 concl. 2. n. 66. 67. 68. 69.* PRVCKMANNVS *uol. 1. cons. 4. n. 190. 191.* REINKING. *de retract. consang. quaest. 8. n. 76.*

In fideicommissis. (*mm*) Iterum supra *diff. 1. litt. kk.* contra respondimus ex rationibus Latii. Imo existimat THIELE *sect. 3. §. 16.* hoc ipsum neque in patria mutatum esse, quamuis eaedem ad mutandum et fructus inter fiduciarium et fideicommissarium diuidendos, sint Germanis caussae. Verum aliud docere auctorem potuisset KNIPSCHILDIVS, qui *cap. 10. n. 69. 70.* aliisque in fideicommissis familiae pariter adprobat fructuum pro temporis rata parte diuidiculam. *Cum fiduciarii in fideicommissis familiae tot onera sustineant habeantque reuocabile dominium, ad similitudinem mariti pro rata eius temporis, quo onera fideicommissaria sustinent, fructus sunt diuidendi.* Praesertim cum saepius fideicommissis pariter adiiciantur onera alendi pauperes, agnatos, cetera.

In uictalitio uidua demortua num fructus diuidantur cum eius herede? (*nn*) Casus hi omnium sunt frequentissimi: ut mirum sit, Ictis neque dum conuenisse, quid in illis sit respondendum et iudicandum. Ex *Latii* principiis nos non poenitet, ea scripsisse, quae *diff. 1. litt. mm.* habentur superius. Quibus etiam utuntur HENELIVS *de dotal. c. 11. §. 9.* et MYLERVS *in gamolog. c. 14. §. 15.* Vterque enim pendentes fructus uiduae heredibus negant tribuuntque illos domino fundi. Quibus assentiuntur etiam Icti uetustiores *Hartm.* PISTORIS *lib. 1. quaest. 24. n. 73.* et KOEPPEN *decis. 30. n. 14.* Verum, nisi aliud consuetudine receptum aut pacto reseruatum sit: dicendum est potius, pariter in dotalitio, uidua demortua, inter eius heredes et dominum fundi pro temporis rata fructus esse diuidendos. Quam sententiam tenent tuenturque WESENBECIVS *part. 2. cons. 93. n. 10.* et BERLICHIVS *part. 3. conclus. 22. n. 6. 7. 8.* Partim, quod regula haec patrii iuris sit, fructus esse diuidendos; partim etiam, quod uiduae iura rationes habeant, quae idem uelint. Praesertim, si, quod plerumque fit, dotalitium illius absumat dotem. Vbi prorsus iniquum esset, illius heredibus aut creditoribus fructuum ratam partem negare.

In sacerdotiis et sacris collegiis canonicis. (*oo*) Non propterea, quoniam ecclesiastica beneficia *operas* uelint exigantque a sacris collegis, sintque instar salariorum, ut ratio ex superioribus *diff. 2. litt. cc.* repetenda. Quemadmodum perhibet sentitque THIELE *sect. 3. §. 24. 25.* Verum uniuersim ideo, quia patrii iuris regula est, *fructuum pro temporis rata parte diuisio.* Quam parum enim sacri collegae, canonici, operae respondeant sacri muneris reditibus: res est manifestissima. Quod in hac sparta ditescere liceat multum dormiendo. Nihilominus pro fructuum diuidicula stant etiam hic *Hartm.* PISTORIS *lib. 1. quaest. 24. n. 36.* KOEPPEN *decis. 30. n. 25. 26.* SCHRADER. *part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 88.* BERLICHIVS *part. 3. concl. 43. n. 11.*

Idem in tractu. (*pp*) Ita respondent iudicantque ex usu curiarum Germaniae SCHRADERVS *part. 2. part. 9. pr. sect. 3. n. 85. 86.* REINKING. *de retract. consang. quaest. 8. n. 76.* KNIPSCHILD. *cap. 10. fideic. n. 63.*

Idem in simplici usufructu. (*qq*) Magno grauique conatu hoc defendere ex ipsis etiam iuris Romani rationibus uoluit CVIACIVS *lib. 4. feud. tit. 30.* Cuius sententiam uti nostram non facimus: ita tamen non dubitamus, adfirmare, quod idem facilius defendi queat in Germania. Cum enim Germani *Schilteri* iudicio *ad ff.* discrimen inter *usumfructum* et utile *dominium* ignorauerint, primoque tantum dederint, quam alteri: eo est probabilius, illos fructuarii heredibus fructuum diuisionem haudquaquam negauisse. Vt repeti hic debeant, quae supra *litt. bb.* diximus de emphyteuta.

DIFFERENTIA III.

Quid iuris in fructibus naturalibus?

NATVRALES Rom. pars fundi, Germanis diuiduntur. *Naturales fructus Romano iure iterum pars fundi (aa): sed Germani legem in illis merito obseruant diuisoriam (bb). Vt, me iudice, frustra sint Icti, qui in illis quoque iudicandis mensium aut dierum statuunt praerogatiuam (cc), aut ad principia legum Romanarum hic praepostere reuertuntur (dd).*

Naturales pars fundi apud Romanos. (*aa*) Pertinent enim huc *l. 44. ff. de R. V.* aliaeque superius a nobis laudatae *diff. 1. litt. dd* Neque de iure Romano in *naturalibus* fructibus ullus unquam dubita-

Diff. III. IV. bitauit, aut dubitare potuit. Conferri possunt MENOCH. *de recuper. possess. remed.* 15. *quaest.* 40. *n.* 576. DONELL. *lib.* 4. *com. c.* 25. et *dd. ad* §. 36. *inst. de rer. diu.*

Quare apud Germanos naturales fructus diuidendi?

(*bb*) Plura sunt, quae commouent me ad ita sentiendum. Nam *principio* in fructibus industrialibus Germani uel *operas* tantum spectarunt, quare illos heredibus et creditoribus cultoris adsignarunt, quod *diff.* 1. *litt. oo. litt. xx.* dictum, uel cum operis maturitatem, ut dictum *diff.* 1. *litt. xxx.* et *litt. tt. uu. xx. yy. zz.* Verum in naturalibus id omne cessat, quoniam neque semen in illis neque operae requiruntur. Vt adeo patrii iuris non aliud remaneat institutum, quam inter defuncti heredes et nouos possessores pro temporis rata parte fructuum diuidicula. *Praeterea* si iura Saxonica et nouissima CONSTITVTIO electoralis *part.* 3. *concl.* 32. §. *pen.* propter *aequitatis uim*, fructus ciuiles, pro temporis rata parte diuidunt: non uideo causam, quare ab hac lege abhorreant in *naturalibus*? Quod consecutionis uinculum etiam urget THIELE *sect.* 5. *iur. semin.* §. 10. 11. Cum utrorumque eadem hic sit ratio. *Post*, cum saepe hactenus sit dictum, quod Germanica iura in fructuum attributione a regula iuris Romani, quod fructus domino soli cedunt, abhorreant: nullae nos causae urgent, quare nihilominus illud sequamur in fructibus *naturalibus*. Tum *l. diuortio* nobis idea sit iuris bene rlteque cohaerentis. Quoniam illa, diuisione, in uno fructuum genere semel recepta, eandem retinet constanter in reliquis. Cum omnium idem hic esse queat fundamentum. *Accedit* indoles regionum Germaniae, quae haec est, ut uix aliquod fructuum sit genus, quod non exigat impensas *operarum, stercorationis*, (*) *putationis, insitionis, fossarum, sepimentorum, custodiarum*, ut uel ideo non curanda sint in Germaniae desertis colonaria iura feracis et foecundae Italiae. Quapropter aequissimum est *Hartm.* PISTORIS iudicium *lib.* 1. *c.* 24. *n.* 42. quod his uerbis prodit: *Diuisio fructuum, dummodo lex absit, naturali aequitati est conuenientissima.* Idemque porro *n.* 83. Verba Saxonici iuris *de industrialibus loquuntur. Quid ergo de naturalibus? Alii hos pro parte fundi habent tribuuntque nouo domino; alii sequuntur* 2. F. 28. §. *his conf. quia is textus est generalis loquiturque de quouis genere fructuum. In allodialibus nos sequimur legem* diuortio, ab *aequitate tantopere commendatam.*

Diff. III. IV.

Praerogatiua diei etiam in naturalibus.

(*cc*) Plerisque in deliciis est dies *S. Vrbano* festus XXV. mensis Maii. Quod si enim ante illum decesserit possessor pristinus, tum fructus naturales noui domini esse, contra, si decesserit post, quo tempore defuncti heredes illos lucrentur. Ita COLERVS *de process. execut. part.* 2. *c.* 3. *n.* 305. 306. Vel etiam 2 F. 2 § 8. *his conf.* quod fecerunt fratres *Modest. et Hartm.* PISTORIS *lib.* 1. *quaest.* 24. *n.* 33. quos laudat etiam, non tamen sequitur BERLICH. *part.* 3. *concl* 45. *n.* 10. quod facit SCHRADER *p.* 2. *p.* 9. *sect.* 3. *n.* 50. In *Marchiae* ditionibus regnare etiam hic dicunt festos dies *diff.* 1. *litt. qq.* indicatos.

In naturalibus locum esse iuri ciuili, ut fructus cedant nouo fundi domino.

(*dd*) Ita non solum Saxoniae nouissima constitutione ELECTORALI *part.* 3. *constit.* 2. §. *pen.* *Die Früchte aber, so natürales genannt werden, als Wiese-Wachs, allerley Obst und dergleichen, bleiben den Lebens-Folgern und Grund-Herren und nicht den Erben.* Cuius fundamentum CARPZOVIVS *part.* 3. *const.* 32. *def.* 23. *n.* 5. repetit ex uerbis *des Landr.* lib. 2. art. 58. idque firmat sententia forensi BERLICHIVS *part.* 3. *concl.* 45. *n.* 13. uerum idem etiam iuris est in reliqua Saxonia extra electoratum. Quod praeiudiciis firmat, aduersus Colerum, RICHTER. *decis.* 56. *n.* 10. 11. qui omnino est euoluendus.

DIFFERENTIA IV.

Quid iuris in ciuilibus?

Ciuiles Rom. cedunt: Germ. diuiduntur.

Romani in CIVILIBVS FRVCTIBVS *attendunt, num dies uenerit, quos solos domino fundi negant (ee); contra Germani dies, qui nondum uenerunt, ad calculos iterum reuocant diuisorios (ff) inter defuncti heredes et nouos in fundo successores.*

R. iure ciuiles fructus pars fundi.

(*ee*) Recte THIELIVS *sect.* 5. §. 10. Saxoniae ICtos ridet, qui putant, Romana iura uelle, ut ciuiles fructus, *census*, *decimae*, *tributaque* pro temporis rata parte diuidantur. Contra enim legum Romanarum rationes uolunt, ut fructus *ciuiles*, si uenerit dies, *wenn die Zinsen betaget sind*, pristini possessoris heredibus adsignentur: sin minus, *wenn die Zinsen noch nicht uerfallen*, tribuantur nouo possessori, instar pendentium fructuum, qui fundi sunt pars. Nulla pristini possessoris heredibus adsignata parte. Quapropter etiam Saxoniae ICti extra electoratum ita rem solent decidere: *Ob wol etliche Rechts-Lehrer der Meinung seyn, daß die nach Verfliessung des*

(*) Quod uidit etiam agnouitque BERLICHIVS *part.* 3. *concl.* 45. *n.* 15. et ante eum COLERVS *part.* 2. *process. c.* 3. *n.* 311. 314.

Diff. IV. V. des 30. Tages noch nicht betagte Zinsen die Landes- und Lehens-Erben pro rata temporis unter sich zu theilen schuldig seyn: Dannoch aber und dieweil, inhalts der gemeinen Sächs. Rechten alle unbetagte Gefälle an Zinsen, Pacht (*) und Fron-Geldern ohne Vnterscheid den Lehens-Folgern allein zukommen; als sind die wiederum etwas dauon zu fordern nicht befugt Ienae 1640. Aliam etiam eiusdem Scabinatus sententiam habet RICHTER decis. 57. n. 13. Idem B Matt. COLERVS decis. 74. n. 2. et part. 2. c. 3. n. 260. ZOBEL part. 3. diff. 7. n. 4. REINHARD. part. 3. diff. 6. Quamuis minus sibi constent, si hoc solum textibus tribuant iuris Saxonici Landr. lib. 2. art. 58. in pr. et lib. 3. artic. 76. Nam leges Romanae ciuiles etiam pensiones, quarum dies nondum uenit, tribuunt domino soli. Quia sint instar fructuum l. fructus de R. V. quia, quod in naturalibus faciat separatio de C fundo, illud in ciuilibus, si uenerit dies obligationis MOLINAEVS ad consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 8 n. 35. quia pensiones, quarum dies nondum uenerit, habeantur pro rebus immobilibus, ipsi ALCIATO ad l. monentium de V. S. quia idem clarum sit scabinorum sententiis, ad quas prouocant fratres PISTORIS, teste Hartmanno lib. 1. q. 24. n. 59. Idem MYLER. gamolog. c. 14. §. 17.

A dafür gehalten, daß die Zinsen den Erben derjenigen Personen nicht zukommen, welche die Verfall-Zeit nicht selbst erlebet: die andern aber, daß die Zinsen in solchem Fall pro rata temporis, als die Person gelebet unter deren Land Erben und Lehens-Folgern zu theilen: dieweiln aber diese letzte Meinung die billigste, so thun wir auch selbige hiermit bestätigen. Quod cum factum sit, id egerunt ICti Saxoniae, ut leges Romanas cum hac electorali constitutione nouella cogerent, obtorto licet collo, in iuris harmoniam. Ita BERLICHIVS part 3. concl. 22. n. 6. CARPZOVIVS p. 3. c. 16. d. 1. n. 3. Stant etiam pro diuisione KNIPSCHILD de fid. c. 10. n. 66. ROSENTHAL c. 10. concl. 42. n. 59. STRVVIVS c. 15. th. 15. n. 7. SVEVVS exercit. feud. 9. adfert. 2 FACHIN. lib 7. controu. c. 96. aliisque. Rationes, quantum egomet ex indole patrii iuris adsequor, sunt hae. Quia census plerique in Germania debentur intuitu uel usurarum, uel elocationis. Primum, quia superstitio seculorum usuras etiam modicas retulit inter peccata, ut loco earum substituerentur census: alterum, quia rusticorum et censitarum origo fere communis in Germania, perpetuaria conductio. Ceterum, quod in hac fructuum diuisione, defuncti heredibus prosit tempus usque ad diem a morte trigesimum, illud iuris est Saxonici BERLICH. p. 3. concl. 44. n. 4. 5. et CARPZOV. P. 3. const. 16. d. 6 8.

Qui ciuiles fructus in Germania diuidendi? (ff) Ita enim primo ius electorale Saxonicum part. 3. constit. 16. Ob wohlen etliche D

DIFFERENTIA V.

De tempore diuisionis a quo?

Termini Ger. ultima perceptio: Rom. tempus fundi accepti.

Romani tempus exigunt in computando, quo fundum pristinus acceperit dominus (gg): Germanico iure id non minus est aequum (hh). Quando autem memoria illius temporis non superest (ii), computare solemus menses a tempore ultimae collectionis (kk).

Status fundi illati. (gg) Illud enim claris uerbis dicit l. 7. Fructus §. 1. 2. 3. ff soluto matrim. Explicationis caussa iunge CVIACIVM lib. 14. obseru. 22.

Qui neque in patria negligitur. (hh) Inde principio iudices soliciti sunt in harum caussarum iudicio: "ob er E "das Feld bestellet; ob er solches mit der "Erndte an Sommer-Winter-oder Herbst-"Früchten bekommen. Vnd wenn dieses, dass er es wieder also uerlassen und "beyde Theile die Rechnung darnach ge-"gen einander zu machen hætten.

Nescirii in feudis diem, quo sit susceptum. (ii) Obuiiet hoc dubium, ni fallor, ROSENTHALIVS cap. 10. concl. 42. Frustra in feudis prouocari ad l. diuortio ff solut. matr. Illam enim uelle, ut computatio instituatur ex tempore et statu, quo fundus totalis sit illatus. Verum utrumque ignorari in feudis, praesertim antiquis. Adeoque, fundamento euerso, corruere etiam illud, quod ei sit superstructum.

Neque opus esse, quia satis scientia ultimae collectionis. (kk) Ne quid dubii relinquatur, sciendum est, quod iudici, quamuis tempus et statum ignoret, quo defunctus adiuerit fundum, sufficiat tamen, si ei constet defuncti in quouis fructuum genere ultima collectio. Messes distinguat oportet, fructuum 1] hybernorum 2] aestiuorum 3] uindemialium 4] pomorum, cetera: atque numerare incipiet ab ultimo collectis et facile tum deprehendet, a quibus mors defuncti uel propius absit, uel magis remote adeo-

Kk kk 2

[*] De locario utique aliter sentio, quia hoc iure Saxonico omnino illius est, cuius iussu ager rastro subductus fuit. Vnum idemque siue id defunctus ipse fecerit, siue per conductorem, ut recte philosophatur THOMINGIVS in epistola ad Hartm. PISTORIS lib. 1. quaest. 25 n. 13 14 15. Sed uerbum Pacht est aequiuocum. Accipitur enim, praesertim in Saxonia, non pro locario sigillatim, sed pro quouis genere censuum, praestitorum ab agricolis. Quod illi similes sint conductoribus perpetuariis, uti ostendit in praeses in differt. de perpetuaria conductione.

bitauit, aut dubitare potuit. Conferri possunt MENOCH. *de recuper. possess. remed.* 15. *quaest.* 40. *n.* 576. DONELL. *lib.* 4. *com. c.* 25. et *dd. ad* §. 36. *inst. de rer. diu.*

Quare apud Germanos naturales fructus diuidendi?

(*bb*) Plura sunt, quae commouent me ad ita sentiendum. Nam *principio* in fructibus industrialibus Germani uel *operas* tantum spectarunt, quare illos heredibus et creditoribus cultoris adsignarunt, quod *diff.* 1. *litt. oo. litt. xx.* dictum, uel cum operis maturitatem, ut dictum *diff.* 1. *litt. xxx.* et *litt. tt. uu. xx. yy. zz.* Verum in naturalibus id omne cessat, quoniam neque semen in illis neque operae requiruntur. Vt adeo patrii iuris non aliud remaneat institutum, quam inter defuncti heredes et nouos possessores pro temporis rata parte fructuum diuidicula. *Praeterea* si iura Saxonica et nouissima CONSTITVTIO electoralis *part.* 3. *concl.* 32. §. *pen.* propter *aequitatis uim,* C fructus ciuiles, pro temporis rata parte diuidunt: non uideo causam, quare ab hac lege abhorreant in *naturalibus*? Quod consecutionis uinculum etiam urget THIELE *sect.* 5. *iur. femin.* §. 10. 11. Cum utrorumque eadem hic sit ratio. *Post,* cum saepe hactenus sit dictum, quod Germanica iura in fructuum attributione a regula iuris Romani, quod fructus domino soli cedunt, abhorreant: nullae nos D causae urgent, quare nihilominus illud sequamur in fructibus *naturalibus*. Tum *l. diuortio* nobis idea sit iuris bene riteque cohaerentis. Quoniam illa, diuisione, in uno fructuum genere semel recepta, eandem retinet constanter in reliquis. Cum omnium idem hic esse queat fundamentum. *Accedit* indoles regionum Germaniae, quae haec est, ut uix aliquod fructuum sit genus, quod non exigat im- E pensas *operarum, stercorationis,* (*) *putationis, insitionis, fossarum, sepimentorum, custodiarum,* ut uel ideo non curanda sint in Germaniae desertis colonaria iura fera- A cis et foecundae Italiae. Quapropter aequissimum est *Hartm.* PISTORIS iudicium *lib.* 1. *c.* 24. *n.* 42. quod his uerbis prodit: *Diuisio fructuum, dummodo lex absit, naturali aequitati est conuenientissima.* Idemque porro *n.* 83. Verba Saxonici iuris *de industrialibus loquuntur. Quid ergo de naturalibus? Alii hos pro parte fundi habent tribuuntque nouo domino; alii sequuntur* 2. *F.* 28. §. *his conf. quia is textus est* B *generalis loquiturque de quouis genere fructuum. In allodialibus nos sequimur legem* diuortio, ab *aequitate tantopere commendatam.*

Praerogatiua dici etiam in naturalibus.

(*cc*) Plerisque in deliciis est dies *S. Vrbano* festus XXV. mensis Maii. Quod si enim ante illum decesserit possessor pristinus, tum fructus naturales noui domini esse, contra, si decesserit post, quo tempore defuncti heredes illos lucrentur. Ita COLERVS *de process. execut. part.* 2. *c.* 3. *n.* 305. 306. Vel etiam 2 *F.* a § 8. *his conf.* quod fecerunt fratres *Modest. et Hartm.* PISTORIS *lib.* 1. *quaest.* 24. *n* 33. quos laudat etiam, non tamen sequitur BERLICH. *part.* 3. *concl* 45. *n.* 10. quod facit SCHRADER *p.* 2. *p.* 9 *sect.* 3. *n.* 50. In *Marchiae* ditionibus regnare etiam hic dicunt festos dies *diff.* 1. *litt. qq.* indicatos.

In naturalibus locum esse iuri ciuili, ut fructus cedant nouo fundi domino.

(*dd*) Ita non solum Saxoniae nouissima constitutione ELECTORALI *part.* 3. *const.* 2. §. *pen. Die Früchte aber, so* naturales *genannt werden, als Wiese-Wachs, allerley Obst und dergleichen, bleiben den Lebens-Folgern und Grund-Herren und nicht den Erben.* Cuius fundamentum CARPZOVIVS *part.* 3. *const.* 32. *def.* 23. *n.* 5. repetit ex uerbis *des Landr.* lib. 2. art. 58. idque firmat sententia forensi BERLICHIVS *part.* 3. *concl.* 45. *n.* 13. uerum idem etiam iuris est in reliqua Saxonia extra electoratum. Quod praeiudiciis firmat, aduersus Colerum, RICHTER. *decis.* 56. *n.* 10. 11. qui omnino est euoluendus.

DIFFERENTIA IV.

Quid iuris in ciuilibus?

Ciuiles Rom. cedunt: Germ. diuiduntur.

Romani in* CIVILIBVS FRVCTIBVS *attendunt, num dies uenerit, quos solos domino fundi negant* (*ee*)*; contra Germani dies, qui nondum uenerunt, ad calculos iterum reuocant diuisorios* (*ff*) *inter defuncti heredes et nouos in fundo successores.

R. iure ciuiles fructus pars fundi.

(*ee*) Recte THIELIVS *sect.* 5. §. 10. Saxoniae ICtos ridet, qui putant, Romana iura uelle, ut ciuiles fructus, *census*, *decimae*, *tributaque* pro temporis rata parte diuidantur. Contra enim legum Romanarum rationes uolunt, ut fructus *ciuiles*, si uenerit dies, *wenn die Zinsen betaget sind*, pristini possessoris heredibus adsignentur: F sin minus, *wenn die Zinsen noch nicht verfallen*, tribuantur nouo possessori, instar pendentium fructuum, qui fundi sunt pars. Nulla pristini possessoris heredibus adsignata parte. Quapropter etiam Saxoniae ICti extra electoratum ita rem solent decidere: *Ob wol etliche Rechts-Lehrer der Meinung seyn, daß die nach Verfliessung des*

(*) Quod uidit etiam agnouitque BERLICHIVS *part.* 3. *concl.* 45. *n.* 15. et ante eum COLERVS *part.* 2. *process. c.* 3. *n.* 311. 314.

Diff. IV. V.

des 30. Tages noch nicht betagte Zinsen die Landes- und Lebens-Erben pro rata temporis *unter sich zu theilen schuldig seyn: Dannoch aber und dieweil, Inhalts der gemeinen Sächs. Rechten alle unbetagte Gefälle an Zinsen, Pacht* (*) *und Fron-Geldern ohne Vnterscheid den Lebens-Folgern allein zukommen; als sind die wiederum etwas davon zu fordern nicht befugt* Ienae 1640. Aliam etiam eiusdem Scabinatus sententiam habet RICHTER *decis.* 57. *n.* 13. Idem B *Matt.* COLERVS *decis.* 74 *n.* 2. *et part.* 2. *c.* 3. *n.* 260. ZOBEL *part.* 3 *diff.* 7. *n.* 4. REINHARD. *part.* 3. *diff.* 6. Quamuis minus sibi constent, si hoc solum textibus tribuant iûris Saxonici *Landr lib.* 2. *art.* 58. *in pr.* et *lib.* 3. *artic.* 76. Nam leges Romanae ciuiles etiam pensiones, quarum dies nondum uenit, tribuunt domino soli. Quia sint instar fructuum *l. fructus de R. V.* quia, quod in naturalibus faciat separatio de C fundo, illud in ciuilibus, si uenerit dies obligationis MOLINAEVS ad *consuet. Paris. tit.* 1. *§.* 1. *gloss.* 8 *n.* 35. quia pensiones, quarum dies nondum uenerit, habeantur pro rebus immobilibus, ipsi ALCIATO ad l. *mouentium* de *V. S.* quia idem clarum fit scabinorum sententiis, ad quas prouocant fratres PISTORIS, teste *Hartmanno lib.* 1. *q.* 24. *n.* 59. Idem MVLER. *gamolog. c.* 14. §. 17.

Qui ciuiles fructus in Germania diuidendi?

(*ff*) Ita enim primo ius electorale Saxonicum *part.* 3. *constit.* 16. *Ob wohlen etliche* A *dafür gehalten, daß die Zinsen den Erben derienigen Person nicht zukommen, welche die Verfall-Zeit nicht selbst erlebet: die andern aber, daß die Zinsen in solchem Fall* pro rata temporis, *als die Person gelebet unter deren Land Erben und Lehens-Folgern zu theilen: dieweiln aber diese letzte Meinung die billigste, so thun wir auch selbige hiermit bestätigen.* Quod cum factum sit, id egerunt ICti Saxoniae, ut leges Romanas cum hac B electorali constitutione nouella cogerent, obtorto licet collo, in iuris harmoniam. Ita BERLICHIVS *part.* 3. *concl.* 22. *n.* 6. CARPZOVIVS *p.* 3. *c.* 16. *d.* 1. *n.* 3. Stant etiam pro diuisione KNIPSCHILD *de fid. c.* 10. *n.* 66. ROSENTHAL *c.* 16. *concl.* 42. *n.* 59. STRVVIVS *c.* 15. *th.* 15. *n* 7. SVEVVS *exercit feud.* 9. *adsert.* 2 FACHIN. *lib* 7 *controu. c* 96. aliisque. Rationes, quantum egomet ex indole patrii iuris adsequor, sunt hae. Quia C census plerique in Germania debentur intuitu uel *usurarum*, uel *elocationis*. Primum, quia superstitio seculorum usuras etiam modicas retulit inter peccata, ut loco earum substituerentur census: alterum, quia rusticorum et censitarum origo fere communis in Germania, perpetuaria conductio. Ceterum, quod in hac fructuum diuisione, defuncti heredibus prosit tempus usque ad diem a morte triD gesimum, illud iuris est Saxonici BERLICH. *p.* 3. *concl.* 44. *n.* 4. 5. et CARPZOV. *P.* 3. *const.* 16. *d.* 6 8.

DIFFERENTIA V.

De tempore *diuisionis a quo?*

Termini Ger. ultima perceptio: *Rom. tempus fundi accepti.*

Romani tempus exigunt in computando, quo fundum pristinus acceperit dominus (gg): Germanico iure id non minus est aequum (hh). Quando autem memoria illius temporis non superest (ii), computare solemus menses a tempore ultimae collectionis (kk).

Status fundi illati.

(*gg*) Illud enim claris uerbis dicit *l.* 7. *Fructus* §. 1. 2. 3. *ff soluto matrim.* Explicationis causa iunge CVIACIVM *lib.* 14. *obseru.* 22.

Qui neque in patria negligitur.

(*hh*) Inde principio iudices soliciti sunt in harum causarum iudicio: "ob er E "das Feld bestellet; ob er solches mit der "Erndte an Sommer- Winter- oder Herbst- "Früchten bekommen. Vnd wenn dieses, daß er es wieder also uerlassen und "beyde Theile die Rechnung darnach gegen einander zu machen hætten.

Nesciri in feudis diem, quo sit susceptum.

(*ii*) Obmouet hoc dubium, ni fallor, ROSENTHALIVS *cap.* 10. *concl.* 42. Frustra in feudis prouocari ad *l. diuortio ff. solut. matr.* Illam enim uelle, ut computatio instituatur ex *tempore* et *statu*, quo fundus totalis sit illatus. Verum utrumque ignorari in feudis, praesertim antiquis. *Adeoque, fundamento euerso, corruere etiam illud, quod ei sit superstructum.*

Neque opus esse, quia satis scientia ultimae collectionis.

(*kk*) Ne quid dubii relinquatur, sciendum est, quod iudici, quamuis tempus et statum ignoret, quo defunctus adiuerit fundum, sufficiat tamen, si ei constet defuncti in quouis fructuum genere ultima collectio. Messes distinguat oportet, fructuum 1] *hybernorum* 2] *aestiuorum* 3] *uindemialium* 4] *pomorum*, cetera: atque numerare incipiet ab ultimo collectis et facile tum deprehendet, a quibus mors defuncti uel propius absit, uel magis remote

adeo-

[*] De locario utique aliter sentio, quia hoc iure Saxonico omnino illius est, cuius iussu ager rastro subductus fuit. Vnum idemque siue id defunctus ipse fecerit, siue per conductorem, ut recte philosophatur THOMINGIVS in epistola ad *Hartm.* PISTORIS *lib.* 1 *quaest.* 25. *n.* 13. 14. 15. Sed uerbum *Pacht* est aequiuocum. Accipitur enim, praesertim in Saxonia, non pro locario sigillatim, sed pro quouis genere censuum, praestitorum ab agricolis. Quod illi similes sint *conductoribus perpetuariis*, uti ostendit *de praeses* in dissert. de *perpetuaria conductione.*

Differ. VI.

adeoque proportio, pro temporis rata, quae maior esse queat aut minor. In *ciuilibus* fructibus calculus fallere nequit, quia fidem sequitur fastorum. Nisi fastorum fiat emendatio et dies uel intercalentur uel expungantur, quod ultimum factum nostra aetate BRVNN. *de iurib. noui calendarii.* Tum uero aequum est, ut temporis uel aucti uel deminuti spatium aequalibus iterum partibus diuidatur.

DIFFERENTIA VI.

Vtriusque iuris quae ratio magis aperta?

Rom. saepius dubii *in fructuum diuidicula, nou Germani.*

Romani iuris interpretes (ll) dubii multoties sunt in fructibus CIVILIBVS *censuum (mm), angariarum (nn); sportularum tam ciuilium (oo); quam sacrarum (pp); cereuisiae (qq); deinde in* NATVRALIBVS *piscium (rr); iumentorum; gregum (ss); uenationum (tt); fodinarum (uu); pascuorum (xx); pomorum (yy); graminum (zz), lignorum (aaa) redituumque aliorum. Sed omne dubium tollit Germanici iuris diuidicula (bbb).*

ICti, in thesi concordes, multiplices tamen qui in hypothesi?

(*ll*) Dici non potest, quam multiplices hic sint iurisconsulti: si decidenda sit controuersia eius generis sigillatim. Nunc enim *leges* Romanas in ore habent: nunc his opponunt *aequitatem:* nunc aerem *Saxonicum* trahunt: nunc *Venedum*, nunc *Longobardicum*. Scilicet in nullo iuris argumento facilius ad sensus quaerentium respondetur, quam in fructuum attributione. Adeo, ut quaestiones in hoc genere plures *uoluntatis* dicant, ut statuere et respondere liceat, quicquid uenerit in calamum aut buccam, ita fere ROSENTHAL *cap.* 10. *concl.* 41. Ibimus nos per summam. Cum filum ariadneum, quod dedimus, facile nos educat ex hoc opinionum diuersissimarum labyrintho.

In censibus.

(*mm*) De his consuli possunt COLERVS *decis.* 74. 252. 286. BERLICHIVS *part.* 3. *conclus.* 22. *et* 44. BRVNVS *cons.* 106. ROSENTHAL *c.* 10. *concl.* 42. *n.* 59. *Hartm.* PISTOR. *lib.* 1. *quaest.* 25. *ex instituto*, SCHRADER *part.* 2. *part.* 9. *pr. sect.* 3. *n.* 53. MYLER *in gamol. c.* 14. §. 17. Fructuum diuidiculam nos commendauimus *diff.* 4. *litt ff.*

In angariis.

(*nn*) Siquidem temporis sunt definiti. Quod si enim quotidie debeantur, non opus uirgula iuris diuisoria, quia percipiuntur, dum praestantur *l.* 9. §. 1. *ff loc.* et *l.* 1. *ff. de oper. seru.* THIELE *sect.* 5. §. 19.

In fructibus iurisdictionis.

(*oo*) De *mulctis*, fructibusque iurisdictionis aliis, si *testes* audiantur, firmentur *contractus*, *testamenta* insinuentur, ceterisque disputant digladianturque inter se PEREGRINVS de iure *fisci lib.* 6. *tit.* 5. ROSENTHAL *cap.* 10. *concl.* 42. *n.* 59. KOEPPEN *decis.* 30. *n.* 35. SCHRADER *part.* 2. *part.* 9. *pr. sect.* 3. *n.* 14. BERLICHIVS *part.* 3. *concl.* 44. *n.* 14. CARPZOV. *part.* 3. *const.* 32. *def.* 22. *n.* 7.

Parochialibus.

(*pp*) Vsu cognitum est, quod nouus successor antecessoris sui heredibus, durante anno gratiae, ideo teneatur ad rationes reddendas sportularum sacrarum *des Beicht-Groschens*, *der Trau-Gebühren*, *des Aufgeboths*, *Abkündigung*, cetera. Memini nuper heredes sacri mystae ideo suspicionem excitauisse aduersus successorem, quasi infidus fuisset in illis adnotandis, quod summa non responderet defuncti calendario. Inde specificationem urserunt iuratam. Sed *fidem* hic sufficere *pastoralem* crediderunt alii, ne minor haec esset fide mercatoris, cuius libellus in dubium temere non uocaretur.

In priuilegio coquendi zythum.

(*qq*) Non expectauissem hic decisionem CARPZOVII *part.* 3. *const.* 32. *def.* 9. *n.* 10. In foro *Saxonico heredes allodiales uasalli, qui post kalendas Martii decesserit, per totum illum annum in praediis feudalibus cereuisiam coquere illamque uendere poterunt.* Quamuis comites habeat SCHRADERVM *part.* 2. *part.* 9. *sect.* 3. *n.* 66. et BERLICHIVM *part.* 3. *concl.* 43. *n.* 36. 67. Prudenter addit ESBACHIVS commentator: *haec decisio est tantum Saxonica.* Qualis tamen non est, cum principio utatur iuris communis 2. *F.* 28. §. *his cons.* Imo ex rationibus Saxonici etiam iuris negarem haec iura heredibus, quia quotidie percipiuntur. Sin uero ad numeros id ius restrictum sit, *auf gewisse Brauen*, commendarem fructuum saepius laudatam diuidiculam.

Piscium copia cui cedat in fructuum attributione? 1] *heredibus.*

(*rr*) Anxia hic et multa inter ICtos disputatio. Scribit COLERVS *part.* 2. *process. c.* 3. *n.* 308. *Ego post mortem comitis Gunteri a Schwarzburg, laudabilis recordationis, de facto consultus per dominos fratres, non obstantibus, quae tradunt* CHASSANAEVS in consuet. Burg. §. 2. gl. pen. n. 4. et ZASIVS *part.* 4. *feud. pr.* contrarium *respondi: pisces nimirum, quantumcunque in fundo feudali adhuc stantes, heredibus deberi, non agnatis*, per textum *in l. funes* [*lege liues*] 15. §. *pisces ff. de emt.* Accedebat, *quod piscinae essent piscabiles* a tempore scilicet factae iniectionis, *als die Teiche besetzet wurden*, exactum fuisse triennium et ita *in simili casu respondimus an.* 1578. Idem *Hartm.* PISTOR. *lib.* 1. *quaest.* 24. *n.* 66. 67. inde formula: *die Fische folgen des Rittermaßigen Mannes Erben.* Contra 2] *nouo possessori.* alii pro *parte fundi* habent et pisces (in piscinis puta, non in uiuariis) heredibus abiudicant MOLLERVS *ad constit.* 32. *n.* 8. MOLINAEVS *ad consuet. Paris. tit.* 1. §. 1. *gl.* 8. *n.* 17. Alii autem distingunt, utrum mors 3] *neutri, nisi pro temporis ratione.* defuncti iniectioni propior sit, an piscationi, si primum, *noui possessoris* erunt pisces;

Differ. VII.

sces; si alterum, erunt heredum ROSENTHAL *cap.* 10. *concl.* 42. *n.* 61. BERLICHIVS *part.* 3. *concl.* 45. *n.* 25. ipseque CARPZOVIVS *part.* 3. *constit.* 32. *def.* 26 *et* 27. et extra electoratum Saxoniae RICHTER *part.* 1. *decis.* 56. *n.* 9. Post horum autem omnium sententias illa longe uidetur aequissima, si pisces pro temporis rata parte diuidantur. Ita SCHRADER *part.* 2. *part.* 9. *pr. sect.* 3. *n.* 71. 77. et KOPPEN. *decis.* 30. *n.* 36. quorum etiam CARPZOVIVS inclinat *part.* 3. *const.* 32. *def.* 26. n. 8. doletque praxin stare ex aduerso.

4] utrique pro fructuum diuidicula.

De lacte et lana. (*ss*) Lac et lanam et quae reliqua sunt, iterum tribuit heredibus per totum annum, si defuncti mors inciderit inter Martium et Augustum menses, CARPZOVIVS *part.* 3. *const.* 32. *def.* 9. *n.* 2. 7. sed hos fructus *ad industriales* refert MENOCH. *de arbitr. iudic. quaest. lib.* 2. *cent.* 3. *cas.* 210. *n.* 10. Ego crediderim, lac ad fructus referendum quotidianos adeoque ius defuncti cum morte eius uel trigesimo die post extingui: uerum lanam esse pro temporis rata parte inter heredes et nouum possessorem diuidendam.

De uenatione. (*tt*) Etiam *uenationibus, aucupiis, piscationibus, fluuiisque* uti posse heredes defuncti, si mors illius inciderit inter Martium et Augustum, deciderunt SCHRADER *part.* 2. *part.* 9. *sect.* 3. *n.* 49. et in ipsa Saxonia BERLICH. *part.* 3. *concl.* 43. *n.* 37. ipse CARPZOVIVS *part.* 3. *const.* 32. *def.* 9. *n.* 2. Verum sunt haec inter fructus quotidianos adeoque cessant cum morte defuncti aperiunturque nouo domino post diem tricesimum apud Saxones: ut nulla hic opus sit fructuum attributione.

In fodinis. (*uu*) Dicendum est idem, quod in nota praecedenti, quicquid ex aduerso scripserit SCHRAD. *part.* 2. *part.* 9. *sect.* 3. *n.* 49. et BERLICH. *part.* 3. *concl.* 43. *n.* 37. Si quidem in fodinis lapides et metalla succrescant. Fundamentum decisionis habes *l.* 7. *fructus* §. 13. 14. *sed si cretifodinae ff. soluto matrim.*

In pascuis. (*xx*) Sunt et haec referenda ad fructus quotidianos. Vt adeo fundamentum decisionis repetendum sit ex notis, quae proxime praecedunt.

In pomis. (*yy*) Quod uerbum generale est comprehenditque quicquid arbores in hortis ferunt. In Saxonia fundi domino cedunt CONSTIT. *elect. part* 3. *const.* 32. § *pen.* Quod dictum est supra *diff.* 3 *litt. cc.* Quid uero sentiendum sit alibi, repete ex *diff.* 3. *litt. aa. bb.* Vide tamen CARPZOVIVM *part.* 3. *const.* 32. *def.* 24.

In fo〈e〉no. (*zz*) Repete loca, quae in nota laudauimus praecedenti ex superioribus. In Saxonicis consule BERLICHIVM *part.* 3. *concl* 45. *n.* 4. *sq.*

In syluis caeduis. (*aaa*) Sunt hic distinguendi casus. Aut enim de iure lignandi quaestio est, quod pariter quotidianum adeoque cum morte defuncti post 30. diem in Saxonia extinguitur. Aut singulis annis aut triennis pars ligni ex eius generis sylua uenditur et tum commendarem pro temporis rata parte fructuum diuidiculam, quod etiam uolunt KOLPPEN *decis* 30 *n.* 36. *Hartm.* PISTOR. *lib.* 1. *q.* 24. *n.* 71. Sed tum quoque aestimari debet, quod caesum ac diuenditum eo anno fuit a defuncto. Quod alias non immerito refertur inter res mobiles ceditque heredibus, iudicio COLERI *part.* 1. *decis.* 59. *n.* 21. et *part.* 2. *decis.* 566. *n.* 152. BERLICHII *part.* 3. *concl.* 30. *n.* 19. CARPZOVII *part.* 3. *const.* 24. *def.* 11. *n.* 4. 5.

Diuidiculae fructuum latentium. (*bbb*) In cuius usu tenenda est methodus haec. Fructus uel 1] *industriales* sunt, uel mere 2] *naturales*, uel 3] *ciuiles.* In *primis* uel statutum adest mensium aut dierum, quod sequimur, uel abest hoc, cuius etiam loco fructuum obseruatur diuidicula. Ad *secundi* ac *tertii* generis fructus leges mensium aut dierum non pertinent ordinarie: ergo in illis tantum diuidicula regnat pro temporis, quod uixit pristinus possessor, rata parte. Restant illa, quae quotidie debentur percipiunturque, ubi nulla esse potest concertatio. Cum pro fructibus perceptis habentur, quoties uenit dies, instar ciuilium. Quorsum refer quotidiana *portoria, uectigalia, uiatica.* Quae spernunt lancem diuisionis. Vt uix occurrere nobis casus posit, quem ex his principiis respondere nesciamus, non tam, quod alii faciunt, dubitanter ad sensusque partis requirentis, quam ad ratam compertamque ueritatem.

DIFFERENTIA VII.

Iuris publici et priuati hic discrimina.

Fructuum attributio in republica, principe demortuo.

Spernit uero has leges fructuarias territoriorum Germaniae superioritas. Idque non ex aliqua iuris Romani auctoritate (*ccc*)*: sed quod respublica sit immortalis* (*ddd*).

Non fit ex LL. Rom. (*ccc*) Frustra itaque MYLERVS *c.* 21. *archont.* §. 18. fundamentum decisionis posuit in *l.* 44. *ff. de R. V.* Quo non meliores sunt alii, qui uel 2. *F.* 28. 5. *his consequenter* uel nostra *Saxonica*, uel dierum praerogatiuas *Venedorum* hic uocant in censum, uel suadent successori principatus fructuum pendentium *diuidiculam.* Absit enim, ut reipublicae iura contaminemus priuatorum institutis.

Sed et ratione peculiari. (*ddd*) Scilicet princeps utitur fruiturque bonis reipublicae, quem successor ex-

Differ. VII. excipit itidem fructuarius, aut, hoc deficiente, regimen, formatum a republica. Vt adeo haec iura usufructuaria aeterna sint neque diuidi queant inter heredes fructuarii et proprietarium. Deinde impensas, quas princeps facit in operas fructuum, non de suo petit, sed de republica. Vt adeo neque heredibus eius aliquid superfit compensandum et resarciendum. Quapropter recte scribit Cocceimo iudicio THIELE *de iure fem. sect. 7. §. 3.* se, praeter exemplum in Palatinatu nouissimum, non casus meminisse, ubi principis defuncti heredes pendentium fructuum excitauerint litigia. Ipsam enim principem Aurelianensem puduit mox quaestionis, hac causa, archipalatino successori factae foetumque, a rabulistis profusum, retulit tandem inter forensium ingeniorum deformes abortus. Differ. VII.

CANDIDATO
IVRIS CONSVLTISSIMO,
IOANNI ADAMO BRESCIO
S. P. D.
IOAN. PETR. Ludewig,
PRAESES.

FVisti Vitebergae in amore felicissimi et facundissimi doctoris, uiri mihi in paucis amicissimi, *Io. Balthasaris* WERNHERI, *ICti et regalis curiae in Saxonia consiliarii amplissimi.* Cuius doctrinis in iurisprudentiae ambitu eductus ac enutritus es per quinquennium. Eo quidem successu, ut neque te institutoris, neque auditoris illum poeniteat fidi ac industrii uereque acroamatici. Breui etiam tempore, hoc duce, tantum profecisti, ut non solum in arenam prodires publicam et thema iuris defenderes, a te elucubratum: uerum etiam a schola ad curiam te conferres, idoneis subsidiis instructus, ad causas in foro orandas et agendas. Ita enim in iuris studio uersatus es, ut nihil disceres in scholis, quod in curiis iterum esset dediscendum, sed omnia usu metireris praesentis reipublicae. Hac iuris peritia auctus ornatusque FRIDERICIANAM salutauisti, electam a te priuilegiorum in iure largitricem. Ego non potui non de tuo gaudere aduentu certusque esse, fore, ut omnia tibi apud nos ex uoto succederent. Probauisti ergo in utroque examine profectus tuos illustri ICrorum ordini, quorum iudicio nunc prodis ad inauguralem conflictum. Dissertationis argumentum elegisti, prima parte, nouum ex reliquiisque erutum patrii iuris: altera autem, commixtione Latii et Germaniae ita turbatum, ut opus esset, uel omnibus Germaniae curiis bellum indicere, uel dubia, auctoritate aliorum, respondere praeter rem et rationem. Meo itaque consilio et methodo, adhuc obseruata, utriusque iuris in singulis controuersiarum capitibus fecisti discrimen. Vt iamnunc ueritas in aprico sit, cum circuli Romani et patrii iuris limitibus nunc suis contineantur, neque turbati sint unquam. Gratulor itaque tibi labores tuos et mox infulam doctoris gratulabor, meis tibi manibus, in solenni iuris candidatorum corona imponendam. Vale et rebus fortunisque tuis utere feliciter. *Halae Venedorum pridie kal. mensis Ianuar. an.* CIↃIↃCCXII.

)o(

OPVSCV-

OPVSCVLVM VII.

DIFFERENTIAE IVRIS
ROMANI ET GERMANICI
IN

SVCCESSIONE CONIVGVM
ET
DISSORTIVM LIBERORVM,

die IV. Mensis Octobr. cIↃIↃCCXIV.

ILLVSTRISSIMO S. R. I. COMITI
AC DOMINO,
MAVRITIO CASIMIRO,
S. R. I. COMITI IN
BENTHEIM,
TEKLENBVRG, STEINFVRT ET LIMBVRG: DOMINO
IN RHEDA, WEVELINGHOVEN, HOYA, ALPEN, HELFENSTEIN: ADVOCATO HEREDITARIO COLONIENSI, CETERA,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO,

D. D. D.

ILLVSTRISSIME S. R. I. COMES,

DOMINE CLEMENTISSIME,

EA PATRIS TVI, memoriae inter principes et comites imperii Germanici gloriosae ac immortalis, in genitorem meum sunt merita, ut ueniam mihi omnino a TE pollicear, DOMINE CLEMENTISSIME, quod opusculo huic fulgentissimum nomen tuum praeposui, horum beneficiorum et clientelae heres, qua GENTI TVAE nos aeternum obstrictos sentimus. IPSE enim principio parentis mei in iuris arte usuque uires, si quae sunt, in *orandis caussis* explorauit; mox uoluit, ut ei esset a *consiliis*; demum iudicio curiali, quod Limburgi habetis, eum praefecit *rectorem*. Ita a primis munerum ciuilium gradibus eundem traduxistis ad supremum, in quo etiamnunc persistit. Mortuo certe heroe gloriosissimo, illustrissima uidua, CHRISTIANA MARIA, a LIPPIANIS comitibus oriunda, continuauit gratiam, quam noluit cum obitu mariti emori et interire. Ex quo enim, TVTORIO nomine, gubernacula tenet publicae rei uestrae:

ſtrae: ILLA non ſolum patrem meum in priſtina ſparta reliquit, ſed etiam multis adauxit nouis generibus beneuolentiae. Eriger itaque ad hanc ſpem, fore, ut indulgentiam, qua parentem meum fouiſtis, etiam in me continuetis, ſi non uirium ſtatim paternarum, obſequii tamen fideique, uobis probandae, heredem. Sexennium eſt, ex quo, iurisprudentiae diſcendae ergo, me contuli in Academias, primo *Colonienſem*, deinde *Ienenſem*, poſt in *Fridericianam*, ut curſum, quem in primis incepi, abſoluerem in ultima. Viſum eſt illuſtri Iureconſultorum ordini, ut, poſt examina, quibus me in iuris ſtudio ſubieci, in forenſium controuerſiarum prodirem inauguralem arenam. Elegi hoc fine argumentum, quod non in legibus tantum Latii uerſatur: ſed etiam in quotidiano curiarum Weſtualiae noſtrae uſu. Ceterum, uti praecipuo mihi in ſtudiis meis loco poſui, quo meliorem me patriae redderem, dignum olim TVA, DOMINE, indulgentia: ita precibus meis a ſupremo NVMINE contendo, ut in uirtutis et gloriae auitae ſtudiis doctrinisque, DOMINE CLEMENTISSIME, efflorefcas atque gentis TVAE, in Germaniae comitibus primariae, illuſtriſſima maiorum TVORVM nomina adaeques, aut ſuperes, DEO DVCE, gloriamque eorum multis numeris adaugeas. Inter comites Germaniae uniuerſae paucos reperimus, qui TVAM gentem, ſi uetuſtatem illius, ſi gloriam rerum geſtarum, ſi foederum, maxime connubialium dignitatem, ſi alia plura cogitamus illuſtrium familiarium lumina, poſſit aequare. Numerauit maiores TVOS inter proceres primi ordinis in Germania aeuo iam Carolingorum Hachenbergius. Qua origine maiorem non habet Germanicum imperium. Deinde in TVA non ſolum gente uxores offendimus maximorum Europae principum: ſed, qui callet TVAE domus hiſtoriam, illum fugere non poteſt, quod maiores TVI a ſanguine oriundi ſint comitum PALATINORVM et HOLLANDIAE principum potentiſſimorum, quorum memoriam in comitibus BENTHEIMENSIBVS, ceu poſteris indubiis, ſupereſſe ſcimus etiamnunc. Et, ſi iuribus gentilitiis reſpondiſſent fortunae, haud dubie in nominibus titulisque VESTRIS numeri eſſent plures longeque ampliores. Sed habent ſua fata gentes dandumque eſt hoc aeterni numinis prouidentiae, in cuius rationibus euentisque eſt acquieſcendum. Sunt tamen haec, quae excitare non ſolum poſſunt et acuere uirtutem TVAM excelſique ingenii TVI uim: ſed iubent etiam ſpem habere certiſſimam, fieri poſſe, ut, quae olim tempora VESTRIS parum proſpera fuerunt, inpoſterum ſint aequiora & rependant, quae deſideratis, cum inuidendis auctibus et incrementis. Haec uota nuncupat

ILLVSTRISSIMO NOMINI TVO

HALAE VENEDOR.
PRIDIE CALENDARVM
MENSIS OCTOBRIS
ANNO CIↃ IↃ CC XIV.

obſequio cultuque
addictiſſimus humillimusque cliens
IOAN. WILHELM. BLECHEN,
ALTENA WESTPHALVS.

CAP. I.

CAPVT I.

DE SVCCESSIONIS DEFINITIONE ATQVE DIVISIONE.

§. I.

Successio 1) rerum

Successio est uel *personarum* uel *rerum*. *Haec* est, quando res succedit in locum rei, uti dicere solemus, quod in uniuersalibus pretium succedat in locum rei, uel res in locum pretii, *l. 22. ff. de heredit. petit. L. 70. in fine ibique* BRVNNEM. *num. 6. ff. de leg. 2.* secus tamen ac in singularibus, ubi pretium in locum rei non succedere dicitur, STRYK. *in quaest. feud. quaest. 26. de feud. impropr. vid. Barbosa locupl. l. 6. 14. cap 97. ax. 6. et argum. §. 6. inst. de legat.* *Illa* est, quando persona intrat in locum et ius alterius, *cap. 46. de R. I. in 6to*, quae iterum diuiditur in *uniuersalem*, et *singularem* et dicitur haec, quando quis titulo singulari in locum et ius alterius intrat, v. g. titulo emtionis, donationis, legati etc. *l. 5. ff. pro emptore.* Quae successio est et manet singularis, licet uniuersitas, u. g. hereditas per eam transferatur. Hinc non transfert onera personae, *l. 2. cod. de heredit. uendit.* sed bene onera ipsi rei inhaerentia, *arg. princ. I. de usufr.* Quia non repraesentat successor ex tali titulo personam auctoris sui, quemadmodum in successione uniuersali fieri assolet. Ad hanc successionis singularis speciem etiam referri potest ea, quae fit per electionem, in casibus, ubi onera et commoda honori collato cohaerentia in successorem deriuari dicuntur. Licet enim successor hic in munere non teneatur soluere debita praedecessoris sui, nisi ad id se obligauerit, illud tamen, quod in officii utilitatem impensum et pro regiminis necessitate atque incremento seu ad usum publicum contractum, praestare tenetur PERETZ *ad tit. cod. de decur. n. 14. et 15.* HAHN. *ad Wesenb. de constitut. princip. n. 2. uerb. princeps successori*: uti et debita a praedecessore non exacta exigere, *l. 3. ibiq;* BRVNNEM. *n. 5. cod. de susceptor.* Quemadmodum in aliis etiam commodum sentit. Et in specie illud, quod principi legatum, eo ante diem cedentem defuncto, successori ex ratione, quod magis id dignitati, quam personae relictum esse censeatur, deberi, docet *text. in l. 56. ibique* BRVNNEM. *ff. de leg. 2.* ubi idem esse tradit *n. 2.* si priuato sub nomine dignitatis quid legatum sit.

2) personarum

a) singularis,

qui non obligatur ex facto antecessoris.

b) uniuersalis successio.

§. II. Illa sc. *successio uniuersalis est*, quando quis succedit alteri titulo uniuersali, v. g. institutionis testamentariae uel ab intestato, uel per arrogationem. Et describi potest, quod sit transitio in uniuersum ius alterius, *l. 11. ff. de diuers. tempor. praescript.* ubi successor omnia onera et commoda, personae defuncti inhaerentia, in se transfert et illum ita repraesentat, atque si ille ipse esset, in cuius locum successisset, u. g. defunctum ita haeres repraesentat, ac si in ipso uiueret defunctus, ut non errare mihi uidear, si dicam, *heres est defunctus* iuris fictione idem operante, quod praestare solet ueritas.

Quae Germanico iure fit etiam per pacta, quod nefas apud Romanos.

§. III. Iure Romano successio haec uniuersalis non poterat quibuslibet modis fieri, sed publicis legibus certi et solennes modi erant constituti deferendae et adimendae haereditatis. Tales erant testamentaria dispositio et successio *ab intestato*, quos transgredi non licebat, *l. 88. ff. de pact. l. 27. ff. de R. I.* Hinc *pactis de futura successione uiuentis regulariter* non licebat disponere, utpote quae haberent uotum captandae et parandae mortis, *l. 25. si maiores C. de transact.* et liberi non essent pactionibus a reuerentia et obsequiis parentibus debitis reuocandi, quod per eiusmodi pacta fieret, quibus liberi futurae successioni renunciassent. Quapropter compilatores iuris Romani pacta haec contra bonos mores adeoque illicita esse arbitrati sunt, *l. 61. stipulatio ff. de V. O.* Sed quia uotum illud non ex pacto ipso proficisci solet, sed per accidens et ex hominum maleuolentia, nostris moribus a iure hoc Romano recessum et usu atque consuetudine, reipublicae coaeua, receptum est, ut pactis quoque hereditas detur & acquiratur. Quae successio extraordinaria et anomola dicitur et tertium genus heredum constituit, qui *conuentionales* uocantur COTHM. *uol. 4 resp. 44. num. 37. et seqq.* STRVV. *syntagm. iur. ciu. exercit. 38. th. 47. ibique* MVLLER. *in not.* STRYK. *de cautel. contract. sect. 3. cap. 8. § 26. in ration. decid. et in resp. ad rat. dubit. 3. ibique extat* HAHN. *ad Wesenb. de heredit. petit. n. 3. et dissert. de iure rerum concl. 26.* VINN. *de pact. cap 19. n. 3.* GROENEWEG. *de legib. abrog. ad tit. cod. de pact. num. 3. et 4.* MVSCVL. *de success. anomal. membr. 1. class. 1. conclus. 3. n. 38.* Atque haec pacta siue acquisitiua siue renunciatiua siue conseruatiua et dispositiua sint, moribus Germaniae a multis saeculis inualuisse, adeo certum esse tradunt, ut ei, qui contra haec scholastice disputat, ignoscendum et condolendum potius esse uelint, quam quae quotidiana sunt, non didicerit, et ius fori, in quo uersatur, ignoret STRYK. *de success. ab intest. diss. 8. cap. 12. §. 36. post* COTHM. *ibidem citatum. item d. diss.*

strae: ILLA non solum patrem meum in pristina sparta reliquit, sed etiam multis adauxit nouis generibus beneuolentiae. Erigor itaque ad hanc spem, fore, ut indulgentiam, qua parentem meum fouistis, etiam in me continuetis, si non uirium statim paternarum, obsequii tamen fideique, uobis probandae, heredem. Sexennium est, ex quo, iurisprudentiae discendae ergo, me contuli in Academias, primo *Coloniensem*, deinde *Ienensem*, post in *Fridericianam*, ut cursum, quem in primis incepi, absoluerem, in ultima. Visum est illustri Iureconsultorum ordini, ut, post examina, quibus me in iuris studio subieci, in forensium controuersiarum prodirem inauguralem arenam. Elegi hoc fine argumentum, quod non in legibus tantum Latii uersatur: sed etiam in quotidiano curiarum Westualiae nostrae usu. Ceterum, uti praecipuo mihi in studiis meis loco posui, quo meliorem me patriae redderem, dignum olim TVA, DOMINE, indulgentia: ita precibus meis a supremo NVMINE contendo, ut in uirtutis et gloriae auitae studiis doctrinisque, DOMINE CLEMENTISSIME, efflorescas atque gentis TVAE, in Germaniae comitibus primariae, illustrissima maiorum TVORVM nomina adaeques, aut superes, DEO DVCE, gloriamque eorum multis numeris adaugeas. Inter comites Germaniae uniuersae paucos reperimus, qui TVAM gentem, si uetustatem illius, si gloriam rerum gestarum, si foederum, maxime connubialium dignitatem, si alia plura cogitamus illustrium familiarium lumina, possit aequare. Numerauit maiores TVOS inter proceres primi ordinis in Germania aeuo iam Carolingorum Hachenbergius. Qua origine maiorem non habet Germanicum imperium. Deinde in TVA non solum gente uxores offendimus maximorum Europae principum: sed, qui callet TVAE domus historiam, illum fugere non potest, quod maiores TVI a sanguine oriundi sint comitum PALATINORVM et HOLLANDIAE principum potentissimorum, quorum memoriam in comitibus BENTHEIMENSIBVS, ceu posteris indubiis, superesse scimus etiamnunc. Et, si iuribus gentilitiis respondissent fortunae, haud dubie in nominibus titulisque VESTRIS numeri essent plures longeque ampliores. Sed habent sua fata gentes dandumque est hoc aeterni numinis prouidentiae, in cuius rationibus euentisque est acquiescendum. Sunt tamen haec, quae excitare non solum possunt et acuere uirtutem TVAM excelsique ingenii TVI uim: sed iubent etiam spem habere certissimam, fieri posse, ut, quae olim tempora VESTRIS parum prospera fuerunt, inposterum sint aequiora & rependant, quae desideratis, cum inuidendis auctibus et incrementis. Haec uota nuncupat

ILLVSTRISSIMO NOMINI TVO

HALAE VENEDOR.
PRIDIE CALENDARVM
MENSIS OCTOBRIS
ANNO CIↃ IↃ CC XIV.

obsequio cultuque
addictissimus humillimusque cliens
IOAN. WILHELM. BLECHEN,
ALTENA WESTPHALVS.

CAP. I.

CAPVT I.
DE SVCCESSIONIS DEFINITIONE ATQVE DIVISIONE.

§. I.

Successio 1) rerum

Successio est uel *personarum* uel *rerum*. *Haec* est, quando res succedit in locum rei, uti dicere solemus, quod in uniuersalibus pretium succedat in locum rei, uel res in locum pretii, *l. 22. ff. de heredit. petit. L. 70. in fine ibique* BRVNNEM. *num. 6. ff. de leg. 2.* secus tamen ac in singularibus, ubi pretium in locum rei non succedere dicitur, STRYK. *in quaest. feud. quaest. 26. de feud. impropr. vid. Barbosa locupl. l. 6. 14. cap. 97. ax. 6. et argum. §. 6. inst. de legat.*

2) personarum

Illa est, quando persona intrat in locum et ius alterius, *cap. 46. de R. I. in 6to*, quae iterum

a) singularis,

diuiditur in *uniuersalem*, et *singularem* et dicitur haec, quando quis titulo singulari in locum et ius alterius intrat, v. g. titulo emtionis, donationis, legati etc. *l. 5. ff. pro emptore.* Quae successio est et manet singularis, licet uniuersitas, u. g. hereditas per eam transferatur. Hinc non transfert onera personae, *l. 2. cod. de heredit. uendit.* sed bene onera ipsi rei inhaerentia, *arg. princ. I. de usufr.* Quia non repraesentat successor ex tali titulo personam auctoris sui, quemadmodum in successione uniuersali fieri assolet. Ad hanc successionis singularis speciem etiam referri potest ea, quae fit per electionem, in casibus, ubi onera et commoda honori collato cohaerentia in successorem deriuari dicuntur.

qui non obligatur ex facto antecessoris.

Licet enim successor hic in munere non teneatur soluere debita praedecessoris sui, nisi ad id se obligauerit, illud tamen, quod in officii urilitatem impensum et pro regiminis necessitate atque incremento seu ad usum publicum contractum, praestare tenetur PERETZ *ad tit. cod. de decur. n. 14. et 15.* HAHN. *ad Wesenb. de constitut. princip. n. 2. uerb. princeps successori*: uti et debita a praedecessore non exacta exigere, *l. 3. ibiq;* BRVNNEM. *n. 5. cod. de susceptor.* Quemadmodum in aliis etiam commodum sentit. Et in specie illud, quod principi legatum, eo ante diem cedentem defuncto, successori ex ratione, quod magis id dignitati, quam personae relictum esse censeatur, deberi, docet *text. in l. 56 ibique* BRVNNEM. *ff. de leg. 2.* ubi idem esse tradit *n. 2.* si priuato sub nomine dignitatis quid legatum sit.

b) uniuersalis successio.

§. II. Illa sc. *successio uniuersalis est*, quando quis succedit alteri titulo uniuersali, v. g. institutionis testamentariae uel ab intestato, uel per arrogationem. Et describi potest, quod sit transitio in uniuersum ius alterius, *l. 11. ff. de diuers. temA por. praescript.* ubi successor omnia onera et commoda, personae defuncti inhaerentia, in se transfert et illum ita repraesentat, atque si ille ipse esset, in cuius locum successisset, u. g. defunctum ita haeres repraesentat, ac si in ipso uiueret defunctus, ut non errare mihi uidear, si dicam, *heres est defunctus* iuris fictione idem operante, quod praestare solet ueritas.

Quae Germanico iure fit etiam per pacta, quod nefas apud Romanos.

§. III. Iure Romano successio haec uni-B uersalis non poterat quibuslibet modis fieri, sed publicis legibus certi et solennes modi erant constituti deferendae et adimendae haereditatis. Tales erant testamentaria dispositio et successio *ab intestato*, quos transgredi non licebat, *l. 88. ff. de pact. l. 27. ff. de R. I.* Hinc *pactis de futura successione uiuentis regulariter* non licebat disponere, utpote quae haberent uotum C captandae et parandae mortis, *l. 25. si maiores C. de transact.* et liberi non essent pactionibus a reuerentia et obsequiis parentibus debitis reuocandi, quod per eiusmodi pacta fieret, quibus liberi futurae successioni renunciassent. Quapropter compilatores iuris Romani pacta haec contra bonos mores adeoque illicita esse arbitrati sunt, *l. 61. stipulatio ff. de V. O.* Sed quia uotum illud non ex pacto D ipso proficisci solet, sed per accidens et ex hominum maleuolentia, nostris moribus a iure hoc Romano recessum et usu atque consuetudine, reipublicae coacua, receptum est, ut pactis quoque hereditas detur & acquiratur. Quae successio extraordinaria et anomola dicitur et tertium genus heredum constituit, qui *conuentionales* uocantur COTHM. *uol. 4. resp. 44. num. 37. et seqq.* STRVV. *syntagm. iur. E ciu. exercit. 38. th. 47. ibique* MVLLER. *in not.* STRYK. *de cautel. contract. sect. 3. cap. 8. § 26. in ration. decid. et in resp. ad rat. dubit. 3. ibique extat* HAHN. *ad Wesenb. de heredit. petit. n. 3. et dissert. de iure rerum concl. 26.* VINN. *de pact. cap. 19. n. 3.* GROENEWEG. *de legib. abrog. ad tit. cod. de pact. num. 3. et 4.* MVSCVL. *de success. anomal. membr. 1. class. 1. conclus. 3. n. 38.* Atque haec pacta siue acquisitiua siue renunciatiua siue con-F seruatiua et dispositiua sint, moribus Germaniae a multis saeculis inualuisse, adeo certum esse tradunt, ut ei, qui contra haec scholastiee disputat, ignoscendum et condolendum potius esse uelint, quam quae quotidiana sunt, non didicerit, et ius fori, in quo uersatur, ignoret STRYK. *de success. ab intest. diss. 8. cap. 12. §. 36. post* COTHM. *ibidem citatum. item d. diss.*

CAP. II. III. *§. cap. 1. §. 5.* ubi dicit, pacta haec succesloria de uiuentium haereditate Germanos ante ius Romanum, in Germaniae tribunalibus introductum celebrasse eaque etiam post illa tempora uim suam retinuisse atq; hodie non obstante iuris Romani di- A spositione frequentari, iisq; haereditates quotidie deferri, *uid. quoque idem in usu modern. pandect. tit. de pact. §. 13. et seqq.* Sed satis de *synonymia, definitione,* et *diuisione* successionis. §. I. II. I.

CAP. II.
DE
LIBERORVM DEFINITIONE AC DIVISIONE.

§. I.

Liberorum adpellatio sensus laxioris.

Liberorum nomine continentur non tantum filii et filiae, sed etiam nepotes, neptes et consequenter reliqui descendentes *l. 220. ff. de V. S. §. ult. instit. quibus testam. tutor.* etiam posthumi *l. 5. ff. de oper. l. 16. l. 1. §. fin. ff. de leg. praest.* Qui omnes aut *legitimi* et *naturales* simul sunt, aut legitimi tantum, aut naturales tantum aut denique *legitimati.*

Diuisio I. a) legitimi et naturales. Loco emancipatorum die Absonderung.

Legitimi et *naturales* dicuntur, qui ex iustis nuptiis procreantur, *princ. I. de patr. potest.* et sunt vel in patria *potestate* constituti, uel *emancipati.* Cui emancipationi hodie comparari solet multis in locis recepta *liberorum separatio,* die Absonderung oder Abfindung der Kinder, quando liberi, certa bonorum parte constituta, ab ulteriori successione parentum excluduntur, STRYK. *in usu modern. pand. tit. de adopt. §. 25.*

b) legitimi tantum.

legitimi tantum sunt *adoptiui,* quos non natura immediate liberos facit, sed lex, quae naturam imitatur, *l. 1. §. 1. et l. 43 ff. de adopt. l. 23. ff. de lib. et posth. haered. instit.* iique iterum duplicis generis adoptiui in specie ita dicti et arrogati, *l. 1. et tot. tit. ff. et inst. de adopt.*

Loco adoptionis die Einkindschafft.

iisq; hodie non omnino dissimiles liberi per parificationem seu unionem prolium assumpti, quam modernis moribus in locum adoptionis successisse asserunt, GAIL *lib. 2. obseru. 125.* WEHNER. *obseru. practic. uoc.* Einkindschafft. quanquam adoptionum iura in toto ab usu non recessisse testetur STRYK. *in usu mod. pandect. dict. tit. de adopt. §. 1. et seqq.*

c) naturales tantum.

Et licet per liberos *naturales,* quotiescunque adoptiuis in specie opponuntur, intelligantur illi, qui ex iusto matrimonio sunt nati, *princ. inst. ibique* HOPP. *in comm. inst. de adopt.* alio tamen in sensu naturales legitimis in genere oppositi dicuntur illi, qui ex concubina nati, et in genere etiam spurii atque omnes, qui ex legitimo matrimonio nati non sunt. MEYLR. *in colleg. Arg. lib. 25. tit. 7. th.* B 7. BRVNNEM. *ad l. 23. ff. de stat. hom.* STRVV. *syntagm. iur. ciu. exercit. 3. th. 47.*

d) legitimati.

Denique *legitimati* dicuntur, quando liberi hi naturales fiunt legitimi uel per subsequens matrimonium, uel per rescriptum principis, uel per oblationem curiae, qui tamen ultimus modus in republica nostra non obtinet, STRVV. *d. loc. th. 46. et seqq.*

DIVISIO II. liberi 1) ex matrimonio eodem von voller Geburt Geschwister.

§. II. Porro liberi *naturales* et legitimi C sunt uel ex eodem matrimonio nati, seu fratres et sorores ex utroque parente coniuncti coniunctaeue, quos uulgo germanos *Brüder und Geschwister von voller geburth oder beyden banden* appellant:

2) ex diuersis matrimoniis halb Geschwister.

aut sunt nati ex diuersis matrimoniis, seu non utrimque coniuncti, sed uel per unum duntaxat parentem, scilicet uel per patrem, qui consanguinei, uel per matrem, qui uterini uocantur: uulgo *Halb-* D *Brüder, Halb-Schwester, Stieff-Brüder, Stieff-geschwister* BESOLD. *in thes. practic. uoc. geschwistrigte.*

Propositio argumenti.

De quorum *liberorum ex diuersis matrimoniis procreatorum successione* ipsa iam uidendum. Haec enim, ut supra iam modo attigimus, defertur uel mediate per *factum* hominis eiusdemque dispositionem, ex conuentione aut testamento seu ultima uoluntate dependentem, uel immediate a *lege,* E quae proinde legitima in specie dicitur. Ita tamen ut, deficiente successione testamentaria seu pactis, non inde statim sequatur, quod praecise ad ordinem successionis, legibus *ciuilibus* praescriptum, sit recurrendum, sed, uti in aliarum causarum decisionibus usu uenit, primum ad *consuetudinem seu statuta loci,* post ad constitutiones *prouinciae* et demum ad iura imperii respici debeat, licet interim F consuetudinaria illa uel statutaria successio ad legitimam quoque pertinere dicatur, STRYK. *de success. ab intest. diss. 1. cap. 1. §. 19.*

CAP. III.
DE
SVCCESSIONE LIBERORVM VNIVERSIM.

§. I.

Liberorum successio naturalis.

In genere autem de liberis sciendum, quod ii ex naturali ratione quasi ex lege quadam tacita succedant, MVLLER *ad* G *Struu. synt. iur. ciu. exerc. 32. th. 25. lit. A.* seu quod illos naturae simul et parentum commune uotum ad successionem uocare dicatur, ut *habet textus in l. 7. in fin. ff. si tab.*

tab. testam. null. ext. ipso etiam S. Apostolo in epistola *ad Rom. 8. u. 7.* ita concludente, *si filius est, ergo et haeres*, ita tamen, ut licet hi plane etiam in uita parentum rerum paternarum quodammodo domini existimentur §. *2. I. de haeredit. qualit. et differentia*, non tamen exinde libera parentibus super rebus suis disponendi et testandi facultas adempta sit, dummodo liberis legitima ab intestato debita relinquatur. Circa quam ingens doctorum conflictus est; an ea statuto uel consuetudine prorsus tolli aut saltem minui possit? quo de uideri possunt, GAIL. *lib. 2. obs. 122.* FACHINAEVS *lib. 4. controu. iur. cap. 32.* HARPR. *ad §. ult. I. de inoffic. testam. n 36. et seqq.* Vbi multos authores in utramque partem citat. Et licet propter naturalem causam illa debeatur, non tamen idcirco eam *iuris naturalis* esse, sed *ciuilis*, ideoque non solum mutari et minui; sed et alio iure ciuili tolli et funditus eradicari posse, uerius puto cum PEREZIO *ad tit. cod. de inoff. testam. num. fin.* ZOESIO *ad dict. tit. ff. n. 109. et aliis ad eod. eod. tit. quaest. 13. ab* HARPRECHTO *dicto loc. citatis.* Qua scilicet est legitima, non qua uitae subsidia aut alimenta necessaria continet, siquidem hoc casu obligatio naturalis subest, quae est immutabilis, STRVK. *de success. ab intest. dissert. 1. cap. 1. §. 13.* Dn. PRAES. *in Trebellianica exule c. 4. §. 5.* ubi etiam uarios tam exterorum, quam propinquorum mores allegat.

est tamen positiui iuris eorundem legitima.

§. II. Quemadmodum autem haeredis institutio est uel *prima* uel *secunda*, siue secundi gradus, quae in specie dicitur *substitutio* LAVTERBACH *tit. ff. de uulgar. et pupill. subst. in princ.* et est uel *directa* uel *obliqua*. Directa iterum uel *uulgaris* uel *pupillaris* uel *exemplaris* siue quasi pupillaris, uel *militaris*, de quibus uideri possunt Dd. *ad dict. tit. ff. et cod. de substit.* ita de quaestionibus, quae circa subiectam nostram materiam in una uel alia specie exsurgunt, primo loco agendum erit.

Heredis institutiones *sunt* multiplices.

CAP. IV.

DE SVCCESSIONE FRATRVM VNILATERALIVM SIGILLATIM.

Fratribus institutis num intelligantur germani, *exclusis* consanguineis *et uterinis.*

§. I.

Atque ita licet *consanguinei* et *uterini* ueri quoque et proprie dicti sunt fratres, negari tamen non potest, quin in casu, ubi quis fratres suos simpliciter haeredes instituit, uel in partem bonorum uocauit, regulariter et, nisi aliunde de alia mente constet, tantum *germani* instituti esse intelligantur, RICK. *de union. prol. cap. 7. num. 33.* et quod proximioribus ex latere uocatis fratres utrimque coniuncti consanguineos et uterinos excludant, RICHTER *de success. ab intest. sect. 3. membr. 1. num. 3. post multos ibidem citatos*, siquidem testator uoluntatem suam secundum ius commune conformasse censetur et paritas gradus non semper paritatem succedendi inducit, sed paritas iuris et uinculi naturalis, quae radix est successionum, RICK. *dict. loc. n. seqq. 35.* in *fratribus* autem *germanis duplex uinculum est*, quod potius debet esse eo, qui unico tantum iure gaudet, §. *2. I. de adopt. leg. pen. u. si uero pater naturalis Cod. eod. leg. 89. de leg. 3.* RICHTER *dict. loc.* Cui accedit, quod testator magis germanos, quam ex uno tantum latere iunctos fratres dilexisse praesumatur, unde etiam legatum fratribus suis simpliciter relictum, tantum germanis relictum censetur, secundum *Paul. de* CASTRO *in leg. fin. n. 6. Cod. de V. S.* et *Didac. Roderic.* ALVARAD. *tract. de coniectur. ment. defunct. lib. 1. n. 29.* MENOCH. *uol. 2. cons. 198. num. 15.*

Qui et quando

§. II. An uero et *quando frater utrimque coniunctus in casu substitutionis fratrem consanguineum excludat*, non usque adeo expeditum est. Circa quam quaestionem diuersi casus distinguendi sunt. *Primus* est, quando pater ex primo et secundo matrimonio filios habens illos haeredes instituit, et illos sibi inuicem *uulgariter substituit*, quo in casu dubitandum non est, quin haeredi deficienti fratres eius, tam consanguinei quam germani, substituti esse uideantur, ideoque omnes aequaliter admitti debeant. Ideo, quod affectio testatoris, cui per uulgarem substitutionem succeditur, eadem est tam erga primae quam secundae uxoris filios, ex quo aeque ei filii sunt et ab intestato quoque deficientis portionem omnes accepturi fuissent MENOCH. *lib. 4. praes. 75. n. 2. et 3.* Vbi tamen *n. 1.* id limitat, quando pater in ipsa institutione expressim re et uerbis instituit duos ex prima uxore et alios duos ex secundo, ut si dixit, Caium et Sempronium filios meos ex Meuia uxore mea prima in una dimidia, et Tirium atque Erotem ex Flauia secunda uxore mea filios in altera dimidia haeredes instituo, quos inuicem substituo, ita, ut hoc casu decedente uno ex his, alter coniunctus re et uerbis praeferri debeat, *per text. in leg. 41. §. 4. ff. de uulg. et pupill. substit. et in leg. un. §. 10. Cod. de caduc. toll.* uid. etiam idem MENOCH. *dict. cons. 198. num. 17.* ubi et hanc rationem addit, ut, quos testator in ipsa institutione praedilexit, etiam in ipsa substitutione praedilexisse dicatur.

frater germanus excludat consanguineos et uterinos? exemplum primum, si instituerit pater.

Exemplum secundum, si pater substituerit uulgariter.

§. III. Secundus casus est, quando *pater filium suum* haeredem instituit et eidem uulgariter fratres suos substituit, reliquit autem fratres tam germanos, quam consanguineos. Quo in casu testatorem fratres germanos intellexisse eosque consanguineis praeferri uoluisse, censendum est, tum ob fraternae affectionis gradum, qui, ut *thes. praeced.* dictum, erga germanos, maiori esse praesumitur, quam consanguineos, tum ob legitimae successionis ordinem, cui testator se conformare, uoluisse praesumitur, *arg. leg. 57. §. 1. ff. ad senat. Trebell. leg. fin. cod. de uerb. et rer. signif.* MENOCH. *dict. lib. 4. praes. 75. n. 21.* qui hanc sententiam etiam in terminis post *Iasonem, Socinum, Decium* et alios ibidem citatos, probat et defendit *lib. 2. Cons. 187. n. 4. et Cons. 198. num. 15.* Eandem tamen limitationem *dict praes. 75. n. 22.* in casu, ubi testator filio suo fratres suos substituit et unum tantum germanum ac alios ab uno latere iunctos reliquit. Siquidem tunc iam dicta coniectura alia fortiori praesumptione et ratione excluditur, atque ut pluralis numerus a testatore prolatus uerificetur, intelligi debent uocati esse fratres etiam uno tantum latere iuncti.

Tertium exemptum, si pater substituerit pupillariter.

§. IV. Tertius casus est, quando *fratres germani* et consanguinei a patre suo inuicem *pupillariter substituti* sunt, ubi quaeritur, an ei, qui haeres exstitit et intra pubertatis annos decessit, omnes tam fratres germani, quam consanguinei substituti esse uideantur; an uero germani consanguineos hic excludant? Et licet hic succedatur non *substituenti*, sed *haeredi pupillo* et causa testati in dubio reguletur a causa intestati, in causa uero hac intestati utrimque coniunctus consanguineum excludat, ideoque multi tantum germanos, exclusis consanguineis, admittendos esse putent, quos allegat MENOCH. *uol. 2. cons. 198 n. 4.* plurimi tamen alii contrarium approbarunt: omnes scilicet defuncti pupilli fratres tam consanguineos, quam ex hac pupillari substitutione admittendos esse. Hac potissimum ratione moti, quod in pupillari substitutione interpretanda *non pupilli*, sed *testatoris* substituentis uoluntas et affectio sit inspicienda, quae hic erga filios suos, licet ex diuerso matrimonio procreatos, eadem et aequalis fuisse praesumitur, ideoque etiam aequaliter uocasse censetur et, quod hic pupillo quidem succedatur, uerum non ex ipsius uoluntate, quam habere non praesumitur §. 1. *inst. quibus non est permiss. facere testam.* sed secundum patris ordinationem, utpote cui lex hoc permisit, ut filio suo impuberi testamentum facere posit, ita, ut tota haec pupillaris substitutio dependeat ex uoluntate patris substituentis, quae ex eius affectione in dubio maxime colligitur, *arg. leg. si seruus plurium §. ult. ff. de leg. 1. l. cum arg. ff. de cond. et demonstrat. leg. cum acutissimi Cod. de fideicommiss. leg. generaliter §. cum autem de instit. et subst.* MANTICA *de coniect. ult. uol. lib. 5. tit. 13. n. 1. et n 3.* ubi hanc sententiam dicit esse communem, MENOCH. *supra cit. cons. 198. n. 3. et cons. 187. n. 41.* it. *lib. 4. praes. 75. n. 12. et seqq.* ubi hanc magis receptam et aequitati consentaneam esse scribit, eandem tamen *num. 14.* etiam limitat, ut locum non habeat, quando fratres germani et uerbis expressim a testatore coniuncti fuerint, uti de uulgari etiam supra dictum.

Quartum exemplum, si pater fideicommittat.

§. V. Quartus casus est, quando v. g. *pater* tres filios ex primo et ex secundo quoque tres liberos habens, illos omnes haeredes instituit, addito fideicommisso, ut, si unus uel alter sine liberis decederet, ipse partem suam reliquis fratribus suis restitueret. Quo in casu fideicommisso aperto et uno ex priori matrimonio mortuo non tantum fratres eius *germani*; sed cum illis simul etiam defuncti fratris *consanguinei* ex secundo matrimonio geniti ad fideicommissum uocati censentur. Ex ratione, quod hoc in casu ad mentem uel uoluntatem testatoris recurrendum sit *l. 17. §. 4. ff. ad SConsult. Trebellian. l. 1. cod. de condit. insert.* Quae colligitur ex eius affectione, ut dictum thesi praecedenti. Haec autem erga omnes fratres illos tanquam testatoris filios eadem fuisse praesumatur, seu hanc sententiam ueriorem ac receptiorem et secundum illam etiam iudicatum esse, testatur PEREGRINVS *de fideicommiss. artic. 20. n 12. et sqq.* Cum quo sentit etiam MANTICA *de coniectur. ultimar. uolunt. lib. 8. tit. 13. circa finem* ubi etiam de communi testatur atque FVSARIVS *de substitutionibus quaest. 79.*

Exemplum quintum si pater substituerit per fideicommissum familiae.

§. VI. *Quintus* casus est, quando testator habens fratres utrimque coniunctos et consanguineos reliquit bona *fideicommisso* supposita pro conseruatione *agnationis* et *familiae*, non nominata persona ipsorum fratrum suorum, sed solum dixit, ut, decedente filio haerede instituto sine filiis, bona subiacere debeant perpetuo fideicommisso pro conseruatione agnationis et familiae. Et quamuis tali in casu fratrem consanguineum in fideicommissis hisce familiarium cum utrimque coniuncto admittendum esse tradant MENOCH. *dict. lib. 4. praes. 75. n. 23* MANTICA *d. tit. 13. n. 4. et seqq.* PEREGRIN. *de fidei commiss. art. 20. n. 12. et seqq.* eo quod et in *feudo duplicitas uinculi non attendatur* et in conseruanda familia eadem militet ratio in consanguineis, quae in utrimque coniunctis. His tamen non obstantibus, contrariam sententiam ueriorem esse puto, quam tuentur GAIL. *lib. 2. obs. 151. n 3.* CHRISTIN. *uol. 1. decis. Belgic. 195. n. 2.* Tiber. DECIAN. *uol. 1. cons. 16. n. 19.* KNIPSCHILD. *de fideicommiss. famil. nob. cap. 9. num. 40.*

et

 et seqq. et alii ab his citati propter expressam iuris regulam utrimque coniunctos consanguineis praeferentem *in auth. itaque cod. commun. de success. et in auth. defuncto cod. ad sen. Tertull. item in auth. cessante et auth. post fratres cod. de leg. haered.* Quae licet in feudis, in quibus aliud specialiter contra iuris ciuilis dispositionem constitutum est, non obseruetur, in fideicommissis tamen tenaciter seruanda. Vtpote in quibus non iuxta ius feudale, sed ciuile successio fit. Vt ideo ex allegata rationis identitate argumentari non liceat, ubi aliud de iure expresse est constitutum, *Nou. 82. cap. 4. de causis quae X. de offic. deleg. cap. fin. X. de transact. leg. 1. §. 1. ff. ad senat. Turpill.* KNIPSCHILD. *dict. loc. num. 42.* Fratribus autem utrimque coniunctis non existentibus, consanguineos ad haec fideicommissa admittendos, hosque foeminas excludere, dubium non habet. Cum agnati sint et familiam conseruent KNIPSCHILD *dict. loc. n. 43.*

Exemplum sextum, si fratres instituat frater.

§. VII. Idem etiam in alio fideicommisso *fraterno*, uerius esse censendum est, quando v. g. testator, et germanos et consanguineos habens fratres, filium suum unicum haeredem scribit, simulque iubet, ut, illo sine liberis mortuo, haereditas fratribus suis restituatur. Quamuis enim hoc in casu haeredi defuncto omnes eius patrui simul ab intestato succederent: attamen cum in fideicommisso non grauato, sed testatori succedatur, subintrando scilicet in locum grauati *argum. l. 41. §. 3. ff. de uulgar. et pupill. subst. l. 67. §. 1. ff. de legat. 1.* FVSARIVS *de substit. quaestion. 274.* et hic quoque ad uoluntatem et affectionem testatoris fideicommittentis respiciendum sit, qui utique fratres suos utrinque coniunctos magis amasse praesumitur, PEREGRINVS *dict. tract. artic. 20. n. 19.* FVSARIVS *de substit. quaest. 79. n. 31. et 37.* Idem existente hac conditione fideicommissum fratribus tantum germanis restituendum esse, iam dicti Ddres recte statuunt. Id quod tamen limitatur 1) si in fideicommisso particula uniuersalis sit addita et haeres omnibus fratribus testatoris haereditatem restituere rogatus fuerit; tunc enim ui particulae uniuersalis etiam consanguinei uocati censentur, PEREGRIN. *de fideicomm. artic. 20. num. 21.* FVSAR. *de substit. quaest. 79. numer. 43.* 2do) limitatur, si unus tantum extaret frater utrinque coniunctus et testator plurali numero usus, fratribus fideicommissum reliquerit, siquidem et hoc in casu consanguinei admittuntur, *l. fin. ff. ad Sconsultum Trebell.* PEREGR. *dict. artic. 20. n. 20.* FVSAR. *dict. quaest. 79. n. 40.* Sicuti in casu contrario, si testator ad fideicommissum fratrem in numero singulari uocauerit, plures uero reliquerit fratres, utrinque coniunctos, omnes illi uocati censentur, argum. *l. 17. §. 1. ff. de legat. 1. l. 16. §. 1. de testament.* A *tutel.* CRAVETTA *cons. 161. n. 4.* FVSAR. *dict. tract. quaest. 349. n. 3.*

Quid in successione ab intestato, si liberi ex diuerso sint matrimonio?

§. IIX. Cessante autem prima et secunda haeredis institutione et ubi pactis nihil conuentum reperitur, succedit legitima successio, quae describitur, quod sit ius acquirendi haereditatem a lege, citra dispositionem hominis delatam, STRYK. *de success. ab intestat. diss. 1. cap. 1. §. 61.* Vbi quoad primum ordinem successionis, B scilicet descendentium de liberis ex diuersis matrimoniis procreatis, de iure ciuili expeditum est, quod illi si ab uno patre progeniti sint, in paternis aequaliter, in maternis uero quilibet matri suae succedat, *leg. 4. cod. de secund. nupt.* si ab una matre, in maternis aequaliter, in paternis autem quilibet patri suo succedat, *l. 4. et 5. cod. dict. tit.* RICHTER. *de success. ab intest. sect. 1. membr. 1. num. 17.* Nisi unio C prolium facta fuerit, quae legitimis requisitis concurrentibus, etiam de iure communi ad exemplum adoptionis uel arrogationis subsistit GAIL. *2. obseru. 125. n. 6.* et hoc operatur, ut bona utriusque matrimonii parentum, uel etiam liberorum (quae scil. a suis habent, uel exspectant parentibus) communicentur et quasi uniantur, hoc est, quoad parentum successionem utriusque matrimonii libe- D ri aequaliter uocentur ac tantisper omnes liberorum loco habeantur, RICK. *de union. prol. cap. 7. n. 1.* Id quod ampliatur 1) ut licet altera pars nullos habeat liberos, neque ex matrimonio subsecuto ullos suscipiat, tamen unio firma maneat et liberi prioris matrimonii ei succedant ab intestato, cui per unionem liberi facti sunt, MARPVRGENSES *uol. 1. cons. 8. per totum,* MVSCVLVS *de success. conuent. membr.* E *3. n. 124. et seqq.* MEYER. *in colleg. iur. Argent. ad tit ff. de adopt. n. 69. ubi sententiam hanc communiorem esse dicit: a qua dissentit* BOCER. *class. 1. disp. 12. th. 16.* 2do) ampliatur, ut, sicuti illa secundum ueriorem et communiorem hanc sententiam nullis liberis existentibus non rescinditur, ita nec si plures nati fuerint, ut deinde liberi unius matrimonii enormiter laesi uideantur, nec beneficium *l. 2. cod.* F *de rescind. uend.* nec restitutio in integrum locum habeat, MVSCVL. *dict. membr. 3. num. 143. et seqq.* KLOCK. *uol. 3. cons. 160. num. 43. et seqq.* Cum haec laesio tempore contractus non apparens, sed ex postfacto contingens ob incertitudinem euentus attendenda non sit, nisi dolus interueniat. STRYK. *de success. ab intest. diss. 8. cap. 6. §. 32.* ibique alleg. RICK. *dict. tract. cap. 10. n. 9. et seqq.* 3tio) ampliatur, quod,

Et tamen in unione prolium.

G licet pactum hoc unionis prolium testandi facultatem quoad proprios naturales liberos suos, itemque de bonis in unionem non deductis etiam quoad liberos unitos non adimat, non tamen ipsa unio ultima uoluntate reuocari, neque etiam

CAP. IV.

de bonis in unionem deductis, quoad liberos alterius matrimonii per unionem ascitos, testamentum condi et ius, per pactum illud quaesitum, liberis aufferri possit, per ea quae tradit STRYK. *dict. cap 6. §. 29.* 4to) ampliatur, quod etiam in casu, ubi e. g. Titius, prima uxore sua mortua, superinducit filiis ex illa susceptis nouercam cumque ea in tractatu sponsaliorum in debita forma liberos ex priori matrimonio natos et sequenti nascendos unit, post existentibus et relictis ex utroque matrimonio liberis in fata concedit, uidua uero, dono continentiae non praedita, alium maritum ducit et cum eo liberos gignit, pactum hoc irreuocabile atque firmum sit et maneat, liberi autem superuenientes in partem bonorum maternorum saltem uirilem pacto quasi tacite quoad eorum personas eatenus repetito, uocari debeant, uid. RICK. *dict. tract. cap. 7. num.* 164.

Num querela inofficiosi detur fratribus unilateralibus?

§. IX. Illud etiam circa causam testati notari meretur, quod querela inofficiosi testamenti, quae consanguineis et germanis, fratre praeterito siue exheredato, et turpi persona instituta competit, fratribus uterinis non detur, ideoque hic linea paterna maternae praeponderet, *l. 27. ibique* BRVNNEMAN *et Doctores cod. de inoffic. testam.* illudque nec nouo iure mutatum sit. Quanquam enim nouo hoc iure uterini cum consanguineis admittantur *Nou. 118. cap. 3.* argumentum tamen a legitima successione ad hanc querelam affirmatiue non procedit, argum. *l. 1. ff. de inoffic. testam. §. 1. inst. eod.* Quod autem noua lege specialiter mutatum non est, illud ueterum legum regulis relictum censetur *l. 32. §. fin. cod. de appellationibus.* Et licet in *dict. leg. 27.* consanguineorum fiat mentio, non tamen existimandum est, quod germani idcirco ab hac querela exclusi sint, utpote qui consanguinei etiam sunt et consanguineorum nomine ueniunt, *Nou. 84. c. 81.* Sed quod in contrarium fratres germani illis praeferantur et *hisce* existentibus, *illis*, consanguineis scilicet, haec actio non competat. Siquidem germanos a legitima fratrum successione consanguineos tantum excludere, manifestum ex *Nou.* 118. Quicunque autem aliquem a legitima successione excludit, ille eundem quoque ab hac querela excludit, argum. *l. 16. §. 1. et l. 14. ff. de inoff. test.* Nisi germanus querelae illi renunciauerit, tunc enim consanguineus admittendus erit, siquidem successorium edictum inter personas diuersi ordinis locum habet, *STRVV. syntagm. iur. ciuil. exerc. 10. th. 19.* ZOESIVS *ad tit. ff. de inoff. testam. n. 64.* BACHOV. *ad Treutler. uol. 1. disp. 13. th. 5. lit. C. et D. per leg. 5. et leg. penult. princip. ff. de inoff. testam.*

§. IX. X. XI.

Num in successione respiciantur bona, cuique parenti quaesita?

§. X. Illud autem, quod, unione hac non inita, in liberis diuersorum matrimoniorum circa successionem iuris esse *thes. praeced.* dictum est, eo extenditur a Dd. quod quilibet praeferatur in bonis quaesitis patri ex matre sua et e contra. Ita ut e. g. ad bona materna omnia, quae quocunque modo ex bonis matris ad maritum peruenerunt, referri eorumque separatio a liberis diuersorum matrimoniorum indulgeri debeat, asserendo: liberos prioris matrimonii lucra nuptialia matris suae praecipua capere, liberos uero posterioris matrimonii etiam suae matris lucra uel quae uigore statuti a matre ad patrem peruenere, CHRISTIN. *uol. 4. dec. Belgic. 62. num. 3.* BRVNNEM. *ad l. 4. cod. de sec. nupt. n. 3.* Adeo, ut haec ipsa lucra capiant liberi, etiamsi patris sui haeredes non sint, RITTERVS. *ad Nou. part. 7. cap. 4. n. 9.* BARRII *de successʃ. lib. 16. tit. 1. n. 14.* Quae tamen extensio paulo liberalior, ideoque distinguentium opinio iuri et rationi magis conueniens uidetur: *an scilicet bona iure usus fructus a priori coniuge ad patrem peruenerint, an uero pleno iure superstiti quaesita sint*, ita, ut *isto* casu redeant ad liberos prioris matrimoni, ilique bona ista capere possint, etiamsi patris haereditate se abstineant, *hoc* autem casu liberi diuersorum matrimoniorum aequaliter succedant, uti pluribus demonstrat et exemplo lucri statutarii declarat STRYK. *de successʃ. ab intest. diss. 1. c. 2. §. 7. 8. et 9.* Vbi praeterea etiam bene notandum, quod sicuti uxor binuba teneatur liberis prioris matrimonii reseruare lucra nuptialia a primo marito quaesita, ita secundi matrimonii liberis a secundo marito sibi donata uel relicta reseruare teneatur, siue ad tertias nuptias se contulerit siue non, BRVNNEMAN. *ad leg. 4. cod. de secund. nupt. num. 1. et 2.*

Num hic locus etiam liberis matrimonii putatiui, ceterat

§. XI. Et haec, quae de successione liberorum dicta sunt, extenduntur primo, siue nati illi sint ex uero siue *putatiuo* matrimonio, RICHTER *de succ. ab intest. sect. 1. membr. 1. n. 4.* Vbi ex Schurero de haereditatibus, quae ab intestato deferuntur, duo praeiudicia adfert. 2do siue sint masculi, siue foeminae, utpote differentia in successione bonorum allodialium hodie sublata *per Nouell. 118. c. 1. in fin.* 3tio siue sint sui siue emancipati, *leg. fin. cod. de legitim. haeredibus dict. Nou. 118. cap. 1.* cum et illa differentia patriae potestatis et emancipationis hodie sublata sit, et liberi parentibus iure sanguinis succedant, RICHTER *dict. loc. num. 7.* 4to siue sint iam nati, siue posthumi, licet hi ex utero sint exsecti *l. 12. princ. ff. de liber. et posthum.* aut statim in manibus obstetricis exspirarint, modo motus, anhelitus, aut alii uitae indices in iis deprehensi, *l. 3. ibique* BRVNNEMANN. *cod. de posthum. haeredibus instituend.* CARPZOV. *part. 3. const. 17,*

de-

definit. 18. 5to siue sint praesentes, siue absentes et ab hostibus reuersi, *l. 1. §. 7. ff. de suis et legitim. haeredibus.* 6to) siue ab initio legitime nati, siue ex post facto legitimati sint. Id quod in legitimatis per subsequens matrimonium dubium non habet, *l. 10. cod. de natural. liber. Nou. 12. cap. 4. Nou. 89. cap. 8.* In legitimatis autem per rescriptum principis tum demum procedit, quando liberi iusti ante hanc legitimationem non exstiterunt, aut si adfuerint, pater in libello illorum mentionem fecerit, et deinde legitimatio ex plenitudine potestatis atque cum clausula *non obstante* a principe facta fuerit, STRYK. *de success. ab intest. diss. 1. cap. 2. §. 1. 72. et 74.* Siue 7timo) naturales et legitimi, siue legitimi tantum, seu adoptiui fuerint, utpote qui cum liberis ex iusto matrimonio natis durante adoptione ab intestato patri adoptiuo in allodialibus, non autem matri succedunt, *l. 5. cod. de suis et legit. haered. l. pen. §. 1. uers. sed siquidem cod. de adopt.* illibato interim manente iure succedendi patri naturali, licet ab ascendente adoptio facta fuerit, uti contra BACHOV. *ad Treutler. uol. 2. disp. 16. th. 2. lit.* 1. in fine sentiunt STRVV. *dict. exercit. 38. th. 21.* STRYK. *dict. diss. 1. cap. 2. §. 39. aliique ab his citati.* Plura de successione adoptiuorum uid. apud SCHNEIDEW. *in comment. ad tit. inst. de haered. quae ab intest. defer. de successione filiorum adoptiuorum seu legitimorum tantum.* Vbi etiam in sequentibus de differentia liberorum naturalium tantum et superiorum seu uulgo quaesitorum atque ex

A damnato coitu procreatorum agit. Et licet de ciuili per tradita ibidem diuersitas sit inter eos, qui nati sunt ex concubina, quam scilicet quis unicam indubitato affectu domi loco uxoris habuit, qui et bastardi appellantur et eos qui spurii seu uulgo quaesiti appellantur. Hodie tamen abrogato concubinatu per reformationem politicam imperii de anno 1548. tit. *uon leichtfertiger Beywohnung*, B spurii et naturales promiscue sumuntur et indigitantur illi, qui suscepti extra nuptias ex coitu cum soluta, quae ob libidinem corporis sui copiam non omnibus nec palam uel publice facit RICHT. *de success. ab intest. sect. 1. membr. 3. n. 5. ibique citat.* FORSTER. *de success. lib. 6. cap. 46. num. 9.* STRVV. *dict. exerc. 38. th. 23. et exercit. 30. in fin.* MVLLER *ad Struu. dict. exerc. 38. th. 22. in fine.* Hi uero liberi patri aliisque C agnatis non succedunt, nisi pater naturales et legitimos simul nullos habuerit, quo in casu sextantem, hoc est, duas uncias ex haereditate patris saltem, non etiam aui uel proaui uiriliter cum matre diuidendas consequuntur, *Authent. licet cod. de natural. liber.* Matri autem et aliis per maternam lineam coniunctis una cum liberis legitimis succedunt, RICHT. *dict. loc. n 6. 7. 8. et 9.* nisi mater illustris fuerit et D liberos legitimos habeat, *leg. pen. ibique* BRVNNEM. *cod. ad SConsult. Orphit.* Id quod tamen ad nobiles extendendum non est, per tradita MEVII *part. 2. decis. 83.* BRVNNEM. *ad leg. 4. ff. unde cognati num. 3.* ESBACH. *ad Carpzou. part. 3. const. 14. defin. 12. n. 1.*

CAP. V.

DE

EXCLVSIONE LIBERORVM A SVCCESSIONE.

CAP. V. Exclusio liberorum 1) separatione, durch Absonderung.

§. I.

EXcluduntur uero a successione liberi per expressam bonorum separationem *durch Absonderung.* Maxime si parens, ad secunda uota transiens, partem bonorum liberis assignauerit, ita, ut hoc casu penitus a familia separentur et ne quidem legitima iis debeatur, MEVIVS *ad Ius Lubec. tit. 1. artic. 8. num. 13. 14. et 15.* sed quoad iuris effectum hi liberi instar iuste exhaeredatorum habeantur, LYNCKER *in Analectis ad Struuium tit. de liber. et posthum. th. 26.*

2) diuisione, ubi communio bonorum, durch Abtheilung. De qua Brandenburgici *electoris edictum in* Westphaliae *prouinciis 1686.*

§. II. Atque huc etiam spectat, quando, alterutro coniugum mortuo, pars superstes ad secunda uota transiens statuto aut consuetudine eo redigitur, ut, propriis suis et defuncti adeoque *omnibus bonis in unam massam* coactis, deinde liberis *semissem* concedere teneatur. Licet enim, ui communionis bonorum, per edi- E ctum serenissimi principis et electoris *Brandenburgici*, FRIDERICI WILHELMI gloriosissimae memoriae, *in Ducatu CLIVIAE et comitatu MARCANO, omnia bona, tempore primi matrimonii, pro dimidia parte ad demortuum parentem pertinuisse dicas*, et idcirco statuendum esse uideatur; quod *semis*, quam liberi accipiunt, sit haereditas et patrimonium *defuncti* tantum, non etiam *legitima* ex bonis *su-* F *perstitis* simul acquisita, utpote in uita eius neque debita neque delata, ideoque praeterea et ad huius successionem post mortem admitti adhuc debeant, ueluti hac potissimum ratione motus respondit GOEDDAEVS et cum eo facultas iuridica *Marpurgens. uol. 1. cons. 26.* non his tamen, sed iurisconsultis Giessensibus (qui, referente CRVSIO *ad ius statutarium Mindense lib. 2. tit. 16.* contra Marpurgenses hoc in passu deciderunt) assentiendum esse, iudica-

§. III. Nam portio illa unius, an utriusque parentis sit legitima? Rationes negantes.

Rationes adfirmantes.

CAP. V.

dicarunt nobilissimi *ICti* MARCANI et practici, dum uiuerent famigeratissimi *Carolus Iohannes* WORTMANN *iurium doctor et professor Hammonensis* et post potentissimi regis *Porussiae, domini nostri clementissimi, consiliarius intimus Regiminis Cliuo Marcani* et *Franciscus* NEVHAVS, *I. V. D. et consul ciuitatis primariae Hammonensis in speciali, quod extat responso.* Idque ideo, quod licet omnium tam *illatorum* quam *acquisitorum* inter coniuges *communio* fit, ea tamen operetur tantum dominium reuocabile, communione autem et societate illa per mortem dissoluta, quilibet coniugum ante omnia ex communibus et constante matrimonio comparatis, suum patrimonium, quod habuit tempore initi matrimonii, deducat, et tum *quaestuum*, qui supersunt, sua cuique pars adiudicetur LAVTERBACH *dissert. singul. de soc. bon. coniug. cap.* 5. §. 12. Ita, ut dum pars superstes per statutum uel consuetudinem eo redigitur, ut propriis suis bonis in *unam massam* cum defunctae coniugis bonis coactis, deinde liberis prioris matrimonii in uniuersa illa massa seu uniuerso patrimonio semissem concedere teneatur, nemo non dicere debeat ex utriusque bonis *legitimam acceptam*, eamque non solum ut paternam, sed etiam ut maternam in uita superstitis statuto aut consuetudine assignatam esse, CRVSIVS *dict. tract. lib.* 2. *tit.* 2. *artic.* 18. *decis.* 2. et semis haec non sit dimidia bonorum utr[?]usque coniugis STRYK. *de success. ab intest. diss.* 4. *cap.* 3. *n.* 65. ideoque pars superstes bona etiam sua diuidere dicatur, COTHM. *uol.* 5. *resp.* 5. *num.* 107. Id quod ex hoc unico etiam manifestum est, quod pars superstes partem dimidiam bonorum etiam eorum, quae in uiduitate ad eam peruenerunt, tempore secundarum nuptiarum liberis prioris matrimonii relinquere cogatur, ideoque pars dimidia, quam accipiunt, non possit tantum dici haereditas defuncti, COTHM. *dict. resp. n.* 110. Et diuisio, quae fit inter parentem superstitem et liberos, nihil aliud esse dicatur, quam quaedam legitimae liberis natura debitae assignatio COTHM. *uol.* 3. *resp.* 44. *num.* 30. Ita ut licet uiuentis nulla sit haereditas, hic tamen superstes quoad liberos, diuisione hac a se separatos, pro mortuo habeatur et liberi circa bona et successionem pro iis, qui emancipati sunt, aut alias ex potestate patris exierunt, imo pro exheredatis, pro extraneis et dissortibus, seu qui a paterna maternaque domo & familia exclusi sunt, uid. latius hac de re MEVIVS *ad ius Lubec. part.* 2. *tit.* 2. *artic.* 2. *num.* 111. *et seqq. et artic.* 33. *num.* 115. *et seq.*

Quae iura, excludendi liberos, quibus cum semel diuisum ab hereditate u-

§. III. Et hoc, quod liberi *per praefatam semel factam diuisionem a successione parentis, cum quo confusa bona diuiserunt, ab ulteriori successione excludantur*, pluri mis in locis Germaniae obseruatur, uti uidere est apud CRVS. *dict. tract. lib.* 2. *tit.* 2. *decis.* 2. LAVTERBACH. *de differ. iur. ciuil. et Hamburg. c.* 2. §. 82. MEVIVM *ad ius Lubec. d. p.* 2. *tit.* 2. *artic.* 2. *n.* 29. *aliosque supra citatos authores.* Atque tunc illud apud omnes etiam ipsum GOEDDAEVM *dict. vol.* 1. *consil. Marpurg.* 26. *num.* 164. extra controuersiam est, ubi statutum parenti superstiti, ad secunda uota progredienti, non solum aliquid faciendum uel praestandum liberis imponit, ueluti ut semissem bonorum tradant, sed etiam ulterius progreditur, disponendo de successione, MEV. *dict. loc. num.* 168. exempli gratia, quod coniux coniugi succedere debeat et plane liberi hi prioris matrimonii, etiam non existentibus ex secundo thoro liberis, per superuiuentem coniugem a successione excludantur: consequens est, quod multo magis eo casu, ubi ex secundo thoro liberi adsunt, illi in primo matrimonio progeniti ab ulteriori successione excludantur et per fictionem iuris pro mortuis habeantur, COTHM. *lib.* 3. *resp.* 9. *n.* 10. *et resp.* 44. *n.* 27. HAHN. *de iure rer. c.* 72. *n.* 19. *Hartm.* PISTOR. et alii allegati a MEVIO *dict. artic.* 33. *n.* 128.

§. II.III.IV. triusque parentis plurimis Germaniae principiis sunt communia.

§. IV. Neque aliter iura, patriae meae propria, ALTENAENSIA. Illis enim eiusmodi liberos, diuisione semel locupletatos, in ciuitate, utroque casu, siue adsuerint liberi ex secundo thoro siue non, statuto exclusos illudque semper et ultra hominum memoriam taliter atque non alio modo obseruatum fuisse, constat ex documento *publico magistratus* ibidem *de dato* 2. *Maii* 1667. item *documento iudiciali* de dato 20. *Octobr.* 1679. Vbi notandum, quod consuetudo optima statutorum interpres sit, ita, ut licet allegatum statutum ALTENANVM mutuam coniugum successionem statuendo, de eo casu, quando liberi ex *priori* matrimonio adsunt, uerbis expressis non loquatur: talis tamen consuetudo declaratiua operetur, quod in statuto uideatur expressus ille casus, quem consuetudo haec comprehendit atque adducit, statutumque etiam plane ad impropria contra ius commune extendatur, neque consuetudo illa interpretatiua noua dicatur *consuetudo*, diuersa ab ipso statuto; sed uere dicatur, ipsum statutum loqui per consuetudinem sic explicatam. Idque et praescriptionem non requirat, sed plane sufficiat, ita longo tempore iudicatum et creditum fuisse. Item, quod hoc in casu sufficiant etiam testes non iurati atque, altera parte absente, recepti. Veluti haec in casu simili tradit et eleganter deducit *Tiber.* DECIAN *uol.* 2. *consil.* 44. *a num.* 3. *usque ad num.* 25. uid. quoque KLOCK. *tom.* 3. *consil.* 101. *num.* 353. et GOEDDAEVS *uol.* 3. *consil. marpurg.* 26. *n.* 28. Simile quoque statutum exstat *Hildesiae*, HAHN. *dict. tract. cap.* 9. *n.* 18. ubi illud refert

Nominatim consuetudo haec patriae meae Altenae est solennis fide publici instrumenti 1667.

idem iuris per Hildesiae statuta.

fert et eiusmodi ſtatutum ualere, atque in *camera imperiali* approbatum eſſe, ex Gailio demonſtrat. Cui eonueniunt ea, quae olim tradidit facultas HEIDELBERGENSIS et extant *tom. 2. conſil. Germaniae 33. n. 2.* Scilicet, quod hoc ſicuti ſtatuto ita et couſuetudine induci poſſit, eaque hoe in caſu non differant, niſi ut tacitum et expreſſum et ualeat omnino talis conſuetudo uel ſtatutum, *ut coniuges inter ſe, etiam liberis extantibus, ſuccedant.*

Ad hanc normam etiam explicanda ſunt dotalia pacta.

§. V. Vnde dubitandum non eſt, quin talia ſtatuta per ſe ualida et in tot ac tantis Germaniae prouinciis atque emporiis reeepta, omnino ſeruari atque iuxta ea ſucceſſio regulari debeat, niſi in *contractu matrimoniali* ſeu pactis dotalibus aliter eonuentum fuerit. Vtpote quae omni iuri, legibus ſcriptis et conſuetudinibus locorum derogent, ita tamen, ut C eaſus non expreſſus ex diſpoſitione iuris ſtatutarii decidendus ſit. Ideoque ſi e. g. in his pactis ſueceſſio ſtatutaria coniugum, in caſu non exiſtentium liberorum ex ſecundo thoro, excluſa tantum fuerit, de coetero tamen illud in caſu exiſtentium ex hoc ſecundo thoro liberorum adeoque in totum ſublatum eſſe, dici non poſſit, HEESER *de bon. et acq. coniug. comm. part. 2. loc. 10. num. 17.* Id D quod ex iis etiam manifeſtum eſt, quae de communione bonorum inter coniuges ſtatuto uel conſuetudine recepta traduntur. Scilieet, quod ea quidem ex pactis dotalibus formari, reſtringi et amplificari poſſit, MEV. *ad ius Lubec. lib. 1. tit. 5. artic. 5. n 37.* Ita ut ſi e. g. pactis dotalibus conuentum fuerit, ut ſua quisque debita, ante matrimonium contracta, de ſuo ſoluere, eoque fine inuentaE rium conficere debeat, qui actus alias ſocietati contrarius eſt, uel praedium certum reſeruatum, uel etiam bonorum utrinque allatorum reuolutio in caſu non exiſtentium liberorum ſtipulata ſit: de reliquo tamen haec communio bonorum ſtatuto introducta non ceſſet, ſed ſecundum eam procedi et iudicari debere, extra controuerſiam ſit, *Lambert.* GORIS *in ſuis aduerſ. tr. 1. cap. 4. num. 18. d.* 19. F *et in not. ad cap. 5. n. 5. et ad cap. 8. num.* 1.

De iure Cliuenſium *ordinibus nobilibus hic proprio.*

§. VI. Eſt autem ab hoe iure ſucceſſionis diuerſum et ſingulare ius *nobilium Cliuenſium ac Markenſium.* Vtpote de quibus notum eſt, *primo* quod, teſte litera ſupra memorati edicti, communio bonorum coniugalis inter eos locum non habeat; *deinde*, quod, ex conſtitutione ducum *Cliuenſium* IOHANNIS patris et filii *de anno* 1510. Lunae poſt dominicam G oculi, primogenitis praerogatiua quaedam debeatur, ita ut ſi e. g. *plures fratres ab eodem patre ſiue ex uno ſiue ex diuerſis matrimoniis nati adſint, primogenitus, ſi modo capax ſit, principem et optimam do-*

In primogenitura.

A *mum uel arcem atque ea, quae foſſis, uallis et muris continentur, praecipuam capiat et retineat.* Atque eorum iure ſi plures domus areeſue adſint, *ſecundo genitus* ſeeundam et *tertio genitus* tertiam, ille uel illi autem ea, quae muris, foſſis et uallis non continentur, a reliquis fratribus et ſororibus, *tot rede lincker maten* uti aiunt, principes, id eſt, pretio ex bono et aequo definito, redimere cogatur, B *uid.* FELTMAN *de iure in re et ad rem c. 15. n. 23. 24. 25. 26.* ESBACH *ad Carpz. part. 3. conſt. 15. def. 25.* Vbi ambo laudati authores tenorem dictae conſtitutionis in clauſula concernente referunt, eaque etiam ad lineam collateralem extenſa in Receſſu prouinciali CLIVO *Marcano de an. 1660. §. laſſen wir auch ferner etc.* Et uti in filiis eodem modo etiam in filiabus locum habet, ita, ut ſicuti maxima natu primam, ita altera alteram capiat; FELTMAN *dict. loc. n. 28.* In iis uero praediis tantum obtinet, quae nos dicimus *Ritter-Sitze* etiam ſi pleno iure pertineant ad ordinis equeſtris homines, quae uulgo *allodialia bona* audiunt, non uero ad alia aedificia et praedia extenditur, idem FELTMAN. *d. l. n. 29.*

Statutum Cliuenſe *et* Marcanum 1660.

§. VII Similis eſt conſtitutio electoris Colonienſis *im Ertz-Stifft Cöllniſcher Rechts-Ordnung, tit. 6. §. 12.* ESBACH *dict. loc.* ubi uerba etiam ordinationis refert, quae continent, *daß im Fall nur ein Stamm-Hauß oder Adelicher Sitz uorhanden, ſolchem der älteſte Sohn ſampt deſſen Graben und Beyfang, auch was darin gelegen, als Garten und Baum-Garten auch daſelbſt uorhandene Geſchütz und was im Hauſe mehr nagelfeſt iſt, neben darzu gehöriger* Iurisdiction *und darabfallender Nutzbarkeit, Iagd- und wilder Fiſcherey auf flieſſenden Waſſer uorab, ohne einige Erſtattung nehmen und behalten möge: Wann aber mehr Adeliche Häuſer oder Sitze uorhanden, und der älteſte Bruder darauf eines erwehlet, als dann der zweyter Bruder das andere Hauß oder Sitz, ebener Geſtalt uorauszunehmen berechtiget ſeye, und es alſofort mit dem dritten und folgenden Brüdern, dafern noch mehr Häuſer uorhanden, gehalten werden ſolle.* Et licet *ordinatio* haec dict. *tit. 6. §. praeced. 2. et 4.* diſponat, quod, exiſtentibus maſculis, filiabus certa dos pro ratione uel modo bonorum ſcilicet duorum, trium uel quatuor aut maxime quinque millium imperialium conſtitui, reliqua uero bona fratribus relinqui debeant: non tamen certi quid hoc in genere in ducatu *Cliuenſi* et comitatu *Marcano* conſtitutum: ſed ſaluo praecipuo diuiſionem faciendam aut ſorores ex interdicto quorum bonorum immittendas eſſe, iudicatum eſt in cauſa ſororum *de Wrede contra fratres de Wrede Cliuis* 10. *April.* 1677. ubi uerba ſententiae ita habent, *in Sachen der etc. etc.*

De iure hic Colonienſi.

CAP. VI.

DE

ASCENDENTIVM SVCCESSIONE CVM FRATRIBVS VNILATERALIBVS.

§. I. Deficientibus primi ordinis successoribus, turbato mortalitatis ordine, proximi defuncto sunt ascendentes, puta parentes utriusque sexus et qui horum appellatione continentur, quales sunt auus, proauus atque omnes superiores, *l. 51. ff. de V. signif.* Qui non tam ex uoto naturae, quam pietatis ac commiserationis ratione *l. 7. §. fin. ff. si tab. null. ex tab.* ad liberorum ex se genitorum successionem uocantur, *l. 15. ff. de inoff. testam.* Et hi quidem succedunt seruata gradus praerogatiua absque ulla differentia inter bona paterna ac materna. Ita ut in pari gradu existentes filiis suis aequaliter succedant, nulla bonorum distinctione adhibita, unde ea ad filios peruenerint, *dict. nou. 118. cap. 2.* MYNSINGER *cent. 6. obs. 55. ubi secundum hanc sententiam in camera pronunciari solere asserit,* FACHIN. *lib. 6.* A *controu. 4.* WESENBEC. *ad* SCHNEIDEV. *de secund. ord. succed. n. 22.*

§. II. Sed si cum fratribus aut sororibus defuncti concurrant, cum his aequaliter in capita seu partes uiriles succedunt, dummodo utrinque seu ex utroque parente defuncto coniuncti sint. Haud idem erit, si ex *uno latere coniuncti* fuerint. Quo casu enim parentibus non concurrunt, sed hi, exclusis istis, soli succe- B dunt. Quod adeo uerum est, ut ne quidem frater consanguineus cum patre, aut uterinus cum matre ad successionem simul admittatur, *dict. nou. 118. cap. 2. nou. 127. cap 1. ubi soli fratres utrinque coniuncti, cum parentibus admittuntur,* WVRMBSER. *practic. obseru. tit. 41. obs. 51.* RICHT. *de success. ab intest. sect. 2. membr. 1. n. 21.* SANDE *lib. 4. tit. 8. defin. 4.* CARPZOV. *lib. 3. const. 17. def. 5.* FOERSTER *de success. ab intest. lib. 7. cap. 8.*

CAP. VII.

DE

SVCCESSIONE COLLATERALIVM EX DIVERSIS MATRIMONIIS.

Fratres tantum bilaterales qui heredes.

§. I. Deficientibus DESCENDENTIBVS et ASCENDENTIBVS ex omnibus COLLATERALIBVS primo loco ad successionem uocantur *fratres* ex utroque latere iuncti; una cum aliorum praedefunctorum fratrum germanorum filiis. Qui cum illis in stirpes succedunt, tantam partem accipientes, quantam eorum parentes si superstites, accepturi essent, *nou. 118. c. 3.* Ita, ut soli etiam fratrum utrimque D coniunctorum liberi de iure ciuili fratres uterinos et consanguineos excludant, ac reliquis omnibus collateralibus praeferantur propter ius repraesentationis et duplicitatem uinculi, SCHNEIDEV. *ad tit. I. de haered. quae ab int. defer. de tert. ord. succed. n. 16.* BERLICH. *part. 3. concl. 24. num. 58.* etiamsi de successione patrui utrinque coniuncti quaestio sit COTHM. *uol. 3. resp. 25. n. 1.*

Quod discrimen post fratres non attenditur.

§. II. Est uero hic notandum, praerogatiuam hanc duorum uinculorum et priuilegium repraesentationis in linea collaterali ultra fratres et illorum liberos non extendi. Adeo, ut illud nec in nepotibus illorum locum habeat et per consequens fratrum germanorum nepo- C tes fratres ex uno latere iunctos non excludant, *nou. 118. cap. 3.* CARPZOV. *part. 3. const. 18. def. 10. num. 3.* BERLICH. *d. loc. num. seq. 59.*

Successiones uterinorum et consanguineorum.

§. III. Post iam dictos autem fratres germanos eorumque liberos ad successionem uocantur *fratres altero* tantum *parente* coniuncti, puta consanguinei et uterini, *authent. post fratres cod. de legitim. haeredib. nou. 118. cap. 3. u. his autem non* D *existentibus.* Et hi quidem si soli fuerint, perinde, ut utrimque coniuncti aequaliter in capita seu portiones uiriles sine ulla bonorum distinctione uocantur, *dict. nouell. 118. cap. 3. IX. his autem etc.* Modo omnes eiusdem generis sint, hoc est, si omnes aut sint consanguinei tantum aut uterini tantum *dict. nouell. 118.* Sed quid si *diuersi* generis fuerint, puta si defunctus reliquerit fratres *consanguineos* et *uteri-* E *nos simul,* quaeritur: annon hoc saltem casu bona discernenda sint, ut illi in *paternis*, hi in *maternis*, in reliquis autem siue aliunde acquisitis omnes aequaliter seu uiritim succedant? Et licet a multis doctoribus hoc asseratur, ita ut paterna paternis et materna maternis deferantur: ueriorem tamen et rectiorem contrariam sen-

fententiam effe cenfemus. Scilicet nullam hoc cafu bonorum diftinctionem concedendam, fed uniuerfam haereditatem defuncti inter confanguineos et uterinos aequaliter diuidendam effe. Vt unam mediam ferant paterni, alteram materni, per ea quae tradunt VINNIVS *lib. 2. felect. quaeftion. cap. 31.* Quae fententia etiam meruit affenfum camerae imperialis teftibus MYNSINGERO *lib. 6. obf. 55. et Hartmanno* HARTMANNI *practic. obferu. tit. 42. obferu. 3. uti et fenat. Sabaudici tefte Anton.* FABRO *in fuo cod. lib. 6. tit. 35. def. 2. approbata quoque a* CARPZOVIO *p. 3. conft. 14. def. 3. ibique* ESBACH *in not. Berlich. p. 3. concl. 20. th. 17. ibique citat.* Etfi cum fratribus unilateralibus praedefunctorum fratrum ex uno tantum latere coniunctorum liberi concurrant, in ftirpes hic fucceffio, SCHNEIDEV. *ad tit. inft. de haered. quae ab inteft. defer. de tertio fucced. ordin. n. 24.* Siquidem nulla ratio diuerfitatis adeft, quare hi fratrum ex uno tantum latere coniunctorum liberi cum fratribus unilateralibus in ftirpes non aeque fuccedere debeant, ac liberi fratris utrinque coniuncti cum fratre germano defuncti, hoc in cafu fuccedunt, MANTZIVS *ad inft. h. t. de fucceff. fratr. et for. n. 5.*

Idem iuris in fororibus.

§. IV. Quod autem de fratrum fucceffione in praecedentibus dictum, illud etiam uerum eft in *fororibus* et illarum liberis, qui cum fratribus eodem modo fuccedunt, adeo ut forores quoque germanae ac illarum filii filiaeue fratres confanguineos excludant. Et hoc iure quoad fraternam fucceffionem nulla fexus habetur ratio, *nou. 118. cap. 3.* Quod tamen fecus eft in *feudis*, in quibus forores uti et aliae foeminae regulariter non fuccedunt et fratres forores fuas etiam in fucceffione feudali paterna excludunt, *cap. unic. §. 3. 1. feud. 1. cap. unic. 1. feud. 8. cap. unic. 1. feud. 36. uerbo: quia feruire non ualet,* STRVV. *Syntagm. iur. feud. exerc. 9. th. 8.* SCHRADER *de feud. part. 7. cap. 4. idem obtinet in fideicommiffis familiae arg. l. 191. §. fin. l. 196. §. 1. ff. de V. S.* KNIPSCHILD *de fideicomm. fam. cap. 8. n. 127. et feqq.*

Quid hic fingulare in feudis?

§. V. Illud quoque circa fucceffionem in feudis notandum, quod in hac *uinculorum duplicitas* non attendatur, fed fola agnatio confideretur, et fufficiat aliquem ex ftipite et fanguine primi acquirentis defcendere, alterum uero uinculum ex parte matris intercedens, quo alias fratres germani confanguineis funt potiores, quoad fucceffionem hanc feudalem nullum habeat effectum, *cap. unic. u. his deficientibus. 2. feud. 11.* STRVV. *Syntagm. iur. feud. cap. 9. aphor. 6. num. 1.* CARPZ. *part. 3. conft. 29. defin. 4.* Vnde ad hanc fucceffionem confanguinei etiam cum fratribus germanis admittuntur, STRVV. et CARPZ. *d. defin. 4.* ROSENTHAL *de feud. c.*

A *7. concl. 57. n. 1.* Quemadmodum etiam in fupremo camerae imperialis iudicio decifum effe teftatur GAILIVS *2. obf. 151. n. 1.* Vterini uero quia neque agnati funt neque ex primo acquirente per mafculos defcendunt, in fucceffione hac feudali non tantum per germanum, fed etiam per fratrem confanguineum, regulariter excluduntur, licet in feudo foemineo allegata ratio ceffet, ideoque in hac cafus e-

B uenire poffit, ut uterini fratres confanguineum excludant, quem refert STRVV. *dict. loc. n. 12.*

Quid in fideicommiffis hic fingulare?

§. VI. Quid in *fideicommiffis familiarum* obtineat, fupra §. 7. dictum eft. Illud uero hic etiam non praetercundum, *an ftante ftatuto, forores et foeminas, exiftentibus agnatis, excludente, confanguinei fratres a fraterna fucceffione excludantur?* Id quod ualde inter doctores controuerti-

C tur, uti uidere eft ex iis, quae tradunt MENOCH. *uol. 2. conf. 187.* et *Tiberius* DECIAN. *uol. 1. refp. 16.* Vbi ille negatiuam, hic uero affirmatiuam fententiam defendit. Quod fcilicet fratres utrinque coniuncti fint praeferendi confanguineo tantum, etiam ftante difpofitione talis ftatuti. Quae fententia pofterior uerior eft per ea, quae ad longum tradit et deducit iam dictus DECIANVS *dict. refp. 16. a num. 20. uf-*

D *que ad num. 74.* ubi etiam ad contraria refpondet. Et inter caetera pro ratione dubitandi adfert, quod licet hoc ftatutum fauorem agnationis refpiciat et confanguineus quoque fit agnatus, non tamen exinde fequatur, quod inter agnatos ordo fuccedendi, iure communi praefcriptus, non debeat obferuari et rationem ftatuti effe, ut bona maneant in *familia*, obferuata autem iuris

E communis difpofitione bona etiam in familia manere, ideoque nullam adeffe neceffitatem, *ut tali ftatuto ius commune correctum effe dicamus.* Neque uerifimile effe, quod ftatuentes tali ftatuto germanorum conditionem deteriorem facere uoluerint. Quod utique haud raro contingeret, fi confanguinei cum ipfis fuccederent. Nam v. g. frater germanus cum forore germana defuncto fratri fucce-

F dens, accipit dimidiam haereditatis partem, uerum fi, forore exclufa, ui talis ftatuti, fratres confanguinei fortitan quatuor aut plures fimul admittendi effent, ipfe quintam aut minorem partem acciperet, quod abfurdum et a mente ftatuentium utique alienum effet, eandem quoque fententiam tuentur KNIPSCHILD *de fideicomm. famil. cap. 9. n. 42. il ique citati*, quae communior eft, uti patet

G ex DECIANO *dict. refp. 16. n. 49. ibique allegato Tiraquello.*

Quid iuris in fratribus per fubfequens matrimonium legitimatis?

§. VII. Eaque dicta funt de fucceffione *fratrum naturalium et legitimorum* fimul, qui fcilicet conftante matrimonio nati funt, habent quoque locum in fratribus

na-

CAP. VII. *naturalibus legitimatis* per subsequens matrimonium et in eorum liberis, nam et hi pariter admittuntur cum legitime natis et non ficte, sed uere legitimi dicuntur per *nouellam 74. et nou. 89. cap. 8.* KNIPSCHILD *dict. tract. cap. 8. n. 328.* Ita, ut hi fratres legitimati etiam consanguineos et uterinos legitime natos a successione fratris sui germani excludant, *arg. dict. cap. 8.* et ex communi et recepta consuetudine in feudis quoq; succedant, MYNSING. *cent. 5. obseru. 42.* GAIL. *obseru. 141. n. 2.* etiamsi primo acquirenti feudum concessum sit, *für ihn und seine ehelich gebohrne Leibes Lehn-Erben.* Haec autem non obtinent in fratribus legitimatis per rescriptum principis aut oblationem curiae. Hi enim soli patri succedunt, non aliis cognatis patris, neque ascendentibus neq; descendentibus, neque collateralibus patris, neque contra cognati patris huiusmodi legitimatis ab intestato succedunt, SCHNEIDEV. *ad tit. inst. de heredit. quae ab intest. defer. rubric. de success. fratr. ex uno latere tantum n. 37.* Idque in feudis extra pugnam est, nisi nominatim ad feuda legitimati sint, idque in rescripto legitimationis expressum fuerit, quanquam etiam alii legitimatis per rescriptum principis ius quoque fratribus et aliis collateralibus ius succedendi tribuant, uti tradit et praeiudicio ex SCHVRERO allegato confirmat RICHTER *de success. ab intest sect. 3. membr. 2. n. 1.*

Quid hic de fratribus naturalibus tantum?

§. VIII. Fratres naturales tantum et alii collaterales per lineam paternam coniuncti sibi inuicem non succedunt, quia nulla inter eos agnatio uel cognatio de iure intercedit, §. 4. *inst. de success. cogn. nou. 89. cap. 4.* De fratribus autem naturalibus tantum et uulgo quaesitis, qui sunt coniuncti ex linea materna, planum est, eos inuicem succedere siue omnes sint naturales tantum ab uno amasio extra matrimonium ex concubina suscepti, siue mater eos ex diuersis amasiis susceperit, siue unus sit naturalis tantum, alter uero per matrem ex legitimo matrimonio procreatus, item siue sint naturales in specie nati, scilicet ex concubina, siue uulgo quaesiti. Omnes enim ratione cognationis ad successionem uocantur, SCHNEIDEW. *dict. loc. rubr. de success. fratr. collater. tantum unus 42. et seqq.* RICHTER *dict. sect. 3. membr. 3. n. 1. et seqq. per leg. 2. et 4 ff. unde cognati, item* §. 4. *inst. de succ. cogn.* Vbi tamen notandum, hoc, quod iam dictum est, fratres scilicet naturales tantum succedere fratribus suis uterinis aliisque legitimis collateralibus maternis, procedere, quando scilicet alii legitimi in eodem gradu coniuncti non extant, RICHT. *d. l. n. 5. per* §. 7. *l. dict. tit. et l. 4. ff. unde cognati*, ubi etiam praeiudicium adfert.

Quid hic de fratribus ex

§. IX. Fratres autem *incestuosi, nefarii* et ex alio damnato coitu suscepti ab omni successione repelluntur, quia eos neque natura agnoscit. Nullum enim ius consanguinitatis habere intelliguntur, neque liberi nominandi sunt respectu parentum, ideoque multo minus fratres et sororea RICHT. *dict. loc. n. 6. per nou. 89. in fin.* AVTHENTIC. *cod de incestuosis et inutilibus nupt.* Id quod uerum est, siue uterque defunctus scilicet et succedere uolens, siue alter tantum sit ex coitu a iure ciuili damnato natus SCHNEIDEV. *dict. l. n. 47.*

§. VII - XI. *coitu damnato.*

Quid si adsit fratris testamentum?

§. X. Fratribus et sororibus aduersus testamenta fratris et sororibus si citra caussam ab imperatore Iustiniano *in nouella 22. cap. 27.* enarratam fuerint exheredati, turpesque personae a fratre uel sorore institutae, querelam inofficiosi testamenti competere manifestum est ex §. 1. *I. h. t. et l. 1. ff. uti et l. 27. cod. eodem.* Non tamen omnes indistincte ad querelam admittuntur, sed priua *germani agere* possunt; his non extantibus, consanguinei; uterinis uero non conceditur; melius siquidem faciunt, si se sumptibus inanibus non uexent, cum obtinendi spem non habeant, *l. 1. ff. l. 27. cod. h. tit.* §. 1. *l. eod.* Sed non indistincte frater aut soror ueniunt 1) namque impeditur, si ipse eadem turpitudine laboret, qua haeres scriptus, *arg. l. 11. cod. h. tit. l. 47. ff. solut. matrim.* DONELL. *6. c. 15.* dissentit STRVV. *exerc. 10. th. 18.* 2) propter ingratitudinem ex tribus caussis in *nou. 22. cap. 47.* Si tamen a germanis aut consanguineis per hanc querelam testamentum rescissum fuerit, illorum uictoria et uterinis prodest, ut scilicet hi cum illis ab intestato, ad cuius caussam res reducitur per hanc querelam *l. 6.* §. 1. *ff. l. 34. u. testamento remoto cod. h. tit.* succedant, *arg. nou. 118.* uid. ECKOLD. *ad ff. de inoff. testam.* §. 4.

Quid hic iuris adoptiui?

§. XI. Filius *adoptiuus* licet patri adoptiuo etiam extraneo succedat, ut supra dictum, tamen *agnatis et cognatis patris adoptiui non succedit*, nec e contrario cognati et agnati patris adoptiui succedunt ipsi adoptiuo, *l. pen.* §. 1. *u. et ideo sancimus cod. de adoptionib.* Nec distinguitur, siue sint adoptati, siue arrogati: nisi sint adoptati ab ascendente in cuius potestatem transeant. Nam tunc succedunt collateralibus agnatis tantum, non autem cognatis: ex illo scilicet capite, quod naturali coniunctione etiam coniuncti sunt, SCHNEIDEV. *d. l. n. 41.* Et licet *unio prolium* adoptioni admodum similis sit, uti supra etiam dictum, in hoc tamen disconueniunt, quod filii uniti tantum ad hereditatem parentum supra memorato modo hinc inde uocentur, non autem ulterius se porrigat unio, quam, ut bona parentum utriusque matrimonii liberis et horum illis uniantur, atque communicentur RICKIVS *de union. prol. c. 9. n. 47.* ulterius autem frater unitus fratri unito non

non succedat, ideoque nominetur *Einkindschafft, nicht Einbrüderschafft*, MVSCVL. *de success. anomal. class. 1. membr. 3. num. 35.* KNIPSCHILD *dict. tract. cap. 8. num.* 438. ubi laudati authores tradunt, quod post primam diuisionem a morte parentum exspiret unio, nec quoad effectum successionis uinculum perpetuum pariat.

Conclusio. §. XII Plura de materia hac utili et quotidiana addi possent in specie, quid circa liberos ex *diuersis matrimoniis procreatos* in puncto iuris *primogeniturae* uti et *reuolutionis*, quae in multis finitimis prouinciis locum habet, obtineat, sed quia hae materiae a TIRAQVELLO, STOCKMANNO, VOETIO et aliis plenissimis commentariis illustratae sunt et instituti mei ratio non est, eo ire usque: ideo pedem hic figo, beneuolum lectorem amice rogitans, ut ea, quae pro aetatis ratione proposita sunt, aeque beneque consulat.

ACCESSIONES EX DIFFERENTIIS IVRIS ROMANI ET GERMANICI *IN* CONIVGVM SVCCESSIONIBVS.

§. I.

Caussae adpendicis. Tecum sensi, perlecta lucubratiuncula tua, doctissime candidate. Sed cum nolles, id, quod scripseras, meis uerbis paulo immutari atque uerti in formam, meis musis solennem amicamque: dabis tamen locum hisce ad tua accessionibus, eo fine a me scriptis, ut tam illustrarem firmaremque tua, quam specimen darem nouum, in controuersiis forensibus uix methodum expectandam luculentiorem, quam doctrinas utriusque iuris differentiarum.

Dissertationi fundamentum e communione bonorum inter coniuges in Westphalia. §. II. Est quidem tuae dissertationi inscriptio de *successione liberorum ex diuersis matrimoniis:* sed, postquam perlegissem eandem, facile deprehendi, primum fundamentum et lumen petendum esse ex patriae tuae et Latii differentiis in *successionibus coniugum et illa bonorum utriusque coniugis communione*, curiis ac moribus Romanis omnino ignota. Non itaque tuis melius consuli poterit, quam ut doceatur; WESTPHALIAE et LATII hic diuersa instituta esse; iura illos non respondere, sed confundere et perturbare, qui utraque discrimina uel cogere uelint in harmoniam, uel etiam explicare alterum ex altero, uel, legum peregrinarum caussa, contrahere Westphaliae tuae successoriam consuetudinem ad limites iusto arctiores et magis angustos. Quod omne quam iniuste fiat a celeberrimis doctoribus, Carpzouio maxime, id quidem est, quod ostendi in *iuris Romani et Germanici differentiarum* prooemio atque in iuris *Lusatici et communis differ. 3.*

Quare ordinem sequamur institutionum? §. III. Quantum uero poterit fieri, sequemur ordinem *Iustiniani.* Quoniam iura successoria in institutionibus pleniori manu traduntur, quam in ipsis libris codicis et pandectarum. Accedit, quod omnino iuris studiosi intersit, ne Latii *ueteris, medii* et *noui* diuersos in successionibus ordines ignoret. Ita enim caussas intelliget factae rerum conuersionis et consultaene fuerint, an inconsultae, peruersae reique publicae perniciosae. Imo clarum quoque tum et hoc erit, quod *coniugum illa communio bonorum et successio*, quae Latio inconcinna et tantum non improba, Germaniae autem nostrae ex idoneis rationibus fuerit commendatissima.

DIFFERENTIA I.

Quae *discrimina* inter *suos* et *emancipatos* ?

Lib.3. tit.1 §.1. ad uerba: *Primum ad* suos *heredes.*

R*Omano iure hereditas principe loco pertinuerat ad* liberos , *in potestate patris constitutos, laborum quippe socios et adiutores quaestuum in re familiari (aa): quae causa deest apud Germanos, quorum moribus liberi eo momento, quo curare possunt rem familiarem, de patria potestate exeunt emancipanturque suo prorsus arbitratu. Vt adeo nulla hic inter* suos *et* emancipatos *liberos discrimina aut unius generis maior fauor, quam alterius in accipienda hereditate (bb).*

Qui sui heredes praelati liberis emancipatis ?

(*aa*) *Suos* heredes dici, qui *in potestate* constituti sunt decessoris paterna ex §. 2. *inst. de hered. ab intest.* atque §. 2. *inst. de hered. qualitate* clarum est. Qui autem factum sit apud Romanos, quod ipsi inter liberos suos hoc fecerint discrimen, ut emancipatos excluderent a legitima successione uocarentque *suos* tantum *l. 2. ex testam. C. unde liberi* atque *l. 2. nihil C. de usucap pro hered* illud quidem grauioris omnino momenti et rationis parum cognitae interpretibus. Nam exulat hic causa Tryphonini, quasi liberis ex *uoto* nostro paremus opes *l. 50. §. 2. ff. de bonis libert* exulat Pauli ratio, quod liberis debeatur hereditas ex *naturae* decreto *l. cum ratio naturalis pr. ff. de bonis damnator.* et epistola ad *Galatas 4. uers. 7.* aut, quod Papinianus dicit, *naturae* simul et parentum commune *uotum* liberos facere heredes *l. 7 scripto* sub fin *ff. unde liberi.* Quoniam haec philosophia aeque tangit liberos generis utriusque, siue emancipati sint, siue minus. Deinde neque illud multum hic momenti habet, quod tamen haec discrimina, inter *suos* et *emancipatos*, leges iubeant sanctissimae et antiquissimae XII. tabularum, quod affirmet Iustinianus §. 1. 2. *inst. de hered. ab intestato et* §. 2. *instit. de hered. qualit.* Quamuis enim illa reperiatur in corpore VLPIANI *tit.* 26. tamen rationem oportet adfuisse, quare ex eo tempore conditores XII. tabularum exclusos uoluerint *emancipatos* liberos, siquidem adfuerint *sui.* Accedit, quod uix populi sint alii, quibus in deferenda hereditate discrimen hoc probatum inter *suos* liberos et *emancipatos*, ut adeo dubium non sit, quin ita placuerit Romanis ex causa, nonnisi grauissima. Et uero, inter alias forte, mihi quidem fuisse uidentur etiam hae. Scilicet quamdiu liberi in potestate egerant patris, non in turpi otio uixerant, ut potius, sub imperio ac iussu parentis, illos oportuerit exercere artes, probare industriam, uigiliasque in negotiis, unde lucra et quaestus in re familiari. Plenior tum ex operis liberorum uel nepotum spes fuerat ad augendas opes paternas, cum nulla tum essent priuilegia peculiorum, sed, quicquid acquisierant liberi in toga militiaque, id omne patris esset proprium eiusque accederet thesauris. Contra, quos liberos emancipauerat pater, illi uixerant et acquisiuerant sibi, non patri. Vt igitur fieri poterat, liberos ad quadragesimum usque et plures quandoque annos in operis, patri praestandis, opibusque illius adaugendis persistere, imo senescere et immori: ita omnino fuerat contra officium, mortuo patre, in accipienda hereditate illos uel aliis postponi, uel admitti emancipatos cum ipsis ad successorii iuris societatem. Contra, cum emancipati iam sibi prodessent, non patri, nilque illis ad quaestum et compendia suae, non paternae familiae, concilianda, obesset, illi uero a patre alimenta iam accepissent et impensas alias, quibus opus fuerat in discendis artibus ac disciplinis adeoque satisfecisset pater officio erga liberos naturali: quilibet iam intelligit, non absque graui iniuria huius generis liberos hereditare potuisse cum suis in substantia paterna neque emancipatos inique a patris hereditate fuisse exclusos.

Ad causas singulares coniecturae, 1) quia inter bona patris quaestus *facti a suis*

Si autem hoc, dices, potuisse itaque *suum* heredem nuntium mittere patris hereditati, in tanta egestate demortui, ut opes non responderent aeri alieno. Repono, neque hoc fieri potuisse ob patris infinitam illam in *suos* potestatem, in occidendo et exheredando *l. in suis ff. de liber. et posth.* qui propterea heredes illius fuerant *necessarii*, instar fere seruorum §. 2. *inst. de hered. qualitat.* Est ergo potius pro *suis* argumentum inde nouum, illos merito ad lucra hereditaria uocatos fuisse patris sui, exclusis emancipatis, quoniam ad damna inde toleranda soli fuerint obstricti. Accedit demum, quod pro uoluntate paterna non aliae coniecturae, quam ut illi, qui in familia et domo eius, qui domestici, qui, uiuo patre, rerum familiarum quodammodo domini, §. 2. *inst. de hered. qualit.* illius non tam hereditatem adirent, quam retinerent eandem *l. si patronus 12. §. ult. ff. de bonis libert.* neque aliquid ad extraneos, liberos scilicet emancipatos, perueniret §. 2. *instit. de hered ab intest.* Sed uero qui factum fuerit post, ut discrimina *suorum* liberorum ab *emancipatis* tollerentur, *cap. nullam 4. nou.* 118. illius pariter dabo coniecturas. Scilicet, ex quo tempore peculiorum priuilegia *castrensium*,

2) suis inde damna necessaria, ergo neque inuidenda lucra.

3) quia sui non adierunt hereditatem, sed retinuerunt *tandem.*

Quare discrimina inter suos *et* emancipatos *Romae* sublata ? *causa 1) patri* peculia *subtracta suorum*

Differ. I. II.

suum, quasi castrensium, aduentitiorum *irregularium*, ceterorumque nomina fingebantur, in quibus acquirendis etiam *sui* liberi non patri proderant, uerum sibi, instar emancipatorum; iamnunc parum supererat, quod, patris intuitu, inter utrumque liberorum genus interesset. Vt eodem certe in hereditatibus accipiendis iudicio omnes digni esse uiderentur.

2) Sui porro non necessarii heredes.

Deinde postquam praetor *suos* uinculo soluit, ne oporteret eos patris heredes esse necessario, uerum declinare illis liceret paternam hereditatem, si quidem ex illa sibi meruerent damna §. 2. *inst. de hered. qualitat.* atque *l. 57. necessariis ff. de adquir. heredit.* noua iterum causa fuerat ad discrimen inter suos et emancipatos auferendum.

3) Sexus ratio omnis sublata.

Praeterea cum Romanis moribus uix fieri posset, ut ex filiarum operis aliquid honeste posset acquiri: igitur his non hereditas uidebatur deberi, sed alimenta tantum aut portio, quae filialibus sufficeret ad uictum et cultum. Hanc egomet causam existimo fuisse, quare filii, non autem *filiae* praeteritio uitiauerit testamentum, quod ex iure ueteri repetunt CAIVS *lib. 2. tit. 3. §. 1.* IVSTINIANVS §. 1. *instit. de exhered. liber.* porro VLPIANVS *in fragm. tit. 22. §. 16.* Sed cum etiam hoc sustulerit discrimen inter filios quaestuum paternorum adiutores et filias otiosas Iustinianus *l. ult. C. de liber. praeterit.* idque ex inani figmento, quasi *ueteris instituti auctores naturam accusare aut punire uoluerint, quod non omnes liberos generauerit masculos*, cum tamen ipsi ad operas respexerint filiorum, quas filiarum otio praetulerunt: igitur nihil iam uidebatur obesse, quo minus non et emancipati cum suis uocarentur ad hereditatis communionem. Atque hactenus successionis inter *suos* et *emancipatos* descriminumque inter utrosque historia. Vnde facile ad intelligendum est, quam turpiter se dederit Tribonianus, quod illa ignorata, *suorum* iura commiscuerit cum *emancipatis*.

Quare apud Germanos nulla sint inter

(*bb*) Quod liberi, ex quo habiles facti sunt ad quaestum, qui uictui cultuique eorundem poterat satis esse, a neutro parente retenti sint sub potestate inuiti apud Germanos, illud quidem monuit iam *uir illustris*, THOMASIVS in not. ad *lib. 1. inst. tit. 12. p. 66.*

suos et emancipatos discrimina successoria?

Cum itaque causa primaria, ob quam *suis* heredibus ante *emancipatos* tanta praerogatiua, eo ipso defuerit in Germania, quoniam uix ac ne uix quidem ibi contigit, ut pater ex operis filii sui ditesceret: igitur non solum inter *suos* et *emancipatos* filios in accipienda hereditate nulla apud Germanos discrimina fuerunt, sed etiam inconcinnum plane fuisset, hos Romanorum mores Germaniam imitari. Hinc ualde dubito, utrum leges apud Germanos ualeant, quas Romani scripserunt de *suis*.

Cursus de possessione heredis sui et extranei

Quod illi *ipso iure* sint heredes; quod hereditatem non acquirant, sed *retineant*; quod non repudient illam, sed rarum *abstineant* ab ea, VINNIVS *ad §. 2. inst. de hered. qualit. n. 3.* imo, quod in suis per heredem, non iura tantum defuncti continuentur; sed etiam *possessio*, cetera. Quoniam caussae cessant priuilegiorum et condominii translati in suos apud Romanos. Nisi cum CARPZOVIO *lib. 3. decis. 225. n. 21.* pluribusque aliis adfirmare audeas, possessionem rerum hereditariarum ipso iure transire etiam in emancipatos, quod non solum uerbis et rationibus aduersatur *l. 23. ff. de acquir. uel omitt. possess.* sed forte ex illo errore prouenit, quod, discrimine inter *suos* et *emancipatos*, intuitu exclusionis ab hereditate, sublato, *suorum* etiam iura in continuatione possessionis communicata sint cum emancipatis. Quod tamen nullatenus dare possumus, cum leges etiam Germanici imperii in heredibus *facta* requirant uniuersim ad *possessionem* atque in ipso iterum possessorio *summarissimam* a *summario* et *ordinario* tam curate soleant distinguere. Qua de re PFANKVCH *de possessorio summarissimo* et dilectum HAHNIVS *de transitione possessionis in heredes*, aduersus Carpzouii praecipue adseclas, scripsit disputauitque ex instituto.

DIFFERENTIA II.

Qui *primus* ordo succedendi sit *coniugum*?

Lib. 3. tit. 1. ad uerba: primum hereditas.

Romano iure coniugum *successio nulla* (*cc*), *ipsam* dotem *restituere oportuerat maritum uxoris heredibus* (*dd*), *neque uxori* antidos, *siue donatio propter nuptias successionis ergo constituta*, *sed in* securitatem *tantummodo olim repetendae doti* (*ee*); *lucra autem coniugibus successoria, non ex* lege, *sed uel ex* ritu confarreationis (*ff*), *aut* coemtionis (*gg*), uel ex nuptiali *pacto* (*hh*), *uel ex causa singulari* mendicitatis *coniugalis* (*ii*): *Germanorum uero institutis inter coniuges bonorum communio est legitima* (*kk*), *non solum illatorum* (*dem von beyderseits eingebrachtem*) *sed etiam acquisitorum ex quaestu* (*dem errungenen*) (*ll*), *ut adeo altera coniuge domortua, omne patrimonium et hereditas, siue extitetint liberi, siue minus, ad superstitem solum deuoluta esse uideatur* (*mm*).

(*cc*) Olim

Differ. II.

Quare coniuges in Latio a successione exclusi?

(*cc*) Olim certe *nullam coniugem habuisse successionem* in bonis hereditariis, patet ex *titulo* pandectarum *unde uir et uxor*. Nam praetor motum se dicit aequitate, ut, qui *heredem* facere non posset, daret tamen coniugi superstiti, ad iura successoria fisci excludenda, deficientibus *liberis, parentibus, agnatis, cognatis* possessionem bonorum morte relictorum, id est, re ipsa successionem. Ita enim ipse imperator in *l. 1. maritus C. unde uir et uxor* scribit: *maritus et uxor ab intestato sibi succedant, quoties deficit omnis 1) parentum 2) liberorumque seu 3) propinquorum legitima uel naturalis successio. Fisco tantum* (a coniuge superstite) *exclu-so.* Durissima quondam lex, uocatis etiam extraneis heredibus, excludi coniugem, uitae ac fortunarum participem idque diuino iure humanoque. Verum ad hanc iuris insolentiam plura sunt, quae induxerunt ac permouerunt Romanos.

Caussae 1) Romanorum diuortia,

Principio enim per diuortia Romanorum, quibus illi uxores suas uel ex leui, uel etiam ex nulla fere, aut certe non idonea causa dimiserunt, fieri non potuit, ut uxoribus uel communionem bonorum darent, uel etiam stabilem hereditatis spem. Quam potestatem cum sibi etiam uxores in uiris dimittendis sumpsissent, his quidem, dici nequit, factam fuisse iniuriam. Ne igitur insecuto diuortio difficiles essent calculi in bonis aestimandis, computandis et cuique coniugi adsignanda eorum parte: melius magisque consultum uidebatur, ne commiscerentur, uerum coniugio soluto, quilibet tolleret id, quod intulerat. Deinde uxores, quae moribus Italiae uixerunt, uix habuerunt occasionem ad faciendum quaestum in re familiari. Inprimis, quod maritorum aemulatio et suspicio non permisit mulieribus, ut uel in publicum irent, uel negotiarentur domi, uel sola solis libere loqueretur. Taceo, quod eius generis uxor se etiam fecit ita suspectam plebi, ut, uulgi iudicio, leui macula notaretur. Ex operis itaque solorum masculorum cum expectanda essent lucra, neque caussa fuit, quare foeminae ad bonorum societatem hereditatemque admitterentur.

2) foeminarum Italicarum otia,

3) ex maternis opibus nulla spes liberorum,

Praeterea pater etiam solus liberis suis suppeditauit ea, quibus iisdem opus fuerat ad cultum et uictum: contra mater ab hoc officio fuit aliena neque lege ulla ad suos alendum olim fuerat coacta. Igitur uictu uerti non potuit marito, si uxorem, nullo onere grauem ex re familiari, de domo sua nudam dimisit. Accedit, quod neque matris suae heredes fuerint liberi *pr. inst. de SCto Orphitiano* neque mater heres liberorum *pr. inst. de SCto Tertulliano.* Vt adeo penes patrem sola potestas in liberos, facultas sola ex illorum operis et fortunis acquirendi, spes liberorum ex opibus patris solius: uxori nihil, nisi uerbum remansit, ob quod illa dici potuit materfamilias. Adderem incusationes, quibus impeti solent ingenia Italorum, ne lucri causa coniux coniugi strueret insidias heredipeta. Atque haec pristini iuris causa fuit, ob quam nulla coniugum apud Romanos successio. Cum uero maritus excluserit inde uxorem: neque ille sibi ius hoc potuit adrogare.

4) neque mariti aut auiae hereditas,

5) Italis frequentia affassinia.

Differ. II.

(*dd*) Fuit enim dos tamdiu penes maritum, quamdiu uxorem aluit. Matrimonio itaque dissoluto aut demortua uxore dotem restituere debuit maritus heredibus uxoris. Id quod est testatissimum. Sic in *l. un. §. 6. C. de rei ux. act.* uerba sunt haec: *Illo procul dubio seruando, ut, si decesserit mulier constante matrimonio, DOS non in lucrum mariti cedat, sed ad mulieris heredes secundum sui naturam, transmittatur.* Nisi pactis aliter conuenerint inuicem coniuges, uti *l. 19. C. de donat. ante nupt.* atque *l. 18. C. de iure dot.* Atqui etiam hae exceptiones firmarunt regulam, uxoris heredes neutrubi fuisse maritos. Neque praeter rem. Quoniam ne quidem uxor aliquid a marito accepit et causa oneris matrimonialis remota, etiam dotis cessauit ulterior possessio.

Quare maritus exclusus a successione dotis?

(*ee*) Donationem propter nuptias, dissoluto matrimonio, non lucratas esse uxores, sed ab illis redditas heredibus maritorum, postquam receperant dotem, id quidem caret dubitatione. Quorsum euolui possunt *l. ult. C. de donat. ante nupt.* atque *nouella 91.* nisi pactis aliter prouisum datumque uxori, ut, post dotem receptam, etiam lucraretur propter nuptias donationem eamque uel totam uel illius aliquam partem *l. 9. ex morte C. de pactis conuentis super dote* atque *nou. 97.* Taceo, quod iuris rationes circa *dotes* et *antidotes* sicu ante nuptias donationem prorsus sint eaedem *nou. 97. cap. 1.* Vt adeo, uxore dotem repetente, idem habeat maritus donata propter nuptias recuperandi.

Quare a donatione propter nuptias exclusae uxores?

(*ff*) Hae quidem uetustissimi iuris apud Romanos sunt reliquiae. Scilicet, ut connubiis adderetur aliqua religio: *aliqui coniuges in nuptiis sacra fecerunt numini in farreo pane, inter quae mulier in manum uiri conueniebat.* Vnde huic generi nuptiarum nomen est datum *confarreationis*, coniuges dicti sunt *confarreati.* Ex ueteribus describserunt ritum hunc ARNOBIVS *lib. 4. adu. gentes c. 19.* VLPIANVS *in fragment. tit. 9.* Cuius uerba sunt haec: *Farre conuenitur in manum, certis uerbis et testibus X praesentibus et solenni sacrificio facto, in quo panis farreus adhibetur.* Idem BOETHIVS *in topicis Tullianis.* Quorum omnium pluriumque aliorum loca congessit BRISSONIVS *de ritu nupt. p. 10p. 110.* Hoc igitur ritu contractis nuptiis, testimonio clarum est *Ciceronis, Luciani, Macarii,* quod tum communio fuerit bonorum inter coniuges.

Qui effectus confarreationis in connubiis?

Vt

Differ. II.

Vt uxor audiret *condomina*, esſetque inter heredes *ſuos* neque minori iure ſuccederet marito in bonis, quod plene planeque docuit HOTOMANNVS *de ritu nuptiar. cap. 26.* Quare autem postea factum ſit, quod uoluerint porro *coniuges* ita conuenire et *conſarreari*, haud dubie euenit propterea, quoniam coniugum hereditates, hoc ritu ſtabilitae, inconcinnae uidebantur ſequioris 'aeui corruptelis, quas deſcripſimus ſupra *litt. cc.*

Qui coemtionis effectus in connubiis?

(*gg*) Quemadmodum Romani per imaginarias uenditiones fecerunt alia plura: ita etiam contraxerunt hoc ritu nuptias. Exponat nobis illum BOETHIVS in laudatis *topicis*: Coemtio *certis ſolennitatibus peragebatur: et ſeſe in coemendo inuicem interrognbant, uir ita*: AN SIBI MVLIER MATERFAMILIAS ESSE VELLET? *illa reſpondebat*, VELLE: *item mulier interrognbat*, AN VIR SIBI PATERFAMILIAS ESSE VELLET? *ille reſpondebat*, VELLE. *Itaque mulier in uiri conueniebat manum et uocabantur hae nuptiae per coemtionem et erat mulier materfamilias, uiro loco * filiae.* Idem SERVIVS *lib. 4. Aeneid.* et *lib. I. Georg.* Suppleat historiam harum nuptiarum Varro, interprete NONIO *de propr. ſerm. c. 12.* Ita autem ille: Nubens *mulier tres ad uirum* ASSES *ferebat.* Vnum, *quem in manu tenebnt, tanquam emendi cauſa dabat marito*: alium, *quem in pede habebat, in foco larium familiarium ponere*: tertium, *in ſacciperio cum condidiſſet, reſignare ſolebat.* Plenius de hoc actu BRISSONIVS *de ritu nuptiar. p. 210. 211. 212.* Idem hic ritus eosdem habuit iurium effectus in ſucceſſionibus et hereditatibus inuicem accipiendis, qualem deſcripſimus in notula proxima *conſarreationis*, quod commonſtratum dedit HOTOMANNVS *de ritu nuptiar. cap. 26.* Omnia enim huc loca ueterum conquirit, qui uxorem adpellant rerum familiarium *condominam*, *ſociam*, inter quam et maritum nihil ſit diuiduum, proprium nihil, ſed communia utrinque. Ego, quamuis non negem, tam in *conſarreatis*, quam in *coemtis nuptiis* bonorum fuiſſe communionem inter coniuges, nego tamen illud, quod factum hoc ſit intuitu ritus alterutrius. Nam principio loca innumera ſunt HALICARNASSAEI *lib. 2. c. 26.* PLVTARCHI *de praeceptis connub.* COLVMELLAE *lib. 12.* VLPIANI *in fragm. tit. 22.* GELLII *lib. 18. c. 6.* unde clare conſtat, temporibus uetuſtiſsimis uxores uniuerſim in numero fuiſſe ſuorum heredum. Cum itaque auctores raro hic ſigillatim loquantur de uxore huius uel illius ritus, putauerim regulam hanc quondam fuiſſe generalem. Deinde, quae de nuptiis, ex *animo* cum muliere *uſu* ac *contubernio* praeſumtis, contractisque cum ab HOTOMANNO *cap. 22.* tum a BRISSONIO *p. 208 ſq.* ſcribuntur et quod eius generis mulieres uerbo *matrumfamili-*

Vtriusque opinionis cenſura.

Tertia nuptiarum ſpecies uſu mulieris annato.

A *lias* non ſint adpellatae, illud quidem facile largior. Verum quis no nuidet quaeſo! factas ita fuiſſe nuptias nonniſi rariſsime adeoque non regulae nomen illas mereri, ſed exceptionis. Abhorruit haud dubie foemina honeſta aut uirgo integrae famae annuo ſpatio contubernalis eſſe uiro, ei corporis ſui copiam facere ac uſum ſub ſpe futuri matrimonii. B Praeterea cum Romam nondum inuaſiſſent corruptelae *litt. cc.* deſcriptae in notula praecedente, nihil aequius et naturae decretis amicum magis fuit, quam thori ſociam bonorum quoque mariti eſſe conſortem. Contra nullus dubito, cum, praeter duos *conſarreationis* et *coemptionis* ritus nuptiales, olim non eſſent alii uere honeſti, eo inprimis ſine nouos nuptiarum modos inueniſſe Romanos, ne ulla coniugum porro uel ſucceſſio eſ- C ſet uel bonorum communio.

Differ. II.

Qui pactis ſuccedere poſſint coniuges.

(*hh*) Fuit enim in cuiusque coniugis arbitratu, qua demum lege uellet inire foedus connubiale, adeo ut nuda etiam hic pacta pariant obligationem. Sunt ea de re integri tituli in pandectis de *pactis dotalibus* inque codice de *pactis ſuper dote, antidote, parapfernis*, cetera. Cuius enim intererat magis promoueri nuptias, illa etiam pars alteri conceſſit fauo- D rabiliora pacta connubialia.

Succesſiones coniugum ob mendicitatem in ſubſtautia quartae aut portionis filialis uſufructu.

(*ii*) Sunt haec beneficia longe recentiora neque inconſulta tamen. Cum enim coniux ſuperſtes pauper eſſet, deceſſor autem locuples; illi ad huius ſucceſsionem in certa parte cum liberis etiam locum fecerant. Ita enim *nou. 53. c. 6.* fere concepta, eſt: *Ad clementiam aptata lex. Videmus, licet bona mariti relicta multa ſim, uiuat tamen uxor ſuperſtes* E *in* egeſtate, *cum omnia ſibi adrogent liberi. Sancimus igitur, huiusmodi uxorem indotatam in egeſtateque uiuentem cum liberis uocari ad* quartam *ſubſtantiae defuncti partem. Quae lex etiam* uiris *ſit communis.* Ita tamen, *ut non tranſcendat haec portio centum librarum auri quantitatem*, imo, *ſi ſibi fuerint plures, quam tres, filialis portio debeatur ſuperſtiti uxori, non tamen quoad proprietatem, ſed uſumfructum ad dies* F *uitae*, quod addit NOVELLA 117. *cap. 5.* AVTH. *praeterea C. unde uir.* Dubia in hoc argumento reſpondent KOHLIVS et poſt hunc a SOMERN *de ſucceſsionibus coniugum*, FOERSTER, RICHTER, b. m. STRYKIVS *de ſucceſsione ab inteſtato.* In plerisque tamen deſideratur lumen ueteris Latii et Germaniae inſtitutorum ſedula et liberalis collatio.

Quare apud Germanos bonorum inter coniuges communio legitima?

(*kk*) Principio de cauſis patrii inſti- G tuti et factae inter coniuges bonorum communionis: poſt de exemplis et mira omnium Germaniae prouinciarum conſenſione. Eſt igitur inprimis hic attendendum, quod uxores Germanorum in matrimoniis non ad otia et delicias

 uocen-

Differ. II.

Quia 1)uxores non otiosae, ut in Latio, sed assiduae et laboriosae. uocentur, ut in Latio fieri diximus, sed ad operas, labores, quaestuumque causas in re familiari. Quapropter aequitas et ratio iubet, ut, quae socia fuit operarum, fit quoque heres familiarium bonorum. Plene planeque de maioribus nostris te-

testibus Tacito. statur TACITVS *cap. 17. de M. G.* his quidem uerbis: *Ne se mulier* (uxor futura) *extra uirtutum* (laborum) *cogitationes extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur. Venire se* B *LABORVM *periculorumque* SOCIAM: *idem in pace, idem in praelio passuram* * *ausuramque. Hoc iuncti* * *boues* (utrique coniugi sub iugo trahendum et laborandum eodem), *hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic uiuendum, sic pereundum. Accipere se, quae liberis* * *inuiolata ac digna reddat.* Scilicet uxoribus Germanicis eadem lex scripta fuit, quam exemplo *Hispanicarum, Celticarum*, in quibus C ipsi etiam Germani, *Thracicarum, Scythicarumque* mulierum comprobat STRABO

Strabone. *lib. 3. circa finem p. 165.* his uerbis: *Non uirorum modo fortitudo ac labor, sed etiam mulierum.* MVLIERES *enim agros colunt et cum pepererunt, suo loco uiros decumbere iubent* (quod ultimum forte ex ingenio additum auctoris) *iisque ministrant. Inter operandum ipsae saepe numero infantes lauant et inuoluunt. Narrant, fuisse aliquem, qui uiros et mulieres conduxerit ad* D *fossionem. Sed in his mulierem quandam, correptam doloribus partus, non longe ab opere digressam, edito foetu ad opus rediisse, ne mercedem amitteret.* Idem de barbaris gentibus scriptum reliquit DIODORVS *lib. 4. c. 4* quod *foeminas quoque in laborum communionem soleant adsciscere; quod mulieres simul ac uiri operas suas elocent*

Varrone. *pro mercede*, cetera. Etiam VARRO *lib. 2.* E *de re rustic. c. 10.* exprobrat id Romanis, quod foeminae eorundem indulgeant otio, exemplis barbarorum desidiam earundem execuitendam esse, quae in eadem, etiam puerperae, industria et laborum societate cum uiris et maritis suis persistant. Verba eius fere sunt haec: *Qui in saltibus pascunt, his mulieres solent adiungere, quae sequantur greges et expediant cibaria eosque faciant assiduiores.* F *Eae mulieres in opere non quidem uiris cedunt. Nam et ipsae pascunt pecus, ad focum ligna adferunt, cibum coquunt. Eadem illis mater et nutrix. Aliunt pueros quandoque singulos iterum binos. Ostendunt illae foetas nostras, quae in cunopeis iacent dies aliquot, esse leuunculas ac contemnendas. Vix ab opere discedunt puerperae apud barbaros, ut puerum non peperisse, sed inuenisse, putes.* Quae loca, si G cum illis conferas, quae de Romanis foeminis superius *litt. cc.* scripsimus, inter utrasque facile adparebunt differentiae. Ob quas foemina omnino ab hereditate mariti ut excludi potest, uel

admitti ad eandem. Neque enim aliis fere moribus utimur etiamnunc, in locis Germaniae illis, quos non infecerunt uel Latii uel peregrini populi alius corruptelae. *Deinde*, quae apud Romanos diuortia fuerunt et libidines, uiros mutandi et foeminas, pro cuiusque ausu et arbitratu, nullam ob aliam causam, quam ita placuisse, ut ne quidem coniuges inire potuerint pacta, iuxta quae neutri diuertere liceret, sed matrimonio uinculum esset indissolubile atque aeternum *l. libera 2. C. de inutil. stipulat.* illa neequiquam infecerunt connubia Germaniae nostrae, licet olim paganae. Certe mulieres Germaniae a libidine diuertendi tantopere fuerunt alienae, ut etiam damnarent, maritis demortuis, repetita matrimonia. Imo uiduae factae uitam laqueo finiuerunt facilius, quam cogitarent de secundo matrimonio. Quae huc pertinent, fere conquisiuerunt CLVVERVS *Germ. antiq lib. 1. cap. 20. et 43.* atque HACHENBERG. *dissert. 5. de nupt. Germ. §. 14. 17.* Atque hae causae sunt, quare, in uetustioribus legibus Francicis et Alemannicis ex eo etiam tempore, ex quo sacra Christi acceperunt, in diuortiis tolerandis patria nostra, ipso Latio aliisque regnis atque prouinciis, fuerit difficilior. Quod cum ita esset, diuortiorum metus impedire non potuit coniuges in Germania, quod tamen supra de Latio diximus, quin uiuerent in bonorum communione. *Praeterea* abhorrent quoque ingenia Germanorum ab assassiniis et manibus sicariorum clandestinis, partim, quod pectora circumferant aperta magis, quam ut, simulando amicitiam, uitae alterius struere et parare possint insidias; partim, quod auaritiae ueneno non ita correpti sint, ut pro leui mercede aut aliqua lucri spe audeant agere homicidas. Vt adeo neque ex hoc metu dissuaderi potuerit bonorum inter coniuges communio. Maximum uero illud tandem est, quod moribus Germanorum uere dici possit, liberos etiam sub matris esse potestate neque illa solui facilius, quam paterna, ut ante nos scripsit docuitque uir illustris, THOMASIVS *ad lib. 1. inst. tit. 12.* Quemadmodum igitur liberorum ante nihil proprium fuerat, quam emanciparentur, in peculiorum nescio quondam Latio: ita nihil impedit, quo minus idem fuerit in Germania uerum de matris potestate. Quid? quod matri quoque *sui* ideo heredes fint, quibus in Germania ueteri eo certior spes in bonis maternis, quo testatum magis est, Germanos testamentorum fuisse ignaros neque exemplum auditum, quod uel pater uel mater exclusterint liberos suos ceu naturales heredes a bonorum successione. Quod iterum Latio fuerat cauendum metuendumque ex bonorum inter

Differ. II.

2) in Germanorum connubiis diuortia nonnisi rarissima.

3) inaudita apud Germanos assassinia.

4) matrum potestas in liberos.

5) nullum a matre periculum exheredationis aut laesionis in legitima.

Differ. II.

6] liberorum nulli sub parentum potestate quaestus.

inter coniuges communione. Tandem uti per ueteris Latii instituta graue erat liberis, ut in patris, ita quoque in matris potestate senescere illisque, non sibi et suis acquirere: ita neque hoc metui poterat in Germania nostra. Vti supra iam est dictum euictumque, Germanorum emancipationes in ipso liberorum arbitratu esse, si quidem hi ad quaerendum uictum et cultum fuerint habiles.

7] in mulieribus iterata matrimonia eierata.

Ad extremum supra iam docuimus, quod mulierum secundae nuptiae Germanorum moribus damnatae fuerint numerataeque inter res execrandas et detestabiles, quod plenius ostendit CLUVERUS *lib. 1. c. 20.* Quapropter neque bonorum communioni inter coniuges illud obfuit, quod, iterum nubendo, mater liberos destituere posset bonorum hereditate. Quae omnia si cum moribus ueteris praecipue Latii contuleris, illud facile patebit, bonorum communionem inter coniuges Romano iure omnino fuisse inconcinnam: quae institutis Germanorum fuit commendatissima, quod iam nunc est ostendendum et commonstrandum.

Pro communione bonorum inter coniuges plurissima leges Germanorum 1] Francorum.

(*II*) In nota praecedenti de *rationibus* est actum communionis bonorum inter coniuges Germanos: sequuntur nunc leges et statuta ipsa. In his audiamus primum iureconsultos FRANCOS. Ita autem *Iustus* VERACIUS in libello *consuetud. Bambergens. part. 2. quaest. 1. 2. seq.* de moribus istius regionis: *Communio bonorum inter coniuges longe aliter hic accipitur, quam apud Romanos eorumque in societate et de communi diuidundo et herciscunda familia iudiciis. Hic enim re uera diuisa est res et nemo possidet eam in solidum. Sed coniux Germanus quiuis totius patrimonii utrobique confusi est dominus et quae uxoris fuerunt, iam et mariti sunt atque contra. Inconcinnum forte illud auribus est Latinis, unius rei plures esse dominos in solidum:* sed his forte moribus uixerunt primi christiani, ut omnia essent omnium. *Constituitur haec communio utriusque coniugis cohabitatione continuata per annum et diem. Intra hunc enim spatium habent deliberandi, utrum pactis sibi alter uelint prouidere. Sunt autem communia uniuersim bona omnia, mobilia, immobilia, acquisita et acquirenda. Mortuo itaque coniuge alterutro superstes dominium consequitur solitarie. Neque demortuo est integrum, aliter disponere in testamento. Neque liberis ulla legitima, quam post expectare debent a superstite. Ceterum superstes tenetur soluere mulctam et aes alienum, quod coniux alter contraxit quocunque nomine et causa, quamuis superet alteram partem. Vnius enim dominium fuerat idem, quam alterius et cuiusque in solidum,* cetera. In reliqua Francia Franconiaque idem iuris fuisse, facile esset ad probandum sigillatim, nisi temporis ratio uela iuberet contrahere. Pulchra eius iuris causa legitur *in der Landger. Ordn. des Hertzogth. Francken part. 3. titt. 88. §. 2.* his quidem uerbis concepta: *Dieweil beede Mann und Weib in unserm Stifft des Hertzogthums Francken fast zugleich die Bürden der Ehe tragen und mehrtheils* bartiglich arbeiten müssen*, quod illis est concinnum, quae supra scripsimus.

Differ. II.

2] Sueuorum.

De SVEVORUM hic moribus plura nobis sunt argumenta. Huc certe uerba respiciunt SPECULI SVEVICI *cap. 46. Mann und Weib mogent nicht gehaben Gut gezwäyet et cap. 34. Stirbt einer Frauen ihr Mann, sie bleibet in des Mannes Gut ungetheilet mit ihren Kindern.* Quod etiam monuit SCHILTERUS *exercit. 41. §. 75.* Eodem quondam iure usi sunt incolae Wurtenbergici ducatus, cum huc respiciant uerba *des Landrechts part. 4. tit. 1. p. 420. Demnach des Erbrechts halben bißhero uiel Klag entstanden, beuorab, da die Ehe-Leute einander* succediret, *obgleich derselben zusammen gebrachtes Vermœgen nicht gleich gewesen. Folglich entweder der überlebende Ehegatte oder die hinterlassene Kinder benortheilet werden müssen*, si scilicet lance rem hanc aestimemus iuris Romani. Addo Sueuica HALAE meae STATUTA in constitutionibus diuersis, quas dabo ex codice MSCTO. Confirmatio Max. I. an. 1498. his uerbis fere est concepta: *Uber den alten Gebrauch, Statt-Recht, und Herkommen zu Halle, nemlich daß ein Ehegatt das andere an allen uerlassenen Haab und Gut, Mannleben allein ausgenommen, erbet, und das uerstorbenen Vater, Mutter, Bruder, Geschwistrig, Befreundte ausgeschlossen werden.* Quae enim post mutata sunt, ut in bonis mariti superstes uxor habeat eousque usumfructum *den Beysitz*, quo usque non iuerit ad secunda uota teneaturque ideo tum ad diuisionem, illa huc quidem non adeo pertinent.

3] Thuringorum.

Festinamus ad iura ueteris THVRINGIAE. In illis *Arnstadiense* statutum in hoc argumento laudat *Modest.* PISTORIS *part. 4. quaest. 164. pr. p. 417.* Idem olim in uetustioribus Thuringiae ciuitatibus *Erfurthi, Mulhusae, Northusae* aliisque in usu fuisse, docent me horum locorum inedita chronica et eius generis alia monumenta. Idem CARPZOVIUS de Salza, et Sangerhusa testatur *part. 3. const. 12. def. 6. n. 5.*

4] Saxonum.

SAXONES, ad quos nunc deuenio, quamuis iura successoria paulo immutauerint, olim tamen pariter inter coniuges bonorum habuisse communionem, illud quidem cum ex uetustiorum temporum monumentis constat, tum ex reliquiis, quae in uariis locis supersunt etiamnunc. Ipse speculator Saxo *lib. 1. art. 31.* his utitur uerbis: *Mann und Weib haben nicht gezweyet Gut zu ihrem Leibe.* Cetera forte addita sunt ab interprete pa-

Differ. II. trii iuris inuido aut ignaro. Vicinorum ANHALDINORVM mores antiquos refert quidem, sed tamen et corrigit *die Anhaldsch. Landes-Ordn. tit. 45.* Cuius uerba sunt: *Wir befinden aus teglichen Klagen, daß in unsern Landen uiel wiederwertige Gewohnheiten enthalten, wie die Erbschafften pflegen genommen zu werden. Sonderlich wenn sich Todes-Fælle zwischen Mann und Weib zutragen, daß die Frauen so über bleibet, wie uiel Kinder auch uerhanden seyn mœgen, oder wie sonsten ihre Habe ehe dem beschaffen gewesen*, an etlichen Orten die Güter alle, *an etlichen die* helffte nehmen. Idem in BRVNSVICENSI quondam principatu et LVNEBVRGI sigillatim moris fuisse, testis est *Hardewig a* DASSEL *ad consuetud. Luneburg. artic. 1. p. 149. Wie die Kinder weder Vater noch Mutter zur Theilung zwingen kœnnen, so lang sie im Wittumstand uerharren.* Idem uerum est de urbe BREMENSI, ut ex uetustissimo et Carolo IV. prope coaeuo codice mihi clarum est, quem MSCTVM adseruo in litteraria supellectili, quamuis etiam testis hic sit *Modestinus* PISTORIS *uol. 2. cons. 2. in pr.* De HAMBVRGO loquitur *lib 3. c. 3. art. 3. 4.* et uetustissimus interpres, qui lingua ueteri utitur Saxonica, quem habeo pariter *msctum.* Statuto LVBECENSI insigne hic lumen, ut Germaniae propemodum uniuersae, attulit MEVIVS *part. 2.*

5] Westphalorum. *tit. 2. artic. 2. p. 349.* De patria tua, candidate nobilissime, eo minus est dubitandum, quo retentior illa fuit in conseruandis pristinis institutis et quo plures hic testes a te ipso conducti et laudati sunt. Sigillatim de *Mindensi, Osnabrugensi, Heruordiensi, Hamensi, Susatensi, Monasteriensi, Fuldensi, Paderbornensi* aliisque ciuitatibus mihi constat ex uariis monumentorum reliquiis. Quarum enarratio fieri nunc haud potest, quoniam tu abitum urges et finem expectas opusculi. Suppleat interim nostrum officium *Iacob. Andr.* CRVSIVS ad *Stat. Mindens. artic. 16. 17. decis. 2. 4.*

6] Venedorum. Neque SLAVICA in Germaniae iura aliena fuerunt a bonorum inter coniuges communione, quod facile est ad commonstrandum. Rexit inter Venedos dux transalbinus et iura *Brandeburgica*. Haec autem uoluisse, ut, ni aliter pactis prouisum sit, coniuges bonorum colerent communionem, idquidem constitutionibus Marchicis usuque probant *Andr.* KOHLIVS in libello *de coniug. successionib. p. 156. seqq.* quamuis maiora huic uiro lumina fuerint, ex Latii legibus, quam ex indole patriae institutorum. Idem *Scheplizius, Pruckmannus, Müllerus* aliique, si lubet, facile euoluendi. De moribus ROSTOCHII idem tradunt COTHMANNVS *uol. 1 respons. 5. Ioan.* GOEDDAEVS *uol. 1. Marpurg. consil. 26. n. 90.* et *Michael* GRASSVS *in recept. sent. §. mortis causa q. 11. n. 4.*

7] Belgarum. De BELGICARVM prouinciarum hic

A iuribus ex instituto Petr. PECKIVS, Simon Differ. II. uan LEEWEN, uan SOMERN, a WESEL, Ant. MATTHAEI et centum alii. Vnde clarae esse possunt eius communionis inter coniuges reliquiae. Taceo regna Germaniae uicina, de quibus pariter conquirerem auctores, nisi illa alium locum exigerent. Ceterum uel ex his, quae dixi, omnino intelligi cum caussae possunt, tum ueritas ipsa, in Germania coniuges B bonorum coluisse communionem. Consensio enim omnium prouinciarum pro uoce haberi debet ipsius imperii Germanici: licet mores aliquae in hoc iure migrauerint. Id quod factum esse scio uel ex legum Romanarum nimio cultu, uel ex ignoratis Germaniae et Latii coniugum liberorumque differentiis.

Num, coniuge demortuo, bona omnia sint superstitis, nulla liberorum?

(*mm*) Supra uidimus, quod, demortuo coniuge alterutro, sublataque C bonorum communione, dominium eorum omne ueniat ad superstitem, nulla portione hactenus adsignanda liberis. Quodsi uel uiduus uel uidua ad *secunda uota* iuerint, tum demum prouide apud Germanos est constitutum, ut liberi segregentur de familia parentis, non omni facultate nudi et pauperes, uerum certa parte instructi bonorum. Liberi itaque, segreges facti semel, porro non habent, D quod ex lege urgeant ipsi aut iura *nouae hereditatis*, siquidem decesserit parens, qui semel illis prospexit opibus in familiae *separatione*. Est enim adsignata portio illis instar *legitimae* parentis adsignantis, non alterius, qui morte fuerat praeuentus. Adeoque uinculum consecutionis est firmissimum, liberos segreges (*die einmahl abgetheilte, abgefundene und abgesonderte Kinder*) porro nihil habere, quod E uel a parente, post nouas nuptias, uel etiam a liberis inde pronatis expetant aut expectent, a quibus illi omnino seiuncti sunt factique *disfortes*. Contra ultimi matrimonii liberos solos et parentibus suis et sibi inuicem succedere, exclusis aut non attentis prioris thori filiis aut filiabus, *segregibus, separatis* et *disfortibus*. Quod facile mihi quidem uidetur tam ad probandum, quam ad respon- F dendum oppositae argumenta. *Principio* enim superstes coniux, exempli loco, *uxor*, nam idem de marito iudicium, ex quo maritum amisit, necquicquam diuidere cogitur bona cum liberis aut hercifcere familiam supra, quod olim apud Romanos factum, ubi uxor tantum habuit filialem portionem unumque numerum absoluit inter heredes suos. Contra, mortuo marito, uxor superstes G retinet sub sua potestate et familiam uniuersam et familiaria bona, usque dum iuerit ad secunda uota. Ex innumeris Alemanniae statutis, laudabimus unum. Ita enim CODEX meus BREMENSIS MSCT. *tit. 5. §. 2. Wor twe Lüde thosamen*

Affirmatur. Quoniam 1] *uxor cogi nequit ad diuidendum cum liberis.*

Differ. II.

men koment Mann und Frauen in echtschup und Kinder winnent, so welcke æhre eher steruet, de beeruet den andern. (Demortui itaque coniugis bona superstitis sunt, non liberorum) *Steruet de Mann allererst und holt sick de Frauwe wol und ehrlichen nach æhres Mannes dode: de Frauwe schall mit æhren Kindern freylicken sitten an Erue und in allen Güdern.* Ita scilicet, quam diu nullum periculum ab uxoris prodigalitate, tam diu nequeunt liberi urgere uxorem ad illis adsignandam bonorum portionem. Quod haud dubie fieri posset, si bonorum altera pars, iure mariti seu patris fui, liberis obuenisset.

2] *liberi sub matris non minus sunt potestate.*

Deinde cum superius et alibi iam sit dictum probatumque, quod matri non minus sit in liberos potestas, quam patri. Itaque in bonorum iudiciis eodem utrique digni esse uidentur. Et tantum abest, fieri non posse, ut liberi acquirant matri, ut bona eorum sint etiam matris: quam testatissimum est, quod haec commoda ante fuerint patris, quam Romae nomina audirentur peculiorum.

3] matris onera alendi *et* dotandi, *igitur etiam commoda pleni dominii instar patris.*

Porro non uideri debet, quasi *matriae potestatis* otiosa tantum sint uerba apud Germanos. Nam pariter et matri incumbit, ut alat liberos, ut impensas faciat ad honestas artes ac disciplinas, ut dotet et quidem, ut olim, TACITO auctore *cap. 17.* mores fuerant, tam filios suos, quam filias. *Daß die Mutter sich angelegen seyn lasse, ihre Kinder zu unterhalten, solche zu erziehen, zu Erlernung etwas redliches anzuhalten, selbige, wenn sie zu ehren schreiten, auszustatten und zu uersorgen.* Non igitur matri, quae, inaudita certe apud Romanos, onera habet, inuidenda sunt commoda solitarii dominii.

4] *iterum nubendo mori dicuntur coniuges.*

Quod cum ita sit, iure meritoque ex eo tempore, ex quo mater *secundis uotis* se obstringit liberosque segregat a se, adsignata cuique bonorum parte, horum intuitu, dicitur mori et uinculum extingui familiae, quo eousque constricti uixerunt, ita COTHMANNVS *uol. 3. conf. 47. n. 79.*

5] *uiduae cum secundo marito bonorum iterum communio.*

Praeterea cum in locis, ubi bonorum inter coniuges est communio, nulla lege uidua prohibeatur, ne et illa his moribus ineat secundas nuptias atque alterum maritum omnium bonorum suorum faciat participem: haud dubie ita causae intelliguntur diuisionis bonorum factae et segregationis liberorum ex priori thoro ex causisque illis uinculum consecutionis hoc quidem, segregatis liberis postea in bonis maternis siue cum matre ipsa agere uelint, siue cum secundi matrimonii liberis, dissortibus scilicet et unilateralibus fratribus suis aut sororibus, nil quicquam iuris porro superesse. Taceo alia, quae ipse in exhibita mihi dissertatione congessisti.

Differ. II.

Dissolutio contrariorum.

Iam binis uerbis audiemus contra sentientes, quorum argumenta breuiter etiamnunc respondebimus. Principio aiunt, deesse ex nostra doctrina liberis suam legitimam uel patris intuitu uel matris.

Quia 1] *desit ita uel patris* legitima *uel matris.*

Quod si enim adsignatam in segregatione portionem mater ponat loco legitimae, clarum esse eandem haberi non posse pro paterna. *Repono.* Neque ueteris Latii iure *duplicem* liberis fuisse legitimam, uerum sufficisse *patris* solius: quia bona matris lex non liberis adsignauit, sed eius consanguineis, quod dictum supra. Igitur idem tolerandum in Germanorum institutis. Deinde in sensu iuris naturalis legitima portio haec est, quae sufficit liberis ad cultum et uictum. Atque hoc sensu, quem Germani usu etiam adprobant alibi, ut ostendi in *Trebellianica exule cap. 4. segm. 2. §. 2.3.4.* satis est, si liberi habeant legitimam, id est, alimenta a parente tantum alterutro. Taceo, quod legitimae, in liberis eductis et emancipatis praesertim tantus fauor non sit, quoniam liberi apud Germanos raro aut nunquam parentibus prosunt ad quaestum rei familiaris, ut dixi supra, quorsum tamen in sanctionibus legitimae digitum intendit Roma. Propter eaque nulla olim inofficiosi aut deficientis legitimae querela emancipatorum. Vt adeo parens Germanus suo erga liberos officio satisfecisse uideatur, si educauerit eos formaueritque, ut habiles ipsi essent ad quaerendum uictum et cultum possentque ita emancipari.

2] *laedi possent ita liberi maximopere.*

Post adferre solent exempla, quibus fieri aliter non possit, quam ut liberi in demortui parentis facultatibus maximopere laederentur bonaque aduersus naturae decretum deferrentur ad extraneos. Finge enim *patrem* habuisse 10000. in bonis: *matrem* uero pauperem fuisse et bonis nudam. Mortuo patre nihilominus matrem accepisse 5000. et decem superstites liberos totidem, id est, singulos 500. imperiales, aut, quod idem est, uigesimam paternorum patrem. Si itaque matri *binubae* dimidiam suam liceret totam uel nouo marito uel liberis secundarum nuptiarum deferre: plus accipere de bonis paternis extraneos heredes, quam suos. *Repono.* Ex quo bonorum inter coniuges Germanis placuit communio, quod fere CAESAR *lib. 6. cap. 19.* dicit etiam de Gallis: frustra disputatur, num aliquid inde potuerit euenire, quod minus esset consultum. Certe Germani singularem habuerunt rationem fidei coniugalis uulgique sermone dixerunt, ubi corporum et animorum communio, quidni etiam ibidem communio bonorum, *Mann und Weib ein Leib: Wem ich meinen Leib gönne, dem gebe ich auch mein Gut.*

Imo

Differ. II. Imo fatis effe poterat liberis, fi quidem illis de uictu cultuque utrique parentes fuerunt obligati. Taceo, unius exempli fortunas, compenfandas effe cum fortunis aliorum. Quid enim? Si matri ingentes fuerint opes, pater contra bonis nudus et pauper. Nihilominus certe matrem binubam carere oportuit altera bonorum fuorum parte, liberis primi matrimonii per legem hanc adfignata. Plura effent, quae dici poffent, fed, breuitatis gratia, ne adpendicis excedam menfuras, filum hic abrumpo. *Differ. II.*

Peroratio. Habes itaque mea ex differentiarum doctrinis lumina, quibus tua uolui colluftrare. Facile enim intelliges, ex *communione* bonorum uenire *fucceffiones* coniugum folitarias; ex his ante fecundum matrimonium liberorum *fegregationes;* hinc fieri deinde, quod ex diuerfis matrimoniis exheredes fint fratres fororesque diffortes. Id quod erat commonftrandum. Ego autem, candidate nobilisfime, non poffum te fine teftimonio dimittere integrae fidei, morum probitatis ftudiique collocati in addifcenda iurisprudentia. Eft tibi prae aliis quamplurimis ingens felicitas, quod patrem habeas, uirum doctisfimum et munerum amplitudine nobilisfimum, quo duce ea, quae in academiis didicifti, nunc ipfo ufu potes cognofcere et in forenfibus negotiis experiri. Det DEVS, ut uir in Weftualiae foris celeberrimus meritisfimusque rebus humanis diu fuperfit, praefitque iudicio curiali, quod CANCELLARIAM dicunt, cuius praefidem agit et directorem grauisfimum. Ita enim fiet, ut tuae quoque fortunae magis magisque crefcant adaugeanturque. Faxit NVMEN, ut patriae tuae olim patris referas exemplum atque imaginem, fisque et nominis heres et infignium meritorum. Vale.

Halae Venedor.
Kalendis Octobris cIↄIↄccxiv.

Tuis commodis
addictisfimus
I. P. Ludewig/ ICT.

F I N I S.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM

AVCTORE

LAZARO HEINEMANN,

IVRIVM CANDIDATO.

Numerus *primus* tomum, *fecundus* librum, *tertius* opufculum, *quartus* et qui reliqui tomi paginam, literae *maiores* A---G paginae regionem, *minores* et figna * † notas defignant.

A.

ADLE-

ADLE-

Ambitus,

ANNATAE

AQVIS-

ARAVSIO-

ARTES,

Berytien-

BRAN-

Buxtorfius,

Ex

CA-

Capitu-

Christia-

Christia-

CIVI-

Codicilli

COMI-

CON-

Conftan-

Greffiocum

Curiae,

DANIAE

DEPV-

DIFFE-

DIPLO-

DIPLO-

Dubru-

E

ECCLE-

Ehrentaffel,

ERVDITIO,

S 2
FACVL-

Felibien,

T

FEVDA,

FEVDA,

FEVDA-

FEVDALE

FEVDALES

FEVDI-

Foedera

FRIDERI-

GERMANI,

GERMA-

GERMA-

GERMA-

GRAECI

HALA

HANSEA-

HENRICVS

HISTORIA,

Holsatia

INSIGNIA

INVE-

IVDEX

IVRECON-

IVS

IVS

IVS

LEGES ROMANAE IVRIS CIVILIS
adlegatae et explicatae,
ex institutionibus.

Lib. I,	Tit. 14,	§. 1.	II, 4, 3, 1093. aa 1099. hh
-	-	2.	II, 4, 4, 1137. C
-	-	4.	II, 4, 3, 1075. pp. 1100. D
-	-	5.	II, 4, 7, 1267. B
-	15. pr.	-	II, 4, 3, 1101. nn. 1103. qq
-	-	3.	II, 4, 5, 1194
-	-	4.	II, 4, 3, 1099. kk
-	17, pr.	-	I, 3, 2, 1021. C
-	-	1.	II, 4, 3, 1076. E
-	-	2.	II, 4, 1, 1004. B
	-	1.	I, 3, 2, 1021. C
-	-	4.	I, 3, 2. 1021. C
-	20.	-	II, 4, 5, 1161
-	- pr.	-	I, 3, 2, 1023. B. II, 4, 5, 1161. aa
-	-	3.	I, 3, 2, 1023. B. II, 4, 5, 1167. 1176
-	-	4.	I, 3, 2, 1037. * II, 4, 5, 1174. 1181
-	-	5.	I, 3, 2, 1013. C. II, 4, 5, 1174. 1185. bb. 1187
-	-	6.	II, 4, 5, 1187
-	21.	2.	II, 4, 3, 1076. E
-	25.	9.	I, 2, 3, 837. II, 4, 3, 1083. yy
-	-	13.	est lex prohibitiua, II, 4, 4, 1137. II, 4, 4, 1139
II,	1,	25.	II, 4, 1, 1004. B
-	-	36.	II, 4, 6, 1247. ee
-	4, pr.	-	II, 4, 7, 1265. C
-	10,	2.	II, 4, 1, 1004. C
-	12,	1.	II, 4, 7, 1271. F
-	13,	1.	II, 4, 7, 1293. C
-	17,	8.	I, 1, 6, 448. D
-	18, pr.	-	I, 2, 4, 917. qq. I, 3, 3, 1057. D
-	-	1.	I, 3, 3, 1045. oo. II, 4, 7, 1275. 1288
-	19,	2.	I, 1, 8, 588. † I, 2, 2, 756. II, 4, 7, 1291. aa. 1292. C
-	20,	6.	II, 4, 7, 1265. B
-	-	23.	Theophilus reddit secundum κρίσιν κλήρου, II, 3, 3, 876. A
-	22, pr.	-	I, 3, 3, 1056. B
-	23,	1.	I, 3, 3, 1064. kk
-	-	2.	I, 3, 3, 1064. kk
-	-	5.	I, 3, 3, 1068
III,	1,	-	II, 4, 7, 1283. 1285
-	-	1.	II, 4, 7, 1291
-	-	2.	II, 4, 7, 1291. aa. 1291. 1293
-	-	9.	I, 3, 3, 1066. C
-	3, pr.	-	II, 4, 5, 1189. ll. II, 4, 7, 1295. G
-	-	1.	II, 4, 5, 1189. ll. 1193. B
-	-	2.	II, 4, 5, 1189. ll. 1193. B
-	-	3.	II, 4, 5, 1193. B
-	4, pr.	-	II, 4, 7, 1295
-	5,	4.	II, 4, 7, 1287
-	-	5.	I, 1, 6, 309. C. II, 4, 7, 1287. F
-	8,	-	II, 4, 6, 1213. aa
-	-	1.	II, 4, 6, 1221. tt
-	-	2.	II, 4, 6, 1221. tt
-	-	3.	II, 4, 6, 1221. tt
-	30,	2.	II, 3, 4, 920. A

LEGES ROMANAE IVRIS CIVILIS
adlegatae et explicatae,
ex institutionibus.

Lib. IV,	Tit, 6,	§. 2.	II, 4, 1, 1004. A
-	7,	7.	I, 3, 4, 1115. 1117. D
-	8,	7.	I, 3, 4, 1116. A

ex Digestis.

Lib. I,	Tit. 1,	l. 1,	§.	I, 3, 1, 973. D. II, 4, 2, 1069. E
-	-	3,	-	I, 1, 7, 528. F
-	-	6,	-	I, 1, 6, 305. b
-	-	11,	-	II, 4, 2, 1053. B
-	2,	2,	-	I, 3, 3, 1055. aa. 1058. A
-	-	-	3.	I, 1, 4, 230. r
-	-	-	35.	II, 4, 1, 1033. dd
-	-	-	43.	I, 2, 2, 741. aa
-	-	-	45.	II, 4, 1, 1032. E
-	3,	3,	-	I, 1, 6, 305. g
-	-	14,	-	I, 3, 3, 1048. C
-	-	20,	-	II, 4, 1, 998. A
-	-	23,	-	II, 4, 6, 1241. D
-	-	32,	-	I, 1, 6, 305. II, 3, 4, 926. B
-	-	-	1.	II, 3, 4, 926
-	-	13,	-	I, 1, 6, 305. E
-	-	36,	-	I, 2, 3, 821. dd
-	-	37,	-	II, 3, 2, 849. II, 3, 4, 970. B
-	-	38,	-	II, 3, 2, 849. b
-	4,	1,	-	I, 1, 4, 221. q
-	5,	23,	-	II, 4, 7, 1268. B
-	6,	1,	-	II, 4, 3, 1091. aa
-	7,	1,	-	II, 4, 7, 1267
-	-	-	1.	II, 4, 7, 1267. D
-	-	7,	-	I, 3, 2, 1032. A
-	-	18,	-	I, 3, 2, 1019
-	-	28,	-	II, 4, 3, 1091
-	-	43,	-	II, 4, 7, 1267. D
-	8,	8,	-	I, 3, 5, 1157. C. 1183. a
-	16,	5,	-	I, 3, 2, 1027. C
-	-	14,	-	I, 3, 1, 984. F
-	-	15,	-	I, 3, 2, 1023. C
-	18,	6,	-	in h. l. uocabulum praetaxtus ter dicitur pro eo, quod sub falso colore fit, I, 3, 1, 1008. E
-	-	13,	1.	II, 4, 5, 1196
-	21,	2,	1.	I, 3, 2, 1032. A
II,	1,	1,	-	II, 4, 5, 1196
-	-	2,	-	I, 1, 6, 418. x. I, 3, 2, 1033 exponitur de commissario, non notario, I, 3, 2, 1037. A
-	-	9,	-	II, 4, 2, 1053. B
-	-	15,	-	I, 3, 1, 978. 982. B
-	2,	1,	-	II, 3, 4, 908. B
-	4,	6,	-	II, 3, 4, 965. o
-	12,	7,	-	I, 3, 1, 975. E
-	14,	1,	-	I, 3, 1, 1002. B
-	-	7, pr.	-	I, 3, 1, 967. C
-	-	-	5.	II, 4, 3, 1076. E
-	-	27,	4.	I, 3, 1, 1006. B
-	-	28,	1.	I, 1, 8, 546. k
-	-	35,	-	I, 3, 1, 974. E
-	-	40,	3.	I, 3, 1, 984. F
-	-	58,	-	II, 4, 7, 1266. B
-	15,	1,	-	I, 3, 1, 966. 967. 981. 996. 1006
-	-	3,	-	I, 3, 1, 969. D. 1007
-	-	5,	-	I, 3, 1, 972. 974. 1002. 1006
-	-	6,	-	I, 3, 1, 968. E
-	-	7,	-	I, 3, 1, 969. z

LEGES DIGESTORVM.

Lib. II,	Tit. 15,	l. 8,	§. 10.	II, 4, 1, 1029
-	-	9,	-	I, 3, 1, 975. A. 988. 999
-	-	-	1.	I, 3, 1, 972. 1006
-	-	-	2.	I, 3, 1, 986. C
-	-	12,	-	I, 3, 1, 974. 975
-	-	13,	-	I, 3, 1, 968
-	-	38,	-	I, 3, 1, 996. B
III,	1,	1,	3.	II, 4, 1, 1027. 1032
-	2,	2,	2.	II, 1, 3, 265
-	-	3,	3.	II, 1, 3, 255. e
-	-	13,	7.	I, 3, 1, 965. E
-	3,	30,	-	I, 3, 1, 972. F
-	4,	3,	-	I, 2, 3, 828. A
-	5,	38,	-	II, 3, 4, 896. II, 4, 6, 1205. bb
IV,	1,	-	-	I, 3, 4, 1096. F
-	-	4,	-	II, 4, 6, 1233. F
-	2,	-	-	I, 3, 4, 1096. F
-	3,	1, pr.	-	I, 3, 1, 986. D
-	-	7,	3.	I, 3, 1, 986. E
-	-	9,	-	I, 4, 6, 1233. F
-	-	11,	-	I, 3, 1, 1016. A
-	4,	1,	-	I, 3, 2, 1039. I, 3, 4, 1120. C
-	-	-	3.	II, 4, 1, 1004. B
-	6,	1,	1.	II, 1, 3, 325. B
-	8,	41,	-	II, 4, 1, 1043. C
-	-	46,	-	3, 3, 1, 975. E
V,	1,	2, pr.	-	I, 3, 1, 982. A
-	-	6,	-	II, 1, 3, 316. A
-	-	12,	-	II, 4, 1, 1043. II, 4, 6, 1224
-	-	14,	-	commendat fortis usum, II, 3, 3, 876. C
-	-	20,	-	II, 3, 4, 964. n
-	-	57,	-	I, 3, 4, 1116. II, 4, 1, 1043. D
-	2,	1,	-	I, 2, 4, 909. II, 4, 7, 1275. 1288
-	-	2,	-	I, 3, 3, 1058. A
-	-	4,	-	I, 3, 3, 1057
-	-	5,	-	I, 3, 3, 1058
-	-	6,	-	II, 4, 7, 1238. D
-	-	8,	8.	I, 2, 4, 911. B
-	-	-	11.	I, 3, 3, 1059. 1068. 1087
-	-	-	14.	I, 3, 3, 1047. F
-	-	14,	-	II, 4, 7, 1273. F
-	-	15,	-	II, 4, 7, 1283. B
-	-	16,	1.	II, 4, 7, 1275
-	-	26,	-	I, 3, 3, 1085. hh
-	3,	22,	-	II, 4, 7, 1265. A
-	-	25,	2.	II, 1, 4, 964. n
-	-	36,	5.	II, 4, 6, 1219. nn
-	-	39,	-	II, 1, 3, 333. a
VI,	1,	44,	-	II, 4, 6, 1227. dd. 1246. 1247. 1249. 1253. 1257
-	-	46,	-	I, 3, 1, 968. C
-	-	66,	-	I, 3, 3, 1088. A
-	-	76,	-	I, 2, 3, 818. A
-	2,	8,	-	II, 3, 4, 970. A
VII,	1,	10,	-	I, 1, 6, 429. C
-	-	12,	5,	II, 4, 6, 1227
-	-	44,	-	I, 2, 2, 757. A
-	-	58,	-	II, 4, 6, 1231. 1237. E
-	-	61,	-	I, 2, 2, 757. A
-	4,	13,	-	II, 4, 6, 1228. A
-	7,	1,	-	II, 4, 6, 1255. nn
VIII,	2,	21,	-	I, 3, 1, 970. 976
-	3,	20,	-	I, 3, 1, 970. 976
-	5,	10,	-	I, 1, 7, 508. F
-	6,	11,	-	I, 2, 5, 934. 949. E

LEGES

LEGES

Linteum

Ludolphus,

Magnus

Marsallam,

Mecklenbur-

NOTARIVS,

NOTARIVS,

OBLIGA-

OFFICIALES,

Palamedes

PATRO-

Tt

Paulus

Peruani,

Pius II.

PON-

POSTA,

PRIMAS,

Πεγμα-

REGES,

Reichs-

Rhetores,

ROMANI

SACER-

SAXONICVM

Spanhemius,

T

a *Tettingen*,

W

VVILHEL-

Z

F I N I S.